13
31
6 14—85

NAZIONALE 13 25 E 17

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-26.6.84

40
e
3

Digitized by Google

FORI ECCLESIASTICI
DECISIONES, CIVILES,
MORALES, ET CRIMINALES
PARS PRIMA.
A CAESARE PANIMOLLE I. V. D.

AEDITAE,

Digitized by Google

FORI ECCLESIASTICI
DECISIONES CIVILES, MORALES, ET CRIMINALES

PARS PRIMA.

A CAESARE PANIMOLLE I. V. D.
Tribunalibus præcipuè Eccleſiaſticis, quibus præfuit

AE D I T AE


Cum Adnotationibus ad ſingulas ferè Deciſiones firmantibus ſingulares Iuris Quæſtiones, iuxtà Moderniores Sacrarum Congregationum Reſolutiones, & Sacræ Rotæ Deciſiones, ad Ciuilem, Canonicam, Criminalem, Moralem Praxim apprimè diſpoſitis.

PRÆCIPVE'

De Præcedentia.
De Colonis, & Emphyteutis Eccleſiaſticorum.
De Funeribus, & Sepulturis, & Quarta Funerali.
De Dote, & Fructibus Dotalibus.
De Laudemio, & Quindemnio.
De Iurepatronatus.
De Renunciationibus.
De Teſtamentis, Fideicommiſſis, & Subſtitutionibus
De Interdicto noui operis nunciationis.
De Fori Electione.
De Cauſis Mixti Fori.
De Collectis.
De Matrimonio.
De Beneficijs eorumque fructibus.
De Seruitutibus.
De Aqua, Molendinis, Piſcatione, & Venatione.
De Immunitate Eccleſiæ.
De Stupro.
De Profeſſione Regularium.
De Spolio Eccleſiaſtico.
De Decimis.
De Optione.
De Crimine Fornicationis.
De Adulterio.
De Simonia, & de Dantibus, & Recipientibus pro obtinenda Gratia, & Iuſtitia.

EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO PRINCIPI

CARDINALI
CAROLO BARBERINO.



SOC·IESV·BIBL·SEC·COLL·ROM·

ROMÆ,
SVMPTIBVS IOSEPHI CORVI BIBLIOPOLAE.
Ex Typographia Pauli Monetæ. MDCLXXXV. SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

EMINENTISS. AC REVERENDISS. PRINCIPI

CARDINALI

CAROLO BARBERINO

CÆSAR PANIMOLLIS FELICITATEM.

TRIBVNALIBVS præcipuè Eccleſiaſticis, quibus præſui, vt æqua lance ius ſuum vnicuique tribuerem, & in vtroque verè me iuſtum Cæſarem oſtenderem, has DECISIONES MORALES, CIVILES, ET CRIMINALES meo tantum priuato ſtudio elaborare curaui: modo tamen blandientium amicorum impulſu publico Iuri edendas, ſub Tui Nominis tutela in lucem prodere opere pretium duxi, ne dum vt tuæ APES mellifluas reddant, ſed, vt ſub BARBERINO SOLE redundantis ſplendoris recipiant incrementum. ſi in caſſum alarum fiducia fratus nimis in

altum

altum euolare tentaui, Tù Fauſtus Dedalus eris, ad alas cadentis Icaris perbellè reſtaurandas. Accipe igitur hoc Tui famuli munuſculum, in mei perpetùi promeriti Tui amplitudini debitum tributum. Vale diuturnè vale, & omnium bono D. O. M, beet fortunetque.

Impri-

Imprimatur. ſi videbitur Reuerendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

I. de Angelis Archiep. Vrbin. Viceſg.

APPROBATIONES OPERIS.

EX Commiſſione Reuerendiſs. Patris Magiſtri Sacri Palatij Apoſtolici vidi Librum, cui Titulus, *Deciſiones Morales, Ciuiles, & Criminales*, Auctore *D. CAESARE de PANIMOLLIS*, quem perutilem Iuris vtriuſque Doctoribus cenſeo: cum nihil aut bonis moribus, aut Fidei Dogmatibus aduerſum contineat: imo quampluribus exuberet ad Sacrorum Canonum, aliarumque Legum notitiam excultiſſimam comparandam admodum idoneis. Nitido præterea ſtylo elaboratur, dubia maturè diſcutit, ac prudenter decidit. Quapropter communi luci Typis exhibendum arbitror ex Conuentu noſtro Sanctæ Mariæ de Victoria. Romæ hac die 18. Septembris 1684.

Fr. Blaſius à Purificatione Carmelita Diſcalceatus Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac ſui Ordinis Hiſtoricus Generalis.

EX Commiſſione Reuerendiſs. Patris Fr. Dominici Mariæ Puteobonelli Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtri accuratè perlegi Librum D. CÆSARIS de PANIMOLLIS in duas partes diſtinctum, cui Titulus *Deciſiones Morales, Ciuiles, & Criminales*; nec quidquam in eo inueni, quod Catholicæ Fidei, ac bonis moribus aduerſetur. Vnde luce publica dignum cenſeo. Datum Romæ hac die 15. Octobris 1684.

Raphael Fabrettus I. V. D. Vrbinas.

Imprimatur:

Fr. Ioſeph Clarionus Ordinis Prædicatorum Reuerendiſſimi Patris Mag. Dominici Mariæ Puteobonelli Sac. Pal. Apoſt. Mag. Socius.

ILLV-

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMVM, ET REVERENDISSIMVM DOMINVM

CAESAREM DE PANIMOLLIS I. V. D.

QVI GERIT IN NOMINE
CORONAM,
AFFERT COGNOMINE
SAPIENTIÆ VECTIGALIA,
PRÆBETQ; INGENIIS
SOLIDA VIRTVTIS ALIMENTA:
NON TAM
MORIBVS SIBI VINDICAT LAVREAM,
QVAM
OPERIBVS SE EXTOLLIT
AD IMMORTALITATEM,
IMPARIBVS NON EFFERAM LAVDIBVS,
SED
VTI OMNIGENÆ DOCTRINÆ SIMVLACRVM
OMNIBVS INTVENDVM
EXHIBEO.

ANTONIVS DE OTTANIS SERVVS ADDICTISSIMVS.

INDEX

Digitized by Google

INDEX ARGVMENTORVM, ET ADNOTATIONVM DECISIONVM PARTIS I.

ARGVMENTVM DECIS. I.

PRAECEDENTIA in proceſsionibus publicis, & priuatis debetur exiſtenti in quaſi poſſeſsione præcedendi; omni appellatione remota non habito reſpectu an quis ſit antiquior, & dignior ſecundum conſtitutionem Gregorianam, ſecus de iure communi. Societas Sanctiſ. Sacramenti licet non reperiatur in poſſeſſione præcedendi, tamen in feſto Corporis Chriſti in omnibus præcedere debet. Præcedentia in proceſsionibus ex quibus deſumatur, & ſuperioritas demoſtretur, dilucide exaratur.

ADNOTATIO I.

Controuerſiæ de præcedentia quomodo terminandæ, & qui ſit Index competens.

ADNOTATIO II.

Conſuetudo in materia præcedentiæ an, & quando attendenda.

ADNOTATIO III.

Clerus ſæcularis, & Regularis, & Confraternitates laicorum quomodo inter ſe præcedere debeant.

ADNOTATIO IV.

Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi an, & quando præcedere debeant.

ADNOTATIO V.

Vicarius Generalis Epiſcopi an, & quando debeat præcedere Canonicos in Choro, proceſsionibus, ſynodo, & ſimilibus.

ADNOTATIO VI.

Abbates, & Dignitates an, & quando præcedere debeant.

ADNOTATIO VII.

Protonotarij de numero participantium, & Titulares quam dignitatem habeant, & quomodo honorandi, & præcedere debeant.

ADNOTATIO VIII.

Canonici Eccleſiæ Cathedralis, & Collegiatæ an, & quomodo præcedere, thurificari, & honorari debeant.

ADNOTATIO IX.

Parochi in funeribus, & functionibus Eccleſiaſticis an, & quomodo præcedere debeant inter ſe, quam cum Canonicis Cathedralis, & Collegiatæ.

ADNOTATIO X.

Parochus ſæcularis, & Regularis quomodo in funeribus præcedere debeant.

ADNOTATIO XI.

Gubernatores, & Magiſtratus Ciuitatum quem locum in Eccleſia, habere, quomodo thurificari, & Epiſcopum aſſociare debeant.

ADNOTATIO XII.

Magiſtratus, Officiales, Conſiliarij in temporalibus quomodo honorari, & præcedere debeant.

ADNOTATIO XIII.

Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & Nobiles quibus prærogatiuis fruantur, & quomodo præcedere debeant.

ADNOTATIO XIV.

Dignior locus qualis reputatur in ſeſsionibus, proceſsionibus, ſiuè intra, ſiuè extra Eccleſiam tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus.

ADNOTATIO XV.

Præeminentia in Eccleſia ſeù locus honorabilior, & ius retinendi ſedilia, & ſedendi an, & quomodo per laicos acquiratur.

ADNOTATIO XVI.

Ordo ſedendi in Synodo, ſeù præcedentia quibus debeatur.

ADNOTATIO XVII.

Religiones, & Ordines ſi vniantur Ordinibus præcedentiam habentibus, an conſequantur hanc prærogatiuam in præiudicium aliorum, quibus non præcedebant.

ADNOTATIO XVIII.

Canonicus Theologus, & Pœnitentiarius, an præcedere debeant alios Canonicos.

ARGVMENTVM DECIS. II.

MVlier ſecundo nubens abſquè Doris conſtitutione cenſetur ſecundo viro conſtituiſſe dotem primo viro conſtitutam; & ſi ſimpliciter nubat, an cenſeatur omnia bona ſua dare in dotem. Fructus dotis, & bonorum parapbernalium, & extrà dotalium, an, & quandò ſpectent ad maritum luculenter demonſtratur.

ADNOTATIO I.

Mulier ſimpliciter nubens, an cenſeatur omnia bona ſua dediſſe in dotem.

ADNOTATIO II.

Mulier ex cauſa dotis, an poſsit ſe obligare abſquè ſolemnitatibus ſtatutarijs.

Digitized by Google

ADNOTATIO III.

Mulieris obligatio prò dote, alijſquè iuſtis cauſis, an, & quando ſubſtineatur.

ARGVMENTVM
DECIS. III.

FRuctus dotis, non ſolutæ ſolui debent à Patre promiſſore, eiuſquè hęredibus per totum tempus, quo durauit matrimonium, eoquè diſſoluto ipſimet filiæ viduę debentur tanquam alimenta, nec ad hunc effectum eſt neceſſaria interpellatio, quãdo agitur contra Patrem dotis promiſſorem, ſecus contra hæredes viri prò dotis reſtitutione Ins petendi fructus dotales eſt tranſmiſsibile ad hæredes, quandò dos ſuccedit loco legitimæ, fructus dotis à viro non petiti, dùm vixit, an cenſeantur remiſsi, & donati per totum tempus, quo durauit matrimonium materia diſcutitur.

ADNOTATIO I.

Fructus dotis ſoluto matrimonio an, & quando debeantur côniugi ſuperſliti.

ADNOTATIO II.

Fructus dotis ad quam rationem veniunt taxandi.

ADNOTATIO III.

Fructus dotis, & generaliter intereſſe, an à principio poſſit taxari, & de materia *l. Curabit C. de action. empt.*
Notabilia in materia dictæ *l. Curabit.*
An à principio à contrahentibus taxari poſſint fructus recompenſatiui, & intereſſe in terminis. *l. Curabit.* §. 3.

ARGVMENTVM
DECIS. IV.

QVindemium eſt ſoluendum ab Eccleſia, & loco pio retinente bona emphyteutica domino directo, cui non fuerit ſoluta æſtimatio rei ſicuti laudemium ſolui debet etiam ab ipſa Eccleſia, & de relictis ad pias cauſas, Eccleſia, & locus pius quando ſit capax acquiſitionis emphyteuſis peſpicuè deducitur.

ADNOTATIO I.

Laudemium, an, & quando, & ex quibus debeatur.

ADNOTATIO II.

Laudemium, in quibus caſibus non debeatur.

ADNOTATIO III.

An in Emphyteuſi habeat locum ius accreſcendi, ad effectum laudemium conſequendi.

ADNOTATIO IV.

Bona Emphyteutica, & feudalia, an in dotem dari poſſint, & ſit ſoluendum laudemium.

ARGVMENTVM
DECIS. V.

CAnonicus Eccleſiæ Cathedralis, an veniat ſepeliendus in ipſa eccleſia Cathedrali, vel in Parochiali, vbi inhabitabat plenè diſcutitur. Parochus habet aſſiſtentiam iuris quoàd iura parochialia exercenda intrà limites ſuæ Parochiæ priuatiuè quoad alios. Omnes Chriſtifideles non electa ſepultura ſunt ſepeliendi in propria Parochiali, adeò vt Parochus ſit præferendus, & reſtituendus ſi fuerit ſpoliatus. Parochialitas, ex quibus contrahatur Cathedralis dicitur ſuprema Parochia, cuius Rector eſt Epiſcopus, & Canonici, vti eius membra facientia vnum corpus.

ADNOTATIO I.

Parochia ex quibus conſtituatur, & Parochianus ex quibus efficiatur.

ADNOTATIO II.

Emolumenta quomodo diuidenda inter habentem curam actualem, & habitualem.

ADNOTATIO III.

Singularia de Sepulturis, & funeribus.

ADNOTATIO IV.

Quarta funeralis, an, & cui, & ex quibus rebus ſoluenda.

ADNOTATIO V.

Hoſpitali, an, & quando competant iura funeralium.
Quarta funeralis, an ſit ſoluenda de relictis Confraternitatibus laicorum, & Hoſpitalibus.

ARGVMENTVM
DECIS. VI.

BOna Clericorum, & Eccleſiarum, quouis titulo acquiſita gaudent priuilegio exemptionis, præcipuè ſi poſſideantur iure ſpirituali, aut iure acquiſitionis factæ à priuatis ad cultus diuini deſtinationem, ſi verò poſſideantur ſorte temporali, ſeù ciuili; & tunc non ſubiacent laicorum legibus, & alijs oneribus impoſitis poſt quam pœnes Eccleſiã, & Eccleſiaſticos repeniuntur, an, & quando tranſeant cum oneribus anteà impoſitis, & quæ ſint onerum ſpecies, & an clerici in minoribus, & primæ tonſuræ ſint immunes à ſolutione gabellarum plenè diſceptatur.

ADNOTATIO I.

Eccleſiaſtici, an, & quæ onera ſoluere teneantur, & quando collectari poſſint.

ADNOTATIO II.

Eccleſiaſtici, an, & quando teneantur ad ſolutionem onerum Cameralium.

ADNOTATIO III.

Patrimonium Clerici ad cuius titulum fuit ordinatus an, & quando gaudeat priuilegijs bonorum Eccleſiaſticorum.

ADNOTATIO IV.

Patrimonium Clerico conſtitutum ad ſe ad Ordines promouendum, an ſit computandum in legitimam, & conferendum inter fratres.

ADNOTATIO V.

Clericus negociator, an, & quando teneatur ad ſolutionem collectarum, & gabellæ.

ADNOTATIO VI.

Clerici coniugati, an teneantur ſoluere gabellas, onera, & collectas, & an, & quando gaudeant priuilegijs Clericorum.

ADNOTATIO VII.

Coloni, & Emphyteutę Eccleſiæ, & Eccleſiaſticorum, an, & quando teneantur ad ſolutionem onerum, & collectarum.

ADNOTATIO VIII.

Eccleſiaſtici, & laici quomodo collectari, & contribuere teneantur prò Eccleſię reparatione, & manutenſione.

ADNOTATIO IX.

Immunitas Clericorum an ſuffragetur laicis, & coniunctus

iunctis in communione viuentibus, aliiſque exteris.

ARGVMENTVM
DECIS. VII.

RENuncians hæreditati Paternæ, & Maternę excluditur à ſucceſſione ab inteſtato, non tamen prohibetur capere relictum ex teſtamento, licet etiam hoc caſu renunciauerit, & Pater, & Mater conſenſerit, niſi conſenſus durauerit vſque ad obitum, & per teſtamentum non fuerit reuocatum, & annullatum iuramentum. Pactum de hęreditate viuentis eſt omni iure prohibitum, nec iuramento validari poteſt.

ADNOTATIO I.

Renunciatio an, & quando impugnari, ampliari, & reſtringi poſſit.

ADNOTATIO II.

An, & quando ad bona renunciata detur regreſſus, & renunciatio ſit realis, perſonalis, & mixta.

ADNOTATIO III.

Renunciatio, an, & quando intelligatur de iuribus de præſenti, vel de futuro, & an in eadem detur lęſio.

ARGVMENTVM
DECIS. VIII.

CAducato primo ſubſtitutionis gradu ſubſequentes expirant, præcipuè ſi dependeant, & reſtringantur in caſu purificationis præcedentis. Dependentia elicitur ſi emanauerint per modum continuati ſermonis, & ſi fuerint adiecta verba reſtrictiua. *Tunc, & eo Caſu*, eoque magis ſi fideicommiſſum fuit nonominatim relictum; ex veriſimili tamen mente teſtatoris fideicommiſſum extenditur de Caſu ad Caſum.

Subſtitutio concepta per verba communia facientia mentionem de morte importat compendioſam, quæ continet vulgarem, cuius vigore, caducato per prędeceſſum gradu antecedenti, ſubintrat ſubſequens maximè fauore piæ cauſæ.

Subſtitutio, quando dicatur nominatim facta, & quæ ſit differentia inter vulgarem, & fideicommiſſariam prolixè exaratur.

ADNOTATIO I.

Teſtamentum, an, & quando fiat caducum.

ARGVMENTVM
DECIS. IX.

IVſpatronatus tribus modis acquiritur, fundatione, dotatione, & cōſtructione, verba enim Sac. C. Trid. *ex fundat. & dotat.* accipienda ſunt diſiunctiuè, neque ad hanc effectum eſt neceſſaria expreſſa reſeruatio. Patronis, & Benefactoribus competit ius apponendi inſignia, & memoriam Iuriſpatronatus in Eccleſia fundata.

ADNOTATIO I.

Quomodo acquiratur iuſpatronatus per fundantes, dotantes, & conſtruentes.

ADNOTATIO II.

Dos Eccleſiæ aſſignanda, an, & quando dicatur congrua ad effectum acquirendi iuſpatronatus.

ADNOTATIO III.

Iuſpatronatus ex priuilegio, an, & quando competat.

Index Tom. Primi,

ADNOTATIO IV.

Iuſpatronatus, ſi vacat in Curia eius inſtitutio ad quē ſpectet.

ARGVMENTVM
DECIS. X.

EXiſtenti in poſſeſſione de tempore motæ litis debetur manutenſio, præcipuè non habenti ſe prò ſpoliato, & etiam ſi agatur contra turbantem. Eccleſia eſt manutenenda, etiam ſi Prælatus habuerit ſe prò ſpoliato. Poſſeſſio capta non citato anteriori poſſeſſore dicitur clandeſtina, & non manutenibilis. In viſitatione Diœceſana proceditur abſquè citatione. Epiſcopus inuito Rectore non poteſt transferre deuotas Imagines de vno, ad aliud altare. Iuſpatronàtus inter priuatos quomodò probetur, & præſentationes quando dicantur effectum ſortitę, abbundè explanatur.

ADNOTATIO I.

Iuſpatronatus quomodò probetur, & quando præſumatur, vel excludatur vſurpatio.

ADNOTATIO II.

An potentia ſinè iuriſdictione ſufficiat ad inducendam præſumptionem vſurpationis iuriſpatronatus.

ADNOTATIO III.

Pertinentia iuriſpatronatus, quomodò probetur.

ADNOTATIO IV.

Iuſpatronatus, an, & quando ex conſtructione, reſtauratione, & augumento dotis acquiratur.

ADNOTATIO V.

Immemorabilis ad iuſtificandum iuſpatronatus, & ad alios effectus quomodo probetur.

ARGVMENTVM
DECIS. XI.

ECcleſia Parochialis gaudet priuilegio, vt intra ſuos fines alia Eccleſia ædificari nequeat. Ab Eccleſijs Regularium, Ordinis Sancti Auguſtini, & Prædicatorum debent diſtare ſpatio trecentarum cannarum.

Interdictum noui operis nonciationis competit tempore operis inchoationis, & non opere perfecto, nec in refectione.

ADNOTATIO I.

De noui operis nunciationis notabilia.

ARGVMENTVM
DECIS. XII.

VIduæ, & pupilli, & miſerabiles perſonæ gaudent priuilegio electionis fori, debent tamen trahere ad Iudicem vtrique parti competentem; In quibus vero caſibus trahere poſſint laicos ad forum Eccleſiaſticum, materia exaratur.

ADNOTATIO I.

Quæ perſonæ habeant fori electionem.

ADNOTATIO II.

Eccleſia, Clerici, & Eccleſiaſtici an gaudeant priuilegio *L. vnic.* & habeant electionem fori.

ADNOTATIO III.

Cognitio cauſarum rerum, ſeu bonorum Eccleſiarum, & connexorum ſi agatur inter mere laicos an priuatiuè ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum, vel cumulatiuè cum Iudice ſæculari.

Digitized by Google

ADNOTATIO IV.
An laicus vigore iuramenti, & obligationis Cameralis conueniri poſſit coram Iudice Eccleſiaſtico.
ADNOTATIO V.
An cauſæ Confraternitatum laicorum priuatiuè agitari debeant in foro Eccleſiaſtico.
ADNOTATIO VI.
Executio legatorum piorum an ſit mixti fori, & quid in prophanis.
ADNOTATIO VII.
Teſtamentum, & legatum quando dicantur ad piam cauſam.
ADNOTATIO VIII.
An damnum datum ab Eccleſiaſticis, ſeù ab eorum animalibus, eorumquè ruſticis, & laboratoribus exigi, & puniri poſſint per Iudicem ſæcularem iuxta laicorum edicta.
ADNOTATIO IX.
Cauſæ matrimoniales, an priuatiuè ſpectent ad Ordinarium.

ARGVMENTVM
DECIS. XIII.

Gabellæ, ſeù collectæ impoſitio, licet ſit omnibus interdicta ſine licentia Principis, de conſenſu tamen Ciuium prò ſoluendis debitis Communitatis, & non vigore iurisdictionis imponi poteſt, & poſtea confirmationem à Principe obtinere. Gabella an, & quando dicatur iuſta, & quanto tempore præſcribatur. Impoſita prò oneribus Cameralibus ad quorum ſolutionem tenentur Eccleſiaſtici, an ab eiſdem in ſtatu Eccleſiaſtico, præſcribi poſſit, ampliſſimè explanatur.

ADNOTATIO I.
Collecta à quibus, ſuper quibus bonis, & perſonis, & quomodo imponi poſſit.
ADNOTATIO II.
Collecta an forenſibus imponi poſſit.
ADNOTATIO III.
Annui redditus an collectari poſſint.
ADNOTATIO IV.
An prò Collectis competat via executiua.

ARGVMENTVM
DECIS. XIV.

Clericus in minoribus conſtitutus ſi non habens requiſita *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. de reformat.* à Curia ſæculari carceribus mancipetur, non poteſt allegare priuilegium fori, poteſt tamen ab Epiſcopo repeti, niſi à Iure, vel ab homine per ſententiam declaratoriam denudatus fuerit priuilegijs Clericalibus.

ADNOTATIO I.
Clericus non habens requiſita Sacri Concilii Tridentini, quando puniri poſſit à Iudice ſæculari.
ADNOTATIO II.
An ordinatus à non ſuo Epiſcopo, vel cum falſis dimiſſorijs gaudeat priuilegio fori.
ADNOTATIO III.
An aſſumens Clericatum, vel ingrediens Religionem poſt delictum gaudeat priuilegio fori.
ADNOTATIO IV.
Clericus in quibus caſibus auctoritate laica capi, & carcerari poſſit, & de materia carcerationis Clerici.
ADNOTATIO V.
Clericus an poſſit eſſe teſtis contrà laicum, & è contrà, & an examinari poſſit à Iudice laico.

ARGVMENTVM
DECIS. XV.

Vbi agitur de reparanda, & manutenenda Eccleſia inſtructa de neceſſarijs ornamentis, & paramentis in primis attenditur conſuetudo, qua ceſſante tenetur Rector ſi Beneficijs fructus ſuſtentandæ vitæ ſuperſint, fructus vnius Eccleſiæ ſuperflui an poſſint aſſignari fabricæ alterius Eccleſiæ pauperis materia explicatur.

ADNOTATIO I.
Eccleſia quomodo, & à quibus reparanda, ornanda, & de neceſſarijs inſtructa manutenenda ſit.
ANNOTATIO II.
Congrua titularis cuius ſummæ eſſe debeat, ex quibus debeatur, & quæ in congruam imputari non debeant.

ARGVMENTVM
DECIS. XVI.

POEna vulneris cum nec Iure Cæſareo, nec Pontificio ſit clarè ſtatuta eſt arbitraria. Clericus pro vulnere illato in perſonam alterius Clerici quomodò puniatur. Qualis pœna irroganda ſit pro vulnere in capite, in facie, vel in alia parte corporis illato, & delictum ex quibus circumſtantijs reputetur graue perſpicuè exaratur.

ADNOTATIO I.
Iniuria quomodo inferatur, & quando leuis, atrox, & grauior reputetur.
ADNOTATIO II.
Iniuriarum actione an, & quando quis teneatur, ſi iniuria illata vera ſit.

ARGVMENTVM
DECIS. XVII.

PErcutiens aliquem in Eccleſia cum ſanguinis effuſione incurrit excommunicationem, arbitrariā tamen pœnam abſque ſanguinis effuſione. In ſacrilegio, & delictis mixti fori, an Iudex Eccleſiaſticus contra Laicos procedere poſſit, tam ad pœnas ſpirituales, quàm ad temporales, & corporales citra ſanguinem. Birruarijs excedentibus ea, quæ ad eorum officium ſpectant, an liceat reſiſtere, declaratur.

ADNOTATIO I.
Delictum an, & quando cenſeatur mixti fori.
ADNOTATIO II. ſeù III.
Referuntur alij caſus communis fori.
ADNOTATIO IV.
An in cauſa poſſeſſorij ſpiritualis laicus Iudex ſit competens.
ADNOTATIO V.
Condemnatus, ſeù abſolutus ab Eccleſiaſtico in delictis mixti fori, an poſſit inquiri in foro ſæculari, et è contra.

AR-

ARGVMENTVM
DECIS. XVIII.

REintegratio, ſeù ſpolium non intrat, quando poſſeſſio capta fuit auctoritate Iudicis ritè, et rectè procedentis, et ſi inferat grauamen, et iniuſtitiam, quæ reddatur turbida ſuccurritur ſpoliato remedio Ordinario appellationis, et non per viam extraordinariam manutentionis, aut reintegrationis, secùs ſi conſtet ex eiſdem actis de notoria nullitate, et iniuſtitia.

ADNOTATIO I.

Ceſſionarius, an, et quando habeat regreſſum contra cedentem, ſi nomen debitoris ceſſi non ſit ſoluendo, et exigibile.

ADNOTATIO II.

Debitor an, et quando liberetur per delegationem.

ADNOTATIO III.

Nouatio an, et quando inducta dicatur, vt extincta remaneat prima obligatio.

ARGVMENTVM
DECIS. XIX.

MAtrimonium metu contractum, ex defectu liberi conſenſus nullum, et inualidum redditur, etiam propter parentum metum reuerentialem, quomodo vero talis metus incuſſus cenſeatur, et ex quibus actibus probetur latè depromitur.

ADNOTATIO I.

Conſenſus ad perfectionem Matrimonij qualis eſſe debeat, et ex quibus eliciatur, et de Parochi præſentia.

ADNOTATIO II.

Matrimonium ex quibus probetur, et teſtes quales eſſe debeant, ad eius, eiuſque impedimenti probationem, et quo ad præſentiam in eius celebratione.

ADNOTATIO III.

Impedimentum Matrimonij quomodo probetur, vt contrahi non permittatur, et contractum dirimatur.

ARGVMENTVM.
DECIS. XX.

FRuctus ciuiles, et pendentes in renunciatione beneficij abſque reſeruatione ſpectant ad ſucceſſorem. Naturales, et induſtriales à ſolo ſeparati debentur reſignanti vſque ad diem admiſſæ reſignationis, in reſignatione verò conditionali, et translatione Epiſcopi ad aliam Eccleſiam ad quem pertineant, hic refertur.

ADNOTATO I.

Fructus beneficiorum defuncto beneficiato quando ad hæredes, vel ad ſucceſſorem, vel ad Cameram Apoſtolicam ſpectent.

ADNOTATIO II.

FRuctus beneficiorum, et bona beneficiati defuncti an, et quando ſpolio ſubiciantur.

ADNOTATIO III.

De diſtributionibus quotidianis.

ARGVMENTVM
DECIS. XXI.

Teſtator relinquendo legatum, ſeù Capellaniæ erectionem cum onere celebrandi nulla facta menſione de conſenſu Epiſcopi, an cenſeatur voluiſſe inſtituere beneficium Eccleſiaſticum, vtiliter, explanatur.

ARGVMENTVM
DECIS. XXII.

HOmicidium commiſſum in perſonam inſultantis, vel aggreſſoris, et rixæ auctoris cauſa defenſionis ſine exceſſu moderaminis inculpatæ tutelæ vel redditur impunibile, vel leui pœna plectendum. Defenſio non ſolum pro ſe ipſo, ſed etiam pro alterius, etiam extranei perſona an ſit permiſſa copiose dilucidatur.

ADNOTATIO I.

Aggreſſor quis fuerit ex duobus rixantibus quomodo probetur, et puniatur.

ADNOTATIO II.

Inſultans, et inſultatus, an, et quando pro delicto teneantur, et puniantur.

ADNOTATIO III.

Homicidium quando caſu, et in pura rixa commiſſum dicatur, et quomodo puniatur.

ADNOTATIO IV.

Homicidium dolosè, ex propoſito, et deliberatè quando committatur, et quomodo puniatur.

ADNOTATIO V.

Homicidium proditorium, an, & quando comittatur, et puniatur.

ADNOTATIO VI.

Aſſaſsinium quomodo committatur, & puniatur.

ADNOTATIO VII.

Conatus effectu non ſecuto in crimine aſſaſſinij qua pœna puniatur.

ADNOTATIO VIII.

Homicidium ad defenſam commiſſum an ſit punibile.

ADNOTATIO IX.

Defenſio quomodo probetur.

ADNOTATIO X.

Defenſio eſt facienda cum moderamine inculpatæ tutelę, & quando ſeruatum dicatur.

ADNOTATIO XI.

Exceſſum in defenſione quomodo puniatur.

ARGVMENTVM
DECIS. XXIII.

SPonſalia non inducunt canonicum impedimentum aſcendendi ad ſacros ordines, cum contracta cenſeantur ſub tacita conditione eligendi meliorem ſtatum, dirimuntur per ſuſceptionem Sacri Ordinis, & per ingreſſum Religionis non obſtante iuramento. Sponſalia ex quibus contracta cenſeantur, & quibus cauſis dirimantur, & quę remedia competant ad promiſſionem obſeruandã, dilucidè demonſtratur.

ADNOTATIO I.

Sponſalia quando contracta cenſeantur, & quomodo probentur.

AD-

ADNOTATIO *II.*

Sponſalia contracta à tertio nomine alterius, an, & quando valeant.

ARGVMENTVM
DECIS. XXIV.

Clericus, et Laicus Adulter quomodo puniatur. Adulterium omni iure prohibitum, de iure antiquo Ciuili, et Canonico grauiſſimè puniebatur, hodie apud nos eius pœna eſt arbitraria.

ARGVMENTVM.
DECIS. XXV.

Nemini licet immittere putrida in fundum alienum, niſi ſeruitus impoſita reperiatur. Seruitus ex quibus acquiratur. Præſcriptio ſeruitutis diſcontinuæ exigit tempus immemorabile, quando verò ſufficiat decennium cum titulo, et vt cogatur dominus fundi ad imponendam ſeruitutem, materia examinatur.

ADNOTATIO *I.*

Seruitutes affirmatiuæ, et negatiuæ quomodo acquirantur.

ADNOTATIO *II.*

Seruitus iuriſpaſcendi quomodo acquiratur, et præſcribatur.

ARGVMENTVM
DECIS. XXVI.

Aqua ſicut pertinet ad eum, in cuius fundo ſcatet, ita ab eodem pro libito diſponi, ac diuerti poteſt, non obſtante præiudicio Domini fundi, et ædificij inferioris. Ex ſolo curſu naturali, et aquæ vſu, eiuſdem ſeruitus non acquiritur, etiam ſi per mille annos fluxerit per cauos tamen naturales, et non manufactos in prædio ſuperiori, vbi erumpit, alias iure ſeruitutis competeret Domino fundi inferioris ius interdicendi aquæ diuerſionem.

ADNOTATIO *I.*

Aquæ ſeruitus quomodo acquiratur, et amittatur.

ADNOTATIO *II.*

De Molendini conſtructione, et refectione ad materiam aquarum.

ADNOTATIO *III.*

Molendino deſtructo intra quantum tempus veniat reficiendum.

ADNOTATIO *IV.*

An molendina Eccleſiaſticorum viſitari poſſint ſub prætexto fraudis à Magiſtratu ſeculari.

ARGVMENTVM
DECIS. XXVII.

A Contributione taxæ Seminarij Clericorum nullus eſt exemptus, niſi qui nominatim à Sac. Conc. Tridentino eximuntur, neque Cardinales, neque Regulares, etiam mendicantes, neque Confraternitates laicorum, aut Hoſpitalia, ſi habent beneficia annexa, immò etiam quoad bona propria, in eo quod ſupereſt vltrà neceſſariam ſubſtentationem.

ARGVMENTVM
DECIS. XXVIII.

Laicus, & Clericus Stuprator quomodò puniantur.

Stuprum ſine vi perpatratum punitur de Iure Ciuili publicatione dimidiæ partis bonorum, ſi reus fuerit honeſta perſona, ſi vilis fuſtigatione, et relegatione, de Iure verò Canonico Stuprator tenetur eā ducere, vel dotare, Clericus verò vltrà dotem pœna arbitraria multatur, ſi autem interceſſerit vis, etſi committatur cum puella immatura quomodò puniatur, abbundanter explanatur.

ARGVMENTVM
DECIS. XXIX.

Profeſſio facta per vim, et metum, et antè expletum decimum ſextum ætatis annum, et ex defectu probationis vnius anni nouitiatus continui eſt nulla, et inualida; Aetas, et annus probationis ad hunc effectum computatur de momento, ad momentum intrà tamen quinquennium eſt reclamandum, et proponenda nullitas profeſſionis, niſi durauerit cauſa metus, qui qualis eſſe debeat exactiſſimè explanatur.

ADNOTATIO *I.*

An, & quando indebitè profeſſus reclamare poſſit.

ADNNTATIO *II.*

In cauſa reclamationis, an conſanguinei ſint audiendi.

ADNOTATIO *III.*

Profeſſus ex quibus inducātur, & quomodo probetur.

ARGVMENTVM
DECIS. XXX.

Abbas Commendatarius Monaſterij Regularis habens Iura Epiſcopalia, & territorium ſeparatum, & omnimodam iuriſdictionem, an in Eccleſia Adbatiali habeat Ius Viſitandi, Pontificalia exercendi, aliaque Iuriſdictionem concernentia priuatiuè quoad Abbatem Regularem plenè concleatur.

ADNOTATIO *I.*

Abbates, & Prælati inferiores, an, & quomodo exercere poſſint Pontificalia.

ADNOTATIO *II.*

Ius Abbatis, & Prælati inferioris quo ad exercitium Iuriſdictionis in quibus ſe extendat, & reſtringatur.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM

DEC*IS.* XXX*I.*

DE incompatibilitate beneficiorum, & quæ ſub eodem tecto retineri poſſint abſquè diſpenſatione Apoſtolica, & an retineri poſſint plura beneficia abſque eadem diſpenſatione, & Signanter, an diſpoſitio *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 17.* habeat locum in beneficijs de Iurepatronatus, diſcutitur.

ARGVMENTVM

DEC*IS.* XXX*II.*

IVdex laicus in cauſis Eccleſiaſticorum eſt incapax; & incompetens, vt neque Epiſcopo, & ipſis conſentientibus procedere valeat, etiam ſi laici in cauſa habeant intereſſe.

Edictum, ſeu ſtatutum laicale prohibens extractionem frumenti, ſeu præſcribens onus ſoluendi gabellam, non comprehendit Clericos, an verò comprehendat laicos ementes ab eiſdem, & Clerici quomodò per viam directiuam teneantur obſeruare edicta laicalia ad publicam vtilitatem emanata ſuſſiſſimè diſceptatur.

ARGVMENTVM

DEC*IS.* XXX*III.*

COnſuetudo, et Ius optandi meliores præbendas eſt à iure approbatum, non tamen habet locum inter perſonas diuerſi ordinis, vbi titulus ſpiritualis eſſet optandus, ſecùs ſi prædenda temporalis; prout nec etiam ſi præbenda eſſet perpetuò annexa irreuocabiliter, alia notabilia circa materiam copioſe explicantur.

ADNO*TATIO I.*

Laicus, an poſſit præſcribere ius exigendi decimas? *Hac Annot. per errorem hic poſita per Typographum apponenda erat poſt ſeq. deciſionem.*

ARGVMENTVM

DEC*IS.* XXX*IV.*

DEcimæ debentur ei ad quem ſpectat animarum cura, adeòvt Parochus habeat aſſiſtentiam Iuris prò exactione decimarum, Epiſcopus verò habet de Iure intentionem fundatam ſuper quarta decimarum, quæ de manu Parochi recipere debet; iure tamen proprio exigere poteſt, ſi nõ ſpectent ad aliquam Parochiam, vel inter eos reperiatur facta diuiſio, vel Parochus non ſit in cauſa, vel exigere negligat.

Decimæ debentur de omnibus fructibus, ſed in hoc attendenda eſt conſuetudo, quæ cum quibus requiſitis probanda ſit, & quanto tempore præſcribatur, & an ſuper ea teſtes de Vniuerſitate admittantur ad teſtificandum diſerte exornatur.

ARGVMENTVM

DEC*IS.* XXXV.

EMptor de Iure tenetur perquirere qualitates rei venditæ, venditor verò tenetur exprimere expreſſè, & ſpecificè, & non ſub inuolucro verborum, aliàs conſtituitur in dolo, & tenetur ad pretij reſtitutionem, ſi ſciuerit vitium; ſed ſi ignorauerit, actione quanti minoris.

ADNO*TATIO I.*

Redhibitoriæ, an, et quando ſit locus in venditione?

ARGVMENTVM

DEC*IS.* XXXV*I.*

CLericus delinquens in officio laicali, quod à Principe ſæculari habet, coram eodem conueniri, & puniri non poteſt.

Clericus coniugatus, vt gaudeat priuilegio fori, vltrà requiſita expreſſa in Conſtitutione Bonifacij *VIII.* nempè ſi duxerit Virginem, & incedat in habitu, & tonſura, debet habere aliud requiſitum additum à Sacr. Concil. Tridentino de ſeruitio Eccleſiæ.

ARGVMENTVM

DEC*IS.* XXXV*II.*

PErcutiens, vel vulnerans Clericum ad ſui defenſionem non incidit in excommunicationem Canonis, ſecus ſi non ſeruauerit moderamen inculpatæ tutelæ, vel modum exceſſerit ſcienter, & ex propoſito; neceſſaria defenſio, & exceſſus defenſionis quomodò probetur, refertur.

ARGVMENTVM

DEC*IS.* XXXV*III.*

CLericus, & laicus fornicator quomodò puniantur.

Fornicatio eſt omni iure prohibita diuino, naturali, & Canonico Clerici fornicatores ſecundum antiquos canones deponebantur, hodiè verò pœna arbitraria mulctantur, fornicatio vero ex quibus probetur, oſtenditur.

ARGVMENTVM

DEC*IS.* XXXIX.

CLericus àn poſſit exercere negocia ſæcularia, geſtare arma, eiſque a Curia ſæculari expoliari.

Clericis interdictum eſt negocia ſæcularia peragere, vndè Clericus beneficiatus efficitus miles beneficium amittit, geſtans verò arma prohibita excommunicari, et alijs pœnis arbitrarijs puniri poteſt, an vero quoad hoc ſubijciantur edictis laicalibus, & armis à laicali familia ſpoliari poſſit, explicatur.

Digitized by Google

ARGVMENTVM
DECIS. XL.

CLericus, an poſſit deſeruire laicis, et fungi Officio Procuratoris, Aduocati, & Notarij.
Clerico Beneficiato interdictum eſt laicis inſeruire, Procuratoris, Aduocati, & Notarij Officium exercere ſub pœna priuationis Beneficij, in quibus autem caſibus ſupradicta exercere poſſit, & an valeant inſtrumenta rogata à Clericis, diſceptatur.

ARGVMENTVM
DECIS. XLI.

CLericus exercens ſordidas artes, quando, & quà pœna puniatur.
Clericus exercens ſordidas artes arbitraria pœna multatur, exercens vero Macellum, vel tabernam deponitur, et gaudere non debet priuilegio Fori, poſtquam legitimè monitus fuerit, Venatio, et Piſcatio, an eiſdem permittatur, materia explanatur.

ARGVMENTVM
DECIS. XLII.

SImoniaci, et dantes, et recipientes pro obtinenda gratia, et iuſtitia quando, et quomodo puniatur.

DECI-

Digitized by Google

DECISIONES

MORALES CIVILES, ET CRIMINALES

CAESARIS DE PANIMOLLIS.

PARS PRIMA.

NONANTVLANA PRAECEDENTIAE.

ARGVMENTVM.

PRæcedentia in proceſſionibus publicis, & priuatis debetur exiſtenti in quaſi poſſeſſione pręcedendi omni appellatione remota, nullo habito reſpectu an quis ſit antiquior, & dignior ſecundum Conſtitutionem Gregorianam. ſecus de iure communi. Societas Sanctiſſimi Sacramenti, licet non reperiatur in poſſeſſione pręcedendi tamen in feſtiuitate Corporis Chriſti in omnibus præcedere debet. Præcedentia conſiſtit in hominum opinione, vt vel deſumatur ab actu præcedendi, vel ſequendi, & ex vſu iubendi ordinem progreſſus eundi, & ſiſtendi ſuperioritas demonſtratur.

SVMMARIVM.

1 Præcedere debet in proceſſionibus; qui reperitur in poſſeſſione pręcedendi omni appellatione remota, ſecundum Conſtit. Gregor. XIII.
2 Manutentio debetur exiſtenti in poſſeſſione, vel quaſi Ad effectum manutentionis vltimus ſtatus attendi debet ibid.
3 Teſtes benè informati, de eodem loco de viſu deponentes optimè probant.
4 Poſſeſſio probatur ex confeſſione partis petentis reintegrationem, & reſtitutionem.
5 Locus proximior Clero dignior reputatur.
6 Præcedentia regulariter demonſtratur in eo, qui in proceſſionibus incedit in vltimo loco.
7 Actus iubendi progreſſum, & pauſam in proceſſionibus ſuperioritatem demonſtrat.
8 Præcedentia conſiſtit in hominum opinione.
9 Metiri debet ab vſu, vel conſuetudine, & n.19.
10 Deſumitur ab actu præeundi, vel ſubſequendi.
11 Præcedentiam amittit, qui alium permiſit præcedere.
12 Antiquiori de iure communi tribuitur dignior locus.
13 Præcedentia acquiritur vnico actu.
14 Præcedentia inter confraternitates non debetur ratione antiquitatis, ſed poſſeſſionis, & hoc ceſſante ei, quæ prius laccis vſa fuerit.
15 Decretum irritans, & Clauſula ſublata claudit os, & tollit facultatem aliter iudicandi.
16 Annullat omnia, quæ in contrarium fiunt.
17 Digniori tribuitur dignior locus.
18 Confraternitates Sanctiſſ. Sacramenti, in feſto Corporis Chriſti præcedere debet in omnibus actibus dummodo accedat ad alias proceſſiones.
20 Conſuetudo eſt attendenda licet iuri communi repugnaret in materia præcedentiæ.
21 Poſſeſſio, licet contra ius vigore conſuetudinis eſt manutenibilis.
19 Conſuetudo in materia præcedentiæ inducitur ſpatio decem annorum.

DECISIO I.

COnfratres Sanctiſs. Sacramenti antiquiores in Terra Nonantulæ fortaſſè exiſtimantes in proceſſionibus ſiue publicis, ſiue priuatis præire, & ſe obtinere digniorem locum, & præcedentiam habere, Sodales Confraternitatis Sanctiſs. Roſarij vſque ab initio eorum erectionis, ſubſequi fecerunt, pro vt multorum annorum lapſu longè vltra decennium obſeruare conſueuerunt; mutato demum conſilio, prætendentes in eiſdem proceſſionibus, & functionibus ſubſequi, & ſodales aduerſarios præire, eiſque vti antiquioribus, & dignioribus præcedentiam, & digniorem locum deberi, introducto iudicio coram me, tunc felicis memoriæ Cardinalis Antonij Barberini Vicarius Generalis, præuia dubij diſcuſſione, pronunciaui nihil eſſe innouandum, & Confraternitatem Sanctiſſimi Roſarij manutenendam eſſe in quaſi poſſeſſione ſubſequendi, & præcedendi in proceſſionibus publicis, ſeu priuatis, & alijs ſimilibus functionibus, in feſtiuitate tamen Corporis Chriſti in omnibus actionibus Societatem Sanctiſſimi præcedere debere, etiam in deferendo baldacchino dummodo accedat ad alias proceſſiones.

1 Etenim pręcedere debent in proceſſionibus tam publicis, quam priuatis, qui in quaſi poſſeſſione præcedentiæ, ac Iure præcedendi reperiuntur, quibuſcumque reclamationibus, proteſtationibus, appellationibus, & alijs ſubterfugijs prorſus remotis, ceſſantibus, & omnino poſtpoſitis, iuxta expreſſam diſpoſitionem *Conſtit. Gregor. XIII. Bullar. veteri ex ordine 76. fol. 1323. & Bullar. Cherubin. 84. § 3. tom. 2. fol. 352. relat. per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 78. n. 32. & per Cobell. in ſuo Bullar. fol. 133. & in comment. in Bull. Bon. Regim cap. 37. n. 26. circa med. & n. 28. & firmauit Rot. deciſ. 779. n. 1. coram Merlino.* & manu-
2 tentionem competere exiſtenti in poſſeſſione, vel quaſi de tempore motæ litis, in puncto præcedentiæ reſpondit *Rot. deciſ 903. n. 1. coram Buratt. dec. 419. n. 1. 2. & 11. par. 9. tom. 2. recent.* cum vltimus ſtatus ad effectum manutentionis attendi debeat *§. retinenda § hodie inſtit. de interdict. l. prædia, vbi Bart. ff. de acquirend. poſſeſſ. Seraph. deciſ. 1213. n. 5. Caualer. deciſ. 565. n. 1. Vrgell. deciſ. 23 n. 1. deciſ. 74. n. 1. Rot. in Cracouien. iuris reſpondendi 11. Decemb. 1651. § quæ dubitari coram Bichio in Aquilana Canonicatus 2. Iunij eodem anno coram Eminentiſſimo Celſo in Comen funeralium 7. Iunij 1651. § etenim manutentio, & §. neque fuit coram Bichio, & in*

Romana legati 29. Ianuar.1652. §. ſtatim ſecuto in
fin.coram Zarate cum alijs congeſtis per Ridolphin.
in ſua prax. recent. p. 2. cap. 12. n. 149.

Hanc vero Confraternitatem Sanctiſſimi Roſa-
rij eſſe in quaſi poſſeſſione præcedendi, probatur
tum ex depoſitionibus plurimorum teſtium ſor-
miter examinatorum deponentium de actu ſubſe-
quendi in inceſſu proceſſionali, & de alijs actibus
ſuperioritatem importãtibus geſtis à dicta Socie-
3 tate, in concurſu aduerſariæ, qui teſtes cum ſint
de eodem loco, bene informati, & deponant de
viſu optimè probant. *Soccin. iun. conſ. 12.nu.21.*
verſ.& tanto magis, & n.ſeq.lib 2.Surd.conſ.196.
n.64.Rot. deciſ.42. n.4.p.4.deciſ.69 n.47.verſ.vſq.
teſtibus dec.237.n.7.deciſ.270.n.1.p.7.recent. & co-
ram Buratt. dec.578. n.6.& in Romana dotis 5. Iu-
nij 1648. §. & vltra, coram Eminentiſſ. Card Cel-
ſo, & in Mediolanen. Parochialis 3. Martij 1653.
§. præterea adſtipulatur coram Zarate, & in pun-
cto præcedentiæ, *Merlin. deciſ. 779. n 1. & deciſ.*
419.n.3. & 4. p.9. tom.2. recent.

Tum etiam ex propria confeſſione ipſius partis
aduerſæ, quę dùm inſteterit reſtitui in priſtinum ſtatũ
ſubſequendi, & cogi præfatos ſodales preeun-
4 di, neceſſario faſſa fuit, non ſe ſed alteram repe-
riri in poſſeſſione ſubſequendi, & præcedendi, ex
Theorica *Bart. in l.Aurelius §. item quæſiuit nu.*
2. ff. de lib. legat. & in l ſi duo ſub num. 4. ff. vti
poſſid per ea quæ in ſimilibus terminis firmauit
Rot. in deciſ 200. num 3. deciſ. 458. num. 1. & 2.
coram Gregor. XV. deciſ. 106. num. 1. verſ. ante-
rioritas autem dec. 629. num. 4. verſ. reſpondetur
coram Caual. deciſ.147. n.2. deciſ. 160. num.5. co-
ram Burat. in Romana Saluiani 10. Iunij 1639. co-
ram Bichio in Alexandrina Canonicatus 9. Decemb.
1648. § etenim probat coram Cerra, & in Leodien.
Dominij 10. Ianuar. 1650. §. probatur coram ea-
dem & in Piſauren. adminiſtrationis montis 27. Iu-
nij eodem anno ſub prin. coram eodem in Meliten
parochialis 21. Iunij, eodem anno §. tum ex eo corã
Bichio in Mediolanen. præpoſitur deuolutionis 11. Fe-
bruar. 1650. §. probat ille nanque verſ. & certi iu-
ris eſt coram Meltio & in Comen funeralium 7. Iu-
nij, 1651. §. magis certa redditur coram eadem.

Digniorem pariter eſſe demonſtratur, non ſo-
lum quia eius Confratres in dictis proceſſioni-
5 bus ſubſequendo proximiores Clero quam Ad-
uerſarij inceſſerunt. qui locus dignior habetur,
quia digniori vicinior eſt *l. 2. C. de præpoſit. labor.*
lib. 12. cap perlectis 22. dixtinc Pacian. de probat.
lib 2. c.26. num. 6. Ciriac. controuerſ 201. numer.
254. Caſſan. in Cathal. gloriæ mundi p. 4. conſide-
rat. 75. verſ mihi tamen cum alijs in Albinganen.
præcedentiæ 20. Iunij 1653. §. tertio quia coram
6 *Bichio*. Et regulariter præcedentia denotatur in
eo qui in proceſſionibus incedit in vltimo loco
Merlin. deciſ.70 num.9. & deciſ. 779. num. 3. Rot.
deciſ.595. numer.3. p.4. diuerſ. & comprobat Caſ-
ſan. in d. Catalog. Glor. mund. p.4. conſiderat. 75.
7 Verum etiam ex vſu iubendi in eiſdem pro-
ceſſionibus ordinem progreſſus, ſeu actum eun-
di, & ſiſtendi pauſamque faciendi, cum ſucceſſi-
ua aduerſariæ obedientia, & aquieſcentia, quod
ſuperioritatem demonſtrat. *glo. in c. olim il 3. de*
reſtit. ſpoliat. Vrſil ad Afflict. deciſ. 301. num. 4.
Merlin. deciſ.461. num. 6. & ſeq. Rot. in d. Albin-
ganen. præcedentiæ §. tum vſus.

8 Præcedentia autem conſiſtit in hominum opi-
nione, quæ in hac materia præcipuè eſt attenden-
da per tex. *in l. Athletas §. 1. ff. qui notant. infam.*
cap. cum olim de conſuet. Boer. deciſ.286. numer. 8.
verſ. item illa eſt maior Sperel. deciſ.76. num. 15.
tom. 1 Gratia diſcept. 118. num. 74. & 75. Burat.
9 *deciſ.483. numer 13.* Quinimo ab vſu vel conſue-
tudine præcedẽtia metiri debet *Zabar. cõſ. 52. nu-*
mer. 1. Rot. deciſ.70. num. 10. & deciſ. 776. num. 2.
coram Merlino deciſ. 288. in fi par. 1. recen. & in
Oppiden. proceſſionum 18. Maij, 1646. coram Ve-
roſpio in Taurinen. delationis baldachini 4. Iunij,
eod. anno coram Cardinal Corrada.
10 Et deſumitur vel ab actu præcedendi vel ſub-
ſequendi ſecundum locorum conſuetudinem &
communem perſonarum exiſtimationem vt ait
Pacian. de probat. lib. 2. c. 26. num. 109. in fi. Rot.
in d. Albinganen. præcedentiæ 20. Iunij, 1653. §. ni-
hil ad id ſuffragante coram Bichio.

Infertur ex hoc principio quod Confratres Sã-
ctiſſ. Sacramenti, ſi vſque ab initio in concurſu
cum Societate Roſarij ſecundum propriam exi-
ſtimationem ſibi elegerunt actum præeundi vti
11 digniorem, & præcedentiam inferentem, perperã
modo videntur pręcedentię quæſtionem propone-
re, & in dubium retorquere, quod aliter alias
exiſtimauerunt ſi vero ſecundum aliorum opinio-
nem actus pręeundi ius præcedendi non tribuat,
vbi imputari debent ſi ab initio ad hoc non ani-
maduertendo & per acquieſcentiam permittendo
vel non prohibendo actus aduerſariæ præheminẽ-
tiã tribuentes ſibi præiudicauerint iuxta *text. in*
cap. ex ore verſ. per hoc de ijs quæ fiunt à maior.
part. capit. Rot. in d. Albinganen. præcedentiæ 20.
Iunij 1653. §. nihil ad id verſ. eo minus coram Bi-
chio & in proximis terminis in Pampilonen. Scanni
16. Ianuar. 1640. §. nec releuat verſ. immo aliqui
coram Cardinal Panzirolo.

Nec obſtat quod Confraternitas Sanctiſſ. Sa-
cramenti ſit antiquior, vt eſt in confeſſo apud
partes, & comprobatur ex publico Inſtrumento
12 fundationis, & approbationis obtentæ ab Ordi-
rio, & de Iure communi dignior locus tribuatur
antiquiori *can. ſtatuimus vbi glo. verb nom diſtin.*
61. l. 1 C. conſul. lib. 12 l. fi. C. Tyronib. eod. lib. Rot.
deciſ.718. numer. 1. p 4 diuerſ. & in Oppiden. pro-
ceſſionum 18. Maij 1646. coram Veroſpio.

Quia id ſuffragatur re integra, & quando cæ-
tera correſpondent, ſecus autem exiſtente altera
13 in poſſeſſione præcedẽdi, ad cuius acquiſitionem
ſufficit vnicus actus, iuxta theoricam *Rip. in cap.*
cum Eccleſia num 91. & ſeq. de conſtit. Caſtil. de
Teſt Rog. cap. 41. num. 51. Xamar. de offic Iud. &
Aduocat. p. 1. qu. 2. num 69. Rot. in d. Taurinen. de-
lationis Baldachini §. quia cæteris coram Card. Cor-
14 *rado* & ex conſtitutione Gregoriana non eſt at-
tendenda antiquitas, ſed ſola ipſa poſſeſſio ſeu
quæ ſodalidas reperitur in quaſi poſſeſſione præ-
cedendi, & hoc ceſſante, quæ prius Saccis vſa
fuerit, quæ conſtitutio cum habeat decretum irri-
15 tans & Clauſulam ſublata claudit os, & tollit fa-
cultatem aliter iudicandi *Bart. in l. fin. C. de canon.*
frum. Vrb. Rom. lib. 11. Pariſ. conſ. 38. num. 7. lib.
4. Veral. deciſ. 134. num. 4. p. 3. Pute. deciſ. 48.
num. 6. & ſeq. lib. 1. Duran. deciſ. 74. num. 55. Rot.
deciſ

Digitized by Google

deciſ. 174. *num.* 13. *p.* 7. *recen. Genzal. ad regul.* 8.
Cancel. glo. 67. *num.* 12. vbi quod decretum irri-
16 tans inficit, & annullat omnia, quæ in contrariũ
fiunt, ac omnes iuris effectus tollit *& num.* 13 ſub-
dit quod habeat oculos terro, *& n.* 14. concludit
quod ſit tam malignæ & peſtiferæ naturę, vt quid-
quid in oppoſitum inueniat vti fulgor deſtruat
Redolphin in ſua prax iudic. p. 3. *c.* 4. *num.* 187.

Nec eſt habendum in conſideratione, quod mi-
niſterium Societatis Sanctiſſimi verſetur circa
cultum, & venerationem auguſti Sacramenti Eu-
chariſtiæ, quod inter alia Sacramenta ſicut præci-
puum locum obtinet, ita eandem digniorem fa-
ciat, & conſequenter præeminentiam & dignio-
rem locum obtinere debeat, prout digniori de
17 iure communi tribuitur *cap. ſtatuimus de maiorit.
& obedien. Maſtril. de Magiſt. lib.* 4. *cap.* 14. *num.*
39. *& ſeq. vbi allegat. concordantes Rot. dec.* 138.
num. 2. *p. p. recen Seraph. deciſ* 1445. *num.* 3. *Burat.
deciſ.* 868. *num.* 2. quia huius reſpectu nullam
18 aliam prærogatiuam obtinet, niſi quod in feſto
Sanctiſſ. Corporis Chriſti in omnibus actionibus
præferatur, & præcedentia debeatur, etiam in
deferendo Baldachino, dummodo accedat ad
alias proceſſiones, vt ſæpe cenſuit *Sacra Rit. Cong.
& ſignanter in Lauden.* 12 *Iulij* 1628 *apud Aldan.
in cõpend. canon. reſol. lib.* 1. *tit.* 23. *& in alia* 30.
Ianuar. 1616. *apud Gauant in Encherid. ſeu ma-
nual. Epiſcop. in verbo proceſſio numer.* 39. *Sell. in
Select Canon. c* 50. *nu.* 38. *Barboſ. in ſumm Apo-
ſtolic. deciſ. collect.* 207. *num* 42. *& Sancitum fuit
in conſtit. & practicab. decret. Synodi Diœceſanę
Auguſta Abbatia Nouantula in tit. de præcedentiæ
forma ſeruanda p.* 1. *practic.* 11. *numer.* 8. quæ ce-
lebrata fuit per me ipſum ſub die 7. & 8. Maij
1658. ex paſtorali vigilantia & ſollicitudine Emi-
nentiſsimi, & Reuerendiſsimi D. mei Cardinalis
Antonij Barberini Abbatis & perpetui Commen-
datarij, qui mihi nullis concurrentibus meritis
Vicarij Generalis munus munificè demandauit.
19 Propterea non eſt recedendum à conſuetudine
actenus obſeruata quæ in materia præcedentię
plurimum pollet. *Natta conſ* 62. *in fi Menoch. conſ.*
51. *numer* 49. *Seraph. deciſ.* 335 *num.* 3. *deciſ.* 402.
num. 1. *deciſ* 716. *num.* 18. *Gregor. XV. deciſ.* 124.
numer. 2. *vbi Add. num.* 4. *Add. ad Burat. deciſ.*
903. *num.* 20. *Merlin. deciſ.* 70 *numer.* 10. *& deciſ.*
779. *num.* 2 *Eminentiſſ Cardinal. Otthobon. dec.* 4.
num. 34 *&* 35. *Caual. dec.* 649. *num.* 1. *Rot. deciſ.*
214 *numer.* 4 *&* 14. *p.* 4. *tom.* 3. *deciſ.* 87. *num.* 5.
p. 5. *tom.* 1. *deciſ* 419. *numer.* 17. *p.* 9 *tom* 2. *recen.*
Etiam ſi diſpoſitioni iuris communis repugnaret
20 vt ſi minus dignum præferret digniori *Menoch.
conſ.* 9. *num.* 51. *Gregor. XV. deciſ.* 124. *numer.* 2.
& 4. *Seraph. deciſ.* 335. *numer* 3. *Otthobon. dict. de-
ciſ.* 4. *num.* 35. *Rot. dicta deciſ* 214. *p.* 4. *recen.*
21 Adeo vt vigore conſuetudinis poſſeſſio quamuis
eſſet contra ius ſit manutenibilis. *Cauar. pract.
quæſt. cap.* 17. *numer.* 6. *verſ.* 4. *& firmatur in de-
ciſionibus relatis per ſerentil. in addit ad Burat.
deciſ.* 903. *numer.* 22. *Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.*
25. *de regul. cap.* 13. *num.* 12 *&* 13. *præcipuè ſi ſit
temporis conſiderabilis ad tradita per Add. ad Gre-
gor. XV. deciſ.* 370. *ſub numer.* 10.
22 De conſuetudine ex longi temporis curſu in-
troducta dubitari non poteſt, vt conſtat ex depo-
ſitionibus teſtium in cauſa examinatorum, & ad
hunc effectum ſufficere ſpatium decem annorum
teſtatur *Beltram. in addit. ad Gregor. XV. deciſ.*
124. *numer.* 4 *in fi vbi ita firmaſſe Rot. in Sepun-
tina præcedentiæ* 13. *Iunij* 1609. *coram Card. Pam-
philio*. Et ita, &c.

DECIS. I. ADNOT. I.

SVMMARIVM.

1 Controuerſiæ de præcedentia ſummariè de plano omni appellatione remota terminandæ.
2 Intellig. procedere quo ad effectum ſuſpenſiuum ſecus quo ad deuolutiuum.
3 Remedia poſſeſſoria dantur in præcedentiæ cauſis: & competit officium Iudicis nu. 4.
5 Pro præcedentiæ poſſeſſione tuenda licet reſiſti armata manu.
6 Et datur actio iniuriarum.
7 Iudex ſæcularis eſt competens in controuerſijs præcedentiæ. Lim. de iure Concilij Trident. n. 8. ſublim. in prophanis num. 9.
10 Controuerſiæ cognitio ſuper iure ſedendi in Eccleſia ſpectat ad ſolum Epiſcopum.

Controuerſiæ de præcedentia quomodo terminandæ & qui ſit Iudex competens.

ADNOTATIO I.

1 CONtrouerſiæ de præcedentia inter Eccleſiaſti-
cas perſonas tam ſęculares, quam regulares
in publicis, aut priuatis proceſſionibus, vel in
tumulandis defunctorum cadaueribus, vel in de-
ferenda vmbella, & ſimilibus ab Epiſcopo com-
ponendæ ſunt breui manu, ſummariè de plano, ſi-
ne ſtrepitu, & figura Iudicij, omni appellatione
remota, & quibuſcunque non obſtantibus iuxta
diſpoſitionem *Sacri Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de regu-
lar. cap.* 13. *vbi Barboſ. in ſuis collect. ad eundem
Concil. numer.* 10. *&* 16. *& de offic. & poteſt. Epi-
ſcop. alleg.* 78. *numer.* 26. *& de iure Eccleſ. lib.* 1.
tit. de ſtat. & vit. regular. cap. 43. *num* 180 *tom.*
1. *& in ſumma Apoſtolic. deciſ. in verb. præcedentia
collect.* 590. *numer.* 1. *Lea in Theſaur. for. Eccleſ.
p.* 1. *q.* 8. *num.* 18.
2 Lim procedere ad effectum dumtaxat ſuſpen-
ſiuum, non autem quo ad deuolutiuum, per de-
cretum igitur Sacri Concilij Trident. appellatio
deuolutiua non tollitur *Barboſ. in collect. in Can-
cil. dicto cap* 13 *numer.* 9. *& de offic. & poteſt Epi-
ſcop. alleg.* 78. *num* 26. *Sperel. dec.* 170. *numer.* 6.
tom. 2 *Rot. in Colonien præcedentiæ poſt Poſt de
manuten deciſ.* 32. *verſ non obſtat quod in Concil.
& deciſ.* 85. *numer.* 10 *p.* 5. *tom.* 1. *vbi ſubdit.* quod
in gradu appellationis deuolutiuè bene detur
manutentio poſſeſſori.
3 Dantur vero paſſim in materia præcedentię re-
media poſſeſſoria, vt ex *Bal. ſalin. Purpurat. tradit.
Gratia. diſcept.* 298. *ſub num.* 11. prò vt etiam
4 competit officium Iudicis *Iaſ. in l. ſi ſortem* §. *li-
bertas de condic. indeb.* immo licitum eſt reſiſtere
5 etiam armata manu contra eum, qui tale ius præ-
cedendi infringit *Bald. in l. obſeruare* §. *antequam
in fi. de offic. proconſ. Gratia. diſcept.* 110. *numer.*
16. *& diſcept.* 298. *num.* 11. *circa med. Cobel.
de bon. regim. cap.* 31. *numer.* 155.

6 Vlteriùs competit actio iniuriarum aduerſus eum, qui non patitur ſimilem honorem decerni laté *Corduben. in l ſi quis à liberis in prin numer. 30. & 32. ff. de liber. agnoſcen. Caſſan. in Catal. glor. Mund. conſiderat. 38. p. 1. conclu 29. Gratia. diſcept. 110. numer. 14. & 19. & diſcept. 298. num. 31. in fi. Cobell. de bon. regim. cap. 31. numer. 155.* licet contrarium notet *Bald. iniuriarum actio §. ſi quis in bonoribus ff. de iniur. & famoſ. libel.*

7 In controuerſijs præcedentiæ etiã circa locũ incedendi in proceſſionibus, quod Iudex quoque laicus ſit competens tenet. *Carol. de Graſſ. de effect. Clerie effect. 1. numer. 613* vbi ſubdit, quod ad Epiſcopum ſpectet cognitionem circa receptionem, cancellationem, canonicamque electionem officialium ſodalium Confraternitatum, ſed

8 hæc Craſſi opinio videtur eſſe contra expreſſam diſpoſitionẽ Sac. Concilij Tridentini tribuentem ſolis Epiſcopis huiuſmodi differentiarum, & cauſarum cognitionem, tollerabilem tamen eam eſſe, vbi agatur iudicio tantum poſſeſſorio inquit *Barboſ de offic. & poteſt. Epiſcap. alleg. 78. nu. 42.*

9 In prophanis vero, & inter nobiles, ac Titulatos præcedentiæ quæſtionis cognitio ad ſolum Principem ſpectat *Maſtril. de magiſtrat lib. 4. cap. 14. numer. 93. ex Molin. de primog. Hiſpan. quem allegat lib. 1. cap. 24. & Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 10. numer. 115.*

10 Lim. ſi inter laicos oriatur differentia ſuper iure ſedendi in potiori loco, vel alio in Eccleſia, quo caſu Epiſcopus tantum eſt Iudex competens, & non Iudex ſecularis, cum Eccleſia ſit extra eius iuriſdictionem, & ſolius Epiſcopi territoriũ dicatur *ad notata per Abbat. & Hoſtien. in cap. penult. numer. 5. de ſepult. Roc. de Curt. in tract. iuriſpatron. verſ. in Eccleſia numer. 16. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 1. cap. 24 num. . . cum alijs per Cancer. var. reſol. p. 3. cap. 10. de conten. iuriſdic. numer. 115. & ſeq.*

SVMMARIVM.

1 Conſuetudo in materia præcedentiæ in primis attendenda licet iuri communi repugnaret, & n. 2.
3 Poſſeſſio conſiderabilis temporis eſt manutenibilis licet ſit contra ius.
4 Conſuetudo irrationabilis licet immemorabilis non obſeruanda vt ſi minus dignus præferatur digniori. *Amp. vt nu. 5. & 6.* Limit. ſi ex cauſa minus dignus eſſet præferendus nu. 7. nam tunc eſt ſeruanda n. 8.
9 Conſuetudo in materia præcedentiæ debet eſſe rationabilis, & conſtans.
10 Conſuetudo vt prius recepti præferantur poſtea receptis in ordine maiori conſtitutis, non valet.
11 Conſuetudo præferens non habens dignitatem habenti eſt irrationabilis.
12 Conſuetudo irrationabilis inpræſcriptibilis, & quãdo dicatur irrationabilis.
13 Ad inducendam conſuetudinem in materia præcedẽtiæ quid requiratur.
14 Ad inducendam conſuetudinem quæ requirantur.
Debet eſſe in iudicio obtenta quando eſt correctoria iuris ibidem in fin
15 Conſuetudo non inducitur ex actibus facultatiuis.
16 Actus non dicitur facultatiuus, quando præcedit titulus.
17 Conſuetudo de vno actu ad alium extendi non poteſt.
18 Conſuetudo probanda in ſpecie in loco de quo agitur, & in indiuiduo n. 19.
20 Conſuetudo licet præter ius, & non contra ius probatur per ſpatium decem annorum.
21 Teſtes ad probandam conſuetudinem quomodo deponere debeant.
22 Conſuetudo contra ius exigit lapſum 40. annorum.
23 Conſuetudo decennalis de iure canonico in materia præcedentiæ ſufficit.
24 Conſuetudo facti, quæ reſultat ex obſeruantia ſufficit.
25 Amp. hoc procedere in petitorio, cum in poſſeſſorio vnicus actus ſufficiat.
Ad acquirendam poſſeſſionem præcedendi vnicus actus ſufficit ibidem, limita ſi actus ſit conſtans, ſecus ſi æquiuocus. n. 26. Limit. 2. ſi poſſeſſio ſit violenta, & turbatiua num. 27.
28 Conſuetudo præſcripta per vnicum actum in contrarium non tollitur.
29 Vbi non adeſt particularis conſuetudo in materia præcedentiæ ſeruanda eſt conſuetudo Cathedralis vel ſeruandum eſt quod in Vrbe omnium Magiſtra ſeruatur, num. 30.
31 Conſuetudo contra formam Ceremonialis Epiſcoporum ſublata à Clem. VIII. ſed non tollit immemorabilem num. 34.
32 Decretum irritans inficit actum aliter geſtum, & tollit conſuetudinem, & impedit præſcriptionem n. 33.
37 Conſuetudo immemorabilis non cenſetur ſublata niſi de ea fiat expreſſa mentio, ſecus ſi ſit irrationabilis nu. 36.

Conſuetudo in materia præcedentiæ an, & quando attendenda.

ADNOTATIO II.

1 IN materia præcedentiarum præcipuum locum ſibi vindicat conſuetudo, à qua non eſt recedendum, ſed ante omnia ſeruanda. *Glo in cap. de liberatione 4 in prin. in verb. electionis in fi. de offic. deleg. Bald. in cap. cum olim numer. 1 de conſuet. Menoch. conſ. 126. numer. 3. lib. 2. Nauar. conſ 2. de maiorit. & obedien. Ruin. conſ. 166. numer. 4. lib. 4. Fab. de Anna conſ. 4. num. 4. Ric. in collect. 1064. par. 4 Molſeſ. in conſuetud Neapol. p. 1. cap. 5. numer. 18. & ſeq. Maſtril de Magiſt lib. 5. cap 4. numer. 30. Cobel. de bon. regim. cap. 31. numer. 161. & cap. 37. num. 20. Tiraquel. de nobilit. cap. 20. numer. 55. Cancer. var. reſol. p. 3 cap. 10. numer. 117. in fi. Cyriac. controuerſ. 201. numer. 165. & 166. & controuer. 202 numer. 39 in fi. Ma. ſabr. de Synod. Dioeceſ. cap. 4. dub. 6. numer. 82. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 13. de regular. numer. 11. & de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 43. numer. 178. Gratia diſcept 106. num. 8. tom. 1. diſcept. 298. numer. 8. & diſcept. 390. numer. 9 3. tom 3. Gamma. deciſ. Luſitan. 1. numer. 31. Sperel. deciſ. 76. num. 3. tom. 1. deciſ. 179. numer. 1. tom. 2. Seraph. deciſ. 716. numer. 19. & deciſ 964. numer. 1. Gregor. XV. deciſ. 124. numer. 2. Caual. deciſ. 649. num. 1. Rot. deciſ. 85. numer. 5. p. 5. tom 1. deciſ. 483. numer. 1. p. 5. tom. 2. deciſ. 419. n. . . p 9. tom. 2. recen. per optimum text. in l. non tantum ff. de decur.* ibi nunquam etiam longa conſuetudine in ea re obſeruata reſpicienda erit *cum alijs per Adden. ad Burat. deciſ 903. num. 20.*

2 Amp. procedere etiam ſi talis conſuetudo repugnaret iuris communis diſpoſitioni, ſcilicet ſi minus dignus eſſet præferendus digniori ex notatis per *Hoſtien. in cap. in decorum de ætat. & qualitat. Cauar. practic. quæſt. cap. 17. ſub numer 6. verſ. quarto Panorm. in cap. auditis in 3. notab. de elect. Ric. in cap. cum te de reſcript. Menoch. conſ. 51. numer. 51. Tamburin. de iur. Abbat. deciſ. 5. q. 11. numer. 81.*

Digitized by Google

mer. 81. in fi. tom.3. Borboſ. de iur. Eccleſiaſt. lib. 1. cap.43. numer. 179. Gregor. XV. dec. 124. numer. 2. & 4. Seraph. deciſ. 964 num. 1. Rot. deciſ. 534. numer. 7. dec. 595. num. 4. p. 1. diuerſ. deciſ 685. num. 3. p. 1. deciſ. 214. numer 4. & 14 p. 4. tom. 2. deciſ. 85. numer. 6. p. 5. tom. 1. deciſ 433. numer. 2. p. 5. tom. 2. recen. cum alijs per Sperel. deciſ 76. num. 4. tom. 1. & per Adden. ad Burat. dec. 903. num. 21.

3 Amp. 3. illatiuè ex præcedenti, vt etiam ſit manutenibilis poſſeſſio, licet ſit contra ius, quando eſt alicuius temporis conſiderabilis *Franc. in cap. ad decimas numer. 8 in 4. limit. de reſtit ſpoliat. in 6. Couar practic. quaſt. cap. 17. ſub numer. 6. verſ. 4. Rot. deciſ. 534. numer. 7. deciſ. 595. numer. 4 p. 1. diuerſ. deciſ. 370. coram Gregor. XV. vbi adden. numer 10. deciſ. 085. numer. 4 p. 1. & deciſ. 85. numer. 7. par. 5. tom. 1 recen. cum alijs per Adden. ad Burat. deciſ. 903. numer. 22.*

4 Contrarium vero quod conſuetudo, vt minus dignus digniori præferatur tamquam irrationabilis, & corruptela non teneat, non obſtante quod ab immemorabili tempore obſeruata fuerit faciunt latè tradita per *Abbat. in conſ 21. lib. 1. Menoc. conſ. 126. numer. 31. in fi. & 32. Gregor. XV. dec. 310. numer. 5. Beltram in addit. ad eundē Gregor XV deciſ. 124. ſub numer. 4. & per totam*
5 vbi reprobatur quædam conſuetudo per quam laicus Clericis præferebatur, & dignior locus tribuebatur, tamquam irrationabilis. *Sperel. dec. 76. numer. 4. & per tot.* vbi quod conſuetudo, vt
6 iunior Canonicus in ſedendo antiquiorem præcedat, tamquam irrationabilis, & corruptela non ſit attendenda, nec ſit præſcriptibilis, *Ruin. conſ. 155. numer 9. lib. 4.*

7 Lim. hanc contrariam oppinionem habere locum quando conſuetudo generaliter & abſolutè in omnibus actibus, & locis ſine aliqua cauſa minus dignum, magis digno præferret, ſecus autem in particulari caſu, ſeu actu, vbi ſpecialis qualitas concurreret, ſcilicet vel ratione officij, vel dignitatis, cuius vigore ex ſingulari prærogatiua, & rationabili cauſa minus dignus, & poſterior veniat præferendus magis digno, & anteriori, quia hoc caſu non cenſetur irrationabilis, nec incongruum reputatur *Menoch. conſ. 52. numer. 49. & 50. Sperel. deciſ 76. num. 12. verſ. cæterum concluſio tom. 1. & dec 179. numer. 36. tom. 2. Gregor. XV. dec. 310. numer. 6. vbi Adden. numer. 10.* vbi quod in ijs terminis procedunt, & ſuſſiſtunt *deciſ. Seraph. 716. & deciſ. 954. num. 2.*

8 Vbi igitur viget conſuetudo, quod minus dignus præcedat, maxime in caſu, in quo non agitur de abſoluta præcedentia, ſed tantum in particularibus caſibus ex iuſta, cauſa ſeruanda eſt, ex latè deductis per *Abbat in cap. poſtulaſtis numer 8. de conceſ. prabend. Dec. conſ. 160. in prin. Pute. deciſ. 105. numer. 5. & 6. lib. 3.*

9 Ex ijs ſequitur quod conſuetudo in materia præcedentiæ vt ſubſiſtat debeat eſſe non ſolum rationabilis. Verum etiam conſtans, & non claudicate *Eminentiſſ. Cardinal Ottbobon. dec. 4. num. 36. & 37.* vnde non valet conſuetudo, quod prius
10 recepti præferantur poſtea receptis, ſi poſtea recepti ſint inſtituti in ordine maiori *cap. ſtatuimus de maior. & obedien. vbi Abb. Seraph. deciſ. 716.*
11 *numer. 4. & 5.* vbi quod irrationabilis quoque reputetur conſuetudo, per quam non habens dignitatem præferatur illam habenti *Aretin conſ. 23. in fi. Dec. in l cum quid numer. 24. ff. ſi cert. petat.*

12 Conſuetudo autem irrationabilis nunquam poteſt figere pedes, & redditur inpræſcriptibilis *cap. fi. de conſuet. Rot. dec. 232. numer. 15. par. 7. rec.* Nec per tempus immemorabile induci poteſt *Couar. var. reſol lib. 2. cap. 13. num. 5.* & ita dixiſſe *Rot. patet ex deciſionibus relatis per Ferentil. in adnot. ad Burat dec. 800. lit. A verſ conſuetudo.* Et dicitur irrationabilis ſi ſit ſcandaloſa, vel aliquem indebitè grauet, vel ſi bono communi, aut libertati Eccleſię aduerſetur late *Paul. de Rubeis in adnot. ad dec 28. numer. 13. & 14. p 3. recen* & cum in hac materia non poſſit dari certa regula relinquitur arbitrio Iudicis an conſuetudo ſit irrationabilis *Menoch. de arbitror. Iud. caſ. 82. Rot. deciſ. 28. n. 1. p. 3. recen.* vbi quod dicatur irrationabilis ſi deroget iuri naturali, vel Diuino, vel ſit contra leges, & Conſtitutiones Eccleſiaſticas, vel contra dicta SS. Patrum ſi ſit nutritiua peccati, aut contra bonos mores aut, contra bonum publicum.

13 Ad inducendam tamen conſuetudinem in materia præcedentiæ, conſtare debet quod actus facti fuerint ea intentione, vt conſuetudo induceretur, cum alias ex gratia potuiſſent fieri, ne detur iuris ſui renunciatio, quæ in dubio non præſumitur, vt ex *glo. & Dec. tradit Gratto. diſcept. 298 n. 8. verſ quia reſpondetur Burat dec. 19. n. 14.*

14 Vnde probanda eſt conſuetudo cum ſuis qualitatibus requiſitis ad eam inducendam, primo ſcilicet frequentia actuum *Bart. in l de quibus numer. 3. & ibi Bal. num. 37. ff. de legat. ſecundo,* quod iſti actus facti fuerint ſcientibus pluribus, vel omnibus de populo, vel ſaltem eius maiori parte *Alex. conſ. 131. numer. 9. lib. 2. Dec. conſ. 483. num. 25. & conſ. 536. num. 9. Burat. deciſ. 3. num. 4.* Tertio, quod iſti actus, ipſaque conſuetudo habuerit principium voluntarium, & non violentum latè *Pariſ. conſ. 27. num. 41. lib 1 Coccin. dec. 400. numer. 4.* Quarto Actus debent eſſe vniformes, ita vt vnicus actus in contrarium extinguit conſuetudinem, illamque non extare probat, vel ſaltem interrumpit etiam ſi mille actus ad eam inducendam geſti eſſent *Bart. in l. 2. num 22. ff. ſolut. matrim. Surd. conſ. 393. num. 23. & 24. Scader. de fæud p. 10. ſect. 20. num. 157. Gregor. XV deciſ. 162. num. 8. & 9. vbi Adden. num. 15.* Quinto requiritur vt ſit inducta per ſcientiam, & non per errorem præcipuè ſi ſit contra ius *Bart in l de quibus verſ. recte initiatum de legat. & glo. magna in cap fruſtra verſ. item quod non per errorem 8. diſtin. Rot. deciſ. 19. num 11. coram Burat. & dec. 524. nu. 4. p. 1. recen ſexto* requiritur vt ſit in iudicio obtenta, quando eſt correctoria iuris *Socin. iun. conſ. 73. numer. 5. lib. 4. Gig conſ. 25. numer. 31.*

15 Ex actibus facultatiuis conſuetudo non inducitur, *Dec. conſ. 175. ſub num. 6. verſ. propterea licet Rol conſ. 53. num. 38. lib. 2 Surd. conſ. 127. num. 81. Gratia diſcept. 298. numer. 10 Greg XV. dec. 162. num. 10. ibique adden. lit. C. Rot. deciſ. 536. num. 4. p. 2. recen.*

16 Sed facultatiua materia non dicitur, quando præcedit titulus, quia tunc ſubſecuti actus præſumuntur

muntur

Digitized by Google

miuntur facti in vim tituli præambuli ad exclu-
ſionem actus voluntarij, prout etiam excluditur
præſumptio facultatis ex actuum pluralitate per
longum temporis interuallum geſtorum; pariter
exclnditur fauore piæ cauſæ, vel diuini cultus
late Beltram. in uduot. ad Gregor. XV. deciſ. 162.
lit. C.

17 Conſuetudo de vno actu ad alium extendi non
poteſt; Nurta conſ. 46. numer. 2. Seraph. dec. 326
numer. 2. præcipuè ſi ſit contra ius commune, quo
caſu non fit extenſio de perſona ad perſonam, nec
de caſu ad caſum Maſtril. de Magiſtrat. lib. 5. cap.
4. numer. 36. A Ponte dec. 8. num. 11.

18 Ac proinde conſuetudo tamquam ſtricti iuris
eſt probanda in ſpecie in loco de quo agitur, cum
non extendatur Alex. conſ. 68. num 19. lib. 2. Dec.
conſ. 483. numer. 22. Surd. conſ. 526. num. 16. Gio.
uan. reſponſ. 94. num. 14. lib. 1. Steiban. iun. reſol.
98. num. 102. Seraph. dec. 1159. num. 6. Cauale deci-
ſiſ. 172. numer. 5. dec. 637. num. 13. Rot. dec. 799. in
fi. p. 1. diuerſ. dec. 453. num. 2. coram Durano, & in
Calagurritana Beneficij Sancti Aſcenſij & Dauidilli
17. Aprilis 1654. §. nec allegatam coram Zarute.

19 Amp. vt etiam ſit probanda in indiuiduo in ca-
ſu controuerſo probationibus pernecesse conclu-
dentibus Cæſar. de Graſ. dec. 6. num. 5. de probat.
Seraph. dec. 326. num. 2. Gregor. XV. dec. 45. nu. 6.
dec. 162. numer. 2. Rot. dec. 662. num. 3. p. 3. deciſ.
323. num. 24. p. 4. tom. 2. recen. cum alijs in Fulgi-
naten. hæreditatis 14. Februar. 1650. §. nec etiam
præfatio in fi. coram Veroſpio.

20 Conſuetudo quæ non eſt contra ius licet ſit
præter ius inducitur, & probatur per ſpatium
decem annorum Abb. in cap. cum fiat num 6. in fi.
verſ. ideo conſuetudo de decim. Rot. dec. 163. num.
4. p. 2. diuerſ. vnde per decennalem obſeruantiam
ius à conſuetudine conſtituitur Glo. in cap. fi. in
verbo cõſuetudo de conſuet. in 6. Rot. d. 279. n. 2. dec.
722. num. 1. p. 1. recen. & in Mediolanen. ſuſtenta-
tionis libri 30. May 1650. §. eoque magis coram
21 Dunozet. & ad hunc effectum ſufficit quod teſtes
deponant à tali tempore citra per dictionem ſem-
per Decian. conſ. 51. num. 32. lib. 2. Seraph. deciſ.
1159. numer. 3.

22 Si vero ſit contra ius requirit lapſum quadra-
ginta annorum cap. vltim. in fi. de conſuet. vbi. glo.
vltim. in prin. & communiter Canoniſtæ, & præci-
puè Abb. num. 11. Butr. ſub num. 39. verſ. vnde
tenet cum alijs per Rot dec. 524. num. 3. p. 1. recen.
Burat. dec. 19. num. 7. dec. 550. num. 4. vbi cum
duobus actibus ad minus dec 800. num 9. Adden.
ad eundem dec. 3. num. 15. Rot. dec. 1. num. 17. p. 4.
tom. 2. recen. dec. 419. num. 5. dec. 649. num. 4. co-
ram Caual.

23 Sed quod de iure canonico in materia præce-
dentiæ ſufficiat conſuetudo decennalis, tenet Aret.
conſ. 23. num. 11. in 3. dub. Anna conſ. 40. num. 5.
Gram. deciſ. 64. num. 34. Maſtril. de Magiſtrat. lib.
5. cap. 4. numer. 4. dummodo iuri communi non
aduerſetur Add. ad Burat. dec. 3. num. 15. ſed po-
tius ad idem reuertatur deciſ. 274. numer. 3. p. 4.
tom. 1. recen. dec. 73. num. 3. dec. 95. numer. 2. dec.
356. num. 1. coram Cauale.

24 Quinimo quod ſufficiat conſuetudo facti, quæ
præcipue reſultat ex obſeruantia, ad quam indu-
cendam non requiritur longum tempus, ſed ſolũ
ita in certis actibus aliquando ſeruatum fuiſſe, vt
docent Doctores relati per Maſtril. de Magiſtrat.
lib. 5. cap. 4. num. 33. & 34.

25 Quod præcipuè ſibi locum vindicat in petito-
rio, cum in poſſeſſorio vnicus, & vltimus actus
poſſeſſionis exuberet cap. cum Eccleſia Sutrina vbi
Panor. & alij de cauſ. poſſeſſ. & propriet. l. item
Mela §. ſed ſi alimentu ff. de aliment. & cibar. legat.
Vincen. de Anna ſing. 96. & alleg. 131. num. 1. lib.
2. Burſat. conſ. 343. num. 74. lib. 4. Menoch. conſ.
126. num. 6. cum alijs per Maſtril. de Magiſtrat lib.
5. cap. 4. num. 35. Et in puncto præcedentiæ ad ac-
quirendam quaſi poſſeſſionem præcedendi pariter
ſufficit vnicus actus iuxta theoricam Ripæ in
cap. cum Eccleſia num. 91. & ſeq. de conſtit Xamar.
de offic. Iud. & Aduocat p. 1. q. 2. num. 69. Rot. in
Thaurinen, delationis Baldachini 9. Iulij 1646. §.
quia cæteris coram Eminentiſſ Card. Corrado.

26 Lim. procedere ſi actus ſit conſtans, adeo vt in
nihilo claudicare videatur, ſecus ſi actus ſit æqui-
uocus, nam ex eo non acquiritur præcedendi ius
Rot. dec. 46. num. 7. apud Poſt. de manuten. deciſ.
229 numer. 7. deciſ. 333. num 6. p. 1. recen. & in
Albinganen. præcedentiæ 20. Iunij 1653. §. nihil ad
id coram Bichio.

27 Lim. 2. ſi poſſeſſio ſit violenta, & turbatiua, nã
tunc tamquam vitioſa ad nihilum inſeruit, Seraph.
dec. 964. num. 6. Rot. dec. 142. num. 4. p. 5. dec. 79.
num. 9. p. 7. recen. præcipuè ſi ſit iunior, cum præ-
ſumatur violenta, & clandeſtina Rot. dec. 78. num.
1. p. 6. recen.

28 Quando conſuetudo eſt legitimè præſcripta
per vnicum actum in contrarium non tollitur ad
tradita per Nat. conſ. 636. num. 18. Rot. in Bono-
nien. fideicommiſſi de Glanutinis 1633. ſub §. fi. co-
ram Ghiſlerio.

29 Ceſſante particulari conſuetudine recurrendũ
eſt ad conſuetudinem Cathedralis in materia præ-
cedentiæ, Federic. de Sen. conſ. 152. num. 1. verſ.
idem ſi de alia Sperel. dec. 76. num. 9. Et ad tollen-
30 das omnes lites, & controuerſias, quæ occaſione
præcedentiarum ſuboriri poſſunt, ſi propria, &
particularis ceſſet conſuetudo, recurrendum eſt, &
ſeruari debet, id quod in alma Vrbe omnium
Magiſtra ſeruatur, vt ſanciuit Sac. Cong Epiſcop.
& regular. 26. Auguſti 1593. quæ reſolutio relata
ab Eminentiſſ. Cardinal Alexandrino, placuit Sã-
ctiſſimo, & iuxta eam reſcribi mandauit occur-
rentibus caſibus de qua Campanil. in diuerſ. iur.
Canon. cap. 13. ſub num. 121. Quarant. in ſumm.
Bullar. in verbo præcedentia, Barboſ. de offic. & po-
teſt. Epiſcop. alleg. 78. num. 24. p. 3. Sperel. deciſ.
76. num. 10. tom 1. Cauale. dec. 588. num. 7.

31 Conſuetudo contra formam præſcriptam à
Cœremoniale Epiſcoporum circa modum ince-
dendi, & dirigendi publicas, & priuatas proceſ-
ſiones, aliaſq; Eccleſiaſticas functiones, pœnitus
abrogata fuit à Clemente VIII. conſtitutione ſuper
obſeruantia eiuſdem cæremonialis ſub ampliſſi-
mis Clauſulis, derogatorijs, ex quibus non modo
præterita, ſed futura etiam, & ſubſequentia cen-
ſeatur ſublata reſiſtente lege, quæ ſemper loqui-
tur iuxta tex. in l. Adrianus C. de hæret. tum etiam
32 ex decreto irritanti ibidem appoſito, quod radi-
cibus inficit actum aliter geſtum cap. ſi eo tempore
de elect. in 6. Caſſador. dec. 1. num. 2. de reſtit. ſpo-
liat.

liat. dec.3. in prin. eod. tit. in nouis dec.24. num. 5.
p. 2. diuerſ. dec. 62. num. 6. p 6. recen. & in pun-
cto Cæremonialis, & præcedentiæ *Sperel.qui alios*
allegat. dec. 179. num. 34. & 35. tom. 2. & tollit
33 conſuetudinem ne dum in præteritum, ſed etiã in
futurum & impedit præſcriptionem vt late tradit
Gabr. in tit. de Clauſ. conclu. 3. numer. 39. & 40.
Gonzal. ad reg 8. Cancellar. glo. 67. num 50.

34 Lim. quod Cæremoniale non tollat immemorabiles, & laudabiles conſuetudines, ſed abuſus vt ſæpe cenſuit Sac. Congregatio iuxta reſolutiones relatas per *Barboſ. de canon. & dignitat. cap. 33. num. 24. Garz. in addit. ad 3. p. c.2. numer. 191.*

35 Conſuetudo autem immemorabilis nunquam cenſetur ſublata, niſi de ea fiat expreſſa mentio vt comprobat *Garz. de beneſ. p.3. c.2. num. 194. & ſeq.* & patet ex declarationibus per eum relatis, *Dian. reſol. moral. p.6. tract. 5. reſol. 32.*

36 Sublim. quando conſuetudo eſt irrationabilis late *Sanctarel. var. reſol. tom. 1. q.4. num 37. Diana loco ſupra citato Sperel. deciſ. 179. numer. 38. tom. 2.*

SVMMARIVM.

1 Clerus ſæcularis conſtitutus fuit à Sanctis Apoſtolis.

2 Clerus ſæcularis præcedere debet Regularibus etiam in eorum Eccleſijs & n.5.

3 Qualis ordo præcedentiæ ſeruari debet inter Clericos & Regulares.

4 Ordo incedendi in proceſſionibus qualis eſſe debeat. Cæremoniale Epiſcoporum habet vim legis ibidem.

6 Ordines Regularium in Vrbe in proceſſionibus cum interuentu Sãctiſſimi quomodo inter ſe præcedant.

7 Religiones quæ ad proceſſionem non tenentur accedere.

8 Regulares diſtantes à Ciuitate per milliare non tenentur accedere ad proceſſiones.

9 Clerici ſæculares non debent mixtim incedere cum Regularibus.

10 Presbyteri præcedere debent inter ſe iuxta antianitatem ordinis & non ex gradu Doctoratus nu.11.

12 In Concilijs ſecundum eorum ordines vnus alteri locum cedere debet.

13 Clerici ſeminarij debent in publicis proceſſionibus incedere ante Clerum ſæcularem, & relinquere primum locum Canonicis Collegiatarum num.14. Contrarium quod debeant incedere cum Capitulo Cathedralis num. 15.

16 Rota ſolet reuerenter deferre reſolutionibus Sacrarum Congregationum.

17 Regulares & Confraternitates laicorum quomodo inter ſe præcedere debeant & n.18.

19 In materia præcedentiæ ad tollendas differentias obſeruandum eſt quod in alma Vrbe ſeruatur.

20 Quod Romæ ſeruatur vti Capitis orbis ſeruare debent aliæ Ciuitates.

21 Confraternitatibus an à præcedẽtia in vno actu quæratur poſſeſſio præcedendi in omnibus alijs intelige & limita vt n.22.

23 Ex poſſeſſione vniuerſali quando à particulari inferatur.

24 Poſſeſſio generalis à titulo vniuerſali cauſata comprehendit omnia ſub eadem vniuerſitate contenta limita vt nu. 25. & 26.

27 Inter Religiones in materia præcedentiæ attendendæ ſũt inſtitutiones, & approbationes. Lim vt n.28.

29 Ordo Carmelitarum præcedit Ordinem fratrum de Mercede.

30 Monachi Ciſtercienſes trium fontium, & S. Crucis in Hieruſalem præcedunt Monachos Cæleſtinos S. Euſebij.

31 Ciſtercienſes B. Mariæ Fulien. præferuntur Mendicantibus.

32 Cæleſtini præcedunt Oliuetanos.

33 Canonici Regulares poſt Clerum ſæcularem locum habere debent, & præcedunt etiam Caſinenſibus.

34 Mendicantes præcedentiam Monachis tribuere debent.

35 Fratres S. Dominici præcedunt omnibus Mendicantibus.

36 Fratres Minores S. Franciſci de Obſeruantia habent locum ante fratres Minores Conuentuales.

37 Fratres tertij Ordinis prius in loco Monaſterium habentes præcedunt fratres S. Franciſci de Obſeruantia.

38 Fratres Beati Ioannis Dei vt præcedant Mendicantibus quid obſeruandum ſit.

39 Oliuetani quando præcedant Monachos Montis Virginis.

40 Pluribus eiuſdem ordinis Monaſterijs exiſtentibus in eodem loco præcedentia danda eſt ordini, qui prius in loco Monaſterium habuit, etiam quo ad alios poſteriores, ſi mixtim incedant.

41 Procurator Generalis Minorum de Obſeruantia præcedit in Capella Pontificia Procuratori Generali fratruum Conuentualium.

42 Milites Hieroſolymitani quomodo inter ſe præcedant, Quid inter Bailos & Milites Magnæ Crucis num.43. Quid inter Eccleſiæ Priorem, & alios Priores n.44. Quid inter dictum Priorem, & Epiſcopum Meleuitanum num.45.

46 Minor dignitas in loco vbi habet iuriſdictionẽ præcedit maiorem dignitatem iuriſdictionem non habentem.

Clerus ſæcularis, Regulares, & Confraternitates Laicorum quomodo inter ſe præcedere debeant.

ADNOTATIO III.

1 CLerus ſæcularis ab exordio naſcentis Eccleſiæ conſtitutus fuit à SS. Apoſtolis, *cap. 1. verſ. ſimpliciter, & cap. nemo 21. diſt & latè comprobat Albert. de Trot. de perfet. Cleric. qu. 17. numer. 5.* vnde ex ſæcularium Clericorum cœtu efformatur Eccleſiæ ſenatus *cap alia 16. qu. 1. Sperel. dec.179. num.18. tom.2.*

2 Propterea tamquam omnium antiquior & dignior debet ſemper, & in omni loco habere præcedentiam ſupra Regulares, etiam in ipſorũ Regularium Eccleſijs, iuxta vniuerſalem Eccleſiæ conſuetudinem ita ſæpe cenſuiſſe *Sac. Cong. Rit.* patet ex declarationibus relatis per *Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 43. num.191. & in ſumma Apoſtolic deciſ collect. 190. num. 9. & collect. 643. num. 2. 3. & 4. & de canon. & dignitat. cap. 18. num.69. Aldan. in compend. canon reſol. lib. 2. tit. 16. num 44. Falin. in rub. de maior. & obedien. num. 5. Homobon. de Bon. de ſtatib. humanæ vitæ p. 1. cap.22. in prin. Ferruſin. t act. de præceden. Eccleſ. q.14. num.1.*

5 Ordo vero præcedentiæ ſeruandus inter Clericos, & Regulares habetur ex *Bulla B. Pij V. incip. Diuina diſponente clementia de qua Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 43. num. 181.* vt ſcilicet primo loco Clerici ſæculares, inter quos Cathedralis Eccleſiæ Canonici, deinde Collegiatarum Eccleſiarum, poſtea Parochi, & demum cæteri Clerici, inter Regulares vero Canonici Sancti Auguſtini, & Ordines Monachales iuxta cuiuſq; antiquitatem ſucceſſiuè Mendicantes, Prædica-

tores

Digitized by Google

rores ſcilicet, Franciſcani, Auguſtiniani, & Carmelitæ.

4 Et in Cæremoniali Epiſcoporum *lib. 2. cap. 32. fo. mihi* 315. preſcribitur ordo incedendi in proceſſionibus, nempe, vt Confraternitates præcedant, ſequantur Religioſi, poſtmodum Clerus, & Eccleſiæ collegiatæ, & vltimo Clerus Eccleſię Cathedralis, quod cæremoniale precisę obſeruari mandauit *fel. recor. Clem. VIII. iuxta breue motu proprio editum, & ibidem impreſſum*. Quod quidem Cæremoniale tamquam deciſorium vim legis obtinet iuxta notata per *Doctores in cap. conſuluit. de ſeruit. non ordin. vbi Hoſtien. num. 7. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 16. num. 123. Gratian. diſcept. 151. num. 7. cum alijs per Sperel. dec. 179. num. 23. tom. 2.* Rurſus idem *Clemens VIII.* per aliam Conſtitutionem, quę incipit *quæ ad remouenda ſub die 5. Nouembris* 1605. ex voto Sac. Cong. Rituū declarauit Clerum ſæcularem in
5 omnibus locis etiam in proprijs Monachorum, & Regularium Religioſorum quorumcunque Eccleſijs præferendum eſſe, & pręcedere debere, quam conſtitutionem confirmauit, & obſeruari mandauit *Gregor. XV.* per ſuam conſtitutionem *incip. Alias à felic. rec. die 3. Auguſti* 1622.

6 Vnde *Gama deciſ. Luſit. 1. num. 7.* refert obſeruaſſe, & vidiſſe in Vrbe in publicis proceſſionibus cum interuentu S.D.N. eos, qui loca S. Pontifici proximiora occupabant cæteris pręeuntibus anteferri, & quo ad Regulares, quod primū locum obtinebant Canonici Regulares Sancti Saluatoris in Lauro, ſecundum de Pace, 3. Monachi Sancti Pauli, 4. qui vocantur Sancti, 5. Sancti Petri in Vincula, 6. S. Alexij, 7. S. Dominici 8. Serniti, deinde quod pręibant Monachi Sancti Clementis, poſtea Carmelitani, deinde S. Auguſtini Obſeruantes, poſtea S. Auguſtini, S. Mariæ de Populo, Obſeruantes S. Franciſci, item Clauſtrales S. Franciſci Capuccini Franciſcani, Sancti Stephani Rotundi, Sanctiſſimæ Trinitatis, S. Honuirij, Ieſuati, quod etiam refert *Barboſa in Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 13. num. 60. verſ præcedere debent*, vbi ſubdit an hodiè ita obſeruetur Romæ nunquam animaduertiſſe.

7 Adſunt diuersę aliæ Religiones, quæ ad proceſſiones accedere non tenentur, ſcilicet Patres Societatis Ieſu *ex indulto Gregorij XIII.* Clerici Regulares Congregationis S. Pauli decollati *ex indulto Sixti V.* Clerici Regulares pauperum Matris Dei Scolarum piarum *ex conſtitutione Vrbani VIII.* Canonici Regulares Lateranen. *ex declaratione Sac. Cong. ſub die 3. Iulij* 1616. Monachi Cōgregationis Caſinenſis excepta proceſſione Sanctiſſimi Sacramenti *ex Conſtit. Vrbani VIII.* & generaliter omnes Regulares degentes
8 in Monaſterijs per milliare diſtantes à Ciuitate, omneſque alij ſub arctiori Clauſura degentes, ita vt nec in Choro cantant, nec ad mortuos accedunt, ſed tantum ſtudijs, & lectionibus vacant, de quibus omnibus late *Barboſ. de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib 1. cap. 4. à num 167. vſque ad num 176. & in Concil. ſeſſ. 25. de Reg. & Mon. cap. 13. à nu. 32. & plurib ſequen.*

9 Clerici ſæculares ita debent præcedere Monacos, & Regulares, vt nequeant mixtim in proceſſionibus & ſimilibus incedere, etiam prætextu tranſactionis, & conſuetudinis, quam abuſum eſſe, & non conſuetudinem, & propterea obſeruandum Cæremoniale Epiſcoporum, declarauit *Sac. Rit. Congreg. die 3 Auguſti* 1602. quod decretum de ordine *fel. recor. Clementis Papæ VIII.* intimatum fuit omnibus Generalibus, Prouincialibus, & alijs quibuſcūq; ſuperioribus Ordinū prout de verbo ad verbū refertur à *Sperel dec. 179. n. 25. tom. 2. ex Barboſ. quem allegat. de Offic. Epiſcop. alleg. 78. ſub num. 35. iuxta nouiſſimam impreſſionē cum additionibus Lugduni impreſ. anno* 1641.

10 Inter ipſos presbyteros ſęculares præcedentia ſumitur ex anſianitate ordinis, & non ex gradu doctoratus, quia ordo presbyteratus dignior eſt, quam gradus doctoratus vt cenſuit *Sac. Congr. Rit. in Mediolanen. 24. Nouembr. 1603. in Meſſanen. Thaurimeni 20. Iunij 1609. in Meſſanen. Thaurimeni 20. Iunij 1609. in Panormit. 15. Maij 1610. in Nucerien. Terræ Gualdi 19. Ianuar. 1619. in Catanien. 20. Auguſti 1620. & in Caphaluden. 30. Martij 1621. de quibus Sell. in Select. canon. cap. 47. num. 10. relat. per Barboſ. in Summa Apoſtolic. deciſ. collect. 590. num. 10.*

11 Propterea Diaconi non debent præcedere Presbyteros, ſed ante eos ſedere debent quamuis in dignitate, vel officio Eccleſiaſtico conſtituti reperiantur per text. expreſſum in *cap. præcipimus ſi. 93. diſt.* & hoc idem ſeruandum eſt in habentibus alios ſacros ordines, reſpectu aliorum habentium
12 minores, & ſic in Concilio ſecundum ordinem vnum alteri locum cedere debere ſtatuitur in *cap. Epiſcopos 17. diſt.* ibi & ſuorum ſibi pręrogatiuum ordinum vindicare ad tradita per *Barboſ. de canon. & dignit. cap 18. num. 10.*

13 Clerici Seminarij debent in publicis proceſſionibus primi incedere ante Clerum ſæcularem, digniorem tamen locum Curatis relinquere tenentur *Sac. Congr. Rit. in Capuana 1. Septembr. 1607. in Adrien. Rodigij 21. Martij 1620. Aldan. in Compend. canon. reſol. lib. 3. tit 21. num 12. relat. per Barboſ. in ſumma Apoſtolic deciſ. collect. 667. num. 6.* & multo magis Canonicis Eccleſiæ
14 Collegiatę, quibus nullo modo præcedere debēt, *eadem Sac. Cong. Rit. in Fundana 20. Decembris 1601. Barboſ. loco citato num. 7.*

15 Contrarium quod Clerici Seminarij non videantur ſeparari poſſe à Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, eiuſque corpore cum Clericorum Seminarium ſit membrum Eccleſię Cathedralis, tanquam ab eadem inſtitutum, cui diebus feſtiuis inſeruire teneātur iuxta diſpoſitionem *Sac. Concilij Trid. ſeſſ. 23. de reform: cap. 18.* Vnde cum non debeant membra à ſuo corpore ſeparari pariter neq; debent diſiunctim à Canonicis Cathedralis incedere, vt Curatis, & Canonicis Eccleſiarum Collegiatarum dignior locus relinquatur, & præcedentia tribuatur, niſi fortaſſe Curati, & præfati Canonici incederent ſub vnica cruce ipſius Cathedralis, verum quia prò prima opinione adſunt declarationes Sacrę Congregationis, eiſdem
16 adhærere debemus, pro vt Rot. ſemper conſueuit reuerenter deferre vt patet ex deciſionibus cumulatis per *Sperel. deciſ. 179. num 25. in fi. tom. 2. Gregor. XV. deciſ. 310. num. 7.*

17 Ad tollendas igitur omnes differentias circa præcedentiam inter Confraternitates Laicorum, & Re-

& Regul ares Mendicantes emanauit conſtitutio
felic. rec o r. Gregor.XIII. incip. expoſtit ſub die
5. Iunij 1583. *Bullar.veter.ex ordine 76 fo.1323.*
& Bullar. Cherub. 84. §.3. fo. 352. tom. 2. qua
ſtatuitur vt Regulares, ſicut Confraternitatum
Sodales, qui in quaſi poſſeſſione præcedentiæ, ac
iuris præcedendi ſunt, omni appellatione remota
in proceſſionibus tam publicis, quam priuatis
præcedere debeant, quando vero non probatur
aut non conſtat de quaſi poſſeſſione præcedentiæ
inter fratres Mendicantes, ij, qui antiquiores in
loco controuerſiæ, inter Confratres vero, ij qui
prius pallijs, ſeu ſaccis vſi ſunt ſimiliter præcedē-
tiam obtineant; hoc tamen obſeruandum eſſe de-
clarat quo ad ordines Mendicantes in proceſſio-
nibus tantum, in Concilijs vero Generalibus, &
alijs actibus publicis, ſiue priuatis ſeruandam
eſſe rationem circa modum procedendi iuxta
eorum prærogatiuas, & ita ſecundum hanc Gre-
gorianæ conſtitutionis diſpoſitionem ſæpe *Sac.*
Congreg. Rit. *& Epiſcop cenſuiſſe* conſtat ex de-
clarationibus late congeſtis per *Barboſ.de iur.Ec-*
cleſ. in tit. de ſtat. & vit. regular. cap. 43. numer.
182. & ſeq. tom. 1. hanc tamen conſtitutionem
18 non habere locum in Religionibus non mendi-
cantibus, aſſerit *Valenzuel conſ. 1. num. 78.*
19 Sed quia poſt dictam conſtitutionem multę
exortę fuerunt lites circa modum procedendi in-
ter Regulares, ideo ad eas componendas, & in
futurum auferendas *ſub die* 26. *Auguſti* 1593.
Sac Cong Epiſcop. & Regular. illud in futurum
obſeruandum cenſuit, quod in Alma Vrbe, om-
nium Magiſtra ſeruatur, & ita in caſibus occur-
rentibus ſemper reſcribendum eſſe ſanciuit idem
Gregor.XIII. conſtit. incip. expoſcit emanata ſub
die 30. *Auguſti* 1593 *de qua Barboſ.de offic.& po-*
teſt. Epiſcop. alleg. 78. numer. 24. Etenim cum
20 Roma ſit caput Orbis id, quod ipſa ſeruat ad
eius exemplum ſeruare debent aliæ Ciuitates,
Vincen. de Franc. 253. *num.6.*
21 A præcedentia in aſſociatione cadauerū quod
Confraternitatibus quæratur poſſeſſio præcedē-
di in omnibus proceſſionibus concurrente cauſa
vniuerſali dignitatis, & antiquitatis, docet
Bart. in l repet. l.1. numer.24. verſ. tu. dic. C. de
eman. liber. Falin.in cap. audiſtis num 19. de præ-
ſcrip. Rot *dec.139. num 12. p.2. diuerſ. & in Al-*
binganea. præcedentia 20. Iunij 1653. §.nec dubi-
tandum coram Bichio.
22 Lim. non procedere, ſi quo ad alia, & in alijs
actibus aliæ Confraternitates reperiantur in qua-
ſi poſſeſſione præcedendi, vel ſi dicta præcedentia
in aſſociatione cadauerum emanauerit ex aliqua
particulari ratione, ſcilicet ſi cadauer aſſociatū
eſſet alicuius ex Confratribus alterius Confra-
ternitatis Rot. *deciſ. 779. numer. 6. & 7. coram*
Merlino.
23 Licet enim ex vniuerſali poſſeſſione ad parti-
cularem inferatur, id tamen locum habet, quan-
do non dubitatur rem particularem eſſe de perti-
nentibus iuris vniuerſalis, ex doctrina *Bald. in*
l.1. in 2. lect numer.24. verſ. tu. dic. C. de eman-
cip. lib. in cap. auditis num 19. poſt med verſ. cæ-
terum quia contra hoc de præſcript. Rot. *deciſ.282.*
num 10. p 6. recen.
24 Poſſeſſio quidem generalis à titulo Vniuerſali
cauſata ſolum comprehendit omnia ſub dicta
Vniuerſitate, & genere contenta *Bald. vt ſupra*
Scraph. dec.1047. num. 1. & 2.Mantic. dec. 320.
num.6. Gregor. XV. deciſ. 557. numer. 2. ibique
Add. num.6. & 7. Rot. dec. 139. num. 12. p. 2. di-
uerſ.
25 Lim. non procedere ſi aliquis reperiatur in
poſſeſſione particulari reſpectu certi actus, vel rei,
nam tunc quaſi poſſeſſio vniuerſalis deducta ex
vniuerſitate cauſæ non ſuffragatur quo ad illum
actum, & rem in particulari, nec quaſi poſſeſſio
contra vnum regulariter ſuffragatur contra aliū
Cranet. conſ. 331. num. 113. Pariſ. conſ. 37. num.
17. lib.3. Menoch. conſ.331. numer.113. Poſt de
manuten. obſer.73. num.172. Adden.ad Greg.XV.
dec.557. num.12. Pute. dec.301. num 1. lib.2.Bu-
rat. dec.222 num.12. Rot. dec.767. num.2. p 3. re-
cen. & in Sancta Seuerina decimarum 14. Ianuar.
1650. *§.ſi. coram Royas.*
26 Lim. 2. nec procedere ſi adſit reſiſtentia iuris,
nam tunc poſſeſſio non extenditur ad alios actus
etiam eiuſdem ſpeciei, *Pute. dec. 301. num.1. lib.*
2. Adden. ad Gregor.XV. dec.557. num.12.
27 Inter Religiones in materia præcedentiæ atten-
dendum eſt ordinum inſtitutiones, & approba-
tiones, adeo vt, illa, quæ eſt prior in inſtitutione,
& approbatione debeat præcedere *glo. in cap.quo-*
rundam in verbo prædicator de elect. in 6. ad nota-
ta per Doctores in l.honores ff de Decurion. in l.ſi.
vbi Bart. C. de Thiron. lib.12. Nouar. conſ. 5. de
ſtat. Monac. Caſſan. in Catalog. gloria Mundi p. 4.
conſid. 52. verſ. ergo modo Barboſ. de poteſt. Epi-
ſcop. alleg.78. num. 36. Rot dec. 26. num. 1. p. 2.
recen.
28 Lim. procedere, ſi Religiones prius inſtitutæ,
& approbatæ collegialiter viuant, aliæ Religio-
ſis viuentibus vti ſingulis præcedere debent alij
Religioſi, vel Monachi Religionis poſterius ap-
probatę collegialiter viuentes vt dixit *Rot. dec.*
811. num.112. poſt Tamburin.de iur. Abbat.
29 Hinc eſt quod ordo *Carmelitarum* præcedere
debet ordinem fratruum de Mercede tamquam
priua inſtitutus, & approbatus, cum Ordo Car-
melitarum fuerit inſtitutus ante Concilium ge-
nerale, vt legitur *in cap. ſi §.ſane ad prædicatorum*
de Relig. dom. in 6. & approbatus fuit per *Hono-*
rium III. anno ſalutis 1225. Et ordo B.Mariæ de
Mercede inſtitutus fuerit per eundem Concilium
Generale, & approbatus per *Gregorium IX. anno*
8. ſui Pontificatus, qui Gregorius IX. fuit Ponti-
fex creatus poſt Honorium, vt animaduertit
Rot. dec. 26. num. 1. p. 2. recen. & ita cenſuiſſe
Sac. Cong. 21. Auguſti 1604. refert Barboſ. de
iur. Eccleſ. lib. 1. cap.43. num.187. tom. 1. & de
offic. & poteſt. Epiſcop. alleg 78. num 37. verſ.item
tom 3. & in Sum. Apoſtolic. deciſ collect. 590. nu.
26. Michael. Ferrus de præceden. Eccleſ. q.45. num.
4. Emanauit Conſtit. *Clement. VII.* ex ordine
Bullar. Cherub.95. tom.3. fo. 143.
30 Monachi Ciſtercienſium trium fontium, &
S.Crucis in Hieruſalem Vrbis præcedere debent
Monachos Sācti Euſebij Ordinis Cæleſtinorum,
quia Ciſtercienſium ordinem inſtituit S.Robertus
Monachus S.Benedicti āno Domini 1098. & pau-
lo poſt *Vrbanus II.* approbauit vt poſt alios re-
fert *Platina* in vita eiuſdem Pontificis in ſi. Ordo

vero Cæleſtinorum fuit per ducentos annos poſtea à S.Petro Moraneo, qui fuit Papa Cæleſtinus V. inſtitutus ſub eadem regula S. Benedicti *Caſſan. in Catal. glor. Mundi p. 4. conſiderat. 60. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 78. num. 36. vbi ita firmaſſe Rot. in Romana præcedentia 24. Maij 1600. coram Cardinali Lancellotta*.

31 Ciſtercienſes vero reformati Ordinis Sanctæ Mariæ Fulien. præferuntur Mendicantibus, & ante eos præcedentiam habent ex *conſtitutione Clement. V I I. ex ordine 56. Bullar. Cherub. incip. Regis edita 9. Februar. 1599. tom. 3. fo. 72. alias fo 53. de qua Michael Ferrus de præceden. Eccleſiaſt. q. 45. num. 5.*

32 Cæleſtini præcedere debent Monachos Oliuetanos vti Moderniores vt firmauit *Rot. in Salernitana præcedentiæ 14. Maij 1622. coram Cardinal. Cauuler. penes Tamburin. de iure Abbat. diſ. 25. q 8. & inter eius impreſ. dec. 588. & coram Burat. dec. 868. num. 1. relat. per Sperel. dec. 179. numer. 17. tom. 2.*

33 Canonici Regulares eo quod ſint ad inſtar Clericorum digniorem locum immediate poſt Clericos ſæculares in proceſſionibus obtinere debent, vt contra Monachos Caſinenſes reſolutum fuit, & declarauit *Pius IV. vt ex Breue Apoſtol.* relato vna cum allegationibus ab Aduocatis Curiæ Romanę tunc factis *à Tamburin. de iure Abbat. diſ. 25. q. 1. tom. 1. quam allegat Sperel. dec. 179. num. 15. tom 2.* vbi quod contrariæ allegationes prò Monachis Caſinenſibus impreſſæ reperiantur in calce *conſil. Cardinal. Zabarella*.

34 Fratres Mendicantes ſemper, & vbique tribuere debent præcedentiam Monachis, ex declarat. *Sac Cong. Rit. in Monopolitan. 23. Martij 1619. de qua Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 43. nu. 189. tom. 1.*

35 Fratres Sancti Dominici præcedunt omnibus alijs fratribus Mendicantibus ex *conſtitutione B. Pij V. 71. Bullar. noua tom. 2. & Clem. VIII. conſtit. 13. tom. 2. de quibus Cobel. de bon. regim. cap. 37. num. 27.*

36 Fratres Minores S.Franciſci de Obſeruantia ante fratres Minores Conuentuales locum habere debent ex *conſtit. Leonis X. ex ordine 26. Bullar. Cherub. incip. licet ſub die 6. Decemb. 1517. tom. 1. fo. 520. alias 439. in nouiſ. impreſ.*

37 Fratres Tertij Ordinis ſi in loco controuerſiæ prius Monaſterium obtinuerunt, præcedere debent fratres S.Franciſci de Obſeruantia, *Sac. Rit. Cong. in Roſſanen. Terræ nouæ 4 Febr. 1615. Tamburin. de iur. Abbat. tom. 3. diſ. 25. qu. 8. num. 10. Aldan. in compen. canon. reſol. lib. 3. tit. 6. num. 10. Barboſ. in ſumma Apoſtolic. deciſ. collect. 590. num. 23.* vbi plures Sac. Cong. Rit. reſolutiones referuntur.

38 Fratres Beati Ioannis Dei vt habeant præcedentiam in concurſu ordinum Mendicantium inſpiciendum eſt tempus, quo dicti fratres Religioſi declarati fuerũt iuxta *conſtit. Vrbani VIII. ex ordine Bullar. Cherub. 76. incip. commiſſi emanat de anno 1627. die 26. Nouemb. tom. 4. fo. 447.*

39 Oliuetani in locis vbi collegialiter viuunt præcedere debent Monachos Montis Virginis viuentibus vti ſingulis, & priuatis *Rot. dec. 110. poſt Tamburin. de iur. Abbat. tom. 3.*

40 Quando in vna Ciuitate, vel loco reperiuntur plura Monaſteria eiuſdem ordinis, diuerſis tamé fundata temporibus, præcedentia danda eſt Ordini, qui prius in loco Monaſterium habuit, etiam quo ad alios poſteriores Conuentus, quamuis recenter fundati exiſtant, adeo vt per primi fundationem acquiratur idem ius præcedendi totæ Religioni pro alijs Monaſterijs, quæ in eodem loco ſucceſſiue, ſeu in futurum ædificari contingat, & hoc idem ſeruandum eſt, ſi præcedentia competat ex quaſi poſſeſſione, dummodo tamen fratres, præfatorum Monaſteriorum inſimul, ac coniunctè ſub vna Cruce, ſeù Vexillo, & non diuiſim, diuerſaque corpora facientes incedant, vt in terminis *conſtitutionis Gregor. XIII.* declaratũ, eſt ſeruari, mandatum fuiſſe teſtatur *Barboſ. de iure Eccleſ. lib 1. cap 43. num. 192. tom. 1.*

41 Procurator Generalis fratrum Minorum de Obſeruantia pręcedit in Capella Pontificia Procuratori Generali fratrum Conuentualium Ordinis Sancti Franciſci, iuxta declarationem *Sac. Cong. Rit. 26. Nouemb. 1593. relatam per Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 43. num. 194.*

42 Milites Hieroſolymitani iuxta eorum anſianitatem pręcedentiam inter ſe conſequi debent, ſecus autem quo ad milites diuerſi ordinis, *Sac. Cong. Rit. in Militen. 9. Maij 1609. de quâ Aldan. in compend. canon. reſol. lib. 3. tit. 6. num. 7. Io. Mar. Nouar. in Lucerna Regular. in verbo prædedentia num. 7.*

43 Inter Baiulos vero Capitulares, & Milites magnæ crucis eiuſdem Religionis, eſt habendus reſpectus ad effectum præcedendi ad anſianitatẽ, & non ad aliam rationem *Sac. Congr. Rit. in Militen. 12. Auguſti 1608. Aldan. in compend. canon. reſol. lib. 3. tit. 6. num. 8.*

44 Prior Eccleſiæ præfati Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani præcedere debet omnes alios priores, quamuis prius recepti fuerint, non obſtante quod omnes Priores in dicta Religione ſint dignitates eo, quod Prior Eccleſiæ habeat dignitatem cum adminiſtratione *Pute. dec. 104. numer 3. lib. 3.*

45 Vlterius Prior dictæ Eccleſiæ in conſilio præcedere debet Epiſcopo Meleuitano, quia dignitas Epiſcopalis, quo ad illum actum interſedendi in Conſilio uon tendit, nec pertinet ad actum Conſilij, ac proinde non inducit mutationem loci, eo magis quia Epiſcopus nullam iuriſdictionem habet in iſtos Religioſos, & in Conſilio ſolum interueniat, eo quod deferat magnam Crucem, & vti conſiliarius, & non vti Epiſcopus *Pute. dec. 104. per tot. lib. 3.*

46 Maior enim dignitas debet reuerentiam minori, in loco, in quo minor habet iuriſdictionem, & conſequenter minor dignitas habens adminiſtrationem, inter illas perſonas cum quibus conuenit, maiorem dignitatem præcedere debet, ſi nullam habeat adminiſtrationem quo ad illas perſonas, cum quibus congregatur *L. omnes C. vt dignit. ord. ſeruet. lib. 12. Pute. dec. 104. numer. 4. & 5. lib. 3.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 Metropolitanus præeminentiam habet ſupra Epiſcopos ſuffraganeos, & in tota Prouincia poteſt exercere iuriſdictionem.
2 Amp. vt poſſit etiam ante deferre crucem.
3 Amp. vt poſſit etiam intra quamlibet Eccleſiam vti pallio.
4 Epiſcopus primo ordinatus præcedit alijs poſtea ordinatis etiam in Concilijs Prouincialibus non habita ratione ad dignitatem Eccleſiarum num. 5. & 6.
7 Epiſcopus habens pallium præcedit omnes alios licet antea ordinatos.
8 Patriarcha primo promotus præcedit alijs.
9 Epiſcopus in ſua Diœceſi excepto Metropolitano in functionibus præferendus eſt omnibus etiam Archiepiſcopis.
10 Epiſcopus dimittens Eccleſiam retinet prærogatiuam quo ad præcedentiam.
11 Epiſcopus interueniens in Capitulo vt Canonicus quem locum habere debeat, & an habeat vocem num. 12.
13 Quando dicatur interuenire vt Epiſcopus, & quando vti Canonicus.
14 Archiepiſcopus Canonicus, debet ſedere in ſuo loco & dare præcedentiam Præſidenti Capituli, ſed propter ſuam dignitatem habet locum poſt Decanum num. 15.
16 Epiſcopus ſi ſit Conſiliarius Principis ſedet in ſuo loco vti ſimplex Conſiliarius. Sed ante ipſos debet habere oſculum pacis num. 18.
17 Principes & ſimiles Titulati in Collaterali præcedunt Conſiliarios, ſecus in Conſilio.
19 Inquiſitor in materijs fidei præfertur Epiſcopo.
20 Canonicus ſi promoueatur ad Epiſcopatum cum retentione Canonicatus præcedit omnibus alijs Canonicis & dignitatibus.
21 Amp. vt Epiſcopus etiam titularis Canonicus debet ſedere in primo ſtallo, & præcedere, alias dignitates vt ſeruatur Romæ in tribus Eccleſijs Patriarchalibus.
22 Epiſcopus in ſua Eccleſia præcedere debet quoſcunque etiam Principes ſæculares nec dare tenetur manum dexteram num 23.
24 Debent habere Sedem in maiori culmine.

Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, an, & quomodo præcedere debeant.

ADNOTATIO IV.

1 METropolitanus præeminentiam habet ſu-
pra ſuos Epiſcopos ſuffraganeos, poteſt
propterea in tota prouincia exercere iuriſdictio-
nem ſtante conſuetudine *cap. 1. §. nec etiam de*
foro competen. Gennen. in prax. Archiepiſcop. Cur
Neapol. cap. 70. num. 23. Quinimo in eadem
2 Prouincia non ſolum poteſt in quolibet loco etiã
exempto facere ante ſe deferre Crucem *Clement.*
Archiepiſcop. de priuil. in 6. Abb. in c. 2. num. 1. vt
lit penden. Rol. à Valle. conſ. 35. numer. 15. lib. 3.
Fuſcus. de viſit. & Regim Eccleſ. c 8. ſub 5. lib.
Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. tit. 3. c. 1. num.
3 *24. p 1.* Verum etiam intra quamlibet Eccleſiam
poteſt vti pallio *c. 1. de auct. & vſu pall. Gennen.*
loco citato numer. 18, vbi latè de eius poteſtate in
ſua prouincia.

4 Epiſcopus prius promotus, ſeu electus, ſeu
primo ordinatus præcedit alios poſtea ordina-
tos, etiam ſi ſint ipſo digniores, & illuſtriores,
adeo vt in ſeſſionibus, & ſubſcriptionibus, in
Concilijs tempus ordinationis ipſorum ſeruari
debeat, vt qui primo ordinatus primum locum
qui ſecundo ſecundum, ſibi vindicet *cap. Epiſco-*
porum 74 diſt. cap. Epiſcopus diſt. 17. Sac Congr.
Rit. in Segobien. 21. Martij 1609. apud Sellium
in Select. Canon. c. 3. num. 77. relat. per Barboſ. in
ſumma Apoſtolic. deciſ. verb. Epiſcopus quo ad
præcedentiam collect. 290. numer. 1.

5 Et ſic in Concilijs prouincialibus pro præce-
dentia Epiſcoporum habenda eſt ratio ad tem-
pus eorum ordinationis, & non ad dignitatem
Eccleſiarum, earumque præeminentiam *Barboſ.*
in Concil Trid. ſeſſ. 25. c. 11. num. 2. vbi ex Sell.
ita fuiſſe deciſum per Sac. Cong. Concil. 19. April.
1596. & in ſumma Apoſtolic. deciſ. dicta collect.
290. numer. 2.

6 Non enim Epiſcopus dicitur alio dignior ex
hoc quod habeat maiorem Diœceſim, cum hu-
iuſmodi reſpectus nec ſublimiorem, nec inferio-
rem Epiſcopum faciat *Maſtril. qui alios allegat. de*
magiſtr. lib. 4. c. 14. numer. 20.

7 Lim. procedere inter Epiſcopos non habentes
pallium, etenim ſi Epiſcopus habeat authorita-
tem, & vſum pallij, non attenditur tempus ordi-
nationis, ſed debet omnes alios Epiſcopos non
habentes præcedere ratione dicti vſus Pallij, quod
eſt ſignũ authoritatis Archiepiſcopalis, & in eodẽ
plenitudo Pontificalis officij continetur *cap. niſi*
de auth. & vſu pall. vnde Epiſcopus poſt rece-
ptionem Pallij poteſt ſe Archiepiſcopum nomi-
nare, & ſic præcedere omnes Epiſcopos, qui non
vtuntur pallio, vt de Epiſcopo Eduen, qui ratio-
ne pallij præcedit omnes Epiſcopos Prouinciæ
Lugdunenſis, ex Caſſan. *Catalog gloriæ Mund p.*
4. concln. 26. tradit *Grat. diſcept. 298. num. 63.*
tom. 2.

8 Huiuſmodi autem prioritas temporis ſeruan-
da eſt etiã inter Patriarchas, & ſic quod Patriar-
cha Hieroſolymitanus poſtponatur alijs tempore
prioribus, licet Ciuitas Hieroſolyma ſit alijs di-
gnior, propter vitam, & mortem Saluatoris no-
ſtri *Maſtril. de magiſt. lib. 4. dicto cap. 14. num. 23.*

9 Epiſcopus in ſua Eccleſia & Diœceſi in omni-
bus functionibus Epiſcopalibus præferendus eſt
omnibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, etiam ipſo
antiquioribus, & dignioribus, excepto Metropoli-
tano, cui particularem reuerentiam, & honorem
præſtare debet, ratione generalis iuriſdictionis,
& præeminentiæ, quam habet in ſuos ſuffraga-
neos, *Barboſ. in ſumma Apoſtolic. deciſ. collect.*
290. numer. 4. vbi ita ex Sell. in Select. Canon. in
cap. 3. nu. 80. firmaſſe Sac. Rit. Cong. in Barchinon.

10 Præcedentia ratione ordinationis ita Epiſcopo
eſt debita, vt etiam ſi dimittat Eccleſiam, reti-
neat hanc prærogatiuam, & præcedere debeat
alijs Epiſcopis poſt ipſum electis, & conſecratis
Sac. Cong. Rit. in Miſerben. 4. Martij 1606. relat.
per Barboſ. in ſumma Apoſtolic. deciſ. collect. 290.
numer. 3.

11 Si Epiſcopus interueniat in Capitulo, vt Ca-
nonicus debet habere ſecundum locum poſt ca-
put Capituli, *glo. in c. à collatione in vltim. notatu*
verſ. nota vlterius, Abb. in cap. poſtulaſti de con-
ceſ. praben. Puteᷓ d. 104. n. 8. lib. 3. Barboſ. de iur. Ec-
cleſ. lib. 1. c. 43. numer. 196. verſ. circa vero in
12 *medio.* Habet tamen vocem, & ſua vox auget

numerum; ſecus ſi interueniat vt Prælatus, nam tunc non habrt vocem, ſed ſolum poteſtatem concludendi ſuper maiorem partem Capituli, *vt de communi contra Hoſtien. tradit glo. in cap. à collatione verſ. nota quod Epiſcopus*.

13 Dicitur vero interuenire vt Epiſcopus ſi habeat honorabiliorem locum, alias ſi non habeat cēſetur eſſe in Capitulo vti Canonicus, præcipuè ſi primo non ſcribat, ſed ſedeat, & ſcribat poſt Archidiaconum vt declarat *glo. in dicto cap. à collatione verſ. nota vlterius, & verſ. Prælatus quod præſumitur de appellat. in 6.*

14 Archiepiſcopus pariter habens Canonicatum conſideratur duplicis iuris, quorum reſpectu reputatur maior & dignior vti Archiepiſcopus, minus minorſque dignus vti Canonicus, qui propterea in Capitulo debet ſedere in loco ſuo & dare præcedentiam præſidenti Capituli *glo. in cap. à collatione in verb. Prælatus de appell. in 6. Menoc. de arbit. caſ 68. numer. 23. Gratia. qui alios allegat. diſcept. 106. numer. 6. diſcep. 111. numer. 14.*

15 Verum quia propter ſuam dignitatem, quę inſeparabilis eſt à ſua perſona, cum magis honorari debeat, habebit propterea primum locum poſt Decanum, ſeu præſidentem Capituli, vel Collegij *Abb. in c poſtulaſti 15. num. 8. & 9. col. 2. verſ. ſed quæro pro declaratione de conceſ. præbend. Vincen. de Franeb. dec. 138. nu. 3. cum alijs per Gratia. diſcept. 106. numer. 9. & ſequen. vbi de veriori quidquid alij in contrarium ſentiant.*

16 Epiſcopus ſimiliter ſi ſit Cōſiliarius Principis habebit locum ſicut quilibet ſimplex Conſiliarius, cum ibi interſit vt Conſiliarius, & non ve Epiſcopus, *Vincen. de Franc dicta dec. 138. num. 3.* extra tamen Capitulum ſeu cōſilium tanquam maior omnes antecedere debet *cap poſtulaſti, & cap. penult. vbi Abb. in 4. notab. de conceſ. præbend. Gratia. diſcept. 111. num. 14. tom. 2.* Prout
17 etiam Principes, Duces & Marchiones, & ſimiles præcedunt Conſiliarios in Collaterali ſedendo, ſed quando ſunt in Conſilio pro cauſis proprijs ſedent in inferiori loco, & quandoque non ſedent *Vincen. de Franc. dec. 138. num. 6.*

18 Concurrente vero Epiſcopo cum Conſiliarijs Regijs, & Pręſidente debet habere pacis oſculū antè ipſos, & omnes alios *Sac. Cong. Rit in Granaten. 9. May 1606. penes Barboſ. in Summa Apoſtolic. dec collect. 290. num. 5.*

19 Inquiſitor in materijs fidei præfertur Epiſcopo, qui licet habeat maiorem dignitatem, tamen cum non ſit ordinata ad illum actum, maiorem pręrogatiuam tribuere non poteſt, ſiquidem non eſt inconueniens, quod vna & eadem perſona ob varios reſpectus diuerſo iure cenſeatur, ita vt ſub vno reſpectu ſit dignior, & præcedat, & ſub alio ſit minus dignus, & non præcedat, vt latè comprobat *Gratia. alijs relatis diſcept. 298. num. 2.*

20 Si Canonicus, vel dignitas promoueatur ad Epiſcopatum cum retentione Canonicatus, vel dignitatis debet præcedere omnibus alijs Canonicis & dignitatibus etiam ipſo antiquioribus *Sac. Congr. Rit. in Ruthen 24. Septemb. 1605. vt teſtatur Sel. in Select. Canon. cap. 11. numer. 79. Barboſ. de Canonic. & dignit. cap. 18. num. 31. & in Summa Apoſtolic. dec. collect. 111. num. 12.*

21 Amp. vt Epiſcopus etiam ſi ſit ſolum titularis, vel habeat Epiſcopatum in Terris infidelium, ſi ſit Canonicus debet in Choro Capitulo, proceſſionibus, alijſque actibus ſupra omnes alios Canonicos aliaſque dignitates eiuſdem Eccleſię præcedere, & ſedere in primo Stallo ſupra omnes, & ita ſeruari Romæ in tribus Eccleſijs Patriarchalibus Sancti Ioannis, Sancti Petri, & Sanctæ Mariæ Maioris teſtatur *Barboſ. in ſumma Apoſtolic. dec. collect. 111. numer. 12. 13. & 14. vbi ita reſoluiſſe Sac. Cong. Rit. in Compoſtellana 12. Iulij 1617. & in Colaguritana 13. Nouemb. 1621.*

22 Epiſcopus vero in ſua Eccleſia præcedere debet quoſcunque etiam Principes ſæculares in ſua Eccleſia, & Diœceſi, cum poteſtas ſpiritualis abſolutè dignior, & præſtantior ſit Ciuili, & tanquam architectonica eidem ciuilis ſubordinata exiſtit, pręcipuè quia Epiſcopus inter Deum, & Populum medius conſtituitur, vnde eximitur à legibus, & oneribus ciuilibus, nullumque ius Imperatoribus, & Principibus in rebus Eccleſiaſticis tribuitur ex, quo ſequitur iure merito Epiſcopum ſuper omnes conſequi debere præeminētiam & prærogatiuam quoad honorem & præcedentiā vt notatur *in c. 1. de præben. & per Felin. in rub. de maiorit. & obedien. Abb. in cap cum Vitonienſis de elect. & in cap. Venerabilis de præben. & in cap. dilectus de conceſ. præben.* Et exemplo Conſtantini Magni Imperatoris, qui congregatis contra Arrium Niceæ Epiſcopis curauit loco ampliſſimo ſedes vnicuiq; pro dignitate collocari, ipſe vero proſtremus reſedit ſede multo humiliori Epiſcopis etiam iubentibus vt aſcenderet, latè comprobat *Pignatel. conſult. canon. 7. à prin. vſque ad num. 17.* vbi alijs Imperatorum, ac Regum exemplis huiuſmodi bona ſūmiſſione non minuiſſe, ſed auxiſſe principale culmē demoſtrat.

23 Hinc eſt quod Epiſcopi in eorum Eccleſijs Principibus, licet ſupremis dexteram manum concedere nequeunt, vt *Sac. Congregatio Epiſcoporum, & Regularium die 27. Ianuarij 1597.* Archiepiſcopo Ianuenſi ſcripſit in hæc verba *Non ſi dee dar la mun dritta al Doge dentro la Chieſa, nè*
24 *la ſedia dol Doge deue eſſere d'vguale altezza con quella del Arciueſcouo, la quale ſia alta per trè gradi*, prout etiam pluries Sac. Rituum Congregationem decreuiſſe & Sac. Congregationem Immunitatis confirmaſſe teſtatur idem *Pignatel. dicta conſult. 7. num. 16.*

SVMMARIVM.

1 Vicarius Generalis præcedere debet Canonicos, & Clerum, & omnes dignitates etiam exiſtente conſuetudine in contrarium & nu. 2. & 4.
Amp. ſiue præſente ſiue abſente Epiſcopo nu. 45. *Contrar.* 28. 43. & 44.
3 Venit appellatione Epiſcopi.
5 Epiſcopus poteſt primum locum ſupra dignitates, & Canonicos ſuo Vicario aſſignare.
6 Præcedit non ſolum Archidiacono, ſed etiam Protonotarijs.
7 Vicarius Apoſtolicus eſt honorandus ſupra omnes.
8 Vicarius Apoſtolicus poteſt cognoſcere cauſas Epiſcopo delegatas.
9 Poteſt etiam concedere dimiſſorias.
Vicarius Epiſcopi non poteſt concedere dimiſſorias ſine ſpeciali mandato, vel caſu, quo Epiſcopus in remotis verſetur.
10 Vicarius Generalis eſt thurificandus, & debet accipere cādelam, Palmam &c. ante, vel poſt Capitulū

iuxta

Digitized by Google

iuxta Eccleſiæ conſuetudinem & nu. 17.

11 Lim. quo ad Canonicos Paratos *Subiim* ſi Vicarius veatur habitu Prælatitio, nam tunc thurificandus ante Canonicos.

12 Vicarius ſi non ſit Prælatus dupplici ductu thurificandus.

13 Epiſcopo tantum competit thurificatio triplici ductu.

14 Vicarius Epiſcopi debet præcedere Gubernatori Ciuitatis, & alijs officialibus.

15 Amp. vt præcedere debeat Abbatem Regularem, & alios non Regulares num. 20.

16 Amp. vt in Proceſſionibus cum Capitulo incedere poſſit ante Epiſcopum.

18 Amp. vt præcedat etiam Epiſcopo, ſi incederet vti Canonicus.

19 Vicarius Generalis habet iuriſdictionem ordinariam à lege.

21 Vicarius Generalis in Synodo ſedere debet poſt Epiſcopum & nu. 41. & 42.

22 Magis debet eſſe vicinus qui magis de capite participat.

23 Vicarius Generalis eſt vna & eadem perſona cum Epiſcopo Limit. vt num. 48.

24 Et ſiue abſente ſiue præſente Epiſcopo pro vno reputatur, nec datur medium inter eos num. 25. 43. & 44.

26 Sub nomine Epiſcopi venit etiam eius Vicarius, niſi à iure excludatur.

27 Vicarius Epiſcopi dicitur Ordinarius & eſt honorãdus ſicut ipſe Epiſcopus.

29 De neceſſitate Vicarius non debet interuenire in Synodo.

30 Vna, & eadem perſona diuerſo iure poteſt eſſe maior, & minor.

31 Conſideratur ſi habeat duplicem qualitatem, pro ea, cuius reſpectu actus geritur.

32 Vna, & eadem perſona diuerſo reſpectu, diuerſo iure cenſetur.

33 Rex tam in ſuo Regno, quam extra præcedit Cardinales, ſecus in Conciſtorio, & Capella Pontificia num 34.

35 Cardinalis Vicecancellarius, Camerarius, Pœnitentiarius, quando præcedant alijs Cardinalibus.

36 Auditor Rotæ ſi fiat Epiſcopus ſedet in Rota in ſuo loco.

37 Dignitas non Collegialis in Collegio nullam prærogatiuam affert.

38 Corrector litterarum Apoſtolicarum non præcedit in Parco Abreuiatorem.

39 Rector Vniuerſitatis in actibus Vniuerſitatis præcedit Magiſtro Scolæ.

40 Archidiaconus quãdo poſtponatur Archipresbytero.

46 Vicarius Epiſcopi ſi ſit Canonicus ſedere debet in ſuo ſtallo, alias non lucratur diſtributiones nu. 49.

47 Dignitas ad effectum præcedendi debet eſſe ordinata ad actum de quo agitur.

50 Vicarius Canonicis vti ſingulis præcedit Canonicis in actibus tam iuriſdictionalibus, quam promiſcuis nu. 51. & 52.

53 Vicarius non præcedit Canonicos paratos non obſtante conſuetudine num. 54.

55 Vicarius Epiſcopi ſedere, & præcedere debet ſecundum conſuetudinem vbi fuit introducta.

56 Non poteſt occupare locum Epiſcopi eo abſente.

57 Nec minus facere functiones Epiſcopales, ſed relinquere debet ad quos ſpectat.

58 Neque debet ſumere paramenta ab Altare, neque in eius Miſſa ardere quatuor candelæ nu. 59.

60 In reſcriptis Sanctiſſimi directis dignitati, & Vicario, quare primo ponatur dignitas.

61 Vicario foraneo nulla competit hæc præeminentia.

62 Vicario Capitulari Sede vacante præcedit prima dignitas, quæ Capitulum repræſentat, ſecus autem quo ad alios Canonicos.

Vicarius Generalis Epiſcopi, an & quando debeat præcedere Canonicos in Choro, proceſſionibus, ſynodo, & ſimilibus.

ADNOTATIO V.

HAnc quæſtionem eſſe valde controuerſam
inquit *Mareſcot. lib. 1. var. reſol. cap* 69.
1 *in prin.* de iure tamen Vicarius Generalis Epiſcopi præcedere debet in Congregationibus, ſeſſionibus Choro & proceſſionibus Canonicis, Capitulo, & Clero vt declarauit *Sac. Cong. Rit. in Militen.* 13. *Iuly* 1619. *vt ex Aldano refert Barboſ. in ſum. Apoſtolic. deciſ. collect.* 714. *num.* 6. Et hanc opinionem eſſe communiter receptam, cum pro hac oppinione ſint longe plures, & grauiores Doctores, quam pro contraria plene comprobatur in voto *bon. mem. Contuc. in cauſa Florentina prælationis penes Gratia. diſcept.* 111. *num.* 23. *&* 24. *& pluribus ſequen. & numer.* 27. ſubdit hanc opinionem eſſe de iure veram, & attendendam, ita etiam docet *Io: de Anan. de Pat. in ſuo Clipeo Paſtoral. cap.* 6 *num.* 39. *cum plurib ſequen. Marcus Antonius Cucchus in ſuis*
2 *inſtit. lib.* 2. *tit.* 8. qui loquitur ſiue Epiſcopus ſit præſens, ſiue abſens *late Caſſan. in Catalog. gloriæ Mundi p.* 4. *conſiderat.* 46. *& tradunt Doctores relati per Mareſcot. lib.* 1. *var. reſol. cap.* 69. *num.* 1. *&* 2. licet ipſe contrarium teneat *latiſſime Muſſob. de Synodo Diœceſana cap* 4 *dub.* 6. *à num.* 29. *&* 36. *Bened. Rad. in repert. fel. verb. Vicar.* vbi quia Vicarius venit appellatione Epiſcopi cum
3. quo eſt vnum, & idem ac proinde quando incedit vti Vicarius præcedit omnes dignitates poſt Pontificalem *Rit. collect.* 1069. *circa fin. verſ. ſecundo* quod Vicarius vbi ſubdit procedere etiã exiſtente conſuetudine in contrarium, *Mar. Anton. var. reſol. lib.* 1. *reſol. ſi. caſ* 31.

5. Vnde Epiſcopus poteſt primum locum ſupra dignitates, & Canonicos ſuo Vicario aſſignare *Sac. Congreg. Rit. in Egitanien.* 10. *Decemb.* 1601. *de qua Aldan. in compend canon. reſol. lib.* 3. *tit.* 24 *numer* 107. *Barboſ. In ſumma Apoſtolic. deciſ. collect.* 301. *num.* 1.

6 Amp. 1. vt huiuſmodi præcedentia ita ſit debita Vicario Generali, vt in concurſu omnium aliarum dignitatum preferendus veniat non ſolum Archidiacono tam in choro, quam vbilibet vt declarauit *Sac. Congreg. Cardinal. negocijs Epiſcopor. & Regular. præpoſitor. in vna Theatina* 6. *Iuly* 1618. *relat. per Barboſ. de canon. & dignit. cap.* 5. *numer.* 55. *fuſcus de viſit. & regim. Eccleſ. lib.* 1. *c.* 2. *ſub num.* 19. verum etiam illis, qui habitu Protonotarij incedunt, *Sac. Congreg. Rit. in Brundusina* 16. *Iunij* 1605. *de qua Aldan. in compend. canon. reſol. lib.* 1. *tit.* 43. *num* 23.

7 Amp. 2. vt multo magis Vicarius Apoſtolicus ſit preferendus, & honorandus ſupra omnes, cum omnes Epiſcopi prærogatiuas habeat, ex quo potentiùs eundem repræſentat, eiuſque loco ſubrogatur *Gratia. diſcept.* 106. *numer.* 29. vbi quod
8 propter eius auctoritatem poſſit cognoſcere cauſas delegatas Epiſcopo *& num.* 31. ſubdit poſſe
9 etiam concedere literas demiſſorias, & ſimilia

facere

Digitized by Google

facere, & concedere nequit Vicarius Epiſcopi, abſque ſpeciali mandato, vel caſu, quo Epiſcopus in ſenioris vetetur *cap. cum nullus §. Epiſcopo de tempor. ordin. in 6. Corrad. in prax. Apoſtolic. diſpenſ. lib. 4. c.6. num. 10. & cap. 10. numer. 19.*

10 Amp. 2. Vt Vicarius Generalis eſt Thurificandus, ac debet accipere candelam, palmam, & cineres, & adorare Crucem, ante, vel poſt Capitulum iuxta Eccleſiæ conſuetudinem *Sac. Congr. Rit. in Neocaſtren. 16. Iannar. 1607. & in Alexandrina 15. Martij 1608. in primo dubio de quibus Barboſ. in ſum. Apoſtolic. deciſ. in verb. Vicar General circa locum & praceden. collect. 714. num. 23. Gauant. in Encherid. ſeu manual. Epiſcop. in verb. præcedentia num. 25. & 26.*

11 Sed hoc Lim. procedere quo ad Canonicos nõ paratos, ſecus vero quo ad Canonicos, qui ſunt parati, qui cum celebrante ex quo faciant vnum corpus thurificandi ſunt ante Vicarium *Sac. Congreg. Rit. in Aegitanen. 3. Auguſti 1602. & in Tyburtina 6. Martij 1610. de quibus Barboſ. in tract. de canon. & dignitat. cap. 18. num. 29. & in ſumma Apoſtolic. deciſ. collect. 91. num. 27. Gauant. in manual. Epiſcop. in verbo præcedentia num 27. vbi ita etiam declaraſſe eadem Sac. Congreg. 19. May 1607. & 15. May 1608.* ſecus autem ſi Vicarius vtatur habitu Prælati, nam tunc poteſt etiam thurificari ante Canonicos paratos iuxta declarationem *Sac. Cong. Reg in hæc verba ad aliud dubium ratione paramentorum Canonici parati thurificari debent ante Vicarium, maximè ſi Vicarius non vtatur habitu Prælati, ideſt Rochetto, & Mantelletto* quam refert *Maſſob. de Synod. Diœceſ cap. 4. dub. 6. num. 47. verſ. imo poteſt.*

12 Lim. 2. Vt Vicarius Generalis ſi non ſit Prælatus, ſed cum ſuo habitu ordinario ſedeat cum Sotrana, & Mantelletto nigro in Choro in primo loco ſupra Canonicos thurificandus eſt duplici, non autẽ triplici ductu Thuribuli etiam abſente Epiſcopo *S. Cõg. Rit. in Nepeſina 14. Ianuar. 1617. penes Aldan. in cõpend Canon. reſol lib. 1. tit. 43. nu. 31. de qua etiam Barboſ. de canon. & dignit. cap.*

13 *34. num. 19* Cum thurificatio triplici ductu *Epiſcopo tantum vti digniori* competit. *Eadem Sac. Cong. in Ciuitatis Ducalis 11. Nouemb. 1614. cum aliis per Barboſ. de canon & dignit. cap. 34. numer 26.*

14 Amp 4. vt Vicarius Generalis debet ſemper in omni loco præcedere Gubernatori Ciuitatis in temporalibus, ac etiam Commiſſarijs, alijſq; Iudicibus in ſua Diœceſi exiſtentibus ſiue abſente, ſiue præſente Epiſcopo, *Sac Cong. Rit. in Ravennaten. 28. Aprilis 1607. in Nucerina Saxoferrati 15. May 1610. relat. per Barboſ. in ſum Apoſtolic. deciſ. collect. 714. num. 24. 25. & 26. Gauant. in manual Epiſcop. in verb præcedentia numer. 22.* vbi dummodo Gubernator non ſit Prælatus *ex declaratione eiuſdem Sac. Cong. 28. Aprilis* 1607.

15 Amp 5. Vt debeat etiam præcedere Abbatem Regularem, nam ſicut ſimplices Clerici præcedunt Regularibus, ita Vicarius Generalis ratione dignitatis præcedit Abbates, & Superiores Regularium *Sac. Congreg Epiſcopor 31. Iul. 1615. de qua Gauant. in manual. Epiſcop. in verbo præcedentia numer. 23.*

16 Amp. 6. vt Vicarius Generalis in proceſſionibus cum Capitulo incedere poſſit ante Epiſcopũ *Sac. Cong. Rit. 18. Iunij 1627. relat per Gauant. in manual Epiſcop. in verbo præcedentia num. 24.*

17 Amp. 7. in corroborationem 3. ampliationis quod Vicarius Generalis thurificari debet ante Canonicos ſiue is qui thurificat ſit Accolytus, ſiue Clericus, ſiue Canonicus vt declarauit *Sacr. Congr. Rit.* ad ſupplicationem Reuerendiſſ. D. Epiſcopi Alexandrini, eiuſque Capitulo de anno 1608. in hæc verba *ſeruandam eſſe conſuetudinem vt Vicarius thurificetur ante Canonicos, ſiue is, qui thurificat ſit Accolytus, ſiue Clericus, ſiue etiam Canonicus, nam cum in Miſſa vnus ex Canonicis cantet Euangelium, & ad illum ſpectet iuxta formam libri Cæremonialis thurificare cæteros omnes Canonicos, debet vtique thurificare Vicarium, qui præcedit Canonicos, & licet in præteritum Vicarius non fuerit à Canonicis thurificatus, ſufficit. quod fuerit thurificatus ante Canonicos ab eo lem, qui cæteros omnes Canonicos thurificare ſolebat* de qua *Maſſobr. de Synodo Diœceſana cap. 4. dub. 6. numer. 38.*

18 Amp. 8. quod Vicarius Generalis non ſolum debet præcedere Archidiaconum, Abbates, & alios inferiores vt deductum fuit in ſuperioribus Ampliationibus, ſed etiam ipſummet Epiſcopũ ſi eſſet Canonicus, & incederet vti Canonicus, & Vicarius vti Vicarius, nam hoc caſu Epiſcopus non conſideratur vti Epiſcopus, ſed vti Canonicus, qui propterea non permanet in exercitio ſuæ dignitatis, prout permanet Vicarius non obſtante quod eligatur ab Epiſcopo, quia iuriſ-
19 dictionem conſequitur à lege, & ideo dicitur habere iuriſdictionem ordinariam *cap 1. 2. & 3. de offic. ordin. in 6. iuncta glo. in cap Romana de appel. in 6 & cap. licet de offic. Vicar. cum glo. in Clem. 2. de reſcript. Abb. conſ. 21. p 1. Bertrach. de offic Vicar. p. 2. lib 4. in tract. de Epiſcop.* ita docet *Sborz. de offic. Vic. lib 2. qu. 25 amp. 3. & q. 26. num. 8. li eo, & alibi ſparſim.* & comprobat per dicta iura *Maſſobr de Synodo Diœceſana cap. 4. dub. 6. numer. 24. & ſequen & numer. 27.* vbi ſubdit quoad præeminentiam quam debet habere Vicarius ſupra Abbates quod licet in *cap dilectus, & cap. fi. de offic. deleg. in 6. & in cap. fi. de offic ordinar. li eo, & in cap. decer-*
20 *nimus de iud.* Abbas nominetur primo loco poſt Epiſcopum, non tamen præcedere debeat Vicarium, de quo dicti canones, cum nullam faciant mentionem intelligendi ſunt dumtaxat de dignitatibus ibi expreſſis. non autem de Vicario Epiſcopi, qui ſpeciali prærogatiua venit ſub nomine Epiſcopi, eiuſque prærogatiuas ſibi vindicat ſupra omnes alios Epiſcopos inferiores. *Sborz. de offic. Vicar. lib. 2. qu. 43. nu. 29.* Egregie *D. An. de Prat in Clyp. cap. 7. num. 14.*

21 Amp. 9. quod Vicarius Generalis in Synodo Diœceſana debet habere ſedem poſt Epiſcopum, & in Eminentiori loco ante dignitates, & Canonicos permanere, late *Abb. conſ. 21 lib. 1. per tot. Henric. Bot. de Synod. in 3. p. num 20.* late Maſſobr. *De Synod. Diœceſ. cap. 4. dub. 6 num. 11. 16. vſque ad 62. & ſignanter nu. 42.* vbi ex atteſtatione *Ioan. Aloyſ. Ric. in prax præceden. d. 557.*

quod

quod fel. record. Clementis VIII. & Sac. Rit.
Congregatio declarauerint Vicarium Epiſcopi
debere in Synodo præcedere omnes dignitates,&
Canonicos.
22 Et ratio prædictorum eſt, quia magis debet
eſſe vicinus, qui magis de capite participat,
nemo autem magis participat de capite E-
piſcopi, quam eius Vicarius, cum immediate
23 repræſentet eius perſonam, eiuſque locum tene-
at, quinimo ſit vna, & eadem perſona cum ipſo
Epiſcopo *Nauar. conſ. 3. de ma. & obed.* Vnde
24 ſiue abſente, ſiue præſente Epiſcopo cum non
faciant duo capita pro vno reputantur *Anton. de
Petris in tract. de iuriſdict. Epiſcop. ſeu Clip. Pa-
ſtoral. cap. 6. num. 41. & num. 49. Pariſ. de reſi-
gnat. lib. 7. qu. 24. numer. 79.* Et ſic inter Epiſco-
pum, & Vicarium eſt quidam correſpectiuus
25 honor, vt non detur medium inter eos, ita ele-
ganter tradit *Io. Iac. Melilus de praeceden. Vicar.
cap. 4. per tot. & cap. 5. in prin.* Etenim Vicarius
26 Epiſcopi eius radijs coruſcat, & facit eum ipſo
vnum, & idem tribunal, immo abſolutum eſt in
iure, ſub nomine Epiſcopi contineri etiam eius
Vicarium, niſi expreſſe excludatur, *Sboz. de
Offic. Vicar. q. 43. numer. 29. Io. Iac. Melill. de
praeceden. Vicar. cap. 4. numer. 5.* propterea dici
27 Ordinarium, & comprehendi in decretis facien-
tibus mentionem de Ordinarijs *Sanchez. de ma-
trim. lib. 3. diſ. 29. ſub numer. 18.* Et conſequen-
ter eſt honorandus ſicut perſona ipſiuſmet Epi-
ſcopi, à quo non debet diuerſo iure cenſeri per
celebrem textum *in cap. præcipimus 93. diſt.* vt la-
te alijs congeſtis comprobat *Maſſombr. de Synod.
Diœceſ. cap. 4. dub. 6. à num. 11. vſque ad 23.*
28 Contrarium quod in Synodo Diœceſana præ-
ſente Epiſcopo Capitulum Vicarium præcedat,
& Canonici ſedere debeant iuxta ſuum Epiſco-
pum, quia Canonici faciunt vnum Corpus cum
Epiſcopo, qui huius Eccleſiaſtici corporis eſt
caput, & Canonici membra, *cap. nouit. 4. de ijs,
quæ fiunt à Prælat.* ac proinde ſeparari non de-
bent per exiſtentiam Vicarij vt latiſſime contra-
rijs reſpondendo tradunt *Gonzal. Mendez. de
Vaſconcellis lib. 1. diuerſ. iur. argument. cap. 1. per
tot. Piccard. inter conſ. Menoch. 51. numer. 134.
vſque ad numer. 156. lib. 1. relat. per Gra-
tia. diſcept. 111. numer. 2. & plurib. ſequen.
Mareſcot. var. reſol. lib. 1. cap. 69. num. 3. &
ſequen.*
29 Tum etiam quia Vicarius non eſt de illis,
qui de neceſſitate debeat interuenire in Synodo
Diœceſana, immo neque habet ius Synodum
congregandi, & præſente Epiſcopo ceſſat eius
iuriſdictio, & ad hunc actum Capitulum, tantum
habeat iuriſdictionem, vtpotè quia cum in Sy-
nodo veniant tractanda ardua negotia ſpectan-
tia ad totam Diœceſim, Epiſcopus nihil poteſt
facere ſine conſenſu, vel conſilio Capituli, *cap.
nouit. de ijs, quæ fiunt à Prælat.* propterea cum
Capitulum in Synodo interueniat tamquam in-
tegrans perſonam Epiſcopi, & tamquam parti-
ceps iuriſdictionis, abſq; dubio videtur Vicario
præferendum eſſe, quidquid ſit in alijs actibus, in
quibus habet maiorem, vel generalem iuriſdi-
30 ctionem, cum vna, & eadem perſona diuerſo re-
ſpectu poſſit eſſe maior, & minor, & digniorem,
& inferiorem locum obtinere vt comprobat, *Ma-
reſcot lib. 1. var. reſol. cap. 69. à num. 3. vſque ad
fin. Gratia. diſcept. 111. à numer. 2. & per tot &
diſcept. 298. numer. 26. vſque ad 38. Grinel. deciſ.
Dolan. 82. numer 20. Rub. ſing. Rot. par. 4. reſ. 1.
tit. de præceden. num. 2. tom. 2. fo. 462. & reſ. 2.
num. 14. & 15. fo. 488. Contelor. in quæſt. de præ-
ceden. numer. 63.* Vbi enim in eadem perſona du-
31 duplex qualitas, ſeu officium concurrit, illius
conſideratio habetur cuius contemplatione
actus geritur *Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 3.
num. 196. verſ. circa vero modum Grinel. deciſ.
Dolan. 82. num. 20.*
32 Et ob hanc rationem quod vna, & eadem
perſona cenſeri poſſit duplicis iuris ob diuerſos
reſpectus iuxta *text. in l. 1. vbi Bart. Imol. Ca-
ſtren. Alex. Iaſ. ff. de legat. 1. Surd. dec. 110. nu.
8. dec. 310. numer. 1. a Gregor. XV. dec. 252. num. 8.*
Videmus quod Rex tam in ſuo Regno, quam
33 extra præcedit Cardinales, ſecus in Conciſtorio,
& Capella Pontificia, in qua ſub primo Epiſco-
34 po, vel poſt antiquiorem Presbyterum Cardina-
lem eidem locus aſſignatur vt habetur *in Pontifi-
cali, ſeu Curiæ cæremoniali ſub Rub. de recept.
Regis ac ſub rub. de ingreſſu Imperatoris.*
35 Prout etiam Cardinalis Vicecancellarius, Ca-
merarius, Pœnitentiarius, licet in Cancellaria,
Camera, & Pœnitentiaria cæteros Cardinales
præcedant, in Capella autem, & Conciſtorio
Cardinalis antiquior eoſdem præcedit, cum ra-
tione præfatorum officiorum nullam ſortiantur
prærogatiuam, in ijs, quæ ſpectant ad Collegiũ
Cardinalium *Seraph. dec. 716. num. 16. Gratia. di-
ſcept. 298. num. 27. vſque ad 32.*
36 Pariter Auditor Rotę ſi fiat Epiſcopus ſedet
in ſuo loco ſecundum antiquitatem Auditoratus
Seraph. dec. 720. num. 16. licet extra Rotam præ-
cedat omnes Auditores, & ita ſeruaſſe eundem
Seraphinum poſt adeptum Alexandrinum Patri-
archatum animaduertit *Apoſtilla ad dictam Se-
raph. dec. 716. num. 16.*
37 Etenim dignitas non collegialis quantum-
uis magna nullam prærogatiuam affert, nullam-
que qualitatem ſuperaddit in Collegio ſupra
38 alios, hinc eſt quod Corrector literarum Apo-
ſtolicarum non debet præcedere in Parco Abbre-
uiatorem, quia non eſt dignitas Collegialis, li-
cet alias Correctoria ſit dignitas maior, quam
Abbreuiatoria vt firmauit *Rot. dec. 726. per totam
coram Seraph. & tradit. Gratia. diſcept. 298. n. 33.*
39 Rector quoque Vniuerſitatis in actibus ſuæ
Rectoriæ præcedit Magiſtro Scolæ, & Scolaribus
etiam Epiſcopis *Theodoſ. de Rubeis ſing. Rot. p. 4.
tit. 1. de præceden. num. 47. tom. 2. fo. 490. Cancer.
var. reſol. tom. 3. cap. 10. numer. 117. Gratia di-
ſcept. 296. numer. 1. & 2. Barboſ. de iur. Eccleſ.
lib. 1. cap. 43. num. 196. verſ. circa vero in fi.*
40 Et ſic Archidiaconus qui in adminiſtratione
eſt maior Archipresbytero, & illi præfertur, ra-
tione vero diuinorum eſt minor, & poſtponitur
*cap. 1. cap. officiorum de offic. Archidiac. & Archi-
presb.*
41 Non eſt tamen recedendum à prima opinione
cum habeat pro ſe declarationem Sac. Congre-
gationis, & melioribus nitatur fundamentis,
non aduerſantur rationes in cõtrarium adductæ,
etenim

Digitized by Google

etenim per exiſtentiam Vicarij inter Canonicos,
& Epiſcopum dici nequit dari medium, per quod
membra à capite ſeparari videantur, quia ſi Vi-
carius coruſcat Epiſcopi radijs, & pro vna, &
eadem perſona reputetur, Canonici non minus
dicuntur membra Epiſcopi, quam Vicarij, qui
propterea potius vnionem, quam ſeparationem
inducit, dum nomine Epiſcopi venit etiam Vica-
rius ex ſuperius deductis, nec conſiderari tamquã
duo capita, etiam ſi ambo ſint in loco eminen-
tiori vt obſeruat *Anton. de Petris in Clyp. Pa-
ſtoral. cap. 6. numer.* 39 *cum alijs per Maſſobr. de
Synodo Diœceſana cap. 4. dub. 6. num 43. per opti-
mum textum, quem allegat. in Extrauag. vnam
Sanctam* § *igitur de praben.* ita etiam videtur ſen-
ſiſſe *Rot. dec. 3. num. 6. verſ. quid, quid ſit p. 5. tom.
1. recen.* Et licet Capitulum, ſeu Canonici dican-
tur membra Epiſcopi, non tamen ſunt vna, &
eadem perſona ſicut Vicarius, qui proinde per
exiſtentiam Canonicorum non debet ſeparari ab
Epiſcopo in quocunque actu, & functione ſiue
Synodali, ſiue non Synodali immo ſi Sacra Con-
42 gregatio Rituum declarauit *Vicarium Epiſcop.
debere* in Synodo præcedere omnes dignitates. &
Canonicos vtique etiam in conſequentiam inten-
dit poſſe interuenire, cum huiuſmodi præ-
eminentia, vt bene contra *Marcſcot. lib. 1.
var. reſol. cap. 69. numer. 3.* aſſerentem Vi-
carium non eſſe de illis, qui in Synodo interue-
nire debent, ratiocinatur *Maſſobrius de Synodo
Diœceſ. cap. 3. dub. 4. per tot, & præcipue nu-
mer. 3.*

43 Lim. 1. principalem Concluſionem vt præce-
dentia ſit debita Vicario Generali abſente Epi-
ſcopo, nam tunc debet præferri, & honorari vti
Epiſcopus, cuius locum, & vices gerit, & prin-
cipaliter eius perſonam repræſentat, non ſolum
quia hoc caſu ceſſat ratio diſtinctionis capitis, &
membrorum, verum etiam, quia eius iuriſdi-
ctio, quæ ceſſat præſente Epiſcopo quo ad exer-
citium, eo abſente ad omnem effectum in ſuo ro-
bore, & firmitate permanet per reuiuiſcentiam
ablato obice, ac proinde debet habere primum
locum ſupra dignitates, & Canonicos non obſtã-
te conſuetudine, alijſque in contrarium vt cen-
ſuit *Sac. Congr. Rit. in Andrien 7. Auguſti* 1610.
& in alia Ferrarien. 20. Decembr 1614. *& in
Meliten. 15. Iulij* 1619. *relat. per Barboſ. de Ca-
non. & dignitat. cap. 6. num. 56. & in ſum. Apo-
ſtolic. deciſ. collect. 714. numer. 7. Gratia. diſcept.
311. num. 16. & 47. & diſcept. 298. num. 37.* Se-
44 cus vero præſente Epiſcopo, quo caſu Vicarius
non debet honorari, & præferri Archidiacono &
Canonicis conſideratis non vt ſingulis, ſed vti
facientibus vnum corpus, & ſic vt vniuerſis ſi-
mul congregatis ſcilicet in Capitulo Choro, fu-
neralibus, Proceſſionibus, & ſimilibus actibus,
nam tunc cum faciant vnum corpus cũ Epiſcopo
diuidi & ſeparari non debent per Vicarium, pro-
ut diuideretur ſi Vicarius commiſceretur inter
Epiſcopum, & Canonicos iuxta iura proximè
allegata.

45 Contrarium quod indiſtincte ſiue abſente ſiue
præſente Epiſcopo Vicarius debeat habere pri-
mum locum, & præeminentiam ante Capitulum,
Canonicos, & dignitates in Eccleſia, Choro &
extra, in proceſſionibus, ac in alijs omnibus
actibus publicis, & priuatis etiam in Synodo, cũ
non faciant duo capita, ſed pro vno reputentur,
tradit *Anton. de Petris in tract. de iuriſdict. Epiſco-
pal. defenſ. ſeu Clipeo Paſtoral. cap. 6. num. 41. &*
49. & declarauit *Clemens VIII. & Sac. Rit.
Congregatio vt teſtatur Ric. in prax. præcedentiæ
deciſ. 557. Gallus conſ. 62. numer. 13.* vbi ita etiam
declaraſſe *eandem Sac. Congreg. 18. Nouemb.* 1595.
*quos allegat. Maſſobr. in tract. de Synodo Diœceſa-
na cap. 4. dub. 6. numer. 42. verſ. eadem Sac. Con-
gregatio, & numer.* 43 & corroboratur ex infra
dicendis in ſequenti limitatione.

46 Lim. 2. Si Vicarius Epiſcopi ſit Canonicus, nam
tunc debet ſedere in proprio ſtallo canonicali, cũ
habitu pariter canonicali, & in Capitulo, & alijs
actibus Capitularibus non debet præcedere alios
Canonicos, quia in huiuſmodi actibus non con-
ſideratur vt Vicarius, ſed vt ſimplex Canoni-
cus, nam Dignitas Vicarij licet ſit maior, tamen
cum non pertineat, nec ſit ordinata ad Capitulũ
ſeu Collegium, non qualificat perſonam Vicarij
vt præeminentiam ſupra alios tribuat ita ſæpe
cenſuiſſe *Sac. Congreg. Rit.* teſtatur *Gratia. diſc.
106. numer. 1. & per tot.*

47 Ad hoc autem vt præcedentia debeatur intui-
tu maioris dignitatis ipſa dignitas neceſſe
eſt vt ſit ordinata ad illum actum, de quo
agitur ad effectum præcedendi, cum omne
agens debeat agere propter finem, ad quem ordi-
natur, nec debet operando vltra eius actiuitatem
dilatando fibrias alios ſupplantare, *Gratia. loco
proxime citato num 3. cum plurib. ſequen.*

48 Nec facit quod ſicut Epiſcopus Canonicus
licet in Capitulo non habeat digniorem locum,
tamen ſedere debeat poſt Decanum, vel Præſidẽ-
tem, ita etiam obſeruandum ſit cum Vicario Ca-
nonico, qui cum Epiſcopi radijs reſplendeat, &
pro vna, & eadem perſona reputetur, non vide-
tur ad imparia iudicandus, quia quamuis Vica-
rius habeat actiuam aliquam participationẽ cum
Epiſcopo, non tamen paſſiue eidem competunt.
omnes prærogatiuæ, quæ Epiſcopo tribuuntur,
etenim Epiſcopus per ſe ipſum fulget propriæ
dignitatis, & auctoritatis lumine, ac proinde
debet magis honorari, quam Vicarius, qui non
propria, ſed altera luce coruſcat, ſicut Luna, quæ
ſolis, aut aliarum ſtellarum lumine fulget dici-
tur, luminare minus, potentius enim ſemper eſt
ius, quod quis habet iure proprio, quam
alieno vt ratiocinatur, *Gratia. diſcept. 106. nu.
13. vſque ad 28. Rot. deciſ. 326. numer. 3. p. 2.
diuerſ.*

49 Sublim. quod ſi Vicarius Canonicus vellet
præcedere, vtique eidem permittitur ac proinde
poteſt dimittere habitum canonicalem, ſeu bene-
ficiati, & digniorem locum obtinere ſupra om-
nes, non tamen debet participare, percipere, &
lucrari diſtributiones, & alia emolumenta, quæ
dantur intereſſentibus Choro, proceſſionibus, &
ſimilibus functionibus, cum habeatur hoc caſu
pro extraneo & non de gremio Capituli ad effe-
ctum lucrandi diſtributiones, *Aloyſ. Ric. in
prax. par. 4. reſol. 389. Latter. de re beneſic. lib. 1.
qu. 16. nu. 63. Michael Ferrus de Præceden. Eccleſ.
cap. 58. num. 10. & ita ſæpe cenſuit Sac. Congreg.
Rit.*

Digitized by Google

Rit. in Calaguritana 2. Auguſti 1603. & in Caſalen. 5. Iulij 1614. in Compoſtelanen. 21. Februar. 1604. in Brunduſina 16. Iulij 1607. in Candiæ 7. Auguſti 1610. in Egitanien. 20. Decemb. 1601. in Gallipolen. 2t. Decemb. 1613. in Sutrin. 1. Octobris 1616. & in Oritan. 4. Aprilis 1620. de quibus Barboſ. de Canon. & dignitat. cap. 18. num. 32. & in ſumm. Apoſtolic. deciſ. in verb. Canonici quo ad locum, & præcedentiam collect. 91. nu. 20. & in Verbo Vicarius Generalis circa locum, & præcedentiam collect. 714. num. 12. 13. 15. & 20. vbi quod in funeralibus debet cum Canonicis in ſuo loco incedere, alias non habet ceram, & alias diſtributiones eadem *Sacr. Cong. Rit. in Nirien. 10. Maij 1604. & dixit Rot. dec. 437. num. 5. coram Seraph.*

50 Lim. 3. in caſibus, in quibus Canonici non ſe habeant vti vniuerſi, ſed vti ſinguli, nam tunc indiſtinctè Vicarius eſt præferendus Archidiacono, Archipresbytero, alijſque dignitatibus, & Canonicis non ſolum in actibus iuriſdictionali-
51 bus, alijſque antecedentibus, ſeu conſequentibus eandem iuriſdictionem, vt ſi Epiſcopus viſitaret Diœceſim vna cum Vicario, quo caſu Vicarius in itinere, menſa, ſeſſionibus, & alijs actibus, tam præcedentibus, quam ſubſequentibus ipſam viſitationem præcedere debet alias dignitates, & Canonicos iuxta *Votum Cantuc. relat. per Gratian. diſcept. 3. num. 48.*

52 Verum etiam in ceteris alijs actibus promiſcuis, & indifferentibus, etiam ſi iuriſdictionem non reſpiciant, nullamque cum eadem dependentiam habeant, neque ſint tales, in quibus Vicarius repræſentet Epiſcopi perſonam *Gratia diſcept. 111. num. 22. & late comprobatur in eodem voto Cantuc. poſt eandem diſceptationem à num. 50.* vbi ponuntur contraria, *& num. 74.* vbi contrarijs reſpondetur.

53 Lim. 4. vt præcedentia, quæ Vicario Generali debetur etiam ipſo Epiſcopo preſente in Eccleſia, Choro, proceſſionibus, ſynodo, & alijs publicis, & priuatis actibus ſupra Canonicos, & dignitates intelligi debet, ſi Canonici, & dignitates in habitu Canonicali, etiamſi cum Cappa, & Rocchetto permaneant, vel incedant, ſecus autem ſi parati exiſtant, vel pluuiali, Planetis, alijſque ſacris indumentis ſint induti, & præcipue ſi ſic parati Epiſcopo celebranti aſſiſtant, nam hoc caſu ratione Paramentorum, & ipſarum ſacrarum veſtium excellentiam, & diuinorum miniſterium ad quod ſunt ordinata, valde repugnat, & ab omni ratione diſſonum redditur; vt Vicarius maximè in ſuo habitu quotidiano exiſtens eiſdem ſiue ſtando, ſiue incedendo præcedat, aut inter eoſdem commiſceatur; propterea in diſtributione Candelarum, Palmarum, in receptione cinerum, in thurificatione, in adoratione Crucis, alijſque ceteris actibus, & functionibus Eccleſiaſticis Canonici Parati ſunt præferendi Vicario, ſecus autem ſi non ſint Parati, nam tunc primum locum poſt celebrantem conſequi debet. *Sac. Congr. Rit. in Egitanien. 3. Auguſti 1602. in reſponſ. ad 3. dub. in Lauretana, & Nolana 23. Martij eod. anno & 6 Septembris 1603. in Ciuitatis Penna 12. Aprilis 1603. in Placentina 9. Maij 1617. in reſponſ. ad 6. dub. in Alexandrina 15. Martij 1608. in reſponſ. ad primum dub. in Tiburtina 6. Martij 1610. in Monopolitana 7. Auguſti 1628. in cauſa S. Marci 5. Martij 1613. relat. per Barboſ. in ſumm. Apoſtolic. deciſ. in verb. Canonici quo ad locum, & præcedentiam collect. 91. num. 19. & 20. & in verb. Vicar. General circa locum collect. 714. nu. 9. 11. 16. 17. & 18.* Vbi quod hoc
54 procedat etiam non obſtante conſuetudine in contrarium ex declaratione eiuſdem *S. Rit. Cong. in Lauretana 6. Septembris 1603. in Caſalen. 5. Iulij 1614. in Lucerina 14. Maij 1608. in reſponſ. ad 3. dub. apud Sell. in ſelect. Canon. cap. 36. nu. 48. idem Barboſ. de Canon. & dignitat. cap. 18. num. 24. vſque ad 29.*

55 Lim. 5. vbi concurrit particularis Eccleſiæ conſuetudo hactenus introducta, quæ in hac materia in primis eſt obſeruanda, vnde Vicarius non poteſt arbitrio ſuo ſedem ſibi ponere, ſed ſedere debet in Eccleſia in ſede ſolita ad hunc effectum pro Vicarijs aſſignata, & generaliter in ceteris alijs actibus debet conſuetudinem obſeruare, vt declaraſſe *S. Cong. Rit.* teſtatur *Sell. in ſelect. canon. cap. 36. num. 29. & 40.*

56 Lim. 6. vt Vicario Generali abſente Epiſcopo non liceat eius locum occupare, nec parare ſibi ſedem cum Tappetis, & Puluino, *eadem Sacr. Congreg. Rit. in Brunduſina 16. Iulij 1605. penes Aldan. in compend. canon. reſol. lib. 1. tit. 43. num. 20.*

57 Nec minus poteſt facere functiones Epiſcopales abſente, vel impedito Epiſcopo etiam ſi eſſet Vicarius Apoſtolicus, ſed ad primam dignitatem, & ſucceſſiuè ad alios ſubordinatos, quibus ſpectat huiuſmodi munus relinquendum eſt. *Sac. Cong. Rit. in Algaren. & Brunduſina 20. Decembr. 1601. & in eadem Brunduſina 22. Ianuar. 1618. relat. per Aldan. dicto tit. 43. num 34.*

58 Neque poteſt ſumere paramenta de Altari, cum ſolis Epiſcopis liceat, *S. Congr. Rit. 7. Iulij*
59 *1612.* Neque ad eius miſſam debent ardere quatuor Candelæ in Altari, nec quod duo eidem miniſtrent cum Cotta, etiam ſi ſit Protonotarius *eadem Cong. Rit. 7. Auguſti 1627. de quibus Ganant. in Encherid. ſeu Manual. Epiſcop. in verbo Miſſæ ritus nu. 10. & 11.*

60 Lim. 7. in reſcriptis Romanorum Pontificum decretis ad aliquam dignitatem, & Vicarium ſimul, & coniunctim, in quibus prius ponitur ipſa dignitas, quam Vicarius nominetur, quia dignitas in Cathedrali eſt perpetua, Vicarius vero eſt ad nutum Epiſcopi amouibilis, & non ſit dignitas permanens, vel potius quia huiuſmodi ſtylus fuit potius conſuetudine tantum introductus concludit. *Corrad. in prax. Apoſtolic. diſpenſat. lib. 9. cap. 3. num. 33. & 34. ſecundum Azor. inſtit. moral. lib. 3. cap. 43. lit. E tom. 2.*

61 Lim. 8. in Vicario foraneo, qui ratione ſui Vicariatus nullam in quauis functione, & loco habet præcedentiam ſuper alios Canonicos, & dignitates, alijſque Presbyteris eidem Vicario antiquioribus, & dignioribus, ſed debet ſtare, ſedere, incedere in loco ſuæ receptionis, & dignitatis non obſtante quacunque Epiſcopi ordinatione in contrarium, præterquam in meſtruis Congregationibus Caſuum Moralium tamquam Epiſcopi ad hunc actum ſpecialiter delegatus,

Digitized by Google

& ita ſæpe declaraſſe S. Rit. Congreg. patet ex declarationibus copioſe relatis per Barboſ. de Canon. & dignit, cap. 5. num. 57. & cap. 18. nu. 33.

62 Lim. 9. in Vicario Generali ſede vacante, cui præcedere debet Archidiaconus, vel alia dignitas prima poſt Epiſcopum, ſiue vocetur Decanatus, ſiue Præpoſitura, ſiue Prioratus, aut alterius nominis, ſecus autem quoad alios, aliaſque dignitates ſecundarias, quibus præcedere debet, quia cum Vicarius fuit electus, & deputatus ab ipſo Capitulo, ac proinde repugnat, quod ab eiſdem habeat præcedentiam, nam ſicut Vicarius Epiſcopi non præcedit Epiſcopum, ita Vicarius Capitularis non debet præcedere ſaltem primam dignitatem, quę tamquam caput totum Capituli corpus repræſentat, ſinguli vero Canonici licet conficiant Capitulum, non tamen eundem repręſentãt, & conſequenter non debet pręcedere Vicarium, qui totius Capituli gerit vices, quæ intelligenda ſunt procedere in Vicario Capituli non Canonico, quoniam ſi ſit Canonicus, non poteſt mutare proprium locum ſui Canonicatus, ſicuti per ſuperuenientem dignitatem non mutat ſtatum, nec acquirit dignitatem pertinentem ad Capitulum, quæ præeminentiam tribuat, pro vt etiam de Vicario Generali Epiſcopi demonſtrauimus. *Aloiſ. Ric. in prax. rer. for. Eccleſ. reſol. 599. per tot. in prima edit. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 54. nu. 167. & de Canon & dignit. cap. 36. num. 8. & cap. 41. num. 39. & ſeq.* vbi quod alias diſtributiones quotidianas amitteret ſi præcederet. *Gauant. in manual, Epiſcopor. in verb. præcedentia in addit. num. 7.*

SVMMARIVM.

1 Abbas ſæcularis, in ſua Eccleſia præſente Epiſcopo quomodo ſedere debeat nu 2.
3 Sedes Abbatis non debet eſſe fixa ſicut Sedes Epiſcopalis.
4 Abbas vbi ſedere debeat in ſynodo, & Concilio Prouinciali, & qua mitra vti poſſit n. 5.
6 Abbates præcedere debent omnes non habentes vſum mitræ, & Commendatarios.
7 Abbas vti dignitas anteferendus eſt Canonicis Cathedralis ſi incedant, vti ſinguli, ſecus ſi collegialiter n. 8. & 9. Amp. etiam ſi Abbas ſit benedictus nu. 10.
11 Abbates mitrati in Concilijs Prouincialibus quibus præcedant.
12 Quæ requirantur ad dignitatem conſtituendam.
13 Dignitates Cathedralium, & Collegiatarum ex quibus dignoſcantur.
14 Prima dignitas quæ ſit in Cathedrali ex conſuetudine dignoſcitur, & ex reputatione n. 15. & ex expreſſione facta in collationibus Apoſtolicis ex declaratione, & libris ipſius Eccleſiæ n. 16.
17 Signum dignitatis ex quibus dignoſcatur.
18 Qui cæteris præfertur dignior reputatur.
19 Dignitas non inducitur ex ſola præeminentia ſedendi alijs non concurrentibus.
20 Archidiaconatus, & Archipresbyteratus de iure communi ſunt dignitates.
21 Archidiaconus de iure communi regulariter eſt prima dignitas, & præfertur Archipresbytero licet non ſit Sacerdos nu. 22. & 23.
24 Ad primam dignitatem ſpectant functiones Epiſcopales abſente, vel impedito Epiſcopo niſi ex conſuetudine ad alios ſpectent nu. 25. 36. 37.
26 Præpoſitura, Thebania, Primiceriatus, & ſimilia non ſunt dignitates, ſecus ex conſuetudine nu. 27.
28 Canonici Cathedralis æquiparantur dignitatibus, ſeu non ſunt dignitates nu. 30. 32.
29 Canonici Cathedralis dicuntur pars corporis Epiſcopi, & Eccleſiæ.
31 Canonicis Cathedralis defectu dignitatum committuntur cauſæ ſi in euidentem de ſtylo Dataria.
33 Dignitas maior poſt Pontificalem tum ad effectum regulæ Cancellariæ, tum ad commiſſionem cauſarum quomodo probetur.
34 Prima dignitas ſi ſit Sacerdos præcedit omnibus alijs dignitatibus.
35 Amp. vt ſedere debeat à dextris Epiſcopi celebrantis.
38 In dignitatibus non ineſt ordo ſacer.
39 Epiſcopus nolens per ſe ipſum diuina peragere non poteſt alteri demandare in pręiudicium primæ dignitatis.
40 Prima dignitas non poteſt in ſui locum alium ſubſtituere, ad diuina peragenda in præiudicium proximioris dignitatis.
41 Dignitas principalis Collegiatę præcedit Canonicos Cathedralis vti ſingulos, ſecus capitulariter.
42 Habens maiorem dignitatem præfertur habenti minorem.
43 Abbates, & Generales Ordinum Monachorum præcedunt in Capella Pontificia Generales Ordinum Mendicantium.

Abbates, & Dignitates, an, & quomodo præcedere debeant.

ADNOTATIO VI.

1 ABbas ſæcularis in eius Eccleſia Abbatiali exempta præſente Epiſcopo Diœceſano ſedere debet cum ſuis Canonicis in cornu Epiſtolæ vno poſt alium in ſede ſimplici, ſiue ornamentis, in loco inferiori reſpectu Epiſcopi, quatuor, vel quinque cubitis iuxta canonicos Chathedralis, thurificari tamen debet duplici ductu, & vno Canonici eiuſdem, Epiſcopo vero, eiuſque Canonicis debentur omnia, vt in Cathedrali, ſcilicet aſſiſtentia, circuli thurificatio, benedictio Incenſi, & populi, *S. Congr. Rit. 7. Febr. 1604. relat. a Tamburin. de iur. Abbat. diſ. 25. qu. 9. quem allegat Gauant. in manual Epiſcopor. in verbo Abb. num. 13.*

2 Sedere etiam poteſt, Abbas pręſente Epiſcopo Diœceſano in loco ſuæ iuriſdictionis, vel apud Epiſcopum in ſede Camerali pariter abſque ornatu, & ſine gradu, vel in conſpectu Epiſcopi ex alia parte in loco inferiori, cum vno paruo gra-

3 du non excedente dimidium palmi. *Sac. Congr. Rit. 18. Martij 1617. de qua Gauant. loco citato num. 5.* Ipſa verò ſedes Abbatis non debet eſſe fixa, & permanens propè Altare, prout permanet ſedes Epiſcopalis, *Sac. Congreg Rit. 29. Ianuar. 1628. teſte Gauant. in Manual. Epiſcopor. in verbo Abb. num. 4.*

4 In Synodo Diœceſana ſedere debet à latere ſiniſtro iuxta Canonicos à latere dextro. Et in Concilio Prouinciali poſt Epiſcopos, vt diſponitur *in Ceremoniali Epiſcopor. lib. 1. cap. vltim.*

5 Quinimò in huiuſmodi functionibus ſi Abbas ſit exemptus vti poteſt mitra auri phrygiata ſine laminis aureis, vel argenteis: ſed ſi non eſt exemptus vti tantum debet mitra ſimplici, & plana, ſi habeat vſum baculi, & mitræ *Tamburin. de iure Abbat. diſ. 24. qu. 6. num. 1. 2. & 3. & habetur in Ceremonial. Epiſcop. lib. 1. cap. vltim. Gauant.*

in

*in Manual. Epiſcopor. in verb. Abbas num. 42.
43. & 44. & 47.*
6 Generaliter verò Abbates præcedere debent
omnes non habentes vſum mitræ, & Commenda-
tarios vt deciſum refert *Gauant. loco citato num.
41. ex Leon. in Theſaur. for. Eccleſ. cap. 9. nu. 4.*
7 Amp. Quod Abbas cum verè ſit dignitas ante-
ferendus ſit Canonicis etiam Cathedralis, qui
impropriè dicuntur dignitates, ex doctrina *gloſ.
in cap. à Subdiacono 93. diſtin. Barboſ. de Canon.
& digit. cap. 18. num. 56. Gratia diſcept. 111.
num. 9.*
8 Lim. procedere quando Canonici incedunt vti
ſinguli, ſecus ſi collegialiter, quia hoc caſu re-
præſentãt Cathedralem Eccleſiã, quæ ſicut omni-
bus alijs præfertur, ita pariter eius Canonici ve-
niunt præferendi. *Caſſan. in Catal. glor. Mund.
p. 4. conſid. 32. Michael Ferrus de præcedentia, &
prælat. Eccleſ. q. 8. nu. 5. & 6. Azor. inſtit. moral.
p. 2. lib. 3. cap. 11. qu. 16. Menoch. conſ 902.
ſub num. 61. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 27. a
num 97. & 106. Leo. in Theſaur. for. Eccleſ. p 1.
cap. 2. num. 51. Tambur. de iur. Abbat. tom. 1.
Diſ. 24. qu. 1. num. 3. & diſ. 25. q. 2. per tot Ric.
in prax. p. 4. reſol. 391. Gauant. in manual. Epi-
ſcopor. in verb. Abbas num. 40. Barboſ. de Canon.
& dignit. cap 18. num. 56. Gratia diſcept. 111.*
9 *num. 10. & 15.* vbi quod Abbas ſit dignior Ca-
nonicis ſi conſiderentur vti ſinguli, & minor,
quando collegialiter congregati reperiuntur,
cum alijs per *Ferentil. in addit. ad Burat. deciſ.
903. num. 14. & 15.*
10 Amp. hoc procedere etiam ſi Abbas ſit bene-
dictus *S Congr. Rit. in Valuen. 8. Iuly 1602. vt
ex Sel. refert. Barboſ. in ſumma Apoſtolic. deciſ.
collet. 91. nu. 16.* etenim benedictio tribuit vſum,
ſeu exercitium exercendi iuriſdictionem, ſed non
auget dignitatem ad effectum præcedendi.
11 Abbates tamen benedicti, qui vſum mitræ ha-
bent in Concilijs Prouincialibus præcedunt Cõ-
mendatarijs, poſt hos locum obtinent dignitates,
poſtea collocandi ſunt Procuratores, *iuxta de-
clarationem S. Congr. Concilij relatam per Barboſ.
in ſumm. Apoſtolic. dec. collet. 198. nu. 7.*
12 Abbatia verò vt dignitas dicatur, & ipſe
Abbas dignitatem habere cenſeatur, concurrere
debent tria requiſita ad dignitatem conſtituen-
dam neceſſaria, de quibus *Archidiacon. in cap. 1.
num. 2. de conſuetud. in 6.* ſcilicet primò admini-
ſtratio rerum Eccleſiaſticarum, ſecundo nomen
dignitatis, & inſimul prærogatiua in Eccleſia,
tam in Choro, quam in Capitulo, licet non ad-
eſſet vera adminiſtratio, vel iuriſdictio, tertiò
conſuetudo Eccleſiæ, quod quis reputetur pro
dignitate, etenim Abbatia non recipit dignita-
tem ex ſola nominatione, ſed ab effectu, qui ab
exercitijs colligitur, ita vt non tam nomen,
quam ſubſtantia ad cognoſcendam dignitatem
attendenda ſit latè *Corrad. in prax. Apoſtolic. diſ-
penſ. lib. 9. cap. 3. num. 15. Ferentil. ad Burat.
deciſ. 903. num. 14. & ſeq. vbi alij allegantur ad
tradita per Barboſ. de Canon. & dignitat. cap. 4.
num. 12. & 13.*
13 Dignitates Cathedralium, & Collegiatarum
ex conſuetudine, vel inſtitutione Eccleſiæ digno-
ſcuntur iuxta *text. in cap. cum olim 6. de conſuet.
Rot. deciſ. 29. num. 3. par. 2. diuerſ. cum alijs per
Barboſ. de Canonic. & dignit. cap. 4 num. 7.*
14 Verè ad cognoſcendum, quæ nam ſit prima
dignitas poſt Pontificalem in Eccleſia, attendi-
tur conſuetudo ipſius Eccleſiæ, iuxta quam ali-
quando in vna Eccleſia Archidiaconatus eſt pri-
ma dignitas, in alia Archipresbyteratus, proptе-
rea in hac materia eſt magis attendenda conſue-
tudo, quam ius commune, vt inquit, *Gram. de-
ciſ. 64 num. 17. & 18. Pariſ. de reſignat. benef.
lib. 2. quæſt. 1. num. 83. Barboſ. de Canon. & di-
gnitat. cap. 4. num 9. 10. & 11. Beltram. in ad-
dit. ad Gregor. XV. deciſ 411. num. 5. verſ ve-
rum ante omnia Rot. deciſ. 175. numer. 3. coram
Mantica, & in Regien. beneſic. 27. Iunij 1653.
§. nec releuat coram Brailaqua.*
15 Illa igitur dicitur prima dignitas quæ com-
muniter in loco prò tali reputatur, etiam ſi in
iure pro tali non habeatur, prò vt etiam ſi ex fa-
ma pro tali conſtituatur. *Barboſ. de Canon. &
dignitat. cap. 4. num. 10. Mantic. deciſ. 175. nu.
2. in fin. & num. 3. Gregor. XV. deciſ. 432. num.
3. Adden. ad eundem deciſ. 411. num. 5. verſ. ve-
rum ante omnia.*
16 Probatur vlterius ex eius expreſſione facta
in collationibus Apoſtolicis, ſiue ordinarijs, aut
ex declaratione Capituli, & ex pluribus actibus
capitularibus, *Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 1. cap.
21. num. 19. & de canon. & dignitat. cap 4. num.
11.* aut ſi ità conſtaret ex libris ipſius Eccleſiæ,
præſertim ſi eſſent adminiculati ex annalibus, ſi-
ue Cronicis, quibus plurimum defertur, *Corrad.
in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib. 9. cap. 3. num 15.
circa fin.*
17 Signum potiſſimum dignitatis eſt præcedentia
& Seſſio in loco honorabiliori, nominatio pri-
mo loco facta in ſcripturis, & in alijs actibus.
*Beltram. in addit. ad Gregor. XV. deciſ 411.
num. 5. ſub verſ. verum ante omnia*, etenim qui
18 cæteris præfertur dignior reputatur. *Rot. deciſ.
518. num. 3. par. 1. diuerſ.* vbi traduntur alia ſi-
gna ex quibus dignoſcitur an, & quando pri-
ma dignitas dici debeat.
19 Sed quod ex ſola præeminentia ſedendi non
inducatur dignitas, alijs non concurrentibus,
ſcilicet conſuetudine, communi exiſtimatione
in ijs, quæ de iure communi non veniunt nomi-
ne dignitatis, tradit *Barboſ. de iur. Eccleſ lib. 1.
cap. 21. num. 33. Corrad. in prax. diſpenſ. Apo-
ſtolic. lib. 9. cap. 3. num 15. in fin.*
20 De iure autem communi nulla alia officia Ec-
cleſiaſtica ſonant in dignitatem, niſi Archipreſ-
byteratus, & Archidiaconatus, quia iſta tan-
tum præſumuntur habere iuriſdictionem, *Cor-
rad. dict. cap. 3. ſub num. 15.*
21 Archidiaconus verò de iure communi, regu-
lariter eſt prima dignitas poſt Pontificalem *Ad-
den. ad Gregor. XV. deciſ. 411. num. 5. Rot. in Re-
gien. Beneſicij 27. Iunij 1653. §. nec releuat coram*
22 *R. p. d. Bеuilaqua.* Et præfertur Archipresbyte-
ro, etiam ſi non ſit Sacerdos, & Archipresbyter
Sacerdos ſit, *Tuſch. in verb. Archidiaconus con-
clu. 482. num. 55. Beltram. in addit. ad Greg. XV.
deciſ. 411. numer. 5. & in Viterbien. celebrationis
miſſar 11. Decembr. 1609. coram Sacrato, quæ eſt
in recenſ. deciſ. 246. per totam* vbi vlterius firma-

23 tur quod Archidiaconus quando ex accidenti
reperitur eſſe Sacerdos præfertur Archipresbyte-
ro io ſol mni celebratione miſſarum abſente Epi-
ſcopo, & tradunt *Nouar. & omnes in c.p de offic.
Archidiac.*

24 Ad primam enim dignitatem ſpectant omnes
functiones Epiſcopales abſente, vel impedito E-
piſcopo vt cenſuit *Sac. Congr in vna Puteolana*
10. *Decembr.* 1613. *relat per Corrad in prax. di-
ſpenſ. Apoſtolic. lib.* 9. *c.* 3. *numer.* 15. *circa med.
Barboſ. de canonic. & dignit c.* 6. *num.* 7. *in fi. &
in ſum. Apoſtolic. deciſ. collect.* 253. *num* 5. *ex de-
cret. Sac. Congr. Rit. in Penen.* 15. *Februar* 1633.
& num. 18. *vbi coprosè alios refert. & numer.* 21.
25 vbi ſecus ſi ex conſuetudine immemorabili ad
alios Canonicos vel dignitates, vel hebdomada-
rium ſpectent huiuſmodi functiones, nam tunc
ſeruanda eſt conſuetudo, ſed donec legitimè pro-
betur prima dignitas debet manuteneri eadem
Sac. Congr. in Hydruntina 30. *Aprilis* 1616. *apud
Sell. in Select. Canon. cap.*7. *numer* 91.

26 Præpoſitura, Primiceriatus Plebania, & ſimi-
lia non ſunt dignitates, nec habent nomen de-
moſtrans dignitatem à iure communi introductã,
ſed potius in nomen officij, etiam ſi ſupradicti
ante omnes ſederent in Choro, non tamen pro-
pter hanc rationem cenſentur habere dignitatẽ,
ſecus autem ſi communi exiſtimatione, vel con-
ſuetudine, aut conſtitutione Eccleſiæ habeatur
pro dignitatibus, aut ita per Papam, vel Sacram
Congregationem declaratæ fuerint *c. conſuetudo*
12. *diſt. cap. cum olim de conſuet. Boer. deciſ.* 286.
*num.*2. *&* 4. *Barboſ. de iur. Eccleſ. lib.* 1. *cap* 21.
num. 34 *Corrad in prax. diſpenſat. Apoſtolic lib.*
9. *cap.* 3. *numer.* 15. vbi ſubdit paulo ante *fin.*
27 quod. Præpoſitus, Primicerius, Theſaurarius,
Decanus, Cantor, Scholaſteria & ſimiles, ex con-
ſuetudine introducta poſſunt ſibi vendicare no-
men dignitatis, quibus ex hoc frequenter de ſty-
lo Datariæ conſueuerunt dirigi literæ, ſeu re-
ſcripta ſi in euidentem, & committi cognitionẽ
cauſarum alienationum, & permutationum re-
rum Eccleſię.

28 Canonici Cathedralis Eccleſiæ licet æquiparẽ-
tur dignitatibus, *Caputaquen. dec.* 257. *p.* 1. ex
quo ſint in magno honore, & præeminentia con-
29 ſtituti *c. quanquam de praben. in* 6. tum quia di-
cuntur pars corporis Eccleſiæ, & Epiſcopi, *cap.
requiſitis de teſtam. cap. nouit de ijs, quæ fiunt à
Prælat c. ſtatutum de reſcriptis in* 6. Verius ta-
30 men eſt, & in praxi receptum, quod Canonicus,
etiam Cathedralis non veniat nomine dignitatis,
niſi lato modo ſumpto vocabulo, *Caputaquen di-
cta deciſ.*257. *numer.* 1. ac proinde ex notorio Sty-
31 lo Datariæ in commiſſionibus cauſarum, ſeu
literarum ſi in euidentem in illis Eccleſijs vbi
nulla reperitur dignitas apponitur in calce ſup-
plicationis, *& committatur Ordinario & vni ex
Canonicis antiquioribus Eccleſiæ, attento quod in
eadem præter Pontificalem nulla alia adeſt digni-
tas, qui coniunctim procedant*, ex quo reſultat
32 quod Canonicatus non ſit dignitas, dum
huiuſmodi commiſſio Canonicis dirigatur in
defectum, & io ſupplementum obtinentium pro-
priè dignitatem in ipſa Eccleſia, vt bene animad-
uertit, *Corrad. in prax. Apoſtolic. diſpenſat. lib.* 9.
cap. 3. *numer.* 6. *&* 17.

33 Dignitas maior poſt Pontificalem probatur
per teſtes deponentes de publica voce, & fama
Gregor. XV deciſ. 411. *numer.* 1. & ſi agatur de
probanda dignitate ad effectum puta committẽ-
di cognitionem cauſarum *ſi in euidentem* leuio-
res ſufficiant probationes, ſi verò agatur de pri-
ma dignitate ad effectum *Regula Cancellaria* re-
ſeruantis primam poſt Pontificalem, & tunc exi-
guntur pleniores probationes *Rot. dec.* 70. *num.*
11. *p.* 1. *diuerſ. cum alijs per Adden ad Gregor. XV.
deciſ.* 411. *numer.* 5. *verſ. aduertendum eſt.*

34 Dignitas prima quocunque nomine noncupe-
tur ſiue Archidiaconus, ſiue Decanus, ſiue Archi-
presbyter dummodo in ordine ſacerdotali con-
ſtitutus ſit, habet præcedentiam in omnibus ſupra
omnes dignitates, & Canonicos poſt Epiſcopũ,
Sac. Cong. Rit. in Brixien. 28. *Maij* 1616. *de qua
Sell. in ſelect. canon. cap.*7. *num.* 93.

35 Propterea ſedere debet à dextris Epiſcopi
etiam in Collegiatis Eccleſijs celebrantis vt in
Cathedrali ſedere conſueuit *Sac. Congreg. Rit. in
Theleſina* 2. *Martij* 1602 *Barboſ. de iur. Eccleſ.
lib* 1. *cap.*21. *numer.* 107. *& in ſum. Apoſtolic. de-
ciſ. collect.* 253. *numer.* 10.

36 Et ſic Archidiaconus qui primam dignitatem
poſt Pontificalem habet, ſi actu ſit Sacerdos licet
ex voluntate, & non ex obligatione in decanta-
tione Miſſarum in diebus ſolennibus, delatione
Sanctiſſimi Sacramenti, benedictione, candelarũ,
cinerum, & palmarum, & alijs huiuſmodi acti-
bus, & functionibus ſacerdotalibus Epiſcopo ab-
ſente præferendus eſt Archipresbytero, ſecus exi-
ſtente conſuetudine in contrarium, quoniam
37 quamuis qualitas Sacerdotis in Archidiacono
ſit accidentalis, cum illa ex neceſſitate ſuæ digni-
tatis non teneatur ſuſcipere, nihilominus de-
betur huiuſmodi præeminentia, quia ſi conſide-
38 rentur ſolæ dignitates nullo modo in eis ineſt
ordo ſacer, & ſi conſiderentur perſonæ vtrique
ineſt accidentaliter, & conſequenter cum in hoc
ſint pares illa debet præferri, quę in cæteris eſt
dignior, vt cenſuit *Sac Cong. Rit. in vna Regien.*
9. *Decembr.*1600. *de qua Barboſ. de Canon. & di-
gnitat. cap.*5. *num.* 42. *& magiſtraliter Rot. in Vi-
terbien. celebrationis Miſſarum* 11. *Decemb.*1609.
*coram Cardinal. Sacrato impreſ. penes eundem
Barboſ loco citato num.*44. *vſque ad* 46.

39 Quod adeo verum eſt, vt nolente Epiſcopo
Miſſas Pontificales per ſe ipſum celebrare non
poſſit id munus alteri ſibi bene viſo pro libito
voluntatis demandare in præiudicium primæ di-
gnitatis vt cenſuit *Sac. Rit. Cong in vna Alga-
ren. ſub die* 20. *Februar.* 1601. *& in Puteolana
Præeminentiarum ſub die* 9. *Decembr.* 1617. *& in
Militen.* 4. *Aprilis* 1615. *de quibus Barboſ. de ca-
non & dignitat. cap.* 5. *num* 46.

40 Quinimo nec ipſa prima dignitas pro libito in
locum ſuum alium ſibi beneuiſum Canonicũ, aut
Dignitatem ſubſtituere poteſt, ſed in eo munere
proximior dignitas ſuccedit *eadem Sac. Rit.
Congreg. in vna Andrien.* 4. *Aprilis* 1615. *& in
vna Ciuitatis Caſtellana Oppidi Arignani ſub die*
22. *Ianuar.*1618. *& in Andrien. etiam* 22. *Ianuar.*
1618. *relatis per eundem Barboſ. loco citato nu-
mer.* 47.

41 Di-

Digitized by Google

41 Dignitas vero principalis in Collegiata, quæ ſit Capituli Caput, & cui à Sede Apoſtolica ſolent cauſę committi præcedit Canonicos Cathedralis non collegialiter, ſed vti ſingulis incedentibus *Sac. Congreg. Rit. in Viterbien. 20. Decemb. 1601. vt refert Sellius in Select. Canon. cap. 7. numer. 92.*

42 Inter ipſas vero Dignitates, generalis regula eſt, quod habens maiorem dignitatem præferendus ſit habenti minorem iuxta *teſt. in cap. ex ore de priuil. cap. ſtatutum de maior. & obedien, Cardinal. Seraph. dec. 1223. num. 2.*

43 In Capella Pontificia ius præcedendi ac ſedēdi immediatè poſt Epiſcopos competit Abbatibus, & Generalibus Ordinum Monachorum, & non Generalibus Ordinum Mendicantium vt latiſſimè rationibus, exemplis decretis Summorum Pontificum, & Sac. Congregat. Rit. præcipuè ſub Innocentio X. anno Iubilei, ac ex Diarijs & atteſtationibus Magiſtrorum Cæremoniarum comprobat *Pignatel. conſult. canon. 104. per totam.*

SVMMARIVM.

1 Protonotarij de numero participantium habent vſum pilei nigri, cum ornamentis violaceijs.
2 Præcedunt Canonicis etiam Eccleſiarum Patriarcalium & Lateranenſis.
3 In Capella Pontificia præcedunt Sacriſtam, & Abbates habentes vſum mitræ.
4 Protonotarij titulares & extra numerum conſtituti fuerunt ad conſideranda martyrum geſta.
5 Sunt in dignitate conſtituti, & vti poſſunt Rocchetto & Mantelletto coloris violacei.
6 Poſſunt apponere pileum ſuper inſignibus, & geſtare anoulum ſine gemma dum celebrant.
7 Si ſit prima dignitas poteſt in Choro deferre Rocchettū cum Mantelletto ſecus ſi non ſit prima dignitas, alias non debet participare diſtributiones quotidianas num. 5.
9 Poteſt præcedere Archidiacono incedendo cum habitu, ſed non lucrari diſtributiones quotidianas.
10 Incedens cum Capitulo in proceſſionibus vti non poteſt habitu Prælatitio.
11 Archidiaconus ſi ſit Protonotarius functiones debet peragere cum habitu Canonicali.
12 Protonotarius etiam de numero participantium ſi incedat in Eccleſia cum habitu non lucratur fructus ſui Cannnicatus.
13 Protonotarius titularis poteſt vti ſottana violacea, ſi in reliquis vtatur habitu Canonicali.
14 Vicarius Generalis ſi ſit Protonotarius poteſt vti in functionibus habitu Prælatitio, ſecus ſi ſit canonicus.
15 Protonotarius præcedit Canonicos Cathedralis vti ſingulos, ſecus capitulariter congregatos.
16 Non debet habere locum inter Canonicos.
17 Debet cedere locum Officialibus Epiſcopi, alijſque dignitates obtinentibus.
18 Poſt Abbates ſedere debet.
19 Protonotarius etiam titularis ſi habitu Clericali incedat tam in ciuilibus, quam in criminalibus gaudet priuilegio fori.
20 Non eximitur in criminalibus à iuriſdictione Ordinarij, ſed in ciuilibus quoad cauſas excedentes ſummam 25. ducatorum.
21 Prælati Referendarij præcedunt Canonicos, & dignitates extra Eccleſiam *Amp.* etiam ſi eſſet Canonicus num. 22.

Protonotarij de numero Participantium, & Titulares quam dignitatem habeant, & quomodo honorandi, & præcedere debeant.

ADNOTATIO VII.

1 PRotonotarij de numero participantium, qui ad numerum duodecim redacti fuerunt per *Sixtum V.* iuxta eius *conſtit. 12. ex ordine Bullar. Cherub. fo. 382. in nouiſſ. impreſ.* habent vſum pilei nigri, cum cordulis, & ornamentis violaceis, priuatiuè quoad omnes alios Pręlatos vt declarauit *S. Cōg. Rit. in cauſa Vrbis Protonotariorum 17. Februar. 1607. de qua Nouar. in ſumma bullarum tit. de Protonotarijs.*

2 Ob eorum dignitatem, & prærogatiuam præcedunt Canonicis etiam Eccleſiarum Patriarchalium, etiam Lateranenſis de Vrbe *Nouar. in dicto tit. de Protonot. Theodoſ. de Rubeis in ſing. Rot. tom. 2. p. 4. tit. de præcedent. Protonot. à fo. 487. & in fi. eiuſdem tit fo. 491. Barboſ. de Canon. & dignit. c. 18. num. 34. & in ſumma Apoſtolic. deciſ. collect. 616. numer. 6.* Et in Capella
3 Sanctiſſimi habent quoque præcedentiam ſupra Sacriſtam, & alios Abbates vſum mitræ habentes *Sac. Congreg. Rit. in Romana 13. Iulij 1601. vt refert. Sellius in Select. Canon. c. 17. num. 25. Corrad. in prax. diſpenſan. Apoſtolic. lib. 5. c. 6. num. 45.*

4 Protonotarij verò titulares, ſiue extra numerū quia à primæua eorum inſtitutione ad conſcribenda Martirum geſta, omniaque alia ad Eccleſias pertinentia deputati fuerunt *Lotter. de re benefic. lib. 2. qu. 28. numer. 33. Corrad. loco citato di-*
5 *cto cap. 6. numer. 43. verſ. nec tamen*, cum ſint in
magna dignitate conſtituti, poſſunt vti habitu
Prælatitio, nempe Rocchetto, cum Mantellet-
to coloris violacei, & in Eccleſijs & functioni-
bus Eccleſiaſticis, cum eodem habitu incedere,
& ſedere iuxta diſpoſitionem *cæremonialis lib. 1.*
c. 13. circa fin. Sac. Congreg. Rit. in Mazarien. 28.
Septemb. 1630. de qua Sellius in Select. canon. cap.
36. num. 3. Barboſ. in ſum. Apoſtolic. diſpenſat.
collect. 617. num. 1. Corrad. in prax. diſpenſat. A-
poſtolic. lib. 5. c. 6. num. 52. verſ. decimoſeptimo.

6 Quinimo poſſunt apponere pileum ſuper inſignibus, & geſtare annulum dum celebrant dummodo ſit ſine gemma *Sac. Rit. in Clonocen. & Neocaſtren. 21. Auguſti 1601. Barboſ. de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. c. 29. num. 29. & in ſumma Apoſtolic. diſpenſat. collect. 617. numer. 6. Corrad. dicto cap. 5. n.*

7 Si Protonotarius ſit prima dignitas poteſt in
Choro deferre Rocchettum cum Mantelletto, ſi
verò non ſit prima dignitas ſedere debet in ſuo
ſtallo, cum ſolito habitu canonicali, ac ſtare,
& incedere in loco ſibi debito *Sac. Cong. Rit. in*
Clamaren. & Neocaſtren. 21. Auguſti 1601. de
quibus Sell. in Select. canon. c. 36. num. 8. Barboſ.
dicta collect. 617. num. 11. alias ſi voluerit in ha-
8 bitu Protonotarij in Eccleſia, in qua obtinet di-
gnitatem, vel Canonicatum incedere, tunc cum
reputetur pro extraneo habebit locum non inter

Cano-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Canonicos, ſed poſt Abbates non tamen hoc ca-
ſu participare debet diſtributiones quotidianas
*Sac. Congreg. Rit. in vna Aſculana in Apulia 6.
Martij 1610. & in Meliten. 7. Auguſti 1621. de
qua Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib. 5. c.6.
numero 52. verſ. ſexto Protonotarij & verſ. 7.
Protonotarij.*

9 Immo etiam ſi non ſit prima dignitas debet
præcedere Archidiaconum primam dignitatem,
dummodo tunc non lucretur, & ſuas non faciat
dictas diſtributiones quotidianas *Sac. Congr. Rit.
in Nullius Terræ Piſciæ]15. Ianuar. 1611. penes
Sell. in Select. canon. cap. 36. num. 9.*

10 In proceſſionibus vero, & in alijs actibus pu-
blicis, in quibus cum Capitulo interuenit om-
nino vti non poteſt habitu prælatitio *eadem Sac.
Congreg. 19. Nouemb. 1621. Barboſ. in ſumma A-
poſtolic. decis. collect. 617. numer. 12. Corrad. dicto
cap. 6. numer. 52. verſ. decimo Protonotarius. &*
11 *verſ. nono Protonotarius*, vbi quod hoc pariter
obſeruandum ſit etiam ſi Protonotarius eſſet Ar-
chidiaconus, cum hoc caſu functiones ſibi ſpe-
ctantes vti Archidiaconus peragere debet cum
ſuo habitu Canonicali penitus remoto habitu
prælatitio *ex reſol. Sac. Cong. Rit. in vna Aſcula-
na 19. Nouemb. 1621.*

12 Quinimo ſi Protonotarius Canonicus etiam
de numero participantium cum habitu in Eccle-
ſia incedat, & diuinis aſſiſtat, non lucratur fru-
ctus ſui canonicatus, vel dignitatis, *Sac. Congr.
in Militen. 7. Auguſti 1621. & prius in Aſculana
27. Februar. 1610. confirmata 28. Ianuar. 1612.
relat. per Barboſ. de Canon. & dignit. c. 18. num.
35. & ſeq.*

13 Poteſt tamen Protonotarius titularis Canoni-
cus in Eccleſia vti Sottana violacea licet reliqui
Canonici deferant nigram, dummodo in reli-
quis vtatur habitu Canonicali, ſimili, & com-
muni cum alijs Canonicis, *Sac. Congr. Rit. in vna
Panormitan. 14. Ianuar. 1612. de qua Corrad. in
prax. Apoſtolic. diſpenſat lib. 5. c. 6. num. 52. verſ.
decimo Protonotarius Barboſ. de canon. & dignit.
c. 18. num. 37.*

14 Protonotarius titularis ſi ſit Vicarius Genera-
lis etiam in Choro Proceſſionibus, & alijs fun-
ctionibus, in locis per Diœceſim ſuę iuriſdictio-
nis poteſt vti Rocchetto, & Mantelletto, ſi verò
ſit de Capitulo non lucratur diſtributiones quo-
tidianas niſi vtatur habitu proprio Canonicali
Sac. Congr. Rit. in vna Clomacen. 4. Iunij 1615. Et
ſi non ſit Protonotarius neq; poteſt vti Rocchet-
to, & Mantelletto *eodem in Laureton. 20. Aprilis
1602. de qua Corrad. in prax. Apoſtolic. diſpenſ.
lib. 5. c. 6. numer. 52. verſ. decimo ſexto Protono-
tarius.*

15 Præcedentia competit Protonotario extra nu-
merum ſuper Canonicos Cathedralis vti ſingu-
los, non autem vti collegialiter congregatos
*Sac. Congr. Rit. in vna Concordien. 16. Maij 1601.
& 12. Iulij 1602. de quibus Barboſ. de iur. Eccleſ.
vniuerſ. lib. 1. c. 23. num. 24. & in ſum. Apoſtolic.
decis. collect. 617. num. 9. Corrad. in prax. diſpenſ.
Apoſtolic. lib. 5. cap. 6. numer. 52. verſ. quinto*
16 *Protonotarius.* Propterea neque ſupra, neque in-
ter Canonicos locum habere debet *Sac. Congr.
Rit. in Spoletana Terra Caſciæ 23. Maij 1619. teste
Sellio in Select. canon. c. 36. num. 5. Barboſ. dicta
collect. 617. num. 7. Corrad. loco citato verſ. ſecun-
do Protonotarij.* Et vlterius tam in ſeſſionibus
17 in Eccleſia, quam in proceſſionibus digniorem
locū cedere tenetur Officialibus Epiſcopi, alijſq;
dignitates obtinentibus, & Canonicis Cathe-
dralium Eccleſiarum *S. Cong. Rit. in vna Caſtellæ
& Legionis 30. Aprilis 1604.* Clem. VIII. *conſtit.
ſua incip. decet Romanum Pontificem die 28. Maij
1604. de qua Barboſ in ſum. Apoſtolic. decis. &
collect. 617 num. 8.* Corrad. *in prax. diſpenſat. A-
poſtolic. lib. 5. c. 6. num. 52. verſ. tertio Protonota-*
18 *rius.* Et poſt Abbates, & non ſupra ſedere de-
bet, *S. Cong. Rit. in Aſculana in Apulia 6. Martij
1610. de qua Barboſ. de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 1.
c. 23. num. 26. & dicta collect. 617. numer. 17. de
canon. & dignit. c. 18. num. 24.*

19 Protonotarius etiam titularis ſi in habi[tu]
Clericali incedat, tam in ciuilibus quam in cri-
minalibus, gaudet Priuilegio fori, quamuis non
ſit deſcriptus ſeruitio alicuius Eccleſiæ, eique
non inſeruiat *Sac. Cong. Concil. 9. Iul. 1626. &
in vna Toletana 27. Martij 1632. de qua Io. An-
ton. Nouar. in ſum. Bullar. in tit. de Protonot. nu.
23. & 24. Barboſ. in tract. de iur. Eccleſ. vniuerſ.
lib. 1. c. 23. num. 36. & in ſum. Apoſtolic. decis. col-
lect. 617. num. 4. & 5. Corrad. in prax. diſpenſat.
Apoſtolic. lib. 5. c. 6. num. 52. verſ. vigeſimo Pro-
tonotarius & verſ. vigeſimo primo.*

20 Non tamen ratione Protonotariatus eximitur
in criminalibus à iuriſdictione Ordinarij, ſed ſo-
lum in ciuilibus quo ad cauſas excedentes ſum-
mam 25. ducatorum, ex *Bulla 8. Leonis X. quia
Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 11.* non derogauit
priuilegijs Protonotariorum, niſi in criminalibus
*Sac. Congr. Concil. in Papien. 14. Decemb. 1630. de
qua Anton. Nouar. in ſum. Bullar. in tit. de proto-
not. num. 23. Barboſ. dicta collect. 617. num 3. Cor-
rad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib. 5. c. 6. num. 48.
& 49. & num. 52. verſ. decimo octauo Protonota-
rius.*

21 Prælati referendarij vtriuſque Signaturæ qui
in Vrbe vtuntur Sottana, & Mantelletto nigri
coloris Canonicos, & dignitates extra Eccleſiā
præcedunt *Sac. Congreg. Rit. in Venonen. 6. Iunij,
& 4. Iulij 1617. vt refert Sellius in Select. canon.
c. 11. numer. 82. Barboſ. de canon. & dignit. c. 18.*
22 *numer. 71.* Amp. etiam ſi eſſet Canonicus, nam
extra Eccleſiam præcedere debet alios Canoni-
cos, & dignitates, *Sac. Cong. Rit. 6. Iun. & 4. Iul.
1626. relat. per Gauant. in manual. Epiſcop. in verbo
præcedentia num. 21.* multa alia quoad præceden-
tiam referendariorum docet *ferrus in tract. de
præcedentia Eccleſ. q. 47.*

SVMMARIVM.

1 Canonici Eccleſiæ Cathedralis faciunt vnum corpus cum Epiſcopo, & cæteris digniores reputantur.
2 Præcedentia dignior debetur.
3 Canonici Eccleſiæ Cathedralis præcedunt alios Canonicos, & Prælatos inferiores etiam in propria eorum Eccleſia.
4 Capitulum Eccleſiæ Cathedralis præfertur Capitulo Eccleſię Collegiatæ & num. 7.
5 Amp. etiam in aſſociandis funeribus etiam ipſius ollegiatæ.

6 Ca-

6 Canonici Cathedralis Canonicos Collegiatarum dignitate ſuperant.
8 Canonici Collegiatæ præcedunt Collegium Parochorum.
9 Collegiata eſt inferior Cathedrali, & dignior quacunque alia Eccleſia etiam Parochiali.
10 Canonici Eccleſiarum Patriarchalium Romanæ Vrbis quomodo inter ſe præcedant.
11 Canonici S. Giorgij in Alga præcedunt Canonicos Congregationis Lateranenſis.
12 Canonici Congregationis Lateranenſis præcedunt Monachos Caſinenſes & omnes alios Regulares, & num. 13.
14 Capitulum in Concionibus ſedere debet apud ſuum Epiſcopum.
15 Magiſtratus non debet occupare locum Cleri.
16 Canonici Cathedralis ſunt præferendi Magiſtratui ſeculari quando non eſt de perpetuis, & maioribus, & ſunt prius à Concionatore ſalutandi & nu. 17. præcipuè ſi in apparatu Clericali exiſtant & num. 18.
19 Canonico celebranti competit primus locus ſupra dignitates.
20 Canonici inter ſe quomodo præcedant.
21 Canonici Presbyteri præcedunt Canonicos non presbyteros etiam antiquiores.
22 Sed ſi omnes ſint Presbyteri præcedunt inter ſe ſecundum eorum receptionem, Amp. non obſtante conſuetudine & num. 23. Lim. in Eccleſijs Collegiatis num. 24. Amp.
Limit. etiam ſi præbendæ ſint diſtinctæ in Presbyterales, Diaconales, & Subdiaconales, ſtante conſuetudine & num. 25.
26 Præbendæ ſi non ſint diſtinctæ, & omnes requirant ordinem presbyteralem tunc præcedunt Canonici per ordinem receptionis, & adeptæ poſſeſſionis & n. 28. Amp. licet ſint de iurepatronatus, & n. 27.
Primò receptus ſi non ſit Sacerdos non debet præcedere Sacerdoti ſecundò recepto, ſed recuperat locum poſt adeptum ordinem ſacerdotalem, & n. 26.
29 Ius anterioritatis quo ad præcedentiam in Canonicis incipit à die quo admitti debuiſſet Declar. vt num. 30.
31 Canonici Eccleſiæ Collegiatæ in proceſſionibus non debent incedere parati.
32 Thurificari debent Canonici Collegiatæ duplici ductu.
32 Canonicus Doctor præcedit alios non Doctores Lim. vbi ſunt Canonici presbyteri, & num. 34.
35 Canonicus ſi retineat canonicatum cum dignitate, ſedere debet in loco Canonicali, & non debet punctari ſi inſeruiat vt Canonicus, & vt dignitas.
36 Canonici ſedere debent in ſuo ſtallo, nec debent occupare ſedes digniores.
37 Canonicus ſi ob delictum fuerit priuatus, ſi reſtituatur non recuperat primum locum ab alio poſtea admiſſo occupatum.
38 Receptio honorifica importat conceſſionem manus dexteræ, & loci nobilioris.
39 Rector in propria Eccleſia habet iuris aſſiſtentiam cæteris omnibus præcedendi, licet ſit inferior ratione officij quo fungitur & num. 31.
Lim. in Capitulo Eccleſiæ maioris inuitato & num. 30. Præcipuè ſi ab eodem, & non à Rectore functiones peragantur, & num. 31.

Canonici Eccleſiæ Cathedralis, & Collegiatæ, an, & quomodo præcedere thurificari, & honorari debeant.

ADNOTATIO VIII.

1 Canonici Eccleſiæ Cathedralis, qui faciunt vnum corpus cum Epiſcopo, tamquam Epiſcopalis dignitatis radijs fulgentes cæteris
2 digniores reputantur, propterea cum præcedentia digniori debeatur, cap. ſtatuimus de maior. & obedien. Seraph. dec. 144. n. 3. Burat. d. 303. num. 2. & cenſuit Sac. Congr. Rit. in vna Sancti Seuerini 1. Septembr. 1607. de qua Sell in Select. Canon. cap. 47. numer. 5. præcedentiam habere debent
3 ſupra omnes alios Canonicos, & Prælatos inferiores, etiam in propria aliorum Eccleſia in proceſſionibus, funeribus, & ſimilibus actibus, eadem Sac. Congr. Rit. in Ripana 30. Iulij 1616. teſte Aldan in compend. Canon. reſol. lib. 3. tit. 6. numer. 4. & rurſus in vna Anconitana 4. Auguſti 1609. quam refert Barboſ. in ſum. Apoſtolic. deciſ. collect. 91. numer. 31. collect. 124. num. 9. & plenè de canon. & dignit. cap. 18. à numer. 44. vſque ad 47. Caſſan. in Catalog. glor. Mund. conſiderat. 32. in prin. verſ. ſeu intellige prædicta. Gratia diſcept. 111. numer. 10. tom. 2. Ferentil. ad Burat. dec. 903. num. 16. Gam. deciſ. Luſit. 1. numer. 54. Rot. deciſ. 3. & dec. 121. à numer. 1. & per tot. p. 5. tom. 1. recen.
4 Amp. vt Capitulum Eccleſiæ Cathedralis præferatur Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ, etiam in propria Eccleſia Collegiata in omnibus actibus, & functionibus in eadem exercendis Sac. Congr. in vna ſuadan. 2. Octobris 1597. Non obſtante conſuetudine in contrarium eadem Sac. Congreg. in vna Tuſcanen. 19. Auguſti 1619. de quibus Barboſ. de canon. & dignit. cap. 18. num. 48. & ſeq. & ex Gonzal. Mendez. de Vaſconcel lib. 1. diuerſ. iur. argument. cap. 1. tradit Gratia. diſcept. 111. num. 11. Gregor. XV. dec. 284. num. 1.
5 Amp. 2. etiam in aſſociandis funeribus defunctorum propriæ ipſius Collegiatæ Parochiæ Sac. Cong. Rit. in Præneſtina Canarum 28. Auguſti 1618. relat. per Barboſ. in ſum. Apoſtolic. deciſ. collect. 91. numer. 26. & collect. 590. num. 5. & ratio
6 eſt quia Canonici Eccleſiæ Cathedralis omnes alios Canonicos Collegiatarum dignitate ſuperant Adden. ad Burat. deciſ. 903. num. 17. vbi ita dixiſſe Rot. in Cæſaraguſtana Synodi 13. Februarij
7 1620. coram Coccino, tum etiam quia Epiſcopus eſt caput Capituli Cathedralis, & ſicut Epiſcopus præcedit omnes, ita pariter Canonici alios præcedere debent tanquam membra Epiſcopi iuxta generalem regulam in materia præcedentiæ conſtitutam, quod membra non ſeparentur à capite, Gregor. XV. deciſ. 284. num. 2. 3. & 4. ibiq; Adden. Lit. A. latè Barboſ. de Canon. & dignitat. cap 18. num 47. vſque ad 55.
8 Canonicis vero Eccleſiæ Collegiatæ debetur præcedentia ſupra Collegium Parochorum, aliorumque Presbyterorum etiam ipſius Ciuitatis ſi occaſione Synodi, vel alterius cauſæ ſimul conuenire contingat Sac. Congreg. Rit. in Fauentina Briſignellæ 12. Martij 1626. relat. per Sell. in Select. Canon. cap. 47. num. 8. Caſſan. in Catalog. glor. Mund. p. 4. conſiderat. 34. Seraph. dec. 1223.
9 numer. 1. Quia licet Eccleſia Collegiata ſit inferior Cathedrali, eſt tamen dignior quacunque alia inferiori Eccleſia etiam Parochiali Lotber. de re benef. lib. 1. q. 16. numer. 126. Camil. Borel. in ſumm. omnium deciſ. tom. 1. tit. 1. de Sacroſant. Eccleſ. num 45. Hieron. de Laureat. deciſ. Ancon. 12. numer. 1. Seraph. dec. 22. num. 1. dec. 1223. nu. 1. & ſeq. & deciſ. 1445. num. 1. Burat. dec. 445. nu.

Digitized by Google

numer. 1. *deciſ.* 487. *numer.* 1.
10 Præcedentia inter Canonicos Eccleſiarum
Patriarchalium Romanæ Vrbis primo loco de-
betur Canonicis ſæcularibus Eccleſiæ Lateranen-
ſis 2. loco Canonicis Sancti Petri, quibus in con-
curſu in omnibus præferuntur Canonici Latera-
nenſes vt ſanciuit *B. Pius V. conſt.* 94. *Bullar. Che-
rub. tom.* 2. *fo.* 296. *alias fo.* 223. *in nouiſſima im-
preſſione*. 3. Loco Canonici Sanctæ Mariæ Maio-
ris.
11 Canonici S. Giorgi in Alga habent præceden-
tiam quo ad Canonicos Congregationis Late-
ranenſis *B. Pius V. conſtit.* 127. *incip. cum alias*
11. *Kalend. Ianuar.* 1571. *Bullar. Cherub. tom.* 2.
fo. 140. *alias* 255.
12 Inter Canonicos vero Regulares Lateranẽſes,
& Monachos Caſinenſes præcedentiam habere
debent Canonici Congregationis Lateranenſis,
vt ſanciuit *B. Pius V. conſt.* 75. *incip. Romanus pri-
die Id. Octobr.* 1568. *Bullar. Cherub. tom.* 1. *fo.*
272. & impreſſus reperitur liber inſcriptus *Rela-
tiones trium Ampliſſimorum S. R. E. Cardinalium
in cauſa præcedentia inter Canonicos Regula-
res Lateranenſes & Monachos Benedictinos*.
13 immo præferri, & præcedere debent non ſolũ
dictos Monachos Caſinenſes, verum etiam om-
nes alios Regulares, & incedere vltimo loco
proximiori Clero ſæculari *B. Pius V. conſtit.* 116.
incip. cum ex ordinum 10. *Kalend. Ianuar. tom.* 2.
fo. 34. *alias fo.* 243. *in nouiſſ. impreſ.*
14 Capitulum in concionibus ſedere debet apud
ſuum Epiſcopum excluſo ſæculari Magiſtratu,
qui eum non habeat communionem, & commu-
nicationem cum Presbyterio, non poteſt ſe inter
15 illos ingerere, nec locum Capituli, & Cleri oc-
cupare *Sac. Cong. Rit. in Balneorigien.* 25. *Ianuar.*
1602. *teſte Aldano in Compend. Canon. reſol. lib.* 1.
tit. 16. *num.* 74. *Sell. in Select. canon. cap.* 81. *nu.*
25. *Barboſ. in ſumm. Apoſtolic. deciſ. collect.* 460.
numer. 2.
16. Ac proinde Canonici Cathedralis in omnibus,
& per omnia ſunt præferendi Magiſtratui ſæcu-
lari, quando non eſt de perpetuis, & maioribus,
17 & ſic Concionator debet illos prius ſalutare, &
poſtea Magiſtratum *Sac. Congr. Rit. in Tyraſo-
nen.* 3. *Octobr.* 1605. *quam refert Barboſ. in ſumm.
Apoſtolic. deciſ. collect.* 91. *num.* 30.
18 Præcipuè ſi Canonici ſacris veſtibus induti in
apparatu Clericali exiſtant, & ſuperpellicijs in-
duti diuinis interſint, nam tunc debent etiam
præcedere Camerario, Prouiditoribus, & alijs
officialibus Laicis Ciuitatis *Sac. Congreg. Rit.* in
Cremonen. 4. Maij 1589. vt tradit *Sellius in Se-
lect. Canon. cap.* 11. *num.* 87. Vnde Canonico ce-
19 lebranti competit primus locus & prima ſedes
in Choro ſupra dignitates, & Canonicos, & De-
canum, *Sac. Cong. Rit. in Alberen.* 26. *Iunij* 1610.
& *in Antuerpien.* 24. *Octob* 1609. *Barboſ. de ca-
non. & dignitat. cap.* 18. *num.* 24.
20 Canonici ipſi inter ſe prout digniores ſunt
habere debent ſedem, quæ vicinior ſit ſedi Epi-
ſcopali *Sac. Cong. Rit in Alexandrina* 15. *Martij*
1608. *in reſponſ. ad dub.* 14. *de qua Sellius in Se-
Select. canon. cap.* 11. *num* 76.
21 Intellige, quod Canonici Presbyteri, vti di-
gniores præcedentiam habeant ſupra Canonicos
non Presbyteros licet antiquiores *Sac. Congr. Rit.
in Cabalicen.* 3. *Auguſti* 1607. *de qua Sellius dicto
cap.* 11. *num.* 73. & 74.
22 Sed ſi omnes ſint Presbyteri, præcedunt inter ſe
ſecundum eorum receptionem, iuxta vulgarem
regulam quod prior in tempore ſit potior in iu-
re, propterea præferendus, *eadem Sac. Cong. in
Trapien.* 10. *Decemb.* 1619. *per text. in cap ſtatui-
mus de maiorit. & obedien.* ibi, *& qui maior eſt or-
dine, etiamſi poſtea ſit receptus potiorem eſſe volu-
mus Barboſ. de canon. & dignitat. cap.* 18. *num.* 10.
23 Amp. hoc procedere non obſtante conſuetu-
dine, quod Canonici Diaconales, & Subdiaco-
nales præferantur Canonicis Presbyteralibus
poſterius in Eccleſia admiſſis, & receptis in Cho-
ro, Capitulo, proceſſionibus, & ſeſſionibus, cũ
tamquam irrationabilis, abuſiua, & improbata
ſeruanda non eſt, & nullo modo admittenda
Sac. Cong. Rit. in Saonen. 11. *April.* & 11. *Octob.*
1601. *in Neapolitana* 23. *Maij* 1602. *in Alber-
ganen.* 6. *Septembris* 1603. & *in Trapien.* 17. *Iunij*
1607. *de quibus* Barboſ. *de iur. Eccleſ. vniuerſal.
lib* 1. *cap.* 21. *num.* 87. & *in ſumm. Apoſtolic. deciſ.
collect.* 91. *num.* 4. & *collect.* 228. *num.* 5. & *de
canon. & dignit. cap.* 18. *num.* 9. *Gratia. deciſ.
Marcheſ.* 16. *num.* 7.
24 Lim. procedere in Eccleſia Cathedrali, ſecus
autem in Eccleſijs Collegiatis, in quibus vbi
præbendę non ſint diſtinctę, vel vigeat conſuetu-
do, quod Canonici antiquiores tempore, licet non
ſint Presbyteri præferantur Canonicis presbyte-
ris iunioribus ſeruanda eſt, *Sac. Congreg. Rit. in
Vrbis Sanctæ Mariæ* Rotundæ 16. *Decembr.* 1606.
& *in alia Vrbis* 3. *Auguſti* 1602. *de qua Sellius in
ſelect. Canon. cap.* 11. *num.* 74 & *cap.* 36. *numer.*
74. *Barboſ. in ſum. Apoſtolic. deciſ. collect.* 91. *nu.*
5. & *collect.* 228. *num.* 5. & 8.
25 Vnde eſt etiam ſeruanda conſuetudo Eccleſiæ
vt Canonici obtineant locum, & ſedem ſecundũ
tempus admiſſionis, quamuis præbendæ ſint di-
ſtinctæ in Presbyterales, Diaconales, & Subdia-
conales, ſi omnes ſint actu in Sacerdotali ordine
conſtituti, & inſeruiant in celebrandis Miſſis
S. Congreg. Rit. in Saonen. 10. *Ianuar.* 1604. *Sell.
in ſelect. canon cap.* 26. *num.* 75. *Barboſ. de canon.
& dignit. cap.* 18. *num.* 12. *verſ. verum licet in fi.*
26 In Cathedrali verò vbi præbendæ non ſunt di-
ſtinctæ, ſed omnes requirunt ordinem presbyte-
ralem præcedentia competit ſecundum ordinem
receptionis, adeo vt ſi primò receptus non ſit ſa-
cerdos donec ordinetur præcedat ſacerdos ſecun-
dò receptus, ſed poſt quam promotus fuerit ad
ſactum presbyteratus ordinem habere debet præ-
cedentiam, & locum ſecundum ordinem ſuæ re-
ceptionis, prout ſi à principio receptus fuiſſet, cũ
non amiſerit ſuum ius, propterea presbyter ſe-
cundò receptus debet libere dimittere locum, &
primò recepto, & deinde ordinato reſtituere, &
in omnibus reintegrare, Barboſ. *in ſumm. Apoſto-
lic. deciſ. collect.* 91. *num.* 5. & *de canon. & dignit.
cap* 18. *num.* 6. *vbi ita cenſuiſſe* Sac. Rit. Cong. *in
Albanen.* 2. *Martij* 1602. & *in Orien.* 19. *Iunij*
1604. & *in Tropien.* 10. *Decembr.* Quamuis ſine
27 de iure patronatus *Eadem Sac. Congr. in Ortana*
30. *Iulij* 1616. Nec ad hunc effectum ſuff. agatur
28 prioritas in prouiſione, ſed attenditur an iquior
rece-

Digitized by Google

receptio, adeo vt Canonicus qui præuenit in appræhendenda poſſeſſione debeat alijs præcedere in ſtallo, voce, & optione, & prærogatiuis, præeminentijſque *Ricc. in prax. rerum for. Eccleſiar. reſol 555. in 2. edit. Gratia. deciſ. Marchiæ 36. in addit. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §.3. proem. num.23. Seraph. dec.437. num.3. Rot. dec.867.nu. 2. p 4. diuerſ.* quibus addo *Michael Fer. de præcedentia Eccleſiaſt. qu.10. num. 9. & ſeq. Mohed. dec. 11. de renunciat. ante num. 1. verſ. nam cum locus Capitaquen. dec. 357. num. 2. p. 2.* & ratio eſt quia honor iſte præcedẽtiæ debetur antiquiori Canonico propter eius maiora onera, & ſeruitia præſtita in Eccleſia ſeruienda argument. *l.2. in fi. ibi vt ijs gradu cæteros C. de offic. Magiſtrat.*

29 Ius autem anterioritatis, & potioritatis adhuc effectum incipit currere à die, quo quis admitti debuiſſet, & per ipſum non ſteterit, quin admiſſus fuerit, cum habeatur pro facto, quando quis impeditus fuit facere, & conſequenter hoc caſu anterior in prouiſione & poſterior in poſſeſſione præcedentiam conſequitur ſupra poſteriorem in prouiſione & priorem in poſſeſſione, præcipuè ſi eiuſdem culpa poſſeſſionem habere non potuerit, ne ſua culpa commodum conſequatur late *Gonzal. ad reg 8 Cancel. §.3. proem. à nu. 38. vſque ad 42.* & diuerſis caſibus, & exemplis comprobat *Pariſ. de reſignat benef. lib.11. qu.13. n.95. Odd. de reſtit. in integ. q. 12 per tot. Barboſ. de canon. & dignit. cap 18. num.13. Gregor. XV. dec. 341. nu. 1. ibique Adden. Lit. A.* vbi declarat hoc procedere in præiudicium illius tantum, qui præſtat impedimentum, ſecus in præiudicium tertij.

30 Licet Collegiata poſſit in proceſſionibus deferre propriam Crucem, etiam præſente Capitulo Cathedralis *Sac. Cong. Rit. 24. Auguſti 1609. de qua Gauant. in manual. Epiſcop. in verb. Eccleſia Collegiata num.5.* ad differentiam tamen Canonicorum Cathedralium non debent in proceſſio-
31 nibus incedere parati, cum huiuſmodi prærogatiua ſolum ſit debita Canonicis Eccleſiæ Cathedralis *Sac. Cong. Rit in vna Placentina 19. Maij 1607. in dub. 20. de qua Barboſ. de canon. & dignitat. cap.18. num.70.*

32 Thurificari tamen debent præfati Collegiatæ Eccleſiæ Canonici dupplici ductu, Clerici vero Eccleſiarum Parochialium vnico tantum ductu *Sac. Cong. Rit. in Cæſaraugustana de Daroga 19. Januar. 1613. teſte Sellio in Select. Canon. cap 11. num.98. Barboſ. de canon. & dignitat. cap.18. nu. 65. in fi.* Prior vero Collegiatæ ſi interſit in Cathedrali incenſatur duplici ductu Turibuli vt Canonici ipſius Cathedralis *Gauant. in manual Epiſcop. in verb. Eccleſia Collegiata num 7.*

32 Beneficiati ſi ſint Sacerdotes in Eccleſia eorum beneficij præcedere debent ſupra alios beneficiatos in eadem Eccleſia non Sacerdotes *Sac. Cong. Rit. in nullius Prouincia Florent. de Menſe Ianuar. 1633. de qua Bonfadin. in Theſaur. Eccleſ. deciſ. reſol.32. num 10. Barboſ. in ſumm. Apoſtolic. dec. collect. 590. num.10. in fi.*

33 In materia præcedentię poſt ordinem maiorẽ eſt etiam attendendus gradus, adeo vt Canonicus, ſeu beneficiatus laurea doctoratus inſignitus præcedit in ſedendo alios Canonicos non Doctores latè *Maſtril. deciſ. Sicil. 130. per tot. & ſignanter à num.13 Valenzuel. conſ. 34. à nu. 66.*

34 Lim. non procedere vbi ſunt Canonici Presbyteri, inter quos nulla datur præcedentia ratione Doctoratus, ſed tantum ratione ordinis, & antiquitatis *Sac. Cong. Rit. in Panormitana 23. Ianuar. 1610. & in Montis Regalis 19. Martij 1611. de qua Barboſ. de canon. & dignitat. cap 18. num. 11. & tradit Felin. in cub. de maiorit. & obedien. num. 3. Abb. in cap. 2. num.2. de ijs, quæ fiunt à maior. part. Capitul. Caſſan. in Catalog. glor. mund. p 4 conſiderat. 48.*

35 Canonicus ſi ex diſpoſitione, ſeu diſpenſatione Apoſtolica retineat dignitatem cum Canonicatu circumſcripta conſuetudine ſedere debet in loco Canonicali in hebdomada, qua ſeruit vt Canonicus, & quando debet ſeruire pro vtraque vt in diebus dominicis, & feſtiuis maioribus, & tẽpore quadrag ſinali nõ debet punctari ex quo locus Canonicalis remaneat vacuus, ſed habere debet duplices diſtributiones, ſicut amitteret duplices ſi non inſeruiret, vt declarauit *Sac. Congr. Concil in vna Fulginaten. 26. Nouemb. 1616. relat. per Barboſ. de canon. & dignitat. cap. 18. nu. 21. & 22.*

36 Generaliter verò Canonici ſedere debent in ſuo ſtallo, nec occupare ſedes digniores Archidiaconi, vel Decani, & ſimilium ipſis abſentibus *Sac. Congr Rit. in Capuana 18. Martij 1618. de qua Barboſ. de canon. & dignitat. cap.18 num. 41. Gauant. in manual. Epiſcopor. in verbo Canonicorum munera in addit. num. 5.*

37 Canonicus ſi ob delictum, vel alia cauſa canonicatu fuerit priuatus, & deinde reſtitutus, cum admittatur tamquam nouus homo ex gratia per viam nouæ prouiſionis non recuperabit primum locum ab alijs poſtea admiſſis occupatũ, ſed poſt eos ſedere debet ſecundum tempus reſtitutionis, vt expreſsè probat *text in cap. ex inſinuatione 26. de ſimon Gratia. diſcept. 56. num. 18. tom. 1. Barboſ. de canon. & dignitat. cap. 18. num. 15. qui alios allegant.*

38 Capitulo, ſeu Canonicis, Confraternitatibus & ſimilibus, ſi in aliena Eccleſia ab eius Rectoribus honorificè veniunt recipiendi, debetur omnis præeminentia, tum quoad locum, tum quoad manum dexteram, cum receptio honorifica importet conceſſionem manus dexteræ, & loci nobilioris, *ad glo. in cap. quam periculoſum in verb. primatus 7. q. 1. & in l decernimus in prin. & in verb. reſiden. C. de ſacroſant. Eccleſ. vbi Bald. num. 2. verſ. 2. nota. Abb in cap. nobis num. 5. de ſuccpatr. Rot. eod. tit. in verb honorificum num. 4. Caſſan. in Cathal glor. mund. p. 1. conſiderat. 10. ad fin. & conſiderat. 11. ante med. verſ 2. dicitur late Tiraquel. de iure primog. in præfat. numer. 13. & 14. cum alijs per Rot. deciſ. 111. nu. 2. p. 5. tom. 1. recen.*

39 In nihilo refragante quod Rector in propria Eccleſia dicatur habere iuris aſſiſtentiam in præcedendo cæteris omnibus ad text. in *l nihil. C. de palat. ſacr. largit. lib. 11. vbi glo. fi. Dec. conſ. 69. numer. 12. & ſeq. col. 2.* Rot. *deciſ. 111. numer. 6. p. 5. tom 1. recen.*

40 Quia hoc non procedit vbi competit receptio honorifica neque, quando Capitulum Eccleſiæ majoris inuitatur ad aliquas functiones, nam

tunc precedere debet alios Canonicos, & Prælatos inferiores etiam in proprijs Eccleſijs *Felin. in cap. cum non liceat num. 2. verſ. dictis Abbatis de praſcript. Henric. Ram. tract. de Synod. p. 3. num. 27. Gonz. Mendoz. de Vaſconcello diac. iur. arg. lib. 1. cap. 1. numer. 3. verſ. quibus conſequens Gratia. diſcept. 11 t. n. 11. lib. t. Rot. deciſ. 57. nu. 3. deciſ. 11 t. num. 8. & ſeq. p. 5. tom. t. recen.*

41 Et licet inferior in propria Eccleſia ratione Officij, quo fungitur debeat habere præcedentiã *Abb. in cap. poſtulaſtis num. 7. de conceſ. praben. Pute deciſ. 304. num. 4. 5. & 6. lib. 3. in correct.* Tamen hoc ceſſat quando, non per Rectorem inferiorem, ſed per inuitatos, vel alios ſolitos accedere Miſſę decantantur, & aliæ functiones peraguntur, cum tunc Rector non exercet proprium Officium *Rot. dec. 311. num. 27. p. 5. tom. 1. recen.*

SVMMARIVM.

1 Parochus in propria Eccleſia dicitur Prælatus.
2 Et in ſua Plebania talem poteſtatem habet, quam Epiſcopus in ſua Diœceſi.
3 Epiſcopus habet iuris aſſiſtentiam quoad exercitium iuriſdictionis intra limites ſuæ Diœceſis.
4 Epiſcopus in ſua Diœceſi in functionibus eſt præferẽdus omnibus etiam Archiepiſcopis excepto Metropolitano.
5 Epiſcopo ex iuris aſſiſtentia exercendi iuriſdictionẽ in ſua Diœceſi competit manutentio, ſi nihil concurrat in contrarium & num. 6.
7 Parochus habet iuris aſſiſtentiam exercendi iura parochialia in ſua Parochia.
8 Amp. vt ſit omnibus præferendus in ſua Parochia in concernentibus ſuum officium.
9 Quilibet in proprio officio præfertur omnibus licet maioribus.
10 Parochus in propria Eccleſia præferendus eſt Capitulo Collegiatæ *nu.* 11. *Amp* etiam in funeribus proprijs Parochiani num. 12. & 13.
Contrarium num. 14. vbi excepto quoad ius faciendi officium circa corpus defuncti *Amp vt num.* 15. *Amp.* vt etiam in proceſſionibus Collegiata præcedit, & num. 17. Intel. vt num. 18. & 20.
16 Eccleſia ſi erigatur in Epiſcopatum conſequitur omnia iura, quæ debentur Epiſcopalibus Eccleſijs.
19 Vbi maior minor ceſſat.
21 Capilulum Eccleſiæ Cathedralis in omnibus etiam in funeribus præcedit Parocho etiam in propria Eccleſia, niſi immemorabilis conſuetudo ad fauorem Parochi legitimè probetur.
Lim. quo ad officium faciendum circa corpus, nu. 22. & 23.
24 Sacriſta, & Curatus Cathedralis licet amouibiles debent præcedere Parocho tùm *in* funeribus, tum in Proceſſionibus, & num. 25.
26 Canonici Cathedralis vti ſinguli, & non capitulariter in funeribus interuenientes non præcedunt Parocho.
27 Canonici, & Capitulum Cathedralis, quoad actus ſpirituales deſtinatos ad cultũ diuinum præferendi ſunt etiam Parochis, ſecus quo ad actus concernentes curam animarum. *Lim vt num.* 28. 29. & 30.
31 Parochi inter ſe quomodo præcedere debent.
32 Parochus defuncti, & Parochus in cuius Eccleſia ſepellitur, & alij Regulares quomodo incedere debent num. 34. & 35.
33 Parocho ad cuius Eccleſiam defunctus defertur pręcedentia debetur.
36 Parochus à quo, & Parochus ad quem poſſunt ambo incedere ſtola, & cotta, & alter ingredi in Eccleſiam alterius.

Parochi in funeribus, & functionibus Eccleſiaſticis an, & quomodo præcedere debeant, tam inter ſe, quam cum Canonicis Cathedralis, & Collegiatæ.

ADNOTATIO IX.

1 PArochus in propria Eccleſia, & Parochia dicitur Prælatus, & tamquam talis reputari, & æſtimari debet *cap. in Apibus 7. q. 1. Abb. in cap. cum decernimus num. 16. de iudic. late Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 6. num. 100. & plurib. ſequen* & in ſua Plebania talem poteſtatem habe-
2 re cenſetur, qualem habet Epiſcopus in ſua Diœceſi ſecundum *Abbat. in cap. 1. num. 28. de dol. & contum. cum alijs adductis per Barboſ. de offic. Paroch. cap. 9. num. 1. 2. & 3.*

3 Vnde ſicut Epiſcopus habet iuris aſſiſtentiam priuatiuè quo ad alios exercendi ſuam iuriſdictionem ordinariam in quacunque parte ſuæ diœceſis, quo ad omnes intra eius fines exiſtentes, & quo ad omnes caſus ad forum Eccleſiaſticum pertinentes *cap. conſtitutus cap. cum venerabilis de religioſ. Domib. cap conquerente de offic. Iud. Ord. cap. cum Epiſcopus eod. tit. in 6. Sacr. Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 20. Veral. deciſ. 306. p. 1. Seraph. dec 633. dec. 498. & deciſ. 1104 Canale. dec. 306. num. 1. Duran. dec. 226. ſub num. 2. Rot. dec. 713. num 1. p. 4. diuerſ. dec. 15. ſub num. 2. dec. 491. ſub num. 1. p. 3. dec. 126. nu. 1. dec. 313. num. 2. p. 4. dec. 41. num. 6. p. 5. recen. & in Marſicen. Iuriſdictionis 26. Maij 1651. §. quare ex præmiſſis coram Eminentiſſ. Card. Corrado.*

4 Et vlterius ſicut in ſua Eccleſia, & Diœceſi in functionibus Epiſcopalibus præferendus eſt omnibus Archiepiſcopis & Epiſcopis etiam ipſo antiquioribus, ac Dignitatibus Metropolitano ſuo tantum excepto *S. Congreg. Rit. in Barchionen. 10. Ianuar.* 1609. licet ex Vrbanitate debeat honorare in ſua Diœceſi alios Epiſcopos aduenas, *Sellius in ſelect. Canon cap. 3. num. 80. Barboſ. in ſumm. Apoſtolic. dec. collect. 290. n. 4.*

5 Et ex hac iuris aſſiſtentia eidem competit manutentio præcipuè ſi nulla contra Epiſcopum oſtendatur exemptio priuilegium, vel conſuetudo legitime præſcripta *Canale. dec. 306. numer. 2. Seraph. dec. 1104 num. 1. & dec. 1278. num. 1. &*
6 *5.* vbi quod tunc huiuſmodi iuris aſſiſtentia operatur quando nihil concurrit in contrarium.

7 Ita etiam Parochus tamquam ſubrogatus, ſeu gerens vices Epiſcopi in actu curæ animarum *cap. bone rei 12. q. 2. cap. ad Apoſtolicam de donat.* eſt alijs præferendus *Michael Fer. de praceden. Eccleſiaſt. q. 32. num. 3. & ſeq. ad plene tradita per Barboſ. in Axiom. iur. vſufrequen. Axio. 213. nu. 1. & de poteſt. Paroch. cap. 9. num 1.*

8 Amp. præcipuè in propria Eccleſia, & Parochia omnibus quantumuis in dignitate conſtitutis præcedere debet, ſcilicet in celebrandis Miſſis ſolennibus, alijſque quibuſcunque præeminentijs concernentibus ipſius Rectoris officium, *Caſſan. in Catal glor. mund. p. 4. conſiderat. 22. & 81.*

Gonzal.

Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 6. numer. 6. & 7. Gratia. diſcept. 298. num. 3. & 4. tom. 2. Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop alleg. 78. num. 38. & de offic & poteſt. Paroch. cap. 9. num. 3. 4. & 5. Seraph. dec. 964. ex generali regula, quod quilibet
9 in proprio officio præferatur omnibus alijs, licet maiotibus, & quamuis extra eius officium eiſdē poſtponatur.
10 Amp. 2. vt Parochus in ſua Eccleſia præferendus ſit Decano, & Capitulo Collegiatæ ad eandem Eccleſiam ex antiqua conſuetudine perſonaliter accedenti; quia maior minori in eius domo cedere tenetur *Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop. alleg 78. num. 38. p. 3. Gonzal ad reg. 8. Cancellar. glo 6. num. 104. & ſeq. vbi ita firmaſſe Rot. in Calagurritana praeminentiarū 26. Nouemb.* 1592. *toram Penia.*
11 Tum quia cura videtur dignior Canonicatu, non ſolum propter maiorem ſacramentorum adminiſtrationem, quam habet Curatus, verum etiam propter ordinem ſacerdotalem, in quo omnis Curatus debet eſſe conſtitutus, non tamē omnis Canonicus *Molin. de Canon. lib 2. cap. 14. Hieron. Garat. de iur. Paroch. tit.* 1. Tum etiam ob maiorem ſcientiam, quam in Curato reſidere debet, ob poteſtatem declarandi euangelium, & dimittendi peccata, vt latè alijs congeſtis tradit *Gratia. diſcept. 298. à num 94. vſque ad 98.*
12 Amp. 3. vt in funeribus proprij Parochiani Parochus præcedere debet Canonicos Eccleſiæ Collegiatæ *iuxta diſpoſitionem Ritualis Romani in tit. de exequijs fo.* 150. vbi ſtatuit, quod Parochus in omnibus funeribus præcedat incedendo ante feretrum, & ita apparet fuiſſe reſolutum *per S. Cong. Rit. in S Angeli Saxiferrati 24 Octobr. 1609. & in Eugubina 15. Iulij 1614. & in Praeneſtina Canarum 13. Iulij 1619. vt refert Barboſ. de offic Paroch. cap. 9. num 8. verſ. verum autem, & in ſumm. Apoſtolic. deciſ. collect. 557. num. 3.* præ-
13 cipuè ratione ſtolæ, quam in ducendo funere Parochus geſtare ſolet præeminentiam non tam ſupra alios Presbyteros, quam ſupra ipſos Canonicos Collegiatæ habere debet *eadem S. Congr. in Nucerina Saxi ferrati 24. Octobr. 1609. Aldan. in compend. Canon. reſol lib. 1. tit. 13. numer. 6. Gratia. diſcept. 298. num. 82. tom. 2. & diſcept. 492. n. . . tom. 3. Barboſ in ſumm. Apoſtolic. deciſ. collect. 238. num. 11.*
14 Contrarium tenet *Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 9. num. 8. verſ. pro Canonicis vero & num. 10. & de canon. & dignitat. cap. 18. numer. 67. & in ſumm. Apoſtolic. deciſ. collect. 91. numer. 38.* in quibus locis refert pro Canonicis extare alias Sac. Congreg. declarationes ſcilicet *in vna Sutrina 30. Auguſti 1602. & 2. Auguſti 1603. & in Meliten. 18. Nouembr.* 1606. *in Oſtien. Terrae Cori 9 Maij 1617. & in alia Præneſtina Canarum die Sabbathi 14. Auguſti 1618.* vbi *in cauſa praecedentia inter Archipresbyterum, & Canonicos Eccleſia Collegiata S. Maria, & Parochum S. Stephani declaratum fuit praecedentiam ſemper, & vbique competere Archipresbytero, & Canonicis ſupra Parochum praedictum etiam in aſſociandis funeribus defunctorum propria ipſius Parochiæ, ius tamen faciendi officium circa corpus defuncti ad Parochum in ſua Parochiali Eccleſia ſpectare;* Et hæ declarationes, quæ dant præcedentiam Canonicis quod videantur iuri conſonæ ſubu[illegible] *Barboſ. de offic. Paroch cap. 9. num.* 12 ſiquidem
15 non tam Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, quam Eccleſiæ Collegiatæ ſunt digniores Parochis, Vicarijs, Portionarijs, & Beneficiatis Eccleſię Parochialis, propterea præeminentiam habere debent, etiam ſi Collegiata vltimo loco eſſet erecta, & inferiores eſſent in quaſi poſſeſſion præcedendi ante erectionem, & quamuis in ipſa erectione eſſet appoſita Clauſula ſine alicuius præiudicio, cum debeat intelligi reſpectu aliorum non expreſſorum, & non reſpectu eorum, quæ
16 veniunt ex natura actus, prout ſi vna Eccleſia erigatur in Epiſcopatum, conſequens eſt vt conſequatur locum omneſque alias prærogatiuas, quæ debentur, & conueniunt Epiſcopalibus Eccleſijs cum mutato ſtatu Eccleſiæ mutatur ius, & eius effectus *Rot. dec.* 1445. *per totam coram Seraph.* vnde quod Canonici huiuſmodi præcedere
17 debeant omnibus Rectoribus, Curatis, Plebanis, ac Presbyteris Eccleſiarum Parochialium in publicis proceſſionibus, & functionibus etiam Synodalibus cenſuit eadem *Sac. Congr. Rit. in Verulan. 11. Decembr. 1613. & in Senogallien 27. Martij 1619. & 4. April. 1620. de quibus Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 9. num. 8. verſ. pro[illegible] Canonicis in fi. & de canon. & dignitat. cap. 18. ſub num. 67.*
18 Quibus non aduerſantur nec Rituale Romanum, nec reſolutiones Sac. Congr. pro prima opinione adductæ, non quidem *Rituale* cum habeat locum inter presbyteros eiuſdem ordinis & cæteris paribus aliam prærogatiuam non habentibus, quibus Parochus præcedere debet, ſecus autem quando reperitur inter maiores, quia
19 vbi maior, minor ceſſat, & qui eſt dignior præcedere debet *l. honores & ibi glo & Bart. C de Decur. l. vnicuique C. de proxi. ſacr. ſcrin lib 12. Tiraquel. de iur. primogen. in præfat. num 175. & de legib. Connub glo. 7. num. 8. & 9.* & ita in puncto animaduertit *Barboſ. de Canon & dignitat. cap. 18. num. 68. circa fin & de offic. Paroch. cap. 9. num. 11. circa med.*
20 Minuſque reſolutiones in contrarium adductæ, quia loquuntur, vel de officio faciendo in Eccleſia per proprium Parochum ſupra corpus defuncti, quod ſpectat ad ſolum Parochum etiā præſentibus Canonicis ſiue Cathedralis, ſiue Collegiatæ, cum tunc proprie dicatur exercere officium proprium, & ſic præferendum eſſe non autem de præcedentia, quando funus defertur ad Eccleſiam Parochi, etiam ſi ſtolam deferat, cū non tribuat prærogatiuam, & iuriſdictionem, ſed tantum ſit ſignum ſacerdotale, vel loquuntur non de Capitulo Collegiatæ, ſed in diuerſis terminis diuerſarum perſonarum, quæ tamquam non habentes ſpecialem prærogatiuam, ſupremāque præeminentiam, prout habent Capitula Cathedralium, & Collegiatarum, præcedentiam ſupra Parochos habere non debent, vt reſpondit *Barboſ. in locis ſupra citatis.*
21 Hinc eſt, quod multo magis in funeribus Canonici Eccleſiæ Cathedralis præcedentiam conſequantur ſupra Parochum, tamquam digniores, & quia faciunt vnum corpus cū Epiſcopo, eiuſ-

que membra reputantur, omnibus Parochis præcedere debent, etiam in Parochiali Eccleſia, in qua digniorem locum habent immediatè poſt Epiſcopum, & poſt eoſdem Canonicos ſedere debet Rector, ſeu Parochus iuxta *reſolut. S.Congreg. Rit. in Turitana* 14. *Febr.*1632.*de qua Barboſ. de canon. & dignitat. cap.* 9. *num.* 7. *in fi. & in ſumm. Apoſtolic. deciſ. collect.* 91. *num.* 37. in nihilo reſtagante quod Curati ſtola, & cotta induti ſint, *vt ſanciuit Sac. Congreg. Rit. in vna Viterbien. in cauſa differentiæ inter Canonicos, & Clerum Cathedralis Viterbien. & eiuſdem Ciuitatis Parochos*, vt per extenſum refertur à *Barboſ. de offic. Parochi cap.*9. *numer.* 7. *ibi quibus auditis eadem Sac. Rit. Congreg. à decretis factis ſimilibus non eſſe recedendum cenſuit, nempè vt locus dignior in funeralibus ſemper relinquatur Capitulo, & Clero Eccleſię Cathedralis, Parochum verò defuncti, vel Parochum Eccleſiæ, ad quam Corpus defuncti defertur digniorem locum obtinere debere, & præcedere quoſcunq; alios Presbyteros, non autem Eccleſia Cathedralis, in Eccleſia verò vbi Corpus defuncti ſepellitur ad Parochum ipſius Eccleſię pertinere officium facere, & expreſsè declaratum fuit in vna Piſaurien. ſub die* 20. *Decembr.* 1603. *& ſic etiam in Ciuitate Viterbij ſeruandum eſſe cenſuit, niſi aliàs immemorabilis conſuetudo ad fauorem Parochorum legitimè probetur, & ita declarauit die* 15. *Iuny* 1611. *Dom. Epiſcopo Oſtien. Card. Pinellus Io. P. Mucant. Secret. de qua etiam Sellius in Select. canon.*59. *num.*4.*& idem Barboſ. de canon. & dignitat. cap.*18. *num.* 60. 61. 62. *&* 63. vbi ita etiam fuiſſe declaratum ad fauorem Capituli Eccleſię Sutrinæ Ciuitatis, nempè quod Canonici, & Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, in proceſſionibus & funeribus ſemper vbique præcedere debeãt quibuſcunque Curatis in eorum proprijs Eccleſijs *& in ſumm. Apoſtolic. deciſ. collect.*91. *num.*25. *collect.* 237. *num.* 8. *& collect.* 557. *num.* 4.

22 In Eccleſia verò vbi Corpus defuncti tumulatur à Parocho ejuſdem Eccleſiæ officium ſupra corpus perſoluẽdum eſſe priuatiuè quoad alios, etiam præſentibus Canonicis Eccleſię Cathedralis ſanciuit eadem *Sac. Congreg. in Preneſtina Canarum* 18. *Auguſti* 1618. *relat. per Aldau.in compend. Canon. reſol. lib.*2. *tit.*22. *num.*8. *Barboſ. in ſumm. Apoſtolic. deciſ. collect.*533. *num.* 2. *& collect.*556. *num.*1. ac etiam præſente Archipresby-
23 tero, & Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ *eadem Sac. Congreg. in Oſtien. Cera* 28. *Aprilis* 1607. *de qua Sell. in Select. Canon. cap.*71. *num.*18.

24 Et quando in funeribus interuenit Capitulum Cathedralis etiam eius Curatus & Sacriſta quãuis ſint amouibiles debent præcedere proprio Parocho, cum ſint de numero, & reputentur partes facientes vnum corpus cum eodem Capitulo *Sac. Congreg. Rit. in Piſaurien.* 22. *Martij* 1631. *relat. per Sell. in Select. Canon. cap.* 71. *numer.* 25.

25 Prout etiam Curatus amouibilis Cathedralis in proceſſionibus incedere debet cum Capitulo ſupra Priores, Plebanos, & Curatos perpetuos, *Sac. Congr. Rit. in Calien.* 9. *Aprilis* 1633. *vt ex Sell. in Select. canon. cap.* 71. *num.*26. *refertur per Barboſ. in ſum. Apoſtolic. deciſ. collect.*236. *nu.*18.

26 Lim. hanc ſecundam ſententiam non procedere quando Canonici ſine cruce, & conſenſu Capituli vti ſinguli funeribus interueniunt, quia cum tunc non repræſentent corpus Capituli, non gaudent prærogatiua præcedentiæ ſupra Parochos exercentes officium proprium debitæ tantũ Canonicis capitulariter, & collegialiter incedentibus, & interuenientibus vt declarauit *Sac. Congreg. Rit. ſub die* 20. *Nouemb.* 1603. *de qua Barboſ. de canon. & dignitat. cap.* 18. *nu.* 63.

27 Limit. etiam, ſeu diſtinctionis fœdere conciliare has contrarias ſententias conatur *Theodoſius Rubeus ſuo eleganti reſponſo apud Grat. diſcept.* 298. *num.* 40. *& per tot. tom.* 2. ſcilicet quod ſi agatur de actibus ſpectantibus, & deſtinatis ad cultum diuinum, vt canere horas canonicas in Choro, litanias maiores recitare, publicis,& priuatis proceſſionibus intereſſe, vel alias ſimiles functiones Eccleſiaſticas perſoluere, & hoc caſu Canonici Parochis præferri debent, quia huiuſmodi functiones ſpectent ad proprium Canonicorum officium, in quo Parochi ſe ingerere nequeunt, & ſi quando in dictis actibus interueniunt, vti ſimplices Clerici interuenire cenſentur, ex quo eſſe Parochum non ſit officium, nec dignitas Capitularis, ſi verò agatur de actibus ad curam animarum ſpectantibus, vel miniſtrationem ſacramentorum concernentibus, ſiue de iure ducendi funeralia, & mortuos ſepelliendi, & in ijs actibus Parochi præferendi, & magis videntur honorandi ſupra Canonicos, licet capitulariter interueniant in funeribus, cum Parochus in ijs actibus exerceat proprium officium, cuius reſpectu debetur prælatio, etiam contra eos, quibus alias extra illud officium poſtponeretur, tanto magis quia Canonici de neceſſitate non debẽt interuenire funeribus, & cadauera aſſociare immo ſine proprio Parocho non poſſunt funeralia dirigere, & conſequenter cum tantum ius, & auctoritas inhæreat Parocho, & non Capitulo, eidẽ adhærere debet jus ad præcedentiam tamquam
28 neceſſarium conſequens. Siquidem Parochus in actu funerandi non interuenit vti ſimplex Sacerdos, ſed cum habitu, & ſigno ſacerdotali ſtolę ſuper vtroque humero, quod idem operatur inter Sacerdotes, quam Pallium inter Epiſcopos *Caſſan. in Catal. glor. Mund. p.*4. *conſiderat.* 26. *Sanct. Antonin. in ſumm.* 3. *p. tit.*20. *cap.* 4. *tit.* 2.

29 Sed Epiſcopus habens pallium præfertur omnibus alijs Epiſcopis, qui pallio non vtuntur, ita Parochus, qui ſolus vtitur ſtola in funeribus debet præferri omnibus alijs de Clero, qui ea non vtuntur vt animaduertit, *Theodoſ. Rub. apud Gratia. dicta diſcept.* 298. *num.*64. *&* 65.

30 Non eſt tamen recedendum à prima ſententia, quæ fundatur in reſolutionibus Sac. Congregationis,& ſecunda habeat tantum locum ad Parochi fauorem quoad officium faciendum circa corpus defuncti, & quoad cæteros Clericos, & alios presbyteros, qui non ſunt de Cathedrali,& de gremio Capituli, ſecus autem quoad Canonicos Cathedralis capitulariter, & non vti ſingulos interuenientes, vt ſupra demonſtrauimus.

31 Parochi verò inter ſe ſiue ſint ſæculares, ſiue Regulares pręcedere debent ſecundum prærogatiuam ſuarum Eccleſiarum Parochialium, non

autem

Digitized by Google

autem ſecundum prærogatiuam regulæ *Sac. Congreg. Rit. in Aſten. 21. Martij* 1609. *num.* 5. Nec ſecundum antianitatem, & prærogatiuam Religionis, cui cura Eccleſiæ Parochialis commiſſa eſt *Sell. in Select. canon. cap* 71. *num.* 16. *Barboſ. in dicta ſumm. Apoſtolic. deciſ. collec.* 236. *numer.* 5.

32 Quando tamen ex Parochia, cui ſæcularis Sacerdos præſit mortuus effertur, vt in Parochiali Eccleſia ſepelliatur, cui Regularis ſit Præfectus, vel è contra, tunc debent vtrique Parochi ſuperpellicco, & ſtola induri pares incedere, & Reliqui Regulares in eo loco, quem in generalibus proceſſionibus tenere conſueuerunt, vt extat optima diſpoſitio inter acta *Eccleſiæ Mediolanen. p.* 2. *tit.* de *funere ducendo verſ. cum ex Parochia pag.* 286. & hoc idem vidiſſe Romæ ſeruari, vbi
33 quoque præcedentia datur Parocho illius Eccleſiæ, ad quem defunctus defertur teſtatur *Barboſ. de offic. Parochi cap.* 9. *numer.* 13. *in fi. Bartolomeus*
34 *Corſet. in prax Sacrorum Rit. cap.* 12. *tit. de exeq. num.* 22. *fo.* 360. vbi ſi ſimul concurrant duo Parochi à quo, & ad quem funus effertur etiam ſi alter ſit Regularis, cotta, & ſtola induti pares incedere debent, niſi alter ſit in dignitate conſtitutus, & cum ſuo Capitulo interſit, quia tunc alter Parochus præire Capitulum debet.

35 Locus vero Parochi parochiani defuncti in funere erit à ſiniſtris ſuperioris illius Eccleſiæ ad quem defertur *Sac. Cong. Epiſcop.* 12. *Iulij* 1591.

36 Parochi Sæculares, vel Regulares cum ſæcularibus dum defuncti corpus in eorum Eccleſijs ſepellitur, poſſunt ſtolam deferre eodem tempore non ſolum in propria, ſed etiam in Parochia defuncti, & Parochus Monachus ita poteſt ingredi Parochiam ſecularium, ſicut ſæcularis Parochiam Monachorum *Sac. Congreg. Rit. in Aſculana* 29. *Ianuar.* 1629. *relat. per Barboſ. de offic. Paroch. cap.* 26. *num.* 76. *&* 77.

SVMMARIVM.

1 Parochus habet iuris aſſiſtentiam quoad exercitium iurium Parochialium intra limites ſuæ Parochiæ.
2 Lim. in Eccleſia Regulari.
3 Lim. in Hoſpitali exempto, nec quoad infirmos, alioſque ibidem decedentes & num. 4
5 Lim. vt nec quoad Eccleſiam vnitam Monaſterio Regulari.
6 Parochus in funeralibus ſuorum Parochianorum præferendus eſt omnibus, nec à defuncto excludi poteſt.
7 Irrequiſito Parocho non licet Sæcularibus, nec Regularibus de domo leuare cadauera, etiam ſub prætextu conſuetudinis num. 8. & 15.
9 Regulares vocati ad ſepelliendum mortuum tenentur accedere ad Parochialem.
10 Amp. vt non poſſint expectare per vias, vel ad domum defuncti.
11 Amp. non obſtante Bulla B. Pij V & Maris magni tamquam reuocata, & reductæ ad terminos iuris communis.
12 Fratres, & Regulares habent ius liberę ſepulturæ.
13 Lim procedere vt poſſint tantum recipere mortuorũ cadauera, qui elegerunt ſepulturam in eorum Eccleſijs.
14 Regulares nequeunt Religioſum defunctum portare per Plateas extra Monaſterium.
15 Fratres & Regulares non poſſunt propria authoritate leuare cadauera abſque Parocho.
16 Curatus & non regulares debet ducere funerale licet defunctus ſepeliatur in Eccleſijs Regularium.
17 Amplia vt ad Parochum etiam ſpectet facère officiũ ſupra corpus vſq; ad Eccleſiam Regularium ſecus intra num. 18. & 21.
19 Monachi accedentes ad funeralia conuenire debent cum alijs in Parochiali.
20 Candelæ in funeralibus arbitrio hæredum veniunt deſtribuendæ.
22 Parochus poteſt in Eccleſijs Regularium permanere ſicut cæteri de Populo, ſed non ſe intromittere circa corpus defuncti funerale.
23 Limita ſi Parochus reperiatur in poſſeſſione peragẽdi funeralia intus Eccleſiam Regularium.
24 Immemorabili non cenſetur derogatum per conſtitutionẽ derogatoriã quibuſcunq; conſuetudinibus. Amplia vt nec per Concilium Tridentinum & numer. 25. Præcipuè ſi decretum non faciat mentionem immemorabilis & num. 26.
27 Immemorabilis habet vim Priuilegij pacti & legis ac tituli.
28 Immemorabilis ſufficit tam in poſſeſſorio quam in petitorio.
29 Limita non procedere quando tollitur conſuetudo tanquam irrationabilis, & quando in eadem militat eadem ratio.
30 Parochus in Eccleſijs Clericorum Regularium Vrbis debet facere Officium ſuper cadauer defuncti.

Parochus Sæcularis, & Regularis quomodo in funeribus præcedere debeant.

ADNOTATIO X.

1 PArochus in iis, quę concernunt exercitium iurium Parochialium, eſt omnibus præferendus, ex iuris aſſiſtentia, quam regulariter habet, quoad iura parochialia exercenda intra limites ſuæ Parochiæ priuatiuè quoad alios *cap.* 1. *cap. fraternitatem de ſepultur. Clem. dudum* §. *verum eod tit. Gratia. diſcept.* 298. *numer.* 78. *&* 79. *Mareſcot var. reſol lib.* 2. *cap.* 95. *à numer* 9. *Barboſ. de offic. Paroch. c.* 26. *num.* 66. *Rot. deciſ.* 256. *deciſ.* 166. *num* 1. *p.* 1. *deciſ.* 37. *num.* 1. *p.* 5. *recen. deciſ.* 101. *num.* 1. *coram Caualer. & in Romana iurium fune alium* 4. *Iunij* 1653. §. *primo coram Zarate.*

2 Lim. vt huiuſmodi iuris aſſiſtentia non ſuffragetur Parocho in Eccleſia Regularium, ex eo quod exiſtat intra Parochiæ limites, *Abb. in cap. dilectus num.* 1. *& num.* 11. *de Capel. Monach. & in cap cum venerabilem num.* 40. *de except. Rot. in Bonon. iurium Parochialium penes Tamburin. de iur. Abbat. deciſ.* 87. *numer.* 2. *&* 3. *tom.* 3.

3 Lim. 2. vt neque habeat iuris aſſiſtentiam in Hoſpitali ex ampliſſimis priuilegijs ab omnimoda ſuperioritate, & iuriſdictione Parochi exempto, vt in puncto Hoſpitalis RR. PP. Sancti Ioannis Colabitorum Vrbis vigore priuilegiorũ *B Pij V. Gregor. XIII. Sixti IV. & Sixti V.* firmauit *Rot in dicta Romana iurium funeralium* 4. *Iulij* 1653 *ſub* §. 1. *coram Zarate.*

4 Lim. 3 quod nec habeat aſſiſtẽtiam iuris quoad infirmos in Hoſpitalibus priuilegiatis degentibus, nec quoad eos, qui ibidem decedunt, quia dum ex accidenti cauſa infirmitatis ibidem reperiuntur non efficiuntur de Parochia, intra

cuius

cuius limites hoſpitale exemptum reperitur, cum ad eam acquirendam animus permanendi requiratur *cap. is qui de ſepultur. in 6. Mareſcot. lib. 2. var. reſol. cap. 95. num. 3. & 4. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. num. 6. & de offic. Paroch p. 3. cap. 25. num. 26. & 27.*

5 Lim. 4. vt neque Rector poſſit iuuari ſola iuris aſſiſtentia quod Eccleſia ſit intra limites ſuæ Parochiç ad effectum manutentionis ſuper exercitio iurium Parochialium ſi Eccleſia ſit vnita Monaſterio Regularium, in qua Rector nullum poteſt deducere titulum, & iuris aſſiſtentia ad nihilum releuat niſi probetur poſſeſſio *Rot. in Veronen. iurium Parochialium 26. Iunij 163.. in prin. & §. fin. coram Veroſpia.*

6 In funeralibus ſuorum Parochianorum Parochus omnibus præferendus eſt, adeo vt nullo modo excludi poſſit, quamuis ad ſepeliendum cadauer Regulares dumtaxat à defuncto accerſiri diſpoſitum fuerit, vt fuit reſolutum a *Sac. Cong. Epiſcop. & Regul. in Montis Piloſi de anno 1581. de qua Barboſ. de offic. Paroch. cap. 26. num. 62. Eadē Sac. Congreg. 12. Ianuar. 1604. & 1. Iulij 1606. relat. per Bartholomeum Curſet. in prax Sacrorum Rit. in tit. de exeq. num. 11. fo. 358.*

7 Amp. 1. vt irrequiſito Parocho non liceat tam presbyteris ſecularibus, quam Regularibus de domo leuare cadauera, *Vgolin. de poteſt. Epiſcop. cap. 17. numer. 3. Barboſ. de offic. Paroch. cap. 26.*
8 *num. 66.* Nec ſub prætextu alicuius ſpecialis cōſuetudinis Regulares quorumcunque ordinum, & Congregationum tam Mendicantium, quam non Mendicantium poſſunt Parochias cum Cruce proceſſionaliter, aut alias ad efferenda, vel leuanda defunctorum funera ingredi, niſi vocato, & expectato proprio defuncti Parocho, eoque ibidem præſente, niſi ipſe aliter cōſentiat, vel permittat, vel niſi requiſitus venire expreſsè omnino recuſet, firmis tamen de cætero & in ſuo robore permanentibus ijs omnibus, quç ſuper quarta funerum, & canonica portione, alijſque iuribus ad ſepulturam pertinentibus à ſacris canonibus, & conciliorum decretis, ſummorumque Pontificum conſtitutionibus hactenus ſancita, & ordinata fuerunt, vel ex particulari conſuetudine, ſeù alio iure obſeruantur vt diſtrictè præcepit, & obſeruari mandauit *Sac. Congreg. Epiſcop. & Regular. 12. Ianuar. 1604. cuius reſolutionis tenor de verbo ad verbum, ſeu per extenſum refertur per Gratia. diſcept 492. à num. 45. vſque ad finem Lezana in ſum. quæſt. Regular. cap. 10. numer. 18. Hieron. Roder. in compend. quæſt. Regular. reſol. 109. num. 7. Vilalob. in ſumm. p. 3. tract. 31. diffic. 5. num. 3.*

9 Amp. 2. Quod Regulares vocati ad ſepeliendos mortuos etiam in eorum propria Eccleſia, omneſque alij funus comitantes tenentur accedere, & conuenire in Parochiali Eccleſia, vel alio deſtinato loco iuxta conſuetudinem, & ex eodem diſcedere cum Clero ſæculari, vna cum Parocho, & ritualiter per ordinem procedere ad domum defuncti, ex qua cadauer venit amouendū, vt nouiſſimè declarauit *Sac. Congreg. Epiſcop. & Regular. in vna Placentina 16. Decemb. 1661. vt per extenſum n... inferius referam. Lezana in ſumm. quæſt. Regular. tom. 1. cap. 12. à num. 41. & plurib. ſequen. Barboſ. de iur. Eccleſiaſt. vniuerſal. lib. 3. cap. 10. numer. 63. & de offic. Parochi cap. 26. num. 64. vbi aliæ reſolutiones Sacr. Congreg. referuntur.*

10 Et nullo modo permittendum eſt expectari per vias, vel ad domum defuncti, vel extra Eccleſiam non obſtante contraria conſuetudine, prout cenſuit *Sacr. Congreg. Rit. vt patet ex reſolutionibus relatis per Barboſ. de offic. Paroch. cap. 26. numer. 64.*

11 Et quamuis vigore Bullæ *B. Pij V. ex ordine Bullar. veter. 140. §. nec non fratres iſti* concedatur facultas fratribus deferendi corpora defunctorum ad ſuas Eccleſias, & illa leuandi ex eorū domibus abſque interuentu aliorum, nihilominus non eſt recedendum à ſuperius firmatis, quia dicta conſtitutio fuit reuocata, & redacta ad terminos iuris communis, & Concilij Tridentini per *Gregorium XIII. conſtit. 15. eod. Bullar. pag. 209.* prout etiam Mare Magnum fuit reuocatum per *Clem. VIII. & prius per eundem Greg. XIII. dicta conſtit. 15. de quibus Gratia. diſcept. 492. num. 17. & ſeq. & ante eum Nauar. in fine ſui manual. & fuſch. de viſitat. Eccleſ. lib. 1. cap. 25. num. 8. circa med.*

12 In nihilo reſtagante, quod fratres, & Regulares habeant ius liberæ ſepulturæ iuxta *Clement. dudum de ſepultur.* & conſequenter cenſeantur etiam habere omne ius quoad funus iudicio defuncti, qui in eorum Eccleſia elegit ſepulturam, ita quod Parochus in funere ius etiam minimū ſibi vendicare nequeat, alias non haberent ius liberæ ſepulturæ cum verbum liberè excludat omne impedimentum *Bal. in cap. quç in Eccleſiarum num. 4. de conſtit.*

13 Quia huiuſmodi ius liberæ ſepulturæ reſtringitur tantum vt fratres poſſint in eorum Eccleſijs recipere mortuorum cadauera, qui ſepeliri elegerunt in eorum Eccleſijs, ita vt exercitium huiuſmodi iuris ſolum ſibi locum vindicet poſt quam cadauer ingreſſum, & collatum fuerit in Regularium Eccleſijs, cum tunc dictum ſepulturæ ius plenè deuoluatur ad eoſdem Regulares priuatiuè quoad Parochum, & cum totali eius excluſione, ex quo cadauer non amplius exiſtit in iuriſdictione Parochi, ſed in loco exempto, & iuriſdictione fratrum, quia Eccleſia, clauſura, & ambitus Monaſterij dicitur Territorium Monachorum, & Abbatis *Card. in Clem. 1. num. 1. de ſtat. Monach. Tamburin. de iur. Abbat. tom. 1. diſ. 15. q. 7. num. 39 Barboſ. de poteſt. Epiſcop alleg. 73. num. 7. Gratia. diſcept. 492. num. 15. & 16. cum alijs per Rot. in Ramona iur. funeral 4. Iulij 1653. §. quibus conſequens eſt verſ. & confirmatur*
14 *coram Zarate*. Vbi etiam conſideratur quod Regulares non poſſunt Religioſum defunctum portare per Ciuitatem, per Plateas, & alias Parochias, & ſic extra eorum Territorium, & iuriſdictionem, ſaltem ſine conſenſu, & interuentu Parochi intra cuius fines exiſtit Monaſterium Regularium ex declaratione *Sac. Congreg. Concilij in vna Bononien. 2. Iulij 1620. de qua Lezana in ſumm. quæſt. Regular. cap. 12. num. 41. verſ. ad vndecimum Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 26. num. 68.*

15 Ac proinde eſſe magis communiter approbatum

tum

tum *Conſ. Oltrad.* 82. in quo comprobatur fratres non poſſe propria auctoritate accipere cadauer abſque Parocho, quamuis habeant liberam ſepulturam ex priuilegio Apoſtolico, nec illa verba liberè excludunt Parochum vt docet *Gratia. diſcept.* 492. *à numer* 34. *vſque ad* 40.

16 Curatus, & non Regulares debet deferre ſtolã, & facere confeſſionem in funeribus ſuæ curæ, etiã ſi defunctus ſepelliatur in Eccleſijs Regularium. *Sac. Congr. Rit. in Spoletana Terra Viſſa* 20. *Iunij* 1609. *vt refertur à Sellel. in Select. Canon. in cap.* 72. *numer.* 19. *quem allegat. Barboſ in ſum. Apoſtolic. deciſ. collect* 236. *num.* 10.

17 Vlterius ad Parochum quoque ſpectat officiũ facere ſupra corpus defuncti Domi, & per viam & non ad Regulares, quamuis in eorum Eccleſijs ſepelliri debeat *Sac Congr. Concil. in Catanien. Ciuitatis Platiæ* 12. *Octobris* 1619. *de qua Aldan. in Compend. Canon. reſol. lib* 2. *tit.* 22. *numer.* 9. *Barboſ. de offic Paroch. cap.* 26. *numer.* 80. *& in ſumm. Apoſtolic. deciſ. collect.* 533. *num.* 3. *& collect.* 558. *num.* 2.

18 Lim. vt Parochus hoc caſu funerale tantum ducere, & proſequi debeat vſque ad Eccleſiam Regularium, in cuius foribus defuncti cadauer dimittere benedicere, & dare vltimum vale tenetur, officia verò, & alia munia, quæ in huiuſmodi miniſterijs adhiberi ſolent ab ipſis tantum Regularibus peragenda ſunt, non autem à Parocho, nec à Clero ſæculari *Sac. Congreg. Rit. in Eugubina* 12. *Martij* 1612. *&* 5. *Iulij* 1614. *in Placentina, & Licien.* 23. *Maij* 1619. *in Catanien. Ciuitatis Platiæ* 12. *Octobr.* 1619. *in Sulmonen.* 8. *Auguſti* 1629. *in Adrien.* 12. *Februar. &* 2. *Martij* 1629. *&* 5. *Iulij* 1631. *de quibus Barboſ. de offic. & poteſt Paroch. cap.* 26 *num* 80. 81. *&* 82. *& in ſumm. Apoſtolic deciſ. collect* 245. *num.* 12. *collect.* 533. *num.* 4. 5. *&* 6. *& collect.* 558. *num.* 7. eadem *Sac. Congreg.* Rit. *in Bononien.* 12. *Ianuar.* 1646. *in Reatina* 12. *Decembr. eiuſdem anni in Mediolanen.* 12. *Ianuar.* 1647. *Sell. in Select. canon. cap.* 73. *num.* 14. *Gallet. in Margarit. caſuum conſcien. in verb. ſepultura num* 3. *Io Mar. Nauar. in Lucerna regul. verb officium num* 12. *Io. Anton. Nouar. in ſumm. bullar in tit. de offic. ſuper cadauer. defunctor. ad Eccleſias Meadic. delator. faciendo, Lauret. de Peyrinis de priuil. Regular. tom.* 3. *in fi. vbi de decretis nouiſſimis S. Congr. decreto* 10. *in reſponſ. ad* 3. *pag.* 567. *Tamburin. de iur. Abbat. tom.* 1. *diſ* 15. *q.* 11. *n* 21. *Anton. Flamin in prax. Vicar. Capitular. p.* 3. *cap* 40. *n.* 28. *Rot. dec.* 260. *poſt Poſt. de manuten* & nouiſſime cenſuit *S. Cong. Epiſcopor. in vna Placentina* 16. *Decemb.* 1661. *inter Clerum ſæcularem Placentiæ & Monachos Caſinenſes eiuſdem Ciuitatis Eccleſiæ Sancti Sixti ad relationem Eminentiſſ. Cardinalis Pallotta apud impreſſores Camerales* tenoris ſequentis.

Eminentiſſ e Reuerendiſſ. Signori.

Per occaſioni de mortorij, e funerali ſono nate trà li Monaci Caſinenſi di S. Siſto di Piacenza humiliſſimi Oratori dell'EE. VV. & i Parochi della ſteſſa Città alcune differenze, che in ſuſtanza ſi reducano à trè.

Primo ſe li Monaci ſudetti quando ſono inuitati, e vanno alli mortorij ſiano obligati conuenire alla Chieſa Parochiale.

Seconda ſe poſſano quei che fanno li mortorij, & eſſequie dar maggior quantità di candele, e cera alli detti Monaci di quello che diano al Parocho ò Parochi, & al Clero ſecolare

Terzo ſe portandoſi à ſepellire i morti nelle Chieſe delli Monaci ſia lecito alli Parochi entrare nelle dette Chieſe ò pure ſiano obligati à laſciare i Cadaueri ſu la porta & iui dare vltimum vale.

Per terminatione di queſte differenze è piaciuto all'EE. VV. dar per ponente l'Eminentiſſimo Pallotto, & hauendo l'Eminenza ſua referito e le parti informato hinc inde in facto & in iure, vengono hora l'EE. VV. humilmente ſupplicate à dare la riſolutione, e tutto, &c. Quam Deus, &c.

Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotijs & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita attentis narratis, cauſaq; auditis partibus Eminentiſſimo Pallotta Referente maturè diſcuſſa, & examinata, cenſuit, de-
19 *clarauit, & decreuit, quoad primum, Monachos huiuſmodi accedentes ad funeralia Defunctorum, in aliena Parochia, conuenire debere in Eccleſia Parochiali, cum alijs pariter acceſſuris, & deinde omnes vna cum Parocho ad Domum Defuncti efferendi ritualiter procedere.*

20 *Circa ſecundum diſtributionem Candelarum, quoad differentiam quantitatis, pendere ab arbitrio Hæredum, aut aliorum diſtribui mandantium.*

21 *Et demum circa tertium, ſeruanda eſſe decreta, & declarationes alias factas, ſcilicet Parochis in aſſociatione, ſiue occaſione aſſociationis Cadauerum, non licere ingredi Eccleſiam Monachorum prædictorum ſed teneri dimittere eadem Cadauera ad Ianuam Eccleſiarum, ibique ſolum poſſe benedicere, & dare vltimum vale, officia verò, & alia munia, quæ in huiuſmodi miniſterijs adhiberi ſolent ab ipſis Monachis peragi debere, non autem à Parochis. Atque ita in præmiſſis omnino deinceps fieri, & exequi præſentium vigore mandat, ac præcipit, contrarijs quibuſcumque non obſtan.* Roma 16. *Decembris* 1661.

M. Card. Ginnettus.

Locus ✠ Sigilli E. Epiſc. Camer. Secr. Romæ ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ 1662.

22 Poteſt tamen Parochus permanere in Eccleſijs Regularium tanquam perſona priuata, & ſicut cæteri de Populo abſque eo quod in officio decantando circa Corpus Defuncti vllatenus ſe intromittat, vt declarauit eadem *Sac. Congreg. Epiſc. & Regular. in Nicoteren.* 5. *Iulij* 1615. *de qua Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch c.* 26. *num.* 80. *& in Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de refor. c.* 13. *nu.* 32. *& in ſumm. Apoſtolic. deciſ. collect.* 558. *num.* 7. *Anton Flamin. in Prax. Vicar.* Capitular *p.* 3. *tit* 40. *num.* 27.

23 Limita ſi ex conſuetudine immemorabili Parochus reperiretur in quaſi poſſeſſione peragendi funeralia etiam intus Eccleſiam Regularium, à qua ſcilicet benedicta, cadauera aſpergendi, pluuiale indutus abſolutionem dandi antiphonas inchoandi, Salmos, reſponſoria, orationes, preces recitandi, & alia munia exercendi, quæ in huiuſmodi miniſterio adhiberi ſolent, ſecus autem ſi conſuetudo immemorabilis legitimè nõ probetur, nam hoc caſu Parocho non competit manutentio vt declarauit *S. Congreg. Rituum*

in

Digitized by Google

in Adrien. 12. Febr & 2. Martij 1629. *&* 5. *Iulij*
1631. *ad relationem Eminen. Card. Sancti Giorgij*
reſpondit immemorabilem per Capitulum Adrien.
pratenſam non eſſe probatam, & officium ſuper
Cadaueribus in Eccleſiæ S. Mariæ Veteris, Ordinis
Fratruum Minorum de obſeruantia ad ipſos ſpecta-
re non obſtante conſuetudine immemorabili allega-
ta, de qua Barboſ. de offic. Paroch. cap. 26. numer.
82. *verſ. & nouiſſimè, & in ſum. Apoſtolic. deciſ.*
collect. 393. *num.* 1. *& collect.* 558. *num.* 3. prout
etiam cenſuit *S. Congr. Epiſcop & Regularium in*
Brioren. 18. *Iuny* 1591. *& in Nicoteren.* 5. *Iunij*
1615. *de quibus Lezana in ſum. quæſt. Regul. tom.*
3. *verb. Defunctus num.* 4. *Io. Maria Nouarius in*
lucerua Regul in verbo Defunctus etiam num. 4. *la-*
te Gratia. diſcept. 492. *à num.* 1. *& per tot. tom.* 3.
24 Per decreta autem Sac. Congregationis im-
memorabili conſuetudini non cenſetur deroga-
tum, quamuis decretum ſeu conſtitutio deroga-
ret quibuſcumque conſuetudinibus, nihilominus
immemorabilis non cenſetur ſublata, & ita ſæpe
declaratum fuiſſe *à Sac. Congregatione Concilij*
patet ex declarationibus relatis per *Garz. de be-*
nef. p. 3. *c.* 2. *num.* 194. in quibus habetur *Concil.*
25 *Trid ſeſſ.* 6. *cap.* 4. *ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *ſeſſ.* 24. *cap.* 20.
de reform. non ſubſtuliſſe immemorabilem per
derogationem quarumcumque conſuetudinum
& dixit Rot. dec. 585. *num.* 2. *coram Card. Seraph.*
& tradunt Gonzal. ad regul. 8. *Cancell. glo.* 33. *nu.*
5. *Gratia. diſcept.* 492. *& pluribus ſequen.*
26 Quod indubitanter ſibi locum vindicat ſi in
decreto, & conſtitutione non fiat expreſſa men-
tio de ipſa immemorabili conſuetudine, alias nõ
comprehenditur in renocatione aliquarum con-
ſuetudinum, etiam ſi appoſita fuerit dictio vni-
uerſalis quarumcunque, & ſimilium, vt tradunt
DD. relati per *Gonzalez ad regul.* 8. *Cancell. glo.*
33. *num.* 2. *&* 3. *Gabr. in tit. de praſcript. conclu.*
p. num. 30. *Gratia. diſcept.* 492. *num.* 5. *Afflict. dec.*
254. *nu.* 2. *Rot. in Placentina iuriſdictionis coram*
Morano penes Garzias de benef. p. 3. *cap.* 2. *numer.*
190. *& in Burgen. quindemniorum coram Corduba*
penes Gonzal. loco citato num. 2. *in fi.* & ratio eſt
27 quia immemorabilis conſuetudo, ſeu præſcri-
ptio habet vim priuilegij à Principe legitimè
conceſſi, nec non tituli melioris de mundo, ac
etiam legis, & pacti, eandemque poteſtatem con-
tinet, quam habet Imperator, quando cum cau-
ſa procedit, plenè *Gabr. in tit. de praſcript. conclu.*
1. *n.* 44. 65. *vſque ad* 69. *Gonzal. ad regul.* 8. *Can-*
cel glo. 33. *n.* 4. *Putens dec.* 205. *nu.* 2. *&* 3. *lib.* 1.
Merlin. dec. 795. *n.* 14. *Burat. dec.* 673. *nu.* 5. *Rot.*
dec. 717. *n.* 2. *p.* 1. *diuerſ. deciſ.* 27. *nu.* 8. *p.* 4. *tom.*
2. *dec.* 150. *n.* 4. *&* 5. *p.* 5. *recen. & in Calaguritta-*
na decimarum S. Aſcentij, & Danalilli 17. *Aprilis*
1654. 5. *& borum verſ. verum etiam coram Zara-*
28 *te* vbi quod ſufficiat, tam in poſſeſſorio; quam
ad deducendum bonum ius in petitorio.
29 Limit. hanc concluſionem non procedere pri-
mò quando tollitur conſuetudo tanquam irra-
tionabilis. 2. quando militat eadem ratio in ipſa
immemorabili, in quibus caſibus comprehendi-
tur ſub derogatione *Garz. de benef. p.* 3. *cap.* 2. *nu.*
190. *in fi.* alias limitationes ponit *Gonzal loco*
citato.
30 In Eccleſijs verò Clericorum Regularium

Vrbis præſertim Bernabitorum Parochus debet
facere officium ſuper Cadauer Parochini Defun-
cti, *Sac.* Congreg. *Rit. in Bernabitorum* 20. *Maij*
1604. *Sellius in Select. canon. cap.* 69. *numer.* 50.
Barboſ. in ſum. Apoſtolic. deciſ. collect. 558. *nu.* 6.

SVMMARIVM.

1 Magiſtratus noſtri temporis nullam poteſtatem habent, niſi quæ per ſtatutum, vel conſuetudinem tribuitur.
2 Durante Magiſtratu non poſſunt iudicialiter conueniri *Intel.* vt num. 3.
4 Repræſentant Principem, & Ciuitatem.
5 Debetur in Eccleſia dignior locus non autem in Choro, & Presbyterio, ſed extra & n. 34.
6 Iudices Eccleſiaſtici non debent habere locum intra Chorum.
7 Laici in functionibus Eccleſiaſticis non debẽt ſe cum Clero immiſceri.
8 Gubernatori Prælato ſedem cum ſtrato in Eccleſia parari poteſt.
9 Amp. vt pro audienda concione debeat habere ſedem apud Epiſcopum.
10 Gubernator, & Magiſtratus quomodo thurificandi ſint & quibus ductibus & num. 11.
12 Parochus in Parochiali ante Dominum Loci thurificandus.
13 Gubernator Prælatus poſt Epiſcopum thurificandus idem ſi ſit Protonotarius & num. 15.
16 Gubernatores Ciuitatum, quæ ſunt Caput Prouinciæ ante Vicarium Epiſcopi thurificandi: Quid in alijs minoribus num. 17. & 18.
19 Magiſtratus debet aſſociare Epiſcopum euntem ad Eccleſiam, & poſſunt ante, vel poſt eum incedere & num. 20.
21 Gubernatores, & Magiſtratus recuſantes accedere in ſolennibus ad Eccleſiam Cathedralem debitis remedijs cogi poſſunt, Intel. vt num. 22.
23 Confraternitates Laicorum non poſſunt interdictis, & cenſuris compelli ad accedendum ad proceſſiones.
24 Regulares ad proceſſiones non accedentes quibus remedijs cogendi ſint & num. 25.
26 Magiſtratus Epiſcopo ingredienti Ciuitatem obuiam ire debet. Item Clerus, & Populus & num. 27.
28 Magiſtratus præferendus eſt Nobilibus in recipiendo Epiſcopum Ciuitatem ingredientem.
29 Limita procedere de iure ſecus de conſuetudine.
30 Magiſtratus & Gubernatores curare debent vt eis debitus honor exhibeatur.
31 Romani ſeueri fuerunt contra Impudentes Magiſtratus.
32 Officiales Magiſtratum gerentes debent habere veſtes pro grauitate officij.
33 Aduocati in Romana Curia & præcipuè Conciſtoriales quomodo inter ſe præcedant.
34 Domini temporales & Patroni Eccleſiarum quomodo in Eccleſia ſedere Thurificari, & alia obſequia præſtari debeant.
35 Laici etiam Principes non poſſunt habere ſedem intra presbyterium, ſed extra num. 36. & 43. in fi.
Lim. ſtante immemorabili conſuetudine nu. 37. Contr. 41.
38 Immemorabilis cõſuetudo nunquam cenſetur ſublata per legem, ſeu conſtitutionem contrariam niſi fiat ſpecialis mentio Lim. vt num. 43.
39 Cæremoniale Epiſcoporum non tollit immemorabilem & num. 40.
44 Conſuetudo quando dicitur irrationabilis.
45 Laici retinentes ſedem intra presbyterium tanquam ſacrilegi ſunt expellendi.

Guber-

Gubernatores, ſeu Magiſtratus Ciuitatum, quem locum in Eccleſia, habere quomodo thurificari, & Epiſcopum aſſociare debeant.

ADNOTATIO XI.

1 MAgiſtratus noſtri temporis non ſunt hodiè prout olim Decuriones erant, propterea non habent aliam poteſtatem, niſi illam, quæ eis tribuitur per ſtatuta, & locorum conſuetudines *Dec. conſ.5. ante num.1. Gratia. diſcept. 196. nu. 17. & 18.*

2 Obtinent priuilegium, vt tempore, quo perſonę magiſtratum gerunt iudicialiter conueniri non poſſint fauore publicæ vtilitatis nè proprijs intèet negotijs, à publicis retrahantur *l. pars literarum ff. de Iudic. l. 2. ff. de in ius vocan Scaccia de Iudic. lib.2. cap.9. num. 977. & ſeq. Maſtril. de Magiſtrat. lib. 6. cap.5. num 4. Merlin. dec. 700.*
3 *num.5.* Sed hoc priuilegium non ſuffragatur, niſi allegetur, & quando quis declarauerit velle vti *Merlin. dicta deciſ. num. 7.*

4 Decorantur quoque prærogatiua ſingulariter repreſentandi ipſam Ciuitatem & Principem *l. item eorum §. Decuriones ff. quod cuiuſque Vniuerſit. nom. l. municipibus ff. ad municipal.* Et tamquam ſubrogati aſſumunt qualitatem Principis, etiam in honore, & reuerentia, *Caſſan. in Catal. gloriæ Mundi p.2. conſiderat. 10. per tot. & tradunt Doctores relati per Gratia. diſcept. 238. num. 1. 8. & 9. & diſcept. 537. num. 63. tom. 3.*

5 Veniunt propterea valdè honorandi, & præcedentia, ac dignior locus etiam in eccleſia debetur, non autem ſupra, nec inter Canonicos, ſed extra Chorum, & Presbyterium, in loco tamen decenti, non obſtante quacunque conſuetudine, quæ penitus tollenda, & ſeruanda non eſt, quatenus permiteat Gubernatores Ciuitatum habere ſedem intra Chorum, vel ſedes laicorum conſtitui in presbyterio, & ita ſæpe declaraſſe *Sac. Congreg. patet ex declarationibus relatis per Barboſ. in ſumm. Apoſtolic. deciſ collect. 224. num. 12. & 13. collect. 401. num. 5. collect. 460. nu. 3.*

6 Amp. vt Iudices Eccleſiaſtici, licet ſint præ cæteris honorandi, eis tamen non licet locum in Choro occupare, niſi ſint Vicarij Generales ſiue abſente, ſiue pręſente Epiſcopo iuxta declarationem *Sac. Congreg. Rit.* in Compoſtellana 10. Iunij 1600. relatam *per Sell. in Select* Canon. *cap. 80. num 3. quem allegat. Barboſ. in ſum. Apoſtolic. dec. 436. num. 4.*

7 Amp. 2. vt Laicus in functionibus Eccleſiaſticis non debeat ſe cum Clericis immiſcere & maximè in digniori loco permanere *cap. 1. de vit. & honeſt. Cleric. cap. Sacerdotem de conſecrat. diſ. 2.* Quinimò quod non debeat incedere poſt ſubdiaconum, & alios diuina peragentes etiam ſi ſit in maxima dignitate conſtitutus, vt potè quia ſemper dicitur inferior, & Clerici maiores, & digniores quocunque laico etiam Principe dixit *Rot dec. 310. num. 4. coram Gregor. XV. per text. in cap. 1. 16. diſtin. cap. quis dubitet. 96. diſtin. cap. duo ſunt. 12. q. 1.*

8 Gubernatori Prælato vt præcipuè honoretur, ſedem in Eccleſia cum ſtrato parari poteſt, ſi vſu, & conſuetudine receptum ſit quæ ſeruanda eſt *Sac. Congreg. Rit. in Fulginaten. 30. Iannar.* 1610. *de qua Sell. in ſelect. canon. cap. 26. num. 77. & Aldan. in compend. canon. reſol. lib. 1. tit. 16. num. 71. Barboſ. in ſumm. Apoſtolic. deciſ. collect. 228. num. 10.*

9 Vlterius prò audienda concione debet habere ſedem apud Epiſcopum non tamen maiorem, nec pulchriorem, & neutram coloris rubri, *Sac. Cong. Rit. in Peruſina 3. Octobr.* 1615. *de qua Aldan. loco citato num. 59. Barboſ. in ſumm. Apoſtolic. deciſ. collect. 401. num. 6.*

10 Quo vero ad thurificationem debitam Gubernatoribus, Magiſtratibus, & publicis Officialibus intereſſentibus Miſſis ſolennibus, alijſq; diuinis præſcribitur forma in *Cæremoniale Epiſcoporum lib. 1. cap. 23.* ſemper tamen thurificari debent poſt dignitates, & Canonicos, ſiue Eccleſiæ Cathedralis, ſiue Collegiatæ, æquis tamen ductibus *Sac. Congreg. Rit. in Interamnen. & Fauentina X. Iunij* 1600. *& in* Camplen. 28. *Ianuar.* 1612. *relat. per Aldan in compend. Canon. reſol. lib 1. tit. 16. num. 66.* Et vlterius in *Fanen.* 1. *Septembr.* 1607. *& in Narnien.* 16. *Iunij* 1617. *apud Sell. in Select.* Canon. *cap* 81. *num.* 32. *&* 33. vbi idem firmaſſe non obſtante vſu in contrarium per 15. Annos *Barboſ. in ſumm. Apoſtolic. deciſ. collect. 91. num. 29. & de canon. & dignitat. cap. 34 num. 33. & ſequen.*

11 Huiuſmodi tamen thurificatio debet eſſe duplicis, & non triplicis ductus Thuribuli, *S. Cong. Rit. in Ciuitatis Ducalis* 11. *Nouembr.* 1614. *relat. per Barboſ. in ſumm. Apoſtolic. deciſ. collect.* 411. *num. 14. & 15. & collect. 460. num. 7.*

12 Parochus quoque thurificari debet non ſolum ante Gubernatorem, & Magiſtratum, ſed etiam ante Dominum ipſius loci eamquam caput Eccleſiæ Parochialis, cuius eſt Rector *Sac. Cong. Rit. in Turritana* 14. *Februar.* 1632. *Bonfadil. in Theſaur. Eccleſ. deciſ. reſol. 22. num. 11. Barboſ. in ſumm. Apoſtolic. deciſ. collect. 238. num. 12. & collect. 557. num. 8.*

13 Sed ſi Gubernatores Ciuitatum ſint Prælati, ſcilicet Referendarij, & vtantur Rocchetto poſt Epiſcopum, & aſſiſtentes ante Canonicos iuxta conſuetudinem thurificandi ſunt *S. Congr. Rit. in Caſenaten. 7 Decembr.* 1601. *de qua Aldan. in com-*
14 *pend canon reſol. lib. 1. tit. 16. num. 66.* Et hoc idem ſeruandum eſſe ſi Gubernator ſit Protonotarius, & vtatur habitu Prælatitio, ſcilicet Rocchetto, & Mantelletto deciſum refert *Barboſ. in ſumm. Apoſtolic. deciſ. collect. 401. num 10.* Et
15 multo magis ſi magiſtratus ſit de maioribus, & perpetuis, alias ſi non ſit de maioribus, & perpetuis in omnibus cedere debet Canonicis Eccleſiæ Cathedralis iuxta reſolutiones *S. Congr. relatas per Sell. in ſelect.* Canon. *cap. 81. num. 29. Barboſ. de can. & dignitat. cap. 18. nu. 74 & 75.*

16 Immo Gubernatores Ciuitatum, quę ſunt caput Prouincię pacem, & Thurificationem habere debent etiam ante Vicarium Epiſcopi, ſiue abſente, ſiue præſente ipſo Epiſcopo, quod ſibi locum vindicat, etiam ſi Gubernator eſſet vxoratus, cum huiuſmodi honor præſtetur intuitu, ſeu

habito reſpectu ad ipſam dignitatem, & non ad qualitatem perſonæ, in qua dignitas ipſa reſidet, *Barboſ in ſumm. Apoſtolic. deciſ. collect.* 401. *num.* 8. & 12.

17 In alijs vero minoribus Ciuitatibus, niſi præſente Epiſcopo ante Vicarium Generale Magiſtratus, & Gubernatores veniunt thurificandi, ſecus vero eo abſente, quia tunc præfertur Vicarius vt deciſum refert *Barboſ. per S. Congr. Epiſcop & Regular.* 30. *Iannar.* 1610 *in ſumm. A-*
18 *poſtolic. deciſ. collect.* 401. *num.* 8. Quæ reſolutio quatenus eſſet certa procedit in terminis conſuetudinis legitimè præſcriptæ, alias ſiue abſente, ſiue præſente Epiſcopo Vicarius Generalis ſemper eſt preferendus, tamquam faciens vnum corpus, & vnum tribunal, cum Epiſcopo, vt latius ſupra in adnotat. 5. demonſtrauimus.

19 Tenetur Magiſtratus ex vſu, & conſuetudine introducta aſſociare Epiſcopum venientem ad Eccleſiam diebus feſtiuis, Dominicis,& alijs etiã non ſolennibus, & medium inter Officiales, & ipſum Magiſtratum ducere *S.Congr. Rit. in Aeſina* 3. *Auguſti* 1612. *relat. per Aldan in compend. canon. reſol lib.* 3. *tit.* 14. *num.* 36. & *ex eo Barboſ. in ſum. Apoſtolic. deciſ. collect* 223. *num* 11.

20 Poſſunt verò Magiſtratus, & Officiales Ciuitatum ita Epiſcopum aſſociantes præire, & ante eum incedere, vel poſt eundem ſubſequi, quomodo eidem magis expediat, & placuerit, quoniam, cum huiuſmodi aſſociationis actus ſit merè voluntarius, & potius humanitatis, ac liberalitatis, quam neceſſitatis nulla violentia adhibenda eſt vt ex decreto *S. Cong. Rit & de ordine Sanctiſſimi reſcriptum fuit ab Eminentiſſ. D. Cardinal. Maffeo Præfecto eiuſdem Congregationis Reuerendiſſimo Epiſcopo Firmano hiſce familiaribus literis.*

Monſignore come fratello.

Nelle reſolutioni che furono fatte in queſta Congregatione ſopra le differenze ch' erana trà V.S. è la ſua Città, e mandate coſtà vn pezzo fà, ve n'era vna dell'vndecimo capitolo ſpettante all'accompagnar del Veſcouo che fanno li Priori, è fù detto, che ſi oſſeruaſſe quello che haueua ordinato N S. hora l'Imbaſciatore della Città hà fatto iſtanza à S. Beatitudine per hauere in ſcritto la mente ſua in quella materia conforme all'oſſeruanza, che già era introdotta conforme alla quale appariua vna lettera della Congregatione del Concilio ſcritta d'ordine di S Santità, auanti l altra reſolutione fatta in fauore delli Priori, ed eſſendo parſa à N. Signore la domanda giuſta, mi hà commeſſo, che io ſcriua à V. S che non oſtante qualſiuoglia lettera in contrario permetti che li Priori, quando vogliano eſſi venire ad accompagnarla, vadino auanti di lei, ò vero doppo come più le piacerà, perche eſſendo queſt'atto volontario, e di corteſia, non vole S Santità, che ſe gli vſi violenza alcuna è così douerà V S. eſſeguire à cui mi racomando di tutto core. Di Roma li 19. *Maggio* 1581.

Ita eſt Cæſar Spetianus Segretarius.

21 Sed ſi Gubernator, & Magiſtratus contra ſolitum recuſarent in diebus ſolemnibus, tempore præcipuè aduentus, & Quadrageſimæ ad Cathedralem Eccleſiam accedere, obſequiumq; debitum Epiſcopo præſtare, debitis remedijs cogi poteſt, vt accedat *Sac. Congreg. Rit. in Fanen.* 1. *Septembr.* 1607 *poſt* 5. *part reſol. Moral. Dian. numer.* 49 *in tit. Declarat. Sac. Congreg. Lagan. in ſum. quaſi regul. tom.* 3. *in verbo Eccleſia num.* 18. *relat. per Barboſ. in ſum. Apoſtolic. deciſ. collect.* 401. *num.* 4. & *collect.* 460. *num.* 11.

22 Præfata tamen remedia non debent eſſe violenta, ſed vrbana vt patet ex ſupradicta, reſolutione, & ordine Sanctiſſimi dato pro firmana Ciuitate, ac proinde non ſunt interdictis, cenſuris, & ſimilibus compulſionibus Gubernatores, Magiſtratus cogendi, ſicuti Confraternitates
23 Laicorum cenſuris, & interdictis compelli non poſſunt ad accedendum ad publicas proceſſiones, vt ſæpe cenſuit *Sac. Congr. Concilij vt patet ex reſolutione relata per Cobel. in ſua Bullario fol.* 209. & *per Quarant. in ſumm. Bullar. in verbo præcedentia in fi Marc. Anton. Gennen. in prax. Archiepiſcop. cap.* 63. *num.* 7. *Gratia. deciſ Marchiæ* 132. *num.* 6. *Caral. de Graſ de effect. Cleric.* 1. *nu.* 613. Et quod ſolum inuitari poſſunt, & non compelli accedere ad dictas publicas proceſſiones tradit *Franciſ Leo. in Theſaur. for. Eccleſ. p.* 1. *cap.* 8. *num* 18. *Ric. reſol.* 308. *num.* 5. *cum alijs per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 78. *num.* 24. qui de veriori teſtatur, quid quid in contrarium dicat. *Marc. Antonin. var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 93. vbi ita fuiſſe Papæ deciſum, eo quod dictæ Confraternitates quoad ſpiritualia, ſi non quoad temporalia Epiſcopo ſubijciuntur.

24 Quinimo Regulares ad publicas proceſſiones non accedentes, quod veniant ab Ordinario ſolum pœnis pecuniarijs, vel carceris plectendi aſſerit *Gratia. deciſ. Marchiæ* 232 *num* 15. & quod cenſuris cogi nequeant tradunt Doctores relati per *Sanchez. de matrim. lib.* 6. *diſ* 33 *num.* 28. & *deciſum refert Quaranta in ſumm. Bullar. in verb. præcedentia in fin.*

25 Contrarium quod etiam cenſuris alijſq; penis arbitrarijs veniant plectendi, & ita obſeruatum fuiſſe in curia Neapolitana teſtatur *Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap.* 45. *num.* 9. *Ric. reſol.* 308 *num.* 6. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 78. *num.* 25.

26 Seruanda pariter eſt conſuetudo vt Magiſtratus in primo ingreſſu Ciuitatis Epiſcopo obuiam eat, eumque recipiat, & in ſignum maximæ reuerentiæ pedites cum ſua Cruce æquitantem introducat, *Sac. Congreg. Rit. in Terracan.* 2. *Martij* 1613. *de qua Barboſ. in ſum. Apoſtolic. deciſ. collect.* 221. *num* 18.

27 Etenim Epiſcopo ſuam Ciuitatem ingredienti non ſolum Clerus, ſed etiam Populus eidem obuiam ire, & honorificè ſuſcipere debet *Bertrachin. in tract. de Epiſc. in* 1. *p.* 4. *lib. in rub. de vita Epiſcop. cum alijs per Vincen. de Franc. deciſ.* 253. *num.* 1.

28 Magiſtratus tamen in foribus Vrbis in deferendo haſtas Pallij preferendus eſt nobilibus, ſiquidem Epiſcopus, qui expectatur, eſt ipſius Ciuitatis Epiſcopus, & propterea per ipſam Ciuitatem recipi debet, quæ in ſpiritualibus eidem obedire tenetur, & cum Ciuitas per ipſum Magiſtratum, eiuſque officiales repræſentetur ſecundum *glo. C. quæ ſint long. conſuetud.* merito per

Magi-

Digitized by Google

Magiſtratum recipiendus eſt, cui propterea omnis præminentia tribuenda eſt, præcipuè quia Ciuitates reguntur per Officiales & electos nobiles, ex quibus generaliter vna cum popularibus Magiſtratus componuntur, & conſequenter tam Nobiles quam populares abſque eo quod nemo lædatur ſpecialiter ſub nomine Magiſtratus huiuſmodi honore fruuntur, & hæc præeminentia diſtribuitur, & ſingulis participatur per omnium tam nobilium, quam cæterorum de populo repræſentationem, quam Magiſtratus facit vt pulchre ratiocinatur *Vinc. de Franc. deciſ. 253. à n. 7. vſq; ad fin.*

29 Lim. prædicta procedere de iure, ſecus vero ſi aliter conſuetudine introductum eſſet, prout in Ciuitate Neapolis, in qua ingrediente Archiepiſcopo Ciuitatem, haſtæ pallij deferuntur per nobiles ſedilis Capuani, per quorum quarterium Archiepiſcopus ingreditur, vt ſubdit *Idem Vinc. de Fran. dicta deciſ. 253. num. 5. 6. 7. & 11.*

30 Curare igitur debent Gubernatores, & Magiſtratus vt eis debitus honor, & reuerentia exhibeatur, etenim ex ingenio augendus eſt ſtatus dignitatis illiuſq; auctoritas ne contemnibilis reddatur *l. ne quicquam §. circa de offic. proconſ. & legat. l. obſeruandum de offic. Præſid. cum alijs per Caſſan. in Catalog. glor. mund. in præfat. col. 2. in fin.* contemnitur enim Magiſtratus, vileſcit dignitas ac Regendi frangitur auctoritas, dum nimia ſeruatur humilitas *cap. quando 86. diſtin. & admonet Vulpianus in dicta l. ne quicquam ff. de offic. proconſ. comprobat etiam Diuus Auguſtinus Sermone 3. de vita Cleric. Gratia. diſcept. 284. num. 45. tom. 2. & diſcept. 538. num. 64 tom. 3.* propte-
31 rea Romani erga impudentes, & inhonorantes Magiſtratus, qui cauſam publicam ſubſtinent ſeueriter animaduerterunt vt pluribus exemplis comprobat *Gratia. diſcept. 538. numer. 63. tom. 3.*

32 Debent propterea Officiales Magiſtratum gerentes habere veſtes pro grauitate, & maieſtate officij vt inquit *Speculat. de Aduocat. §. ſequitur videndum de veſtibus col. 2.* præcipuè hodiernis temporibus, quibus plurimum confert ornatum exhibere habitum, qui intuentium oculos ad honorem, & reuerentiam alliciat, quoniam veſtibus prætioſioribus honor vberior adhibetur vt benè animaduertit *Caſſan. in Catal. glor. mund. parte p. conſiderat. 23. in prin. & latiſſime p. 7. conſid. 44. ac p. 12. conſid. 96.* Vnde ritè clamyde Miles, purpura Rex, ſtola Sacerdos, cuculla Monachus, thoga Aduocatus demonſtratur, vt animaduertit *Gratia diſcept. 284. ſub num. 40. tom. 2.*

33 Aduocati in Romana vrbe præcedunt inter ſe non ratione prioritatis adeptionis Doctoratus laureæ, ſed prout prius Aduocati munus exercere cæperunt exceptis Aduocatis Conciſtorialibus, quibus ſuper omnes alios Romanæ Curiæ Aduocatos præeminentia debetur vt ſtatuit *Sixtus V. Conſtit. 62. ex ordine Bullar. Cherub tom. 2. fo. 588. alias 477. in nouiſſima impreſ.*

34 Dominis, ſeu Patronis accedentibus ad Eccleſias cauſa audiendi diuina officia an ratione dominij temporalis, vel ratione iuriſpatronatus debeatur honor, ſeù potius quando dicitur generalis confeſſio Kyrieleyſon, Gloria, Credo, Sanctus & ſimilia debeant Canonici, ſeu alij Clerici, & Miniſtri parati, ſeù ſacris veſtibus induti accedere ad loca vbi ſedent, & facta profunda inclinatione recitare illis orationes, item an poſt euangelium Diaconus debeat offerre librū ad oſculandum, & ſuis loco, & tempore eiſdem incenſum, & pacem tribuere, & demum an poſſint retinere ſedem in presbyterio ſeu inter Canonicos ſedere, vel occupare ſedem Epiſcopalem fuerunt ſupradicta dubia delata in Sacra Congregatione Concilij *in vna Seguntina ſub die 25. Auguſti 1585.* ad inſtantiam Epiſcopi, Canonicorum, & Rectorum Eccleſiarum dictę Seguntinæ Diocęceſis credentium prædicta magis dignitati Pontificali, quam poteſtatibus ſæcularibus conuenire, & eſſe contra Pontificale, & cultum diuinum.

Sacra autem Congregatio ita reſpondit *Perilluſtris, & Reuerendiſſ. Domine vti Frater. Vidit Sac. Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum ex libello, qui erit cum ijs literis, quod Domini temporales Laici forſitan etiam patroni Eccleſiarum ad quas conueniunt ab earumdem Canonicis, & miniſtrantibus Clericis ſibi tribui expoſcunt, quare Congregatio ad amplitudinem tuam ſcribendum cenſuit non ſolum decere vt actus huiuſmodi coram Dominis ipſis vllo modo fiant, ſed nè coram quoq; Principe ſæculari fieri debere, immo verò nec Eccleſiaſticis Prælatis Epiſcopo minoribus id tribuendum eſſet, cum ſoli Epiſcopo in ſua Diœceſi hæc conueniant, & debeantur, incenſum verò, & pax excipienda, quæ Dominis præfatis tribuenda ſunt à miniſtris, qui eadem Canonicis vel Epiſcopo ſi adeſſet dare conſueuerunt, Sedes Epiſcopi Dominis antedictis nullo modo conuenit, quin potius eorum ſedes non intra ſed extra Chorum in digniori tamen loco erunt collocandæ quare Congregationis ſententiam amplitudini tuæ, & per eam ſi opus fuerit ipſis dominis notam eſſe voluimus, vt ipſam Eccleſiaſticam dignitatem tueatur, & illi nobilitatis, & modeſtiæ ſuæ exiſtiment debito ſibi honore, & loco eſſe contentos* de qua *Pignatel. in ſuis conſultat. canon. 7. numer. 28.*

35 Et quod ſedes laicorum non veniat collocanda in Choro, & Presbyterio apud altare reſolutum fuiſſe à *Sac. Congreg. in vna Egitanen. 10. Iunij 1602. in reſponſ. ad 6 dub. refert Barboſ. in ſum. deciſ. Apoſtolic. verbo ſedes collect. 668. num. 12. relat. per Pignatel. loco citato num. 23.*

36 Vnde ſolum permittitur quod ſedes Laicorum in Eccleſia tantum collocari poſſit, & debeat extra presbyterium, audientibus verò ſacra eloquia ſimul cum Epiſcopo apud eundem habere licet, dummodo non ſit maior, vel pulchrior ſede ipſius Epiſcopi, ſed vno ſaltem gradu humilior, & in loco paululum inferiori collocata, adeo vt non ſit oppoſita ſedi Epiſcopali vt declarauit *Sac. Rit. Congreg. in vna Peruſina die 3. Octobr. 1615. & alia in Alexandrina S. Petri in Broglio die 7. Februar. 1604.* etenim cum dignitas Principis laici excepta dignitate Epiſcopi ſit maior qualibet alia iure merito ipſe quoq; in culmine ſedere debet, & poſt Epiſcopum præcedere omnibus alijs vt late comprobat *Altograd. conſ. 1. num. 31. 33. & ſeq. & præcipue 40. relat. per Pignatel. conſult. canon. 7. num. 29.*

37 Lim. ſtante immemorabili conſuetudine retinendi ſedem intra presbyterium, quia immemorabilis conſuetudo concludenter probata cum requiſitis *glo. in cap. 1. de præſcript. in 6.* tribuit quodcunque priuilegium, & omnem meliorem titulum de mundo *Rot. dec. 677. num. 4. p. 1. deciſ. 23. num. 4. p. 8. dec. 110. num. 1. p. 9. recen.*

38 Tum quia immemorabilis conſuetudo nunquam cenſetur ſublata per conſtitutionem, ſeù legem contrariam, niſi de ea fiat expreſſa, & ſpecialis mentio, eidemque fuerit in ſpecie derogatum *glo. in cap. 2. de præſcript. Garz. de benef. q. 3. cap. 2. §. 1. num. 190. Mareſcot. var. reſol. lib. 2. reſol. 101. n. 4. & ſeq. Gratia. diſcept. 492. nu. 5. & 578. n. 10. Rot. dec. 614. n. 1. p. 2. dec. 686. n. 1. p. 4. dec. 197. n. 6. p. 9. recen. & dec. 53. n. 13.*

39 *coram Eminentiſſ. Card. Otthobono.* Et in puncto quod Cæremoniale non tollat immemorabiles conſuetudines, ſed tantum abuſus ſæpiſſimè fuit declaratum ab eadem *Sac. Congreg. Rituum*, & præcipuè *in vna Salamantina die 10. Ianuar.* 1604. *in Cæſaraugustana* 10. *Aprilis eiuſdem anni relat. per Barboſ. de canon. & dignit. cap. 35. nu.* 24. vbi ita ſeruari debere in omnibus Regnis, & locis totius Reipublicæ Chriſtianæ de quibus etiam *Garz. de benef. p. 3. cap. 2. §. 1. n. 191. relat. per Pignatel. conſult. canon. 7. n. 25.*

40 Tum quia huiuſmodi ſedis retentio intra presbyterium non eſt directè contra Cæremonialis diſpoſitionem, dum expreſſe non prohibet huiuſmodi ſedis retentionem intra eundem presbyterium, ſed ſolum ſtatuit quod deceat Principibus laicis ſedes ornatas plus, & minus pro gradus, & dignitatis qualitate habere extra chorū, vnde cum dicta prohibitio non ſit per actum negatiuum, ſed per modum affirmatiuum implicitam tantum negationem habentem, non ita Cæremoniale reſiſtit, vt per immemorabilem conſuetudinem non poſſit acquiri ius retinendi ſedem intra presbyterium iuxta tradita *per Rot. dec. 102. n. 13. p. 10. recen.*

41 Contrarium verò quod non valeat conſuetudo retinendi ſedem intra presbyterium tum ob reſiſtentiam Cæremonialis, quod vti lex ſeruari debet *Rot. dec. 701. n. 2. p. 4. tom. 3. recen. ex not. per Mohed. dec. 5. de fid. inſtrum. & per Doctor. in cap. conſuluit de ſeru. non ordi. vbi Hoſtien. n. 7. Io. Andr. n. 4 Lotter. de re benef. lib. 1. q. 16. n. 123. Gratia. diſcept. 152. n. 7. cum alijs per Sperel. dec 179. n. 23. tom. 2.*

42 Præcipuè concurrente conſtitutione Clementis VIII. ſuper obſeruatione Cæremonialis abrogante contrarias conſuetudines, in nihilo refragante quod immemorabili non cenſeatur derogatum, ſed excepta, & præſeruata, niſi de ea facta fuerit ſpecialis mentio, quia hoc procedit quan-
43 do conſuetudo redditur rationabilis, ſecus in præſenti, & vbi agitur de retinenda ſede in presbyterio, quo caſu omnino iudicatur irrationabilis, ac proindè tamquam abuſiua, & corruptela eſt abijcienda, & nullatenus attendenda; immo propter huiuſmodi irrationabilitatis vitium nec inchoari, nec perfici potuit, adeò vt cum directè aduerſetur Cæremoniali, ei quoque per Clementis conſtitutionem derogatum fuiſſe dicendum, hinc eſt quod *Sac. Rit. Congregatio* ſemper declarauit, Laicis non licere habere ſedem in presbyterio, non obſtante conſuetudine immemorabili *iuxta cap. fi. de conſuetud.* vt bene comprobat *Pignatel. conſult. canon. 7. nu. 27.*

44 Deducitur autem quod huiuſmodi conſuetudo ſit irrationabilis, quia presbyterium eſt locus deputatus ſpecialiter pro Dei Miniſtris, vnde redditur odioſū odio irrationabili à laicis Principibus occupari, cum nequeant ſe ingerere in diuinis miniſterijs, generat autem difformitatē, & contra honeſtatem reputatur, laicos in diuinis ſe cum Eccleſiaſticis immiſceri, propterea poſſunt huiuſmodi ſedes de facto amoueri, & ipſos
45 laicos tanquam locum ſibi indebitum vſurpantes vti ſacrilegos expelli *Gratia. diſcept. 210. num. 33.* vtpotè quia nulla concurrit rationabilis cauſa occupandi, & ſedem retinendi in dicto loco, ex quo æque bene honorem, & præeminentiam conſequi valent in alio loco Eccleſiæ magis conſpicuo extra ipſum presbyterium ad conſtituendam differentiam inter laicos, & Eccleſiaſticos, prout decet in omni ordinata Republica, & politia diſtinctionem perſonarum adeſſe ad inſtar Cæleſtis Hierarchiæ, & corporis humani, in quo multa ſunt membra, licet non eundem actum habeant, & conſequenter conſuetudo non dicitur rationabilis, quando continet aliquid, quod ſit contra honeſtatem, præcipuè ſi afferat difformitatem, & ſcandalum ratione occupationis loci indebiti prouenientis ex aliquo minus legitimo affectu diminutionem reuerentiæ Eccleſiaſticis debitę præſeferente vt alijs relatis exemplificat *Pignatel. conſult. canon. 7. num. 28.*

46 Hinc eſt quod licet Cæremoniale non tollat ſtatuta Ciuitatum, & locorum particularium conſuetudines, tamen intelligitur de ſtatutis, & conſuetudinibus laudabiliter ordinatis & introductis, inhoneſtatem, & irrationabilitatem excludentibus vt reſpondit *Sac.* Rit. *Congr. in vna montis Regalis 27. Septembr* 1608. *relat. per Barboſ. in collect. Bullar. in verbo Cæremoniale ad fin. §. Cæremoniale non tollit, & dixit Rot. in Mediolanen. ſubſtentationis libri 30. Maij 1650. §. non obſtat diſpoſitio coram Dunozet.*

SVMMARIVM.

1 Magiſtratus dignitas poſt Imperatoriam, & Regiam prima eſſe dicitur.
2 Magiſtratum gerentes ex officio nobiles redduntur.
3 Ordo ſeruandus eſt in præſtandis præeminentijs Magiſtratibus.
4 Intellige vt huiuſmodi ordo reguletur habito reſpectu vel ad tempus, vel ad qualitatem, ſed ordo qualitatis eſt potior & num. 5.
6 Inter plures Senatores, & officiales data paritate temporis, ille eſt dignior, qui maioribus prærogatiuis decoratur.
7 Prærogatiuæ, vt quis dignior dicatur, quæ ſint & num. 9.
8 Officialis filius Doctoris præfertur Officiali filio non Doctoris.
9 Nobilitas ſplendorem, & auctoritatem affert.
10 Iudex Nobilis humanus; ignobilis ſeuerus.
11 Conſuetudo eligendi Nobiles ad Magiſtratum laudabilis.
12 Ignobilis doctus præferendus eſt nobili ignaro.
13 Senior præfertur iuniori.
14 Reſpublica à ſenioribus, & non à iunioribus gubernanda.

Limit.

Digitized by Google

Limit. ſi iunior ſit doctus num. 15. & 16.
17 Inter Officiales, & Senatores, ille præferendus eſt, qui maiorem prærogatiuam habet, vel ratione qualitatis, vel ratione temporis promotionis & n. 18. Intel vt num. 19.
20 Qui prius dignitatem in Collegio aſſequutus fuit eſt præferendus.
21 Officialis expulſus de Collegio ſi reſtituatur non eſt præferendus alijs poſtea receptis.
22 Officialis criminalis præcedit ciuilem.
23 Baro habens iuriſdictionem ciuilem præcedit Baronem habentem criminalem.
24 Cauſa criminalis reputatur grauior ciuili.
25 Rector ſtudij præcedit Epiſcopum ſcholarem.
26 Prælatus interueniens Collegio vti vous de Collegio non debet tenere caput ipſius Collegij.

Magiſtratus, Officialis, Conſiliarij in temporalibus quomodo honorari; & præcedere debeant.

ADNOTATIO XII.

1 MAgiſtratus ſunt valdè Reipublicæ neceſſarij, eorum enim oraculis regna componũtur & publicorum, & priuatarum rerum pendet Regimen, propterea eorum dignitas poſt Imperatoriam, & Regiã prima eſſe dicatur vt pleniſſimè exemplis, & auctoritatibus comprobat *Maſtril. de magiſtrat lib. 5. c 3. per totum* etenim
2 ex officio Magiſtratum gerentes nobiles redduntur *Bald. in l. Iudices C. de dignitat. lib. 12.* Et ſic ab omnibus honorari debent *l omnem honorem C. quando prouocar non eſt neceſ. cum alijs per eundem Maſtril. dicto cap. 3. num. 12 & 13.*
3 Ordo tamen ſeruandus eſt in præſtandis honoribus, & præeminentijs Magiſtratibus vt ſancinit *Imperator in l. 3. C. de Tyron. lib. 12.* vbi Tyronibus locum aſſignans poſteriores ſedere mandat *late Menoch. conſ. 126. num. 1.* præcipuè in locis publicis *ad text. in l. 2. C. de ſtat. & imagin. Maſtril. de magiſt. dicto cap. 4. num. 3. in fi. Cobel. in coment. ad Bullam bon. regim. cap. 16. numer. 8.*
4 Et huiuſmodi ordo regulatur habito reſpectu, vel ad tempus, vel ad qualitatem, ſed ordo qualitatis potior eſt ordine temporis, *ad text. in l. 1. C. de conſul. l. 1. in fi. C. qui accuſare poſſ. Ric. in*
5 *collect. 1446. p. 4.* Et vbi locum habet ordo qualitatis, non curatur de ordine temporis, qui ſimpliciter attenditur inter exiſtentes in æquali dignitate, *Maſtril. de Magiſtrat. l. b 5 cap. 4. nu. 5. & 6. 10. & 11. Gram. dec. 1. num 13. Caſſan. in Catalog glor. Mund p. 1. conſid. 73. Cobel. in comment. in Bull. bon regim. c. 31. num. 158.* Vn-
6 de inter plures Senatores, Magiſtratus, ſeu Officiales ad idem officium eodem met tempore creatos, ille præferri debet, qui maioribus qualitatibus, ſeu prærogatiuis decoratur *Vincen. de Franc. dec. 365. Maſtril. deciſ. Sicil. 130. num. 19. vol. 2 & de Magiſt. dicto cap. 4. num 14. Barboſ. de canon. & dignitat. c. 18. num. 2.* vbi quod data paritate temporis ille dicitur dignior qui maioribus qualitatibus, ſeu prærogatiuis decoratus reperitur ex *Burſat Decian. Ponte, Io. Andr. de Giorg in locis per eum relat.*
7 Prærogatiuæ autem, quæ à Doctoribus adhuc effectum animaduertuntur, prima eſt exercitium plurimorum Magiſtratuum, *Vincen. de Franc deciſ. 144. num. 2. cum ſeq.* ſecunda ſi quis prius Doctoratus lauream conſequutus fuerit, Tertia deſumitur ex denominatione, nam qui prius fuerit nominatus, præferri debet; quarta ſi quis ediderit aliquem librum ſiue legalis ſiue alterius ſcientiæ laté *Caſſan. in Catal. glor. mund p. 10. conſid. 28.* Quinta ſi quis fulgeat meritis Patris vt laté ſupradicta Doctorum auctoritatibus cõprobat *Barboſ. de canon. & dignit c. 18. à num. 3. vſque ad 7. Maſtril. de Magiſtrat. lib. 5. c. 4. à nu. 23. & plurib. ſequen. vſq; ad 29.*
8 Ex quibus reſultat quod officialis filius Doctoris præfertur alteri officiali, non filio Doctoris, rurſus officialis Baro præcedit non Baronem, nam vbi duo vincula concurrunt faciunt aliquẽ magis honorandum, & ſic qui vtriuſque iuris doctor eſt præfertur illi, qui vnum tantum gradũ aſſumpſit. Et doctor, ſi ſit etiam Miles præfertur Doctori tantum, cum generale ſit vt qui duplici dignitate decoratur, præferatur ei alteram tantum habenti vt late exornat *Maſtril. de Magiſt. lib. 5. c. 4. num. 16. vſque ad 28. & num. 41.*
9 Sexta qualitas eſt nobilitas, quæ ſecum ſplendorem, & auctoritatem affert, vnde nobiles in officijs, & magiſtratibus ſubeundis cæteris paribus, ignobilibus ſunt præferendi, intereſt enim Reipublicæ gubernari per nobiles, in quibus ſingularis virtus, ac generis ſplendor lucet, immo prudentia, induſtria, affabilitas, magnanimitas, docilitas, & omnes deniq; virtutes in bono, & iuſto Iudice, & officiali requiſitæ nobilitati famulantur. *Caſſan. in Catalog. glor. mund. p. 8. conſiderat. 32. & 36. Io. de Syln in tract. de benef. p. 3. q. 7. Bobadil. lib. p. Politic. c. 4. num. 24.* vbi ait
10 quod Iudex nobilis iuris rigorem temperat, eſt humanus, placabilis, libenter audit, omnibuſq; ſe humaniſſimum præbet, ſicut è contra ignobilis Iudex ſi literis, ac virtute naturam non accommodat, eſt grauis, ſeuerus, ſermone inconditus, inhumanus, nobileſq. opprimere curat, vt æqualis fiat, quæ in iudice nobili prorſus ceſſant, cum nulla adſit cauſa ob quam humilioribus inuideat vt dixit *Sarment. lib. 4. ſelectar. c. 16. late Garſia de nobil. glo 35. Couar. var. reſol. lib. 1. c. 10. ſub num. 11. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 2 c 5. nu. num. 66. Boer dec. 153. num. 32. vol. 1.* conſuetu-
11 dine igitur eligendi nobiles ad Magiſtratum laudabilem, neceſſariam, & vtiliſſimam eſſe inquit *Azedan. de exequend. mandat. p. 1. cap. 19. num. 18. & copioſiſſime comprobat Maſtril. de Magiſt. lib. 2. cap. 18. per totum & lib. 5. c 4 nu. 40.*
12 Simplex tamen nobilitas per ſe ſola non poteſt ſibi vindicare hanc prærogatiuam, niſi virtute, ac doctrina reſplendeat vt admonet *Iuſtinianus in proem inſtit.* ac proinde ignobiles virtutibus, & literis præditus præferendus eſt nobili ſine literis, & ſcientia, vtpote quia ſi non à natalibus, à virtutibus ſibi nobilitatem peperit, *Maſtril. lib. 2, dicto cap. 18. num. 52. vſque ad 59.*
13 Septima qualitas eſt ætas, & ſic ſeniores iunioribus ætate præferuntur, ſi in cæteris ſint æquales tam in electionibus, quam in ſuffragijs, *ad text. in l. ſemper in prin. ff. de iur. immun. l. vltim.*
14 *C. de Tyron. lib. 10.* intereſt enim Reipublicæ vt

Ciui-

Ciuitatis regimen ſenioribus committatur, quia ſcientia, & experientia præualent, etenim adoleſcentium conſilia pernicioſa ſatis eſſe in omni ſere negotio inquit *Ariſt. lib. p. polit. cap. 8. lib. 1.* propterea maximas reſpublicas iuuenum conſilio labefactatas fuiſſe diffusè probat *Maſtril. de magiſtrat. lib. 2. cap. 5. à num. 1. cum plurib. ſequent. & lib. 5. c. 4. num. 42.*

15 Receditur tamen ab hac regula ſi iunior habeat ſcientiam, & doctrinam prout ſenior præcipuè ſi ſit congruæ ætatis, quo caſu admittitur ad magiſtratum *ad text. in l. ſed & reprobari §. amplius ff. de excuſat. tutor. Maſtril. qui alios alleg. dicto lib. 2. c. 5. à num. 76. & plurib. ſequen.*

16 Senes enim intantum præferantur iunioribus in quantum ſint maioribus virtutibus, & doctrinis exornati, & ſenectus ſtet in ſuo recto ſenſu, & laboribus idonea, late *Maſtril. dicto cap. 5. à 62. vſque ad 72.* ſecus ſi ſint imperiti & in decrepita ætate conſtituti nam ij ab officiorum munere ſunt excludendi *ad text. in l. fi. C. qui ætat. ſe excuſ. lib. 10. Tiraq. in tractat. de primog. in præfat. num. 214.*

17 Temporis verò ordo ſeruandus eſt inter dignitate & munere æquales, ita vt inter eoſdem Senatores, & Conciliarios, qui prius receptus fuit alijs præferendus ſit *cap. ſtatuimus de maiorit. & obedien. cap. ſi quis iuſto ibi, qui primo de elect. in 6. Maſtril. de Magiſt. lib. 5. c. 4. num. 9. 10. & 11. vbi ſubdit. ex Azened.* illos præferendos eſſe in

18 ſedendo, ſcribendo, incedendo, & loquendo, qui maiorem prerogatiuam habẽt, & digniores ſunt vel ratione qualitatis vel ratione temporis promotionis ad officium *cap. Concilia §. hinc in fi. verſ. hoc quoque 17. diſt. Auedan. de exequen. mandat. lib. 1. c. 19. num. 15. Gram. deciſ. 1. num. 1. Cobel. in coment. in Bull. bon. regim. cap. 31. numer. 159.*

19 Non tamen adhunc effectum requiritur notabilis temporis lapſus, cum etiam in vnius horæ ſpatio immo in vno momento huiuſmodi qualitas conſideretur, iuxta *glo. in cap. duobus de reſcript. in 6. glo. fi. in l. ſi ex pluribus §. fi. ff. de ſolut. cum alijs per Maſtril lib. 5. c. 4. num. 12.* vbi docet cautelam vt de hora fiat adnotatio quem ſequitur *Cobel. d. c. 31. num. 160.*

20 Nec minus inter dignitate, & munere æquales attendi debet maior qualitas, ſcilicet, ætatis, nobilitatis, meriti, & ſimilium, ſed ſimpliciter antiquitas aſſequutionis dignitatis, & ſic ter qui prius ſit dignitatem aſſequutus, & in Collegio cooptatus fuiſſet, præferendus veniat. *Afflict. dec. 1. num. 7. Cobel. in comment. in Bullam bon. regim. c. 31. num. 150.*

21 Officialis verò, & Doctor expulſus de Collegio, & magiſtratu, ſi deinde reſtituatur, tamquã de nouo veniens in Collegio non recuperat locum priſtinum, nec vt in ſeſſione, & ſuffragijs dandis præfertur illis, qui medio tempore expulſione durante fuerunt Collegialem dignitatẽ, & officium aſſequuti. *Bart. in l. 2. ff. de decur. Cobel. in comment. in Bullam bon. regim. c. 31. numer. 152.*

22 Officialis criminalis præcedit officialem ciuilem, ita vt criminalis debeat ſedere ad dexteram, & ciuilis ad ſiniſtram *Vinc. de Frang. dec. 388. num. 1. per tot. Capic. dec. 27. num. 23. Capiblanc. de baron. prag. 1. num. 31.* vbi limitat in Barone, qui

23 ſi habeat iuriſdictionem ciuilem, debet præcedere baronem habentem criminalem cum alijs relat. per *Maſtril. de magiſt. lib. 5. c. 4. num. 65. & ſeq.*

24 & ratio eſt quia cauſa criminalis reputatur grauior *iuxta text. in l. fi. C. de ordin. iud. ad tradita per Farinac. q. 100. num. 59. p. 3.* & propterea debet præcedere officialis criminalis, quod ceſſat inter Barones, in quibus ratione vrbanitatis cauſæ ciuilis præfertur Baro iuriſdictionis ciuilis.

25 Rector ſtudij præcedit Epiſcopos ſcholares, quia non ſunt ibi tamquam Epiſcopi, ſed tamquam ſcholares, vndè ſi Prælatus ſtet in aliquo

26 Collegio non vt Prælatus, ſed tamquam vnus de Collegio, non debet tenere caput ipſius Collegij. *Abb. & alij in cap. paſtoralis de conc. preb. Cancer. var. reſol. p. 3. c. 10. ſub num. 117.*

SVMMARIVM.

1 Barones, & Magnates quomodo inter ſe præcedere debent.
2 Princeps poſt Reges primum locum obtinet.
3 Filij Regis Principes nuncupantur.
4 Arcidux præcedit omnes Duces.
5 Magnus Dux Etruriæ præcedit omnes alios Duces.
6 Dignitas Ducalis maxima, & primaria.
7 Dux maior eſt Marchione, Comite, & Barone.
8 Inſignia Ducis Marchionis, & Comitis in quo differant.
9 Marchiones ad cuſtodiendos Prouinciarum limites præponebantur, & quomodò hæc dignitas habuerit originem.
10 Comitatus dignitas in quo conſiſtat.
11 Comes habet locum in parlamento Regis & præcedit nobiles, & barones.
12 Comites titulares non dicuntur illuſtres; nec habent præcedentiam ſupra nobiles.
13 Dux & Comes præcedunt Conciliarios, ſecus verò qui præſunt Tribunalibus.
14 Titulatus ſi efficiatur Conciliarius quomodo præcedere debeat.
15 Principes, Duces, Marchiones, & Comites quomodo inter ſe præcedere debeant.
16 Habens duplicem dignitatem præfertur habenti vnã tantum intellige vt num. 17. & 18.
19 In dignitatibus qui prior eſt in tempore potior eſt in iure.
20 Titulati in Regno vtriuſque Siciliæ in ſeſſionibus ſedent coram pro Rege.
31 Nobiles præferuntur popularibus.
Lim. procedere data contentione inter eos, ſecus ſi cum Ciuitate & num. 22.
Lim. 2. ſi minus nobilis ratione officij eſſet præferendus & num. 23.
24 Baldalchinum in Eccleſia ſolus Epiſcopus erigere poteſt ſecus Laici licet Principes.
25 Princeps poteſt habere ſedem, & thronum in Eccleſia extra tamen Chorum.
Lim. ſtante conſuetudine & num. 26. ſiue Principes ſint ſupremi, ſiue ſubordinati & num. 27. *Contrar.* num. 28.
29 Thurificatio triplici ductu an, & quando Laicis debeatur.
30 Pacis oſculum quomodo Laicis dandum.

Prim

Principes, Duces, Marchiones, Comites Barones, & Nobiles, quibus prærogatiuis fruantur, & quomodo præcedere debeant.

ADNOTATIO XIII.

1 MAgnates, ſeu Barones inter ſe Præcedentiã obtinere debent, prout eorum dignitas proximior eſt Regali dignitati, vnde Principes tamquam magis Regali dignitati proximi præcedunt Duces, & cæteros titulatos,& conſequenter Dux pręcedit Marchiones, & alios, Marchio verò præcedit Comites, Comes autem Vicecomites, & Barones, & Vicecomes Barones omnes, & Barones tandem alios Nobiles, vt tradit *Maſtril. de Magiſtrat. lib. 4. c. 14. à numer. 7. vſque ad 12. Vinc. de Franc. dec. 365. num 2.*

2 Princeps enim, ſeù Principatus eſt quædam dignitas Regalis ex Regia munificentia profluens, quæ poſt Reges primum locum obtinet. *Calef de equeſt. dignit. num. 106. Decian reſponſ. 19. numer. 277. vol. 3. frecc. de ſubfeud. lib. 2. tit. quis dicatur Princeps, & in tit de different. inter feudum Regale, & Nobile numer. 6.* cum alijs per *Maſtril. de Magiſtr. lib. 4 c. 3. nu-*
3 *mer. 6. 7. & 8 vſque ad* 18. vbi quod filij Regis Principes appellantur; & in Hiſpaniarum Regnis, quod non niſi Primogenitus inuictiſſimi Regis Catholici dicto nuncupatur nomine,

4 Arcidux, prout ſunt Arciduces Auſtrię, qui huiuſmodi dignitatem à *Federico II. Imperatore* obtinuerunt vt tradit *Emilius Veronenſis lib. 3. Hiſtor. Franciæ* præcedere debet omnes Duces, quia Regali dignitate inſigniti ſunt *Maſtril. de Magiſt. lib. 4. c. 4. numer. 15 & plurib ſequen.*

5 Magnus Dux Etruriæ pariter præcedere debet omnes alios Duces attenta huiuſmodi prærogatiua Magni Ducis, quam Coſmus Medices Florentię Dux obtinuit *à B. Pio V. ſumm. Pontifice* cum habitu, inſignibus, atque corona Regis. *Calef de equeſt. dignit. numer. 147. relat. per Maſtril. dict. c. 4. numer. 19.*

6 Ducalis verò dignitas maxima, & excelſa eſt, *Menoch. conſ. 302. nu. 50. in fi. Caſſan. in Catalog. glor. mundi p. 5. conſider 45. verſ. & Doctores* vt à feudiſtis inter primarias Ducacatus Dignitas annumeretur, *Calleſa loco citato num. 117. cum ſeq. & num.* 128. ac proinde Dux
7 maior eſt Marchione, Comite, & Barone, quia eius dignitas magis regali accedit perſonæ, & ſplendori, tum quia in inſignibus Duci datur
8 Circus Rotundus ad coronam cum gemmis, ad demoſtrandam eius dignitatem eſſe præſtantiorem, & illuſtriorem Marchionum, & Comitum, quibus in inſignibus tantũ conceditur circus ſine gemmis, & lapidibus pretioſis *Caſſan. in Catal. glor. mund. p. 1. conſid. 38. conclu. 44. & p. 5. conſid. 22. latè Maſtril. de Magiſt. lib. 4. c. 5. per tot.*

9 Marchiones, qui ad cuſtodiendos prouinciarũ limites ab hoſtium incurſu præponebantur fundi Limitrophi appellati ſunt, qui ſi ſe bene geſſiſſent, gratificabantur, & pro mercede eidem limitrophij in feudum concedebantur in memoriam ſeruitij militaris, vnde nomen, & dignitatẽ Marchionatus originem habuit, & licet huiuſmodi dignitas non ſit tam antiquior, quam Comitatus, nihilominus de conſuetudine vniuerſali & communi exiſtimatione reputatur maior, & vti talis ſibi vindicet etiam titulum Excellentiſſimi, & ſedeant Marchiones cum ſella in cætu Procerum, & aliorum Magnatum. ante Comites ſecundum *Frecc. in tit. quis dicatur Marchio. nu. 2. & 7. fo. 82. à tergo latiſſime Maſtril. de Magiſtrat. lib. 4. cap. 6. per totum.*

10 Comitatus dignitas propriè ſecundum feudiſtas conſiſtit in aſſignatione, feudali reſultãte ex inueſtitura Comitatus à Rege obtenta plurimarum Villarum, & Caſtrorum. *Doctor. in c. p. quis dicatur Dux Bald. in c. p. de ijs, qui feud. dar. poſſ. & in conſ. 419. lib. 1. Tuſch. conclu. 479. num. 1. cum ſeq.* & cum inter Regales connumeretur maximi honoris eſt, vt etiam titulum Illuſtriſſimi ſibi vindicet *ſpecul. in tit. de iuriſd omnium Iud. ſuper rubr. num. 5. Io. Gorſ. de nobilit. glo. 38. § 3.*
11 *num. 68.* Comes propterea habet locum in ſedendo in Parlamento Regis, & alijs Regijs ſeſſionibus pręcedendo Nobiles, & Barones *ad text. in c grandi, & cap. fundamenta de elect. in 6. Maſtril. de magiſtrat. lib. 4. c. 7. num. 21. vſque ad 28. & per totum.*

12 Comites verò titolares, qui ſolum habent nomen, & nudum titulum, & dignitatem abſque territorio, non dicuntur illuſtres, nec gaudent immunitatibus honoribus, & præeminẽtijs prout alij Regni titulari latè *Maſtril. de magiſtrat. lib. 4. c. 10. num 1. vſque ad 21.* vnde quoad præcedentiam nullam prærogatiuam ſibi vindicant ſupra nobiles.

13 Dux, & Comes præcedit omnes Conſiliarios, ſecus autem conſiliarijs, qui præſunt Tribunalibus, *Vincen. de Franc. deca 38. num.* 6. & ita obſeruari in Regno Neapolis licet aliter fuiſſe determinatum Barcinonæ reſtatur *Maſtril. de magiſt lib. 4. c. 13. num. 52. & plurib. ſequen.*

14 Titulatus ſi efficiatur Conſiliarius, hoc eſt cũ adminiſtratione præcedere debet omnes conſiliarios antiquiores, ſed inter eoſdem titulatos attendenda eſt prioritas temporis, vt Comes prius aſſumptus in conſilio præcedat Principem, vel Ducem poſtea aſſumptum vt latè tradit *Maſtril. de magiſtrat. lib. 4. c. 13. à num. 55. vſque ad 67. & num 158. cum pluribus ſequentibus* refert alias prærogatiuas, quos habent *titulati in Regno.*

15 Inter plures vero Principes, Duces, Marchiones, & Comites, ille præcedit, qui prius altero fuit creatus, & electus, cum inter eos vti filios Imperatoris, vel Regis à quo creantur ſeruari debeat ius primogenituræ, vt qui primo creatus eſt, ille præferatur *Decian. reſponſ. 19. num. 185. vol. 3. per text. in cap. ſolitæ in verbo nec autem vbi Doctores omnes de maior. & obedien. Maſtril. de magiſt. lib. 4. c. 14. num. 13. vſque ad* 17. Etiam ſi primò electus haberet minorem ſtatum, cum Ciuitas parua, vel magna prærogatiuam Regni non mutet, *Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. Fab. de Anna conſ. 122. num. 41. vol. 2. Decian. reſponſ. 19. num. 209. vol. 3.*

16 Et quamuis habens dupplicem dignitatem præ-

præferatur habenti vnam tantum, vnde Marchio,
& Comes ſimul præferatur Marchioni tantum,
quia dignitas addita dignitati auget dignitatẽ,
& priuilegium confunditur priuilegio *Bald. in
l. ſed ſi miles in prin. ff. de excuſat. tutor. Boer. in
tract. de auct. magn. cur. num. 113. Menoch. cauſ.
526. num. 10. Viſil. ad Afflict. dec. 1. num. 19. &
20. Cobel. in comment. in Bul. bon. regim. cap 31.*
17 *num. 153. verſ. dicit conſiderandum.* Nihilominus
hoc procedit data paritate temporis, tunc
enim Comes, & Marchio præfertur ſimplici Marchioni
*ad text. in l. vnicuique in prin. C. de prox.
Sacr. ſcrib. lib. 12. Bal. in l. ſed milites ff. de excuſat.
tutor. Doctor in l. cum quid ff. ſi cert. petat cap.
Clericis de iudic. Vinc. de Franc. dec. 365. num. 4.
cum alijs per Maſtril. de magiſt. lib. 4. c. 14. num.
30. & 31.*
18 Et adhunc effectum attendendum eſt tempus
electionis factæ à Rege, & ſic à die datæ eiuſdem
priuilegij *ad tex. in capitulum Sanctę Crucis de
reſcript c. cum cui de praben. in 6. Felin. in c. Rodulphus
num. 26. de reſcript.* Sed vbi viget conſuetudo
quod attendatur tempus adeptæ poſſeſſionis
ſeruanda eſt, & ita in Regno ſeruari teſta-
19 tur *Maſtril. de magiſt. lib. 4. c. 54. à numer. 34. &
plurib. ſequen. & num. 35. tradit.* generalem regulam,
quod in dignitatibus qui prior eſt in
tempore, potior ſit in iure *ad tex. in l. 1. ff. de
alb. ſcrib. l. 1. C. de conſul. lib. 12.*
20 Titulati pariter in Regno vtriuſque Siciliæ
gaudent prærogatiua ſedendi coram Proregé in
omnibus ſeſſionibus publicis, & priuatis in ſellis,
& tecto capite loquendi, ad differentiam aliorum,
qui ſellam non habent, ſed in Scannis ſedent,
& nudo capite loquuntur, & ſuffragia
ferunt *Maſtril. de magiſt. lib. 4. c 13. num. 169. &
ſeq. Cobel. in comment. in Bul. bon. reg. c 31. numer.
557.*
21 Nobiles verò in honoribus cæteris paribus
præferuntur popularibus *§. 1. & §. fi. in Auth.
de defenſ. Ciuit vbi glo. in verbo nobiliores Vincen.
de Franc. dec. 253. num. 3. & 9.* vbi limitat hoc
22 procedere data contentione inter eos, non autẽ
quando inter Nobiles, & Ciuitatem, quia tunc
Ciuitas præfertur *Io. Baptiſta de Thor. in cõpend.
deciſ. Neapolit. lit N. in verbo haſtæ pallij in die
Sanctiſſimi Corporis Chriſti.*
23 Lim. 2. quando agitur de concurrendo cum
certis Collegijs, ſeu Confraternitatibus, quarum
proprio, ac particulari officio, & inſtituto magis
congruere videtur alicuius muneris in ſolennitatibus
exercitium, cuius reſpectu veniunt prę-
ferendi earum ſodales non quidem habita ratione
ad maiorem nobilitatem, ac dignitatem, ſed
ad proprium officium, & inſtitutum, in cuius
exercitio etiam minus nobiles, & minus digni
præſtantioribus præferuntur vt magiſtraliter dixit
*Rot. in Taurinen. delationis Baldachini coram
Eminentiſſ. Card. Cortado, quæ eſt in recen. dec.
419. num 15. & 16. p. 9. tom. 2. vbi alij allegantur.*
34 In Eccleſijs verò nullus neq; Dominus loci, præterquam
Epiſcopũ baldachinũ erigere poteſt, & Epiſcopus
omnibus ſacrorum canonũ remedijs baldachinũ
omnino remouere facere debet, vt cenſuit
Sac. Congr. Epiſcopor. & Regular. in vna Bononien.
12. Ianuar. 1618. cum qua deinde *Sac. Rit. Congreg.*
in ſimilibus proceſſiſſe teſtatur *Pignatel. conſult.
canon. 7. num. 17. verſ. non inficior.*
25 Debetur tamen Principi ſæculari ad differentiam
aliorum de populo ſedes in Eccleſia, immo
thronum eleuatum, a parte tamen ſiniſtra Epiſcopi,
& extra presbyterium, vt non negat tex.
in dicto *cap. ſolitæ de maiorit. & obedien. Altograd.
conſ. 1. num. 31. 32. 33. & 40. lib. 2. Caſſan. in
Cathal. glor. mund. p. 5. conſid. 32. cum alijs per
Pignatel. conſult. canon. 7. num. 18.* & expreſsè
ſtatuitur in *Cæremoniali Epiſcoporum lib. 1. cap.
13. de ſedib. Epiſcop. in fi.* vbi quod ſedes pro
laicis nobilibus, Magiſtratibus, Magnatibus, &
Principibus quamuis magnis ac excelſis, plus,
minuſue pro cuiuſquam dignitate, & gradu ornata
deceat extra chorum, & presbyterium collocari
de quo *Piſcat. in prax. cærem. lib 2. ſelect.
1. cap. 3. de ordin. ſeden. num. 16. Barboſ. vot. dec.
115. numer. 3. & 4. lib. 3. Altograd conſ. 1. numer.
26.*
26 Lim. ſi probetur conſuetudo, ſeu immemorabilis
poſſeſſio habendi ſedem, ſcannum, aut genuflexorium
in presbyterio Thurificationem
triplici ductu, & pacem poſt Epiſcopum, & Aſſiſtentes
ante dignitates, & alios Canonicos, nec
non retinendi genuflexoria honorifica in alijs
Eccleſijs, aut Baldachinum, nam hoc caſu vigore
huiuſmodi conſuetudinis, aut immemorabilis
Domini temporales veniunt manutenendi, abſq;
eo quod ab Epiſcopo impediri queant, cum laicis
ius honorificum habendi Baldachinum ac
ſedem in Eccleſijs in eminentiori loco ſimileſque
prærogatiuas, aut priuilegio, aut conſuetudine,
aut præſcriptione non ſit omnino interdictum
vt de vero ita teſtatur, *Pariſ. conſ 149. num. 1. &
ſeq. faciunt tradita per Gratia. diſcept. 210. num.
32. Menoch. conſ. 51. num* 50. vbi in ſpecie de
iure ſedendi cum alijs *per Pignatel. conſult. 7. numer.
23.*
27 Præcipuè ſi Principes ſint ſupremi, & abſoluti,
qui nullum ſuperiorem agnoſcant niſi Deum,
quidquid ſit in alijs inueſtitis à Papa, Imperatore,
vel Regibus, nam licet verè, ac propriè non
dicantur Principes, & habeant dignitatem ſubordinatam,
in aliquibus tamen etiam Principum
beneficio, & prerogatiuis gaudent vt etiam
huiuſmodi iura honorifica acquirere valeant vno
ex dictis modis, vnde Imperatori vel Regi in
proprio Regno independenti ſicut conceditur
eleuatio Throni cum Baldachino pręſente Summo
Pontifice iuxta exemplum Concilij Ferrarięſis
celarum per *Altograd. conſ. 1. num. 19.* ita data
proportione non videtur inconueniens quod
Domino, & Principi temporali quamuis Regi
ſubordinato coram Epiſcopo habeat hoc ius honorificum
vt ratiocinatur, *Pignatel. conſult canon.
7. à num. 18. vſque ad 20.*
28 Contrarium vero quoad Principes, & Dominos
temporales, quidquid ſit quoad Imperatorem,
& Reges videtur de iure verius iuxta
reſolutiones Sac. Congregationum vt latè demonſtrauimus
in ſuperiori *adnot. 18. à num 34. vſque
ad fin.* vnde quoad Excellentiſſimum D. Gubernatorem,
& Locumtenentem Ciuitatis Mediolani
reſolutum fuit à *Sac. Congreg. Epiſcop. & Regular.*

ler. ſub die 8. *Octobr.* 1581. quod permanere debeat, vbi hactenus ſedebat, & vbi collocari ſolebat extra Chorum eius ſedes, ac in eadem altitudine graduum, quam adhibere conſueuit, dummodo non afferat impedimentum, vt Archiepiſcopus, & Miniſtri Eccleſiaſtici functiones Eccleſiaſticas obeuntes conſpici nequeant, vel ſi melius ei videbitur ſedere poſſe ex alio latere à regione Archiepiſcopi, extra tamen eoſdem cancellos presbyterij ad dexteram ingreſſus Eccleſię cum trono non excedente quinq; graduum, qua reſolutione à Cardinale Senonenſe relata Sanctiſſimo, ab eodem approbata fuit. Licet quoad Regem Catholicum nihil in præmiſſis præſcribendũ exiſtimauit, ſed Religioni, & pietati maieſtatis ſuæ reliquit, quoad retinendam ſuam propriam ſedem ſiue intra, ſiue extra presbyterium de qua reſolutione *Pignatel. conſult. canon.* 7. *num.* 36.

29 Quo verò ad thurificationem triplici ductu licet ſecundum regulas Cæremonialis debeatur ſoli Epiſcopo, vel celebranti, ex immemorabili tamen conſuetuetudine poteſt etiam alijs hoc ius honorificũ cõpetere, quod hæc conſuetudo, vbi fuerit introducta ſeruari debeat declarauit *Sac. Congreg. Rit. in vna Caſertana die* 18. *Septembris* 1632. *teſte Pignatel. conſult. can* 7. *num.* 30. vbi ita etiam circa thurificationem ante, vel poſt dignitates, & Canonicos recurrendum eſſe ſubdit ad conſuetudinem *iuxta aliam reſolutionem Sac. Congreg. apud Barboſ. in ſum. deciſ. Apoſtolic. verb. Thurificatio num.* 17.

30 Pacis autem oſculum nemini nec etiam Præſidenti, vel Conſiliarijs Regijs dari debet ante Epiſcopum, Domino verò loci, alijſque laicis dignioribus dandum eſt poſt datam pacem omnibus de Choro, non quidem à beneficiato, ſeu parato, ſed ab aliquo Miniſtro Cotta, ſeu ſuperpelliceo tantum induto, non cum oſculo, ſed cum inſtrumento vt *eadem Sac. Rit. Congreg.* reſoluiſſe in vna *Calaguritana die* 5. *Iuly* 1614. *& in alia Pacen. die* 21. *Martij* 1609. *& aliàs* ſæpè teſtatur *idem Pignatel. dicta conſult.* 7. *ſub num.* 30. *in fin.*

SVMMARIVM.

1 Locus Principi vicinior dignior reputatur.
2 Qui vltimo propinquius accedit dignior reputatur.
3 Qui Clero proximior incedit digniorem locum obtinet.
4 Idem qui in proximiori loco Reliquijs, vel Imaginibus exiſtit.
5 Præcedentia denotatur in eo, qui incedit in vltimo loco.
6 Conſuetudo ad effectum attribuendi loca, attendi debet.
7 Dignior locus debetur ſecundum dignitatem.
8 Canonici digniores ſedere debent ſedi viciniori ſedi Epiſcopali.
9 Manus dextera reputatur dignior.
10 Confraternitates laicorum ſi mixtim incedant, quæ dicatur præcedere.
11 Dextera pars non ſemper infert perneceſſe præeminentiam.
12 Decanus eſt dignitas maior præpoſito.
13 Sedere ad ſiniſtram antiquitus in pluribus locis dignius erat.
14 Dextera pars apud Hæbreos potior æſtimabatur.
15 Cur D. Paulus depingatur à dextris Chriſti, & Petrus à ſiniſtris, prout etiam in bullis, quæ ſub plumbo expediuntur.
16 Papa quare ſe ſeruus ſeruorum dicat.
17 Eccleſiæ, ſeu Altaris pars dextera quæ dicatur & num. 18.
19 In Conciliorum celebratione pars dextera quæ ſit.
20 Cornu Euangelij, & Cornu Epiſtolæ quando vna ſit dignior altera & num. 22.
21 In conſeſſibus, quæ pars dicatur dignior.
23 Confraternitates Laicorum permanentes in Eccleſia à cornu Epiſtolæ cenſentur ſtare in digniori loco reſpectu aliarum exiſtentium à cornu Euangelij.

Dignior locus qualis reputetur in ſeſſionibus, proceſſionibus, ſiue intra, ſiue extra Eccleſiam, ſiue in ſpiritualibus, ſiue in temporalibus.

ADNOTATIO XIV.

1 LOci dignitas à Principis vicinitate deſumitur, propterea dignior reputatur locus, qui Principi proximior eſt, & magis honorari dicitur, qui propè Principem ſedet *glo. in §* *aliam inſtit. de bonorum poſſeſſ. Gram. deciſ.* 64. *num* 30. *Maſtril. de magiſtrat. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 2. *&* 3. *Cobel. de bon. regim. cap.* 31. *num.* 153. ſicut in Cælo, qui Deo proximior eſt altiorem locum obtinet, *Capol. in tract. de Imperator. Milit. eligen. in verb. ratione dignitatis Cobel. dicto tract. cap.* 16. *num* 6. *&* 7. *in fi.*

2 Dignior quoque reputatur locus, qui vltimo propinquiùs accedit *Boer. de auctorit. Magni Conſil. num.* 79. *verſ. ideo debet Gregor. XV. deciſ.* 210. *num.* 2. *ibique adden. num* 8.

3 Amp. vt qui Clero proximior incedit digniorem locum obtinet in proceſſionibus, funeribus, aſſociatione cadauerum, & ſimilium, *cap. perlectis* 22. *diſtin. Caſſan. in Catal. glor. mund. conſiderat.* 75. *verſ. mihi tamen Cyriac controuerſ.* 01. *num.* 154. *Anton. de Prat. de iuriſdict. Epiſcop. c.* 6. *num.* 56. *verſ. eo quia cum alijs in Albinganen. præcedentiæ* 20. *Iunij* 1653. *§. tertio, & § quamuis coram Biebio impreſ.*

4 Amp. vt qui in loco proximiori reliquijs, vel Imaginibus ſanctorum exiſtit præeminentiam habere cenſetur, vnde habentes maiorem dignitatem in Magiſtratibus, in huiuſmodi proximiori loco aſſignandi ſunt, *Gram. dec.* 1. *num.* 8. *Maſtril. de magiſtrat. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 44 *&* 45.

5 Amp. vt generaliter præcedentia denotetur in eo, qui in proceſſionibus incedit in vltimo loco vt animaduertit *Rot. dec.* 779. *numer.* 3. *coram Merlino.*

6 Amp. vt conſuetudo ad effectum tribuendi loca in primis attendi debet *Auedan. de exequen. mandat. p.* 1. *cap.* 19. *num.* 15. *verſ. itaque, & in proceſſionibus Nauar. conſ* 1. *num* 3. *de maiorit. & obedien. Fab de Anna conſ.* 40. *numer.* 1. *cum ſeq. Barboſ. de canon. & dignit. cap.* 18. *num* 11. *verſ. & hac in fi. Cobel. in comment. in Bull. bon. reg. cap.* 31. *num.* 161.

7 Amp. vt dignior locus debeatur ſecundum dignitatem, & honorem *l. p. & tot. tit. C. vt dignitat. loc. ſeruet. l.* 12. *l. honor. §. gerendorum & l. vt gradatim de muner. & honor. cap. ſtatuimus. de maiorit. & obedient. Seraph. dec.* 445. *numer* 3.

Gregor. XV. dec. 310. *num* 3. *vbi Adden. num.* 9. Præcipuè ſi nulla adſit conſuetudo aliter præſcribens, alias loca veniunt aſſignanda ſecundum perſonarum quantitatem, *Bald. in l. obſernare* §. *antequam ff. de offic. procenſ. Anna conſ.* 122. *num.* 2. *relat. per Maſtril. de magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 14. *numer.* 3.

8 Amplia illatiuè ex præcedentibus vt Canonici digniores debeant ſedere in ſedibus, quæ ſint viciniores Sedi Epiſcopali, vt reſolutum refert *Barboſ. de canonic. & dignit. cap.* 18. *num.* 42. *in vna Alexandrina* 15. *Martij* 1608.

9 Amplia vt manus dextera eiuſque locus reputetur dignior, & honorabilior ita vt incedens ad dexteram præcedere dicatur *cap. ſolita de maiorit. & obedient. glo. in l. decernimus verbo reſidendi de Sacraſanctis Eccleſijs Caſſan. in Cathal. glor. mund. p* 3. *conſid.* 2. *Tiraq. de primogen. in præfat. num.* 13. & 14. *Bobadil. politic. p. p. lib.* 2. *cap.* 17. *nu.* 12. *Maſſob. de Synodo Diœceſana cap.* 4. *dub.* 6. *nu.* 6. *Pacian. de probat. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 90. Et in puncto proceſſionum *Rot. dec.* 456. *num.* 4. & 5. *coram Penia. Et in Albinganen præcedentiæ* 20. *Iunij* 1653. §. *conſiſtentio Gregoriana &* §. *tum vſui coram Bichia.*

10 Amplia vt ſi Confratres, ſeu Sodales Confraternitatum laicorum mixtim bini, ac bini incedant, illa Confraternitas dicitur præcedere, cuius Prior incedit ad dexteram alterius, quamuis præfatus Prior eſſet Sacerdotali Caractere inſignitus, cum in Priorem non cenſeatur electus vti Sacerdos, ſed vti Confrater, cuius reſpectu proceſſioni intereſſe dicitur, & conſequenter nomine Confratris, & non nomine Sacerdotis præeminentiam conſequitur *Abbas in cap. audiſtis nu.* 4. *de elect. Lanat. conſ* 88. *num* 16. & 17. *Anton. de Pret de iuris Epiſcop cap.* 6. *num.* 55. *tract. diuerſ. tom.* 13 *p.* 2. *fo.* 367. *Contilor. de præceden. num.* 20. & 21. *Cancer. var. reſol. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 117. *Gratia. diſcept.* 111. *num* 14. *Rot. deciſ.* 288. *num.* 2. *p. p. recen. Et in Thaurinen. delationis Baldachini* 9. *Iunij* 1046. §. *quia non agitur coram Eminentiſſ. Card. Corrado in dicta Abbiganen. præcedentia in* §. *ſup. citat.*

11 Situs tamen ad dexteram non ſemper infert per neceſſ. præeminentiam, eius, qui ſedet ad ſiniſtram, nec concludit præſumptionem maioritatis, cum incompatibile non ſit, quod maior, & dignior ſit in manu ſiniſtra, & inferior in manu dextera. *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell. glo. p. num.* 36. *vſque ad* 39. & *glo.* 51. *num.* 55. & 56. vbi

12 vlterius animaduertit quod licet Præpoſitus Collegiatæ ſedeat, & incedat in manu dextera ſupra Decanum, nihilominus quia Decanus habet maiores prærogatiuas, aliaſque maioritates, eſt dignitas principalis, & maior *Rot. dec.* 4. *ſub ſub num.* 1. *de elect. in nouiſ. adden. ad Burat. dec.* 488. *li are A. Corrad. in prax. diſpen Apoſtolic. lib* 2. *c* 4. *num.* 7. *verſ reſpondetur ſecundo.*

13 Immo antiquitus in pluribus locis dignius erat ſedere ad ſiniſtram, quam ad dexteram, vt teſtatur *Card. Baronius in Epit. compilat. aſpondan. relat. per Rot. dec.* 488. *coram Burat.* Et apud Romanos dignior erat ſiniſtra tanquam meliorا auſpicij *Gratia. diſcept.* 106. *num.* 43. *ex Plutarc. & Varron. in locis per eum relatis.* Vnde *Euſepius lib. p de vita Conſtantini relat. per Corrad. loco proximè citato* ſcribit ſe vidiſſe in Eccleſia Conſtantinum adoleſcentem obeuntem Prouinciam cum Seniore Auguſto, ſemper ad dexteram eius incedentem, ac proindè non eſt in dubium retorquendum quin Conſtantinus adoleſcens, ac pene priuatus, in loco minus honorato eſſet, quam Senior Auguſtus.

14 Apud tamen Hæbreos dextera potior exiſtimabatur, licet diuino conſilio per Patriarcham Iacob propalato in benedictionibus Efraim & Manaſſem Geneſi 48. mutatæ fuerunt rerum Vices, & ordo, vt ſiniſtra dexteræ præferenda eſſet ita *Card. Baronius anno Chriſti* 213. *in prin. verſ. cur autem viri ſa.* 301. *relat per Gratia. diſcept.* 106. *num.* 44.

15 Quinimo ſecundum Eccleſiæ conſuetudinem Diuus Paulus depingitur à dexteris Chriſti, & Petrus à ſiniſtris, prout etiam in Bullis Pontificijs quæ ſub plumbo expediuntur obſeruatur, & nihilominus Petrus eſt maior Paulo, cum Paulus fuit vas electionis, ſed Petrus ſit lapis fundamentalis, ſuper quo ſpirituale Aedificiũ Eccleſiæ Dei ſubſtinetur, ſed deſignatio huiuſmodi picturæ nõ emanauit ad oſtendendũ præeminentiã, & maiorẽ poteſtatẽ Clauium, ſed ad indicandum miſteriũ temporum ante & poſt Chriſti paſſionem, nam ſiniſtra eſt pars mortis quam Chriſtus habebat tẽpore quo Petrus venit ad Chriſtum ante paſſionem, dextera verò denotat Chriſti immortalitatẽ, quam habuit poſt reſurrectionem, tempore quo Paulus venit ad Chriſtum *Card. Alexandrin. in cap. quamuis* 21. *diſtin. Decius in cap tranſlato in* 2. *lectura num.* 20. *de conſtit. Caſſan. in Cathal. glo. mund. p. p. conſid.* 31. *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancel. glo. p. num.* 36. & 37. *Gratia. diſcept.* 106. *num.* 45. & 46. & *pluribus ſequen. vſque ad fin. vbi alias rationes & opiniones adducit late Carrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic lib.* 2. *c.* 4. *numer.* 7. *Belarmin. de Roman. Pontif lib.* 1. *cap.* 27. *per totum.*

16 Nec eſt admirandum quod Petrus in humiliori loco depingatur, quia Papa licet maior ſit Imperatore Regibus, & mundi Principibus, & ſe habeat erga illos, ſicut ſol erga lunam *cap. ſolitæ de maiorit. & obed. vbi glo. in verb. inter Solem, & Lunam Bald. in cap. bonæ il* 2. *num.* 10. *de poſtulat. Prælatorum* tamen quanto Papa maior, & excelſior eſt tanto humilior omnibus Creaturis ſe exhibet, & propterea ſe *Seruus Seruorum* appellat *cap. relatum* 37. *in fi. de ſent. excommun. latè Gonzal. de regul.* 8. *Cancell. gla* 1. *num.* 40. *vſque ad* 45. *Corrad. in prax. Apoſtolic. diſpenſ. lib.* 2. *c.* 4. *num.* 12. 13. & 14.

17 Quo vero ad Eccleſiæ ſeu Altaris digniorem locum, ſeu partem dexteram, eſt animaduertendum quod dupliciter ipſius Eccleſiæ, ſeu altaris pars dextera conſideratur, vt habetur *in Sacro Ceremonial. Roman. lib* 3. *ſect.* 2. *c* 1 *col.* 4. *in fi. verſ. hoc enim, ac tradit etiam Pariſ. de Graſ. de ceremon. Card. & Epiſcop. cap.* 31. *in prin.* Vno ſcilicet modo reſpectu ipſius Altaris verſi ad Populum, cuius reſpectu dexterum ac dignius eſt Cornu Euangelij, quia illuc dexteram prætendit Crux in medio altaris poſita, ibique legitur Euangelium, quod eſt dignius. Alio vero modo reſpectu Sacerdotis celebrantis verſi ad

Altare,

Altare, cuius reſpectu pars dextera eſt Cornu Epiſtolæ, quia illuc tendit dextera ipſius Sacerdotis ibique Diaconus Sacerdoti aſſiſtit, vt tradit *Caſtald. in prax. Caremon. lib. 1. ſect. 7. n. 8. & 26.* Quamuis Diaconus Subdiacono aſſiſtenti à parte Euangelij dignior ſit *cap. ſtatuimus de maior. & obedien. Petrus Gregor. Syntagma Iur. lib. 16. cap. 7. Rot. in Albinganen. præcedentia 20. Iunij 1653. ſub §. ſecundo quia coram Bichio vbi in fi.* vlterius
18 conſideratur, quod Cornu Epiſtolæ dicitur dextera, habito reſpectu ad ingreſſum Eccleſiæ, quia illud reſpicit pars dextera ingredientium, vt ſenſui patet.

19 Hinc eſt quod in Sacrorum Conciliorum celebratione conſueuit in eorum medio poni Sacroſanctum Dei Euangelium, ad quod omnes conuerſi eſſent, quia illud repræſentabat ipſum Deum ſiſtentem in medio Sinagogę, vnde dignior pars cenſebatur, quam dextera ipſius Dei, ſic repræſentati reſpiciebat, ita vt à dextris eſſent qui habito reſpectu ad ingreſſum ſedebant à ſiniſtra, & è conuerſo a ſiniſtra, qui ſedebant ad dexteram, vt notat *Cardinalis Baronius annal. tom. 3. ann. 325. pag. 273. litera C. & tom. 6. ann. 451. pag. 141. l. C. Card. Belar. in controuer. lib. 1. de Concil. cap. 19. verſ. itaq. Seuerin. binius in not. ad Concil. Nicenum tom 1. Conciliorum General. pag. 314. ſub verſ. quibus ordinibus.*

20 Ex quibus ſequitur quod ſi agatur de iis, qui ſint quodammodo pars altaris, & ab altare regulantur, vel presbyterij, vel de conſeſſu, ſeu inter perſonas illum integrantes, ac per alas ordinibus diſpoſitis ſe inuicem reſpicientes, aut ad populum vertentes, & tunc Cornu Euangelij dicitur dignior *Rot. in dicta Albinganen. præcedentia 20. Iunij 1653. §. primus modus.*

21 Qua ratione in omnibus conſeſſibus pars illa cēſetur dignior, quæ eſt à latere dextero perſonæ primariæ in medio, & e conſpectu adſtantium Sedentis *Anton. de Pret. de iuriſdict. Epiſcop. cap. 6. ſub numer. 56. verſ. ideo qui ſedet ex glo. A lex. Bald. in locis per eum relatis.*

22 In progreſſu verò, ſeu inter perſonas, quæ non ſunt de presbyterio, nec ab altare regulantur, nullamque partem habent in conſeſſu, pars dignior eſt Cornu Epiſtolæ, *Baronius annal. tom. 6. pag. 141. litera* C. ibi alia in progreſſu in conſeſſu ratio alia attenditur *ad tradita per Gauant. in Theſaur. Sacror. Rit. p. 2. tit. 6. num. 4. litera X. pag. 101. & tit. 7. ſub. num. 10. col. 4. litera D. pag. 113. latè Rot. in dicta Albinganen. præcedentia dicto §. ſecundo quia, & duob. ſequent.*

23 Confraternitates igitur laicales, quę nullam partem habent in conſeſſu altaris, & presbyterij *cap. 1. vbi glo. verb. ſecus Altare de vit. & honeſt. Cleric. cap. Sacerdotum de conſecrat. diſtinct. 1. Pateum. de viſitat. p. 2. quæſt. 8. numer. 26. Guglem. Duran. de mod. celeb. Concil. Generul. rub. 55. nu. 2. Rot. in Romana proceſſionis 6. Februar 1615. coram Innocentio X. Et in Pampilonen. Sessionis 16. Ianuar 1640. coram Card. Panzirolo.* Sed progreſſum expectantes, ad altare verſæ turmatim in corpore Eccleſiæ permanent, in ea parte, quæ reſpicit cornu Epiſtolæ, cenſentur ſtare in digniori loco, & præeminentiam habere, reſpectu altarum, quæ ſiſtunt in parte collaterali cornu Euangelij, quod in his terminis reputatur minus dignum, accedente præcipuè communi æſtimatione, vt magiſtraliter *dixit Rot. in dicta Albinganen. præcedentiæ 20. Iunij 1653. coram Bichio §. num igitur Confraternitates laicales.*

SVMMARIVM.

1 Laicis nullum ius habent retinendi ſedem in Eccleſia inuito Epiſcopo, ſed tantum ex eiuſdem gratia & num. 31.

2 Lim. procedere à principio, ſecus poſt quam conceſſus fuit huiuſmodi vſus.

3 Laico quæ remedia competunt pro retentione loci, & ſedis in Eccleſia & num. 4.

5 Ius retinendi ſedem in Eccleſia acquiritur per vnicū actum.

Lim. procedere ſi actus emanauerit animo acquirendi poſſeſſionem, ſecus ſi iure familiaritatis & numer. 6.

7 Vltimus ſtatus attenditur ad effectum manutentionis inter plures contendentes de iure ſedendi in Eccleſia.

8 Laicis competit manutentio in quaſi poſſeſſione iuris ſedendi in Eccleſia.

9 Laicis ex gratia conceditur ius habendi Capellam, ſepulchrum, & iuſpatronatus in Eccleſia.

10 Ius retinendi ſedilia in Eccleſia eſt ad inſtar iuriſpatronatus, & iuris ſepulturæ.

11 Ius ſedendi in Eccleſia acquiritur quoad vſum, non quoad dominium, & ab alio auferri nequit.

12 Ad effectum acquirendi ius ſedendi in Eccleſia ſufficit etiam tacitus Epiſcopi conſenſus.

13 Ex retentione ſtalli in Eccleſia curſu 30. annorum, præſumitur conſenſus ſuperioris.

14 Ex conceſſione retinendi ſedilia in Eccleſia non acquiritur ius irreuocabile reſpectu Eccleſiæ, ſecus autem ad effectum aliis concedendi & num. 15.

16 Ius retinendi ſedilia in Eccleſia tranſit ad quoſcunque hæredes etiam extraneos, & etiam ad fæminas & num. 19.

17 Iuſpatronatus eſt tranſitorium ad quoſcunque hæredes etiam extraneos, ac etiam ad fæminas & n. 18.

20 Ius retinendi ſedilia in Eccleſia non tranſit in fideicommiſſarium, ſed remanet penes hæredem grauatum.

21 Neque eſt tranſitorium ad hæredes extraneos ſi ſit gentilitium, & familiare, ſecus extincta familia, & num. 24.

22 Ius retinendi ſedilia in Eccleſia quando præſumatur gentilitium, & quando hæreditarium & num. 23.

25 Iuſpatronatus conceſſum pro maſculis, ipſis deficientibus tranſit ad fæminas.

26 Laicorum loca in Eccleſiis debent eſſe diſtincta, à locis Canonicorum, & Miniſtrorum.

27 Laici dum diuina celebrantur non debent in Choro ſtare, vel ſedere, & num. 28.

29 In Eccleſia de iurepatronatus laicorum, non poteſt Epiſcopus concedere ius retinendi Sedilia inuito Patrono, & num. 30.

32 Epiſcopus non poteſt præiudicare Eccleſiæ de iurepatronatus laicorum.

33 Epiſcopus habet intentionem fundatam circa exercitium iuriſdictionis in Eccleſiis ſuæ Diœceſis quoad ſpiritualia, ſecus quoad temporalia.

34 Genuflexoria honorifica retineri poſſunt à Dominis loci in Eccleſia.

Præeminentia in Eccleſia, ſeu locus honorabilior, & ius retinendi ſedilia, & ſedendi, an & quomodo per Laicum acquiratur.

ADNOTATIO XV.

1 LAici nullum ius nullamque dominium habere poſſunt in Eccleſijs, in ſedibus, vel ſcamnis, aut ſtallis ad ſedendum inuito Epiſcopo, ſed eius gratia hoc ius permittitur, iuſpatronatus, & ius funerandi. *Hoſt. in cap. abolendæ vbi Io. Andr. num. 2. Arc. & Abb. ſub num. 5. Butr. ſub nu. 3. de ſepult. Petr. de Vbald. de Canonic. Epiſcop. & Paroch. 12. in fi. numer. 5. & 6. tract. tom. 15. p. 2. fo. 239. Lambert. de iurepatron. lib. 1. p. 1. qu. 11. prin. art. 15. num. 2. Roc. eod. tract. in verbo Eccleſia qu. 7. num. 16. Genuen. in prax. Epiſcop. Neapol. cap. 33. num. 27. Gratia. diſcept. 210. nu. 47. & 48. Giouagn. conſ. 8. num. 3. lib. 2. Ciarlin. controuerſ. Forenſ. cap. 119. num. 1. & 2. & cap. 210. num. 1. & 2. p. 2. Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 1. c. 23. num. 34. in fi. Grat. diſcept. 110. nu. 19.*

2 Lim. hoc verum eſſe ſi à principio laicus vellet inuito Epiſcopo ius ſedilium ſibi vindicare, vel acquirere vt egregiè tradit *Giouagn. d. conſ. 8. numer. 23. lib. 2.* ſecus ſi ab initio Epiſcopus, vel Rector Eccleſiæ conceſſit, vel tollerauit, aut paſſus fuit laicum habere ſedile in Eccleſia, nam hoc caſu, ſi ſeruitium Eccleſiæ incommodũ non patiatur, non eſt priuandus, ſed manutenendus in ſua quaſi poſſeſſione, ita vt Rector Eccleſiæ nequeat huiuſmodi ſedile amouere, non tamen per hoc cenſetur laicum acquiſiuiſſe dominium aut proprietatem in Eccleſia, ſed tantum vſum *Pariſ. conſ. 149. num. 12. verſ. etiamſi & ſub num. 10. 24. & 25. lib. 4. Giouagn. conſ. 8. nu. 22. & 23. lib. 2. Gratia. diſcept. 110. num. 13. & 210. numer. 32. ad fin. 40. & num. 51. Ciarlin. controuerſ. Forenſ. cap. 210. num. 16. & 17. & 25. p. 2. Franc. Morc. dec. 275. p. 2.*

3 Siquidem etiam in Eccleſia datur laicis pro conſeruatione ſuæ poſſeſſionis interdictum vti poſſidetis, & mandatum de manutenendo pro conſeruatione ſuæ poſſeſſionis, tenendi ſcanna, ſtallum, vel ſedile in Eccleſia, ſeu in eius aliquo loco eminentiori, & prout quiſque poſſidet, *ad text. in cap. licet cauſam vbi Bald. de probat. Bened. in c. Raynutius in verbo duas habens filias num. 21. verſ. immo ſi eſſet, & verſ. & adhoc de teſtam. Giouang. conſ. 8. numer. 12. lib. 2. Purpur. conſ. 50. num. 19. adden. ad prax. Epiſcop. cap. 34. num. 31. vbi pulchre multa ſubdit, quæ ad hanc materiam conferunt Gratia. diſcept. 110. num. 16. 17. & 18. & 210. num. 56. & 615. nu. 70. Poſt. de manuten. obſer. 80. n. 19. & obſer. 18. n. 25. Ciarlin. controuerſ. Forenſ. cap. 119. num. 9. & cap. 210. num. 13. p. 2. Rot. dec. 378. num. 1. p. 2. recen. & dec. 117. num. 1. poſt Poſt. dicto tract. de manuten.*

4 Vlterius non ſolum datur actio iniuriarum contra amouentem ſcannum de loco in quo laicus habet ius ſedendi in digniori parte Eccleſiæ, *Gratia. diſcept. 110. num. 14.* Verum etiam exiſtens in quaſi poſſeſſione ſedendi in ſuperiori loco, & præcedendi in ſedendo, vel ſtando poteſt etiam armata manu reſiſtere, ei qui vult illum amouere, eiuſque poſſeſſionem turbare *Bald. in l. obſeruare § antequam in fi. ff. de acquir. poſſeſ. Menoch. conſ. 257. numer. 55. lib. 3. & conſ. 902. num. 77. lib. 10. Giouagn. conſ. 8. num. 14. Gratia. diſcept. 110. num. 10. & ſeq. Ciarlin. controuerſ. Forenſ. cap. 119. num. 10.*

5 Quæ quidem ſedendi, & ſtalli, ſeu ſedis ius retinendi in Eccleſia acquiritur etiam per vnicum actum *Menoch. conſ. 226. numer. 5. lib. 2. Marzar. conſ. vltim. lib. p. Abb. in c. cum Eccleſia ſutrina vbi Rip. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Giouagn. conſ. 8. num. 17. lib. 2. Poſt. de manuten. obſer. 18. num. 24. & 25. Gratia. diſcept. 110. num. 17. Ciarlin. controuerſ. Forenſ. cap. 119. num. 6. & 27. & cap. 210. num. 14. p. 2. Rot. dec. 533. num. 2. p. 1. recen.*

6 Dummodo tamen huiuſmodi actus fuerit factus animo acquirendi huiuſmodi poſſeſſionem, & per ſe talis ſit, vt aptus, & ſufficiens reddatur ad eandem acquirendam, ſecus autem ſi iure familiaritatis emanaſſe dignoſcatur *ad text. in l. qui iure familiaritatis ff. de acquir. poſſeſ. Poſt. in tract. de manuten. obſer. 18. num. 46. Ciarlin. dicto cap. 119. n. 7.*

7 Vnde quando agitur inter plures patronos de loco, ſtallo, & iuris ſedendi pertinentia contendentes, ad effectum manutentionis ſufficit vnicus actus, & vltimus ſtatus attenditur *ad text. in cap. conſultationis vbi Abb. n. 2. & 9. de iurepatr. cap. querelam de elect. Aloiſ. Ric. in prax. for. Eccleſiaſt. p. 1. reſol. 132. num. 1. Ciarlin. controuerſ. Forenſ. cap. 119. num. 53. p. 2.*

8 Maximè, ſi non agatur de dominio alicuius rei, ſed tantum de iure ſedendi, & vſu ſtalli, cuius iuris laici ſunt capaces, & in tali vſu, & iure ſedendi in Eccleſia poſſunt manuteneri *Hoſtien. in cap. abolendæ n. 20. Gratia. diſcept. 110. n. 14. Giouagn. conſ. 8. n. 5. Ciarlin. d. cap. 119. n. 54.*

9 Etenim ſicut ex gratia laicis conceditur ius habendi capellam, ſepulturam, ſeu ius funerandi, & iuſpatronatus ad beneficia *cap. 1. & 2. cap. quoniam de iurepatron. & notant. Doctor. in cap. quanto de iudic. Genuen. in prax. Epiſcop. Eccleſ. Neapol. cap. 33. n. 25. vſq. ad 27. Gratia. diſcept. 210. nu. 48. Ciarlin. controuerſ. Forenſ. cap. 210. n. 22.*

10 Ita ex gratia laicis conceditur ius retinendi ſcamna, ſedilia, banchas, & ſcabella in Eccleſia, ad ſimilitudinem iuriſpatronatus, cuius quaſi naturam obtinet, & eiuſdem ferè iuris, & prærogatiuæ cenſetur, ita vt largo modo etiam iuſpatronatus nuncupetur, & eiſdem regulis gubernatur, ſicut etiam ius ſepulchrorum obtinet vt traduot omnes *in cap. pen. de ſepult. & præcipuè Hoſtien. n. 20. And. n. 2. in fi. Anch. ſub n. 5. Abb. n. 5. verſ. quidquid & verſ. & idem, Butr. num. 3. verſ. & idẽ in fi. Zabarel. n. 5. & in fi. Io. de Anan. n. 4. Giouagn. conſ. 8. n. 8. lib. 2. Lambert. de iurepatron. lib. 1. p. 1. q. 11. prin. art. 15. n. 1. Viuia. eod. tract. lib. 3. c. 2. n. 55. Gratia. diſcept. 110. nu. 19. & diſcept. 210. n. 32. 46. & 50. cum alijs per Ciarlin. dicto cap. 210. n. 23. 24. & 25. Gratia. diſcept. 210. n. 50. tom. 2.*

11 Vnde poſt quam gratia conceſſa fuerit, licet quoad dominium nemo poſſit dicere iſte locus

G

Digitized by Google

eſt meus, quantum tamen ad vſum bene poteſt
dicere Io. de Anan. in cap. pen. num. 4. quem ſe-
quitur Giouagn. conſ. 8. nu. 9. verſ. vbi ait relat.
per Ciarlin. controuerſ. forenſ. c. 210. n. 24. & 25.
vt eidem auferri nequeat dictum ius ſtalli, & ſe-
dendi in eo vt ex Giouagn. & Gratian. concludit
idem Ciarlin. loco citato n. 25.

12 Neque ad effectum, acquirendi huiuſmodi ius
requiritur expreſſus Epiſcopi conſenſus, ſed ſuf-
ficit etiam tacitus, qui reſultat, vel ex tolleran-
tia eiuſdem Epiſcopi, vel ex eo quod ſcamnum
retineatur in loco patenti, & Epiſcopus non
contradixerit, Giouagn. conſ. 8. num. 23. lib. 2.
Gratia. diſcept. 210. n. 51. Ciarlin. controuerſ. fo-
renſ. c. 210. n. 19. p. 2. & in puncto retentionis ſe-
pulturæ in loco patenti dixit Rot. dec. 222. num. 4.
p. 1. diuerſ.

13 Quinimo ex curſu 30. annorum retentionis
ſtalli in Eccleſia præſumitur conſenſus ſuperio-
ris, & eius beneplacitum glo. in c. pernenit vbi
Imol. num. 10. & 12. de empt. & ven. Alex. conſ.
1. num. 20. conſ. 17. num. 8. lib. 4. conſ. 50. num. 7.
lib. 5. Gozal conſ. 73. num. 20. & 21. Curt. iun.
conſ. 10. num. 31. conſ. 113. num. 97. lib. 3. Ciarlin.
controuerſ. forenſ cap. 210. num. 19. Seraph. dec.
1042. num. 2. dec. 1228. num. 1.

14 Ex huiuſmodi tamen beneplacito, & ex eadẽ
expreſſa conceſſione retinendi ſedile in Eccleſia,
& iuris in eo ſedendi, non acquiritur ius irreuo-
cabile, ita vt liberum non ſit Rectoribus tollere
impedimenta Eccleſiarum, & amouere ſubſellia,
quando Eccleſiæ neceſsitas, ſeu ſeruitium exigat,
ſecus verò ſi non tractatur de ſeruitio Eccleſiæ,
nam hoc caſu non poteſt Rector tollere locum
vni, & dare alteri, quia ius vni conceſſum reti-
nendi in Eccleſia ſedilia ex gratia, quoad vſum
tribuit ius irreuocabile, & Rector non poteſt il-
lud tollere ad libitum Giouagn. conſ. 8. numer. 9.
verſ. falſum & num. 20. 21. & 22. Gratia. diſcept.
110. num. 19. March. dec. 275. numer. 3. cum alijs
per Ciarlin. controuerſ. forenſ. c. 210. num. 37. &
38. & 39. vbi quod in ijs terminis intelligi de-
15 beãt conſtitutiones ſynodales diſponentes quod
nullum ius irreuocabile acquiratur per conceſ-
ſionem ſedilis in Eccleſia, cum regulari debeant
ſecundum diſpoſitionem iuris communis vt tra-
dit etiam Gratia. diſcept. 947. nu. 15. & diſcept.
972. num. 11.

16 Neq; hoc ius morte diſſoluitur, niſi conſtet
quod limitate conceſſum fuerit, ſed tranſit ad
quoſcunque hæredes etiam extraneos ſicut ius
ſepulchrorum l. ius ſepulchri, & l. ſi ſepulchrum
C. de relig. & ſumpt. fun. Mulin. de primo-
gen. Hiſpan. c. 23. numer. 35. lib. p. Gratia.
17 diſcept. 210. num. 37. Et ſicut iuſpatronatus ad
cuius ſimilitudinem præfatum ius regulatur eſt
tranſitorium non ſolum ad quoſcunque hæredes
extraneos cap. 1. de iurepatron. Couar. var. reſol.
lib. 2. c. 18. n. 6. Viuian. de iurepatron. lib. 4. c. 2.
num. 1. & ſeq. Seraph. dec. 364. num. 3. dec. 378.
num. 1. & ſeq. dec. 456. n. . . ſed etiam ad fæmi-
18 nas hæredes Abb. in cap. 1. n. 3. de iurepatron Vi-
uian. de iurepatronat. lib 4. c. 2. n. 7. vbi ita ſæpe
firmaſſe Rot. ita etiam hoc ius ſediliũ eſt tranſi-
19 torium nè dum ad quoſcunque hæredes extra-
neos, ſed etiam ad fæminas hæredes, in quorum
præcipuè commoditatem deſeruiunt Giouagn.
conſ. 8. num. 20. lib. p. Ciarlin. controuerſ. fo. euſ.
c. 119. num. 4. & cap. 210. num. 26. vſque ad 29.
par. 2.

20 Limita tamen quod hoc ius ſicut alia iura ho-
norifica velut iuſpatronatus, ius ſepulchrorum,
& ſimilia, non tranſit ad fideicommiſſarium,
ſed remanet penes hæredem grauatum ad text. in
l. quia perinde §. 1. l. ſi patroni filius ad Trebel. l. ſi-
quis fuit hæres de relig. & ſumpt. fun. Peregrin.
de fideicom. art. 0. num. 38. Anton. Gomez. var.
reſol. p. 1. c. 5. numer. 29 verſ. nec obſtat Ciarlin.
controuerſ. forenſ. cap. 1. num. 44. 45. & 46. &
magis in puncto ſedilium cap. 119. num. 5. p. 2.

21 Limita ſecundo ſi hoc ius eſſet gentilitium,
& familiare & non hæreditarium, nam tunc non
eſt tranſitorium ad hæredes extraneos, ſed ſolum
ad eos de familia etiamſi nõ ſint hæredes defun-
cti Ric. collet. dec. 897. Roc. de iurepatron. in ver-
bo ipſe velut q. 33. in fi. & in terminis ſedilium
Ciarlin. controuerſ. 119. num. 33. in fi.

22 Præſumitur tamen gentilitium, vel familiare
ſi in ipſis ſedilibus reperiantur domus inſignia
impreſſa Gabr. conſ. 196. num. 10. Cocrin. dec. 230.
num. 1. Rot. dec. 13. num. 3. dec. 518. num. 5. p. 1.
Seraph. dec. 1075. num. 5. & in puncto Ciarlin. di-
cta controuerſ. 119. num. 30.

23 Si verò non appareat qualiter fuerit conceſsũ
præſumitur potius hæreditarium, quam gentili-
tium Viuian. de iurepatron. lib. 4. c. 2. num 4. Ric.
dec. 60. dec. 72. p. 2. & de iurepatron. reſol. 202.
num. 6. Ciarlin. controuerſ. forenſ. cap. 1. num. 10.
& in puncto ſedilium controuerſ. 210. num. 30. p. 2.

24 Extincta tamen familia remanet tranſitorium
ad hæredes quoque extraneos, ſicut hoc caſu
etiam iuſpatronatus gẽtilitium efficitur hæredi-
tarium eiuſque naturam aſſumit, & ad hæredes
extraneos tranſire poteſt latiſsimè Viuian. de iur.
patr. lib. 4. c. 9. num. 2. vbi ſubdit, quod iuſpa-
25 tronatus conceſſum pro maſculis ex pacto, ipſis
deficiẽtibus tranſeat ad fæminas Seraph. dec. 304.
num. 2. verſ. is tamen, & n. 4. 5. 6. & 7. vbi contra-
rijs reſpondet dec. 368. num. 1. 2. & per totam Ciar-
lin. controuerſ. forenſ. cap. 1. num. 24. & cap 107.
num. 3. & in terminis ſedilium controuerſ. 210. nu.
31. & 32.

26 Laicorum verò loca in Eccleſia eſſe debent di-
ſtincta, à locis Canonicorum, & miniſtrorum in
diuinis inſeruientium Sac. Cong. Rituum in Elbo-
ren. 8. Ianuar. 1605. de qua Barboſ. de canon. &
dignit. cap. 34. num. 22. & in ſum. Apoſtolic. deciſ.
collect. 442. num. 2.

27 Et dum diuina celebrantur non debent laici
inter Canonicos, vel alios Eccleſiæ præbendatos
in Choro ſtare, vel ſedere Sac. Cong. Rit. in Com-
poſtellana 4. Februar. 1600. de qua Barboſ. dicto
cap 34. ſub n. 22. & dicta collect. 442. num. 1. 2. &
28 3. vbi quod nec debeant occupare loca, ſeu ſtel-
la dignitatum, & Canonicorum, & præbendarũ
in presbyterio Sac. Cong. Rit. in Granaten. 24.
Octobr. 1609. teſte Sell. in ſelect. canon. cap. 18.
num. 47.

29 In Eccleſia vero de iurepatronatus Laicorum
non poteſt Epiſcopus concedere ius quoad vſum
retinendi ſedilia inuito, & reclamante Patrono,
cui ſingulariter ſpectat defenſio propriæ Eccleſiæ
à qua-

ꝗ qualibet ſeruitute, vt firmauit *Rot.* in ſequenti deciſione.

DECISIO SACRAE ROTAE ROMANAE

Coram R.p.d. Cerio Decano.

In cauſa Taurinen. Scamni.

Ven. 26. Februarij 1666.

30 AD fauoré Cõmunitatis Tauagniaſchi ipſa tantum informante reſponſum fuit Comiti fabritio non licere apponere ſcamnum in Eccleſia S Margaritę eiuſdem loci, quia cum hæc probetur de iurepatronatus Cõmunitatis ex datis in *Summario num.* 3. vtique ad eam tamquam patronam ſpectat defenſio propriæ Eccleſiæ à qualibet ſeruitute vt probat *Lambert. de iurepatron. art.* 2. *quæſt.* 1 1. *prin. prim. part.* 1. *lib. n.* 1 2. *dixit Rot. coram Card. Caualer. dec.* 321. *nu.* 4.

31 Et parum refert, quod Comes collitigans habuerit conſenſum Epiſcopi, quo mediante poſsit Laicus acquirere ius ſedendi in Eccleſia, de quo laté *Giouan. reſponſ.* 3. *num.* 5. *cum ſeq. lib.* 2. quia cum in hac Eccleſia nullus vnquam conſueuerit ſimilia ſcamna retinere, eaumque appoſitio ob anguſtiam ſitus eſſet impedimenti non videtur

32 ſufficiens conſenſus Epiſcopi, qui Eccleſiæ de iurepatronatus nullo modo valet præiudicare, *per text. in cap monaſterium* 16. *q.* 2. *& facit glo. in cap. vobis* 25. *verb. in Capella de iurepatron.*

33 Licet enim Epiſcopus habeat intentionem fundatam circa exercitium iuriſdictionis in omnibus Eccleſijs propriæ diœceſis, id tamen procedit quoad iuriſdictionem ſpiritualem, non auté quoad ea, quæ reſpiciunt temporalia, vt eſt apponere ſcamnum in Eccleſia textus eſt expreſſus in *cap. cum venerab. de Religioſ. dom.* ibi *Vos ab impetratione ipſius quoad temporalia eiuſdem Eccleſiæ duximus abſoluendos.*

34 Quo vero ad genuflexoria honorifica eorumque retentionem in Eccleſijs non prohibetur dominis loci, vel Gubernatori, qui ipſum Dominũ repræſentat, cum in hoc non aduerſetur Cæremoniale, nec alia lex, nec conſtitutio dummodo extra presbyterium retineantur, ſeu collocata exiſtant eaque amouere non licet, immo debent Epiſcopi omni ſtudio incumbere conſeruationi amicitiæ cum Principibus ſecularibus, & concedere ea, quæ eorum honorificentiam concernunt, citra tamen præiudicium Epiſcopalis dignitatis vt admonet *Altograd. conſ.* 1. *num.* 62. *lib.* 2. *relat. per Pignatel. conſult. canon.* 7. *num.* 31. *& c.*

SVMMARIVM.

1 Epiſcopus in celebratione Synodi Diœceſanæ primum locum habere debet.
2 Maior dignitas in eminentiori loco ſedere debet.
3 Vicarius Epiſcopi in Synodo debet habere ſecundũ locum contrar num 4.
4 Abbates quem locum habere debent in Synodo.
5 Archidiaconus quem locum habeat in Synodo.
6 Archipreſbyter vbi ſedere debeat in Synodo.
7 Cantor. Primicerius Sacriſta quem locum habere debeant in Synodo.
8 Dignitates prout digniores conſuetudine, vel conſtitutione reputantur præferendæ ſunt.
9 Canonici Cathedralis, & Collegiatarum quem locũ debent habere in Synodo diœceſana, & in Prouinciali.
10 Archipresbyteris, & Plebanis, qualis locus tribuatur in Synodo.
11 Beneficiati ſimplicium beneficiorum quem locum habeant in Synodo.
12 Clerici ſimplices, quem locum habeant in Synodo.
13 Religioſi, & Monachi, quem locum habeant in Synodo.
14 Laici quem locum habeant in Synodo.
15 In prælationibus, & ſeſſionibus attendenda eſt locorum conſuetudo.
16 Metropolitano in Concilio Prouinciali debetur primus locus.
17 Archiepiſcopus titularis, ſeù alias translatus ad Eccleſiam ſuffraganeam, quomodo ſedere debet in Concilio Prouinciali.
18 Abbates habentes iuriſdictionem quomodo ſedere debeant in Synodo.
19 Capitulum Cathedralis ſi in Concilio interueniat Sede vacante præcedit Abbatibus iuriſdictionem habentibus.
Secus ſede non vacante, cum ſolum alijs inferioribus Abbatibus præcedat & num. 20.
21 Abbates Benedicti præcedunt Commendatarijs.
22 Dignitates quem locum obtineant in Concilio.
23 Procuratores quem locum habeant in Concilio.
24 Clerici ſeculares præcedunt Regularibus in Concilio.

Ordo ſedendi in Synodo ſeu præcedentia quibus debeatur.

ADNOTATIO XVI.

1 IN ſynodi Diœceſanæ celebratione primus locus Epiſcopo debetur, cum Epiſcopus reputetur capue non tam Synodi, quam totius diœceſis, cuius membra ſunt ſubditi *arg. c. nouit de ijs, quæ fiunt à Prælat. & notat. in c cũ non liceat de præſcript* vndè quia eſt maioris dignitatis ad ſuperioritatem oſtendendam in eminentiori loco ſedere debet *c. ſolitæ & ibi Imol. de maiorit. & obedien. Bot. de Synod. p* 3. *num.* 10. *& ſeq. Maſſobr. de Synod. diœceſana cap.* 4. *dub.* 6. *n.* 2. 3. *&* 4.

3 Secundus locus debetur Vicario Epiſcopi, quia Vicarius, & Epiſcopus ſunt vna, & eadem perſona *Nauar. de maior. & obedien. conſ.* 3. & ideo eſt honorandus ſicut perſona Epiſcopi *iuxta text. in cap. præcipimus* 93. *diſt.* nam qui magis participat debet eſſe magis vicinus, vt ars naturam imitetur *arg. l. qui bis idem ff. de verb. oblig.* & late comprobat *Maſſobr. de Synod. diœceſ. cap.* 4. *dub.* 6. *à num.* 11. *vſque ad* 62. cum alijs ſupra copioſè adductis in *Adnot.* 5.

4 Sed *Bottous de Synodo p.* 3. *num.* 10. ſecundum locum aſsignat Abbatibus, & tertium Vicario Generali, quartum locum ſubdit competere Ar-
5 chidiacono tamquam maiori Archipresbytero, & alijs inferioribus dignitatibus, quintum locum
6 aſsignat Archipresbytero, qui pariter dicitur habere dignitatem, vt tradit *Maſſobr. de Synod. diœceſ. c.* 4. *dub.* 6. *à num.* 5. *vſque ad* 10. *& à numer.* 63. *vſque ad* 67.

7 Sextum locum ſecondum eundem *Botteum* debet habere. Cantor, ſiue Primicerius *cap. de primicer.* ſeptimũ Sacriſta, octauum Cuſtos *Maſſobr. loco citato nu.* 68. 69. *&* 70.

8 Ve-

8 Verum quia inter dignitates ordo variatur
pro locorum diuerſitate, conſuetudine, vel con-
ſtitutione, ideo præferenda erit illa dignitas, quæ
ſecundum communem exiſtimationem, vel ex
conſuetudine, vel conſtitutione proprima, &
aliæ quæ pro 2. 3. & 4. reputantur, vt bene ani-
maduertit *Maſſobr. d.c. 4. dub. 6. numer. 71. & ſequen.*

9 Nonus locus poſt dignitates præſcribitur Ca-
nonicis Cathedralis, qui dicuntur Clerici primi
gradus propterea præcedere debent in Synodo
*Henr. Botter. de Synod. p. 3. num. 27. Io. Franc.
Leon. in Theſaur. for. Eccleſ. p. 1. tit. eod. cap. 9.
num. 4 Rot. dec. 3. numer. 2. p. 5. recen.* Decimus
veró Canonicis Collegiatarum, qui dicuntur
Clerici ſecundi ordinis, & præferuntur Curatis,
vt ex eodem *Botter. Maſſobr. d.c. 4. dub. 6. num.
73. & 74.*

10 Vndecimus verò locus adiudicatur Plebanis,
ſeu Archipresbyteris Ruralibus. Duodecimus
Curatis, ſeu Rectoribus Parochialium iuxta
ordinem, & eorum antiquitatem *c. ſtatuimus de
maior. & obedien.* Decimus tertius beneficiatis
poſſidentibus ſimplicia beneficia, ſecundum eo-
rum anſianitatem, & ordinum ſuſceptionem, &
non ſecundum tempus acquiſitionis beneficij
Maſſobr. de Synod. c. 4. dub. 6. num. 78.

12 Decimus quartus locus daudus eſt Clericis
ſimplicibus iuxta eorum ordines, etenim præferri
debent omnibus religioſis, tamquam antiquio-
13 ris inſtitutionis. Decimus quintus verò Religio-
ſis, & Monachis in caſibus, in quibus accedere
tenentur ad Synodum iuxta eorum antiquita-
tem, Decimus ſextus demum, & vltimus laicis,
14 in caſibus, quibus interueniāt. *Maſſobr. de Synod.
Diœceſ. cap. 4. dub. 6. num. 79. 80. & 81.*

15 Quæ de plano procedunt niſi aliter conſuetu-
dine introducta obſeruatum fuerit, nam tunc
omnino in huiuſmodi prælationibus, & ſeſsioni-
bus maximè attendenda eſt locorum conſuetudo
*glo. in cap. penult. de offic. deleg. in verb. electis, de
offic. deleg. in 6. & latè diximus in 2. Adnot*

16 In Concilio Prouinciali primus locus debetur
Metropolitano *cap. placuit 18. diſt.* ſecundus Ar-
17 chiepiſcopo, ſiue ſit titularis, ſiue alias prouiſus,
ac tranſlatus ad Eccleſiam ſuffraganeam, cum
in memoriam Archiepiſcopalis dignitatis præ-
cedere debeat alijs Epiſcopis etiam antiquiori-
bus, & Synodo Prouinciali ſedere immediatè
poſt Metropolitanum vt tradit *Antonel. de tem-
pore legali lib. 2. cap. 57. num. 3.*

18 Poſt Epiſcopum ſedere debent Abbates &
alij Prælati habentes Populum, ac proprium
Territorium, iuriſdictionemque Epiſcopalem
exercentes intra ipſius Prouinciæ limites, cum
iſti dicantur Ordinarij locorum, propterea cæte-
ris Prælatis inferioribus præferendi, *Quaranta in
ſum. Bullar. in verbo Concilium Prouinciale nu. 3.
cum alijs per Antonel. de tempor. legal. lib. 2. cap.
57. num. 4.*

19 Capitulum ſeu Canonici Eccleſiarum Cathe-
dralium ſi interueniant in Concilio Prouinciali
Sede vacante veniunt præferendi etiam Abbati-
bus, & alijs Prælatis habentibus Epiſcopalem
iuriſdictionem, quia tunc capitulariter congre-
gati repræſentant Epiſcopum, & in eius iuriſdi-
ctionem ſuccedunt, *Quarant. in ſum. Bullar. in
verb. Capitulum Sede vacante qu. 5. Ric. in prax.
p. 1. reſol. 226. & p. 4. reſol. 271. & 274. Dian.
reſol. moral. p. 8. tract. 4. reſol. 22. Antonel. de
tempor. legal. lib. 2. cap. 57. num. 16.*

20 Si verò interueniant ſede non vacante, licet
capitulariter ſedentes, non præcedunt Abbatibus
iuriſdictionem habentibus, præcedunt tamen
alijs Abbatibus, & Prælatis inferioribus non ha-
bentibus Epiſcopalem iuriſdictionem, item Ab-
21 bates Benedicti, & qui vſum mitræ habent præ-
22 cedunt Commendatarijs, poſt hos locum obtine-
23 re debent dignitates, poſtea collocandi ſunt
Procuratores *iuxta declarationem Gregor. XIII.
de qua Piaſec. in Prax. Epiſcop. p. 2. cap. 2. tit. de
Synodo verſ. capiunt poſtmodum, & verſ. ſeq.* &
24 demum omnes Clerici ſæculares præcedere de-
beot Regularibus, quia Cætus Clericorum ſæcu-
larium nobilior eſt Cætu Monachorum vt ex eo-
dem *Piaſec. loco proximè citato docet Antonel. de
tempore legal. lib. 2. cap. 57. num. 15.*

SVMMARIVM:

1 Congregatio Vallis Vmbroſæ præcedit Ciſtercienſibus.
2 In materia præcedentiæ membra non debent ſeparari à capite.
3 Vnio ordinum, vel beneficiorum non facta per viam extinctionis, & ſuppreſſionis tituli non inducit mutationem ſtatus.
4 Vnio facta æque principaliter conſeruat prærogatiuas, & priuilegia rerum vnitarum in ſuo ſtatu antiquo, prout antea erant.
5 Præcedentia debetur Regularibus, quorum Regula fuit fundata, & approbata.
6 Per vnionem ſiue acceſſoriè, ſiue æquè principaliter factam membra vnita efficiuntur vnum corpus, vt nequeant diuerſo iure cenſeri.
7 Ordo in præcedentijs introductus non eſt peruertendus.
8 Vnio non cenſetur facta in præiudicium tertij Declara, vt ibidem.
9 Vnicus actus ſufficit pro manutentione.
10 Manutentio eſt concedenda conſtito de bono iure.

Religiones, & Ordines ſi vniantur Ordininibus, præcedentiam habentibus an conſequantur hanc prærogatiuam in præiudicium aliorum, quibus non præcedebant.

ADNOTATIO XVII.

Fuit huiuſmodi dubium propoſitum in Sacra Rota Romana, matureque diſcuſſo emanauit infraſcripta deciſio.

DECISIO SACRAE ROTAE ROMANAE.

In cauſa Romana Præcedentiæ.

Lunæ 3. Martij 1664.

Coram R.p.d. Beuilaqua.

SAnctiſsimus D.N. Alexander VII. Congregationes Vallis Vmbroſæ, & Sylueſtrinorum nuncupa-

cupatorum, omniaq; & ſingula vtriuſq; illarum
monaſteria, Grangias, Conuentus, membra, &
alia loca Regularia ad illos quomodolibet ſpe-
ctantia in vnam Congregationem Vallis Vmbro-
ſæ, & Syluestrinam nuncupatam per ſuas literas
ſub die 29. *Martij* 1662. datas perpetuo vniuit,
& coniunxit, cuius vnionis occaſione orta con-
trouerſia inter dictos Monachos Syluestrinos, &
Ciſtercienſes quis eorum deberet præcedere in
proceſſionibus, ad illam definiendam propoſito
hodie dubio, ſub die 4. Iulij præteriti dum actum
fuit de attentatis, dato an, & de cuius bono iure
conſtaret, etiam ad effectum manutentionis, ad
fauorem Syluestrinorum capta fuit reſolutio, nã
eo ipſo, quod ipſorum Congregatio eſt vnita
1 alteri Vallis Vmbroſæ, ſicuti dum Ciſtercienſium
Ordo multo poſtea inſtitutus de præcedentia nõ
contendit, ſemperq; illam ei ceſsit, ita non po-
teſt controuertere Syluestrinos ratione huius
vnionis vnum corpus effectos, & ſub eodem Ve-
xillo incedentes, ne alias contra iuris regulas in
2 materia præcedentiæ potiſſimum ſeruandas mem-
bra à capite ſeparentur *cap. 1. diſt. 12. cap. cum non
liceat* 12. *de præſcript. Felin in cap Paſtoralis ſub
num.* 10. *de offic. deleg. Marcabr. ab Anguil. conſ.*
54. *num.* 56. *Gratian. diſcept foreuſ. cap.* 111. *nu.*
3. *Barboſ. de canon. & dignit. cap.* 18. *a num.* 44.
Rot. coram S M. Gregor. XV. dec. 84. *nu.* 3. *&* 4.
& in recen. dec. 111. *num.* 4. *&* 5. *p.* 5. *tom.* 1. *&
in Ampurien. Ciuitaten præcedentię* 28 *Nouemb.*
1659. *&* 19. *Aprilis* 1660. *coram Reuerendiſſ.
Papien.*
3 Non obſtat quod Pontifex vniendo has Con-
gregationes non proceſsit per viam extinctionis,
& ſuppreſsionis tituli, & nominis Syluestrinorũ,
nec adeo ſubiecit Vallis Vmbroſæ, vt amiſerit
ſtatum ſuum, & quodamn odo facta ſedes, & de-
pendens ab illa, cui fuit vnita *cap. recolentes* §. *ſi
enim relictis de ſtat. Monach. glo. in cap. 1. in ver-
bo vniendo ne Sede vacant. Gonzal. ad reg. 8. Can-
cel. glo. 5.* §. 7. *num.* 27. *&* 133. *Viuian. de iurepa-
tron. lib.* 15. *cap.* 5. *num.* 6. *&* 18. ſed ad inuicem
æque principaliter vnitę, & coniunctæ fuerunt,
vt deſumitur ex illis verbis Bullæ vnionis, ibi
*Congregationes Monachorum Vallis Vmbroſæ, &
Syluestrinorum in vnam Congregationem, quæ Con-
gregatio Vallis Vmbroſa, & Syluestrina Ordinis
Sancti Benedicti nuncupatur, & coniunctis ambarum
Congregationum prædictarum inſignibus perpetuo
coniungimus, & vnimus.* Ex quo vniendi modo
4 quælibet Congregatio retinet ſuas prærogatiuas,
& præeminentias in ſuo ſtatu antiquo, & honore
remanet, *ad tex. in cap decimas in fi glo in cap.
temporis* 20. *qu.* 11. *Bald. in l. 2. in prin C. com-
mun. de legat & in conſ.* 254. *n.* 4. *lib.* 4 *Gonzal d. ℭa
glo.* 5. §. 7. *num.* 28. *&* 55 *Garz. vbi ſupra nu.* 7.
in fi. & 1 *um.* 37. *Mandoſ. conſ.* 27. *Lotter. de re
benefic. lib.* 1. *qu.* 8. *num.* 96. *&* 97. *& lib.* 2. *q.* 8.
num. 87. *Viuia. vbi ſupra num.* 7 *&* 27. *Barboſ.
de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 66. *num.* 50. Vn-
5 de inferebatur quod ſi de præterito, & ante vnio-
nem iura Syluestrinorum ſalua permanent, & in
manibus ſtatus antiqui conſeruatur, non poſſunt
prætendere præcedentiam, ſed debetur Ciſtercien-
ſibus, quorum regula fuit primo fundata, & ap-
probata *cap. 1. & cap. ſtatuimus de maior. & obed.
glo. in cap. quorundam in verbo Prædicatores de
elect in* 6. *Port. Imol. conſ.* 167. *num.* 54. *&* 55
Gam. dec. 1. *numer* 1. *Seraph. dec.* 326. *num.* 7. &
in terminis ſimilis præcedentiæ inter eoſdem Syl-
ueſtrinos, & Oliuetanos, *Thob. Non. conſ.* 71.
num. 33.
Quoniam reſponſum fuit ex dicta vnione
quomodolibet facta in dubio educi, quod Papa
voluerit vtrumq; ordinem in vnã ſolum Congre-
gationem, & corpus redigere, quę ab vno tantũ
capite, ſcilicet Abbate Generali alternatim ex
profeſſoribus dictarum Congregationum inſi-
mul vnitarum eligendi, redigi, & gubernari, quo
6 ſit vt ſiue acceſſoriè, & ſubiectiuè ſiue potius
æque principaliter emanauit, hæc duo membra
non cõſiderantur amplius vt diſiuncta, ſed vnum
corpus ad finem, vt eodem iure, non autem di-
uerſo cenſeri, & regulari debeat *ad tex. in cap.
quia circa* 22. *de priuil. & cap. cum in tua de de-
cim. cap. cum non deceat, vbi Felin. n. . . de præ-
ſcript. Federic. de ſen. in conſ.* 151. *num.* 1. *& ſub
numer.* 3. *verſ. item conſtat Gemin. conſ.* 32. *num.*
9. *verſ. probatur primo Decian. reſponſ.* 32. *num.*
28. *lib.* 2. *Mareſcot. var. lib.* 1. *reſol.* 69. *num.* 20.
& 24 Rot. *in Toletana iuriſdictionis* 9. *Maij* 1659.
§. *tum, & ſequentibus coram me.*
7 Accedente præſertim quod ſi aliter daretur in-
terpetratio, & permitteretur, quod inter has
duas Congregationes, vnum, & idem corpus nũc
factũ eſſet incederent Monachi Ciſtercienſes, maxi-
mum abſurdũ, & inconueniens ſequeretur, quod
tali confuſione perueteretur ordo in præceden-
tijs introductus, & ſummoperè attendendus, *cap.
vt vlumus* 89. *diſtin. l.* 1. *&* 2. *C. vt dignit. ord.
ſeruet. lib.* 12. *Menoch. conſ.* 226. *num* 1. *Ciriac.
controuerſ tur.* 201. *num.* 19. *& contr* 102. *nu.* 12.
Rot. dec. 658. *num.* 3. *&* 4. *poſt Modern. Peruſin.
de manut. coram bon. mem. Merlin. dec.* 632. *& in
Oppiden. proceſſionum* 18. *Maij* 1643. *coram* R. *p.
d. Veroſpio.*
8 Nec quidquam releuare viſum fuit id quod
dicebatur vnionem regulariter præſumi factam,
ſine præiudicio tertij, intelligitur de alio prę iudi-
cio reſultante ex materia, & qualitate ipſius
vnionis, non enim de eo, quod venit in neceſſa-
riam conſequentiam, vt habetur in *Extrauag.* 2.
de conceſ. præben. Rebuſ. *in prax. tit. de erect. in
Collegiatam ſub verſ in hac erectione Oltrad. conſ.*
370. *in fi. Sarnen. ſuper reg. de iur. quæſit. non
tollen qu* 3. *Seraph. dec.* 144 *num.* 4. *Millin. dec.*
198. *Coccin. dec* 500. *num.* 2.
Conſtito igitur ex prędictis de bono iure Syl-
ueſtrinorum DD. reſoluerunt eiſdem quoq; dan-
dum eſſe mandatum de manutenendo in poſſeſ-
ſione præcedendi Ciſtercienſes, prout illos de an-
nõ 1662. in ſolemni proceſſione Rogationum
ad præſcriptum vnionis cum Monachis Vallis
9 Vmbroſæ præceſſiſſe deponunt teſtes relati in
Summar. qui actus licet vnicus ſufficit pro ma-
nutentione, per *text. & glo. in cap. conſultationi-
bus de iurepatron. Bart. in l.* 1. §. *hoc interdicto ff. de
interdict. actuque priuat. Abb. in cap. cum Eccle-
ſiam numer.* 23. *&* 161. *de cauſ. poſſeſſ. & pro-
prietat. Menoch. conſ.* 126. *nu.* 6. *Gratian. diſcept.
foreuſ. cap.* 310. *num.* 16. *Rot. dec.* 229. *numer.* 5.
& dec. 258. *ner.* 1. *poſt Modern. Peruſ. de manuten.*

10 Non

10 Non afficit quod hæc poſſeſsio non ſuffrage-getur ad acquirendam manutentionem attenta, proteſtatione facta à Monachis Ciſtercienſibus, contra quos voluit acquiri, quia cum ex ſupra firmatis Sylueſtrini neceſſario debeant incedere cum Monachis Vallis Vmbroſæ, ex hoc enim dicitur conſtare de bono iure etiam ad effectum, vt debeant in poſſeſſione manuteneri ad tradita per *Rot. dec. 200. numer. 1. & 6. penes eundem Poſt. de manuten.* fuit concluſum vtraq; parte informante.

SVMMARIVM.

1 Præbenda Theologalis vbi non eſt conſtituta per primam præbendæ vacationem in Cathedrali cenſetur conſtituta.
2 Canonicus Theologus non præcedit alios Canonicos, ſed ſedere debet in loco ſui Canonicatus.
3 Præbenda Theologalis non eſt dignitas.
4 Canonicus Pœnitentiarius non eſt dignitas, nec præcedit alijs Canonicis.
5 Pœnitentiarius ante quam obtineat præbendam non habet locum nec in Capitulo, nec in Choro, & non percipit diſtributiones quotidianas, ſecus poſt obtentam & nu. 6.
7 Pœnitentiarius pro tempore quo audit Confeſſiones pro præſente in Choro haberi debet.
8 Amp. vt pro præſente etiam habeatur ad lucrandum eleemoſynas, & diſtributiones debitas occaſione funeralium, & ſimilium.
9 Limita procedere ſi audit confeſsiones in Eccleſia, ſecus extra etiam infirmorum.
10 Pœnitentiarius non debet retinere in manibus baculum ſicut in Vrbe.
11 Canonicus, Theologus pro tempore quo legit de iure communi non debentur diſtributiones quotidianæ, ſed ex gratia.
12 Amp. vt ex gratia etiam debeantur alia emolumenta debita perſonaliter intereſſentibus.
13 Lim. vt huiuſmodi gratia ſuffragetur tantum petenti.
14 Canonicus Theologus debet legere tempore, & hora, & ſuper materia ab Epiſcopo aſſignanda, & quo tempore poſſit à lectione vacare.
15 Si legere recuſaret quibus remedijs cogendus ſit.
16 Præbenda Theologalis a ſequenti Canonico optari non poteſt.
17 Vacante præbenda Theologali donec prouideatur quomodo ſuppleri debeat, & num. 18.
19 Canonici & Presbyteri Eccleſiæ Cathedralis tenentur accedere ad lectionem Theologalem, ſicut ad Congregationem caſuum conſcientiæ & num. 20.

Canonicus Theologus, & Pænitentiarius, an præcedere debeant alios Canonicos.

ADNOTATIO XVIII.

1 PRæbenda Theologalis poſtquam ad formam *Sacri Concil. Trid. ſeſſ. 5. de reform. c. 1* per eius primam vacationem conſtituta, & perpetuo
2 deputata remanſit, Canonicus Theologus, qui eam obtinuit non debet præcedere alios Canonicos, ſed ſedere debet in loco ſui canonicatus ete-
3 nim præbenda Theologalis non eſt dignitas, ac proinde priora loca debentur antiquioribus Canonicis, & ita *Sanctiſſimum reſponderi mandaſſe à Sac. Congr. Concil. Epiſcopo Vincentio teſtatur Garz. de beneſic. in addit. ad 5. p. cap. 4. num. 111. verſ. Congregatio Concilij in fi.* & ex eadem *Sac. Congreg. in vna Mediolanen tradit. Barboſ. de canonic. & dignitat cap. 27. num. 24. & 25.*

4 Canonicus pariter pænitentiarius licet habeat officium, & adminiſtrationem Sacramenti confeſsionis, & pænitentiæ non propterea reputatur dignitas ſicut Præpoſitus, Archidiaconus, & ſimiles, & conſequenter non debet præcedere alios ſimplices Canonicos, ſed ſedere in loco ſui Canonicatus, vt deciſum refert *Garz. de beneſic. in addit. ad p. 5. cap. 4. num. 111.*

5 Quinimo pænitentiarius ad præſcriptum *Sac. Concilij Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 8.* inſtitutus, ante quam obtineat præbendam ſuo officio vnitam per eius vacationem non habet locum, neq; in Capitulo, neq; in Choro, minuſq; poteſt diſtributiones quotidianas percipere, vt cenſuit *Sac. Congr. Concil. in dicta reſolutione relata per Garz. loco proximè citato, & in alia Colibrien. 31. Martij 1602. relat. per Barboſ. de canonic. & dignit. cap. 26. num. 3.*

6 Poſtquam verò adeptus fuerit præbendam ſuo officio vnitam, licet adſtringatur Choro, pro tem-
7 pore tamen, quo audit Confeſſiones, pro præſente haberi debet, ſecus autem ſi priuatum officium perſolueret, vel Miſſam celebraret, etiam ex cauſa opportunius audiendi confeſſiones. *Ric. in prax. aurea reſol. 477. num. 6. & in deciſ. curiæ Archiepiſcopal Neapol. dec 115. p. 4. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop alleg. 55 num. 30. & de canon. & dignit. c. 26. num. 20 & nu. 21.* vbi ſubdit, quod dum actualiter confeſſiones audit, ha-
8 beatur etiam pro præſente ad lucrandum eleemoſynas, quæ diſtribuuntur pro aſſociandis, & ſepeliendis cadaueribus defunctorum, vel pro ſupplicationibus, & proceſsionibus, quæ per Vrbem peraguntur, vt etiam deciſum refert. *Nicol. Garz. de benef. in addit. ad p 5. c. 4. numer. 125. contra Monet. de diſtrib. quotid. p. 2. qu. 11. num 65.*

9 Quæ ſane intelligenda ſunt ſolum ſi Confeſſarius in Eccleſia audit Confeſſiones, ſecus ſi extra Eccleſiam, quamuis audiret confeſſiones infirmorum, quia nihilominus non habetur pro præſente in Choro, ad lucrandas diſtributiones quotidianas, quia per Sacrum Concilium inſtitutus fuit pænitentiarius ad effectum tantum in ipſa Eccleſia audiendi confeſsiones, *Garz. de benef in addit. ad p. 5. c. 4 num 125. in fi. Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. alleg 55. num. 32. & de canonic. & dignitat. c. 36. num. 22.*

10 Vt tamen ſuo muneri ſatisfaciat, ſemper paratus eſſe debet, præcipuè horis opportunis in deſtinata ſede Confeſſionali, ſuiq; copiam facere confiteri volentibus, in manu tamen virgam, ſeu baculum ſicut in Vrbe non debet retinere. præcipuè in locis vbi hoc non eſt vſu receptum. *Garz. de benef. p. 5. c. 4. num. 117. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 55. num. 28. & 29. de canon. & dignitat. cap 26. num. 14. & 15.*

11 Pront etiam Canonico Theologo ex diſpoſitione iuris communis pro illis horis, quibus legit, licet non debeantur diſtributiones quotidianæ, tamen ex gratia, vt diligentius ſuo muneri ſatisfaciat quandiu legit pro reſidente, & præſenti in Choro, habetur non modo pro illis horis,

Digitized by Google

vt ſi mane legat, pro horis matutinis, & Miſſa ſolemni, ſed etiam pro tota die ad effectum percipiendi omnes fructus, & diſtributiones quotidianas, vt declaraſſe S.D.N. Gregorium XIII. & ſæpe cenſuiſſe Sacram Congregationem tradit *Garz. de benef. p. 5. c. 2. num. 118. & 19. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. § 7. proem. num. 180. Monet. de diſtribut. quotidian. p. 2. qu. 10. num. 27. Aloyſ. Ric. in prax. rerum for. Eccleſ. deciſ. 495. & 498. in prima edit. alias reſol. 386. num. 6. & reſol. 389. num. 6. in 2. edit. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 56. num. 8. & de canon. & dignit. cap. 27. num. 33.* vbi ita cenſuiſſe *Sac. Congr. Concil. in cauſa Aurialen. 5. Auguſti* 1616. *& in alia Fanen. 3. Auguſti* 1624. *&* 34. *&* 35. vbi quod non

12 ſolum tribuendæ ſunt Canonico lectori diſtributiones quotidianæ omnium horarum illius diei, qua legit, ſed etiam cætera alia emolumenta perſonaliter intereſſentibus dari ſolita, etiam ſi choro non inſeruiant ex identitate rationis iuxta reſolutionem *Sac. Congr. Concil. in Oriolen. 12. Auguſti* 1628.

13 Huiuſmodi tamen gratia non omnibus indiſcriminatim ſuffragari, ſed ſolum petentibus, & impetrantibus ſubdit *Garz. de benef. par. 3. c. 2. numer.* 120.

14 Epiſcopi tamen arbitrio relinquitur, quo tempore, & hora, & ſuper qua materia Sacræ Scripturæ legere debeat Canonicus Theologus, & ſatisfacit ſi ſcholaſticam Theologiam legerit *Garz. de benef. p. 5. cap. 4. num. 156. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg 56. num. 10. & de canon. & dignitat. cap. 27. num. 26.* poteſt tamen vacare ab huiuſmodi lectione tribus menſibus Iulij, Auguſti, & Septembris *Garz. dicto cap. 4. num. 157. Barboſ. loco citato dicta alleg. 56. num. 7. & dicto cap. 27. num 27.*

15 Sed ſi legere recuſaret Epiſcopus poteſt illum cogere comminatione pœnarum, ſequeſtratione fructuum, aſſignatione portionis de eiſdem fructibus alteri, qui ipſius loco legat, & creſcente contumacia etiam procedere ad priuationem, *Barboſ. de canon. & dignitat. cap. 27. num. 30. vbi num. 31.* ſubdit quod in caſu infirmitatis, quæ non ſit inſanabilis, ſed ſanabilis cogi non poſſit ad ponendum ſubſtitutum, ſed ſi eſſet facienda ſubſtitutio electio ſpectat ad Epiſcopum.

16 Ita ex diſpoſitione Sac. Concilij Tridentini neceſſaria reputatur lectio Theologalis, vt ſi huiuſmodi præbenda vacauerit ipſa lectio non ſit prætermittenda, & quia à ſequenti canonico optari nequit. *Gonzal. ad reg. 8. Cancel glo. 34. numer. 80. Garz. de benef. in addit. ad p. 5. cap. 4 num. 132. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 56. num. 10 & de canon. & dignit cap. 27. num. 19. &* 20. vel poteſt dari in commendam alicui Ca-

17 nonico idoneo eiuſdem Capituli donec titularis prouideatur, *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 5. §. 2. numer. 36. Barboſ. dicta alleg. 56. num. 14.* vel alias poteſt Epiſcopus fructus applicare alicui perſonæ extra Capitulum, quæ ſuppleat onus legendi, vt cenſuit *Sac. Congr. Concil. in Camerinen. 8. Februar. 1594. de qua Barboſ. de canon. & dignit. cap. 27. num. 59.*

18 Et ſi Clericus ſæcularis non reperiatur, qui ſit idoneus fructus omnes illius præbendæ poſſunt ab Epiſcopo tradi Superiori alicuius Religionis, vt idoneum Religioſum exibeat, qui publice Sac. Scripturam in Cathedrali doceat, *ex decreto B. Pij V. & Gregor. XIII. de quibus Barboſ. dicto cap. 27. num. 60. & dicta alleg. 56. num. 15.*

19 Et ne lectio Sac. Scripturæ inanis, & fruſtratoria reddatur, tenentur ad eam accedere Canonici, & cæteri presbyteri Eccleſiæ Cathedralis, vt cenſuit *Sac. Congreg. Concilij 11. Auguſti* 1618. & ad hoc poteſt eos cogere Epiſcopus, ſi-

20 cut in caſu minus vrgenti eos compellere valet ſub pœna pecuniaria, vt accedant ad Congregationem caſuum conſcientiæ, vt ex reſolutione *eiuſdem Sac.* Congreg 11. *Iulij* 1620 tradit. *Barboſ. de canon. & dignit. cap. 27. num. 28. & 29.*

PRAENESTINA FRVCTVVM DOTIS, & quarti Dotalis.

ARGVMENTVM.

MVlier ſecundo nubens abſq; dotis conſtitutione cenſetur ſecundo viro conſtituiſſe dotem primo viro conſtitutam, & ſi ſimpliciter nubat an cenſeatur omnia bona ſua dare in dotem & fructus dotis, & bonorum paraphernalium, & extradotalium an & quando ſpectent ad maritum luculenter demonſtratur.

SVMMARIVM.

1 Dos eadem cenſetur conſtituta ſecundo viro quæ reperitur primo conſtituta, ſi ſimpliciter ſecundum matrimonium fuerit contractum.

2 Mulier ſimpliciter nubendo cenſetur omnia bona ſua dediſſe in dotem. Contrarium num. 6.

Amp. hæc 2. opinio procedere licet bona non excedant congruam menſuram dotis & num. 9.

Amp. vt neque præſumatur promiſſa dos congrua & num. 10.

Amp. etiam ſi mulier paſſa fuerit bona ſua à viro miniſtrari, & num. 11.

Lim. ſi probetur maritum publicè, & palam dixiſſe poſſidere bona mulieris vti dotalia eadem ſciente, & patiente & num. 13.

Lim. ſi mulier poſt contractum matrimonium permiſerit virum de omnibus ſuis bonis diſponere & num 15.

Lim. vt patientia ſupradicta vxoris operetur ſi mulier poſſit ſe obligare abſque præſentia proximiorum & num. 16.

Lim. ſi vir ſit dignus tanta dote & num. 17.

3 Dos incerta conſtitui debet arbitrio boni viri.

4 Matrimonia ex generali conſuetudine non contrahuntur abſque dote.

5 Dos incerta declaranda pro modo facultatum, conditione, & dignitate perſonarum.

7 Mulier habet triplicem bonorum ſpeciem, dotalium paraphernalium, & extradotalium.

8 Dotis conſtitutio tamquam quid facti probari debet.

12 Patientia non operatur conſenſum, niſi præcedat contractus.

14 Quartum dotale lucratur vir in bonis vxoris, quæ iure dotali poſſidere aſſerebat ſciente, & patiente vxore.

18 Dotis fructus vir qui ſuſtinet onera matrimonij facit ſuos, licet eadem onera excedant.

19 Bona paraphernalia, & extradotalia non gaudent priuilegio, dotis.

20 Fructus bonorum paraphernalium ſpectāt ad vxorē,

21 Lim.

Digitized by Google

21 Lim. qnoad conſumptos, quos vii non tenetur reſtituere.
22 Fructus bonorum parapherralium poteſt vxor conuertere in vſus communes.
23 Dotis fructus ſoluto matrimonio ſunt diuidendi pro rata temporis, quo vir ſubſtinuit onera matrimonij inter virum, & hæredes vxoris.
24 Amp. ſiue matrimonium diſſoluatur diuortio ſiue morte.
25 Amp. ſiue à principio maritus receperit fundum plenum fructibus, ſiue non.
26 Lim. in dote putatiua, cuius fructus ſpectant ad vxorem quomodolibet matrimonium ſoluatur.
27 Lim. ſi maritus per totum annum vltimum ſubſtinuerit onera matrimonij, oam tunc facit omnes fructus ſuos & num. 30.
28 Annus a quo tempore computetur.
29 Annus quoad acquiſitionem,& diuiſionem fructuum dotalium computatur à die contracti, ſeu ſuſtentationis onerum matrimonij.
31 Maritus ingrediens domum vxoris non facit fructus bonorum vxoris ſuos cum non ipſe, ſed vxor dicatur ſuſtinere onera matrimonij contrarium, & verius & num. 32.
33 Quartum dotale debetur viro mortua vxore liberis non extantibus. & vxori mortuo viro quoad vsũfructum liberis extantibus ex ſtatuto Vrbis.
34 Quarti dotalis pactum ſemper cenſetur appoſitum niſi expreſsè remittatur.
35 Quarti dotalis lucrum vt debeatur debet conſtare de conſumatione matrimonij.
36 Statutum Vrbis in deciſorijs ſeruandum eſt à diſtrictualibus litigantibus extra Vrbem vbi non adeſt particulare ſtatutum.
37 Diſtrictum Vrbis comprehendit territorium cum Caſtris, Lociſq; alijs intra quadraginta milliaria.
38 Lim. in Caſtris intra 40. milliaria non ſoluentibus ſalfocaticum.
39 Statutum Vrbis vti Papale ligat etiam perſonas Eccleſiaſticas.
40 Statuti diſpoſitio ob non vſum, & contraria conſuetudine tollitur.
Intel. ſi venerit caſus, & non fuerit ſeruata, ſecus ſi non euenerit caſus ibidem.
41 Statuti non vſus probatur etiam per actus extraiudiciales, nec exigit fuiſſe obtentum in contradictorio iudicio.
42 Conſuetudo per quam ſtatutum non fuit vſu receptũ valet.
Sententia contra ſtatutum non vſu receptum valet & num. 42.
43 Statutum de Lucro dotis eſt contra ius commune.
44 Ad ius naturale, & commune omnia de facili reuertuntur.

DECISIO II.

CAtherina Dominici Intini defuncto Nicolao Paladino Coniuge, à quo hæres inſtituta fuerat, poſt aditam eiuſdem hæreditatem, & ſic poſt factam vltra eius dotem acquiſitionem multorum bonorum Paraphernalium, & extradotalium, conuolauit ad ſecundas nuptias, nulla tamen facta conſtitutione dotis, Io: Baptiſtam ſecundum virum in propriam domum introduxit, cum quo indiuiduam vitæ conſuetudinem vſq; ad extremum vitæ ſpiritum retinuit, obijt vltimo loco præfata Catherina condito teſtamento, quo ſuam hæredem vniuerſalem Eccleſiam parochialem Sancti Nicolai Terræ Genazzani ſcripſit, prætendente igitur Io: Baptiſta, omnia bona præſumendum eſſe in dotem data fuiſſe, & conſequenter fructus recollectos ex eiſdem bonis extantes, & adhuc non conſumptos non cedere hæreditati, ſed ſuos fuiſſe, vt pote quia ſubſtinuerat onera matrimonij, & vlterius quartum dotale ad formam ſtatuti *Vrbis lib. p. cap. 131.* hinc horta lite, & re coram me mature diſcuſſa, cenſui huiuſmodi fructus Io. Baptiſtam feciſſe ſuos pro concurrente quantitate dotis traditæ à Catherina Nicolao primo viro, quoad exceſſum ſpectare ad hæreditatem, quo vero ad quartum dotale, Eccleſiam hæredem abſoluendam eſſe ab impetitis, & ratio reſolutionis fuit.

1 Quia, mulier quę habuit aliam virum cum certæ dotis aſsignatione, ſi confugiat ad ſecundas nuptias, & non conſtet de dotis conſtitutione, vt in præſenti caſu, cenſetur ſecundo viro conſtituiſſe dotem, quam primo viro conſtituerat, ita quod in ſequenti matrimonio eadem dos repetita dicatur, *glo. in auth ſed quamuis C. de rei vxor. Riminald. conſ. 105. numer. 2. & 11. Soccin. iun. conſ. 8. num. 18. lib. 2. Ruin conſ. 229. num. 3. lib. 2. Bero. conſ. 40. num. 30. lib. p. Ancha. qu. 28. num. 6. p. 1. Cranet. in tract. de antiq tempor. in 2. partic. 2. p. prin. num 43. Rol. à Valle de lucro dotis qu. 75. num. 6. Couar. pract. quaſt. cap. 28. num. 1. late Menoch. lib. 3. præſum. 6 num. 25. & plurib. ſequen. Phanuc in comment de lucro dotis in glo 10. num. 31. Gratian. diſcept forenſ. cap. 143. num. 26. tom. 1. vbi allegat. text. in l. poſt diuortium 65. de iur. dot. Ioſeph. Ludon. deciſ. Peruſ. 99. num. 16. p. 2. Rot. dec. 221 num. 3. p. 2. recen. dec. 173. num. 9. & dec. 188. num. 2. coram Gregor. XV.*

2 Nec prætendatur, quod mulier ſimpliciter nubendo cenſeatur omnia bona ſua tradidiſſe in dotem, ſecundum opinionem, quam probabilem dicit *Io. Lupus de donat §. 3. numer. 1. in ſi per text. in l. diuus ff. de iur. dot. l. cum Maritus §. Titius ff. de pact. dotal. l in ijs § vxor. ff. ſolut. matrim. Bald. conſ. 100. lib. 4 Gozad. conſ. 35. circa primum num. 20.*

3 Vel ſaltem dos danda ſit coniugi arbitrio boni viri, vt pote quia matrimonia ex generali cõ-
4 ſuetudine non contrahuntur ſine dote, & quan-
5 do dos eſt incerta debeat declarari & taxari pro
modo facultatum, conditione, & dignitate perſonarum *Cald. conſ. 110. lib 4. per text. in l. cum poſt §. gener. & l. quaro ff. de iur. dot. Alex. conſ. 119. verſ. inſtrumentis ad fin. lib. 7. Socin. iun. conſ 8. num 13. lib. 2. cum alijs per Ioſeph. Ludon. deciſ. Peruſin. 99. num. 4. 5. 6. 7. p. 2.*

6 Quia huiuſmodi opinio non eſt tuta, & contrarium quod mulier nubẽs nulla facta conſtitutione dotis non cenſeatur dediſſe omnia bona ſua in dotem reprobata opinione *Ariſtel. de qua per glo. in l. mulier bona in ſi. ff de iur. dot.* eſſe veriorem, & à Rota ſecutam teſtatur *Gratian. diſcept. 143. num. 27. & 28. tom 1. & Doctor contrarium tenentes minus rectè ſenſiſſe tradit Menoch. de præſumpt lib 3. præſumpt. 6. num. 6. & 61. late Bart. in ſua ſolemni quaſt 7. incipiens Mulier habens magnum patrimonium Bald. ſibi contrarius in l. nulla 2. col. verſ. ſed pone C. de iur. dat. Iaſ. ſibi contrarius in l. ſi conſtante col 32. ff. ſolut matrim. Dec. in auth. præterea numer. 6. vbi etiam Curt. C. vnde vir. & vxor. & conſ. 21. num. 11. Barboſ. ff. ſolut. matrim. rub. 4. numer. 32. Alex. conſ. 144. lib. 5. tradunt DD. relati per Sanchez.*

Digitized by Google

de matrim. lib.p. diſp.59. num.3. tom.1. Maſtard. de probat concl.576. num.2. vol.1 Vrſil. ad Afflict. dec.44. num.4. vbi mulierem habere triplicem
7 bonorum ſpeciem, dotalium, Paraphernalium, & extra dotalium. *Rol. à Valle in tract. de lucro dotis qu. 71. numer. 2. Phanuc. in comment. de lucro dot. glo.10. num.36. Monterent. in comment. ad ſtat. Bonon. lib.4 rub. de dot. reſtituen. §. praeterea ordinamus in glo. omnia bona Rot. dec.588. num.1. p.1. diuerſor.*

Et ratio eſt, quia dos non eſt de ſubſtantia matrimonij, ſine qua matrimonium ſtare poteſt, non e contra *l. cum multa C. de donat. ante nupt. l.3. ff. de iur. dot. Menoch lib.3. præſumpt.6. nu. 39 Rol. à Valle in tract. de lucro dot q.108. num. 2. Afflict. dec.242. num.7. Magon deciſ. Lucen.76. num.6. & 7.* Vnde ſi matrimonium ſine dote conſiſtere poteſt, conſtitutio dotis facta non præſumitur, & tamquam quid facti probari de-
8 bet, vt late comprobat *Ioſeph. Ludon. deciſ. Peruſ.99 num 10. 11. & 12.*

9 Quæ ſibi locum vindicant, non ſolum ſi bona non excedant congruam menſuram dotis *Gratian. diſcept. 143. num. 29.* verum etiam quod
10 neq; præſumatur promiſſa dos congrua. *Bald Nouel in tract. de dote in 6.p. prin. priuil. 14. col. vltim. verſ. tertius caſus Rol. à Valle de Lucro dotis q.74 num 9 Phanuc. eod. tract. in glo 10. numer. 17. reiecta contraria opinione Curt. iun. in authen. præterea num. 13. C. vnde vir. & vxor. relat per Menoch. lib.3 præſumpt.6. num.76*

11 Nec infringit mulierem paſſam fuiſſe bona ſua à viro adminiſtrari, ſeu poſsideri, & fructus percipi quia vltra quod potius apparet contrarium, certum eſt quod talis patientia non præiudicet, eiuſq; vigore neq; inducatur titulus dotis, aut præſumptio bona illa dotis nomine viro dediſſe, cum poſſediſſe dicatur, & huiuſmodi acta geſsiſſe iure familiaritatis, etenim patientia
12 non operatur conſenſum, ſi non præcedat contractus qui obliget, & non agatur de magno præiudicio, vt comprobat *Menoch lib. 3. præſumpt 6. num.72. 74. & 75. Rol. à Val. in tract. de lucro dot. qu. 74 numer. 6. & 7. Phanuc eod. tract. glo. 10. num 43.*

13 Vel niſi probetur maritum publicè, & palam, dixiſſe, ſe huiuſmodi bona poſſediſſe tamquam dotalia ſciente vxore & non contradicente, tunc enim ex dicta patientia reſultat præſumptio conſtitutionis dotis *Rol. à Val. de lucro dot. quæſt. 74. num.12. & in fi Bald. Nouel. in tract. de dot p 6. prin. ſpecia. 14 col. fi. Gratian. diſcept.143. num. 29. tom.1. Ioſeph. Ludon. deciſ Peruſ.99. num. 20.* vbi quod hoc caſu vir per mortem vxoris lu-
14 cratur quartum dotale. *Rot. dec. 623. numer. 4. p.1. recen.*

15 Vel quando mulier poſt contractum matrimonium permiſerit eius virum de omnibus ſuis bonis diſponere, nam ex huiuſmodi permiſſione reſultat declaratio voluntatis de dando omnia bona in dotem, & contrariam opinionem tenentes in ijs terminis forſan procedere poſſe teſtatur *Vrſil. ad Afflict. dec.44. num 4. circa fin.*

16 Quinimo huiuſmodi patientia operatur, quãdo mulier poteſt ſe obligare abſq; præſentia proximiorum, & alijs ſolemnitatibus à ſtatuto requiſitis, alias non ſeruatis ſtatutarijs ſolemnitatibus, cum lędi poſſit, ex eadem patientia non inducitur valida contractus dotis obligatio, cum neq; expreſſa valeret abſq; dictis ſolemnitatibus *Ioſeph. Ludon. qui alios allegat deciſ. Peruſ. 99. num. 20. & 21 p 2.*

17 Minus refragatur, quod vir erat dignus tanta dote, & mulier tali viro indigebat pro conſeruacione bonorum cum hoc caſu præſumatur omnia bona dediſſe in dotem. *Riminald. conſ. 105. num. 1. lib. 1 Ioſeph. Ludon deciſ Peruſ.99. num. 25. Rot. dec.254. num 9. coram Burat.*

Quia cum habeamus certam conſtitutionem dotis factam primo viro, qui non erat inferioris, ſed æqualis conditionis ſecundi, cenſetur nupſiſſe cum eadem voluntate, adeo, vt maiorem dotẽ hodie ſecundus vir exigere nequeat ſed pro concurrenti eius quantitate fructus ſuos facere debeat, ſiquidem Io. Baptiſta cohabitauit cum præfata eius coniuge, & onera matrimonij ſubſtinuit, ac proinde dotis fructus vere ſuos fecit,
18 licet matrimonij onera excellerint, *per text. in l. in ſolam §. fructus ff ſolut matrim. Fontanel de pact. nuptial. Clauſ.6. glo.1. p. num.9. & Clauſ.6. glo. 2. par. 2. numer. 21, Rot. deciſ 72. numer. 3. deciſ. 163. num 2. p 2. recen. dec.80. num. 4. & 5. coram Gregor. XV & deciſ. 44. numer. 1. & 14. & dec.16. num.39. p 6 recen.*

19 Circa vero fructus tangentatam aliorum bonorum paraphernalium & extradotalium, ſeù vltra dotem conſtitutam dicto primo viro, cum ſint ſeparata, & diſtincta ab eadem dote, nec gaudeant eius priuilegio *Dec. conſ. 521. num. 3. Socin. iun. conſ. 5. ſub num. 7. lib. 1. Gregor. XV.*
20 *dec.80 num 3.* Quoad extantes, & non conſumptos, ſicuti ſpectabant ad mulierem, ita ſpectare debent ad Eccleſiam hæredem inſtitutam, præcipuè, quia mulier iuxta loci conſuetudinem, & perſonarum conditionem congruè, & competenter dotata reperiebatur *Gregor. XV. dec. 80. numer 6.*

21 Quo vero ad conſumptos, ab Eccleſia hærede repeti nequeunt, nec maritus reſtituere, aut de ijs rationem reddere tenetur, cum præſumantur, aut ab vxore percepti, aut de eius voluntate conſumpti late *Decian. conſ 84. lib. 4. Menoch. conſ. 454. num. 25. & ſeq Hond. conſ 31. lib p. Fontanel de pact. nuptial. Clauſ.6. glo. 3. p.7. numer. 29. & 43.*
22 *Theſaur. dec. 187* fructus namque bonorum paraphernalium poteſt vxor conuertere in vſus cõmunes *Gregor. XV. dec.80. num.8.*

23 Nec obſtat quod fructus dotis vltimi anni mortua vxore, ſeu eueniente caſu reſtitutionis dotis, inter maritum, qui ſubſtinuit onera matrimonij, & hæredes vxoris veniant diuidendi pro rata temporis ſiue fructus ſint percepti, ſiue pendentes, ſiue venerit, ſiue non, dies ſolutionis, *vt probat text. in l ante nuptias, & l. diuortio ff. ſolut. matrim. vbi omnes Doctor vt inquit Surd. dec 211. num.20 l p.5 ſed nouiſſime C. de rei vxor. action. Scader. de feud. 2. p 9 p. prin. ſeſſ. 3. nu.92. Fontanel. de pact. nuptial. Clauſ 6. glo. 2. p. 2. num. 40 & ſeq. iunct. num. 45. Gratian diſcept.471. num. 5. Marta de ſucceſ. legal p. 2. q.7. art.1. num. 12. tom.1. Vinl. dec. 4. num 4.*

24 Quod ſibi locum vindicat ſiue matrimonium

diſſol-

diſſoluatur diuortio iuxta multorum opinionē,
ſiue morte cum vtroq; caſu militat ratio ſubſten-
tationis onerum matrimonij. *Fontanel. de pact.
nuptial. Clauſ.6. glo.2. p.2. nu. 43. tom. 2.* & ſiue
25 à principio maritus receperit fundum plenum
fructibus, ſiue non, ſcilicet tempore meſsis, vel
vindemiæ, & collegit fructus, & eis collectis ſta-
tim ſoluatur matrimonium, nam nihilominus vir
lucratur fructus pro rata temporis. *Fontanel. di-*
26 *cta Clauſ.6. glo. 2. p.2. num. 45.* Et ſolum in dote
putatiua matrimonium quomodolibet ſoluatur
fructus ſpectant ad vxorem, cum hoc caſu ma-
ritus non faciat fructus ſuos ratione onerum
matrimonij, ſed ratione bonæ fidei, ac proinde
ceſſare debet diſpoſitio *l.ſi diuortio ff. ſolut. ma-
trim.* vt animaduertit. *Marta de ſucceſſ. legal.p.1.
qu.7. art.1. num.12. ad tradita per Mantic. de
tacit. & ambig. Conuent. tit. 30. lib. 12. num. 18.*
27 Quia cum huiuſmodi matrimonium contra-
ctum fuerit de menſe Nouembris 1652. & mu-
lier obierit de menſe Decembr. 1666. & ſic tem-
pore, quo annus erat abſolutus, & completus,
quo vir ſuſtinuerat onera matrimonij, non intrat
prætenſa diuiſio pro rata temporis, cum omnes
fructus fecerit ſuos, nam licet annus regulari-
ter à Ianuario, ad Ianuarium, vel à feſto Sancti
28 Io. Baptiſtæ, ad alium ſequentis anni diem
eiuſdem feſti, in caſu vero diuiſionis fructuum
29 dotalium, annus computatur à die contracti
matrimonij, vel ſubſtentationis onerum eiuſ-
dem, ita quod pro ea parte anni quo vir ſubſti-
30 nuit dicta onera, ſoluto matrimonio fructus lu-
cretur, & diuiduntur cum hærede, ſed ſi ſubſten-
tatio onerum abſorbeat totum annum ceſſare
debet dicta diuiſio, *per text. in l.diuortio vbi Iaſ.
num.3. & communiter Doctor & l fructus ff.ſolut.
matrim. Fontanel. de pact. nuptial. Clauſ.6. glo. 2.
p. 2. num. 4. tom. 2. Monter. deciſ. Aragon. 17.
num. 1.*
31 Neq; valet obeſſe, quod vir ingrediens domum
vxoris, cum non ab eo, ſed à muliere onera ma-
trimonij ſuſtineantur, fructus dotales non faciat
ſuos, cum in eo ceſſet ratio ſubſtentationis one-
rum matrimonij ſupportandorum *Part. Imolen.
conſ.21. num.83. 84. ibid. num 92.*
32 Quia quod etiam in caſu, quo vir ingrediatur
domum vxoris faciat fructus ſuos, cum ipſe ma-
ritus, & non mulier ſit, qui domum gubernat,
& regit, ac onera matrimonij ſubſtinet, & adhūc
effectum mulier ſolet bona in dotem viro trade-
re, cum facultate ſuos faciendi fructus, & con-
trariam opinionem vix practicari poſſe, immo
contrarium in caſu *cauſ. Port. Imolen.* reſolutum
fuiſſe, quoad lucrum dotis, quod viro ex ſtatuto
defertur ceſſatur *Fontanel. de pact. nuptial. Cla-
uſ. 6. glo.2. p.2. num.38. & ſeq tom. 2.*
33 Quo vero ad quartum dotale licet ex ſtatuto
Vrbis *lib. 1. c.131.* Maritus mortua vxore lucre-
tur quartam partem dotis liberis non extātibus,
& pariter vxor mortuo viro, quæ vero ſtantibus
liberis lucratur quoad vſumfructum tantum
dictam quartam, pro qua cauere tenetur finito
vſufructu reſtituere cui de iure, & vlterius, quod
34 huius donationis propter nuptias, ſeù dotalis
lucri pactum ſemper cenſeatur appoſitum, niſi
expreſſe remiſſum fuerit, cuius ſtatuti diſpoſitio
videatur ſibi locum vindicare in caſu noſtro
35 non ſolum quia conſtat de conſumatione
matrimonij, *Fenſon. ad eandem ſtat. numer. 10 circa
fin. Rot. in Romana quarti dotalis 26. Nouembris*
36 1633. *coram Dunozet.* Verum etiam quia diſtri-
ctuales litigantes extra Vrbem, debent ſeruare
ſtatutum Vrbis in deciſorijs, ſi aliter per particu-
laria locorum ſtatuta non diſponatur, vt in præ-
ſenti caſu *Lucas Petat in prax. for. Capitul. lib. p.
c.6. num. 11. verſ. & non ſolum, & verſ. hæc adeo
vera ſunt.*
37 Et cum Terra Genazzani ſit intra quadragin-
ta milliaria, vtiq; dicitur de diſtrictu, cum diſtri-
ctum Vrbis Romæ comprehendat territorium,
cum Caſtris locisq; alijs intra ſpatium quadra-
ginta milliarium, vt declarat idem *Statutum
Vrbis in cap. ſi. in prin. lib.p. & Fenſon. ad eandē
ſtat. in cap.7 num. 11. & cap. 197. num.66. Sera-
ph. dec. 1161. Canale. dec 016. num 2.* Quidquid
38 ſit de Caſtris exiſtentibus intra dictum ſpatium
non ſoluentibus ſalis cauſam, quæ non eſſe ſu-
biecta dicto ſtatuto dixit *Rot. dec.24. lib 3. coram
Puteo, & dec 162. num 1. p.2. diuerſ.*
39 Qu immo cum dictum ſtatutum ſit Papale li-
gat etiam Eccleſias perſonasq; Eccleſiaſticas, ac
Collegia, & Conuentus Religioſorum. *Ferſan.
ad Stat. Vrbis in c. 149. num. 21. & in cap. 150.
n... Seraph dec. 1170. num. 3. Canale. dec. 016.
num. 3. & 4 Rot. dec. 379. ſub nu. 3. & dec. 452.
num 1. p.1. diuerſ.*
40 His tamen minimè reſiſtentibus ceſſat in ca-
ſu noſtro diſpoſitio huiuſmodi ſtatuti, tanquam
ob eius non vſum, & contraria conſuetudine,
hactenus introducta penitus ſublata, ex quo cum
millies, & millies caſus acciderit numquam fuit
ſeruata, nam per talem non vſum dicitur dero-
gatum ſtatuto, tamquam tunc habeat annexum,
& implicitum actum contrarium ſtatuto, quod
ſufficit ad huiuſmodi derogationem faciendam,
ſecus vero ſi nihil fuerit factum contra legem,
vel ſtatutum, vt quia caſus non acciderit, & ſic
ſtatutum adhoc vt per contrarium vſum tollatur
conſtare debet de effectu dicti contrarij vſus,
*vt tradunt Doctor relati per Gratian. diſcept. fo-
renſ cap. 865. num 10. Seraph. dec 162. num 1.*
41 Nec probatio non vſus ſtatuti exigit talem
non vſum fuiſſe obtentum in contradictorio iu-
dicio, cum exuberet, vt talis conſuetudo induca-
tur per actus etiam extraiudiciales. *Aym. qui de
communi de antiq. tempor. p.4 in prin. numer. 33.
vſque ad 36. cum alijs per Gratian. diſcept. 695.
num. 11.*
42 Conſuetudo autem per quam ſtatutum non
fuit vſu receptum valet, vt illud non attendatur
nec in foro poli, nec in foro ſoli, quamuis etiam
eſſet per Papam confirmatum, ideo valet ſenten-
tia contra ſtatutum non vſu receptum, vtpote
quia omnes conſtitutiones, etiam per Papam
confirmatæ cenſeantur ſub iſta conditione late,
quatenus recipiantur vtentium moribus. *Sard.
conſ.59. num.9. lib.p. cum alijs per Gratian. diſcept.
965. num 2.*
43 Quæ fulciuntur optima ratione, quia ſtatutum
de lucro dotis eſt contra ius commune, ex cuius
diſpoſitione dos tota ad dotantem reuertitur de-
functa muliere dotata *l.dos à patre C. ſolut. ma-*

trim.

trini. Fenſon. ad Stat. Vrbis cap. 131. *num.* 2. *& ſeq.* ac proinde de facili omnia reuertuntur ad
44 ius ſuum naturale, ſeù commune, ob non vſum ſtatuti, contrariamq; conſuetudinem.

SVMMARIVM.

1 Mulier cenſetur omnia bona ſua dediſſe in dotem ſi expreſſe declarauerit.

2 Dotis conſtitutio probatur vxoris confeſſione.

3 Amplia, vt dos in omnibus bonis conſtituta cenſetur ſi in capitulis matrimonialibus fuerit appoſitum verbum omnia bona, licet poſtea in inſtrumento dotali fuerit dictum bona ſine verbo omnia.

4 Amp. ſtante ſtatuto, vel conſuetudine, vt vbi non ſit facta conſtitutio dotis cenſeatur mulierem dediſſe omnia bona in dotem.

5 Lim. ſi ſpecialiter dos à Patre relicta fuerit.

6 Lim. ſi mulier habuiſſet alium virum cum certæ dotis conſtitutione, quæ cenſetur repetita in ſecundo matrimonio, & an etiam augumentum dotis cenſeatur datum in dotem & num 7.

8 Sublim. ſi extant liberi ex primo matrimonio.

9 Sublim. ſi ex coniecturis appareat mulierem voluiſſe dare omnia bona ſua in dotem.

10 Lim. in muliere minori, quæ non cenſetur omnia bona ſua dediſſe in dotem, ſicut nec poteſt expreſſe.

11 Sublim. ſi mulier minor haberet tantum mobilia, quæ ſeruando ſeruari nequeant.

12 Sublim. ſi effecta maior non contradixerit, ſed paſſa fuerit virum poſſidere.

13 Minor maior effectus ſi per ſpatium multorum annorum non reclamauerit cenſetur approbare ſuam obligationem.

14 Intel. ſi minor ſciuerit ſuam obligationem ſecus ſi ignorauerit.

15 Lim. vt non procedat in contractu qui dolo factus à ſtatuto præſumatur, ſiue dolus ſit verus, ſiue præſumptus ob non ſeruatas ſtatuti ſolemnitates nu. 16. & 19. & 20.

Amp. præcipue de iur. canon. & in terris Eccleſiæ & num. 12.

17 Appellatione doli venit tam verus, quam præſumptus.

18 Dolus præſumptus æquiparatur vero.

22 Mulier effecta maior ſi poſt quinquenniũ non cõtradixerit, ſed permiſerit omnia ſua bona poſſideri à viro non cenſetur ratificaſſe dotis conſtitutionem in omnibus ſuis bonis ſtante ſtatuto dolum præſumente in contractibus abſque ſolemnitatibus. Secus ſi expreſſe ratificauerit & num. 23.

24 Mulier minor ſi primo viro ſeruatis ſolemnitatibus ſua bona tradidit validè eadem bona ipſis non ſeruatis tradere poteſt ſecundo viro.

25 Ampl. vt procedat etiam in Muliere maiori ſi primo viro cum ſolemnitatibus dotem conſtituerit.

26 Mulier maior non ſeruatis ſtatuti ſolemnitatibus non cenſetur dediſſe omnia ſua bona in dotem contra & num. 27.

Mulier ſimpliciter nubens, an cenſeatur omnia bona ſua dediſſe in dotem.

ADNOTATIO I.

1 OMnia bona cenſentur data in dotem ſi mulier expreſſe inſtrumento matrimoniali declarauit, ſe omnia bona ſua in dotem viro ſuo tradere, præcipuè interueniente traditione, vt tradit *Guid. Pap. dec.* 499. *num.* 2. *&* 3. *Rol. à Vall. de lucro dot. qu.* 72. *Maſcard. de probat. conclu.* 576. *num.* 1. *tom.* 1.

2 Vel dotis conſtitutio legitimè probetur ex vxoris confeſſione *Socin. iun. conſ.* 8. *nu.* 19. *Rol. à Valle de lucro dot. qu.* 74. *num.* 12. *relat. per Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ.* 99. *num.* 19. *p.* 2. *Menoch. lib.* 3. *præſumpt.* 6. *num.* 83.

3 Amp. vt dos in omnibus bonis conſtituta cenſetur ſi in capitulis matrimonialibus fiat mentio omnium præſentiouum, cum verbo vniuerſali omnia, & in inſtrumento dotali relicto verbo omnia fiat tantum mentio de bonis *Burat. dec.* 254. *num.* 7.

4 Amp. ſi adeſſet ſtatutum, vel conſuetudo, quod etiam nulla facta conſtitutione dotis vxor intelligatur omnia bona ſua dediſſe in dotem, & hoc caſu vir lucrabitur partem dotis, etiam nulla facta conſtitutione. *Rol. à Valle de Lucro dot. quæſt* 71. *in fi. & ex Bart. Alex. Curt. iun. tradit. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ.* 99. *numer.* 23. *Menoch lib.* 3. *præſumpt.* 6. *num.* 77.

5 Lim. Quando vxori eſt relicta dos à Patre, vel alia diſpoſitione etiam imperfecta, nam tunc ſimpliciter nubendo, cenſetur conſtituere viro dotẽ ſibi relictam, & ſic præmoriente vxore in matrimonio, vir lucrabitur partem ſtatutariam. *Socin. iun. conſ.* 8. *num.* 14. *&* 45. *& ſeq lib.* 2. *Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ.* 99. *num.* 14. *Menoch. lib.* 3. *præſumpt.* 6. *num.* 91. vbi multo magis ſi mulier actiones ceſſerit ſponſo vt petere, & conſequi poſſit relictum, & *num.* 94. vbi etiam ſi nihil à ſponſa fuerit viro promiſſum, nihilominus ab eodem compelli poteſt ad agendum pro conſecutione relicti contra *Bero. conſ.* 49. *num.* 58. *verſ. quartus caſus.*

6 Lim. ſi mulier habuiſset alium virum cum certæ dotis aſsignatione, nam tunc cenſetur cõuolare ad ſecunda vota cum eadem dote vt ſupra probauimus, ſed ſi mulier habuiſset plures viros, cum diuerſę quantitatis dotis conſtitutione, attendenda eſt vltima dos etiam ad effectum ſuperlucrandi quartum dotale, *Caſtren. in l. in inſolam § vltim. verſ. ſed quid ſi, & in l. penultim. §. ſi vxor ff. ſolut. matrim Menoch lib.* 3 *præſumpt.* 6. *num.* 37. *tom. p. Bald. Nouel in tract. de dote p.* 9. *priuil.* 71. *Rol à Valle in tract. de lucro dotis q.* 78. *Phanuc. tract. eod glo.* 10. *num.* 33. *Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ* 99. *num.* 16. *&* 17.

7 Augumentum verò dotis cenſetur etiam datũ ſecundo viro, ſecus autem ſi agatur de eo augumento quod ſit per maritum, quia illud tamquã donatio propter nuptias non venit appellatione dotis latè *Surd. conſ.* 197. *Gratian. diſcept.* 143. *num.* 27.

8 Sublim. non habere locum vbi agitur de materia *l. hac edictali C. de ſecundis nuptiis*, ſcilicet quando ex primo matrimonio extant liberi, cum hoc caſu requiratur vera probatio dotis traditionis, cum non præſumatur omnia bona fuiſse in dotem data, quæ primo viro data fuerunt in præiudicium filiorum primi matrimonij, ſed ſolum, vt ſecundus vir tantum habeat, quantum vnus filiorum primi matrimonij *Alex. conſ.* 144. *num.* 3. *lib.* 5. *Ruin conſ.* 151. *num.* 1. *lib.* 5. *Bart. in quæſt.* 7. *mulier habens magnum patrimonium col.* 2. *verſ. ſecundo caſu Phanuc in comment. de lucro dot. glo.* 10. *num.* 33. *verſ. item intellige Menoch. lib.* 3. *præſumpt.* 6. *num.* 32. *& plurib. ſeq. Papien.*

in

in form. libel. quo vxor. agit. ad dot & vſumfruct. glo. dicta D Margarita num. 6. Gratian. diſcept. 463. num. 5. & 6. tom. 3. Rot. dec. 173. num. 10. coram Gregor. XV. & dec. 121. num. 3. p. 1. recen.

9 Sublim. has omnes limitationes, ſi ex coniecturis colligatur mulierem dare voluiſſe omnia ſua bona dotis nomine, vt latè *comprobat. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 6. à nu. 66. vſque ad 72.* vbi plures coniecturas & præſumptiones colligit.

10 Lim. in muliere minore, nunquam nupta, quæ non præſumitur dediſſe, omnia ſua bona in doté, prout nec expreſsè poteſt dare abſq; decreto Iudicis, & cauſæ cognitione, *iuxta text in l ſi ex cauſa §. in dotis ff. de minor l Titia ff. de iur. dot. l. lex, quæ tutores in prin. & §. 1. C. de adminiſt. tutor. & conſequenter multo minus tacite* Bart. *in l. ſi conſtante in prin. num. 79. ff. ſolut. matrim. ibique Iaſ. num. 219. Bero conſ. 40. num. 58. in fi. lib. p. Ruin. conſ. 61. num. 2. lib. 3. Phanuc. in comment. de lucro dot. in glo. 10. num. 33. Monterent. in comment. ad ſtat. Bonon. lib. 4. rub. de dotib. reſtit. in glo. mulieris Menoch. lib. 3. præſumpt. 6. num. p.*

11 Sublim. ſi mulier minor haberet tantum bona mobilia, quę ſeruando ſeruari non poſſunt, nam ea in dotem dediſſe præſumitur, & ratio eſt, quia huiuſmodi bona alienari poſſunt abſque decreto Iudicis à minore *Neguſ. in tract. de pignor. in 2. p. in 4. memb. num. 74. Rol. à Valle in tract. de lucro dot. qu. 45. num. 6. Phanuc. tract. eod. in glo. 10. num. 23. Menoch. lib. 3. præſumpt. 6. num. 5. & 6.*

12 Sublim. 2. ſi mulier effecta maior poſt quinquẽnium non contradixerit, ſed acquieuerit, permittendo virum poſſidere bona ſua vti dotalia, concurrentibus vlterius alijs coniecturis, quibus colligatur mulierem vſq; de tempore nuptiarum voluiſſe tradere omnia ſua bona in dotem, nam tunc ex curſu temporis cenſetur ratificaſſe dotis conſtitutionem. *Phanuc. loco citato num. 45. verſ. circa quod Menoch. dict. præſumpt. 6. num 4.*

13 Generalis enim regula eſt, quod minor maior effectus ſi per ſpatium plurimorum annorum non reclamet petendo reſtitutionem in integrum cenſetur approbaſſe, & ratificaſſe eius obligationem *l. ſi. C. ſi maior effect. Menoch. conſ. 242. num. 32. Gabr. conſ. 13. num. 13. & ſeq. & numer. 22. Natta conſ. 503. num. 14 lib. 3. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 6. num. 65. Cinc. de cenſib. p. 1. c. 2. qu. 1. art. 5. num. 23. Rot. dec. 260. num. 13. & dec. 473. num. 17. coram Gregor. XV. dec. 114. num 7. dec. 124. num. 7. poſt Pacif. de ſoluian. interdict. dec. 81. num 7. p. 6. dec 306. nu. 53. p. 7. recen. & in Bononien indemnitatis 30 Ianuar. 1651. coram R. p. d. Albergato §. & omnis ceſſare, viſa eſt.*

14 Intel. procedere quando minor maior effectus ſciuiſſet id, quod ſuam læſionem, & præiudicium continebat, quia tunc omnia cognoſcens per longum ſilentium cenſetur approbare, & ratihabitione actum confirmare, ſecus verò ſi ignorabat, etenim dicta *l. ſi. C. ſi maior effect.* fundatur in præſumpta tacita ratificatione, ac proinde nõ habet locum niſi data, & probata ſcientia cum omnibus qualitatibus, & defectibus contractus *Natta conſ. 162. num. 3. & ſeq. Surd. conſ 49. nu. 29. Gabr. conſ 65. num. 27. & 23. vol. 2. Gratian diſcept. 513. num. 11. & 30. Rot. dec. 360 num 15. coram Gregor. XV. dec. 114. num. 7 poſt Pacif. de ſaluian. dec. 502. num. 14 p. 2. diuerſ.*

15 Intel. 2. vt diſpoſitio *l. ſi. C. ſi maior effect.* non procedat in contractu ſiue tacito, ſiue expreſso in quo præſumitur a ſtatuto dolus *Cinc. de cenſ. p. 1. c. 2. q 1. art. 2. num. 26. ſeu q in vltim impreſ. add. ad Gregor. XV. dec. 260. num. 23. Gratian. diſcept. 513. num. 15. & 13. Rot. dec. 473. num. 17. vbi add. num. 24. coram Gregor. XV. dec 410. coram Burat. dec. 444. num. 13. dec. 646. num. 14. & 16. coram Merlin. dec. 224. num. 7. poſt Pacif. de ſoluian. interdict. dec. 54. num. 3. p. 1. recen.*

16 Siue dolus ſit verus, ſiue præſumptus ab ipſo
ſtatuto ob nõ ſeruatas ſolemnitates ab eo requi-
ſitas, cum etiam dolus præſumptus ſufficiat ad
excludendam ratificationem inductam à *l. ſi. C. ſi*
17 *maior. effect.* vtpote quia appellatione, doli ve-
niat tam verus, quam præſumptus *l ſemper in ge-*
18 *neralibus ff. de reg. iur.* & dolus præſumptus equi-
paratur vero *l. ſi quis cum alter & ibi DD. ff. de*
verb. oblig. Ita Surd. conſ. 49. num. 43. lib. p. Gra-
tian. diſcept. 513. num 12 & 13. Galganet. ad Stat.
Vrbis glo. 154. verſ. cenſetur doloſe Marc. Antonin.
var. reſol. lib. 2. reſol. 3. num. 20. Merlin. dec. 444.
num. 13. & dec. 646. num. 14. & 16. Burat deciſ.
410. *num. 10.* Quidquid dicat *Menoch de recupe-*
19 *rand poſſeſ. remed. 15. num 178.* vbi tenet ſolum
dolum verum excludere ratificationem, non au-
20 tem dolum præſumptum. Ac proinde non ſer-
uatis ſtatuti ſolemnitatibus, ex curſu temporis,
& ob ſuperuenientiam maioris ætatis nõ proba-
ta ſcientia nullitatis, ratificatio contractus nulli-
ter celebrati non inducitur. *Maluaſ. conſ. 86. nu.*
17. Gregor. XV. dec. 473. num. 20. Merlin. deciſ.
646. num. 8.

21 Præcipuè de iure Canonico, & ſic in terris Eccleſiæ, vbi ius Pontificium, & Canonicum ſeruatur, ob dolum, & malam fidem contrahentium cum minore, ob cuius ætatem, & deficientiã plenitudinis intellectus, & pleni iudicij ius peculiariter adſiſtit. *Ruin. conſ. 41. num. 51. lib. 1. Natta conſ. 295. ante fin. verſ. non omitto nu. 3. cum alijs per Gratian. diſcept. 513 n. 4 Merlin dec. 646 n. 19.*

22 Ex quibus ſequitur, quod attenta diſpoſitione
ſtatuti in huiuſmodi contractibus præſumentis
dolum non inducatur ratificatio conſtitutionis
dotis omnium ſuorum bonorum, ex acquieſcen-
tia, ſeu permiſſione mulieris bona ſua poſſideri à
ſuo viro, ſi effecta maior poſt quinquennium
non contradixerit, ſecus verò ſi expreſsè ratifica-
23 uerit, iuxta illorum ſententiam, quod mulier ma-
ior ex cauſa dotis poſſit validè ſe obligare, nam
licet obligatio minoris per ſtatutum annullata
ex ſuperuenientia maioris ætatis non cõualeſcat
ex tractu temporis, ex conſenſu tamen expreſso
bene conualidatur, dummodo non ex verbis ge-
neralibus, ſed ſpecialibus conſenſus eliciatur,
quia eſset abſurdum quod minor volens non
poſſit ratificare actum, quem de nouo facere po-
teſt. *Dec. conſ. 367. num. 4. Pariſ. conſ 49. nu. 20*
& 61. lib. 1. Gratian. diſcept. 523. num. 26. Surd
dec. 70. num 22. circa med. iuncto num. 27. Strapb
dec. 1350. num. 5.

24 Su-

Digitized by Google

24 Sublim. 3. decimam limitationem ſi mulier minor omnia ſua bona tradiderit primo viro cum Iudicis decreto, alijſq; adhibitis ſtatutarijs ſolemnitatibus, eoq; defuncto nubat ſecundo nulla adhibita ſolemnitate, validè ſecundo viro eandem dotem dediſse videtur, cum ſatis ſit ſemel à principio in forma valida conſtitutam fuiſse latè *Menoch. lib. 3. præſumpt. 6. à num. 8. vſque ad 13.*

25 *& num. 24.* vbi hoc etiam ſubdit procedere in muliere maiori ſecundo nubente ſi ſemel primo viro adhibitis ſolemnitatibus in forma valida dotem conſtituiſset *& num. 27. vſque ad 31.*

26 Immo quod etiam mulier maior non cenſeatur dediſse omnia bona ſua in dotem ſtante ſtatuto prohibente mulierem obligari, & contrahi abſq; ſolemnitatibus, quibus non adhibitis ſicuti non poterat expreſsè ſe obligare, multo minus tacitè *Corn. conſ. 254. num. 4. Phanuc. in comment. de lucro dot. in glo. 50. num. 18. & num. 23. verſ. damnatur. Montercnt. in comment. ad ſtat. Bonon. lib. 4. rub. de dot. reſtituen. §. præterea omnia glo. mulieris cum alijs per Menoch lib. 3. præſumpt. 6. num. 26. & 28.*

27 Contrarium quod etiam mulier nubendo poſſit, ſeù cenſeatur omnia bona dediſse in dotem licet non fuerint adhibitæ ſolemnitates ſtatutariæ, cum huiuſmodi ſtatutum non habeat locum in contractu dotis, vtpote quia mulier, conſtituendo dotem facit ſibi actum vtile, vt bene à viro tractari debeat, & onera matrimonij ſubſtentare valeat. *Menoch. lib. 3. præſumpt. 6. num. 14. in fi. 15. & 17. qui alios allegat.*

SVMMARIVM.

1 Mulier ex cauſa dotis poteſt ſe obligare ſine ſolemnitatibus. Contrar. num. 4. & num. 17.

2 Mulier minor ſe obligando cauſa dotis non iuuatur beneficio S.C. Velleiani, licet interceſſerit pro viro, & dotanda filia.

3 Et obligatur ſiue ex voluntate, ſiue ex neceſſitate promittat.

5 Sed ſi ſit minor, neque cauſa dotis poteſt ſe obligare abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs.

6 Limit. ſi non teneatur ad conſtituendam dotem, ſecus ſi tenetur num. 7. Intel. vt num 9. & nu. 14.

8 In conſtitutione dotis voluntariæ tenetur obſeruare ſolemnitates ſtatuti.

9 In mobilibus poteſt conſtituere dotem etiam ſine ſtatuti ſolemnitatibus licet ſit minor ſecus in ſtabilibus num. 10. & n. 20

11 In ſubſidium tenetur dotare filiam ſi ſit diues & n. 12.

13 Vbi poteſt ſe pro dote obligare abſque ſolemnitatibus, ita pro eius augumento Limit. vt num. 14.

15 Minor reſtituitur ſi exceſſiue dotem conſtituerit, ſiue neceſſariè, ſiue voluntariè & num. 16.

17 Dos eſt priuilegiata quoad contractus maiorum, non autem minorum.

18 Mulier minor validè ſe obligare poteſt pro conſtituenda dote ſorori. Contrar. & num 19.

21 Minor etiam in ſtabilibus poteſt conſtituere dotem viro digno Contrar. & num. 22.

23 Maritus minor recipiendo dotem poteſt abſque ſolemnitatibus ſe obligare pro eius reſtitutione.

24 Non tamen poteſt ſe obligare pro conſtitutione dotis, licet a Patre in teſtamento relicta num. 26. Contrar. num. 27.

25 Hæres promittens ſoluere debitum hæreditarium amittit beneficium legis, & inuentarij.

28 Minoris bona an poſſint ſine ſolemnitatibus alienari pro debito paterno.

29 Dos à ſtatuto conſtituta non indiget ſolemnitatibus ſtatuti.

30 Contractus cauſa, dotis tempore nuptiarum ad fauorem mulieris ſubſtinetur abſque ſolemnitatibus, ſecus poſt contractum matrimonium.

Mulier ex cauſa dotis an poſſit ſe obligare abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs.

ADNOTATIO II.

1 MVlier poteſt ſe obligare pro conſtituenda dote abſq; ſolemnitatibus ſtatutarijs, cum dicatur ſe obligare ex cauſa neceſſaria, quæ ſub ſtatuti diſpoſitione non comprehenditur. *Soccin. ſen. conſ. 46. num. 25. lib. 4. Natta conſ. 52. num. 15. & 16. lib. 1. Menoch. conſ. 242. num 6. vbi de commun. & recept. Ruin. conſ. 138. num. 5. & conſ. 149. num 4. lib. p. Riminald. ſen. conſ. 597. num. 5. lib 3. Bald. Nouel. de dote p. 6. priuil. 48. num. 1. Baptiſt. de S. Blaſ. de priuil. dot. priuil. 352. num. 52. Mareſcot. var. reſol. lib. p. c. 42. num 9. Tiraquel. de leg. connub. glo. 8. num. 3. Gratian diſcept. forenſ c. 233. num. 44. Pacif. de ſolutan. interdict. inſpect. 3. c. 2. numer. 138. & numer. 140. vbi quod ab hac ſententia non ſit recedendum Rot. poſt eundem dec. 111. num. 1. dec. 112. num. 1. dec. 113. num. 2. & dec. 289. num. 27. & ſequen. in recen. dec. 490. num. 4. p. 4. dec. 168. num. 7. p. 7. recen. Caputaquen. dec. 199. p. 3 Pute. dec 105. lib. p. dec. 160. num. 4. & 5. lib. 1. & in præciſis terminis Statuti Vrbis Coccin. dec. 433. num. 1. Burat. dec. 924. num. 10.*

2 Et mulier maior ſe obligando cauſa conſtituendæ dotis non iuuatur beneficio *S. C. Velleiani l. ſi dotare l. fi. C. ad Velleian. Gomez. ad l. Tauri. 50. num. 26. Paul. de Rub in addit. ad dec. 460. num. 48. p 4. tom. 2. recen.* Quamuis vxor interceſſerit pro viro pro dote promiſſa communi filiæ, cum etiam iſto caſu non ſuffragetur mulieri beneficium Velleiani ratione ſpecialis priuilegij doti de iure competen. *Bald. Nouel. in tract. de dot. in 6. p. in 3. ſpecial. in fi. & in ſpecial. 112. & ita firmaſſe Rot teſtatur Apoſtilla ad dec. 160. coràm Puteo lib. 3. Rot. dec. 111. num. 1. poſt Pacif. de ſalbian.*

3 Contrarium quod etiam requirantur ſolemnitates in obligatione mulieris cauſa dotis tenuerunt *Negus de pignor. in p. memb. 8. p. num. 27. Ripa in l. p. num 14. ff. ſolut matrim. Cagniol. in l. 1. num. 22. ff de reg. iur. Gabr. conſ 20. num 41. & 42. lib. 2. Dec. conſ. 5 num 3. Riminald. ſen. conſ. 447. num. 16. Surd. conſ. 191. numer. 22. & deciſ. 287. num. 18. & 19. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 14. num 96. & 105. & de retract. conſan. §. 1. num. 96. Mantic. de tacit. & ambig. conuent lib. 12. tit. 20. num. 32. & 34. Barboſ. in l 1. §. 4. nu. 129. ff. ſolut. matrim. Simoncel. de decret. minor. lib. 3. tit. 8. num. 98. Gratian. diſcept. 367. num. 1. & per tot. Rot. dec. 385. num. 7. p. 2. recen.* Et quod ſtatutum requirens conſenſum propinquorum habeat locum etiam in conſtitutione dotis ſuadetur optima ratione, quia non vtile, ſed damnoſum mulieri reputatur conſtituere dotem viro,

ex

ex quo alienare dicitur, dum in eum transfert dominium quæ tranſlatio dominij inconſultè facta abſque interuentu proximiorum, & Iudicis decreto manifeſte mulieris læſionem, & damnum demoſtrat, *per text. in l.doce ancillam C. de rei vindic. Corn. conſ 182.num. 11. verſ. ſimiliter fragile lib. p. Menoch. lib. 3. præſumpt. 6. numer. 26. & 28.*

5 Quæ ſine dubio procedunt in muliere minori, quæ debet ſeruare ſolemnitates ſtatutarias in conſtitutione dotis, ad quarum obſeruantiam præcipuè coarctari videtur, ex quo duplex concurrat prohibitio ſcilicet iuris communis prohibentis ſe obligare non poſſe, & ſtatuti, ita vt concurrente inhabilitatione de iure communi, & municipali, comprehendatur etiam caſus ſpecialis, qui non comprehenderetur in ſimplici prohibitione *Gabr. conſ. 20. num. 41. & 42. lib. 2. Ruin. conſ. 195. num. 7. lib. p. Picus ad ſtat. c. 151. glo. 7. num. 259. Pacif. de ſaluian. interdict. inſpect. 3. c. 2. num. 142. & poſt eumdem Rot. dec. 289. num. 28. & in recen. dec. 177. num. 11. p. 1.*

6 Obſeruandum tamen eſt circa ſupradictam concluſionem, quod aut mulier minor ad ſui fauorem conſtituit dotem, vel ad filię fauorem quam dotare tenebatur, & tunc cum ſe obligauerit ex cauſa neceſſaria, vtique ſine ſolemnitatibus ſe obligare poteſt, iuxta opinionem *Salicet. in l. ſi. in 4. notab. C. de iur. dot. Pacif. de Saluian. interdict. inſpect. 3. c. 2. num. 143. vbi quod hæc opinio ſecuta fuerit à Rot. in Bononien. cenſus coram Marco Montio poſt eundem dec. 289. num. 28. & 40.*

7 Aut ſe obligauit pro dote, quam dare non tenebatur, & cum hoc caſu conſtitutio dotis, tendat directè in eius præiudicium, & damnum, ſubſiſtere nequit non ſeruatis ſtatutarijs ſolemnitatibus, ex quo dos non ita ſicut in primo caſu reperiatur ſpecialiter priuilegiata iuxta *opinionē Decij in conſ 5. num. 3. Soccin. ſen. conſ. 80. ſub n. 26. lib. 4. Pacif. de ſaluian. interdict. inſpect 3. c. 2. num. 144. vbi hāc opinionem ſecutam fuiſſe à Rot. in Anconitana dotis coram Card. Lancellotto. poſt eundem dec. 144. num. 1. & 2.* Et quando obliga-
8 tio dotis ſit voluntaria, quod mulier minor teneatur obſeruare ſolemnitates ſtatutarias dixit *Rot. dec. 241. num. 11. 14. & 17. p 7. recen.*

9 Cuius diſtinctionis primum membrum videtur ſibi locum forſan vindicare poſſe, ſi conſtitutio dotis ad ſui fauorem facta cōſiſtat in bonis mobilibus, quę ſeruando ſeruari non poſſunt, cum huiuſmodi bona alienari poſſint à minore abſq; Iudicis decreto vt tradunt Doctor relati per *Menoch. lib. 3. præſumpt. 6. num. 5. & 6. & diximus*
10 *ſupra n ..* Secus verò ſi conſtitutio dotis conſiſtat in ſtabilibus, quo caſu abſque decreto Iudicis mulierem minorem neque ad ſui fauorem dotem conſtituere poſſe dixit *Rot. dec. 588. num. 3. p. 1. diuerſ. per text. in l. lex quæ tutores C. de admin. tutor. Rol. de lucro dot. q 4. num. 2.*

11 Obſerua. 2. quod aut eſt diues, vel pauper, ſi diues cum cogi poſſit in ſubſidium ad filiam dotandam vtique eius obligatio huiuſmodi de cauſa ſuſtinetur dummodo non remaneat penitus indotata. *Picus ad ſtat. Vrbis in c. 151. lib. 1. in glo. 7. num. 237. & 239. Pacif. de ſaluian. inſpect. 3. c. 2. num. 145. & ſeq. vbi Rot. dec. allegat. & num. 147.* ſubdit quod ſufficiat hoc caſu mulieri remanere maiorem partem dotis, vt etiam comprobat *Theſaur. dec. 223. num. 9. & 11. prope ſi. Rot. dec. 111. num. 1, 2. & 3. poſt eundem Pacif. de ſaluian,* vbi hoc procedere licet mulier obligando ſe pro dote, in effectu fideiuberet pro viro ad quē ſpectat onus alendi filiam.

12 Aut mulier eſt pauper, & inops, & tunc cum non poſſit cogi ad filiam dotandam, quatenus ſe pro dotis conſtitutione obligauerit, talis obligatio non ſuſtinetur, & redditur nullius roboris, & momenti *Picus ad ſtat. Vrbis lib p. in 151. in glo. 7. nu. 237. & 239. Pacif. de ſaluian. inſpect. 3. c. 2. num. 145.*

13 Obſerua. 3. quod mulier quando abſque ſtatutarijs ſolemnitatibus validè ſe obligare poteſt, cauſa dotis, validè etiam eiſdem non ſeruatis poterit ſe obligare pro dotis augumento *Gabr. conſ. 10. num. 6. lib. 1. Coccin. dec. 433. num. 2.*

14 Lim. quando augumentum fieret à perſona, quæ non tenetur dotare, & prohibetur donare, cū tunc augumentum dotis præſumatur factum ad defraudandum ſtatutum, præcipue ſi mulier huiuſmodi augumentum fecerit poſt contractum matrimonium *Coccin. dicta dec. 433. numer. 3. & animaduertit Gabr. dicto conſ. 10. num. 6.*

15 Obſerua. 4. quod mulieri minori datur reſtitutio in integrum, ſi dederit maiorem dotem, quam exigat ipſius patrimonium, aut viri qualitas, & conditio *l. ſi ex cauſa §. in dotis ff. de minor. cum alijs per Gratian. diſcept. 367. num. 10.*

16 Quæ concluſio procedit, ſiue mulier neceſſario, ſiue voluntarie dotauerit latè *Paul. de Rub. in adnot. ad dec. 460. num. 228. p. 4. tom. 2. recen. Rot. dec 241. num. 12. vſque ad 18. p. 7. recen.*

17 Obſerua. 5. quod dotis cauſa eſt ſpecialiter priuilegiata quoad contractus maiorum *l promittendo de iur. dot. l. ſi. C. ad Velleian.* non autem minorum, ac proinde ſtatuta generalia prohibentia contractus ſine certis ſolemnitatibus non comprehendunt cauſam dotis, ſecus verò ſi ſtatuta loquantur de minoribus, cum reſpectu minorum dos non eſt ſpecialiter priuilegiata, & conſequenter mulier maior poteſt ſe cauſa dotis abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs validè obligare ſecus vero mulier minor, & hanc opinionem *Rot ſemper amplexā fuiſſe in terminis ſtatuti Vrbis lib. 1. c. 151. dixit eadem Rot. dec. 263. num. 2. & 3. & per tot. p. 4. diuerſ. quæ eſt etiam dec 113 poſt Pacif. de ſaluian. & dec. 160. num. 5. & per tot. coram Puteo dec. 199. coram Capuzaquen. dec. 177. num. 11. p. 1. recen. late comprobat Gabr. conſ 80. per tot. & ſignanter num. 40. & ſequen lib. 1. contra conſ. Menoch. 242. num. 6. lib. 3. Neguſ. tract. de pignor. in p. memb. 3. p. principalis num. 26.*

18 Sed quod etiam minor poſſit valide ſe obligare ſine ſolemnitatibus pro conſtituenda dote ſorori, quam dotare tenetur, dummodo dos non ſit exceſſiua, ſed iuxta quantitatem, quam aliæ ſorores habuerunt *Rot. dec. 112. num. 1. & 2. poſt Pacif. de ſaluian.*

19 Contrarium quod minor nec ſororem dotare poteſt ſine decreto, & alijs ſolemnitatibus, & cum in hoc dos non ſit priuilegiata obligatio pro ea facta comprehenditur ſub conſtitutione Marchiæ

Lamberg. de contract. mulier. glo. 21. num. 9. Rot. *dec. 385. num. 7. p. 2. diuerſ.*

20 Obſerua. 6. quod valeat conſtitutio dotis ſine ſolemnitatibus, & decreto per minorem facta in rebus, quæ ſeruando ſeruari nequeunt non obſtāte ſtatuto, & diſpoſitione iuris communis, ſecus in immobilibus, & in pecunijs loco immobilium ſubrogatis, & de quibus, aut extat cenſus, aut ſeruari poſſunt, aut dantur ad fænus exercendum, aut ad cambia ponuntur, aut pro tuitione familię, & matrimonij ſubſtentatione conſeruantur Rol. *de lucro dot. qu. 45. in fi. Natta conſ. 496. num. 14. Neguſ. de pignor. in 4. memb. 2. p. num. 75. cum alijs per Gratian. diſcept. 367. numer. 26. tom. 2.*

21 Lim. quod minor etiam ſine decreto poſſit cōſtituere dotem in rebus immobilibus ſi nupſerit pari, coetaneo, & benemerito, quia nobilitas, & ſcientia ſupplent multa, maximè ſi matrimonium fuiſſet laudatum à propinquis, & cum eorum conſilio contractum *Caſtr. in l. 1. num. 4. C. ſi aduerſ. dot.* Bald. *conſ. 199. num. 5. ante fin. verſ. ſed iſta interpretatio.*

22 Sed ijs non obſtantibus quod non ſit recedendum à prima concluſione, & quod ſemper requiratur decretum Iudicis adhoc, vt dicta conſtitutio dotis facta in rebus immobilibus ſubſtineatur declarat *idem Bald. in l. nulla 4. num 5. C. de iur. dot.* vbi quod minor poteſt dare totam Patris hæreditatem ampiam in dotem interueniente tamen decreto, & dummodo vir ſit dignus tanta dote cum ſine dicto decreto non valeat dicta cōſtitutio dotis, nec eius augumentum vt pote quia cum talis conſtitutio non ſit legalis, & neceſſaria, ſed volūtaria ad Iudicem pertineat mediāte cauſæ cognitione animaduertere an vir ſit dignus tanta dote, & ſuppetant facultates *Gratian. diſcept. 367. num. 34. & ſequen.*

23 Lim. in marito recipiente dotem, qui licet ſit minor poteſt tamen obligare omnia bona ſua pro reſtitutione dotis, ex quo recepit, & ex eius receptione effectus fuit locupletior, ita vt huiuſmodi obligatio neceſſaria reputetur, ſed aliud eſt in vxore minore, vel eius fratribus minoribus, qui non poſſunt dotem conſtituere in bonis immobilibus, vel obligare bona immobilia pro dote conſtituenda in pecunia, & ratio differentiæ eſt, quia maritus minor recipiendo dotem non diminuit patrimonium, ſed auget, & ſuam conditionem meliorem facit, quod non militat in vxore *Barboſ. in l. ſi conſtante 25. in prin. num. 128. vſque ad num. 130. ff. ſolut. matrim. Surd. conſ 195. numer. 22. Gratian. diſcept. 367. num. 7. & 8. & diſcept. 583. num. 3. & 4.* etenim minor pro conſtituenda dote non habet legitimam ætatem, nec etiam ſtandi in iudicio pro dote *Bal. in l. 1. in 3. notab. C. ſi aduerſ. dot. Lup. in c. per veſtras in 2. notab. num. 21. de donat. inter vir. & vxor. Rol. de lucro dotis qu. 45. num. 3. & 4. Gratian. diſcept. 307. num. 13.*

24 Quæ ſibi locum vindicant etiam ſi dos fuerit per Patrem relicta, quia minor pro relicta dote ſe obligando tenetur de proprio, ac proinde abſque decreto. neque poterit à tutore promitti, etenim quando dos fuerit à teſtatore non promiſſa, ſed relicta in teſtamento nulla alia oritur obligatio, quam illa quæ datur pro legatis, ſecundum quam non obligantur bona propria hæredis, vnde non debet minor ſe durius obligare promittendo dotem licet a ſuo authore, ſeu teſtatore relictam, & hypothecare propria bona, nam ſi de-
25 bitum hæreditarium deducitur ab hærede in promiſſionem inducitur nouatio, & deſinit eſſe hæreditarium, & efficitur proprium, adeo vt hæres conueniri poſſit proprio nomine, in nihilo eidem ſuffragante beneficium legis, & Inuentarij quod amittitur vigore dictæ nouationis, & vbi agitur de obligando minorem in re propria non attenditur quod debitum deſcendat à facto teſtatoris, ac proinde veniunt ſeruandæ ſolemnitates latè *Surd. conſ. 191. num. 24. vſque ad 27. lib. 2. Gratian. diſcept. 367. num. 16. & plurib. ſequen.*

26 Contrarium quod propter voluntatem patris ſeu teſtatoris non requiratur decretum, ſeu ſolemnitates in hoc caſu. *Ruin. in rub. ff. ſolut. matrim. num. 228. quod digniſſimum notatu reputat. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 12. tit. 20. in fi. num. 40. Loderch. conſ. 66. num. 7.*

27 Quæ pro conciliatione ſunt intelligenda quod licet ſolēnitates non requirantur circa facultatem diſtrahendi, & ſoluendi dotem, requiruntur tamen circa modum, ſeu formam ſeruandam in ipſa diſtractione, ſeu obligatione de dote ſoluenda, *vt latè declarat Surd. dec. 77. numer. 4. vſque ad fin. Gratian. dec. 132.*

28 Et licet abſque ſolemnitatibus minoris bona ſtabilia poſſint alienari pro debito Patris, ſeu defuncti teſtatoris vel prouenians ex teſtamento, vel ex contractu, vt tradunt *Doctor relati per Surd. dicta dec. 77. num. 1.* nihilominus contrariam ſententiam tamquam veriorem ſcilicet ſolemnitates ſeruandas eſſe vbi res minoris alienatur ob hęreditarium debitum ſenatum amplexum fuiſſe tradit *Surd. ead. deciſ. num. 2. 3. 4 & 5.* vbi quod iura in cōtrarium allegata procedunt, quando teſtatoris præceſſerat diſpoſitio de certa & determinata ſpecie contractus puta quod res tali tradatur, cū tunc nulla poteſt interuenire minoris læſio ſecus quando non eſt determinata, vt tradit *Caguol. in l. ſingularia num. 72. ff. ſi cert. petat. Roland. conſ. 99. num. 45. vol. 1. idem Surd. conſ. 191. num. 19. Lamberteng. de contract. eorum glo. 1. num. 3.*

29 Lim. 2. in dote conſtituta à ſtatuto, quia tunc tamquam dos conſtituta à lege præter hominis voluntatem nulla indiget ſolemnitate ſtatutaria, vel legali *Gratian. diſcept. 367. num. 25.*

30 Obſerua. 7. quod licet contractus, qui fiunt tempore nuptiarum fauore mulieris, pro conſtitutione, aſſecuratione, ſeu reſtitutione dotis non comprehendantur ſub diſpoſitione ſtatuti de ſolemnitatibus in contractibus adhibendis comprehenduntur tamen alij contractus, qui celebrantur poſt contractum matrimonium, & mulierem dotatam, etiam ſi fieret cauſa dotis cum hoc caſu præſumatur appoſita dicta cauſa ad colorandum contractū in fraudē ſtatuti & ſic non ſeruatis eiuſdem ſolemnitatibus penitus corruit contractus, & obligatio *per text. in l. qui teſtamentum de probat Glo. & Doctor. in l. ſi donatione C. de collat. Gabr. conſ. 10. numer. 1. 2. & 3. vol. 1. qui alios allegat.*

SVMMARIVM.

1 Mulier cauſa dotis poteſt etiam pro alijs ſe obligare.
2 Limit. ſi obliget ſe vnacum viro, ob ſuſpicionem ſeductionis.
3 Non poteſt alienare fundum dotale pro danda dote communi filiæ Contrar. num. 4.
5 Mater in ſubſidium tenetur dotare filiam.
6 Filia tenetur imputare in legitimam dotem à Matre habitam.
7 Mulieris obligatio facta ſimul cum viro non ſuſtinetur ſi non tendat ad eius vtilitatem.
8 Limit. procedere in obligatione voluntaria, ſecus in neceſſaria, & qualis ſit.
9 Vxor tenetur ſubuenire inopiæ mariti.
10 Poteſt ſe obligare pro excarcerando viro, vel ſi imminent carceratio.
11 Et talis obligatio valet etiam non ſeruatis ſolemnitatibus ſtatuti.
12 Contrarium quia huiuſmodi cauſa reputatur iuſta, facienda tamen cum ſtatutariis ſolemnitatibus.
13 Cauſa excarcerandi virum non eſt neceſſaria, ſed tãtum iuſta ad ſuſtinendam Mulieris obligationem.
14 Cauſa neceſſaria ad ſuſtinendam Mulieris obligationem dicitur, quæ continet propriam, & præciſam neceſſitatem.
15 Filius ſi non curat excarcerare patrem, priuari poteſt eius ſucceſſione.
16 Mulieris obligatio corruit ſi remaneat penitus indotata, etiam ſi fuerint ſeruatæ ſolemnitates ſtatuti.
17 Contr. vt non reſcindatur in totum, ſed pro rata læſionis obligatio Mulieris validè facta ſuſtinetur pro medietate dotis num. 17.
18 Lim. vt Mulieris obligatio ſuſtineatur in alijs rebus non dotalibus.
19 Mulieri cui remanet dimidia pars dotis non dicitur remanere indotata, & ſubſiſtit eius obligatio pro alia medietate num. 20.
21 Lim. hoc procedere in magna dote, ſecus in parua contrar. num. 22.
23 Minor filiusfamilias obligando ſe cauſa excarcerandi Patrem, vel dotandi ſororem cenſetur ſe obligare ex cauſa ſufficienti ad ſuſtinendam eius obligationem, licet ſit damnoſa.
Lim. vt in num. 34.
24 Minor ſi maior effectus ſuam obligationem non impugnauerit cenſetur ratificaſſe.
25 Minor pro patre fideiubens venit reſtituendus abſque aliqua probatione læſionis.
26 Lim. ſi fideiuſſerit cum ſolemnitatibus ſtatuti, quo non reſtituitur.
27 Lim. 2. ſi fideiuſſerit pro excarcerando patrem.
28 Amp. licet talis fideiuſſio emanauerit ad impediendam eminentem executionem.
29 Lim. 3. ſi contractus celebratus fuerit medio iuramẽto cuius vigore ſupplentur omnes ſolemnitates licet non interuenerint ſolemnitates ſtatutariæ n. 30.
31 Sublim. ſi minor non fuerit certioratus de beneficio reſtitutionis in integrum, quo caſu iuramentum nihil operatur.
32 Sublim. attenta enormiſſima læſione, quo caſu ceſſat *Auth. ſacramenta puberum*, & datur reſtitutio contr. & num. 33.
34 Filij familias minoris obligatio pro excarcerando Patre non tenet ſi remaneat enormiſsime læſus, & nõ habeat releuatorem.
35 Vel ſe obligauerit vltra patrimonium paternum.
36 Filij familias minoris obligatio ſi ſit læſiua præſumitur metu extorta.
37 Amp. non obſtãtibus renunciationibus, & iuramento.
38 *Auth. ſacramenta puberum* non habet locum in obligatione filij minoris per metum reuerentialem extorta.
39 Filij minoris fideiuſsio ad fauorem Patris non præſumitur metu reuerentiali extorta niſi probetur.
40 Præcipuè ſtante conſenſu propinquorum, & decreto Iudicis.
41 Contractus dicitur doloſus ſi ex omiſsione ſolemnitatum à ſtatuto iuramentum præſumatur dolo extortum.
42 Iuramentum non probatur per inſtrumentum factum ſine ſolemnitatibus, ſi ſtatutum præſumat dolo extortum.
43 Minoris contractus nullus ſuſtinetur, ſi fiat locupletior.
44 Sed hæc vtilitas debet eſſe euidentiſsima.
45 Lim. ſi ſtatutum annullet contractum licet minor fuerit factus locupletior.
46 Mulieres pro alijs fideiubere & ſe obligare prohibentur.
47 Et non ſolum pro filio, ſed ſtrictius pro marito.
48 Amp. præcipuè ſi non ſit eidem conſultum pro eius releuatione, ſecus ſi habeat releuatorem nam tunc non dicitur læſa num. 49.
50 Mandatum contra Mulierem relaxatum exequi non poteſt niſi remaneant bona ſuper quibus tuta conſiſtat eius dos.
51 Mulier ſe principaliter cum viro obligando, cenſetur pro illo intercedere, niſi probetur verſio in eius vtilitatem.
52 Quæ verſio aliunde eſt probanda, quam ex aſſertione quod eidem pecunia numerata fuerit.
53 Lim. ſtante iuramento, cuius vigore de iure communi ſuſtinetur eius obligatio num. 54. 55.
56 Sublim. ſi remaneat indotata, quo caſu iuramentum non eſt ſufficiens ad validandam eius obligationẽ, licet pro excarcerando viro ſe obligauerit.
57 Lim. vbi viget ſtatutum prohibens mulieres ſine certis ſolemnitatibus ſe obligare non poſſe.
58 Mulier poteſt ſe obligare ſine ſolemnitatibus, vbi nõ adeſt ſtatutum illas requirens.
59 Conſtitutio Marchiæ *lib.* 5. *c.* 25. habet locum in contractibus minorum, & non mulierum, & extenſio Carpenſis non ſe extendit extra prouinciam Marchiæ.
60 Mulieris obligatio intra dimidiam dotis ſuſtinetur, poſteriores excedentes corruunt. Contr. num. 62.
61 Mulier an indotata remaneat non ſunt conſideranda bona paraphernalia, & propria, ſed tantum dotalia.
63 Vtile per inutile non vitiatur.
64 Limita in materia indiuidua, ſecus in ſeparabilibus num. 65.
66 Minor imponens cenſum abſque ſolemnitatibus habet reſtitutionem in integrum, ſecus adhibitis ſolemnitatibus num. 67.
68 Præſumitur pro decreto Iudicis.

Mulieris obligatio pro dote, alijſque iuſtis de cauſis, an, & quando ſubſtineatur.

ADNOTATIO III.

1 MVlier, vt diximus cauſa dotis poteſt ſe etiam pro alio obligare vt probat *text. in l. ſi. C. ad Velleian. vbi notant omnes Doctor. Bald. nouel. in tract. de dot. 6. p privil.* 12.

2 Non tamen videtur validè ſe obligare poſſe cum marito pro dotanda communi filia, propter ſuſpicionem quod mulier ſeducatur à viro, quæ non ita militare videtur ſi pro alio promittat, vt latè combrobat *Surd dec.* 164. *num.* 13. *& plurib. ſequen. & Alex. in l.* 1. *numer.* 39. *ff. ſolut. matrim.*

3 Quinimo nec poteſt alienare fundum dotale pro danda dote communi filiæ *Alex. in l.* 1. *num.* 39. *ff ſolut. matri. Surd. dicta dec.* 164. *num.* 13. *circa med. vbi de communi ſenten.*

4 Contrarium voluerunt *Bal. in l.* 1. *num.* 1. *verſ.* quin-

Digitized by Google

quintodecimum ff. ſolut.matrim. Bald.nouel.in tract.
de dot p.6. in 3. priuil col. 2. & 12. priuil. col.2.
verſ. quinimo etiam , & hanc contrariam opinio-
nem , quod ſcilicet ſubſiſtat obligatio Mulieris
vna cum viro facta pro doranda communi filia,
eſſe magis receptam dixit *Rot. dec. 692. num. 9.*
p. 4. tom. 3. recen. ex Bald. Soc. Ruin. & alijs in
eadem allegatis Puteus dec. 160. per tot. lib. 3. &
dec.15. num. 1. poſt Pic. ad ſtat. Vrbis .
5 In ſubſidium vero non eſt dubium quod mater
conueniri poſſit ad dotandam communem filiam
Bart. Bald.Fulgoſ. & alijs in Auth.res quæ C.com-
mun. de legat. Surd. in tract. de aliment. tit. 1. qu.
14. num.13. & dec. 164. num. 15. quo caſu vide-
tur proprium, & non alienum debitum exoluere,
ad quod naturali quodam ſtimulo impellitur , vt
ex neceſſitate facere videatur. *Caſtr. in l. quoniam*
*nouella num.3. circa med. C. de inoſ. teſtam.*ex qua
6 ratione dotem à matre habitam imputandam
eſſe in legitimam notat *Surd. dicta dec. 164. num.*
16. qui alios allegat.
7 Generaliter vero Mulier obligando ſe inſimul
cum viro vel pro eodem viro obligatio non ſu-
ſtinetur, niſi manifeſte appareat quod contractus
in euidentem ipſius mulieris vtilitatem tendat ,
vel pecuniæ receptæ in propriam ipſius mulieris
vtilitatem expenſæ ſint iuxta *text in Auth. ſi qua*
mulier C. ad Velleian. Honded. conſ. 45. num. 16.
& ſeq. lib.1. Surd. dec.164. num.11. Rot dec.775.
num.2. p. 8. recen.
8 Lim. procedere in obligatione omninò volun-
taria, quam facit vxor pro marito , ſecus autem
in neceſſaria facta ad ſubleuandum maritum, vel
filium magno ære alieno grauatum , & pro eo li-
berando à carceribus,ac pro alijs indigentijs do-
mus, *Surd. conſ.367. num. 14. Tiraq de leg. connu-*
bial. glo 8. num.285. Lamberteng. de contract. mu-
lier. glo.10. num.25. Vincen. de Franc dec.237.nu.
9 *3. Theſaur. dec.223. num 15.* Quæ obligatio vti-
que ſuſtinetur tamquam lege permittente facta,
ex quo vxor teneatur ſubuenire inopiæ mariti
l.p. & Auth. præterea C. vnde vir. & vxor. l.ſi
cum dotem §.ſin autem in ſeniſſimo ff. ſolut.matrim.
Surd. dec.86. num.6. & ſeq Rot. dec. 775. num.3.
p.2. & dec.304. num.3. p.4. tom. 2. recen. dec.783.
num. 1. coram Burati dec 56. num. 6. & 7. deciſ.
227. num. 1. & 2. poſt Pacif. de ſaluian. dec.699.
num.6. coram Amat. Dunozet. tom. 2. vbi quod
ex dicta cauſa poteſt alienare fundum dotale , *&*
late comprobat. Gratian. diſcept. 952. num. 1. &
per tot. tom 5.
10 Nec adhunc effectum requiritur , quod vir tē-
pore obligationis in carceribus detineatur , cum
ſufficiat quod immineat periculum carcerario-
nis, quod idem operatur , ex quo tendat ad eun-
dem finem *Surd conſ 367. num 18. vſque ad 26.*
lib.3. Rimin. ſen conſ.77. numer. 16. Gratian. di-
ſcept.952. num.4. & 9. Rot dec.775. num.4. p.2.
dec.304. num. 3. p.4. tom. 2. recen.
11 Immo quod talis obligatio valeat, etiam ſi nō
fuerint ſeruatę ſolemnitates ſtatuti , tradit *Surd.*
dicto conſ.367. num. 26. lib.3. Tiraq. de legib.con-
nubial. glo. 8. num.285. Lambert. de contract. mu-
lier. glo. 10. num. 25. Gratian. dicta diſcept. 952.
num. 5. tom. 5.
12 Contrarium verò dixit *Rot. dec.177. nu.7.8. p.*
1. recen. etenim licet huiuſmodi cauſa reputetur
iuſta etiam in caſu , quo filius vellet alienare
bona ſua pro Patre excarcerando , ſtat nihilomi-
nus ſimul vt obligatio , vel alienatio fiat ſub cer-
ta forma non obſtante quod ſtatuti diſpoſitio nō
habeat locum vbi concurrit cauſa neceſſaria *Ve-*
ral. dec.199. p.3. Pute. dec. 226. lib. 1. dec. 160.
lib. 3. cum adhunc effectum huiuſmodi cauſa
13 non reputetur merè neceſſaria , ſed iuſta, & æ-
qua , ac ſufficiens ad interponendum Iudicis de-
cretum , neceſſaria autem cauſa dicitur ſolum
14 illa, quæ continet propriam , & præciſam neceſ-
ſitatem,ad quam compelli quis poſſit ad excarce-
randum autem Patrem , filium , & vxorem mari-
tum ære alieno grauatum nullo iure cauetur te-
neri, vel cogi poſſe, cum tantum lex commendet
filij pietatem, & vxoris amorem, ſi eoſdem à car-
ceribus liberare curent,& nullam aliam pœnam
hoc caſu incurrit filius prætermittens pietatis
15 officium exercere,niſi quod priuari poſſit pater-
na ſucceſſione vt latè alijs congeſtis comprobat
Rot. *dicta dec.177. num.8. p.1. recen. dec.289. nu.*
04. poſt Pacif. de ſaluian. dec.63. num.8. & 15.p.
2. diuerſ. dec. 153. num. 10. p.1. recen.
16 Mulieris vero obligatio nunquam ſuſtinetur ,
ſed inualida redditur , ſi remaneat penitus indo-
tata, etiam ſi fuerint ſeruatę ſolemnitates ſtatuti,
quia decretum , & authoritas ſuperioris , vel in-
teruentus conſanguineorum non tollit læſionem.
Ciriac. controuerſ.217. num.19. tom 2. Fontanel.de
pact. Clauſ.7. glo. vnica p.7. num. 36. Surd. conſ.
367. per tot. Theſaur. dec. 223. num 10. Seraph.
dec.1187. num.2. Rot. dec.115. num.2. poſt Pacif.
de ſaluian. interdict. & dec.775. num.5. p.2. recen.
Hodiern. ad Surd. dec.86. num.16. vbi ſubdit quod
obligatio mulieris in totum reſcindatur ſi rema-
neat penitus indotata ob ſeductionem , & præ-
ſumptionē metus illati à marito quæ inficit totā
obligationem , vt tradunt Doctor relati *per Sal-*
gad. in laberint. creditor p. 2. c. 4. numer. 101. &
102.
17 Verius tamen eſt quod contractus mulieris re-
ſcindatur tantum pro parte, & pro rata læſionis,
& non in totum , ita vt obligatio valida rema-
neat vſque ad concurrentiam dimidię partis do-
tis ad inſtar remedij *l. 2. C. de reſcind. vend.*
Viſcont. ad Vincen. de Franc. dec. 279. ad num. 3.
Gratian. diſcept. 108. num.13. & diſcept. 723. nu.
18. Theſaur. inn. lib.2. quæſt. Forenſ.65. num. 4.
18 Non autem dicitur remanere Indotata mulier
ſi ſe obligauerit , vel cenſum impoſuerit ſuper
bonis non dotalibus ad effectum ſuſtinendi eius
obligationem. *Theſaur. dec. 223. numer.14. Rot.*
dec 775. num.5 p.2. recen.
19 Vlterius mulieri cui remanet dimidia pars
dotis non dicitur remanere indotata ad effectum
inualidandi eius obligationem , vel contractum
fideiuſſionis per eam factum ex capite læſionis ,
præcipuè ſi ſit munitum iuramenti religione
Mancin. de iuram. effect 202. ſub num.13. Ciriac.
controuer.216. vel 217. num 19. & 20. Surd. dec.
86. num.4 & per tot. Theſaur. dec 223. num. 13.
Amat. deciſ March.62. num. 14. & 17. Rot. dec.
33. nume . 5. & ſeq. poſt Cinc. de cenſib. dec. 111.
num 3. poſt. Pacif. de ſaluian. dec.100. num.8 poſt
Zacch. de oblig. Cameral. Amat. Dunozet. deciſ.
699.

699. *num.8. tom.* . *Mancin. de iuramen. effect.* 202.
20 *num.*6. Ac proinde Mulieris obligatio, hypothecatio, renunciatio, aut alienatio fundi dotalis etiam in caſu permiſſo, ſcilicet pro liberando viro à carceribus ſuſtinetur pro medietate *Gratian. diſcept.* 753. *num.* 11. 12. *&* 18. *cum alijs per Merlin. de pignor. lib.*2. *tit.*1. *q.*18. *num.*71. Ita vt concludenter probari debeat quod mulieri non remaneat dimidia ſuæ dotis, ad effectum inualidādi eius obligationem *Theſaur. dec.*223. *num.* 223. *num.* 31. *Rot. deciſ.* 91. *n.* . . *poſt Gilian. ad ſtat. Peruſ.*

21 Lim. hoc procedere in magna dote, & ſufficiente ad victum, & alimenta, ſecus in parua & non ſufficienti ad alimenta, vel vbi mulier aliunde poteſt ſibi victum quærere, vel coniuges ſimul, vel ſinguli eorum proprijs manibus, induſtria, & laboribus valeant eorum neceſſitatibus, & inopiæ ſubuenire *Ciriac. controuerſ. forenſ. cap.* 216. *num.* 21.

22 Reprobatur autem hæc diſtinctio à *Tondut. in ſuis quæſt. ciuil.*45. *num.*22. *tom.*1. & contrarium iudicatum fuiſſe, ſcilicet pro validitate obligationis ſubdit idem *Ciriac. loco citato dicto nu.* 21. *in fi.* & ratio eſt, quia cauſa reſciſſionis obligationis mulieris dependet ex magna, vel modica læſione, quam patitur mulier vigore ſuæ obligationis, & an magna vel parua ſit læſio regulari debet habita proportione alienationis partis habito reſpectu ad totam dotem, quæ proportio æqualis eſt paruæ partis ad paruam dotem, & magnæ partis ad magnam, iuxta bonam Arithmeticam, non enim minus mulier remaneret indotata alienando partem paruæ dotis, quam magnæ, tamen magis intereſt ne diſtrahatur parua dos pauperis mulieris, magis indigentis, quā magna dos diuitis mulieris minus indigentis, ideo cogitandum relinquit *Tondut. loco citato*.

23 Obſerua. 2. quod minor filius familias obligādo ſe pro Patre, vel vt eum liberet à carceribus, vel pro dotanda ſorore, tamquam ſe obligans ex cauſa vera, & honeſta, & à Iudice per eius decretum approbata dicitur ſufficiens ad ſuſtinendam eius obligationem, etiam ſi non ſit vtilis, & de ſui natura damnoſa *Rot. dec.* 120. *per tot. coram Gregor. XV. dec.*783. *numer.* 3. *verſ. non obſtat coram Burat. dec.* 619. *num.* 5. *verſ. nec placuit dominis p.*2. *recen. dec.* 227. *num.* 3. *verſ. minus obſtat penes Pacif. de ſaluian. & in Romana prætenſæ reſtitutionis dotis* 15. *Ianuar.* 1649. §. *cuius quidem cauſa, confirmata ſub die* 2. *Iunij ſequentis coram Peutingerio, & in Romana Domorum de Reguardis* 28. *Ianuar.* 1650. §. *penult. circa fin. coram Dunozet. iunior. inter eiuſ. impreſ. dec.* 844. *numer.* 15. *tom.* 2.

24 Et ſi minor maior effectus plures annos vixerit, nec obligationem impugnauerit, vel reſtitutionem in integrum petierit, vt poterat ex *l.*1 *C. de filioſ. minor.* cenſetur ſuam obligationem ratificaſſe *Rot. in Roma domorum de Regardis* 28. *Ianuar.* 1650. §. *fi. coram Dunozet. inter eius impreſ. dec.* 844. *num.*16. *tom.* 2.

25 Et licet minor pro patre fideiubens veniat reſtituendus, etiam abſque aliqua probatione læſionis, cum ſimpliciter dicatur læſus, ex ipſo tantum fideiuſſionis actu, cum per ſe ipſum damnoſum reputetur *Socin. iun. conſ.*47. *numer.* 7. *&* 8. *Pedroc. conſ.* 26. *num.* 6. *&* 7. *Odd. de reſtit. in integ. qu.*54. *art.*3. *num.*7. *& qu.*26. *art.*2. *num.* 20. *Bero quæſt. familiar.* 115. *num.* 2. *& in c.*1. *num.* 6. *de reſtit. in integr. Rot. dec.*75. *num.*2. *&* 4. *coram Burat.*

26 Lim. tamen non procedit ſi minor fideiubeat cum ſolemnitatibus requiſitis per ſtatutum in contractibus minorum, quibus adhibitis tollitur vigore ſtatuti remedium reſtitutionis in integrum, *latè Odd. de reſtit. in integ. q.*15. *art.*1. *& tradit Bart. in l. cum ijs* §. *ſi cum lis in fi. ff de tranſact. Aret. in l. more ſub num.*4. *in p. &* 2. *conclu. ff. de acquirend. hæred. Rot. dec.*120. *numer.*6. *coram Gregor. XV.*

27 Lim. 2. ſi filius fideiuberet pro excarcerando patre, quo caſu etiam ceſſat reſtitutio vt pote quia dicatur hoc caſu exercere officium pietatis, & actum laudabilem, & pium *Doctor in l.*1. *C. de filioſ. & præcipuè Alber. circa med. Salic. numer.*4. *Paul. de Caſtr. num.*2. *Aret. in fi. Corn circa prin. Rot. dec.* 120. *num.* 7. *&* 8. 11. 12. *&* 13. *coram Gregor. XV. deciſ.*783. *num.* 9. *coram Burat.*

28 Immo etiam ſi eius obligatio, & fideiuſſio emanauerit ad impediendam eminentem executionem, & periculum nè in carceribus tradatur. *Salicet in l.*1. *num.* 4. *C. de filioſ. minor. ibique Alber. Caſtr. & alij Aret. in l.*1. *circa fin. C. de filiofamil. minor. Odd. de reſtit. in integr q.*23. *nu.* 52. *Gratian. diſcept* 952. *num.*13. *&* 19. *& latius diſcept.* 108. *num.* 41. *vſque ad* 47. *Ferentil. in addit. ad Burat. dec.*75. *num.* 23. *Rot. dec.* 783. *num.* 9. *coram Burat. dec.* 120 *numer.* 7 8. *&* 9. *coram Gregor. XV. dec.* 282. *numer.* 11. *poſt Pacif. de ſaluian.*

29 Lim. 3. ſi contractus celebratus per minorem fuerit iuramento firmatum, cum eius vigore minor habeatur pro maiori, & ſuppleantur omnes ſolemnitates requiſitę, & conſequenter priuatur beneficio reſtitutionis in integrum ſub prætextu læſionis, etiam ſi nulla concurrat cauſa, propter quam eius obligatio ſuſtineri valeat. *Auth. ſacramenta puberum C. ſi aduerſ. vendit. glo. in* §. *extraneis in verb. omnibus inſtit de hæred. qualit. & differen. Surd. conſ* 46. *per tot. Odd. de reſt. in integ. qu.*54. *art.*8. *num.* 32. *Guttier. de iuram. p.*3. *c.*11. *num.*3. *Mandoſ. in tract. de minor. ætat. qu.*9. *nu.*4. *Cancer. var. reſol. lib.*2. *c.*1. *de minor. numer.* 224. *Vincen. de Franc. dec.*448. *num.*1. *& per tot. Capel. Tholoſ. dec.* 130. *&* 196. *Mohed. in tit. de fideiuſſor. dec.*2. *num.*1. *fo.*341. *Put. dec.* 194. *& deciſ.* 244. *nu.*1. *&* 3. *lib.*3. *Burat dec.*75. *num.*3. *Gregor. XV dec.*120. *num.*4. *Rot. dec.*167. *num.*1. *&* 2. *dec.* 345. *num.* 2. *verſ. cum ſimilibus p.* 4. *recen. & in Reatina Caſtrorum* 27. *Iunij* 1665. *ſub* §. *quidquid coram R. p. d. Bourlemont. & prius in Bononien. indemnitatis* 30. *Ianuar.* 1651. §. *nec obſtare poteſt in fi. coram R. p. d. Albergato*.

30 Quamuis nulla ſolemnitas ſtatutaria interueniret iuxta opinionem *Bartol. in dicta Auth. ſacramenta puberum C ſi aduerſ. vendit num.*3. *Gratian. diſcept.* 555. *numer.* 20.

31 Sublim. vt licet iuramentum faciat minorem maiorem, non tamen ſupplet alias ſolemnitates *Gabr. in tit. de minor. conclu.* 5. *num* 49. *Gratian. diſcept.* 513. *num.* 21. 22. *& ſeq.* præcipuè ſi minor

non

Digitized by Google

non fuerit certioratus in actu celebrationis inſtrumenti, de beneficio reſtitutionis, quo caſu iuramentum nihil operatur.

32 Sublim. 2. vt non procedat *Auth. prædicta ſacramenta puberum C. ſi aduerſ. vendit.* ſi interueniat enormiſſima læſio, tunc enim minor non obſtante renunciatione, & iuramento reſtituitur; etenim hoc caſu iuramentum nihil operatur, ob præſumptionem doli, qui cum re ipſa contingat verò æquiparatur *Dec. conſ. 207. num. 74. lib. 2. Authar. conſ. 83. nu. 3. verſ. item eſt Bero. conſ. 117. in fi. vol. 3. latiſſimè Eugen. conſ. 29. num. 52. & 53. conſ. 12. numer. 73. Odd. de reſt. in integr. qu. 54. art. 8. num. 33. & 34. Guttierez. in repetit. dicta authen. ſacramenta puber num. 92. vbi in fi. ſubdit.* receptiſſimam eſſe ſententiam, & tenendã, quam vti æquiorem ſeruat Rot. quæ nunquam attendit iuramentum ſtante enormiſſima læſione *Caſſad. deciſ. vnica de empt. & vend. Burat. deciſ. 75. num. 8. 9. & ſeq. Add. ad Gregor. XV. deciſ. 406. num. 18. Afflict. dec. 322. num. 7. Rot. deciſ. 63. num. 6. penes Pic. ad ſtat. dec. 102. num. 5. p. 2. diuerſ.*

33 Contrarium quod læſio non conſideretur in fideiuſſione iurata minoris, cum ex iuramento repræſentetur maior voluerunt *Aym conſ. 613 nu. 28. Surd. conſ 87. num. 23. conſ. 114. num. 11. & ſ q. Mantic. de tacit. lib. 16. tit 4. num. 4.*

34 Imò quod nec prò excarcerando Patre tenet obligatio filij minoris ſi remaneat enormiſſimè læſus, & læſio enormiſſima in fideiuſſione filij pro Patre ſatis reſultat ſi ſumma pro qua fideiuſſit ſit ingens, ita vt ſperare nequeat releuatorem, vt potè quia Pater ſit facultatibus lapſus, & alios releuatores idoneos non habeat. *Surd. conſ. 46. n. 17. conſ. 87. nu. 12. Odd. de reſtit. in integr. q. 54. artic. 8. n. 33. Buratt. deciſ. 75. n. 11. & 12.*

35 Vel quia ſe obligauit vltra patrimonium paternum. *Surd. conſ. 46. n. 17. Odd. de reſtit. in integr. q. 58. art. 2. n. 19. & 24. Achil. d. 6. eod. tit. de in integr. reſtit. Burat. dec. 75 n. 13. Rot. deciſ. 63. nu. 12. apud Pic. ad ſtat deciſ. 428 n. 3 p. 1 diuerſ.*

36 Etenim concurrente enormiſſima læſione in contractu ad fauorem Patris celebrato, cui debetur reuerentia, præſumitur obligatio metu extorta, abſque alia probatione latè *Honded. conſ. 29. n. 42. & 43. lib. 1. Eugen. conſ. 29. & 95. Bald. conſ. 148. nu. 4. lib. 1. Surd. conſ. 395. n. 20 lib. 3 Menoch. lib. 3. præſumpt 127. n. 14. Couar. de ſponſ. p. 2. c. 3. §. 6. n. 4. verſ. hoc enim Buratt. deciſ. 75. nu. 14. Rot. deciſ. 102. n. 5. p. 2. diuerſ.*

37 Non obſtante iuramento, & renunciationibus beneficiorum, quę tanquam acceſſoriæ, eodẽ vitio inficiuntur. *Rimin. conſ. 98. num. 25. conſ. 379. num 17. lib. 1. Cephal. conſ. 554. numer. 16. lib. 4. Oſaſch. deciſ. Pedemon. 179. numer. 5. & 6. Burat. dec. 75. num. 15.*

38 Sublim. 3. in obligatione filij minoris per metum reuerẽtialem extorta, quo caſu ceſſat diſpoſitio *Auth. ſacramenta puberum C. ſi aduerſ. vend.* adeo vt iuramentum nihil operetur, nec minorem maiorem faciat, vt patet ex eadem *Auth. ibi vel iuſtum metum vbi notant Doctor. Iaſ. num. 60. Angel. ad fin. Salic. num. 3. Corn. num. 130. cum alijs per Burat. dec. 75. num. 16.*

39 Non tamen præſumitur fideiuſſio facta ad fauorem Patris ob nimiam reuerentiam, niſi probetur, cum adhuc effectum non ſufficiat timor reuerentialis, qui perſonæ debetur, ſed probandus eſt metus cuius vigore extorta fuerit obligatio, ſeu fideiuſſio, *vt ex Bald. felin. Cepic. ſubdit. eadem Rot. dec. 75. num. 10. & 11. coram Burat.*

40 Præcipuè ſtante conſenſu propinquorum, & decreto Iudicis, per quæ excluditur omnis ſuſpicio metus *l tranſactionem ff. de condit. indebit. Gregor. XV. dec. 120. num. 24. & 25. Burat. dec. 783. num. 12.*

41 Sublim. 4. quando ſtatutum ex omiſſione ſolemnitatum præſumit iuramentum dolo extortũ, nam tunc etiam contractus præſumitur doloſus *Caputaquen. dec. 200. p 3.* & expreſsè cauetur in conſtitutione Aegidiana, per quam præſumitur dolus, & iuramentum dolo extortum non adhibitis ſolemnitatibus in contractibus minorum requiſitis *Gratian qui alios allegat. diſcept. 513. nu. 12. 25. tom. 3. Rot. dec. 375. numer. 1. 2. & 5. p. 4. recen.*

42 Ac proinde huiuſmodi iuramentum eſt probandum aliunde, quam per inſtrumentum factũ ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs, quando per ſtatutum his contractibus, & inſtrumentis adempta ſit probatio latè *Rolan. conſ. 43. num. 3. & 4. lib. 3. Marſil. ſing. 700. Gratian. diſcept. 513. n. 2. & 3. Pute. dec. 111. num. 1 lib. 1. Rot. dec. 104. num. 1. dec. 93. in fi. p. 2. diuerſ. dec. 504. num. 6. 7. & 8. p. 5. tom. 2. recen.*

43 Contractus verò minoris quamuis nullus, ſuſtinetur vbi minor eſt factus locupletior *l ſi prædium §. emptor C. de præd. minor l. ſi pupillorum § ſi obligauerit de reb. eorum Caputaquen. dec. 199. per tot. Gregor XV. dec. 31. num. 9. Rot dec. 867. num. 5. p. 3. diuerſ. dec. 504. numer. 10. p. 5. tom. 2. in recen.*

44 Sed hæc vtilitas adhuc effectum non ſolum debet eſſe euidentiſſima *Dec. conſ. 532 Rot dec. 1242. num. 3. Rot. dec. 504. num. 17. p. 5. tom. 2. recen.* verum etiam eſt plenè probanda ab eo, qui vult cõtractum ſubſtineri ex hoc capite, ita vt nec dicatur probata vtilitas ex ſola receptione pecuniarum *Rot. dec. 504. num. 17. & 18. p. 5. tom. 2. recen.*

45 Sed hoc non procedit ſi ſtatutum annullet cõtractum celebratum abſque ſolemnitatibus, licet minor fuerit factus locupletior, cum tantum ſibi locum vindicet in ſtatutis, in quibus ſolemnitates requiruntur ne minores, & pupilli lædantur, & non vlterius procedant annullando, & inualidando etiamſi fiant locupletiores, vt in terminis ſtatuti Bononien. dixit *Rot. dec. 504 num. 11. & 12. p. 5. tom. 2. recen.*

46 Obſerua. 2. vt mulieres pro alijs intercedere, fideiubere, & quomodocunque ſe obligare ſunt prohibitæ *l. 1. & tot. tit. ff. & C. ad S.C. Velleian. Rot. in Romana Societatis officij 4. Februar. coram Penia inter impreſ. penes Marcheſ. de commiſſion. p. 1. fo. 911. dec. 56. num. 6. poſt Pariſ. de ſaluian. interdict. dec. 333. num. 2. coram Gregor. XV.*

47 Et non ſolum pro filio *l. 3. C. ad Velleian.* ſtrictius, & artius pro maritis ſe obligare prohibentur, *vt tot. tit. ff. & C. ad Velleian. Auth ſi qua mulier. C. eod. tit. ibique Bald num. 2. Gratian. diſcept. 952. num. 9. Surd. dec. 164. num 11. Gregor. XV.*

Digitized by Google

gor XV. dec.333. num. 2. & 3. & ratio eſt quia præſumuntur ſeductæ, ac proinde eorum obligatio ipſo iure redditur nulla, vt tradunt *Doctor in Auth ſi qua mulier C. ad Velleian. Bart. in l.fi. nu. 2. in prin C. eod. tit. Seraph. de iuram. priuil.65. num. 3. Surd. dec. 164. num. 11. & 12. verſ. non obſtat Rot. in Romana Societatis officij coram Penia penes Marcheſ. de commiſſion. p.1. fo. 911. num. 2.*

48 Amp. vt obligatio mulieris, ſiue eius fideiuſſio ſiue pro marito, ſiue pro alijs eo magis eſt inualida, quando non eſt ei conſultum pro eius releuatione & nec in bonis viri, vel aliorum pro quibus ſe obligauit releuari ſeu indemnis conſeruari poſſit, ſiue conſideretur tempus obligationis, ſiue ſolutionis *Theſaur. dec.223. n.11. Greg.XV. dec. 333. n.7. dec 363. n.2.* Secus autem ſi habeat releuatorem, à quo cum poſſit cõſequi ſuam dotem indotatam remanere dici non poteſt, vt eius obligatio reddatur inualida *Roma.conſ.187.n.2. Cranet. conſ.77. n.16. Afflict.dec 311.n.2. dec.112. n.2.Rot.dec.100. n.3.& 4 poſt Zacch.de oblig. Ca-*
49 *meral.* Etenim quando mulier non poteſt habere ſpem releuationis dicitur apertiſſimè læſa, ac proinde penitus corruit eius obligatio, ſecus autem ſi habeat releuatorem, cum tunc excludatur omnis læſio *Afflict. dec.311.n.2. Rot.dec.56.nu.8. poſt Pacif. de ſaluian.* quæ non eſt toleranda, *Rot.dec. 333.n.7. & 8. coram Gregor. XV. dec.216. n.14. penes Poſt de ſubaſt. dec 10. num. 11. penes Pitum ad ſtat. Vrbis dec.48. num.23. p.8. recen.*

50 Hinc eſt quod ad hoc, vt exequatur mandatum contra mulierem relaxatum, debet conſtare ſupereſſe aliqua bona, ſuper quibus eius dos tuta conſiſtat. *Gregor.XV. deciſ.363. n.3. in fin.* & ad hunc effectum bona ſuper quibus mulier releuari debet, non ſolum debent adeſſe tempore obligationis, ſed etiam tempore quò agit ad dotem, vt contra *Paul de Caſtr. in l.Meuia §.fin ff ſolut. matrim.tenet Imolan cap.peruenit de emption. & tenedit Afflict.deciſ 313. per tot.*

51 Mulier autem obligans ſe ſimul, cum viro licet ſe principaliter obliget, tamen cenſetur pro illo intercedere, & niſi probetur quod pecuniæ in propriam ipſius mulieris vtilitatem verſæ fuerint, eius obligatio non ſubſtinetur cum præſumatur doloſa, & in fraudem legis procurata, *Bald. in auth ſi quà mulier num.9. verſ.item quod C. ad Velleian Honded.conſ.45.n.16.& ſeq lib.1. Surd. deciſ.164.n.11.Rot.deciſ.171.n.4.poſt Pacif de ſaluian.& in Romana ſocietatis officij coràm Pænia inter impreſ. penes Marcheſ. de commiſſion. part. 1. fol.911.n.2.*

52 Nec releuaret ſi in inſtrumento diceretur pecuniam ipſi mulieri fuiſſe numeratam, quia propterea non eſt credendum ceſſiſſe in eius vtilitatem, niſi verè aliunde probetur, *Rom. conſ 64 n.9.& ſeq.lib.1.Rot.in dicta Romana Societatis Officij n. 2. verſ. idemque ſciendum, & n.3.* vbi ſubdit quod hoc caſu ad nihilum ſuffragatur renunciatio Velleiani.

53 Lim ſupradicta non procedere ſtante iuramento, quod ſeruari debet nè anima ſalutis æternæ detrimentum patiatur *Seraph. de priuil. iuram. priuil.118.Guttier.de iuram. confirm p.1.c.55.n.6. Surd conſ.163.n.13.Afflict.deciſ.311.n.4. Theſaur. deciſ.223.n.8. Boer.deciſ.23.n.9.verſ.niſi iurauerit Rot.poſt Zacch.de oblig.Cameral.deciſ.100.n.2.*

54 De iure autem communi ad validandam mulieris obligationem ſufficit iuramentum *Gregor. XV. deciſ.363.num 3.* præcipuè de iure canonico, cuius vigore obligatio mulieris iuramento vallata ſubſtinetur non obſtante, *auth.ſi qua mulier. C. ad Velleian.gl ſ.communiter recepta in c.ex reſcripto de iur. iuram.Curt.iun conſ 47.n.2.& 5.p.1.Seraph. de iuram priuil.118.n.4. Burſat conſ.56.n.15.lib.1. Theſaur deciſ.223 n.10. Afflict.deciſ 311.n 4 Rot. in Fulginaten pecuniaria 25 Iunij 1621.coram Mazanedo poſt Gilian.ad Sat. Peruſ. deciſ. 91. n.2.& deciſ.171.n.9.poſt Pacif.de ſaluian. interdict. & late deciſ.56.n.7.poſt eundem. & deciſ.100.num.2. poſt Zacch. de oblig. Cameral.*

55 Mulieris igitur obligatio redditur valida ſi certiorata de beneficio auth. ſi qua mulier illi expreſsè, & particulari iuramento renunciauit, quo caſu valida eſt renunciatio, vt impugnari non poſſit *Surd.cõſ.367 n.12 Tiraq. in l.ſi vnquam in præfat. n.136. C de reuocan. donat Seraph.de iuram.priuil.63.n.3.& ſequen. Rot. deciſ.775.n.6.& 7.p.1. in recent. & in Romana Societat. Officij 4.Februar. 1602.coram Penia penes Marcheſ de commiſſion.fo.911.tom.1.n.4.ſub verſ.& hæc locum habent & deciſ.171.n.10.poſt.Pacif.de ſaluian interdict.*

56 Lim. vt fideiuſſio, & obligatio mulieris etiam ſi emanauerit cauſa excarcerandi virum, & appoſitum ſit iuramentum reddatur nulla, & inualida ſi remaneat penitus indotata, vt ſi non remaneant tot bona viri, in quibus poſſit releuari indemnis circa illam quantitatem, pro qua ſe obligauit, fideiuſſit, vel hypothecæ renunciauit, nam cum hoc caſu agatur de obligatione contra publicam vtilitatem, ex quo reipublicæ intereſt mulieres non remanere indotatas iuramentum non poteſt validare huiuſmodi obligationem vti mulieri enormiſſimè læſiuam vt comprobat. *Rot.deciſ. 115. à numer.1.& per tot.poſt Pacif. de ſaluian.*

57 Lim.2.quod licet Auth ſi qua mulier poſſit cum iuramento renunciari, & attenta diſpoſitione iuris communis obligatio valeret propter religionem iuramenti, ſecus autem vbi viget ſtatutum prohibens mulieres ſine certis ſolemnitatibus ſe obligare non poſſe, vt expreſsè cauetur *per Statutum Vrbis lib.1. cap.151.* & per alia ſtatuta ferè per totam Italiam. *Rot. in Romana Societatis Officij, coram Pænia penes Marcheſ de commiſſion p.1.fol.911.n.5.*

58 Poteſt igitur mulier ſe obligare ſine ſolemnitatibus ſi non adſit ſtatutum illas requirens *Rot.deciſ.91. n.8. poſt. Gilian. ad Satut.Peruſ. deciſ.304. n.8 & 9. p 4.tom.2.recent.*

59 Præcipuè ſi non habeat locum *Conſtitutio Marchiæ lib. 5. cap. 25.* loquens de Minoribus in ea parte, qua fuit extenſa etiam quo ad mulieres per Cardinalem Carpenſem, eo quod huiuſmodi extentio non obligat, nec ſe extendit vltra prouinciam Marchiæ *dicta deciſ.91. n.9. poſt Gilian. deciſ.304.n.6.p.4.tom.2.recent.*

60 Obſerua 3. Quod quando adſunt plures obligationes ſucceſſiuè factæ pro marito, vel alijs in fauorem plurimorum creditorum, poſteriores, quæ excedunt dimidiam dotis partem, vti læſionem enormem immediatè cauſantes redduntur nullæ, anteriores verò intra dimidiam contentæ

ſubſti-

ſubſtinentur vti factæ lege permittente, cũ ex illis mulier non remaneat indotata nec in maiori parte dotis læſa, vt de veriori in iudicando, & conſulendo omnino tenenda tradit *Salgad in Laberint creditor. p.2. c.4. num. 69. 70. & 75. vſque ad 80 ex Larea allegat. Fiſcal.3. num.29. Gaſpar. Anton. Theſaur. quæſt. forenſ.65. num.4. lib.2.*

61 Et quoad indotationem conſiderandam non ſunt attendenda bona paraphernalia, nec patrimonialia vxoris, ſed tantum bona dotalia, cum ex dictis bonis mulier non relevetur, nec læſio excludatur cum tantum bona dotalia à lege habeantur in conſideratione. *Fontanel. de pact. nuptial tom.2. Clauſ. 7. p. 6. num. 4. Larea allegat. fiſcal.35. num. 25. & 30. in fi. Salgad. in Laberint. creditor p.2. c.4. num 31.*

62 Contrarium veró quod indiſtinctè omnes contractus, & obligationes tam poſteriores, quam anteriores ſint nullæ, & reſcindæ ob læſionem enormem vxoris, & indotationem tenet *Nogue-rol. allegat. 29. num.107. & pluribus ſequen.* quæ opinio reprobatur à *Salgad. in Laberint. creditor. p.2. c.4. num.82.* & ratio videtur eſſe, quod ſicuti prima obligatio intra dimidiũ dotis ſubſtinetur poſterioribus obligationibus nõ concurrentibus, ita ſubſtineri debet eiſdem concurrentibus, quia cum inter ſe nihil commune habeant, earum nullitas inficere non valet prioris validitatem

63 iuxta vulgatem regulam quod vtile per inutile non vitietur. Sed inutiliter tantum adiectum vitiatur *l.1. §. ſed ſi mihi ff. de verb oblig. c. vtile de reg. iur. in 6 Gail. lib.2. pract. obſer.4. num. 6. Rot. in Foroliuien cenſus coram Orano impreſ. inter conſ. Farinac.64. ſub num. 21. tom.1.* & ſolum

64 quando materia eſt indiuidua vtile per inutile vitiatur *l pecuniæ ff. de vſur. l.1. §. item quæritur ff. de aqua quot. & æſt. l græce §. illud ff. de fideiuſ. ſor. Cald. de empt. & vend. c.32. nu.38. c 13. num. 53. circa med. Couar lib.2. var. reſol. c.18. num. 5. Tiraq. de retract. lignag. §. 3. glo 1. num. 23. Surd. dec. 248. in fi. verſ. vnum addo. Rot. deciſ. 325. num.11. poſt 2. val conſ. Farinac.* ſecus veró

65 in ſeparabilibus in quibus vtile per inutile non vitiatur *l. 1. §. ſed ſi mihi ff. de verb. oblig. & ibi DD.* Rom *conſ 60. in prin. Quintilian. Mandoſ. in reg. Cancel. 27. qu. fi. numer. 10. cum alijs per Cald. de empt. & vend. c.32. num.36.*

66 Obſerua 4. quod minor abſque ſolemnitatibus requiſitis cenſum imponens habet, & competit beneficium reſtitutionis in integrum, non ſolum ad effectum eximendi ſe à fructuum ſolutione, ſed etiam ad effectum ſe ipſum eiuſque bona liberandi ab onere reſtitutionis ſortis principalis *Odd. de reſtit. in integ. vlt p. 2. qu. 56. num. 46. cum alijs per Cinc. de Cenſib. p.1. c.2. q.1. art.2. num.15. & ſecundum nouam impreſſionem q. 15.*

67 Lim. ſi facta fuerit cenſus impoſitio adhibitis neceſſarijs ſolemnitatibus, cum hoc caſu reddatur valida, nec à minore impugnari poteſt *Cinc. loco citato num. 16. & poſt eundem Rot deciſ. 21. num.1. & 11. dec.22. num.1.* vbi quod pro decreto

68 to Iudicis præſumatur, non ſolum quoad ſolemnitatem requiſitam pro iuſtitia *Menoch. lib.2. præſumpt.75. num.5.* ſed etiam quoad ſolemnitatem requiſitam quoad validitatem decreti. *Surd. conſ. 29. num.7. vol.2.*

HORTANA FRVCTVVM DOTIS.

ARGVMENTVM.

FRuctus dotis non ſolutæ ſolui debent à Patre promiſſore eiuſq; hæredibus per totum tempus quo durauit matrimonium, eoque diſſoluto ipſimet filiæ viduæ debentur tamquam alimenta, nec adhunc effectum eſt neceſſaria interpellatio quando agitur contra Patrem dotis promiſſorem, ſecus contra hæredes viri pro dotis reſtitutione. Ius petendi fructus dotales eſt tranſmiſſibile ad hæredes, quando dos ſuccedit loco legitimæ, fructus dotis à viro non petiti, dum vixit an cenſeãtur remiſſi, & donati per totum tempus quo durauit matrimonium materia diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 Obligatio cameralis paratam habet executionem. Inſtrumentum publicum facit probationem probatam ibidem.

2 Inſtrumenta dotalia vigore ſtatuti Vrbis c. 85. lib. 1. habẽt executionem paratam etiam contra tertios poſſeſſores bonorum.

3 Fructus dotis non ſolutæ ſolui debent à Patre eiuſque hæredibus pro toto tempore quo durauit matrimonium hæredibus viri, & poſtea vxori ſuperſtiti tamquam alimenta.

4 Emptor retinendo rem, & pretium tenetur ad fructus recompenſatiuos.

5 Fructus dotis à Patre promiſſæ, & non ſolutæ debentur hoc ipſo quod vir incipit ſubſtinere onera matrimonij abſque alia interpellatione & licet non fuerint promiſſi.

Maritus repetere poteſt alimenta præſtita vxori ob dotem non ſolutam actione negotiorum geſtorum ibid. in fin

6 Fructus dotales non ſunt ſoluendi ab extraneo dotis promiſſore ab retardatam ſolutionem abſque interpellatione niſi elapſo biennio.

7 Interuſuria dotalia ſunt præſtanda ſiue dos promiſſa fuerit in ſtabilibus ſiue in pecunia.

8 Pater tenetur dotare filiam etiam ſi abſque eius conſenſu nupſerit cum viro tamen digno.

Fructus dotales ſunt ſoluendi à Patre eo ipſo, quo vir ſubſtinere incæpit onera matrimonij licet duxerit abſque eius conſenſu ibid.

9 Obligatio ſoluendi fructus dotales tranſmittitur ad hæredes Patris dotis promiſſoris ad fauorem viduę eiuſque hæredis num. 17.

Ius exigẽdi fructus dotis non ſolutæ Pater tranſmittit ad filios, & dictis non extantibus ad eius vxorem ibidem.

10 Fructus dotales adhoc vt viduæ debeantur ab hæredibus viri requiritur iudicialis interpellatio, ſecus ſi agatur contra Patrem dotis promiſſorem eiuſque hæredes num. 11. Contrarium num. 15. Declar. vt num. 16.

12 Fructuum dotis non ſolutæ curſus non ceſſat poſt mortem viri ad fauorem viduæ, eiuſque filiorum hæredum donec dos ſoluatur.

13 Ius exigendi fructus dotis, quæ vigore ſtatuti ſuccedit loco legitimæ per vxoris obitum non extinguitur, ſed eſt tranſmiſſibile ad eius hæredes.

14 Limit. quando dos non ſuccedit loco legitimæ.

17 Mora ſemel incurſa ſemper durat.

Fructus dotis finita dilatione ſtatim debentur abſque alia interpellatione ibid. etiam ab extraneo promiſſore num. 18.

18 Dies interpellat pro homine.

19 Interuſuria dotalia ſoluto matrimonio non debẽtur,

eiuſque

Digitized by Google

eiuſque conuentio redditur fæneratitia. Contrar. quod viduæ debeantur à Patre eiuſque hæredibus tamquam alimenta num. 20.

21 Fructus dotales ſi à viro conſtante matrimonio non fuerint petiti cenſentur remiſſi, præcipuè ſi effluxerit decennium num. 22.

23 Lim. procedere ſi dos ab ipſa muliere promiſſa, vel recepta fuerit.

24 Lim. 2. procedere in vſuris odioſis, ſecus in debitis marito propter ſuſtentationem onerum matrimonij

25 Lim. 3. non procedere in promiſſione iurata, cuius vigore perpetuatur actio.

26 Lim. 4. quando ſuperſunt filij viri creditoris, quibus non cenſetur præiudicare voluiſſe.

27 Lim. 5. vt decennale viri ſilentium non ſufficiat, quãdo fructus dotales debentur titulo oneroſo ex ſubſtentatione onerum matrimonij.

28 Præſcriptio Statuti Vrbis in c. 158. lib. 1. non procedit in contractu dotis, ſecus in eius fructibus.

29 Præſcriptio ob malam fidem inchoari non poteſt. Amp. vt num. 33.

30 Amp. vt ob malam fidem defuncti nec inchoari. nec compleri poteſt ab eius hæredibus licet ſint in bona fide.

31 Mala fides reſultat ex ſcientia debiti.

32 Præſcriptio ſtatutaria procedit in eo qui neſcit debitum fuiſſe ſolutum, ſecus in eo qui ſcit ſolutum non fuiſſe.

34 Præſcriptio contra mulierem pro rebus dotalibus durante matrimonio non currit.

35 Præſcriptio non currit contra ignorantem.

36 Ignorantia præſumitur in hæredibus.

37 Præſcriptio fundatur in ſcientia, & patientia partis.

38 Præſcriptio non currit ignoranti eueniſſe caſum ſui iuris, & ſi currit datur reſtitutio in integrum.

39 Præſcriptio non currit contra pupillum, & minorem etſi currit datur reſtitutio in integrum num. 40. quod beneficium trahitur etiam ad maiores litis conſortes num 41.

42 Præſcriptio ſtatutaria non ſuffragatur neganti debitum.

43 Interuſuria dotalia cenſentur remiſſa per receptionẽ ſortis liberè factam contrarium verius. num. 44. Amp. præcipuè quando fructus debentur conditione ex ſtatuto num. 45.

DECISIO III.

RElaxandum duxi mandatum executiuum ad fauorem D. Hortentiæ, & Franciſci, aliorumque fratrum de Campanellis pro conſecutione fructuum dotis promiſſæ, & non ſolutæ aduerſus Dominos de Fortunatis heredes, quondam Cæſaris, patris dictæ Hortentiæ præfatæque dotis promiſſoris, etenim conſtat de credito ex publico inſtrumento conſtitutionis dotis came-
1 rali obligatione vallato, quod paratam habet executionem, & probatam probationem facit *l. cum precibus* 8. *C. de probat. cap. dilecti. de donat. Gregor. XV. dec.* 157. *num.* 13. *dec.* 180. *num.* 1. *dec.* 196. *num.* 1. *dec.* 459. *num.* 2. *&* 3. *Mantic. dec.* 302. *ſub num.* 1. *verſ. nam quod ſcriptum eſt Burat. deciſ.* 540. *numer.* 4. *Rot. deciſ.* 344. *ſub numer.* 1. *verſ. vt patet ex inſtrumento par.* 4. *recen. & deciſ.* 273. *num.* 2. *poſt Zacch. de oblig. Cameral.*

2 Præcipuè attento ſtatuto Vrbis *in c.* 85. *lib.* 1. cuius vigore inſtrumenta dotalia, ex quibus aliquid debeatur ſub nomine, & occaſione dotis, ſtatim poſt eorum exhibitionem ſunt executioni demandanda, non ſolum contra debitores, eiuſque heredes, verum etiam contra quoſcunque poſſeſſores bonorum tacitè, vel expreſsè obligatorum, quamuis tertij poſſeſſores ſint & ab obligante cauſam non habeant, dummodo bona prædicta per obligantem tempore obligationis, aut poſtea poſſeſſa fuiſſe probetur, & huiuſmodi ſtatutũ eſſe deciſoriũ, & inter diſtrictuales ſeruandũ pro vt de ſtylo ſeruari in omnibus Vrbis tribunalibus teſtatur *Saluſt. Tiber. in prax. Auditor. Cameræ lib.* 2. *c.* 35. vbi in Signatura Gratiæ coram Clemente Papa VIII. ita deciſum fuiſſe *& dixit Rot. dec.* 196. *num.* 2. *&* 3. *poſt Zacch. de oblig. Cameral.*

3 Huiuſmodi autem non ſolutæ dotis fructus attenta mora non eſt dubium, quod ſolui debent à Patre, qui dotem promiſſit, ſeu ab eius hæredibus per totum tempus, quo durauit matrimonium præfatis de Campanellis vel hæredibus Curtij Patris, qui ſubſtinuit onera matrimonij, eoque diſſoluto ipſi Hortentiæ ob perſeuerantiã, & continuationem in eadem mora, in primo quidem caſu in recompenſationem ſubſtentationis onerum matrimonialium, in ſecundo ſaltem tamquam alimenta, quę Pater, eiuſque hæredes tenentur præſtare filiæ, & reſpectiuè ſorori vigore ſtatuti à paterna hæreditate excluſæ *l. pro oneribus vbi Doctores l. de iur. dot. l. doti fructus C. eod. tit. cap. ſalubriter* 16. *& ibi Doctor. de vſur. glo. fi. in C. de diuiſione ff ſolut. matrim. Cagliol. in l. curabit C. de action empt. Chephal. conſ.* 485. *num.* 12. *de communi Corn. conſ* 59. *num* 7. *lib.* 3. *Bero. conſ.* 129. *num.* 11. *lib.* 3. *Gabriel. conſ.* 20. *nu.* 86. *tom.* 2. *Surd. de aliment. tit. p. q.* 42. *numer.* 1. *Gratian. diſcept.* 143. *num.* 1. *Afflict deciſ* 284. *num.* 4. *Mantic. dec.* 26. *num.* 2. *Seraph. dec.* 958. *num.* 3. *& dec.* 517. *num.* 1. *& ſeq. Gregor. XV deciſ.* 80. *num.* 4. *Rot. dec.* 471. *num* 1. *p.* 1. *recen. & in Bononien. dotis* 18. *Martij* 1648. *§ tertio demum in fi. coram Dunozet. inter eius impreſ. dec.* 796. *numer.* 1.

4 Aequitas autem non patitur, immo rationi repugnat, quod Pater, eiuſque filij hæredes retineant dotem, & alimenta in recompenſationem fructuum dotalium poſtquam dos, conſtituta, & promiſſa fuit, ſicuti emptor retinendo rem & pretium ſiue in parte, ſiue in totum tenetur ad fructus recompenſatiuos ex æquitate. *l. curabit C. de action. empti l. fructus C. eod. tit. Gratian. diſcep.* 937. *num.* 16. *Magon. deciſ. florent.* 441. *num.* 17. *Gregor. XV. dec.* 347. *num.* 2. *Coccin. dec.* 320. *num.* 3 *dec.* 342. *num* 3. *Rot. dec.* 124. *num* 5. *poſt Cinc. de Cenſib. dec.* 424. *num.* 1. *p.* 1. *dec.* 13. *num.* 1. *& ſeq. p.* 5. *dec.* 610. *num.* 1. *p.* 5. *tom* 2. *recen.*

5 Statim enim, quod vir vxorem ad domum ducit, & onera matrimonij ſubſtinere incipit ſi agatur de dote à Patre, vel fratre pręſtanda conſtituuntur ipſe pater, vel frater in mora irregulari, & fructus dotis promiſſæ abſque præfixione temporis, & non ſolutæ incipiunt deberi, etiam ſi conuenti non fuerint, nec interuenerit iudicialis interpellatio, ex quo ipſa ſubſtentio onerum matrimonij habet vim interpellationis & conſtituit in mora, immo reſpectu patris fructus verè non debentur ratione morę, ſed loco alimentorum, quæ Pater filiæ præſtare tenetur quouſque dotem ſoluat, vt animaduertit *Merlin. de legit. lib.* 2 *tit.* 1. *qu.* 1. *num.* 7. *&* 8. *Ciriac. controuerſ.* 30. *per*

tot. Adden. ad Burat. dec. 159. num. 13. Fenſon. ad ſtat. Vrbis cap. 137. num. 26. lib. 1. Doctor in l. de diuiſione ff. ſolut. matrim. & de communi teſtatur Alex. conſ. 147. num. 3. ad fin. lib. 2. Surd. de aliment. tit. 1. qu. 42. numer. 133. & conſ. 190. num. 31. ad fin. Gabriel. in tit. de ſolut. conclu. 9. numer. 1. Fontanel. de pact. nuptial. Clauſ 6. glo. 2. p. 6. num 4. & 5. & 10. tom. 2. Gratian. diſcept. 141. numer. 59. diſcept. 143. numer. 14. diſcept. 245. num. 30. cum pluribus ſequen. & diſcept. 726. num. 3. & 4. Rodriq. de annuis reddit. lib. 3. qu. 7. num. 49. Mazon. deciſ. Florent. 83. num. 1. Maſtr. dec. 298. num. 16. Giurb. dec. 72. num. 1. late Sperel. dec. 84. num. 1. Ridolphin. in ſua prax. recen. p. 3. c. 5. num. 449. Rot. dec. 226. num. 2. poſt Zacch. de oblig. Cameral. & in Romana fructuum dotis de Cencis coram Orano poſt Fenſon. ad ſtat. Vrbis dec. 81. §. neque hic quærendum dec. 85. §. neque refragari, & dec. 86. §. quia pluribus modis penes eundem Fenſon. dec. 244. num. 1. p. 4. diuerſ. dec. 471. num. 1. p. 1. dec. 574. num. 1. p. 2. dec. 448. num 1. p. 3. recen. & in Bononien. dotis 18. Martij 1648. §. tertio demum in fi. coram Dunozet. & in alia Bononien. dotis 10. Martij 1651. ſub §. ſiquidem ſolutio coram Peutingerio. Ac proinde maritus præſtando alimenta vxori, quæ pater, vel frater præſtare tenentur, cum cenſeatur eorum negotiũ vtiliter geſsiſſe, repetere poteſt actione negotiorum geſtorum etiam nulla exiſtente dotis liquidatione Surd. de aliment. tit. 1. q. 42. num. 14. vſq; ad 22. cum alijs per Gratian. diſcept. 244. num. 10.

6 Quidquid ſit in extraneo dotis promiſſore, qui ſine interpellatione non incurrit moram irregularem, nec tenetur ad fructus recompenſatiuos niſi elapſo biennio. Bart. & alij in l. de diuiſione ſolut. matrim. Iacob. Niger. in l. ſi inſulam num. 22. de verb. oblig. Bald. Nouel. in tract. de dote q. 1. prin. num. 10. & 4. p. prin. num. 10. Gratian. diſcept 143. num. 20. Magon. deciſ. Florent. 87. num. 2. Grum. dec. 70. n. . . Sperel. dec. 84. numer. 2. & ita diſtinguendo inter patrem, & extraneum dotantem Rot. in Tuſculana Saluiani 21. Maij 1648. §. neque interpellationes coram Veroſpio, & in Romana fructuum dotis 12. Februarij 1666. §. cum enim Pater in fi. coram Otalora.

7 Quæ adeo vera ſunt vt veniant præſtanda huiuſmodi interuſuria dotalia, ſiue dos ſit promiſſa in ſtabilibus, ſiue in pecunia numerata, & ſiue maritus ſit ſolitus negotiari, ſiue non, cum hi fructus non debeantur marito præciſe ratione vſurarum, ſed ratione damni, quod ſentit, in præſtando de proprio alimenta vxori, vbi ſoluta dote ex eadem præſtaret. Alex. conſ. 31. numer. 20. 21. lib. 6. Surd. in tract. de aliment. q. 42. num. 1. Rot. dec. 44 num 3. & 4. p. 4. diuerſ. dec. 428. num 2. p 3. recen.

8 Quinimo in fortioribus terminis ſi filia contraxerit matrimonium abſq; Patris aſſenſu, cum viro tamen digno, & hic nulla dotis præceſſerit promiſsio, nihilominus debentur huiuſmodi fructus, cũ ſtatim pater quod vir incæpit ſubſtinere onera matrimonij teneatur dotẽ præſtare, & non præſtando teneatur ſoluere fructus dotales ad formam ſtatuti Vrbis Rot. dec. 457. num. 2. coram Merlin. & in Romana fructuum dotis 12. Februar. 1666. §. fructus vero, & per totam Otalora, licet contrarium videatur ſenſiſſe Rot. dec. 517. num. 1. coram Seraph.

9 Obligatio igitur ſoluendi fructus dotales, ſicut fecit tranſitum ad hæredes Patris dictæ dotis promiſſoris, Sperel. dec. 84. num. 24. verſ. præſertim tom. 1. Ita ius eos exigendi Curtius vir tranſmiſit ad dictos eius filios, dum viuens non petijt, Dec. conſ. 571. num. 3. & 4. Natta conſ. 495. nu. 1. & ſeq. Alex. conſ. 63. lib 4. & ita fuiſſe iudicatum Florentiæ teſtatur Card. Tuſch. lit. D. conclu. 741. num. 117. tom. 2. Gratian. diſcept. 143. num. 42. & 44. Rot. in Romana fructuum dotis 23. Iunij 1642. coram Bichio. Et ſi non exiſterent filij fructus dotales per maritum non exacti contra dotis promiſſorem, cum remaneant in credito dotis, tamquam eiuſdem acceſſionis exigi poſſunt ab vxore ſuperſtite tamquam ius exigendi ad eandem tranſmiſſum Fontanel. de pact. nuptial. Clauſ 8. Glo. vnic. num. 24. tom. 2. Rot. dec. 284. num. 8. & 9. poſt Pacif. de Saluian.

10 Soluto vero matrimonio per mortem viri pariter debentur huiuſmodi fructus Hortentiæ, etiam ſi non interceſſerit iudicialis interpellatio, cuius, neceſſitas tantum viget, quando agitur per viduam contra heredes eius viri pro reſtitutione dotis, adhoc vt conſtituantur in mora, & teneantur ad fructus recompenſatiuos, vt expreſsè diſponitur per ſtatutum Vrbis lib. 1. c. 137. à quo requiritur pro forma & ideo præcisè eſt adimplenda Gregor. XV. dec. 269. num 1. vbi Adden. num. 7. Rot. dec. 528. ſub num. 4. p. 2. deciſ. 127. numer. 10. verſ. quia per litis conteſtationem cum ſeq. p. 4. tom. 2. recen Rot. in Tuſculana Saluiani 25. Maij 1648. in prin. coram Veroſpio, & in Romana fructuum dotalium 7. Iunij 1651. §. poſt mortem coram Dunozet.

11 Secus vero quando agitur contra Patrem dotis promiſſorem, eiuſque hæredes moroſos in ſoluenda dote filiæ per ſtatutum excluſæ, cui debentur fructus abſque alia interpellatione iuxta magiſtralem diſtinctionem, quam ſequitur Rot. in Tuſculana Saluiani 25. Maij 1648. §. neque interpellationes verſ. poteſt enim admitti coram Veroſpio, in Romana Saluiani 4 Decembr. 1645 § reſpectu vero verſ. nec nulla coram eodem, & in Romana dotis 19 Iunij 1654. §. non obſtat verſ. interpellationis vero coram eodem.

12 Etenim huiuſmodi fructus licet ceſſent ad fauorem viri defuncti poſt eius mortem, non tamẽ eorum curſus ceſſat ad fauorem vxoris viduæ, & eius filiorum hæredum, donec, & toto tempore medio dos ſoluatur, nam quando agitur de dote promiſſa à Patre filiæ excluſæ à ſtatuto propter maſculos ſoluto matrimonio, ſi fructus dotis non debentur vti fructus, ſaltem debentur vti alimenta, donec dos ſoluatur ſeu vti fructus legitimæ, cuius loco dos hoc caſu ſuccedit, vt notant Doctor. omnes in l. Alimenta ff de negot. geſt. Surd. de aliment qu. 26. num. 1. & q. 105. num. 2. ex cumulatis per Rot. in Romana fructuum dotis de Cencis coram Orano poſt Fenſon ad ſtat. Vrbis dec 81. per tot. & in Romana dotis de Vellis coram Litta poſt eundem dec. 84. §. tum etiam quia & §. ſequen & in Romana fructuum dotis de Caſijs coram Orano poſt eundem Fenſon. dec. 86. §. quia pluribus modis & in dicta Tuſculana Saluiani 25. Maij 1648. §. neq

inter-

Digitized by Google

interpellationes verſ. poteſt enim admitti coram Veroſpio.

13 Qui fructus, quod magis eſt, etiam defuncta vxore perſoluendi eſſent eius hæredibus attento ſtatuto excluſiuo fœminarum propter maſculos, cuius vigore cum dos ſuccedat loco legitimæ, cenſetur tranſmiſſum eiſdem hæredibus, non ſolum ius dictæ legitimæ, ſed etiam alimentorum, vſque ad diem ſolutionis eiuſdem dotis, ſeu legitimę *Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 2 c. 15. num. 10. Cuc. da legit §. poteſt præterea non ab ra, verſ. & in his quidem Gratian. diſcept. 44. num. 7. vol. 1. cum alijs per Ridolphin. in ſua prax. recen. p. 3. c. 5. numer. 459. & plurib. ſequen.*

14 Nec præfatæ concluſioni aduerſatur *Rot in Romana fructuum dotis 12. May 1625. coram Coccino apud Fenſon. ad ſtat. Vrbis dec. 91.* cum non loquatur de dote promiſſa à Patre filiæ excluſæ propter maſculos, nec in caſu in quo dos, vel alimenta ſuccedunt loco legitimæ, ac proinde non eſt mirum ſi mortua vxore non currant amplius fructus ad fauorem mariti etiam ſi adſint filij vt firmatur in dicta *deciſione, & animaduertit* Ridolphin. *in ſua prax. recen. p. 3. c. 5. num. 465.*

15 Quibus non aduerſantur authoritates in contrium allegatæ ſcilicet, quod requiratur interpellatio adhoc vt debeantur fructus dotales, etiã ſi agatur contra hæredes promiſſoris præſertim tranſuerſalis vt videtur tenere *Iaſ in l. quod te nu. 35. ibique* Ripa *num. 59. ff. ſi cert. petat.* Ruin *conſ. 221. numer. 30. & 40. lib. 1. Menoch. conſ. 641. num. 21. Peregrin. conſ 88. num. 9.* Rot. *dec. 1206. num. 11. coram Penia dec. 182. num. 2. & 3. p 4. to. 2. recen. dec. 86. § quia à pluribus poſt Fenſon. ad ſtat. Vrbis cum alijs in Tiburtina* Caſtri *Sancti Angeli 14. Februar.* 1656. *§. quia vero coram Meltio.*

16 Quoniam loquuntur, vel de extraneo promiſſore dotis, vel in caſu, in quo dos non ſuccedit loco legitimæ, aut quando dos non erat promiſſa viro; ſed ſolum legata, & conſequenter deficiente obligatione fructus abſque interpellatione non deberi dixit *Rot. dicta dec 182. num. 2. & ſeq. p. 4 tom. 2. recen.*

17 In quorum corroborationem ſuffragatur etiã quia dos finita dilatione ſoluta non fuit intra tempus conuentum, quo caſu ſicut illico, & incontinenti reſultat incurſus moræ, quoad promiſſorem præcipuè ſi promiſſioni accedat iuramentum, vt in caſu noſtro, quod habet vim interpellationis, ita etiam per conſequens intrat obligatio ad fructus, quæ eo mortuo, non propterea tollitur, ſed ad eius hæredes tranſmittitur ad fauorem viduæ, ciuſque filiorum etiam ſi non interuenerit actus interpellationis, cum mora ſemel incurſa ſemper duret *l. cum patre familias ff. de vſur.* pulchre *Rot. dec. 81. §. neque hic quærendum, & dec. 84 §. tum etiam. & §. ſequen. poſt Fenſon. ad ſtat. Vrbis.*

18 Quando autem promiſſa fuit dos, pro die certa non ſolum nulla requiritur interpellatio hominis, cum dies tunc interpellationis loco deſeruiat contra Patrem promiſſorem dotis eiuſque hæredes, alioſque, qui dotare tenentur, verum etiam neq; contra extraneum, qui intra certum tempus ad ſoluendam dotem ſe obligauerit *iuxta text. in l. pecunia §. vſuram ff. de vſur. & fruct. l. magnam C. de contrahend. ſtipul. & in terminis procedit Rot. in Romana fructuum dotis 15. Nouembris 1596 coram Orano relat. in Tuſculana Saluiani 55. May 1648. §. interpellationis ſub verſ. poſſet enim admitti coram Veroſpio.*

19 Applicabilis, neque viſa fuit concluſio illa, quod interuſuria dotalia ſoluto matrimonio non debeantur, ex quo tunc ceſſent onera matrimonij, cuius reſpectu inducta fuit æquitas *cap. ſaluhriter de vſur.* ac proinde ipſa conuentio de ſoluendis interuſurijs quatenus exiſtat reddatur in hac parte vſque ab initio fæneratitia, ita vt debitum dotis ob ſolutionem vſurarum vertatur in mutuum palliatum plenißimè *Rot. in Romana fructuum dotis 12. May 1625. coram Coccino penes Fenſon. ad ſtat. Vrbis dec. 91. per tot. latè* Couar. *lib. 3. var. reſol. c. 1. num. 3. col. 6. poſt prin. verſ. ſexto hic etiam conſtat Afflict dec. 284. num. 1. vbi latè Vrſil. num. 6 verſ. in muliere verò Vidua Theſaur. dec. 43. num. 2.*

20 Quia in contrarium verius eſt, quod nihilominus debeantur Viduæ interuſuria dotalia, etiam ſoluto matrimonio, ſi non propter onera matrimonij, ſaltem debentur à Patre eiuſque hæredibus, quatenus ſuccedant loco alimentorum, ad quorum pręſtationem tenetur Pater, & poſt eius obitum tenentur filij, & hæredes quouſque dos loco legitimæ filiæ in bonis paternis debitæ ſubrogata eidem perſoluatur *Doctores communiter in l. alimenta ff. de negot. geſt. Surd. de aliment. lib. 1. q. 105. num. 2. Sperel. dec. 84. num 43.* vbi quod *deciſio Coccini* in contrarium allegata loquatur in diuerſis terminis de vſuris à viro prætenſis poſt obitum vxoris, & ſubdit quod etiam in hoc articulo res non careat difficultate, vt dixit *Rot. in deciſionibus* 84. 85 *& 86. poſt Fenſon. ad ſtat. Vrbis, & in alia Tiburtina dotis* 10 *Iunij* 1623. *coram Nauarro poſt eundem Fenſon deciſ.* 90. ex quibus relaxaſſe executionem pro decurſis in vita viri ad fauorem eiuſdem filiorum, & hæredum pro decurſis vero poſt eius obitum ad fauorem vxoris ſuperfluis ſubdit. *Sperel. allegata dec. 84. num.* 50. *ve ſ. relaxaui itaque.*

21 Minus refragatur, quod huiuſmodi fructus dotales à Curtio viro, dum vixit, & tempore quo durauit matrimonium non fuerint petiti, & conſequenter remiſſi, ſeu donati cenſeantur tamquam ex hac taciturnitate, reſultaueri titulus remiſſionis, & donationis, quę per eius obitum confirmata remanſerit *iuxta text. in l. vir vſuras ff. de donat. inter virum, & vxor* Et in hoc concordare omnes, ac proinde hoc ius non tranſire ad hęredes, ſed in inſtanti per mortem viri extingui tradit *Fontanel. de pact. nuptial. Clauſ. 6. gloſ. 2. p. 6. num. 25. & 26. fo mihi 317. Surd conſ. 290. num. 13. Bart. in dicta l. vir vſuras Balb. in tract. de præſcript. in p. 1. 3. p. prin. quæſt 10 num. 14. Menoch. lib. 3. præſumpt. 25. num. 6. Gram. deciſ. 103. num. 28. Oſaſch. dec. 132. nu. 19. & 29. Viui. dec. 425. num. 11. & 12 lib. 3. Maſcard. de probat. conclu. 1371. num. 105. Magon. dec. 83. n. 10 verſ.*

22 *quibus ſtantibus.* Immo adhunc effectum ſufficere lapſum decennij tradunt Doctores relati per *Menoch. lib. 3. præſumpt. 25. num. 2. & per Oſach. dec. 132. num. 11. Bald. conſ. 474 lib. 2. Surd de aliment. q. 42. à numer. 90. verſ. contraria tamen*

iuncto numer. 111. & ſeq. & numer. 122.

23 Tum quia concluſio procedit ſi dos ab ipſa muliere promiſſa, vel recepta fuerit, nam ad eius dumtaxat, & non ad ſoceri fauorem donatio facta præſumitur iuxta terminos *dicti text. in l. ſi vſuras ff. de donat. inter virum, & vxorem vti declarat Alex. conſ. 63. numer. 14. lib. 4. & conſ. 208. num. 10. verſ. quarto videtur vol. 7. Bero. conſ. 52. numer. 25. in fi. vol. 2. Rol. conſ. 65. num. 22. verſ. ſecundo reſpondetur, vol. 4. Natta conſ. 495. ſub num. 8. verſ. non omitto lib. 3. cum alijs per Sperel. dec. 84. num. 37.*

24 Tum quia textus in dicta *l. vſuras ff. de donat. inter vir. & vxor.* ſibi locum vindicat in vſuris non odioſis, & debitis marito in recompenſationem onerum matrimonij, & cauſa alimentorum, quæ non ſunt propriè vſuræ *Peregrin. conſ. 100. num. 33. in fi. latè Natta conſ. 495. nu. 8. lib. 3. Sperel. dec. 84. numer. 39. & dixit Rot. dec. 232. num. 5. coram Buratto.*

25 Tum etiam quia nec procedit in promiſſione iurata, eo quod iuramentum perpetuat actionẽ *Alex. in l. nemo poteſt de legat. primo Ias in §. item ſi quis poſtulante n. 5. inſtit. de action Seraph. de priuil. iuram. priuil. 51. n. 1. & per tot. cum alijs per Sperel. dec. 84. num. 38.*

26 Tum demum quia huiuſmodi donationis, & remiſſionis præſumptio pænitus excluditur, quoties ſicut in præſenti ſuperſunt filij viri creditoris, quos Pater predilexiſſe cenſetur, ac proinde interuſuria dotalia in eorum preiudicium condonare voluiſſe non eſt præſumendum vt notabiliter *limitat. Fontanel. de pact. nuptial. Clauſ. 6. glo. 2. p. 6 numer. 32. tom. 2. relat. & ſeruatum per Rot. in Bononien. dotis 18. Martij 1648. §. prout neque coram Dunozet.*

27 Nec eſt verum, quod decennale viri ſilentium per ſe ſolum operetur fructuum remiſſionem, præcipuè quando vir præſtitit vt in caſu noſtro alimenta vxori, & cætera onera matrimonij ſubſtinuit, nam cum tunc fructus debeantur titulo oneroſo lapſus decennij non ſufficit, & hanc ſententiam tuentur *Doctores relati per Menoch. lib. 3. preſumpt. 25. num. 4. & 5. & in ſpecie Alex. conſ. 63. num. 16. lib. 4. Dec. conſ. 571. num. 4. & 6. Rol. conſ. 64. numer. 9. & ſeq. & num. 18. tom. . . Surd. de aliment. qu. 42. num 91. & 100. Fontanel. de pact. nuptial. Clauſ. 6. glo. 2. §. 6. num. 21. Ridolphin in ſua prax. recen. p. 3. cap. 5. nu 452.* & quod *conſilium Bald. 474. lib. 2.* contrarium tenens communiter reprobetur, & contra eum iudicatum fuiſſe teſtatur *Gram. dec 70. in fi. Sperel. dec 84. num. 4. Rot. dec 159. num. 3. 4. & 5. coram Burat. & in Romana fructuum dotis de Ceſijs 19. Octobris 1598. coram Orano vbi etiam in §.* dicitur, quod non cenſeatur facta remiſſio, niſi concurrant tria requiſita, de quibus *in l. procu a ff. de probat.*

28 Pariter nec intringit, quod ſaltem per lapſum ſexdecim annorum, aut præſumatur facta ſolutio dictorum fructuum, aut creditum legitimè præſcriptum dicatur ex diſpoſitione ſtatuti Vrbis *in c. 158. lib p.* quæ licet non habeat locum in contractu dotis, nec dotale debitum comprehendat. *Fenſon. ad ſtat. Vrbis dicto cap. 158. num. 44. lib. 1. Marcſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 68. num. 43. cum ſeq. Rot. in Romana Saluiani 23. Martij 1650. §. hinc corruit coram Veroſpio* benè tamen procedit quoad fructus dotis marito debitos, ex quo fauor dotis a ſtatuto contemplatus non extendatur ad eius fructus. *Fenſon. loco proximè citato num. 46. & 47. Mantica dec. 151. num. 4. Pute. dec. 88. numer. 2. verſ tamen ijs non obſtantibus lib. 1.* quidquid ſit in alia præſcriptione decennali ſancita ab eodẽ ſtatuto *in c. 159. lib. p.* an habeat locum in fructibus dotis *Fenſon. vt ſupra num. 7. Rot. in Romana dotis 23. Iunij 1600. coram Iuſto.*

29 Quia corruit prætenſa præſcriptio ob malam fidẽ Cæſaris Fortunati patris dotis promiſſoris à quo proinde inchoari non potuit; *cap. fi. de præſcript. vbi communiter Canoniſte Bart. in l. omnes populi q. 4. prin. num. 24. de iuſt. & iur. Rot. dec. 236. num. 5. coram Burat. dec. 220. numer. 17. p. 1. dec. 164. num. 3. p. 2. recen.* & in puncto præſcriptionis ſtatutariæ *Gratian. diſcept. 52 num. 9. Antonel. de tempore legal. lib. 1. c. 25. num. 9* vbi quod procedat licet ſtatutum eſſet confirmatum à Principe, quia confirmatio non trahitur ad ſtatuta inualida, & peccatum inducentia *Surd. dec. 158. à num. 5. verſ. alia tamen vſque ad fin.* Rot. *dec. 614 numer. 1. coram Seraph. dec. 320. num. 4. poſt Pacif. de Saluian. dec. 225. num. 14. poſt. Zacch. de oblig. Cameral. dec. 372. num. 15. p. 4. tom. 2. recen.*

30 Quæ mala fides defuncti operatur, vt præfati eius hæredes, ſeu ſucceſſores, non poſſint iuuari præſcriptione, aut vti acceſſione temporis eorum authoris, quamuis ipſi repetirentur in bona fide, ſed nec à ſe ipſis, & ex propria eorum perſona hanc præſcriptionem incipere. *Gabr. in tit. de præſcrips conclu. 5. numer. 3. vbi de communi tate Balb. de præſcript. 2. p. 3. prin. qu. 12. numer. 1. & 12. fo. 149. Cenc. de cenſib. q. 117. nu. 12. Gratian. diſcept. 203. num. 15. & diſcept. 918. num. 41. tom. 5. Adden. ad Gregor. XV. dec. 249. numer. 6. Add. ad Buratt. dec. 505. numer. 14.* Rot. *dec. 217. num. 21. deciſ. 219. num. 8. poſt Zacch. de oblig. Cameral. dec. 308 num. 5. p. 1. dec. 164. num. 4. p. 2. dec. 372. num. 4. & 5 p. 4. tom. 2. recen.*

31 Mala fides Cæſaris manifeſtè reſultat ex ſcientia debiti, non ſolum quia ipſemet conſtituit dotem, eamque ſoluere promiſit filiæ, ſeu eius viro, verum etiam quia ſubſequenter maiorem partẽ ſoluit, vnde bene ſciebat ſe eſſe reſidui debitorem in nihilo refragante, quod creditores antedicti tractu notabilis temporis creditum exigere neglexerint, quia nihilominus ſcire debebat ſe non ſoluiſſe. *Bart. in l. omnes populi num. 34 ff. de iuſt. & iur. & dixit* Rot. *dec. 614. num. 14. coram Seraph. & animaduertit. Surd. deciſ. 240. numer. 17.*

32 Præſcriptio enim ſtatutaria habet locum tantũ in eo, qui neſcit an debitum ſit ſolutum, cum mens ſtatuentium videatur eſſe nè quis ob defectum probationis ſolutionis bis debitum ſoluere cogatur, ſecus autem in eo, qui vere ſcit ſe debitorem eſſe *Cancer. var. reſol. lib. 1. c. 15. num. 22. & 23. Antonel. de tempor. legal. lib. 1. c. 25. numer. 11.*

33 Quæ procedunt etiam ſi ſtatuti verba dirigantur in creditorem, & non in debitorem, quia tũc neque operatur cum mala fide, ex quo debitor, &

cre-

creditor cum ſint correlatiui diſpoſitio loquens de vno includit etiam alterum, & ſacri Canones ad arcendum peccatum ne quis lucretur cum iactura alterius non curant de apicibus verborum, ſed de effectu rerum vt egregiè comprobat Surd. dec.158. num.10. & ſeq. Gratian. diſcept.52.num. 9. & ſeq. vbi ita firmaſſe Rot. coram Gyptio, & Robuſterio Antonel. de tempor. legal. cap. 25. numer. 13.

34 Vltra quod tempore, quo durauit matrimoniũ reſpectu Hortentiæ nulla præſcriptio currere potuit pro rebus & iuribus dotalibus l.in rebus §. omnis C. de iur. dot Gratian. diſcept. 475. numer. 10. Rot. dec.213. numer.7. coram Canaler. & dec. 196. numer. 8. poſt Zacch. de oblig. Cameral.

35 Neque ſoluto matrimonio attenta ignorantia non ſolutionis dicti reſidui dotis, eiuſque fructuum, contra enim ignorantem non currit præſcriptio etiam per mille annos, nam qui ignorat non conſentit ſecundum magis communem opinionem, vt tradunt Doctores relati per Borgnin. dec.27. num.44. p.1. Menoch. de recuperand.poſſeſ. remed. 15. q.15. num.115. & in puncto præſcriptionis ſtatutariæ Fenſon ad ſtat. Vrbis cap. 158. num.68. Caputaqnen. dec. 207. p. 3. Cauale. deciſ. 189. num. 5. Gregor. XV. dec. 425. num. 11. Rot. dec.538. num. 3. dec. 573. num. 1. p. 3. recen. vbi ſuddit quod ſi currit ſaltem datur reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ.

36 Quæ ignorantia multo magis attendi debet reſpectu quoque Franciſci, & aliorum fratrum de Campanellis quia verſamur in hæredibus in quibus non ſolum præſumitur ignorantia, niſi plenè, & concludenter probetur habuiſſe huius facti ſcientiam, Surd. conſ.276. ad fin. Gratian. diſcept. 681. num. 3. Rot. dec. 141. num. 15. Eminentiſſ.Card. Otthobon & dec.538. n.4. p. 3. recen.

37 Verum etiam manifeſtè probatur, dum dicti fratres deuenientes ad actum diuiſionis paternæ hæreditatis curauerunt eligere, & ſeparare tot bona pro concurrenti quantitate ad effectum reſtituendi dotem præfatæ eorum matri, ad quem actum vtique non deueniſſent ſi notam habuiſſent dotem non fuiſſe ſolutam; præſcriptio autem fundatur in ſcientia, & patientia alterius partis l.2 C. de ſeruit. Alex. conſ. 108. num. 4. & ſeq. lib. 2. Veronen de ſeruit. ruſtic. prædior. cap.4. nu. 58. Seraph. dec. 1432. num. 5. Gregor. XV. deciſ. 249. num 3. Rot deciſ 167. num 5. dec. 184. num. 4. p.1 diuerſ dec.717. ſub num.3. p 2. recen.

38 Vnde eſt probanda patientia & negligentia partis, & ſimul ſcientia etiam iuris agendi, nam præſcriptio non currit ignoranti eueniſſe caſum ſui iuris l.vnica C. ſi dos contra Maritum Bart. in l.1. §. denique ff. de aqua pluuia arcend Maſcard. de probat conclu. 1214. num. 3. 4. & 40. Caſtil. controuerſ. iur. cap.28 in fi. p.4. Rot dec.801. num.8. coram Merlino & dec 407. num 18. p 5. recen. & ſi currit, competit heredibus reſtitutio in integrũ aduerſus præſcriptionem ex capite probabilis ignorantiæ præſumptæ in hæredibus l. qui in alterius ff. de reg. iur Alex. conſ.71. num. 2. & 3. lib. 1. & conſ.39 num.10. lib. 2. Rot. dec 457. num. 2. coram Burat dec 315. num.7. & ſeq. p.4. dec.360. num.1. & 6. p.6. recen. dec. 319. nu 10. poſt Zacch. de oblig. Cameral. & in Romana pecuniaria 7. May 1649. §. & in omnem caſum verſ. quam ex capite coram Eminentiſſ. Card. Celſo.

39 Vltra quod eſt auferendum tempus pupillaris, & minoris ætatis Franciſci, quo ablato præſcriptio compleri non potuit, vt de pupillo eſt text. in l. ſicut C. de præſcript. 30. vel 40. annorum & in in l. cum notiſſimi vbi glo. in verbo exequendo C. eod. glo. in c. cum non liceat verb non obſtante verſ. item pupillo de præſcript. Surd. dec.4 num. 1. Gratian. diſcept.78. num.45. & diſcept.403. num. 22. Gregor. XV. dec. 489. num. 13. Rot dec. 196 num. 8. poſt Zacch. de oblig Cameral. dec. 61. num 13. p.7. recen. Et de minore Gratian. dicta diſcept. 403. num. 22. Rot. dec. 454. num 2. p 4. diuerſ. & dec. 270. num. 2. p. 6. recen. & in Romana pecuniaria 7. May 1649. coram Eminentiſſ Card. Celſo §. minus obſtat. & §. in omnem caſum, vbi quod ſi cur-

40 rit nihilominus minori ex capite minoris ætatis datur reſtitutio in integrum iuxta text. in l. fi. C. quib. ex cauſ reſt in integ. non eſt neceſ. Gregor. XV. dec.489. num.14. Rot. dec.372. num.10. p.4. tom 2. recen.

41 Quod beneficium cum dicatur indiuiduum ſuffragatur, & trahitur etiam ad alios maiores litis conſortes l ſi communem in prin. ff. de ſeruit. amitten. & hoc perpetuo notandum ex Afflict. tradit. Sforz. Odd. de reſt in integ p 1. 46. art. 5. Poſt. reſol. 113. num. 50. tanto magis quia huiuſmodi actio numquam fuit diuiſa inter dictos fratres propterea conſideranda venit ſub vnico iure indiuiſibili, quidquid ſit poſt factam diuiſionem Afflict. dec. 213. num. 3. & 4. ibique Caſar Vrſil. num. 1. & 2.

42 Et ceſſat penitus obiectum quia Domini de Fortunatis expreſsè, & conſtanter debitum negauerunt, vnde excluduntur à beneficio præſcriptionis ſtatutariæ, quæ cum ſe fundet in præſumpta ſolutione ex curſu temporis, neceſſario præſupponit præexiſtentiam debiti, ita vt non ſuffragetur ei, qui debitum nunquam extitiſſe contendit, ſed ei qui non negando debitum, ad docendum de eius ſolutione allegat præſcriptionẽ ſtatutariam, ex qua reſultat præſumpta ſatisfactio, & tollitur actio ſi contraria probatione non deſtruatur, vt ſæpè firmauit. Rot. & ſignanter dec. 171. num 7. p 8. recen. & in alijs relatis in dec. 192. num. 2a poſt Zacch de oblig. Cameral. faciunt tradita in ſimilibus terminis per Gurban dec.13. num. 11.

43 Demum non vrget quod per receptionem ſortis dotis duobus vicibus factam à Campanellis liberè cenſeantur remiſſa huiuſmodi interuſuria dotalia, quaſi ſoluto principali ſit etiam ſolutum acceſſorium l ſi. ff de eo quod certo loco ad latè tradita per Gabr. conſ. 145. lib. 2. Dec. in l. verum num 5. ff. ſi cert petat Pariſ. conſ. 5. num. 202. & 203. lib. 4. Bero. conſ. 200. num. 19. lib. 1. Surd. de aliment. tit. 1. qu. 42. num. 8. & 22. per tot. relat. per Gratian. diſcept. 455. numer. 26. 27. & ſeq. vbi quod hoc procedat, licet concurreret proteſtatio recipientis, quia cum huiuſmodi remiſſio inducatur ex iuris neceſſitate, non poteſt impedire iuris diſpoſitionem neceſſariam præcipuè, quia dicti fructus debentur officio Iudicis mercenario, ex authoritate Rot. & Mantic. quem allegat. de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 30. numer. 37.

Digitized by Google

mer. 37. in fin. verſ. ex hoc autem.

44 Quia reprobata hac opinione contraria eſt verior, & tenenda, quod ſcilicet dotis fructus etiam poſt dotem exactam debeantur cum dicantur interuſuria fauorabilia, & non odioſa in quibus terminis contraria procedit, *per text. in l. ſi maritus § ſi fundũ l. ſi fundum dotalẽ vbi Bart ff. ſolut. matrim. Gabr. conſ. 145. lib. 2. Bald. Nouel. de dote p. 2. num. 11. Fenſan ad ſtat. Vrbis lib. 1. c. 137. num. 46 & millies firmauit* Rot. *dec. 451. num. 4. & 5. coram Penia dec 93. num 2. ibique Add. coram Gregor. XV. quæ eſt repetita in recenſ. dec. 80. p. 2. & comprobat. Sperel. deciſ. 84. num. 46. & 47. p.*

45 eoque fortius quando fructus debeatur conditione ex ſtatuto, vt in præſenti, quo caſu non præiudicat receptio ſortis principalis vt animaduertit *Rot. dicta dec. 93. num. 3. coram Gregor. XV. & in* Romaua *fructuum dotalium 7. Iunij* 1651. *§. fi. in fi. coram Duuozet.* iuniori inter *eiuſ. impreſ. dec. 893. num. 9. verſ. non obſtat tom. 2.*

SVMMARIVM.

1 Fructus dotis ſoluto matrimonio non debentur viro licet adſint filij, & pactum num. 2. & 3.

2 Onera matrimonij per exiſtentiam liberorum dicuntur durare.

4 Pactum de ſolnendo fructus dotales ſoluto matrimonio eſt illicitum.

5 Fructus dotis ſoluto matrimonio, vt debeantur ratione lucri ceſſantis requiritur interpellatio non obſtante pacto.

6 Amp. vt vlterius debent concurrere reqoiſita *Pauli de Caſtr. in l. 5. § ſi ff quod cert. loco.*

7 Amp. vt non ſufficiat creditorem poſt mortem vxoris habuiſſe occaſiones proximas.

8 Fructus dotis vt debeantur dies mortis vxoris habet vim interpellationis.

9 Dilatio ad ſoluendam dotem per mortem vxoris reſoluitur.

10 Lim. vt nihilominus requiritur expreſſa interpellatio.

11 Statutum permittens vxori conſequi poſſe fructus dotis ſoluto matrimonio poſt iudicialem interpellationem non procedit ad fauorem viri, niſi etiam concurrant requiſita *Pauli de Caſtr.*

12 Lim. ex ſtatut. Vrbis *lib. 1. c. 137.* vbi vir recipiens fructus ex pignore dotali noo computantur in ſortem.

13 Mulieri ſi ex ſtatuto non poſſit in primo anno repetere dotem debentur alimenta, ſecus vero poſt annum luctus.

14 Mulier illico ſoluto matrimonio poteſt agere ad recuperationem dotis ſi conſiſtat in ſtabilibus.

15 Mora cum mora compenſatur.

16 Fructus dotis ſoluto matrimonio non debentur licet fuerint à viro relicti.

17 Statutum permittens vxori vſuras dotales donec dos reſtituatur, non valet.

18 Fauore dotis de iure canonico permittuntur vſuræ mariti ſubſtineutis onera matrimonij, ſecus fauore viduæ. Contr. num. 19.

20 Fructus dotales debentur viduæ poſt iudicialem interpellationem contra hæredes viri vigore ſtatuti Vrbis.

21 Amp. vt interpellatio requiratur pro forma.

22 Lim. vt præſumatur dicta interpellatio, ſi per multũ tempus fuerint ſoluti fructus, & ſoluenti incumbit onus contrarium probandi num. 23.

23 Interpellatio per ſolutionem remiſſa cenſetur.

24 Vidna poteſt aliquid recipere ratione alimentorum ſi dos debito tempore non reſtituatur. Declar. vt ibidem in ſublim.

25 Interuſuria dotalia debentur viduę ſi elapſo anno fecerit diligentias pro exigenda dote, & ſit inops.

26 Lim. vt concurrente promiſſione iurata non ſunt neceſſariæ diligentiæ.

27 Lim. vt nec viduæ inopia eſt neceſſaria, ſi alimenta non officio Iudicis, ſed iure actionis debentur.

28 Viduæ debentur alimenta ſi indotata fuerit nupta, vel dotem amiſerit, & ſit inops.

29 Fructus dotales debentur mulieri, ſeu ſecundo viro ſubſtentantis onera matrimonij. Declar. vt nu. 30.

31 Mulieri eſt ſoluendum certum interreſſe paſſum ob non reſtitutam dotem.

32 Fructus dotales debentur mulieri ratione damni emergentis, & lucri ceſſantis ſi probentur requiſita *Pauli de Caſtr.*

33 Fructus dotales non debentur mulieri, ſi fuerit alimentata ab hæredibus viri.

34 Lim procedere durante anno luctus.

35 Sublim. ſi dos conſiſtat in immobilibus, quæ etiam ſtatim reddi debeant, debentur fructus dotis dempta rata alimentorum. Contrar. num. 36. præcipuè ſi vidua vixerit in communione cum defuncti hæredibus ita vt inter eos ſocietas continuata dicatur num. 37.

Lim. ſi vxor eſſet tutrix filiorum num. 38. Contrar. ſi ſuum creditum ſeparare neglexerit nu 39.

40 Fructus dotales an debeantur ob non factum promiſſum reinueſtimentum.

41 Interpellatio non requiritur quando adeſt pactum ſecus ſi ſit illicitum.

42 Fructus donationis propter nuptias, ſeu lucri dotalis non debentur mulieri alimentatæ ab hæredibus viri.

Fructus dotis ſoluto matrimonio an, & quando debeantur coniugi ſuperſtiti.

ADNOTATIO I.

1 DIſſoluto matrimonio per mortem vxoris fructus dotales vtique exigi nequeunt à viro ſuperſtite, non obſtante ſuperexiſtentia filiorum, & pacto de ſoluendis fructibus indefinitè in capitulis matrimonialibus appoſito, quia vxore defuncta ceſſant onera matrimonij, in eius alimonijs ſecundum dignitatem, & quantitatem dotis conſiſtentia, cuius reſpectu conſtante matrimonio licita reddebatur promiſſio eorumque exactio iuxta communem Doctorum opinionem *in cap ſalubriter de vſur. paſſim à* Rota *receptam, & latiſſimè comprobatam in dec. 91 poſt Fenſon. ad ſtat. Vrbis, & ſecutam in Romana fructuum dotis 15. Ianuar. 1652. § quod enim ſit coram Bichio, & late alijs relatis tradit Gratian. diſcept. 427. num. 8. & per tot. & diſcept. 244. num 15. Fenſon. ad ſtatut. Vrbis in c. 137. num. 47. Putc. dec. 304. numer. 2. lib 1.*

2 Et licet per exiſtentiam liberorum dici poſſit, quod adhuc durent onera matrimonij, ex quo conſiſtant non ſolum circa vxoris alimentationẽ, ſed etiam circa ſubſtẽtationem liberorum per doctrinam *Bart. in l. poſt datem num. 20. qu. 5. verſ. dos datur ff. ſolut. matrim. Rom conſ. 517. num. 2. verſ. volens quoad ſecundum* nihilominus contra-

3 rium eſt verius, quod ſiue adſint filij, ſiue non adſint poſt obitum vxoris non debeatur marito aliquod intereſſe ratione dotis non ſolutæ ſecundũ dictam communem Doctorum opinionem *in cap. cum ſalubriter de vſur. Gratian. diſcept. 427. nu. 4.*

4 Pactum autem de ſoluendo fructus dotales ſo-

ſuto

Digitized by Google

lutô matrimonio eſt illicitum *Alex. conſ.221. ſub*
num.7. verſ. nec prædictus lib.2. Rot. dec. 94. num.
8. poſt Merlin. de pignor. & in Romana fructuum
dotis 15. Ianuar. 1652. §. non obſtat coram Bichio
vbi in §.idemque reſpondetur in fi. additur, quod
5 ceſſante ſubſtentatione onerum matrimonij per
obitum, pactum de ſoluendis fructibus dotali-
bus expirat, & illicitum redditur, & illicita pa-
riter efficitur certa taxatio, & pro habendo lucro
ceſſante non tollit neceſſitem interpellationis ne-
ceſſatio requiſitæ ad effectum conſtituendi in mo-
ra debitorem, quamuis probetur ſuperueniſſe
occaſiones lucrandi *Gratian. qui alios refert. di-*
ſcept.911. num 2.

6 Ratione vero lucri ceſſantis, & damni emergẽ-
tis, vt vir conſequi poſſit fructus dotales debet
concurrere mora debitoris aliaque requiſita per
Ceſtren. in l.3. §.fi ff. quod cert. loco Rot. dec.607.
num.24. & ſeq p. 4. tom. 3. recen. & in Romana
fructuum dotis 15. Ianuar. 1652. §. præſumptio
tandem coram Bichio.

7 Adeo vt nihil faciat quod creditor poſt mortẽ
vxoris habuerit occaſiones proximas reinueniẽ-
di, & lucrandi, quia hoc non ſufficit ad effectum
lucri ceſſantis, niſi ſimul debitor conſtitutus fue-
rit in mora mediante iudiciali interpellatione, in
qua non dicitur conſtitutus etiam ex ſolutioni-
bus fructuum dotalium poſt mortem vxoris fa-
ctis, ſi dictæ ſolutiones æque ac validè factæ non
fuerint ex cauſa lucri ceſſantis plenè probati, &
nominatim in cauſa fructuum dotis. *Ciriac. con-*
trouerſ.540 ſub num. 43. verſ. verum facit Gra-
tian. diſcept.915. num.2. Rot. *in Romana fructuum*
dotis 15. Ianuar. 1652. § fi. coram Bichio.

8 Et quamuis dies ipſa mortis vxoris vim ha-
beat interpellationis ad effectum conſequendi
fructus dotales *ad text in l.magnam C. de contra-*
9 *hend empt.* Et ſuppoſita nullitate, & iniuſtitia
pacti videatur ceſſare conuenta dilatio ad ſoluẽ-
dam dotem, vt ea non obſtante ſtatim mortua
vxore vir agi poſſit ad ſortem principalem *Bald.*
conſ.212. lib.4 Alex. conſ.34. num.6. lib.2. Tiraq.
in tract. ceſſante cauſ p.1. numer. 78. Meriug de fi-
10 *deiuſſor. c.19. num.66.* Non tamen per hoc dotis
promiſſor dicitur conſtitutus in mora etiam ſi
ſoluere promiſiſſet, vxore mortua, niſi creditor
intuitu reſolutæ dilationis ob ſuperuenientẽ caſũ
mortis per expreſſam, & non tacitam interpella-
tionem declarauerit velle conſequi ſortem alias
illam non petendo, dilationem pro reſoluta nolle
habere debitor iuſte credere potuit, licet ob illi-
citum pactum ceſſet ipſo facto curſus vſurarum
Ruin conſ 35. num.31 lib.1. Rot. dec. 54. numer.
35. coram Buiat. dec. 447. num. 6. p. 2. recen. ex
allegat. in Ceſenaten. Cenſuum 9 Iunij 1645. §. nam
præter quod coram Card. Corrado relat. & ſecut. in
in Romana fructuum dotis 1652. §. quatenus vero
coram Bichio.

11 Amp. ſupradicta procedere licet adſit ſtatutũ
permittens Mulieri ſoluto matrimonio exigere
poſſe fructus dotales, nam licet hoc permittatur
viduæ poſt iudicialem ſolam interpellationem,
non tamen extenditur fauore mariti vxore præ-
mortua, cum illi non ſuffragetur ſtatutum reſtri-
ctum ad fauorem tantum vxoris, ex quo de iure
communi ſit pænitus illicita, & interdicta huiuſ-
modi fructuum perceptio ſoluto matrimonio, niſi
concurrentibus mora debitoris alijſque requiſi-
tis per *Caſtren in l.3. §.fi ff de eo quod cert loc.*
Rot. dec.607. num.24. & ſeq. p 4. tom 2. recen. &
in Romana fructuum dotis 15. Ianuar 1652. §. præ-
ſumptio autem & §. præſumptio tandem coram Bi-
chio.

12 Lim. ex ſtatuto Vrbis *in cap.137. lib 1.* vbi ex-
preſsè diſponitur quod Maritus ſtantibus liberis
ſi percipiat fructus ex pignore dotali non com-
putat fructus in ſortem, ſed ſuos faciat pro alen-
dis communibus liberis, donec dos à quocunq;
debita reſtituta ſit, ſi in pecunia debeatur.

13 Diſſoluto verò matrimonio per mortem viri,
mulieri, quæ vigore ſtatuti prohibeatur primo
anno petere reſtitutionem dotis debentur alimẽ-
ta, vel eiuſdem dotis fructus loco alimentorum
Seraph. dec.1423. num.1. poſt annum vero luctus
ſi viri hæredes conſtituantur in mora in reſtitu-
tione dotis non debentur vſuræ, ſeu fructus dotis
& nihil poteſt petere, aut recipere ob dictam ſo-
lutionem retardatam ſine labe vſuræ, quæ eſt om-
ni iure damnata, & prohibita *Bart. in l at qui na-*
tura §. non tantum ad med. verſ quod intelligitur ff.
de negot. geſt. Alex. conſ.141. num.4. lib.5. Abb.
conſ.39. num.6. lib.2. Menoch. conſ.6. num.12. lib.
1. Anton. de Butr. Abb. Sales & communiter ca-
noniſtæ in c ſalubriter de vſur. Couar. lib.3. var. re-
ſol. c.1. numer.3. verſ.6. § hinc etiam tom 2. Gra-
tian. diſcept.240. num.20. & diſcept.244. num.1.
3. & 4. vbi de communi tom. 2. Afflict. dec. 234.
num.2. & per tot. Theſaur. dec.42. num 2. & 4. in
fi. verſ cæterum.

14 Et ratio eſt, quia mulier ſi dos conſiſtat in ſta-
bilibus illico poteſt agere ad recuperationem
ſortis, ſi in pecunia poſt annum à die ſoluti ma-
trimonij, vnde ſibi imputandum eſt ſi habens fa-
cultatem recuperandi, recuperare, & petere negle-
xerit, ac proinde agere nequit ad vſuras *Gratian.*
diſcept.244 num.7. Surd. de aliment. tit.1. q.45. nu.
25 6. & 11. Rot dec.131. num 12. p.6. recen. vbi
ita alias firmaſſe Rot in Romana fructuum dotis 12.
Martij 1625 coram Coccino. & eſt text in l 1. cum
15 *ibi not. C. de ſent. quæ ſine certa quantit.* Quoniam
quamuis elapſo anno hæredes viri conſtituantur
in mora in non reſtituendo dotem, tamen cum
mulier pariter conſtituatur in mora in non peten-
do, ideo debet mora, cum mora compenſari. *Ful-*
goſ. conſ 501. Soc conſ 126. numer. 5. vol. 1. Rol.
conſ.55. num.58. lib.2. Honded. conſ. 20. numer 8.
lib 2. Fontanel. de pact. nuptial. Clauſ 5. glo. vnica
p. vnica num 25. tom.2. Gratian. diſcept. 503. num.
34 & 40. Afflict. dec. 284. num. 1. & 2. vbi late
Vrſil. num 6. qui de communi.

16 Amp. hoc procedere, licet Teſtator mandauerit
certum quid ſolui vxori donec ſibi dos reſtitua-
tur, quia Teſtator non poteſt hoc diſponere, & ſi
diſponat tamquam vſuraria diſpoſitio redditur
nullius roboris, & momenti *l.3. §. fi. ff. de annu.*
legat. vbi notat Bart. Ancar. conſ.93. per tot. Alex.
conſ. 27. num.6. vol.4. Socin. conſ.56. num. 1. vol.
3. cum alijs per Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 45.
num. 21.

17 Ampl. vt nec etiam valeat ſtatutum, per quod
certa quantitas ſoluatur mulieri donec ſibi dos
reſtituatur, quia ſtatutum inducens vſuras non
eſt

Digitized by Google

eſt validum, nec eſt ſtandum iuri ciuili, ſed canonico quando tractatur de peccato *cap. fin. de præſcript. & tradit Abb. in conſ. 39. nu. 3. vol. 2. Iaſ. in §. fuerat n. 19. inſtit. de action. vbi de communi cum alijs per Surd. de alimentis tit. 1. qu. 45. num. 25.*

18 Et quamuis de iure canonico *in cap. ſalubriter de vſur.* fauore dotis permittantur vſuræ *Matth. Coler. de proceſſ. executiuo p. 1. c. 10. num. 71. Theſaur. dec. 42. num. 4. verſ. & faciunt, quæ pulchrè* tamen hoc procedit reſpectu mariti ſubſtinentis onera matrimonij, in quorum compenſationem licitè recipere poteſt, ſecus in vidua, in qua cum ceſſet dicta ratio nihil poterit petere, aut recipere ob dictã ſolutionem retardatam vt tradunt *Doctores relat. per Gratian. diſcept. 240. num. 4. & nu. 18. in fin.* vbi tamquam erroneam damnat opinionem illorum aſſerentium moderatam vſurarũ conceſſionem eſſe licitam *latè Barboſ. in l. 2. in prin. num. 40. vſque ad 44. ff. ſolut. matrim.*

19 Contrarium vero quod in hoc inter virum, & vxorem nulla ſit differentia tenent *Molin. de primog. Hiſpan. c. 5. num. 6. lib. 4. Theſaur. dec. 43. num. 4.* ſed hanc *Theſauri* opinionem non eſſe admittendam cum loquatur contra communem Doctorum teſtatur *Gratian. diſcept. 244. numer. 4.*

20 Lim. ex ſtatuto Vrbis *lib. 1. c. 137.* quo fructus dotis debentur viduæ ad rationem ſeptem cum dimidio, poſt iudicialem interpellationem factam contra hæredes viri adhoc vt in mora conſtituantur, quod ſtatutum eſt in viridi obſeruantia, & tamquam deciſorium in omnibus Vrbis Tribunalibus ſeruatur. *Rot. dec 269. num. 1. coram Gregor. XV dec. 5.4. ſub num. 4. p. 2. deciſ. 127. num. 10. verſ. quia per litis conteſtationem cum ſeq. p. 4. tom. 2. recen. & in Tuſculana Saluiani 25. Maij 1648. in prin. coram Veroſpio in Romana fructuum dotalium 7. Iunij 1651. §. poſt mortem coram Dunozet. & coram Seraph. dec. 1406. num. 4. & 5.*

21 Quæ interpellatio requiritur pro forma, & ideo præcisè eſt adimplenda *Beltram. in addit. ad Gregor. XV. dec. 269. num. 7. vbi ita alias dixiſſe Rot. in Bononien. de Lambertinis 19. April. 1619.*

22 *coram Mazanedo.* Sed ſi per multum tempus vidua exegerit fructus dotales, eſſet præſumenda huiuſmodi interpellatio *Adden. ad Gregor. XV. dec. 209. num. 8. Adden. ad Burat. dec. 10. nu. 30. Gratian. diſcept. 920. num. 14. Rot. in Romana Cambij 16. Februar. 1642. §. quod admittebant coram Bichio & in Romana fideicommiſſi 3. Martij 1652. §. minuſque ſubſiſtere coram Eminentiſſ. Card. Otthobon.*

23 Vnde debitori dotis, qui ſoluit viduæ fructus incumbit onus probandi non præceſſiſſe interpellationem ad formam ſtatuti, vt pluries firmaſſe Rot. teſtatur *Adden ad Gregor. XV. dec. 296. num. 8. Adden. ad Burat. dec. 10. ſub numer. 30. Gratian. diſcept. 920. num. 14. Rot. dec. 69. num. 7. p. 9. tom. p. recen.* Sed fructus dotales ad formam ſtatuti ſupradicti, vt viduę debeantur ſufficit, ſi debitor dotis ſe habuerit pro interpellato, vel interpellationem remiſerit, & remiſiſſe dicitur ſi ſoluerit. *Gratian. diſcept. 824. num. 54. & 55. & diſcept. 920. num. 16. in fi. Adden. ad Gregor. XV. dec. 296. ſub n. 7. Rot. dec. 69. n. 7. p. 9. tom. 1. recen.*

24 Lim. 2. quod ſi dos non reſtituatur mulieri ſuo tempore, poteſt ſalua dote aliquid recipere ratione alimentorum, quia datio dotis ex ſui natura inducit quandam tacitam promiſſionem præſtandi alimenta *l. dotis fructus 8. ff. de iur. dot.* & recipiens per ipſum actum receptionis videtur ſe obligaſſe ad dictam præſtationem vſque ad effectiuam dotis reſtitutionem, & huiuſmodi alimenta hoc caſu non videntur percipi ratione retardatæ ſolutionis, ſed ratione dictæ tacitæ promiſſionis, quæ reſultat ex contractu, & natura dotis *Nauar. de vſur. not. 21. & in manual. c. 17. num. 113. in fi. verſ. tertio verum eſſe Gratian. diſcept. 126. num. 4. & diſcept. 143. numer. 8. & diſcept. 244. num. 4.*

Sublim. vt hæc tacita promiſſio reſtringatur ad tempus conſtantis matrimonij, nam eo diſſoluto, ſicut ceſſat verum nomen dotis, ita ceſſare debet hæc tacita obligatio præſtandi alimenta, & ſic alimenta perciperentur ratione retardatæ ſolutionis, non ex dicta tacita promiſſione, quæ tantum viget, quantum durat matrimonium, & conſequenter reſultaret vſura prohibita, etiam fauore dotis, & piæ cauſæ non permittenda *Ancbar. conſ. 150. num. 4. Soccin. conſ. 126. num. 5. ad med. verſ. quibus præmiſſis lib. 1. late Petrus Barboſ. in l. 2. in prin. num. 1. verſ. tertio amplia ff. ſolut. matrim. & de veriori, & magis communi opinione teſtatur Surd. de alimentis tit. 1. q. 45. num. 1. vſque ad nu. 13. cum alijs per Gratian. diſcept. 244. num. 6.*

25 Lim. 3. ſi mulier finito anno feciſſet omnem diligentiam pro exigenda dote, & ſit inopos, nec aliunde habeat, vnde viuere poſſit, tunc debentur eidem alimenta, ſeu interuſuria dotalia pro tempore moræ incurſæ ab hæredibus viri in reſtituenda dote, ita vt non ſufficiat ſola, interpellatio, niſi etiam concurrat copulatiuè inopiæ qualitas *Surd. de aliment. tit. 1. q. 45. num. 26. & conſ. 269. num. 21. & ſeq. conſ. 194. num. 5. & ſub num. 16. verſ. reſponderi etiam poteſt. Pontan. de aliment. c. 15. num. 13. Afflict. dec. 284. num. 2. & 4. Theſaur. dec. 43. num. 2. Sperel. dec. 84. numer. 44. Mantic. dec. 171. Gregor. XV. dec. 204. numer. 29. vbi Adden. num. 31. Rot. poſt Zacch. de oblig. Cameral. dec. 78. num. 8. ſecundum nouam impreſſ. dec. 1406. num. 4. & 5. coram Seraph.* vbi quod dicti fructus debentur poſt Iudicialem interpellationem.

26 Sublim. vt concurrente promiſſione iurata non ſunt neceſſariæ diligentiæ, nec ſimplex interpellatio cum iuramentum habeat vim interpellationis *cap. graue vbi communiter notant Doctor. de iur. iuran. Gozad. conſ. 27. num. 19. Oſaſcb. dec. 48. num. 7. Rot. deciſ. 81. 84. & deciſ. 86. poſt Fenſon. ad ſtat. Vrbis.*

27 Pariter nec eſt neceſſaria viduæ inopia, quãdo alimenta non officio Iudicis, ſed iure actionis debentur, ita vt etiam præterita alimenta ſoluenda ſint *notat Bart. in l. libertus ff. de aliment. & cibar. legat. & in l. de aliment. vbi Iaſ. num. 6. Dec. num. 5. C. de tranſact. Sperel. dec. 84. nu. 46. tom. . . Rot. dec. 81. §. minus etiam dec. 82. §. cæterum poſt Fenſon. ad ſtat. Vrbis.*

28 Sublim. 2. Quod ſi vidua à principio fuit indotata, & abſque dote nupta, ſiue dotem quam

habuit

Digitized by Google

habuit amiſerit, ſi non habet vnde viuere poſſit, debeatur alimenta, quia mendicare non debet in opprobrium mariti, & matrimonij bene tranſacti, & hanc opinionem eſſe magis piam, & æquitati conſonam teſtatur *Surd de aliment. tit. 1. q. 45. num. 1. & 27 vbi alios allegat*. Secus vero ſi à principio dotem habuerit, nam tunc poſt annum luctus non eſt alenda ab hæredibus viri *Bart. in l. at qui natura § non tantum ff. de negot. geſt. & in l. in inſulam §. vſuras ff. ſolut. matrim. Roman. in l. diuortio num. 17. ff. eod. tit. vbi Alex. num. 22. Couar. lib 3. var. reſol. c. 1. num. 3. verſ. 6. Viui. commun. opin. lib. 1. opin. 144. in fi. Afflict. deciſ. 284. num. 1. cum alijs per Surd. dicto tit. 1. quaeſt. 45. numer. 2.*

29 Lim. 3. ſi mulier tranſeat ad ſecunda vota, quia tūc ab eo tempore ſecundo viro, qui ſubſtinet onera matrimonij debentur vſuræ, ſeu alimēta vxoris ob dictam onerum ſubſtentationem ex quo in ſecundo viro militet eadem ratio quam in primo. *Rum. conſ 59. num. 27. & 28. vol. 2. Grat. conſ 56. num 3. vbi de communi Alex. conſ. 141. num. 2. in fi. 3. & 4. vol. 5. Seraph. dec. 1406. num 2. dec. 1423. num. 2 dec. 1430. num. 1.*

30 Sublim. procedere quatenus primi viri hæredes promiſerint dotem ſecundo viro, vel quatenus in mora conſtituantur *Surdus de aliment. tit. 1. q. 45. n. 53.* ſecus quando ſecundus vir peteret intereſſe pro vxore, vel vti procurator illius; nam tunc illi non debentur vſuræ, ſecus ſi petat vti principalis, & vti ſubſtinens onera matrimonij; nam tunc ab hęredibus primi viri in mora conſtitutis per interpellationem ſunt ſoluendi fructus dotales *vt tradunt Doctores relati per Gratian. diſcept 143. à num. 23. & plurib. ſequen.*

31 Lim. 4. ſi mulier paſſa fuerit aliquod intereſſe ob non reſtitutionem dotis, nam tunc huiuſmodi intereſſe ſi ſit certum, & verum, tam de iure canonico, quam ciuili peti poteſt *cap. conqueſtus de vſur.* ſiue ſit ratione damni emergentis, ſiue lucri ceſſantis *iuxta text. in l 3. §. fi. de eo quod cert. loc. l. at qui natura § non tantum ff. de negot. geſt. l. ſocium ff pro ſocio l in contraria ff. de vſur. cap. ſacro vbi Innoc. de ſent. excommun. c. peruenit de fideiuſſor. cap. dilecti de for. competen. glo. in cap. conqueſtus de vſur Bald. Nouel in tract. de dote ſpecial. 22 p. 8. Campeg. eod tract. p. 2. qu. 18 col. 1. verſ. idem videtur Fontanel. de pact. nuptial. Clauſ. 8. glo. vnica p. vnica num. 16. tom. 2. Surd de aliment. tit. 1. qu. 45. num. 28 & ſeq. Couar. var reſol lib 3. c. 1. nu. 3 verſ. 6. hic etiam circa prin. tom. 2. Gratian. diſcept. 244. num. 11.*

32 Sublim. vt mulier ſoluto matrimonio, licitè poſſit percipere fructus dotales tamquam intereſſe damni emergentis, ſeu lucri ceſſantis, ſi probentur requiſita *Pauli de Caſtr. in dicta l. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loc.* quæ etiam in caſu dotis ſunt probanda, vt tradunt *Doctores relati per Gratian. diſcept 240. num 6. & 9. & diſcept. 244. num. 12. Afflict. dec. 284. nu. 3. Barboſ. in l. 2. p. 1. num. 48. ff ſolut. matrim.* quod quando habeat locum tam reſpectu damni, quam lucri declarat *Surd. de aliment. tit. 1. q. 45. nu. 28 vſque ad 54.*

33 Lim. 5. ſi mulier poſt mortem viri, vixerit in communione cum eius hæredibus, nam tunc fructus dotales ſunt compenſandi cum alimentis præſtitis eidem Mulieri, ex quo dicti hæredes alēdo viduam dicuntur onera matrimonij ſubſtinuiſſe, & propterea integros fructus dotis lucrari debent *l. dotis fructus ff. de iur. dot. per doctrinam Bart. in l. diuortio ff ſolut. matrim. Surd. de aliment. tit. 1. q. 44. num. 29. & 30. & dec. 211. num. 1 & plurib ſequen & num. 5. & per tot. & in Romana fideicommiſſi 3 Maij 1651. coram Card. Ottbobon § minuſque ſubſiſtera in fi.*

34 Sublim. hoc procedere durante anno luctus, quo pendente, cum non poſſint cogi ad reſtituendam dotem in pecunia conſiſtentem tenentur alere viduam, ita vt per alimentorum præſtationem lucrantur integros fructus, ſecus autem poſt annum, quia tunc mulier poteſt dotem exigere, & ſi fuerit alita ab hæredibus, illi nō lucrantur fructus vltra ratam, & concurrentem quantitatem alimentorum, qua dempta reſiduum fructuum liberè tenentur ſoluere ita *Bald in l diuortio in prin. num. 5. ff. ſolut. matrim ibique Iaſ. num. 18. ante fin. verſ & iſtud fundamentum Surd. dec. 211. num. 12. vſque ad fin. Gratian. diſcept. 244 nu 31. Gregor. XV. dec. 462. num. 1. & per tot.* & ratio eſt, quia durante anno luctus pendet dilatio legalis data hæredibus ad reſtituendam dotem, vnde interim debent habere omne commodum, & ſi fructus alimenta excedant, & incommodum in alendo ſi non ſufficerent, vt animaduertit *Rot. dicta dec. 402. num. 3. coram Gregor. XV.*

35 Sublim. vt etiam pendente anno luctus quando dos conſiſtit in immobilibus quo caſu ſtatim reddi debet, & non expectatur annus, neque cadit dilatio, & onus alimentandi, ſi mulier receperit alimenta ab hæredibus mariti non propterea lucrantur fructus dotis, ſed fit compenſatio cum alimentis vſque ad concurrentem quantitatem plenè *Surd dec. 211. à num. 12. vſque ad fin. vbi contrarys reſpondet Gregor XV dec. 402. nu. 3. per tot* Etenim quando agitur de reſtituenda dote conſiſtente in immobilibus, cum ſtatim debeat fieri ſoluto matrimonio ob non reſtitutionē dicuntur conſtituti in mora hæredes viri, ob tacitam diem, quæ adeſt, ex diſpoſitione legis, vt ſtatim reddatur, quæ interpellat pro homine cum dictio ſtatim ſignificat ſine interuallo *l. ſi finita §. non autem ſtatim ff de dam. infect.* & eſt ſignificatiua latæ ſententiæ *glo in l. commiſſa ff. de public. & vectigal. Bald. in l. p. C. ne liceat in vna, eademque cauſ* vbi promittens ſtatim ſoluere eſt in mora per lapſum vnius horæ, vt comprobat *Surd. dec. 211. num 32.*

36 Contrarium vero quod intereſſe, ſeu fructus non debeantur mulieri, ſi poſt annum continuauerit viuere in communione, & recipere alimenta à filijs, ſeu hæredibus viri, ex quo videatur viam alimentorum elegiſſe, & non viam conſecutionis intereſſe, quod non debetur, niſi ex mora, quæ licet contrahatur ipſo iure elapſo anno ex tacita diſpoſitione legis, tamen mulier per receptionem alimentorum poſt annum videtur tacitè renunciaſſe huiuſmodi beneficio legis, nec proinde poteſt mora induci ſine noua interpellatione *Vinc de Franc. dec. 217. num. 3. & ſeq Vrſil. ad Afflict dec. 370. num 3. vbi allegat text. in l. quoties §. ſicut autem ff. de adminiſt tutor.*

37 Quinimo cum inter coniuges videatur contracta ſocietas, quæ ſicut durat conſtante matrimonio, ita etiam durare dicitur eodem diſſoluto per vnius obitum remanentibus bonis ſimul non diuiſis, inter ſuperſtitem, & defuncti hæredes, quoniam ex patientia, & perſeuerantia vtriuſque partis præſumitur inter eos continuata ſocietas vnde non eſt quærẽdum de fructibus vt latè tradit *Io. Lopez. de lucris Marit. & vxor. c.6. alias 62. num.25. & plurib. ſequen. inter tract. diuerſ. de bon. conſtant. matrim. acquiſit. fol. mihi 220. argument. text. quem allegat. in l. quæritur §. qui impleto ff. locat. & l. legem C. eod. tit.*

38 Sublim. in caſu, quo vxor eſſet relicta tutrix filiorum, vel alias ipſa accepiſſet eorum tutelam, nam tunc non videtur continuata ſocietas *per l. Titium, & Menium §. actor ff. de adminiſt. tutel. vbi notat Bart. & alij Lopez loco proximè citato num. 31. circa fin* vbi ſubdit, quod mater tutrix, vel Curatrix filiorum magis videatur eorum bona adminiſtrare tutorio, vel curatorio nomine, quam iure ſocietatis, & cum concurrat alia cauſa, quam ſocietatis, quod illa ſumenda ſit.

39 Sed ſi mulier remanſerit tutrix, & adminiſtratrix eorum, qui debent dotem ſoluere, ſi non curauit durante tempore adminiſtrationis illam exigere, neque eidem debentur vſuræ dotales, cũ hoc caſu dicatur in culpa ſi ſuum creditum ſeparare neglexerit, & ſibi non ſoluerit *per text. in l. quoties 10. § ſicut autem ff. de adminiſt. & peric. tutor. glo. in l. dinarsio 37. § illud autem in verbo poſſit in ff. de negot. geſt. Plot. de in lit iuran. §. 11. num. 34. Surd. de aliment. tit. 3. q. 7. num. 17. Gratian. diſcept. 563. num. 42.*

40 Obſerua. 1. Quod ſtante conuentione de inueſtienda dote in bonis ſtabilibus, ſeu cenſibus, vel locis montium ob non factum inueſtimentum non reddatur licita conuentio, ſeu promiſſio, & exactio fructuũ mortua vxore vbi ſolutio doris non eſt facienda in ipſis inueſtimentis, ſeu re fructifera, ſed in pecunia numerata poſtea inueſtienda, multum enim intereſt, an onus inueſtiendi ſit impoſitum debitori, an vero creditori, primo autem caſu fructus, qui ex inueſtimento faciendo percepti veriſimiliter fuiſſent debentur à debitore abſque aliqua interpellatione, ratione mandati de inueſtiendo per eum ſuſcepti, quod adimplere debuit alioquin, niſi illi ex iuſta cauſa renunciauerit, vel docuerit feciſſe omnem diligẽtiam pro inueſtimento reperiendo tenetur ad dãna, & intereſſe, cum eius culpa, & negligentia concurrat *Rot. dec. 479. num. 9. poſt Cinc. de cenſib. & in Romana fructuum dotis 15. Ianuar. 1652. §. neque p omiſſionem coram Bichio vbi in §. quia vero ſubdit.* Quod cũ dicta ratio ceſſet in ſecũdo caſu fructus non debentur, niſi ex capite lucri ceſſantis & damni emergentis, ſed quod neutrum permittatur, niſi debitor per interpellationem perſonalem fuerit conſtitutus in mora ſoluendi *Card. Mantic. dec. 171. num. 3. Rot. dec. 94. num. 11. poſt Merlin. de pignor. Gratian diſcept. 911. num. 4. & 5. & diſcept. 987. num. 11. facit Rota dec. 90. num. 6. Rot. dec. 7. num. 6. poſt Zacch. de ſociet. offic.*

41 Et quamuis interpellatio non requiratur quãdo adeſt pactum *Gait. de credit. c. 7. tit. 7. q. 2. nu. 1742. & ſequen. vbi allegat. concordantes.* Tamen hoc non procedit, quando pactum eſt illicitum prout eſt pactum de ſoluendo fructus dotales ſoluto matrimonio *Rot. dec. 94. num. 5. poſt Merlin. de pignor. cum alijs in Romana fructuum dotis 15. Ianuar. 1652. §. non obſtat. coram* Bichio.

42 Obſerua. 2. quod fructus donationis propter nuptias, ſeu lucri dotalis non debentur mulieri, quæ ex eadem viri hæreditate alimenta pleno iure percepit, præcipuè ſi habuit peculiares propriæ dotis redditus, quibus honeſtiſſimè viuere poſſit, eoque magis abſque legitima hæredum interpellatione Rot. *dec. 14. num. 11. verſ. præterea fuit conſideratum cum ſeq. & dec. 25. in fin. verſ. & ita concluſum p. 5. recen. & in* Romana *reſciſſionis tranſactionis* 16. *Iunij* 1651. §. *tum quia coram Card. Corrado.*

SVMMARIVM.

1 Fructus dotis, & alimenta ſunt iudicis arbitrio taxanda.
2 Dos conſtitui debet arbitrio boni viri.
3 Fructus dotis de iure communi taxantur ad rationem cenſus.
4 Sed vigore Statuti Vrbis taxantur ad ratione nu. 7. cum dimidio.
5 Neapoli ad maiorem ſummam taxantur.
6 Florentiæ quandoque taxantur ad rationem quinque.
7 Fructus dotis ſunt taxandi iuxta conſuetudinem loci.
8 Statuto taxanti fructus dotis Rota ſolet deferre.
Amp. etiam ſi cum forenſi fuerit contractum matrimonium num. 9.
10 fructus dotis circumſcripto ſtatuto, & conſuetudine ad rationem quinque pro centenario taxari poſſunt.
11 Ex partium conuentione etiam taxari poſſunt.
In materia vſurarum inutile adiectum pro non adiecto habetur. ibid.
12 Fructus dotis reducuntur ad ſummam petitam & oõ pro vt taxantur in maiori ſumma à ſtatuto.
13 Fructus dotis ſi conſiſtant in quantitate taxantur ad formam ſtatuti, ſi in ſtabilibus ad 5. prout ſtabilia taxantur num. 14.
15 Fructus dotis iuxta formam ſtatuti debentur tam ex dote data quam promiſſa num. 17.
16 Fructus donationis propter nuptias debentur pro vt à ſtatuto taxantur.
18 Fructus dotis debentur ad rationem ſeptem cum dimidio in caſu aſſicurationis dotis ob vergentiã viri ad inopiam.
19 Fructus dotis non conſtitutæ inter priuatos debentur pro dote arbitrio boni viri conſtituenda, Inter nobiles pro ſumma ſcutor. 5500. taxata à Sixto V.
20 Quid ſi fuerit derogatum conſtitutioni Sixtinæ, & conſtituta dos in maiori ſumma, an retrotrahatur, & fructus debeantur à die contracti matrimonij num. 21. 22. 23. & 24.
25 In exigendis dotibus eiuſque fructibus an ſit ſeruandum ſtatutum domicilij viri, vel mulieris.
26 Statutum ſuper taxatione fructuum dotalium valet contrarium num. 27. ſed prima verior num. 28.
Amp. etiam quoad fructus donationis propter nuptias.

Fru-

Fructus dotis ad quam rationem veniunt taxandi.

ADNOTATIO II.

1 FRuctus dotis ſicut alimenta ſunt iudicis arbitrio taxanda, habita ratione gradus ſtatus, & conditionis mulieris, ſacultatum, & diuitiarum Patris, & fratruum, nam licet præciſè pro alimentis ſufficiat minor ſumma attenta tamen conditione, & ſtatus perſonæ loco nobili natæ augumentum, & incrementum aliquod recipiunt. *Peatan. de aliment. c. 7. num. 3. cum alijs per Ridolphin. in ſua prax. recen p. 3. c. 5. numer.* 456.

2 Prout ipſa met dos conſtitui debet arbitrio boni viri attenta conditione perſonarum familiæ quantitate facultatum, ſeu patrimonij numero liberorum, & vlterius ſi hæres vniuerſalis fuerit fideicommiſſo grauatus, quæ omnia pro iuſta dotis conſtitutione conſideranda ſunt *per text. expreſſam in l. ſi filię Pater ibi labeo quærit. ff. de legat. 3. glo in l. ſi curatores in verbo moderatum C. de adminiſt. Tutor. l. quaro 61. l. cum poſt diuartiũ 70. §. in damnum verſ. gener. ff. de iur. dot.* vbi quod dotis conſtitutio iudicis arbitrio remittitur regulando à quantitate patrimoni, & familiarum nobilitate, & conſuetudine. *Rot. in Romana reſciſſionis tranſactionis 16. Iunij 1641. §. altera vero verſ. quam etiam attenta coram Card. Carrado, & in Romana dotis prima Iunij 1665. §. in qua ſententiam coram Veroſpio.*

3 De iure communi fructus dotis promiſſæ, & non ſolutæ taxantur ad rationem cenſus, & ad illam ſummam, quam ſi pecuniæ ad honeſtum lucrum ponerentur reddere ſolent *Rot. dec. 428. num. 3. p. 3. recen. cum ibi allegatis.*

4 In Curia verò ex diſpoſitione ſtatuti Vrbis *in cap. 137. lib. 1.* quam ex antiqua, & inueterata conſuetudine fructus dotis, ſeu alimenta tam conſtante, quam ſoluto matrimonio taxari ſolent ad rationem ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario *Gratian diſcept. 244. num. 4. Parıſ. conſ. 64. num. 3. lib. p Rot. dec. 35* poſt Fenſon. ad ſtatutum Vrbis *& dec. 86. § qua circa, & §. neque etiam poſt eundem Fenſon. dec. 428. num. 3. p 3 recen.* Et dictam ſtatutariam taxationem eſſe iuri communi conſonam dixit *Pont. in tract. de aliment. Rot. dec 742. numer. 5. tum. diuerſ. deciſ 428. num. 3. p 3. recen. adden. ad Burat dec. 65. num. 4. vbi ex Magon. dec. Flarent. 83.* quod etiam taxantur ad octo.

5 In maiori ſumma quam ſeptem pro centenario Neapoli taxari ſolent, quoties intereſſe mulieris maiorem taxationem expoſcat, vt teſtatur *Gram. dec. 105. num. 12. Molpheſ ad conſuetud Neapol. p. 7. q. 12. n 7. & 8. Rot d. 5. n. 3. coram Merlin. dec. 247. num 3 poſt Zacch. de oblig Cameral. & in* Romana *fructuum dotis 2. Maij 1644. §. ac. vegere coram Veraſpia.*

6 Quandoque ad rationem quinque pro centenario huiuſmodi fructus taxari de ſtylo Rotæ Florentinæ teſtatur *Monach. deciſ. Florent. 22. num. 21. & deciſ. 39. num. 3.* Quandoque ad ſeptem & octo iuxta conſuetudinem regionis *Neuiz. conſ. 84. num. 2. Magon. deciſ. Flarent. 83. num. 3. Sperel. deciſ. 84. num. 53. Rot dec 471. numer. 2. p. 1. recen. dec. 229. ad fin. poſt ſecundum vol. conſ. Farinac.*

7 Conſuetudo tamen loci in huiuſmodi taxatione facienda eſt plurimum attendenda *Rain. conſ. 234. num. 14. lib. 1 Surd de aliment tit. 1. qu 42. num. 27. & 28. Magon deciſ. Flarent. 83. num. 3. Rot. dec. 471. num. 2. p. 1. recen. & deciſ 1406. num. 3. coram Seraph. & dec. 65. num. 3. coram Buratto ibique Adden. num. 4.* vbi quod conſuetudo taxans fructus dotis ſit valida.

8 Et diſpoſitioni ſtatutorum taxantium fructus dotis Sacrum Rotæ Tribunal deferre conſueuit pro vt in terminis ſtatuti Bononiæ dixit *Rot. in Bononien. fructuum 7. Maij 1630. coram Ghislerio in Bononien. dotis 26. Martij 1645. coram Dunozet. in Bononien. dotis 16. Nouemb. 1647. coram Bichio & in alia Bononien. dotis 10. Martij 1651. §. ſiquidem ſolutis in fi. coram Peutingeria Seraph. dec. 1406. num 3.*

9 Quinimo ſolet admittere, licet cum Forenſi fuerit matrimonium à muliere contractum *Rot. dec. 419. num. 2. coram Duran. dec. 129. num. 1. & 8. poſt primum vol. conſ. Farinac. & in* Romana *dotis 2. Maij 1664. in prin. coram Veroſpio.*

10 Regulariter verò conſuetudine, & ſtatuto circonſcripto ad rationem quinque pro centenario licitè taxari poſſunt, cum prædia, & ſtabilia ad hanc rationem ſolent reſpondere *Neuiz conſ. 74. num. 5. Lupus de vſur. comment 1. ad l. curabit §. 4. num. 91. Sperel. dec. 84. à num 49. vſque ad 56. Caſtratan. de Societat. offic c. 49 num 4. & 5. Caſar. de Graſſ. dec. 1. num. 5. tit. de vſur. facit Rot. dec. 340. par. 1. diuerſ.*

11 Ex partium conuentione etiam taxari poſſunt huiuſmodi intereſſuria dotalia, dummodo non excedatur taxa à ſtatuto vel conſuetudine præſcripta, quod ſi ad maiorem ſummam ex partiũ conuentione taxata fuerint, contractus non vitiatur tamquam fæneratitius in totum, ſed id, quod iuſtũ excedit vltra ſummã permiſſam reijcitur, & taxatio exceſſiua ad permiſſam quantitatem reducenda eſt, cum in materia vſurarũ dumtaxat illicitè adiectum pro non adiepto habetur per text. expreſſum *in l. pecuniæ. & in l. vſuras, & in l. penul. ff. de vſur. l cum allegans l. eos §. ſi quis autem C. eod. tit. Gail. pract. obſer. num. 10. lib. 2. late Sperel. dec. 84. num 49. vſque ad 56.*

12 Si igitur fructus dotis petantur ad rationem quinque pro centenario non obſtante taxatione ſtatuti ad ſeptem cum dimidio ſecundum dictam petitionem reducendi ſunt, quia volenti non fit iniuria *Rot in Romana fructuum dotalium 7. Iunij 1651. ſub §. mortem autem coram Dunozet.*

13 Diſtinguendum tamen eſt in hac materia quod aut dos conſiſtit, vel ſit promiſſa, vel aſſignanda in quantitate, ſeu pecunia aut in ſtabilibus, ſi in quantitate eius fructus debentur ad formam ſtatuti. ſecundum quam Pater, aut dotis promiſſor, vel qui reſtituere tenetur ratione moræ compelluntur fructus ſoluere *Rot coram Merlin dec. 457. num. 16. & 17. & coram Burat. dec. 232. num 7. & dec. 282. num 1. & ſeq. & in recen. dec. 422. num. 2. p. 3. & in Romana dotis 2.*

Maij 1664. §. fin. coram Veroſpio & in Romana
fructuum dotis 12. Februar. 1666. §. non obſtat
coram Otalora, & nouiſſime Spada conſ. 219. num.
4. 14. 15. & 16. lib. 2.

14 Si vero in ſtabilibus iurata quorum redditus
fructus ſunt aſſignandi Rota ſæpè taxauit ad
rationem quinque pro centenario, pro vt de iure
ſtabilia taxantur Rot. dec. 112. num. 1. coram Bu-
rat. dec. 112. num. 1. dec. 120. num. 3. poſt Gilian.
ad ſtat. Peruſ. dec. 6. num. 5. p. 8. recen. in Romana
fructuum dotis 28. Iunij 1621. coram Mazanedo,
& in Romana fructuum dotis 12. Februar. 1666. §.
non obſtat coram Otalora.

15 Quibus ita firmatis Amp. vt fructus dotis ad
rationem ſeptem cum dimidio per Statutum Vr-
bis taxati debentur iam ex dote data, quam etiã
promiſſa Achil. de Graſ. dec. 12 de conſtit. Seraph.
dec. 248. num. 2. Gregor. XV. dec. 204. num. 22.
Fenſon. ad ſtat. Vrbis in c. 137. num. 40. & 41. vbi
declarat hoc procedere, quando dos per Patrem
fuerit promiſſa, ſecus autem ſi dos fuiſſet per
mulierem ipſam promiſſa, quia tunc ſibi ipſi im-
putandum eſſet ſi moroſa fuiſſet in dote tra-
denda.

16 Amp. 2. vt dicta ſtatutaria diſpoſitio non ſolũ
ſibi locum vindicet in donatione propter nu-
ptias, vt ſæpè dixit Rot. vt in deciſionibus relatis
per Fenſon. in dicto cap. 137. num. 37. Verum
17 etiam ſi dos eſſet promiſſa viro, & non mulieri,
quia nihilominus ſoluto matrimonio eidem de-
bentur dicti fructus ad formam ſtatuti Fenſon.
qui Rota deciſ. allegat. loco citato num 42.

18 Amp. 3. ſtatutum etiam procedere ſi mulieri
conſtante matrimonio ob vergentiam viri ad
inopiam eſſet facienda aſſicuratio dotis, quia
tunc fructus dotis etiam debentur ad rationem
ſeptem cum dimidio pro centenario. Fenſon. loco
citato vbi ex Rota authoritate fuſius comprobat
num 39.

19 Si autem dos non fuerit conſtituta, ſed veniat
conſtituenda, & vir ſubſtinuerit onera matrimo-
nij, ſi agatur inter priuatos, fructus dotis debentur
pro dote arbitrio boni viri conſtituenda conſi-
deratis circumſtantijs adhunc effectum neceſſa-
tijs, vt ſupra demoſtrauimus, ſi vero inter nobi-
les, & magnates fructus veniunt perſoluendi pro
ſumma ſcutorum 5500. ad quam rationem dos
congrua inter magnates taxatur à Sixto V. ſua
conſtit. 52. ex ordine Bullar. ſub tit. moderationi
delle doti §. ſi ordina, cum vltra eam ceſſet ſub-
ſtantia, & eſſentia dotis, quoniam ſi non adeſt
dos, niſi pro tanta ſumma, non poſſunt vltra
eam exigi vſuræ dotales, pro quibus tantum ſo-
cer dicitur conſtitutus in mora, & gentro compe-
tit actio Rot. dec. 182. num. 2. & 3. p. 4. tom 2 rec-
cen. & in Romana dotis 20. Maij 1662. coram Ve-
roſpio, & in Romana fructuum dotis 12. Febraar.
1666. § & pro ſumma & §. primam enim coram
Otalora.

20 Sed ſi poſt contractum matrimonium fuerit à
Papa obtenta derogatio ſixtinæ, & in maiori
ſumma dos conſtituta fuerit, cum dicta conſtitu-
tio, ſeu liquidatio congruæ dotis poſt dictam
derogationem retrotrahatur à die contracti ma-
trimonij fructus debentur vſque ab initio ad ra-
tionem dotis liquidatæ in vim ſextinæ deroga-
tionis Rot. dec. 280. num. 8. p. 7. recen. ex regula
21 generali, quod liquidatio ſemper retrotrahatur
Rot. dec. 124. num. 11. 12. & 21. poſt Merlin. de
pignor. dec. 409. num. 30. & 31. p. 9. recen.

22 Sed hoc limita procedere quãdo Pontifex de-
rogauerit bullæ Sixti, quia ex tunc, ſecus ſi pro
vt ex nunc, cum hæc verba derogationis, diri-
gantur in futurum de dote per Iudicem taxanda,
quo caſu non eſt locus retrotractioni vt diſtin-
guit Zabar. conſ. 105. num. 21. ad med. nam Pon-
tifex quando derogat ſixtinæ prout ex nunc, ex
quo antea nulla dotis conſtitutio præceſſerat,
habilitat mulierem ad petendam dotem, eamq;
conſequendam per Iudicem arbitran. ſi agatur
in foro contentioſo, & conſequenter Papæ de-
rogatio, & remotio obſtaculi valet ex nunc, quo
Iudex declarauerit, cum prius non habebat iu-
riſdictionem, nec pars actionem vltra quantita-
tem à ſixtina taxatam. Rot. dec. 107. num. 6. &
7. p. 8. recen & in Romana fructuum dotis 12. Fe-
23 bruarij 1666. §. nec magis coram Otalora ex qui-
bus ſequitur ſecus eſſe ſi dos à principio con-
ſtituta fuiſſet vltra quantitatem à ſixtina taxa-
tam, cuius derogatio ſi poſtea obtineatur fit re-
trotractio, & fructus debentur vſque ab initio,
vt pote quia remoto obſtaculo ſixtinæ pars habet
actionem ad dotem conuentam, in alio vero caſu
24 donec non fuerit declarata quantitas dotis vi-
gore derogationis ſixtinæ, & facultatis datę
conſtituendi dotem, cum nulla mora conſiderari
poſſit, reſpectu maioris ſummæ fructus non de-
bentur. Rot. dec. 577. num. 1. p 1. recen. & in
dicta Romana fructuum dotis 12. Februar. 1666.
§. denique reſpectu coram Otalora vbi in § fin. ſub-
dit, vlterius quod ſi fuerit declarata, & filia non
acquieuerit & ſic Pater habuerit iuſtam cauſam
litigandi ex qua excuſetur, non teneatur ad in-
tereſſe vt etiam dixit Rot. in Anconitana dotis 1.
Iulij 1643. coram Cerro penes Merlin. de pignor.
dec. 700. num. 11.

25 Verum in exigendis dotibus ſtatutum domi-
cilij viri videtur ſeruandum eſſe per text in l. exi-
gere dotem 65. ff. de Iud. ſed huius textus diſpo-
ſitio in viri fauo em inducta Mandel. conſ. 23. nu.
num. 10. procedit in reſtitutione dotis, & eſt ad-
mittenda in taxatione lucri dotalis vt declarat
Cagnolin. dicta l. exigere dotem num. 4. Alex. conſ.
100 num. 13. vol 3. Ruin conſ. 59. num. 6. lib. 3.
Rot. in Romane dotis 23. Iunij 1661. §. lucrum
vero coram Veroſpio & 2. Maij 1664. coram eo-
dem §. nec vrgere, vbi quod ſecus ſit quoties pro
dotalibus viutis agat mulier vna cum viro ad-
uerſus promiſſorem, vel eum, qui dotare tenetur,
nam tunc debentur iurata ſtatutum vxoris, & lo-
ci contractus Gram. dec. 103. num. 101. verſ. cum
magnifica.

26 Statutum autem ſuper dotalium fructuum
taxatione vtique validum eſſe, ex quo huiuſmo-
di fructus ſunt fauorabiles, illiſque faueat ius
canonicum, tradit Ridolphin. in ſua prax. recen.
par. 3. c. 5 n. 457. ex cumulatis per Rot. in Romana
fructuum dotis de Caſijs, in §. nam iſti fructus poſt
27 Fenſon. ad ſtat. Vrbis dec. 86. Diſſentit ab hac
opinione Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 244. num.
45. & 46. vbi quod huiuſmodi ſtatuta, quæ ta-
xant fructus dotis non videantur tranſire fine
diſti-

difficultate de iure canonico, & ſtatutum Romanum in tantum valeat, in quantum habeat confirmationem Apoſtolicam ex cumulatis per *Iaſ. in l. de quibus numer. 71. ff. de legib.* & hanc contrariam opinionem late defendit *Barboſ. in l. 2. in prin. num. 43 ff. ſolut. matrim.*

28 Sed prima opinio vti verior ſæpè amplexa fuit *Rot. vt patet ex allegatis per eundem Gratian. diſcept. 726. num. 15. & 16. & ex deciſionibus relatis per Ferentil. in addit. ad Burat. dec. 65. numer. 4. Rot. dec. 1045. num. 3. coram Seraph. deciſ. 308. num 4. & 5. poſt Pacif. de ſaluian. & in Romana dotis coram Pamphilio inter impreſ. penes*
29 *Marcheſ. de commiſſion. p. 1. fo.* 845. Quæ concluſio procedit tam quoad fructus dotis, quam quoad fructus donationis propter nuptias, vt reprobato *Corn. conſ. 240. lib. 3. Afflict. dec. 292. Capic. dec. 65. tenent Gram dec. 103. numer. 98. Theſaur dec. 45. & ibi Theſaur. iun. in addit. Fachin. lib. 10. controuerſ iur. cap. 8.* & in hanc ſententiam inclinaſſe *Rotam patet ex deciſ. relatis per Ferentil. in adnot. ad Burat. dec. 65. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 Interuſuria dotalia poſſunt à principio paciſci abſq; labe vſuræ. num. 2.
3 Amp. procedere tum ſi dos conſiſtat in mobilibus, & iocalibus. tum ſi ad libitum viri promiſſa ſit nu. 4.
5 Taxatio certi lucri dotalis facta per ſtatutum valida eſt, donec dos ſoluatur. Contr n. 6. Intel. vt ibid.
7 Taxatio fructuum dotis exceſsiua reducitur ad iuſtã formam ſtatuti.
8 Pactum de ſoluendis fructibus loco intereſſe non eſt tolerandum, niſi de intereſſe certo conſtet.
9 Lim. procedere ſi vſuræ petantur tamquam lucrum ceſſans, ſecus ſi propter onera matrimonij & nu. 10.
Et huiuſmodi pactum eſt impropriandum, & referendum ad intereſſe dotale num. 11.
12 Interuſuria dotalia non debentur data dilatione ad ſoluendum.
Lim. ſtante pacto num. 13.
14 Emptor retinendo rem, & pretium tenetur ad fructus recompenſatiuos, tum de iure ciuili, tum canonico nu. 15. & 16.
17 Amp. vt debeantur etiam ſine mora ſequuta traditione, & retentione pretij.
18 Amp. etiam ſi venditor ex parte ſua non adimpleuiſſet dummodo tradiderit.
19 Amp. vt diſpoſitio *l. curabit C. de action. empt.* procedat in omni contractu nominato, & innominato.
20 Amp. vt etiam ſi pretium rei venditæ eſſet incertum debentur fructus recompenſatiui.
21 Amp. vt etiam debeantur, licet venditor ex pretio ſtatim nihil eſſet lucraturus.
22 Amp. ſi emptor non fecerit reinueſtimentum promiſſum, tenetur ſoluere illius fructus.
23 Amp. vt debeantur fructus recompenſatiui licet pretium retineatur ab emptore pro ſecuritate euictionis.
24 Venditor recipiendo pretium, & non tradendo rem tenetur ad fructus recompenſatiuos.
25 Amp. licet pretium fuerit oblatum, & non actualiter depoſitatum.
26 Fructus recompenſatiui ex æquitate l. curabit debẽtur non obſtante periculo euictionis, & quod res non ſit libera.
27 Et debentur vſque ab initio iure actionis.
28 Lim. vt fructus recompenſatiui non debeãtur ſi emptor nullus perceperit fructus ex re empta, ſecus ſi habens facultatem percipere neglexerit. nu. 29.
30 Lim. vt neque debeantur ſi non fuerit tradita poſſeſſio realis rei venditæ, ſed tantum per clauſulam conſtituti, tum etiam ſi fuerit impeditus vſus rei num. 35.
31 Lim. quod per depoſitionem cedulæ bancharia emptor liberatur á ſolutione fructuum.
32 Lim. in emptore, qui pro rata ſoluta non poteſt conſequi fructus recompenſatiuos, niſi ſoluto integro pretio.
33 Lim. vt nec debeantur ex pecunia promiſſa vltra pretium rei
34 Lim. ſi debitum conſiſtat in ſola pecunia, nam tunc fructus non debentur, ſi non concurrant requiſita *Paul. de Caſtr.*
36 Lim. quod æquitas l. curabit nõ militat fauore tertij.
37 Lim. vt neq; procedat ſi fuit habita fides de pretio.
38 Lim. ſi fuerit data dilatio ad ſoluendum, dummodo dilatio contineat certum tempus, ſecus ſi incertum num. 39.
40 Fructus recompenſatiui debentur ab emptore licet promiſerit ſoluere pretium, vel facta menſuratione, vel ſecuta ratificatione num. 41.
Vel datis fideiuſſoribus pro euictione n. 42. præcipuè ſi pactum quoad dilationem incertum nõ ſit adiectum obligationi, ſed executioni num. 43 & 44.
45 Conuentio de ſoluendo fructus recompenſatiuos data dilatione ad ſoluendũ eſt illicita, & vſuraria.
Contrarium verior numer. 46. & 47. ſed hæc procedit in re fructifera de ſui natura, ſecus in pecunia & cambijs num. 48.
49 Fructuum taxatio in materia *l. curabit C. de action. empt.* debet commenſurari cum fructibus n. 63. 64.
50 Ad rationem ſeptem, vel octo pro centenario non eſt exceſsiua, & iuſta redditur ad rationem quinque n. 51. Contrar. num. 66.
51 Fructus ſtabilium ad quinque pro centenario taxantur.
52 Taxatio fructuum recompenſatiuorum fieri debet ad rationem fructuum perceptorum, vel qui percipi Poterant.
53 Amp. & non vt emptor percepit, ſed vt venditor percepiſſet. Contrar. num. 54. Diſting. vt n. 55.
56 Si verò venditor vberiores fructus percepiſſet vſuræ recõpenſatiuæ ſũt ſoluẽdæ prout emptor percepit.
57 Lim. ſi emptor ſit in culpa, & non fecerit diligentias, vel non adhibuerit induſtriam nec ſſariam.
58 Lim. procedere ſi eſſet faciẽda liquidatio fructuum, ſecus ſi fuerint conuenti in certa quantitate.
59 Fructus recompenſatiui in venditione rei ſterilis ob non ſolutum pretium non debentur. Contrar. nu. 60. Diſting vt num 61.
62 Fructus recompenſatiui, eiuſque taxatio, vt licita reddatur in materia *l. curabit C. de action. empt.* datur cautela.
65 Eccleſia, & Regalares tenentur ad fructus recompenſatiuos in caſu *l. curabit C. de action. empt.*
67 Fructus recompenſatiui ſunt ſoluendi ex æquitate l. curabit iuxta veritatem, & non ſecundum taxam legalem.
68 Cenſus ad rationẽ etiam decem pro centenario ſuſtinetur, licet fundus cenſitus reddat minus.

Fructus dotis, & generaliter intereſſe, an à principio poſſit taxari, & de materia *l. curabit C. de action. empt.*

ADNOTATIO III.

1 INteruſuria dotalia abſque labe vſuræ poſſunt deduci, & a principio paciſci á viro, vt quid certum pro intereſſe donec dos ſoluatur præſtetur, per celebrem textum *in cap. ſalubriter 16. de vſur* cuius vigore permittitur viro recipere pignus fructiferum, eiuſque fructus lucrari, donec dos cum effectu ſoluatur ſecundum opinionem

nem *Rom. à Rota ſecutam in conſ.517. num.5. &
6. Alex. conſ.31. n 11. lib.6. Couar. var. opin lib.
3. c. 1. n. 3. verſ. hinc poterit,* ibi contrariũ *tamen ve-
rius eſt Campeg. de dote p.2. qu.6. num.1. Anchar.
Regien. q.33. num 4. & 5. Surd. de aliment. tit. 1.
q.42. in prin. & num. 23. cum ſeq. Molin. de pri-
mog. lib. 4. c.5. num.6. Felician. à ſole de cenſib.
lib. 2. c. 1. num. 19.* Rodriq. *de annuis reddit. lib.
3. qu. 8. num. 14. Lapuſ. de vſur. comment. 1. in
l. curabit. num.75. Villagut. ead. tract. q.22. num.
10. in 9. conclu. Cenal in ſpecul. commun. contra
commun. q. 394. Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucen. 21.
num. 37. & hanc ſententiam eſſe communem, ve-
riorem, & in praxi ſeruari alijs pleniſſime congo-
ſtis tradit. Sperel. dec. 84. num. 3. & pluribus ſe-
quen. Capic. dec. 65. Rot. dec. 129. num. 4. poſt
primum vol. conſ. Farinac. & quod hæc opinio ſit
magis vera, & recepta comprobat Gratian. diſcept.
143. num. 7. vſque ad 11.*

2 Speciali autem fauore, & dotis priuilegio
propter onera matrimonij, pro quibus ſubſtinen-
dis ſolutæ dotis vſus, & vſuſtuctus marito dari
ſolet, permittitur, vt quotieſcunq; vir onera hu-
iuſmodi ex dote ſubſti . enda proprijs ſubſtentat
ſumptibus iuſtum interreſſe in compenſationem
ritè exigere valeat, adeo vt nihil obſtate poſſit
quo minus ad certam ſummam taxetur, cum
diſpoſitio *cap ſalubriter de vſur.* non ſolum militat
ſi detur pignus fructiferum, quam ſi ab initio
certum intereſſe texetur, vt benè animaduertit
*Mantica de tacit & ambig. lib.12. tit. 29. numer.
415. Couar var. reſol. lib. 3. c. 1. num. 5. verſ.
7. Gnrb. dec. 72. num. 14. Sperel. dec. 84. num. 6.
7. 16. & plurib ſequen. Rot in Romana fructuum
dotis 12. May 1625. coram Coccino, & dec. 129.
n. 4. poſt primum vol. conſ. Farinac.* Etenim huiuſ-
modi intereſſe præcisè non debetur vti lucrum,
ſed ratione intereſſe a marito paſſi propter one-
rum matrimonij ſubſtentationem, atque ideo
vtroque iure peti poteſt vt notant Doctores ple-
na manu congeſti per eundem *Sperel. d. loco cita-
to. & per Surd. de aliment. tit 1. q 42. num. 3.*

3 Amp. vt huiuſmodi conuentio licita ſit non
ſolum ſi dos conſiſtat in mobilibus, auro argen-
to iocalibus alijſque mulicbribus ornamentis li-
cet non ſint de ſui natura fructifera, donec non
fuerint ſoluta per *textum ſingularem in l. fi. §. præ-
terea C. de iur. dot. ibi ſin autem aliæ res præter
immobiles, vel aurum fuerint in dotem datę, ſiue
in argento, ſiue in mulsebrsbus ornamentis, ſiue in
veſte ſiue in alijs quibuſcunque Gsurb dec. 72. à
num. 13 vſque ad fin. Sperel. dec. 84. num 12.*

4 Verum etiam ſi dos ad libitum mariti pro-
miſſa fuerit, cum nihilominus conſumato ma-
trimonio intereſſe debetur *Sperel. qui alios al-
legat. dec. 84. num. 13 Ioſeph. Ludou. deciſ. Lu-
cen. 21. num 48. & num 49.* vbi etiam ſi dotis ta-
xatio collata fuerit in arbitrium tertij, vt ſubdit
idem *Sperel. loco citato num 14. Gratian. diſcept.
143. numer. 15.* vbi quod huiuſmodi verba non
ſint poſita, vt faciant conditionem, ac proindè
non debent ſuſpendere *Ruin conſ. 132. numer.
2. lib. 5.*

5 Amp. vt etiam validè taxari poſſit per ſtatu-
rum certum intereſſe donec dos ſoluatur *Bald.
in l. fi. §. præterea num. 5. C. de iur. dot. Lapus de
vſur. in l. curabit. num. 91. Surd. de aliment. lib.
1. qu. 42. num. 27. & ſeq. Nauar. in manual. c. 27.
ſub num. 213. & latius in cap. ſi fœneraueris 12.
quæſt. 31. num. 21. notab 67. Afflict. dec 254. nu. 8.
Borgnin. dec. 35. num 27. & 28. Hyeron. Leo de-
ciſ. Valent. 62. Sperel. deciſ. 84. numer. 28.
Rot. deciſ. 129. nu. 27 poſt primum Vol. conſ. Fa-
rinac. & Tiburtina dotis coram Nauarro poſt Fen-
ſon. ad ſtat. Vrbis dec. 90.*

6 Contrarium tenet *Soccin. conſ. 56. num 2. lib.
3. Plot. in l. ſi quando num. 482. C. vnde vi Couar.
var. reſol. lib. 5. c. 1. num. 3. verſ. quarto hinc po-
tuit diſcuti.* Sed quod procedat, quando fieret
taxatio fructuum pro interuſurio pecuniæ. ſecus
quando ſit taxatio ratione onerum, & intereſſe,
quod debetur, & taxari poteſt, & ſatis eſt, quod
coniecturaliter ſit certum, vt dixit *Rot. in deciſ.
129. num. 6. verſ. contraria primo loco poſt pri-
mum vol. conſ. Farinac.*

7 Lim. 1. quod taxatio exceſſiua redditur illici-
ta, non tamen in totum obligatio annullatur,
ſed ſolum quantitas exceſſiua, vnde huiuſmodi
fructus taxatos ad rationem ſcutorum decem
pro centenario reducendos eſſe ad ſeptem cum
dimidio iuxta formam ſtatuti Vrbis firmauit
*Rot dec. 129. num. 7. & 8. poſt primum vol. conſ.
Farinac. & comprobat. Gratian. diſcept. 243. &
num. 5. & 6.*

8 Lim. 2. quod pactum de fructibus loco intereſ-
ſe percipiendis non eſt tollerandum, nec exequē-
dum, niſi pro quantitate, & intereſſe, de quo con-
ſtiterit, & ſic probatis requiſitis *Pauli de Caſtr.
in l. 3. ff. de eo quod certo loco,* vt in terminis
dotis non ſolutæ *Alex. in l. duor. in prin. num.
23. & in l. inſulam § vſuras num. 4 Petrus Bar-
boſ. in l. de diuiſione numer. 3. ff ſolut. matrim.
Mantic. dec. 171. num. 3.*

9 Sublim procedere vbi vſurę tanquam lucrū
ceſſans petantur, ſecus autem ſi petantur ratio-
ne damni paſſi propter onera matrimonij ſup-
portata, nam hoc caſu indiſtinctè peti poſſunt
nulla habita conſideratione, an quis ſolitus, vel
non ſolitus fuerit negotiari, vt probatur in *l. 3.
§ fin ff. de eo, quod cert. loco. & in l. 1. vbi ſcri-
bentes ff. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt.*

10 Lim. 3. quod huiuſmodi pactiones inter Soce-
rum, & Generum ſubſtineantur, ſi conuentum
fuerit fructuum ſolutionem faciendam eſſe pro
alimentis, ſeu loco alimentorum vxoris. ſecus
autem ſi fuerit dictum pro vſuris, vel interuſurijs
*Campeg. in tract. de dote p. 2. q. 6. ſub numer. 1.
poſt. med.*

11 Sublim. quod & ſi verba ad vſurarum ſolutio-
nem referantur, non tamen ſunt in dictam cau-
ſam referenda, ſed impropriãda, & ex contra-
hentium intentione intelligenda, & interpretā-
da iuxta naturam contractus, vt referantur ad
intereſſe dotale, dum de dote agitur, & alimen-
ta dotalia in effectu concernant, etiam ſi vſurarū
faciant mentionem, vt animaduertit *Surd. de
aliment. lib. 1. q. 42. num. 23. & 24. Rom. conſ.
517. ſub num. 8. Alex. conſ 31. num. 13. lib. 6. latè
Sperel. dec. 84 num. 30. & 31.*

12 Cæterum data dilatione ad ſoluendam dotem
ante illius euentum non debentur vſuræ *Anton.
de Butr. in cap. ſalubriter de vſur. quem ſequi-*

tur

mg. Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucen. 21. *num.* 44. *&*
13 45. Ità contrarium videtur verius, quod intereſſe dotale paciſci, & exegi poſſit etiam data dilatione ad dotem ſoluendam *Bald. Nouel de dot. priuil.* 3. *Couar. lib.* 3. *var. reſol. cap.*4 *illat.* 6. *Lupus de vſur. in l.curabit* §.4. *num.* 75. *latè Felician. de cenſib lib.* 2. *cap.*5. *in qu.*5. *& ſignanter ſub num.*20. *verſ. pro vera Seſſa deciſ. Aragon.* 68. *per tot. & ſignanter num.*17. *Surd de aliment. tit.*1. *q.* 42. *num.*23. *Molin. de primog lib.* 4. *c.* 5. *num.* 6. *Rodriq. de annuis reddit. lib.* 3. *q.*7. *num.* 44. *&* 45. *Giurba dec.*22. *ſub num.* 3. *Sperel. deciſ.* 84. *num.* 35. *Rot. in Romana fructuum dotis* 17. *Februar.* 1606. *coram Penia poſt Fenſon. ad ſtat. Vrbis dec.* 88. *& in Tiburtina dotis* 19. *Iunij* 1623. *coram Nauarro deciſ.* 90. *poſt eundem Fenſon.* & ratio eſt quia maritus prius quam dotem recipiat non tenetur alere vxorem, ſed Patri incumbit huiuſmodi onus, & obligatio iuxta *text. in cap. per vſuras de donat. inter vir. & vxor. Felician. de cenſib. lib.* 2. *c.*5. *ſub numer.* 20. *verſ. reſpondeo tamen*, vbi quod nihil obſtet cur non poſsit vir cum dotante paciſci, vt onus alendi eidem incumbens ſubeat, & in recompenſationem à dotante quid certum illi correſpondens percipiat. *Gratian. diſcept.* 143. *num.* 13. *& plurib. ſequen.*

Notabilia in materia *l.curabit C. de action. empti* §. 11.

14 GEneraliter verò in terminis celebris textus in *l.curabit C. de action. empt.* explorati iuris eſt, ex æquitate dictæ legis quod emptor retinendo rem, & pretium teneatur ad fructus recompenſatiuos, ſiue totum pretium retineat, ſiuè partem, ita vt ratione partis retentæ teneatur pro rata ad dictos fructus, cuius legis æquitas ſemper admitti ſolet fauore domini rei venditæ, ac ipſius hæredum, & ab eiſdem cauſam habentium quoties conuentum pretium cum graui ipſius venditoris iactura penes emptorem in totum, vel in parte remaneat *l fructus C. eod. tit. de action. empt. glo. in dicta l.curabit in verbo ratio vbi Bart. num.* 2. *& communiter Doctores glo. in l.Iulianus ex vendi. ff. de action. empt. glo. & communiter Canoniſtæ in cap.conqueſtus de vſur. Dec conſ.*119. *ſub num.* 3. *verſ. hoc etiam Surd. conſ.*101 *num.*23. *Gabr. conſ.*57. *num.* 1. *Gabr. in tit. de empt. & vend concl.* 4. *num.* 5. *Gomez var. reſol. l.*5. *c.*2. *num* 11. *Couar. var. reſol. lib.*3. *c.*4. *num.*1. 5. *verſ tertio. & num.* 6. *ad fin. Ciriac controuerſ Forenſ p.* 1. *c.*83. *num.* 11. *& ſeq. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib.* 4. *tit.* 4. *num.*6. 7. *&* 8. *Gratian. diſcept.*588. *num.* 4. *&* 21. *tom.*3. *& diſcept.*919. *num.*16. *Magon. deciſ. Florent.* 443. *num.*1. *late Sperel. dec.* 118. *numer.* 1. *& plurib. ſequen tom* 2. *Gregor. XV. dec.*347. *num.* 2. *&* 3. *Coccin. dec.* 320. *numer.*3. *dec.*342. *num.* 2. *dec.*410 *num.* 3. *Rot. dec.* 124. *num.*5. *poſt Cinc. de cenſib dec.*370. *ſub nu.*4. *p.* 3. *dec.*424. *num.*1. *p* 3. *dec.*13. *num* 1. *&* 2. *tom* 1. *dec.*610. *num.*1. *p.*5. *tom.*2. *recen. dec.*378. *nu.* 3. *coram Mellino. & in Romana fructuum cenſus* 24. *Nouembris* 1649. §. *ex ipſo verſ. nec ipſis coram Veroſpio & ex Theologis ſumma Angelica in verbo vſura num* 18 *ſumma Armilla in verbo vſura nu.*15 *Molina de contractibus tract.*2. *diſput.*308. *ſub num.*8. *circa fin. & ſub num.*10. *in fi Bonacin. oper. moral. in tit. de reſtit. diſput* 3. *q.*2. *punct.*7. §. 1. *num.* 4 *tom.*

15 Qui fructus recompenſatiui debentur inſpecta diſpoſitione iuris ciuilis, tum iuris canonici, & naturalis *glo. in cap conqueſtus in glo.* 2. *de vſur. Doctores & præcipuè Bart. in l* 2. *C. de vſur. Honded. conſ.*44. *lib.*1. *late Gabr. de empt. & vend. conclu.*4. *num* 5 *Gregor. XV. dec.*347. *num.* 3. *Beltram. in addit. ad eundem dec.* 297. *num.* 12.
16 *circa fin.* etenim huiuſmodi fructus recompenſatiui debiti ex diſpoſitione dictæ *l.curabit* non debentur vti vſuræ de iure canonico prohibitæ, ſed vti reparationes damni, & tanquam, res propria ex æquitate iuſtitiæ commutatiuæ, vt concludunt omnes in dicta *l.curabit, & ſignanter Cagnol. num.* 33. *C. de action. empt Bart. in l.*2. *num.*4. *Caſtren. num.*2. *C. de vſur. Surd conſ* 101. *num.*20. 23. *&* 28. *lib.*1. *& dec.*117. *nu.*7. *Hond. conſ.* 30. *num.* 16. *vſque ad* 25. *lib.* 1. *Couar. var. reſol. lib.*3. *c.*4. *num.*1. *& ita ſæpe dixiſſe Rot. refert. Gratian. diſcept.* 939. *num.* 17. *Rot. dec.* 13. *num.*7. *p.* 5. *tom.* 1. *recen.*

17 Amp. vt huiuſmodi fructus debentur etiam ſine mora, cum ſolum ſufficiat, quod fuerit deuentum ad actum traditionis, ex parte venditoris, & retentionis pretij ex parte emptoris, vt expreſſis verbis diſponit *textus in l.curabit C. de de action. empt. iuxta doctrinam Bald. in l.*2. *C. de vſur. communiter approbatam, vt teſtatur Cagnol. in dicta l.curabit. Surd. conſ* 101. *num.*23 *Hond. conſ.*30 *num.* 17. *&* 18. *lib.* 1. *Gabr. conſ.*57. *per tot. lib.* 1. *Rot. dec.*370. *num* 1. *in fi. p.*3. *dec.* 13. *num.* 6. *p* 5. *tom.* 1. *recen cum alijs per Add. ad Gregor. XV. dec.*297. *ſub num.*12 *Gratian. diſcept.* 588. *num.*22. *tom.* 3. *& diſcept.* 919. *num.* 16. *&* 17. *tom.* 5. *Sperel dec.* 118. *num.* 11. *& ſequen tom.* 2.

18 Amp. etiam ſi venditor ex parte ſua nō adimpleuiſſet, dummodo rem tradiderit, quod exuberat ad effectum conſequendi fructus recompēſatiuos, ſiquidem per non adimplementum venditoris non minuitur vſus rei venditæ, cuius contemplatione debentur fructus recompenſatiui, ne emptor locupletetur cum iactura alterius, ac proinde hæc exceptio non ſuffragatur, ſiue deducatur ad iudicandam culpam venditoris, ſiue ad excuſandam moram emptoris, vt magiſtraliter dixit *Rot. dec.* 370. *num.* 2. *&* 3 *p.* 3. *recen. & dec.*424. *numer.*7. *ead par* 3. *deciſ.* 520. *num.* 3. *coram Coccino & in alijs relatis per Adden. ad Gregor. XV. dec.*297. *n.*12. *& comprobat Natta conſ.*384. *num.*12. *Soccin. conſ.*176. *num.*2. *lib.* 2. *Couar. var. reſol lib.*3. *c.*4. *num.*6. *verſ. duodecimo Gabr. in tit. de empt. & vend. conclu.* 4. *num.* 9. *Gratian. diſcept.*588. *nu* 22. *&* 33. *Surd. conſ.* 101. *num.* 23. 26. *&* 28. *& deciſ.*117. *num.*7. *Magon. deciſ. Florent.* 443. *num.* 17. *& deciſ. Lucen.* 17. *num* 10.

19 Amp. vt æquitas l.curabit ſibi locum vindicet non ſolum in omni contractu correſpectiuo tam nominato, quam innominato *Ciriac. controuerſ. Forenſ. lib.*1. *concluſ.*83. *num.*12. *Sperel dec.*118. *num.*80.

Digitized by Google

num. 80 *Scaccia de commerc. & camb. p. 2. qu. 7. ampl. 8. §. 1. num. 173. Ridolphin. in prax. recen.*

20 *p. 1. c. 8. num.* 282. verum etiam ſi pretium rei venditæ non certum, vt ſi venditio fuerit facta pro pretio per tertium declarando, & ſic incerto ab initio, nam ante declarationem etiam procedit diſpoſitio dictę legis, quia per hoc non minuitur vſus rei, nec ceſſat emptor habere rem, & pretium *Gabr. conſ. 57. num. 5. lib. 1 Hond. conſ. 30. num. 28. lib. 1. Rot. dec. 370. num. 7. p. 3. recen.*

21 Amp. vt debeantur fructus ex æquitate *l. curabit* etiam ſi venditor ex pretio ſibi ſoluto ſtatim nihil eſſet lucraturus *l. fin ff. de peric. & commod. rei vend.* cum ſolum attendatur, quod emptor vtatur re vendita, & fructus percipiat, & non lucri ratio per venditorem facienda ex eius retractu, vel pretio. *Conar. var. reſol. lib. 3. c. 4. nu. 2. verſ. ſecundo deducitur Rot. dec 13. num. 4. & 5. p. 5. tom. 1. recen. & tradit. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 24. num. 11. Sperel. dec. 118. num. 73. tom. 2.*

Amp. vt etiam debeantur huiuſmodi fructus ab emptore venditori ob pretij non ſolutionem, quamuis non cõcurrant requiſita *Pauli de Caſtr. in l. 3. §. fin. num 3. ff. de eo quod cert. loco*, quæ non ſunt neceſſaria, vbi æquitas non patitur, vt quis retineat rem, & pretium *Ridolphin in prax. recen. p. 1. c. 8. num. 278. Rot. dec. 34 num. 1. & ſeq. coram Durano dec. 124. numer. 5. poſt Cinc. de cenſib. dec. 371. num. 1. p. 1. diuerſ. dec. 85. num. 14. p. 4. tom. 2. recen dec. 13. numer. 1. cum ſeq. p. 5. tom. 1. recen. & in Romana domorum 24. Nouembr. 1649. in fi. coram Veroſpio.*

22 Amp. vt emptor, ſi ſe obligauerit, facere reinueſtimentum de pretio rei venditæ, & non fecerit, tenetur ad fructus recompenſatiuos loco damnorum, & intereſſe prout ex inueſtimento percipi potuiſſet *iuxta text. in l. tutor §. ſi poſt ff de administr. tutor. l. ſi procuratori §. mandati actio ff. mandat. Hond. conſ. 139. num. 3. & 4. lib. 2. Rot. dec. 35. num. 14. p. 4. tom. 2. recen. & in Romana domorum in Burgo 24. Nouembr. 1649. §. ex ipſo enim ante fi. coram Veroſpio.*

23 Amp. vt obtineat locum diſpoſitio dictæ legis, etiam in caſu, quo pretium penes emptorem pro ſecuritate euictionis remanſerit, quia euictionis periculum ſolum excuſat à mora, non à præſtatione fructuum recompenſatiuorum *Gabr. conſ. 57. num. 5. lib. 1. Hond. conſ. 30. num. 34. lib. 1. & conſ 40. num 14. eod. lib. 1. Gratian. diſcept 939. nu. 18. & 19. Rot. in Romana fructuum cenſus 24. Nouemb. 1649. §. ex ipſo enim coram Veroſpio.*

24 Amp. vt æquitas l. curabit procedat etiam in venditore, cui pretium fuit ſolutum in parte, vel in totum donec res vendita tradatur, non ratione dominij, nec ratione moræ, ſed ratione cuiuſdam generalis æquitatis ne venditor recipiendo pretium, & rem non tradendo locupletetur cum iactura emptoris *per text. in l. ſi. ff. de fund. dotal Cagnol in dicta l. curabit num. 40. C. de action. empt. Alex. conſ. 121. ſub numer. 2. Gabr. in tit. de empt & vend. conclu. 3. numer. 1. Conar. var. reſol. lib. 3. c. 4. num. 7. Surd. conſ. 57. nu. 35. Scaccia de commerc. & camb. p. 2. q. 7. amp. 8. §. 1. num. 171. Ridolphin. in prax. p. 1. c. 8. num. 281. Rot. dec. 247. num. 7. vbi Add. nu. 13. coram Gregor XV. dec. 340. num. 5. & 6. p. 1. diuerſ. cum alijs per Sperel. dec. 118. num. 31.*

25 Amp. vt venditori debeantur dicti fructus recompenſatiui, quamuis pretium fuerit oblatum, cum requiratur actuale, ſeu reale depoſitum, ex quo per oblationem non deſinat quis habere rem, & pretium in quo fundatur diſpoſitio *l. curabit C. de action. empt. vt notat glo. in l. 2. in verbo depoſiti ibi Bald Salic. in prin. Caſtren. nu. 1. & 4. C de vſur Bald. in l. acceptam numer. 14. C. eod. tit. Gabr conſ 57. num. 6. lib. 1. Hond. conſ. 44 num. 36. lib 1.*

26 Amp. vt etiam huiuſmodi fructus recompenſatiui debeantur ex æquitate dictæ legis non obſtante periculo euictionis in limine, & quod res non appareat libera; quia præfata excuſant à mora ſoluendi pretium, ſed non à fructibus compenſatiuis, qui debentur abſque aliqua mora *Hond. conſ 30. num. 34. & conſ. 44. num. 14. lib. 1. Bald. in l. 2. num. 4. ibique Caſtr. numer. 1. verſ. quinimo dicit C. de vſur. Bero in c. 1. n. 126. tit. eod. Dec. conſ. 119. ſub num. 5. verſ. 6. adduci poteſt Natta conſ. 384. num. 12. Surd. conſ. 101. num. 22. verſ. non obſtat & num. ſequen. lib. 1. Gabr. in tit. de empt. & vend conclu. 4. num 9. Conar. var. ſent lib. 4. num. 6. verſ. duodecimo hinc Mangil. de euction. qu. 159 num. 7. Surd. dec. 117. num. 7. Magon. dec. 117. num. 30. Sperel. dec. 118. num. 29.* vbi refert contrarium tenentes *& num.* 29. eos reprobat, ex quo eorum ſententia ſit innixa falſo fundamento *Rot. dec. 297. nu. 2. coram Gregor. XV. dec. 688. num. 3 p. 2 recen. dec 370. num. 1. & 2. p. 3. & dec. 424. num. 7. & 8. eadem p. 3. recen.*

27 Amp vt huiuſmodi fructus recompenſatiui debeantur vſque ab initio, cum iure actionis petantur non vt fructus rei principalis in iudicio deducte, ſed tamquam res principalis debita venditori, quod efficit, vt officium Iudicis competat ſimpliciter pro illis conſequendis, etiam quod ſint præteriti *Cancer. var. reſol. c. 16. num. 97. in fin. de lit. conteſt. Rot. dec. 1163. num. 3. coram Seraph. dec. 689. lib. 3. p. 3. diuerſ. dec. 90 nu. 4. p. 7. recen cum ibi congeſt. late Sperel. dec. 118. num. 54. tom. 2.*

28 Lim. vt æquitas *l. curabit C. de action. empt.* ceſſat, nec emptor tenetur ad fructus recompenſatiuos ſi ex re empta nullus fructus percipere potuit, vel propter vitium, & naturam rei, ſiue propter ſuperueniens impedimentum *Cagnol. in dicta l Curabit. num. 45. Conar var. reſol. lib. 3. c. 4. num. 3. Odd. conſ. 87. num. 18. Surd conſ. 101. num. 22. ad med. lib. 1. Molin de contract. diſp. 368. num. 12. Gratian. diſcept. 939. numer. 24. & 26. Gregor. XV. dec 347. num 5 vbi Add. num. 17. idem Adden. ad eundem dec. 297. num. 11.*

29 Sublim. ſi emptor fuit in poſſeſſione, & habuit facultatem percipiendi fructus, quia cum hoc caſu per ipſum ſteterit, quin non perceperit, ſibi imputare debet, nec eius negligentia redundare debet in præiudicium venditoris, qui tradidit rem venditam aptam fructus reddendi concurrente induſtria, ſcilicet emptoris, ac proinde excuſari non poſſe, quin teneatur ad tales fructus

omnes

omnes concludere *in dicta l.curabit* teſtatur *Gratian diſcept.*939. *num.*24. & 25. *Surd. conſ.*101. *num.*21. *Adden. ad Gregor.XV. dec.*297. *num.* 11. *circa fin.*

30 Lim. vt neque ad fructus recompenſatiuos teneatur emptor, ſi rem, non habuerit, nec eius poſſeſſionem, ita quod ad hunc effectum poſſeſſio debeat eſſe realis, & non ex Clauſula conſtituti in inſtrumento adiecta, vt firmauit *Rot. dec.* 13. *num.*16. *p* 5 *tom.*1. *recen.* & *cauetur in eadem l.curabit C. de action. empt. vbi Cagnol. num.* 27. 28. & 29. *l.*2 *C. de vſur. Aym. conſ.* 105. *num.* 11. *Pariſ. conſ.*175. *num.*15. *in fi. lib.* 4. *Gregor. XV. dec* 347. *nu.* 1. *vbi Adden. nu.* 17. *Rot. dec.* 564. *num.* 1. *p.*1. *recen.*

31 Lim. 3. quod per depoſitionem cedulæ Banchariæ emptor liberatur à ſolutione fructuum recompenſatiuorum *Gregor. XV. dec.* 347. *nu.*8. *vbi late Beltram. in addit. num.* 19. vt pote quia cedula banchatia habet vim ſolutionis. *Cinc. de cenſib. p.*2. *c.*1. *q.*1. *art* 7. *num.* 13. & 14. *ſecundum veterem impreſſionem*, & *ſecundum nouam q*... & *poſt eundem* Rot. *dec.*103. *num.* 7. & *ſeq.* vbi etiam ſi ſolutio requireretur pro forma & *dec.*104. *num.*1. *Putc. dec.*163. *lib.*1. *Gregor.XV.* & *Adden. ad eundem loco citato*, & *dec.*536. *ſub n.* 3. *verſ. quo ad reſiduum p.*1. *in recen.*

32 Lim.4.in emptore, qui ob rem non traditã tũc pro rata ſolura fructus recompenſatiuos petere non poteſt, niſi prius ſoluto integro pretio, nam tunc ei debentur dicti fructus, etiam temporis præteriti pro rata dicti pretij iam prius perſoluti *Honded. conſ* 44. *num* 15. *lib.*1. *Surd. conſ.*101. *num.*7. *in fi.* & *num* 26. *verſ. reſpondetur quoque Beltram. in addit. ad Gregor. XV. dec.* 347. *num.* 17. *circa fin.*

33 Lim. 5. vt fructus ex æquitate *l.curabit C. de action. empt.* non debentur ex pecunia promiſſa vltra pretium rei. *Dec conſ.* 119. *num.* 7. & 13. *verſ quarto non obſtat* Ridolph. *in prax. p.*1. *c.* 8. *num.*279. *Canale. dec.*270. *num.* 4.

34 Lim 6. ſi debitum conſiſtat in ſola pecunia, quæ non facit fructus, ſicuti res empta, nam tunc fructus non debentur, niſi interueniant requiſita *Pauli de Caſtr. in l.*3. §. *fi. ff. de eo quod cert. loc.* vt alijs congeſtis tradit *Ridolphin. in prax. p.* 1. *c* 8 *num.* 280. *vbi ita firmaſſe* Rot. *in Bononien. dotis* 24. *Iunij* 1660. *coram Card. Lancellotto.*

35 Lim. 7. vt emptor non teneatur ad fructus recompenſatiuos ſi fuerit impeditus vſus rei. *Anan. in cap. conqueſtus numer.* 2. *de vſur. Soccin. conſ.*176. *num.*4. *lib.*2. *Surd. conſ.* 101. *num.* 23. & 24. *lib.* 1. *cum alijs per Gratian. diſcept.* 939. *numer.* 27.

36 Lim. 8. quod æquitas *l. curabit* non militat fauore tertij creditoris, ſed ſolum fauore domini rei venditæ, eiuſque hæredum, vt ponderauit *Rot. in Perusina ſpolij* 5. *Maij* 1603. *coram Mellino impreſ. penes Gilian. ad ſtat. Peruſ. dec.*109 *nu.* 2. & *in* Romana *pecuniaria* 8. *Iunij* 1646. *coram Veroſpio ſecut. in Romana fructuum cenſus* 16. *Nouembris* 1648. §. *neque ijdem fructus in fi. coram eodem.*

37 Lim. 9. vt neque procedat diſpoſitio dicti textus, quando fuit habita fides de pretio, & translatum dominium *Gratian. diſcept.* 911. *n.*6.

38 Lim. 10. ſi venditor retineat apud ſe pretium eo quod ſit data dilatio ad ſoluendum, qua pendente, non debentur fructus recompenſatiui iuxta æquitatem *l curabit*, vtpotè, quia emptor durante termino, non dicitur conſtitutus in mora regulari, nec irregulari, ita vt per ipſum actum renunciationis, aut cenſetur fructibus renunciatum, aut habitam fuiſſe rationem de eiſdem cum pretio pinguiori rei emptæ *Gabr. conſ* 57. *numer.* 5. *lib.* 1. *Honded conſ.* 44. *numer.* 4. *lib.* 1. *Crauet conſ.*189. *num.* 5. & 7. *Dec. conſ.* 119. *num.* 7. *Bero. cap.* 1. *num.* 125. *de vſur. Gabr. in tit. de empt. concluſ.* 4. *num.* 21. *Gratian. diſcept.* 588. *num.* 24. *tom.* 3. & *diſcept.* 911. *num.* 7. & *prius diſcept.* 243. *num.* 34. & *ſeq. Mantic. de tacit.* & *ambig. conuen. lib.*4. *tit.*24. *ſub num.* 15. *verſ. ſed aduerte, latè Sperel. dec.*118. *num.* 19. & *pluri b. ſequen. tom* 2. *Adden. ad Gregor. XV. dec.* 297. *ſub num.*10. *Rot. dec.*132. *num.*3. *p.*4. & *dec.* 13. *num.*23. *p.*5. *tom.*1. *recen. dec.*120. *num.*3. *coram Coccino.*

39 Sublim. procedere in dilatione, quæ contineat certum, & determinatum tempus, ab initio, qua pendente, nõ debentur fructus, etiam ſi non fuiſſet expreſsè dictum, cum dilationis certę natura importet, vt pro eo tempore cenſeatur fructibus renunciatum, ſecus autem in dilatione incerta, & indeterminata, & quæ de ſui natura venit quanto citius implenda, & ratio differentiæ eſt, quod primo caſu per dilationem certam conceſſam, videtur habita ratio de fructibus percipiendis, & ob id in aliquod plus augumentatum pretium, in 2. caſu, quo contrahentes tenentur quanto citius implere, ceſſat præſumptio, quod cautum fuerit eorum indemnitati per augumẽtum pretij, ac propterea debentur fructus recõpenſatiui *Bero. in cap* 1. *num.*125 *de vſur. Couar. var. reſol. cap.*4. *num.* 5. *ante med. verſ. proprioque conſenſu lib* 3 *Gratian. diſcept.* 588. *num.* 25. & *ſeq.* & *num.*32. *Rot. dec.* 370. *num* 5. & 6. & *in eadem dec* 424 *num.*2. *p.*3. *dec.* 13. *à num.* 23. & *ſeq. p.* 5. *tom.*1. *recen.*

40 Quinimo ſi emptor promittat ſoluere pretiũ facta, ſcilicet menſuratione, & impletis quibuſdã alijs per venditorem implendis, & non ante, nec alias, iſta dilatio non impedit, quin debeantur fructus recompenſatiui, cum non afferat ſecum tempus conſiderabile, ſed momentaneum, & quanto citius ceſſare debet, ſicut promiſſio ſimplex de aliquid faciendo importat, vt ſtatim fiat *Gratian. diſcept.*588. *num.*28. 29. & 30. *tom.* 3. *vbi alios allegat.*

41 Prout ſi ipſa dilatio contineat tempus incertum, puta donec ſecuta fuerit ratificatio, quæ cũ non poſſit referri ad tempus conſiderabile, ſed momentaneum, vt debeat quanto citius adimpleri *Nauar. conſ.*21. *n.*8. *de vſur. lib.*5. excludit præſumptionẽ tacitę renũciationis fructuũ, & perinde habetur, ac ſi nulla data fuerit dilatio, ſed tãquam ſi ab initio vẽditio fuiſſet pure cõcepta, ad effectum vt fructus ex æquitate *l.curabit* debeãtur *Gabr. conſ.*57. *n.*5. *lib.*1. *Hond. conſ.*30. *nu.* 28. & *ſeq.* & *conſ.*44. *per tot. lib.* 1. *Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ* 53. *num.*5. *Rot. dec.*13. *num.* 25. *vſque ad* 29. *p.*5. *tom.*1. *recen.* vbi *num.*31. ſubdit

42 quod ſi venditor non dederit fideiuſſores, quos emptori pro euictione promiſit, nihilominus ob dilatam pretij ſolutionem tenebitur venditori ſoluere intereſſe, ſi interim fructus perceperit ex re empta, cum hoc caſu non præſumatur voluntas remittendi fructus, ſeu quod de eiſdem fuerit habita ratio in pretio.

43 Præcipuè ſi pactum quoad dilationem incertum non ſit adiectum obligationi, ſed ſolum executioni, nam nihilominus fructus recompẽſatiui debentur, ſuſpenſa tamen eorum executione, tranſacto tempore conuento, puta ſi non fuerit dictum, quod interim, dum non fuerit ratificatum, fructus non debeantur, ſed quod interim nomine fructuum nihil prætendi poſſit, cum dicta verba potius executionem, quam obligationem, concernant, quaſi actum videatur, quod interim retineatur ab emptore pro ſua ſecuritate pretium eiuſque fructus tamquam acceſſorij per modum cuiuſdam pignoris, donec dentur fideiuſſores late *Rot. dec.* 13 *à num.* 32. *& ſequen. p.* 5. *tom* 1. *recen.* vbi *num.* 43. ſubdit quod ſi fuerit

44 conuentum fructus non deberi, niſi poſt duos annos à die ſecutæ ratificationis, tunc duo anni debent computari non à die, quo facta fuit ratificatio, ſed à die, qua moraliter intelligendo fieri poterat iuxta *text. in l. ſi ita ſtipulatus eſſem* 14. *& l. continuus* 137. *§. cum ita ff. de verb. oblig.*

An à principio à contrahentibus taxari poſſint fructus recompenſatiui, & intereſſe in terminis *l. curabit* §. 111.

45 QVinque Doctorum ſententiæ referuntur in hoc articulo *à Sperel. dec.* 119 *à num.* 1. *vſque ad* 9. *tom.* 2. ſed celebrior eſt, quod conuentio de ſoluendis fructibus rei venditæ, pendente dilatione data ad ſoluendum pretium, ſeu ſortẽ principalem, ſit inualida, & omnino reiicienda, tamquam illicita, & fœneratitia, nam huiuſmodi fructus peti non poſſunt vti vſuræ, quia prohibitæ ſunt omni iure naturali, diuino, Canonico, & ciuili, non vti fructus, cum poſt translatum rei dominium in emptorem ad eundem tamquã ad rei dominum ſpectant, *l. fructus, l. in fundo l. ex diuerſo ff. de rei vind.* Neque vti intereſſe, quia ob dilationem datam emptor non dicitur conſtitutus in mora, neque regulari, neque irregulari, ac proinde ſi exigantur ratione dilationis temporis reſultat mutuum palliatum, vſuramque implicitam *cap. in ciuitate* 6. *de vſur. vt comprobant. Doctores relati per Sperel. dec* 119. *à num.* 9. *vſque ad* 26. *tom.* 2. *& per Gratian. diſcept.* 911. *num* 4. *Et ſignanter eam tenet Soccin. ſen conſ.* 88. *num.* 18. *& ſeq. lib.* 4. *Rabeus Alex. conſ* 79. *per tot. Oſasb. dec. Pedem.* 177. *à num.* 6. *cum pluribus ſequen. Borgnin. dec.* 13. *in ordine* 59. *nu.* 6. *in fi & 7. p. 2. & ex Theologis Roſella in ſumma in verb. vſura* 1. §. 47. *Leſſius de iuſt. & iur. lib.* 2. *c.* 21. *dub.* 13. *ſub num.* 99. *ad fin. & num. ſequen. Nauar conſ.* 21. *de vſur & de reſtit. lib.* 3. *c.* 2. *num.* 157.

46 Contraria verò ſententia tamquam probabilior, verior, & magis recepta videtur ſequenda, vt immo debeatur fructus recompenſatiui ex æquitate *l. curabit C. de action. empt.* etiam ſi fuerit data dilatio ad ſoluendum, & conuentum quod interim ſoluatur intereſſe recompenſatiuũ ad certam quantitatem, & fructum annuum correſpondentẽ, vt pote, quia diſpoſitio præfatæ legis permittat de æquitate vſque ab initio dictã taxationem, non ratione dilationis, nec ratione moræ regularis, vel irregularis, neque ratione dominij, ſed naturali æquitate, quæ non patitur, vt emptor fruatur re, & pretio, & cum aliena iactura fiat locupletior, & ſic propter fructus, & commoditatem, quam emptor interim percipere poterat, hãc ſententiam originaliter tenuit *Paul. de Caſtr. in l. Iulianus* 14. *§. ex vendito ſub num.* 3. *ff. de action. empt. Imol in l in inſulam §. vſuras num.* 7. *ff. ſolut. matrim. Dec. in cap. cum venerabilis num.* 63. *de except. & conſ.* 129. *num.* 10. *&* 12. *Nauar. conſ.* 21. *num.* 4. *de vſur. Couar. var. reſol. lib.* 3. *c.* 4. *num.* 5. *Roderiq de annuis reddit. lib.* 3. *qu.* 8. *num* 15. *Lupus de vſur. ad l. curabit com.* 1. *§.* 7. *num.* 145. *Mangil. de euict. q.* 159. *num* 10. *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 24. *ſub nu.* 15. 22. *&* 23. *Anchar. iun. in quaſt. familiar. p.* 2. *q.* 31. *Fachin. controuer. iur. lib.* 2. *c.* 32. *dub.* 3. *Merend. controuer. iur. lib.* 3. *cap.* 28. *numer.* 15. *& ſeq* Ridolphin. *in prax. recen. p.* 1. *c.* 8 *num.* 278. *in fi. Viui deciſ.* 424. *num.* 12. *lib.* 3 *late Sperel. dec* 119. *num.* 27. *& pluribus ſequen tom.* 2. *Rot. dec.* 340. *num* 2 *&* 3. *p.* 1. *diuerſ. dec.* 34. *num* 10. *& ſeq. coram Duran. d.* 124. *n.* 6. *&* 7. *poſt Cinc de cenſib dec.* 112. *n.* 1. *p* 4 *d.* 13. *n.* 11. *&* 12. *p.* 5. *tom* 1. *recen.* Et ex Theologis *Ang in sũma in verbo vſura ſub n.* 18. *Armil. in verb vſura ſub nu* 15. *Molin. de contract. diſ.* 368. *nu* 14. *Bonac. in tit. de reſt. diſp.* 3. *qu.* 2. *punct.* 7. *§.* 1. *n.* 5. *Sanchez in opuſc. tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 7. *dub.* 21. *num.* 3. *Diana reſol. moral. p.* 4 *tract* 4. *miſcel. reſol.* 139. *Card. de Lugo de iuſt & iur. tom.* 2. *diſput.* 15. *ſect.* 18. *num.* 142.

47 Et valet dicta taxatio, tamquam ſit quædam tranſactio, inſpecto futuro euentu, vt tollatur difficultas probationis *Pariſ. conſ.* 60. *num* 33. *&* 34. *lib.* 1. *Dec. in cap. cum venerabilis num.* 14. *verſ. puta tamen ante med. &* de *exempt. Gratian. diſcept.* 864. *num.* 19. *tom.* 5.

48 Lim. hanc ſecundam opinionem procedere, vt taxatio ab initio permittatur quando res eſt de ſui natura fructifera, ſecus in pecunijs, & cambijs *Rol. conſ.* 55. *num.* 31. *&* 32. *lib.* 2. *Rot. poſt ſecundum vol. conſ. Farinac. deciſ.* 331. *numer.* 6.

49 Et vlterius debet correſpondere, & commenſurari cum fructibus, & penſionibus rei venditæ; ſeu quos emptor ex veriſimilibus coniecturis percipi potuiſſet, aliàs taxatio nõ ſuſtinetur, vti non conformis diſpoſitioni *l. curabit Dec. in c. cũ venerabilis num.* 14. *verſ. & quantum de exempt. Cagnol. in dicta l. curabit num.* 23. *C. de action. empt. Corn. conſ.* 113. *num* 4. *lib.* 3. *& conſ.* 145. *nu.* 6. *&* 7. *lib.* 2. *Surd. dec.* 159. *num* 16. *Cæſar. de Graſſ. dec.* 1. *num.* 40. *de vſur. Rot. dec.* 331. *num.* 5. *poſt ſecundum vol. conſ Farinac. dec.* 132. *num.* 3. *p* 4. *dec.* 13. *num.* 13. *& ſeq. p.* 5. *tom.* 1. *recen.* late Leotard. *de vſur. q.* 27. *num.* 45.

50 Taxatio fructuum recompenſatiuorum in materia *l. curabit C. de action. empt.* ad rationem

ſeptem,

ſeptem, & octo pro centenario non eſt exceſſiua, licet nulla fructuum liquidatio facta fuerit, ſtante præſertim conſuetudine, & more regionis *Auchar. qu.31. num. 15. & 16. lib.2. Rot. Ianuen. dec.194. num.3. cum alijs relatis per Gratian. diſcept.864. num.17. & 19. tom.5. vbi ita dixiſſe Rot. in Beneuentana pecuniaria 18. Iunij 1607. in fin. coram Saeruto, latè Pariſ. conſ. 60. num. 36. vol. 1.*

51 Et iuſta redditur ad rationem quinque pro centenario, vt pote, quia fructus bonorum ſtabilium communiter reddere, & taxari ſolent ad præfatam rationem quinque pro centenario *Auth. præterea iuncta glo. in verb. iuſta C. de ſacroſanct. Eccleſ. Iuſ. in l.ſi fundus per fideicommiſſum num. 5. verſ. item adde de legat. 1. Pariſ. conſ.60. num. 29. lib. 1. Tiraq. de retract. lign. §.1. glo.6. numer.19. Conar. lib.3. var. cap. 9. num 5. Sperel dec.118. num 59. tom. 2. Rot. dec.358. num. 2. coram Caual. dec.65. num. 2. dec. 112. num.1. coram Burat. dec. 401. num. 5. coram Burat. dec. 552. nu.2. p.1. recen. & in Romana meliorumentorum 16. Iunij 1653. §.iuxta autem ante fin. coram Bichio & in terminis l.curabit C. de action. empt.* tradit *Lup. de vſur. § 6. comment. 1. num. 128. Hond. conſ.30. num.20. & 22. vol. 1. Gratian. diſcept.583. num.20. Rot. Ianuen. dec. 194. numer. 3.*

52 Sed quod huiuſmodi taxatio, vt iuſta reddatur, fieri debeat iuxta quantitatem fructuum perceptorum ex re empta magiſtraliter declarat *Paulus de Caſtr. in l.Iulianus 14. §.ex vendito ſub num.3. verſ. breuiter ff. de action. empt. relat. & ſecut. per Sperel dec.118. num.61. tom. 2.* vbi quia huiuſmodi vſuræ peti poſſunt dumtaxat tanquam intereſſe damni emergentis, non lucri ceſſantis, ex quo, ſi minus ſoluatur, remaneret in damno venditor, ſi plus vltra fructuum valorem remaneret in damno emptor, & ſic non de damno, ſed de lucro ageretur *Cugnol. in l.curabit C. de action. empt. num. 22. in fi. & num. ſequen.* vbi admonet in ſpecie huiuſmodi vſuras non eſſe taxandas iuxta morem regionis, cum non petatur tanquam vſuræ, de iure prohibitæ, ſed tanquam reparationes damni, emergentis loco fructuum, ſeu vſque ad eius valorem, prout ab emptore percepti fuerunt, vel a venditore veriſimiliter percipi potuiſſent. *Gabr. in tit. de empt. & vend. conclu. 4. num.18. Conar. var. reſol. lib. 3. c. 4. ſub num.6 verſ 12. late Nattu conſ 494. nu. 3. & 4. Fachin. controuerſ. iur. lib. 2. c.32. nu.1. quæſt verſ. non obſtat id, quod Caldaſ. Per. de empt. & vend. c.29. num 9. Curd Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.4. tit.24 numer. 8. & ſeq. cum alijs congeſtis per Surd. conſ. 101. numer. 20. Guzman. de euict. qu 58. num.5. Myſinger. obſer. 54. num. 1. cent 4. Afflict. dec. 20. ſub num 4. in fin. ibique Vrſil. num 4. Sperel dec. 118. num. 16. late Leotard. de vſur q.27. num. 45.*

53 Si verò emptor vberiores fructus percepit, quam percepturus fuiſſet venditor, vſura compenſatiua debetur ad rationem fructuum, quos venditor percepturus erat, quia non petuntur, vt fructus, neque vt vſuræ, ſed æquitate dictante in reparationem, & teſtantationem damni, ex non perceptione fructuum rei venditæ paſsi ad tradita per *Bart. in l ſi filiuſ.78. §.1. num 3. ff. de verb. oblig. Soccin ſen. in l. de diuiſione nu. 10. ff. ſolut. matrim Cagnol. in l.curabit num.58. C. de action empt Conar lib. 3. var. reſol. c. 4. ſub num.2. verſ. ſecundo Molin. de contractibus q.74.*

54 *num.54*. A quibus diſcedit, & apertè contrarium tenet *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 24. ſub numer. 14. verſ ego vero diſſentio*, ſcilicet quod ſit habenda ratio ad fructus perceptos, vt diſponere videtur textus in *l.curabit C de action empt.* ponderando eius verba ibi *fructus percepit*, & vlterius illa, *quas perceptorum fructuum ratio generauit*, quæ ad emptorem, & non ad venditorem referuntur.

55 Has contrarias opiniones fœdere diſtinctionis conciliare conatur *Sperel. dec. 118. num. 64.* ſcilicet ſi emptor ex magna induſtria adhibita percepit maiores fructus, quos venditor non ita induſtrius non erat percepturus, & hoc caſu habet locum prima opinio, ſi verò agatur de fructibus, quos res vendita ſuaptè natura dedit emptori etiam adhibita aliquali diligentia, puta ſi plus locauerit, quam locaturus erat venditor, & hoc caſu procedit ſententia Manticæ per textũ in dicta *l.curabit C. de action. empt. ud tradita per Bart. in l.ſi filiuſ. §.1. num. 3. ff. de verb oblig.*

56 Si verò venditor vlteriores fructus percepturus fuiſſet, quam perceperit emptor, non eſt habendus reſpectus ad quantitatem fructuum ampliorem, à venditore percepturam, ſed ad quantitatem ab emptore perceptam, & ad eandem rationem vſuræ recompenſatiuæ veniunt, perſoluendæ, vt expreſsè cauetur in dicta *l.curabit C. de action. empt Conar. lib.3. var. reſol. lib 3. cap. 4. num. 2. verſ. ex quibus infertur cum alijs per Sperel. dec. 118. num. 65 tom 2.*

57 Sublim. procedere ſi emptor fecerit diligentiã percipiendi fructus, prout diligens Paterfamilias communiter adhiberet, ſecus autem ſi emptor ſit in culpa, in non locando vel non arando, & non ſerendo re vendita, vel ſi eius incuria, vel alia culpa, aut nullos, aut exiguos percepiſſet fructus, nam tunc pro pretio non ſoluto vſuræ recompenſatiuæ ſolui debent, habito reſpectu ad id, quod venditor, ex locatione, vel re cultura percepturus fuiſſet, cum ſolum ad hunc effectum attendatur an emptor habuerit facultatem percipiendi fructus, ita vt eius negligentia, incuria & culpa non debet redundare in damnum venditoris, ſibi enim imputare debet, ſi potuit percipere, & non percepit fructus iuxta *text in l.Iulianus §.ex vendito in fi. ff. de action. empt. ibi hoc cum ſolum ſpectare debemus, an habeat facultatem fructus percipiendi Beltram ud Gregor. XV. dec. 297. num. 11. cum alijs relatis per Sperel. dec. 118. num.66. tom. 2.*

58 Quæ ſanè procedunt, vbi à principio non fuerit inter partes conuentum de ſoluenda certa quantitate pro fructibus recompenſatiuis durãte tempore dilationis, vel moræ emptoris in ſoluendo pretio, & conſequenter quando eſſet facienda liquidatio fructuum perceptorum, vel qui percipi potuiſſent, nam concurrente pacto vtiq; ſeruari debet, nullo habito reſpectu, an venditor maiores, aut pauciores fructus percepturus fuiſſet, & an emptor vberiores, vel exiguos perce-

pit, & pinguiores percipi potuiſſet, cum vterque ſe expoſuit periculo lucrandi, & perdendi, commodo, & incommodo, damno, & luc , propter dubium quidem euentum contractus *l.ſi ea lege C. de vſur. cap. nauiganti, cap. in Ciuitate vbi Abb. nu.2. de vſur. & communiter Doctores in l.ſi pater puellæ C. de inoff. teſtam. cum alijs relatis per Caſtracan. de ſociet. offic. cap.10. num.9.*

59 Lim. in emptione rei ſterilis, in qua fructus recompenſatiui, nec taxati, nec ſolui debent ab emptore ob pretium non ſolutum, dum fructus non percepit, nec percipere potuit. *Salicet. in l.2. num. 3. C. de vſur. Cagnol. in l.curabit. C. de action. empt. Couar. var. reſol. lib.3. cap. 4. nu.3. verſ. 4. hic Natta conſ. 459. num. 4. verſ. vt reſpondeatur, & num.ſequen lib.3. Aret. conſ. 159. num.14. Soccin. ſen. conſ.109. num.3. lib.3. Surd. conſ.101. ſub num. 22. Fachin. lib. 2. controuerſ. iur. cap.33. in p. quæſt. Molin. de contract. diſput. 368. num 12 Beltram. in addit. ad Gregor. XV. dec.297. num.11. idem Gregor. deciſ.347. num 5.* vbi reddit rationem, quia æquitas *l. curabit C. de action. empt.* fundatur magis in fructuum perceptione, quam in rei poſſeſſione.

60 Contrarium tenet *Bald. in l.2. num. 6. C. de vſur.* vbi docet, quod vendita re ſterili, vt eſt ſilua non cedua, debeantur venditori, qui rem tradidit, vſuræ pretij non ſoluti, licet emptor fructus non perceperit, nec venditor percepturus erat, hoc idem tenet *Paul. de Caſtr. in d.l.2. num. 1. C. de vſur. & l.curabit numer. 2. C. de action. empt.*

61 Diſtingue, vt prima opinio procedat, quando emitur res, licet non multum apta ad reddendū fructus, tamen cauſa, & intentione percipiendi fructus, tunc enim, ſi nulli percepti fuerint fructus, præcipuè excedentes expenſas culturæ, nullæ pariter ſunt perſoluendæ vſuræ recompenſatiuæ *Rot. dec. 394. numer. 4. p.2. recen.* Quando verò emitur res ſterilis non ratione fructuū, ſed alterius commoditatis, quam emptor ex re empta conſequi ſperat, cum ſatis lucretur dum, ſuam voluntatem implet, & fruatur re empta ratione alterius commoditatis æquipollentis perceptioni fructuum, & ſic pretio æſtimabilis, vtique tenetur ad vſuras recompenſatiuas ex æquitate dictæ *l. curabit. Corn. conſ. 59. num. 6. verſ nec tam dictis, & num.7. vol.3. facit text. in l. Iulianus §.ex vendito de action. empt.* ibi *nam cū re emptor fruatur æquiſſimum eſt vt vſuras ſoluat Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 24. num. 14.* late ita diſtinguendo, & conciliando has contrarias ſententias tradit *Sperel. dec.118. num.70. & 71. tom. 2.*

62 Denique ad remouēdum omnem ſcrupulum, vt licita reddatur fructuum perceptio eiuſque taxatio, cautela eſt vt reſeruetur dominium ad fauorem venditoris, & fiat pactum in ipſa traditione rei ante habitam fidem de pretio, vt donec idem pretium ſoluatur emptor retineat rem venditam ratione locationis pro certa penſione, vel quod venditor ſubiaceat periculis, quæ circa fructus, ex re vendita contingere poſſint, cū ſimilibus cautelis de quibus per *Ludou. de Beia reſponſ. caſ. conſcien. qu. 19. cum alijs relatis per Gratian. diſcept.911. num.9. & 10.*

63 Nunquam tamen huiuſmodi penſionis, ſeu fructuum recompenſatiuorum taxatio, ſeù vſuræ conuentio excedere debet rationem, & quantitatem fructuum, qui ex re vendita percipi ſolent, nam ſicut hæc pactio licita redditur, quia vſuræ ſubrogantur, & cedunt loco fructuum, ita vt fiat quædam veluti compenſatio vſurarum, & fructuum ita conuentio non debet excedere dictam fructuum rationem, & ſi excedat reprobari debet, *Scaccia de commerc. & camb. §.1. qu. 7. p 2. art.8. num.33. Caſtracan. de ſocietat. offic. cap.10. num 13. & 15. Nicol. Mozz. in tit. de ſubſtan. empt. num. 39. Anton. Scap. de iur. non ſcript lib 4. cap. 25. num.9. Felician de Cenſib. lib. 2. cap.1. num.38 Cardinal. Tuſch. conclu.127. num. 16. Ioſeph. Ludou. deciſ Peruſ. 53. num. 3. Leotard. de vſur. qu. 27. numer. 45. & plurib. ſequen.*

64 Hinc eſt quod ſolutio huiuſmodi intereſſe faciēda eſt ad rationem fructuum perceptorum, & non ad rationem fructuum promiſſorum, cum in fructibus recompenſatiuis ita obſeruetur ad tradita per *Alex. conſ 64. num.4 lib. 1. Gratian. diſcept.716 num.1. & diſcept.911. num 12. Fontanel. dec.92. num.15 Cyuel dec.98. nu.3. Mangil. de euict. q 148 num.17. Rot. dec.424. num 2. dec 453. num.3. p.4. tom.1. recen* Alias committeretur vſura, vt aduertit *Cagnol. in l.curabit C. de action. empt. vbi Barboſ. num.16. Rot. in Neapolitana pecuniaria 19. Iunij* 1656. *§. nec vrget*
65 *coram Zarate*, vbi exemplificat etiam in Eccleſia, & Regularibus, quod teneantur ad huiuſmodi fructus recompenſatiuos.

66 Propterea ſi fructus rei venditæ aſcendere ſoleant ad rationem quinque, vel ſex pro centenario, & nihilominus venditor, & emptor loco intereſſe, & pro recompenſatione fructuum taxauerint ad rationem decem, vel octo pro centenario, talis taxatio non tenet, & tamquam nimis exceſſiua non ſuſtinetur ſi fructus rei minus valeant, vel non percipiantur ad dictam quantitatem, etenim ſi huiuſmodi taxatio permittatur ex æquitate legis in recompenſationem fructuum percipiendorum, & ſic ratione lucri ceſſantis, vt per *Dec conſ. 119.* debet illa fieri iuxta quantitatem fructuum ipſius rei, cum tantundem venditor erat percepturus, in contractibus autem omnia iura clamant naturali ratione dictante, vt ſeruetur æqualitas, & nè vnus ſit in lucro, alter in damno, ac proinde fieri nequit taxatio ſecundum rationem eius, quod venditori intereſt, vt expreſsè probatur *in l.curabit C. de action. empt* ibi *quas vſuras perceptorum fructuū ratio &c facit text. in l.liberalitatis §.fi. ff. de vſur* vbi Imperator decreuit eſſe iniquum eſſe vſuras ab eo exigi, qui fructus non percepiſſet, ita reprobato *Paulo de Caſt. in l.2. C. de vſur.* tenet *Caſtracan. de ſocietat. offic. cap. 10. num. 13. 14. & 15. per Natt. conſ. 494. Scaccia de commerc. & camb. §.1. qu. 7. p. 2. Amp. 8. num. 35.*

67 Quinimo quod fructus recompenſatiui debiti ex æquitate *l curabit C. de action. empt.* debeantur iuxta veritatem, non autem ſecundum opinionem, & taxam legalem, ſcilicet ad rationē quin-

Digitized by Google

quinque pro centenario cum hoc potius introductum fuerit ad dignoſcendum pretium rerum, quam ad taxandos redditus cum abſurdum ſit taxari velle non ſecundum rei veritatem, ſed ſecundum opinionem dixit *Rot. dec.480.num.3.& 4. coram Cardinal. Seraph. & in Neapolitana pecuniaria* 19. *Iunij* 1656. *§. vrget coram Zaratc per text. in auth. præterea C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

68 Lim. ſupradicta in contractu cenſus, qui imponi poteſt etiam vſque ad quantitatem ſcutorū decem, quamuis bona fructifera ſuper quibus conſtituitur, & venditur cenſus non ſoleant reddere vltra quinque pro centenario, tum quia contrahentibus licitum eſt ſe decipere vſque ad medietatem iuſti pretij. Tum quia vendens cenſum habet facultatem illum redimendi quandocunque, quæ facultas minuit pretium cenſus venditi,& eſt pretio æſtimabilis,& minus emitur, quam ſi in perpetuum emeretur. Tum etiam, quia emptor cenſus exponit ſe periculo amittendi pretium ſolutum contingente caſu peritionis fundi cenſiti, & ſi ſterilis efficiatur, vt late comprobat *Scaccia de commerc. & camb. §.p. q.7. p.2.*
69 *Amp. 8. à num. 36. vſque ad* 40. *& num.* 50. exemplificat etiam in ſocietate officij.

ROMANA LAVDEMII

ARGVMENTVM.

Quindemium eſt ſoluendum ab Eccleſia, & loco pio retinente bona emphyteutica domino directo, cui non fuerit ſoluta æſtimatio rei ſicuti Laudemium ſolui debet etiam ab ipſa Eccleſia, & de relictis ad pias cauſas. Eccleſia, & locus pius quando ſit capax acquiſitionis emphyteuſis perſpicuè deducitur.

SVMMARIVM.

1 Quindennium eſt ſoluendum ab Eccleſia retinente bona Emphyteutica, & deuolutioni ſubiecta n. 6. Contr. num. 8.
2 Præcipuè ſi domino directo à principio non fuerit ſoluta æſtimatio rei.
3 Eccleſia inuito domino directo non poteſt retinere bona Emphyteutica.
4 Quindemnium eſt ſolutio laudemii facienda de 15 in 15. annos, pro quibus ſingulis temporibus præſumitur res emphyteutica deuolui, vel alienari poſſe.
5 Quindemnalis ſolutio introducta fuit ad fauorem Cancellariæ pro beneficijs vnitis facienda de 15. in 15. annos prout vacare præſumuntur.
7 Quindemnium eſt ſoluendum Capitulo habenti ius percipiendi annatas ſi vniantur beneficia.
9 Quindemnium eſt quinquageſima pars rei alienatæ.
10 Quindemnium in Vrbe taxatur ad rationem duorum pro centenario.
11 In alienatione rei Eccleſiæ ſolitæ alienari, non requiruntur ſolemnitates.
Eccleſia pro ſolutione quindemnij validè obligatur abſque ſolemnitatibus ibid.
12 Eccleſia vt ſe liberet a ſolutione quindemnij poteſt bona vendere, & pretium liberè conſequi.
13 Laudemium emphyteuſi legata debetur domino directo.
14 Laudemium debetur domino directo ratione domini conſenſus, & actualis traditionis, & inueſtiture.
15 Laudemium eſt ſoluendum ab Eccleſia, & de relictis ad pias cauſas, ſecus ſi fieret ex cauſa neceſſaria num.16.
17 Laudemiū non eſt ſoluendū in emphyteuſi conceſſa pro hæredibus, & ſucceſſoribus, præſertim ſi ſit adiecta Clauſula cui dederit nu. 18. vel pro ſucceſſoribus quibuſcunque. n.19. Contrarium nu.22. Diſting. vt num.28.
20 Emphyteuſis vigore Clauſulæ ad habendum comprehēdit etiam hæredes extraneos præſertim ſi ſit adiecta conceſſioni, quæ ad certos gradus non reſtringatur num.21.
23 Laudemij præſtatio eſt quædam exhibitio obſequij reuerentialis erga dominum.
24 Laudemij præſtatio eſt de natura contractus.
25 Facultas exigendi Laudemium non eſt perſonalis, ſed realis.
26 Alienatio rei emphyteuticæ poteſt fieri inuito domino vigore Clauſulæ ad habendum, & pro quibuſcunque hæredibus.
Laudemij ſolutio, niſi expreſsè fuerit remiſſa, cenſetur reſeruata ibid.
27 Laudemium non datur pro conſenſu, ſed pro inueſtitura, & traditione poſſeſsionis.
29 Inter comprehenſos in inueſtitura eſt permiſſa omnis alienatio, etiam ſtante pacto non alienandi numer. 30.
31 Emphyteuſis alienari non poteſt in potentiorem, & nomine potentioris qui veniant.
32 Lim. non procedere quando emphyteuſis eſt tranſitoria ad hæredes etiam extraneos.
33 Eccleſia poteſt retinere bona emphyteutica domino directo volente.
34 Dominus directus inſtans pro ſolutione laudemij cenſetur alienationem approbare.
35 Contractus emphyteuticus à partium conuentione legem accipit.

DECISIO IV.

Vſque de anno 1553. Io: Iacobus, & Cæſar de Pinçis tunc temporis Rectores Capellæ Sanctorum Cosmæ, & Damiani in Eccleſia Sancti Angeli in foro Piſcium Vrbis tres domunculas ad eandem Capellam ſpectantes, infraſcripta forma, & tenore, *Reſeruato beneplacito Apoſtolico, locauerunt ad perpetuam emphyteuſim, & ad meliorandum &c. DD. de Cauaterys, pro augmento iurium eorum non autem ad diminutionem aliquam, cum pactis infra dicendis, conducentibus pro ſe ipſis, eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, ſtipulan. & iura iuribus adden. dictas tres domunculas, &c. liberas, &c. præterquam à reſponſione, & canone infradicendo, ad haben. & alias de dictis domunculis diſponen. prout iura de ſimilibus rebus facere permittunt, cum Clauſula conſtituti ad fauorem ipſorum conducentium.*

Hanc autem locationem fecerunt præfatis præſentibus, & ſtipulantibus, vt ſupra, quia ij Io. Baptiſta, & Domitius promiſerunt ſoluere quolibet anno pro reſponſione, & canone dictarum domuncularum ſcuta 28. de ſemeſtre, in ſemeſtre, item quia promiſerunt dictas domūculas reparare intus, & extra, & de omnibus neceſſarijs reparationibus manutenere, &c.

Conuenerunt inſuper, *quod non liceat illis, aut illorum hæredibus, & ſucceſſoribus dictas domunculas, aut aliquam partem vendere, aut alias alienare, & de illis diſponere, niſi quatenus iura*

eis

Digitized by Google

eis permittant, & niſi quatenus de ſimilibus rebus locatis conductoribus diſponere liceat, & niſi prius requiſitis præfatis Dominis Capellanis ſoluto laudemio ſolito.

Et in euentum alienationis, ſeu alterius diſpoſitionis de eis à iure non permiſſis, & in omni caſu quo res emphyteutica deuoluatur, & maximè ſi per biennium ceſſauerint à ſolutione dicti canonis deuoluantur cum melioramentis.

Vlterius vltra dictas cõuentiones fuit expreſsè conceſſa facultas eiſdem DD. conductoribus affrancandi, liberandi, & eximendi prçlatas domunculas ab onere ſolutionis conuenti canonis, ac ab omnibus alijs obligationibus, quãdocunq; à conductoribus, ſeu ab eorum hæredibus, & ſucceſſoribus, alia annua reſponſio tantundem quãtitatis ſubrogata fuerit, & vt latius in inſtrumẽto inueſtituræ.

Verum cum dictę tres domunculæ vna cum domo magna Dominorum de Caualerijs, cui fuerunt incorporatæ, acquiſitæ fuerint à Domino Camillo Pignauello bon. mem. & nuper à Venerabili Archiconfraternitate Sanctiſſimæ Trinitatis Peregrinorum Vrbis iure hæreditario ipſius Camilli, & ſic deuenerint ad manus mortuas instabat admodum R.D. Paulus Bonafaccia modernus Capellanus pro ſolutione Laudemij, & obligationę ſoluendi quindemnium de quindecim, in quindecim annos, vnde propoſito dubio in familiari congregatione ad effectum amicabiliter componẽdi differentiam, quatenus Archiconfraternitas nõ foueat bonũ ius, fui in voto pro affirmatiua, tam quoad quindemnium quam quoad Laudemium, ſiquidem quoad quindem-
1 nium Regula eſt contra Eccleſiam, & locum piũ, qui retinentes bona emphyteutica, ſeu deuolutioni ſubiecta tenentur ſoluere quindemnium domino directo. *Rot dec. 280. num. 4. p. 1. recen. & magiſtraliter in Neapolitana Laudemij 27. Februar 1640 § dum itaque. & §. ſequen. coram R.p.d. Cerro Decano qua eſt in recen. dec. 474. à num. 15. vſque ad 24 p 9. tom. 2. recen.*

2 Præcipuè ſi domino directo nõ fuerit ſoluta à principio acquiſitionis æſtimatio rei conceſſæ, & directi dominij indemnitati non fuerit alio modo conſultum, & hic acquiſitio ſit potius ex titulo lucratiuo quam oneroſo *Rot. in eadem Neapolitana Laudemij 27. Februarij t640. coram Cerro §. dum itaqua in recen dec. 474 à num. 15. vſque ad 21. p. 9 tom. 2.*

3 Quorum potiſſima ratio eſt, quia Eccleſia ex generali, & recepta conſuetudine de qua *Specul in tit. de Emphyteuſ q 117. num* 143. non poteſt inuito domino directo retinere bona emphyteutica, eo quia ſit perpetua, & nunquam mori, aut deficere poſſit, & manus mortua dicatur *cap. ſi gratioſè de reſcript. in 6.* tum quia de facili non ſoleat, nec poſſit diſtrahere, & alienare bona immobilia, vt perſonæ priuatæ diſtrahere, & diſponere ſolent, & conſequenter amittatur ſpes deuolutionis, & reuerſionis ad dominũ directum ſi ad Eccleſiam, vel ad manus mortuas deueniant, propterea, ne dominus directus nimis grauetur, inſpecta impoſſibilitate reuerſionis bonorum ob lineam finitam, & difficultate alienationis ob iuris prohibitionem contentam in *extrauag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alienan.* & ipſa met Eccleſia reddatur capax acquiſitionis, & retentionis huiuſmodi bonorum abſque eo quod dominus directus deſtituatur ſpe Laudemiorum, inoleuit praxis, quæ ſub veriſimili ſuppoſito, quod bona Emphyteutica pænes perſonas priuatas poſſint alienari de 15. *in* 15. an-
4 nos, introduxit ſolutionẽ quindemnij, ſcilicet illius met Laudemij, quod contingentibus dictis alienationibus ſolui debuiſſet, vt reſarciatur ſingulis 15. annis dominium directum *Anton. Niger de laudem. qu. 12. art. 3. num. 148. & 151.* vbi in puncto de emphyteuſi *Rot in dicta Neapolitana Laudemij coram Cerro in recen. dec. 474. à num. 15. vſque ad 21. & in eadem coram Coccino dec. 494. à num. 7. vſque ad 15. p. 9. tom 2. recen.*

5 Quindennalis autem ſolutio propriè introducta fuit, & ſeruari incæpit pro beneficijs vnitis, vtpote, quia beneficia vnita, ſeu incorporata Collegio, Capitulo, ſeu Conuentui, aut ad illorum fauorem ceſſa, ſeu reſignata per huiuſmodi vnionem, reſignationem, ſeu ceſſionem amplius non vacent, ne fraudetur Cancellaria, & Annatiſtæ priuentur ſuarum annatarum, ſub veriſimili ſuppoſito, quod illorum vacatio, & annatæ ſolutio contingere poſſint ſingulis 15. annis à tẽpore vnionis, vel reſignationis, vel ceſſionis, introductus fuit ſtylus reiterandi, & de nouo ſoluẽdi annata de quindecim, in quindecim annos quę ſolutio appellatur quindennium, quia per decurſum quindecim annorum noua ſolutio fieri debet iuxta conſtitutionem *Pauli II. in ordine 8. Innoc. VIII. conſtit. 1. Iul. II. conſtit. 3. & Iul. III. conſtit 38. & conſtit. 41 de quibus Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib 4. q. 10. numer. 3. & 4. Anton. Niger de Laudem. qu. 12. art 3. num. 149 Rot. dicta dec. 4, 4. num. 19 p. 9. tom. 2. recen. & dec. 1401. num. 2. dec. 1410 num. 1. coram Seraph. & nouiſſimè Antonel de tempor. legal. lib. 2. c. 25. num. 13*

6 Extenſa deinde fuit, ſeu praxis inoleuit eandẽ ſeruandi in emphyteuſi deueniendo ad manus mortuas *Niger de Laudem q. 15. art. 3. num 151. tom. 1.* vnde quindenniorum exactio locum ha-
7 bet non ſolum ad fauorem Cameræ, & cæterorum ab ea ius habentium, ſed etiam ad fauorem Capituli habentis ius percipiendi annatas beneficiorum vacantium in diœceſi ſi vniantur, dummodo Capitulum reperiatur in poſſeſſione exigendi quindennia, ſecus autem ſi non reperiatur in dicta poſſeſſione, licet percepiſſet annatas de beneficijs ante quam vnirentur *Rot. d. 1401. n. 3. d. 1410. per tot. corã Seraph.* & ex idẽtitate rationis extẽditur etiam ad fauorem aliarũ perſonarũ non expreſſarum ſimile ius habentium, quibus Sum. Pontifex cẽſetur nõ minus proſpicere & eorum intereſſe conſulere voluiſſe, quam ipſi Cameræ Apoſtolicæ. *Antonel. de tempor. legal. lib. 2. c. 25. ſub num. 13.*

8 Et licet contrarium quoad Eccleſiam videatur tenere *Anton. Niger de Laudem. q. 12. art. 3. num 145. in fin. & num ſequen. tom. 1.* vbi docet, quod Eccleſia non teneatur ſoluere quindennium, etiam ſi fuerit conuentum in quantitate certa, & quod huiuſmodi conuentio ſit inualida, ſi Eccleſia ſit capax acquirendi Emphyteuti-

ca

Digitized by Google

ca bona,tum quia,cum pretia rerum temporum
varietate varientur,non poſſit validè obligari ad
fauorem alterius Eccleſiæ ad certam quantitatē,
quæ ex futuro euentu à principio eſt incerta non
ſeruatis ſolēnitatibus requiſitis in *c.1.de reb. Ec-
cleſ non alienan. in* 6. non eſt tamen recedendum
à prima opinione tamquam à Rota canonizata,
& opinio *Nigri* forſan procedere poteſt, quando
acquiſitio rei emphyteuticæ cum obligatione
ſoluendi quindennium eſſet damnoſa Eccleſiæ,
alias æquitas non patitur, vt Eccleſia locuple-
tetur cum iactura alterius, & dominus directus
deſtituatur ſpe reuerſionis bonorum, & commo-
do quindennij introducti ad reparandum dam-
num ob dictam impoſſibilitatem reuerſionis
bonorum, & conſolidationis in caſu deuolutio-
nis ob lineam finitam, ſeu defectū contemplato-
rum in inueſtitura, cum dominio vtili, in nihilo
reſragante, ſi fuerit conuentum laudemium, ſeu
quindennium in quantitate certa, quia ſemper
ratione rei ſit certum, cum ſit quinquageſima
9 pars rei alienatæ *Rot. in Neapolitana Laudemij
27. Februar.* 1640. §. *hodie coram Cerro in recen.
dec.*474. poteſt etiam eſſe plus, & minus iuxta
10 morem regionis *Gratian. diſcept.* 180. *num.* 2.
*tom.*1. *& diſcept* 460. *num.*7. *tom.*3. & in Vrbe
ſolent taxari ad rationem duorum pro centena-
rio *textus* autem *in c.1. de reb. Eccleſ non alien.
in* 6. loquitur quando alienatio rei Eccleſiæ fiat
ex integro, ſecus autem de re ſolita alienari,
quo caſu nullæ requiruntur ſolennitates, vt ex-
preſsè *diſponit. conſtitutio Pauli II. relat. in ex-
11 trauag. Ambitioſa de reb Eccleſ non alien.* cuius
vigore, ſi non requiruntur ſolennitates in rebus
alienari ſolitis, multo minus requiruntur in
obligatione ſoluendi laudemium, ſeu quinden-
nium, quæ veniunt ex natura Contractus, & ſub
12 eodem iure continentur, & in omnem caſum
quatenus quindennij ſolutio reddatur Eccleſiæ
oneroſa, poteſt vendere perſonæ priuatæ, & pre-
tium pro ſe retinere, quod liberum habebit nul-
li obligationi obnoxium *Specul. in tit. de locat.
§. nunc aliqua qu.* 117. *ſecut per Rot. deciſ.* 261.
*ſub num.*7.*p.*1. *recen Adden, ad Gregor.XV. dec.*
520. *num.*14. *verſ. limit.*2.

13 Quo vero ad Laudemium regula eſt, quod
emphyteuſi legata debeatur laudemium, nam
licet emphyteuſis valeat legari inuito domino,
tamen legatarius debet recognoſci ab ipſo do-
mino, ab eoque inueſtituram, & immiſſionem in
poſſeſſionem emphyteuſis obtinere, quorum
intuitu eidem laudemium ſolui debet. *Soccin.
iun. conſ.*70. *num.*28. *lib.*3. *Beltraz. conſ.* 78. *nu.*
1. *par.* 1. *ſub impreſ.* 2. *ſumma Sylueſt.* in §. *em-
phyteuſis num.*28. *p.*1. *Redoan. de reb. Eccleſ.non
alienan. q.*11. *verſ. iſta autem nu.*13 *fol.* 385. *Vil-
lalob. in ſuis.commun opin verſ. emphyteuta num.*
73. Burg. de *Laudem inſpect.* 48. *num.* 5. *Hyero.
à Lauren. deciſ. Auenion.*143. *num.*3 *Vincen. de
Franc. dec.*201. *num.*1. *&* 4. *fulgin. de iur. em-
phyteut. in tit. de laudem. q.* 19. *num.* 2.

14 Etenim Laudemium debetur domino directo
ratione ſui dominij, & conſenſus in alienatione
præſtandi, ſeu pro inueſtitura, ac actuali tradi-
tione poſſeſſionis *l fin.* § *& nè auaritia C. de iur.
emphyteut. Bart. in l.vult num.* 2. *verſ. dic. ergo C.
de prau. decurio lib.*11. *Chepal. conſ.*699. *num.*31.
*lib.*5. *Surd. conſ.*84 *num.* 5. *&* 6. *vol.* 1. *& dec.*
200. *numer.*1. *Gratian. diſcept.*180. *num.* 3 *tom.*
1. *diſcept.*377. *num.*34. *tom.*2. *Rot.dec.*121. *num.*
1. *& in Auenionen. Saluiani* 20. *Martij* 1650.
§. *tandem ex pluribus coram Bichio*.

15 A qua Laudemij ſolutione Eccleſia, & locus
pius non redduntur immunes, & licet agatur de
relictis ad pias cauſas, ne dominus alienum ho-
minem accipere cogatur inuitus *Carol. de Graſſ.
de effect. cleric effect.* 1. *n.*721. *Amad. à Ponte de
laudem. qu.* 50. *verſ. præſtationi Burg eod. tract.
p.*1. *inſpect.*3. *n.*16. *Gratian. diſcept.* 377. *num.*2.
*tom.*1. *Boer. dec.*231. *num.*2. Rot. *in Neapolitana
Laudemij* 27. *Februar.* 1640 §. *hodie coram
Cerro Decano, quæ eſt in recen. deciſ.* 474. *num.*
1. *cum plurib. ſequen. p.*9. *tom.* 2. *confirmata co-
ram Coccino d.*494. *numer.*1. *vſq; ad* 7. *eadem p.*9.
tom. 2.

16 Quidquid ſit, quando alienatio fiat ex cauſa
neceſſaria, ſcilicet ſi ageretur de noua Eccleſia
ædificanda, & monaſterio ampliando, quo caſu
fauore religionis poſſeſſores domorum compelli
poſſunt ad vendendum, *iuxta text. in l ſi quis
ſepulturam ff. de Religioſ. & ſumpt. fun. Gerard.
Mainard. d. Tholoſ.*43. *lib.*4 Rot. *dicta dec.* 474.
numer. 10. *&* 11. *& numer.* 12. *&* 13. *&* 14.
vbi ſubdit diſpoſitionem dicti textus procedere
ſi ſoluta fuerit æſtimatio domino directo *& dec.*
494. *num.*16. *p.*9. *tom.*2. *recen.*

17 Nec applicatur diſtinctio illa tradita à DD.
ſcilicet, quando emphyteuſis fuit conceſſa, cum
Clauſula pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus le-
gatarius non teneatur petere nouam inueſtiturā
à domino, & conſequenter eximatur à præſta-
tione laudemij, tamquam in prima inueſtitura
comprehenſus, ſi vero emphyteuta reperiatur in-
ueſtitus pro ſe, & hæredibus tantum, & tunc ſi
emphyteuſis ſit priuata, laudemium ſoluendum
ſit per legatarium, ex quo noua eget inueſtitu-
ra, ſi vero ſit Eccleſiaſtica, & tunc ſi ſit legata
extraneo, pariter debetur Laudemium, cum
de ſui natura non ſit tranſitoria ad extraneos
hęredes, ſi vni ex deſcendentibus proximiori in
gradu, & tunc non debetur, quia illud verbum
hæredibus verificatur in deſcendentibus *Bald.
Salic. in l. fi. numer.*11. *in* 2. *lect. C. de iur. emphyt.
Mar. Burg. de laudem. p.*2. *inſpect.*48. *Amad de
Ponte tract eod. qu.*31. *fulgin. de iur emphyteut.
tit. de laudem. quæſt.* 19. *num.* 3. *qui alios allegat.*

18 Quando vero adiecta eſſet clauſula cui dede-
rit, cum tunc emphyteuſis ſit tranſitoria ad
hęredes extraneos, ſequitur quod legatarius fa-
cta conceſſione, cum debitis ſolēnitatibus, neq;
debeat ſoluere laudemium *Fulgin. dicta qu.* 19.
*num.*3. *circa fin.*

19 Et multo magis, vt in caſu noſtro, quādo ver-
ſamur in emphyteuſi cōceſſa non ſolū pro hære-
dibus & ſucceſſoribus iuxta ſupradictam diſtin-
ctionē ſed etiam pro hæredibus, & ſucceſſoribus
quibuſcunq; quoniā ex dicta dictione, ſicuti red-
ditur emphyteuſis apta comprehendere etiam
extraneos, ita demōſtratur dominum à principio
concedere voluiſſe ad fauorem omnium, vt ſine
vlteriori requiſitione poſſit emphyteuſis in quē-
cunq; alienari, vnde acquirens tamquam com-
pre-

prehenſus in inueſtitura non tenetur ad laude-
mium Cæphal. conſ. 699. num. 29. & 30. lib. 5.
Amod. de Laudem. qu. 31. Vincen. de Franc. dec.
447. & tradunt alij Doctores relati per Gratian.
diſcept. 377. à num. 3. vſque ad 9. tom. 2.
20 Concurrente præcipuè Clauſula ad habendū
in parte diſpoſitiua appoſita, ex qua efficitur
emphyteuſim comprehendere etiam extraneos
hæredes, & ſucceſſores plenè Laderc. conſ. 1. per
tot. Curt. iun. conſ. 4. nu. 1. verſ. ſed quoniam Ca-
ual. dec. 293. num. 2. & ſeq. Duran. dec. 295. nu-
mer. 4. Burat. dec. 87. numer. 6. Vrgellen. dec. 152.
numer. 2. Seraph. dec. 1290. num 12. Rot. dec. 642.
num. 3. par. 1. dec. 152. num. 1. dec. 294. numer. 3.
& 7. par. 2. recen. quæ eſt etiam repetita dec. 286.
p. 3. recen. & penes Gionagu. conſ. 44. numer. 84.
& coram Merlino dec. 532. num. . . vbi quod hoc
21 eo fortius procedat, quando dicta Clauſula re-
petitur adiecta conceſſioni, vt in præſenti, quæ,
certis deſignatis gradibus, & perſonis non arcta-
tur.
22 Non enim prædicta ſunt applicabilia, quia
contraria opinio eſt verior, quod etiam in em-
phyteuſi conceſſa pro quibuſcunque hæredibus,
& ſucceſſoribus debetur laudemium, cum ex
forma huiuſmodi conceſſionis non reſultet,
quod donatarius, inſtitutus, Legatarius, vel em-
ptor non debeat introduci in poſſeſſionem per
dominum, licet voluerit in quemcunque poſſe
fieri alienationem. Imol. in cap potuit num. 64.
verſ. vlterius etiam poteſt quæri locat. Salic. in
l. vltima num. 2. in fin. verſ. fateor tamen C. de
iur. emphyteut. Corbul. de cauſ. priuat. ob alienat.
irrequiſito domino numer. 7. ampliat. 2. col. 2. ad
med. verſ. vt ergo verba ipſius pacti Card. Mantic.
de tacit. & ambig conuent. lib. 22. tit. 21 numer.
34. Surd. dec. 200. num. 5. vbi in ſpecie reprobat
Cæpholum contrarium tenentem in conſ. 699. num.
30. late comprobat Gratian diſcept. 377. à numer.
10. vſque ad fin. tom. 2 vbi alios allegat.
23 Quæ opinio fortiſſima innititur ratione, quia
preſtatio laudemij eſt quædam exhibitio obſe-
quij reuerentialis ab emphyteuta domino præ-
ſtandi, eumque recognoſcendi per actum ſuſce-
ptionis inueſtituræ, quæ nunquam cenſetur re-
miſſa per quamcunque conceſſionem, & faculta-
tem alienandi Menoch. conſ. 297. num. 24. vſque
ad 27. lib. 3. Gratian. dicta diſcept. 377. num. 21.
24 Tum quia præſtatio laudemij eſt de natura
contractus, eiuſque ſolutio videtur excepta.
Alex. conſ. 123. num. 7. lib. 5. immo facultas exi-
25 gendi laudemium non eſt perſonalis, ſed realis
annexa ſcilicet rebus, & bonis emphyteuti-
cis, quæ cum hoc onere tranſeunt ad ſucceſ-
ſores Menoch. conſ. 444. numer. 18. & 19. lib.
5. Gratian. loco citato numer. 22. 23. 24. & ſe-
quen.
26 Et licet poſſit fieri alienatio rei emphyteuti-
cæ inuito domino, & valeat legatum, & dona-
tio de re emphyteutica, etiam ſine conſenſu do-
mini, vt tradunt Doctores relati per Gratian. di-
cta diſcept. 377. num. 27. & ſequen. cum à princi-
pio quilibet ſit admiſſus in ſolidum, ſtantibus
Clauſulis ad habendum, & alienandum. & pro
quibuſcunque hæredibus, & ſucceſſoribus, ta-
men hæc ſibi locum vindicant quoad validita-
tem actus, & adhoc, vt fieri poſſit alienatio ſine
vitio nullitatis, ſecus autem quoad approbatio-
nem, & ſolutionem laudemij, quæ ſi expreſsè
non fuerit remiſſa ſemper cenſetur reſeruata,
vtpotè, quia venit ex natura contractus. Gabr.
conſ. 84. num. 12. col. penult. ante fin. verſ. & hac
ratione lib. 1. Gratian diſcept. 377. num. 15. & plu-
rib. ſequen. bene Surd dec. 220. num. 5. vbi quod
27 non ſit verum, quod laudemium detur pro cō-
ſenſu, ſed pro inueſtitura, & traditione poſſeſ-
ſionis, quæ fit nouo emphyteutæ, vt habetur ex
textu in l. fi. §. & ne auaritia C. de iur. emphyteut.
Imol. in c. potuit num. 13. lota. Beccius conſ. 2. in
prin. cum alijs per eundem Surdum loco citato num.
3. & Gratian. vt ſupra num. 11.
28 Doctores autem tenentes non eſſe ſoluendū
laudemium ſtante facultate alienandi, loquun-
tur in caſu, quo legatum, inſtitutio, ſeu aliena-
tio fierent illis, qui ſunt comprehenſi in inueſti-
tura, & qui ab inteſtato ſucc. dere valent, non
autem, vt in præſenti, quando relinquitur pæni-
tus extraneo, qui abſque diſpoſitione teſtatoris,
vel facto emphyteutæ venire non poteſt ad ſuc-
ceſſionem, nam licet virtute & amplitudine di-
ctarum Clauſularum videatur comprehendi in
inueſtitura, iſta comprehenſio reſtringitur, &
operatur tantum facultatem alienandi ſine do-
mini directi conſenſu, ex parte emphyteutæ, &
habilitatem acquirendi ex parte pænitus extra-
nei ab inteſtato ſuccedere, non valentis non au-
tem liberationem, & remiſſionē laudemij domi-
no debiti, ratione inueſtituræ, & traditionis poſ-
ſeſſionis, ad differentiam illorum, qui principa-
liter contemplari, & comprehenſi fuerunt in
inueſtitura in ipſo primo actu conceſſionis bene
Gratian. diſcept. 377. num. 35. tom. 2. Vincen. de
Franc. dec. 448. per tot.
29 Inter comprehenſos enim in inueſtitura eſt
permiſſa omnis alienatio ſub quocunque titulo
irrequiſito domino abſque eorum iuris, & ca-
ducitatis incurſu Bart. in l. ſi domus §. fi. in fi. &
ibi Alex. nu. 7. de legat 1. Paul de Caſtr. conſ. 432.
num. 3. vol. 1. Ruin. conſ. 11. num. 1. vol. 1. Gabr.
conſ 88. num. 16. Iul Clar. in § emphyteuſis q. 14.
Redoan. de reb. Eccleſ non alienan. de caducitat.
ob rei alienat. verſ. emphyteuta quoque numer. 22.
fol. 518. cum alijs per Corbul. de emphyteuſ. tit. de
cauſ. priuat. ob alienat. irrequiſit. dom. fact. limit.
6. num. 1. & ſeq.
30 Etiam ſi pacto expreſſo emphyteuta promi-
ſiſſet domino non alienare rem ipſo irrequiſito,
quia tale pactum intelligi debet de alienatione
facīeda in extraneos, non autem inter ipſos em-
phyteutas comprehenſos. & in inueſtitura con-
templatos. Salic. in l. ea lege C. de condit. ob cauſ.
Corbul. loco proximè citato num. 5.
31 Non obſtat, quod emphyteuſis alienari, ſeu
relinqui nequeat in potentiorem, cuius nomine
non ſolum veniunt Clerici, Eccleſiaſtici, Milites,
Collegia, verum etiam ipſa Eccleſia & loca pia
vt dixit Rot. dec. 529. coram Gregor. XV. num. 5.
6. & 7. Adden. ad eundem dec. 520. num. 14. circa
med. late in Romana deuolutionis domus 4. Decem-
bris 1651. §. ex quibus coram Bichio, & in puncto
alienationis factæ confraternitati laicali, quæ
pariter reputatur inter manus mortuas eadem
Rot.

Rot. dec. 6. num. 3. coram Andrea cum alijs congeſtis in dec. 78. num. 28. poſt laberint. creditor. Salgad.

32 Quia vltra, quod non procedit, quando emphyteuſis eſt tranſitoria ad quoſcunq; hæredes, etiam extraneos, cum tunc Eccleſia, & locus pius efficiātur capaces. *Gratian. diſcept.* 481. *n.* 10. *& ſeq. Beltram. in addit. ad Gregor. XV. dec.* 520. *num.* 14. *verſ limit. primo. Rot. dec.* 261. *num.* 7. *dec.* 280. *num.* 3. *p.* 1. *recen.* certum eſt non eſſe

33 prohibitum Eccleſię retinere bona emphyteutica Domino directo volente *Beltram in addit. ad Gregor. XV. dec.* 520. *numer.* 14. *in fin. qui alias*

34 *allegat.* immo dum inſtatur per D. Bonafacim pro ſolutione laudemij, & quindennij cenſetur inſtitutionem factam in Archiconfraternitatem approbare ad tradita per *Rot. in Romana deuolutionis domus* 4. *Decemb.* 1650. § *ſi coram Bichio.*

35 Et penitus ceſſat omnis difficultas, quia expreſſe in præſenti conceſſione fuit conuenta præſtatio laudemij in caſu alienationis, quod pactum vtique ſeruari debet, cum contractus emphyteuticus à pactium conuentione recipiat formam, ac proinde poſſunt quæcunque pacta apponi, etiam inſolita, & à communi natura ſimilium conceſſionum exorbitantia *cap.* 1. *de feud. non habent prop. natur. feud.* Rol. à *Vall. conſ.* 16. *num.* 8. *lib.* 3. *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. tit.* 22. *num.* 8. *vſque ad* 19. *Gratian. diſcept.* 719. *num.* 29. *Sard. dec.* 95. *num.* 16. *&* 17. *Rot. in Rauennaten. emphyteuſis coram Dunozet dec.* 35. *nu.* 21. *poſt Michalor. in tract. de fratrib.*

Et ita, &c.

SVMMARIVM.

1 Laudemium debetur vbi agitur de alienatione rei emphyteuticæ.
2 Laudemium ſine emphyteuſi non debetur.
3 Debetur Domino Directo, & non vſufructuario.
4 Debetur pro approbatione alienationis.
5 Debetur ratione conſenſus in recognitionem dominij directi num. 19.
6 Debetur pro noua inueſtitura.
7 Debetur toties quoties contingit alienatio.
8 Debetur ex natura contractus emphyteutici, & ex diſpoſitione legis.
9 Debetur non obſtante exemptione ab omnibus oneribus realibus, ac etiam duodecim filiorum.
10 Res pro ſolutione laudemij non eſt obligata.
11 Laudemium ſpectat ad vſufructuarium, & non ad proprietarium.
12 Vnicum debetur pro vno aſſenſu, & non dupplicatum.
13 Non debetur in conceſſione rei emphyteuticæ in perpetuum cum pacto de renouando de certo tempore ad certum tempus, niſi ex pacto, vel conſuetudine regionis.
14 Pactum de renouando de certo tempore ad certum tempus, eſt ad faciliorem dominij probationem.
15 Laudemium non debetur ſtante pacto, quod a quolibet ſucceſſore ſit petenda renouatio, niſi aliter conuentum fuerit, aut conſuetudo exigat.
16 Laudemium debetur ſi finita prima inueſtitura, ſi à Domino directo de nouo conceditur.
17 Renouatio emphyteuſis ex æquitate debetur proximioribus vltimi inueſtiti. Contrarium num. 18.
19 Res emphyteutica alienari nequit irrequiſito domino, ſine incurſu caducitatis.
20 Limit. ſi in alienatione referuetur dictus conſenſus, cum *Clauſula, & non aliter.*
21 Tenentur tamen contrahentes ſtatim contractum Domino denunciare.
22 Præcipuè ſi deuentum fuerit ad traditionem.
Dicta Clauſula præſeruat à caducitate, ſed non à ſolutione laudemij ibidem.
23 Emphyteuta non poteſt ſubemphyteuticare, ſine conſenſu domini Directi.
24 Ius recipiendi Laudemium eſt de dominicalibus.
25 Lim. quando fuit emphyteutę data licentia de ſub emphyteuticando, nam tunc non debetur laudemium, niſi reſeruatum fuerit.
26 In feudalibus poteſt Vaſſallus alium in ſui locum ponere.
27 Laudemium debetur ex cauſa alienationis neceſſariæ, vt ſi dentur bona in ſolutū, vel ſubhaſta n. 28.
29 Lim. ſi commoditas, & non proprietas alienetur ad vitam inueſtiti.
30 Laudemium debetur in venditione facta cum pacto de retrouendendo.
Limit. in retrouenditione num. 31.
Sublim. in venditione iuris redimendi num. 32.
33 Laudemium ſolui debet pro melioramentis.
Limit. procedere, quando res emphyteutica vna cum melioramentis alienetur num. 34.
Limit. 2. ſi emphyteuta admiſſus fuerit ad moram purgationem, nam tunc ex melioramentis non debetur laudemium num. 35.
36 Laudemium eſt ſoluendum ex donatione rei emphyteuticæ.
Limit. ſi adſit contraria conſuetudo num. 37.
38 Eſt ſoluendum ab hærede extraneo alias ab inteſtato non ſucceſſurus. Contrarium num. 39.
40 Inter comprehenſos permiſſa eſt omnis alienatio num. 41.
42 Limit. ſi res pluribus conceſſa fuerit abſque Clauſula iuris accreſcendi.
Sublim. ſi fuerit adiecta Clauſula in ſolidum n. 43.
44 Emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa pro hæredibus, & ſucceſſoribus comprehendit ſolum hæredes ſāguinis, & non extraneos.
45 Amp. etiam ſi adſit Clauſula ad habendum.
46 Laudemium debetur, quando eſt perfecta venditio, licet poſtea partium conſenſu, diſſoluatur.
47 Limit. procedere in contractu pure celebrato, ſecus in conditionali.
48 Laudemium vnicum, & non dupplicatum eſt ſoluendum.
49 Ad quam rationem ſolui debeat & num. 50.
51 Laicus pro ſolutione Laudemij cōueniri poteſt coram Iudice Eccleſiaſtico, ſi Eccleſiæ ſit debitum.
52 In ſolutione Laudemij attendendus eſt valor de tempore renouationis.
53 Limi. procedere in renouatione ob lineam finitam, ſecus in renouatione de certo ad certum tempus.
54 Pactum de ſoluendo ſolitum laudemium in renouatione quomodo intelligatur.
55 Laudemium non exactum exigi poteſt à ſucceſſore.
56 Poſſeſſio rei emphyteuticæ non transfertur, niſi obtenta inueſtitura à Domino directo, non obſtante Clauſula conſtituti.
57 Res emphyteutica permutari poteſt Domino directo irrequiſito.
58 Laudemium debetur in permutatione rei emphyteuticæ.
59 Spectat ad vſufructuarium, & non ad proprietariū.
60 Debetur ex venditione rei emphyteuticæ facta ad vitam vendentis.

Laudemium, an & quando, & ex quibus debeatur.

ADNOTATIO I.

1 LAudemium abſque dubio debetur, quando ſumus in conceſſione emphyteutica, eiuſq; alienatione, ex diſpoſitione *textus in l. fin. C. de iure emphyteut. Rot. dec.* 14. *numer.* 1 *p.* 6. *recen.*

2 & ſine emphyteuſi Laudemium non datur. *Dec. conſ.*

conſ.138. num. 5. Rot *dec.138. num.5.p.2.diuerſ. & dec.128. num.1 p. 6. recen.*

3 Er ſemper debetur illi, qui eſt maior Dominus, & ſic directo, & non Domino vtilitatis, qui vti recognoſcens alium ſuperiorem non propriè, ſed abuſiuè dicitur Dominus. *Sol. ad conſtitutian Saband gla.1. num.8. Rot. dec.40. num. 5. & 6. p. 9. recen.*

4 Debetur verò laudemium ad hoc, vt Dominus directus alienationem approbet, & ideo nuncupatur laudemium, quia Dominus contractum laudat, ſuo præſtando aſſenſu, vt inquit *Paverg. c 45. num 6. Iaſ. in l.fi. num.39 C de iur. emphyteut late Valaſc. eod tract. de iur. emphyteut qu.29. Rot. dec.613. num.28. & 29 p.3.recen.*

5 Vnde laudemium debetur Domino directo ratione conſenſus præſtiti alienationi in recognitionem Dominij. *Iaſ. in l.fi. num. 39. C. de iur. emphyteut Bart. in l.vlt. numer. 2. verſ. dic ergo C. de prad. Decur. lib. 11. Alex. conſ. 123. num. 7. verſ preterea iſta vol. 5. Ruin. iun. conſ. 38. numer. 18. vol.1. Cephal. conſ.699 num.31. lib.5. Surd. conſ 84. num.5. & 6. Aym conſ 464. num. 1. Caual. dec. 121. num. 1. Rot deciſ 120. num. 5. p.4. tam. 2. dec. 40. num. 10. p. 7. recen. Amat Dunozet. dec. 28. num 6.*

6 Verum quod laudemium debeatur domino directo pro noua inueſtitura, & recognitione noui emphyteutæ *Iaſ. in l.fi. num.41. verſ. addo C. de iur. emphyteut. Clar. in §.emphyteuſis q.23. verſ.huiuſmodi, & verſ.nam vt dixi, Card Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit.3.num. 4. Peguer. dec. 159. num. 3. late defendit Caldaſ. de renouat. emphyt. qu. 13. num. 40. & ſeq. Rot. dec.580. num. 1. p.3. recen. Surd. dec. 31. num. 8.*

7 Et non ſolum debetur domino directo laudemium expreſsè in inueſtitura reſeruatum pro prima vice, ſeù pro prima alienatione, ſed etiam pro omnibus alijs, toties quoties contigerit alienatio, quia ſicuti in qualibet alienatione exigitur conſenſus, ita etiam ſolutio laudemij, quod datur ratione conſenſus præſtandi à Domino directo, & pro recognitione noui emphyteutæ. *Redoan. de Reb. Eccleſ. non alienan q. 66. num. 16. Clar. in § emphyteuſis qu. 21. verſ. ſed quid ſi in ipſa* Rot *dec. 580. numer. 2. p. 3. recen.* vbi ſubdit, quod prædictis non obſtat regula *leg. Boues §.hoc ſermone ff de verbor. ſignif* quia illa non procedit, vbi per primum actum non eſt ſatisfactum menti contrahentium. *Felin. in cap. 2. num. 5. fallent. 5. de treg. & pace.*

8 Soluitur quidem laudemium ex natura contractus emphyteutici. *Menoch. conſ. 297. nu. 15. & conſ.444. num.15. & 31. Riminald. conſ.579. num.19. & 20. Cephal. conſ.505. num. 17. Surd. dec. 11. num. 6.* Quinimo etiam ex legis diſpoſitione, vt probatur *in l.fin in fin. C. de iur. emphyteut. Oltrad. conſ. 24. in fi. Io. Andr. ad ſpeculat. in tit. de locat §.nunc aliqua verſ.93. Rodoan. de reb Eccleſ. non alienan q.66. nu.15. Menoch. conſ.279. num 9. Surd dec.31. num 7.*

9 Eſt tamen laudemium res quædam ſeparata ab ipſa re in emphyteuſim recognita, & non poteſt dici onus reale, aut perſonale, propterea immunitate conceſſa ab omnibus oneribus realibus, & perſonalibus etiam ob numerum duodecim liberorum, non cenſetur quis exemptus ab onere laudemij ſecundum *Alex. conſ. 123. vol. 5 Redoan. de reb Eccleſ. non alienan. q. 66. num. 2. Menoch. conſ.297. num.19. & per totum. Surd. dec.31. num 10. verſ. tertio laudemium* ad tradita per *Cobel. de bono regim. cap.50. num. 82.*

10 Vnde ſequitur, quod cum ſit quid extraneum ab ipſa re, non debet res pro eo eſſe obligata, & potius cenſetur fructus quidam, qui propter ipſam rem quoquomodo percipitur, vt declarat *Oltrad. conſ. 24. poſt prin. Marin. Freccia de feud. lib. 2. tit. de author. Baron. auth. 3. num. 4. fol. mihi 135. Surd. dec.31. numer. 11. 12. & 14.* vbi reprobat. *Moder. Galli. Amad. & Menoch.* tenentes bona eſſe obligata eo, quia nihil allegant, quod releuet.

11 Cum itaque laudemium ſit ſpecies fructus, ſpectare debet ad vſufructuarium rei emphyteuticæ, & non ad proprietarium. *Oltrad. conſ. 24. poſt prin. Io. Andr. ad ſpeculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua num 29. Soccin. iun. conſ.70. num.31. vol.3. Clar. in §.emphyteuſ. q. 23. Amad. de Ponte in tract. de laudem. q. 20. & de commun. teſtatur Redoan. de reb. Eccleſ. non alienan. q.66. num. 14. Surd. dec.31. num.12.*

12 Pro vna renouatione, ſeù pro vno aſſenſu vnicum, & non dupplicatum laudemium ſoluendũ eſt, ex congeſtis per *Nigrum de Laudemio q. 28. num. 19. & 20. tom. 2. de Luca in ſuo Theatro veritatis tom. 4. in tit. de emphyteuſ. diſ. 22. numer. 6.*

13 In huiuſmodi renouationis materia ad effectũ conſequendi laudemium, quatuor in iure inter ſe diſtincti habentur caſus, primus enim eſt, quãdo fuit facta conceſſio, & data res in emphyteuſim in perpetuum, vel ad determinatum tempus cum pacto inueſtitura adhuc durante de renouando de certo tempore ad certum tempus puta de 29. in 29. annis, quo caſu, cum huiuſmodi renouatio non dicatur noua conceſſio, ſed deſcendat à prima, neque ratione nouæ inueſtituræ, neque ratione noui conſenſus, ex quo ſit primi cõtinuatiuus nullum debetur laudemium, niſi ex pacto expreſſo, & ex lege contractus reſeruatum fuerit, vel aliter ex conſuetudine Regionis, & loci celebrati contractus ſit debitum, vt animaduertit *De Luca in ſuo Theatro veritatis tom.4 tit de emphyteuſ. diſ.22. nu.8.*

14 etenim huiuſmodi renouatio cenſetur ſolum requiſita ad fauorem domini directi pro faciliori eius dominij probatione, non autem pro ſubſtantia, & ad immutandam, & tollendam primã inueſtituram, ne in eodem contractu detur contrarietas, & euitetur incompatibilitas pacti, cũ ipſa inueſtitura. *But. in cap.1. num. 3. ad fin. de precar. Alciat. conſ. 45. in fi. tom. 3. lib. 8. Bero. conſ.116. num. 19. lib. 1. Corbul. de cauſ. priuat. ob finitum tempus num. 17. Beltram. in addit. ad Gregor. XV. dec. 348. num.6. circa fin.* Rot. *deciſ. 438. num.3.p.1.recen.*

15 Secundus caſus eſt, vbi ex conſuetudine, vel lege Inueſtituræ cautum fuerit, vt à quolibet ſucceſſore petenda ſit renouatio, vt in feudis per leges feudales infra annum, & diem peti debet, & tunc nullum pariter laudemium, ſeu relenium

pro

Digitized by Google

pro huiuſmodi renouatione ſoluendum eſt, ſi aliter non diſponat conſuetudo, vel lex inueſtituræ, propter eandem rationem, quia prima inueſtitura adhuc durat, neque tale onus in iure cautum reperitur, vt ex *Bald. Iacobin. de Sancto Giorgio Capic. Frec. & alijs tradit Schader. de feud. p. 6. cap. 3. num. 24. Roſenthal. cap. 6. conclu. 66. num. 1. & in glo. lit. A. Anna. alleg. 106 Borel. in ſumma deciſ. lib. 1. tit. 35. de Laudem. nu. 7. de Luca in ſuo Theatro veritat tom. 1. in tit. de feud. diſ. 59. num 10. & tom. 4. tit. de emphyteu. diſ. 22. num. 8. verſ alter renouationis.*

16 Tertius caſus eſt ſi finita inueſtitura, & facto loco deuolutioni, res reuertatur ad Dominum directum, qui ſi noluerit pro ſe retinere, ſed alteri concedere, à nouo emphyteuta pro inueſtitura eſt ſoluendum laudemium, vt tradunt Do-
17 ctores allegati *num.* 5 & quamuis hoc caſu ex proximitate vltimi poſſeſſoris conſanguineis debeatur prælatio, ex quadam æquitate deſumpta ex diſpoſitione textus in *l. 1. ff. de aqua quotid. & æſtiua.* iuxta receptam ſententiam *glo. & Bart. ibidem Ruin. conſ. 47. num 6, lib. 3. Pariſ conſ. 22. num. 36 lib. 1. Honded conſ 51. num. 6. lib. 1. Tob. Non. conſ. 3 per totum Caſtr. conſ. 412. numer. 1. lib. 2. Clar. in § emphyteuſis q. 43. in prin. Gabr. in tit. de emphyteut concl. 1. num. 1. Fenſon. ad ſtatutum Vrbis in cap. 124. num 5 Cald. de iure emphyteut. lib. 1. qu. 8. num. 1. vbi quod in praxi obſeruatur Gratian. diſcept 88 num. 24. fulgin. de iure emphyteut. q. 1 num. 51. Marescot. var. reſol. lib. 1. cap. 3. num. 28. Pania dec. 675. numer 1. Vrgellon. dec. 251. num 1. & 2. Seraph. dec. 610. nu. 1. & ſeq. Mantica dec. 10. num. 6. Rot. dec. 170. num 31 p. 5. recen. dec. 29. num 4. poſt Laberint. creditor Salgad. & in Cæſenaten emphyteuſis 16. Iunij 1651. § quod autem coram Albergato.* Tamen
18 quod ceſſante conſuetudine, vel priuilegio in puris terminis iuris communis nullatenus prohiberi queat domino directo, quia reperire, & recipere poſſit nouos emphyteutas meliorem eius conditionem facientes, ex quo nulla ſubeſt authoritas, vel ratio legalis, quæ contrariũ ſuadeat, docet *de luca in ſuo Theatro veritat. tom. 4. tit. de emphyteuſ. diſ 28. num. 8. verſ tertius demum.*

19 Quartus caſus vltra dictos tres enumeratos à *D. de Luca loco citato* eſt, quando agitur de alienatione rei emphyteuticæ, ad quam cum ab emphyteuta deueniri nequeat irrequiſito domino directo ſine incurſu caducitatis, iuxta diſpoſitionem textus in *l fin. § ſin autem C. de iur. emphyteut. cap. penult. de locat. Mantic. de tacit lib. 2. tit. 28. num. 1. 5 & ſeq. cum alijs plene allegatis per Corbul. de cauſ. priuat. irrequiſit dom. fact. in priu. tit.* pro huiuſmodi conſenſu ſoluendum eſt Laudemium, vt tradunt DD. relati ſuperius *numer.* 5.

20 Et quamuis ad euitandam caducitatem ſufficiat, quod in alienatione reſeruetur conſenſus domini directi, præcipuè ſi adiecta fuerit *Clauſula & non alias* quæ reddit contractum conditionale, eiuſque effectum, & perfectionem conferre in tempus præſtiti conſenſus per Dominum directum, ita quod antea permaneat in ſuſpenſo, & potius habeatur pro non facto, & propterea ex eodem nulla inducitur caducitas, quia ceſſat eiuſdem domini conſenſus, ex quo prouenit huiuſmodi pœna, *Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum ſub num. 55. verſ. ſoluatur tamen. & ſub numer. 86. verſ. tertius caſus eſt extra de conſtit. Bald. in cap. 1. § denique ſub num. 5 verſ. ſed pone &c quæ fuit prin. cauſ. benef amittend Luc. de Pen. in l. nulli ſub num. 1. verſ. poteſt quidem alienari C. de feud. Patrim lib 11. Rol. conſ. 51. num. 30. verſ. verum lib. 2. & conſil. 62 à numer. 16. verſ verum maturius, & plurib ſequent. lib. 4. Burſat. conſ. 181. num. 14. vbi de verio, & receptiori DD. ſententia Caphal. conſ 118. à num. 9. verſ. nam venditio. cum ſequent Cald. de iur. emphyteut. lib. 4. cap. 6. à numer. 33. verſ. immo Franc. dec. 267. ſub num. 2. & ſeq. Andrea dec. 63. ſub num. 3. & ſeq. Rot. dec. 51. numer. 20. poſt Laberint. Creditor. Salgad.* vbi aliæ referuntur deciſiones.

21 Tamen contrahentes tenentur deinde abſque mora contractum huiuſmodi domino denunciare, ac eius conſenſum legitimè requirere, ne autem in eorum ſit facultate illum debito Laudemio, ac iuſ a recognitione fraudare *Burſat. conſ. 181. num 13. & ſeq. & ſub num. 18. verſ propterea, & ſeq. Surd. conſ. 372. ſub numer. 4. verſ 4. addo, & ſeq. & conſ. 437 num. 15.* faciunt tradita per *Salicet. in l. ſi ſub num. 5. verſ ſed nihilominus C. de iur. emphyteut. Rot. dec. 51. num. 22. poſt Laberint. creditor Salgad.*

22 Præcipuè ſi deuentum fuerit ad traditionem, rei alienatæ ante petitum, & obtentum Domini conſenſum, quia quamuis ſtante ſupradicta Clauſula præſeruetur a caducitate, cum ea em conditio cenſeatur ineſſe traditioni, *Gratian qui alios allegat 633. ſub num. 27. & ſeq.* non tamen per hoc liberatur à ſolutione laudemij ratione conſenſus à Domino præſtandi, vt firmant deciſiones relatæ in dicta *dec. 51 num. 20. 21. & 22. poſt Laberint creditor. Salgad.*

23 Hinc eſt, quod emphyteuta non poteſt alienare, & ſubemphyteuticare, ſine conſenſu domini directi, ad quem ſpectat ſubemphyteutam inueſtire, illumque in poſſeſſionem inducere per textum clarum *in l. fin. C. de iure emphyteut. & firmauit Rot. dec. 40. num 8. 9. cum ſeq. & num. 11. p. 7. recen* late *Antonel. de tempore legali lib. 3. cap. 7. numer. 27.*

24 Et ſic, ſubemphyteuta, cum dicatur habere cauſam a Domino directo, & non ab emphyteuta, ratione conſenſus, eidem domino, & non emphyteutæ ſoluere debet Laudemium vipo e quia ius recipiendi laudemium, eſt de dominicalibus, quæ ſpectant ad proprietatium *Rot deciſ. 121. num. 1. coram Card. Canal. & magiſt. alter dec. 40. à num. 9. 10. & 11. & per tot. p 7. recen.*

25 Limit. quando fuit data licentia à Domino directo de ſubẽphyteuticando, quo caſu amittit ius ſuum, etiam quoad Laudemium *Iaſ. in l. fin. num. 40. C. de iur emphyte & latè Laur. Pin. conſ. 125. num 4. Caner. var. reſol. lib. 1. cap 11 num. 79.* ſecus autem ſi expreſsè Dominus directus ſibi ius ſuum, & laudemium reſeruauerit, & ideo *Curt. iun.* monet, vt quando datur huiuſmodi licẽtia addatur talis clauſula reſeruatoria, *tract. de feud. 4. p. num. 139. verſ. & ideo*; vnde quod

dicta reſeruatio non ſit fruſtratoria, ſed ſatis operetur, ex quo tollit dubitationem dixit Rot. dec. 580. num. 4. p. 3. recen vbi reprobatur diſtinctio Valaſc. de iur. emphyteut. q. 13. num. 12. verſ. ex quibus, & ſibi contrarium fuiſſe q. 28. numer. 25. verſ. ita etiam ſubdit eadem Rot. dec. 40. num. 24. p. 7. recen. ex Calda de renouat. q. 13. num. 41. & ſeq. lib. 1.

26 Lim. 2. in feudalibus, quæ in hoc differunt ab emphyteuſi, ſcilicet quod in feudalibus liceat Vaſſallo alium ſubuaſſallum ſine conſenſu domini ſibi conſtituere, cap. 1. §. 1. qual. ol. pot. feud. alien. in vſibus feud. quod non eſt in emphyteuta, qui nullo modo poteſt alienare, vel ſubemphyteutam conſtituere, ſine conſenſu domini directi. l. fin. C. de iur. emphyteut. & ideo non tenet argumentum à feudo ad emphyteuſim. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 4. num. 19. & bene per Cald. tit. de renouat. emphyt. lib. 1. q. 13. num. 42. & 43. Rot. dec. 40. num. 19. verſ. nec obſtare 20. 21. & 22. p. 7. recen.

27 Amp. vt Laudemium debeatur ex cauſa, & alienatione, quæ fit ex neceſſitate pro debito, quando per Iudicem dantur bona in ſolutum, vel ſubhaſta deliberentur creditoribus, vel alijs oblatoribus ſecundum magis veram, & receptã opinionem, vt teſtatur Theſaur. dec. 139. per totam Bald. conſ. 306. lib. 1. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glo. 14. num. 24. Amad. de Laud. q. 27. Rendel. de iure protomiſ. in verb. non aliter niſi numer. 57. ad fin. fol. 89. Grattan. diſcept. 544. nu. 19. tom. 3. Franc. dec. 277. & dec. 482. num. 2. Caual. dec. 360. num. 4. in fin. & latè de materia Cald. in tit. de extin. emphyt. cap. 0. num. 2. Corbul. de priuat. ob alienat. lib. 44. ſub num. 2. Brito de Locat. in repetition. cap. potuit §. 5. numer. 3. Antonel. de tempor. legal. lib. 3. cap. 7. num. 29. & 60. Theſaur. dec. 139. num. 1.

28 Et hoc procedit, licet alienatio dicatur neceſſaria facta per Iudicem, in qua non requiritur conſenſus domini directi. Bald. in cap. 1. num. 11. de probib. feud. alien. Iaſ. in l. vltim. num. 15. C. de iur. emphyteut. Corbul. de cauſ. priuat. ob alien. irrequiſit. dom. lim. 19. num. 1. Seraph. dec. 072. num. 3. Caual. dec. 300. num. 4.

29 Lim. ampliat, vt Laudemium non debeatur, quando commoditas tantum emphyteutica, & non proprietas, ſed eius fructus, ac reddituã creditoribus emphyteutæ eius tantum vita durãte adiudicentur, cum in hac alienatione non verificetur diſpoſitio textus in l. fin. C. de iure emphyteut. vt ex Auedan. reſponſ. 13. ſub num. 1. verſ. tertia concluſio tradit Salgad. in Laberint. creditor. p. 3. cap. 3. num. 42.

30 Amp. 2. vt Laudemium debeatur in venditione facta cum pacto de retrouendendo Surd. conſ. 527. num. 6. vol. 4. Caſtren. in l. ab emptione ff. de pact. Amad. à Ponte quaſt. Laudem. 37. vbi alios allegat, & contrarijs reſpondet. Pacif. de ſaluian. interdict. inſpect. 3. cap. 4. numer. 594.

31 Lim. ampliat. vt laudemium non ſoluatur in retrouenditione habente originem à prima venditione, cum res redeat ad ſuum primæuum ſtatum. Tiraquel. de retract. conuent. §. 6. glo. 7. ſub num. 19. circa med. Amad. à Ponte quaſt. Laudem. 37. col. 2. verſ. & tamen caſu Pacif. de ſaluian. interdict. inſpect. 3. cap. 4. num. 593. Antonel. de tempore legal. lib. 3. cap. 7. numer. 40. Gratian. diſcept. 180. num. 1. cum ſeq. Boer. dec. 182. num. 19. Surd. dec. 305. num. 20. Canale. dec. 360. num. 5. Fontanel. dec. 277. num. 4. & 5.

32 Sublim. quando Dominus venderet alteri, vel ipſi emptori ius redimendi, ſeu ad totalem, & liberam venditionem deueniret, quia tunc alienatio, & venditio dicuntur abſolutæ, & trãſeunt in dominium alterius perſonæ, quæ recognoſcere debet dominum directum, eiuſque conſenſum poſtulare, vt ſupra probauimus, cum hoc caſu militet diſpoſitio l. fin. C. de iure emphyteut. Gratian. diſcept. 180. num. 3. tom. 1. & diſcept. 377. nu. 11. 13. & 34. tom. 2.

33 Amp. 3. vt laudemium ſolui debeat pro melioramentis, eo quia ſequuntur naturam rei emphyteuticæ, vnde comprehenduntur in diſpoſitione textus in l. fin. C. de iure emphyteut. vbi Iaſ. num. 40. Maur. Burg. de Laudem. p. 2. inſpect. 6. per totam.

34 Limit. hoc procedere, quando res emphyteutica vna ſimul cum melioramentis alienetur in tertium, vel alias deuoluatur ob delictum, quibus caſibus, cum etiam quoad melioramenta requiratur nouus Domini directi conſenſus, merito quoque de illis ſolui debet laudemium, ſecus autem quando fit ſimplex renouatio ipſi emphyteutæ, vt ſunt verba textus l. fi. C. de iur. emphyteut. & de alienatione in tertium loquitur Burg. vt ſupra. Corbul. de emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob alienat. amplia. 19. num. 1. Fulgin. de iure emphyteut. tit. de Laudem. qu. 8. num. 23. Rot. deciſ. 92. numer. 4. & 5. poſt Laberint. creditor. Salgad.

35 Limit. 2. in caſu, quo emphyteuta admiſſus fuerit ad moræ purgationem in petendo renouationem, quia cum ceſſet ex hoc capite deuolutio ob ipſius culpam, ſequitur quod melioramenta, non dicantur deuoluta Eccleſiæ, ſed adhuc remaneant in dominio emphyteutæ ad tradita per Clar. in §. emphyteuſis q. 45. Bero. qu. 19. num. 3. Gratian. diſcept. 810. num. 7. Rot. dec. 5. num. 2. coram Caſare de Gruſſis in tit. de reb. Eccleſ. non alienan. ac proinde, quo ad illa non requiritur in renouatione aliquis conſenſus Domini directi, & conſequenter nullum ſolui debet Laudemium. Bart. in l. & ideo 12. n. 4. ff. de cõdit. furtiu. Amad. à Ponte de laudem. q. 13. n. 1. & 2. Anton. Faber. eod. tract. decad. 4. error. 1. 2. 12. & 13. Rot. d. 90. nu. 2. & 3. poſt Laberint. creditor. Salgad.

36 Amp. 4. vt laudemium ſit ſoluendum ex contractu donationis rei emphyteuticæ per donatarium, & ratio eſt quia hoc laudemium ſoluitur propter receptionem, quam dominus facit de nouo emphyteuta, & per renouationem inueſtituræ, quæ ratio militat tam in contractu venditionis, quam donationis. Legati. & ſimilis. Iaſ. in l. fin. verſ. ſequitur poſtea C. de iur. emphyteut. Beltram. conſ. 23. vol. 4. vbi teſtatur de communi & neminem ab ea diſcrepare Clar. in §. emphyteuſis qu. 23. verſ. ſed quæro Adden. ad deciſ. Tholeſan. 279. Redoan. de reb. Eccleſ. non alienan. q. 6. rub. de laudemijs fol. 387. Guid. Pap. q. 40. num. num. 1. latè Vincen. de Franch. dec. 202. num. 1. 2. & per tot. latè Antonel. de tempore legal. lib. 3. cap. 7.

Google

cap. 7. numer. 10. *cum ſeq. Burg. in tract. de laudem. p.* 2. *inſpect.* 30. qui etiam pro parte negatiua plurimos enumerat, ſed *ſub numer.*4. hanc ſequitur ſententiam, & tamquam magis communem approbauit *Rot. dec.* 520. *numer.* 3. *coram Gregor. XV. vbi Beltram. in addit. num.* 13.

37 Lim. procedere vbi viget conſuetudo ſoluendi de donatione, & legatis laudemium, ſecus autem vbi viget talis conſuetudo, vt ex *Cyn. Aret. Imol.* comprobot *Vincen. de Franc. deciſ.* 201. *numer.* 5

38 Amp. 5. vt laudemium ſit ſoluendum ab hærede extraneo, qui alias ab inteſtato non fuiſſet in bonis emphyteuticis ſucceſſurus. *Amad. de Ponte de laudem. quæſt.* 31. *Coſta de portione rata qu.* 112. *numer.* 5. *cum ſeq. Gratian. diſcept.* 377. *num.* 3. *cum ſeq. Vincen. de Franc. dec.*447.

39 Contrarium tenent *Bald in l. fin numer.* 10. *Salicet ibidem num.* 11. *C. de iure emphyteut. Io. de Anania. conſ.*90 *nu.* 1 *Anna. alleg.* 106. *num.* 5. *Sola ad conſtitutiones Sabaudiæ de iure emphyteut. gl.* 2. *numer.* 19. & 20. *Mantic. de Tacit. lib.* 22. *tit.* 15. *numer.* 4 *Capol. conſ.* 699. *numer.* 29. & 30. *Rot. dec.* 152. *num. fi. p.* 2. *recen* & hanc ſententiam eſſe magis veram, & rationabilem dicit *D. de Luca in ſuo Theatro veritatis tom* 4. *tit. de emphyten. diſ.*49. *num.* 2. *verſ. nihilominus*, ea motus ratione, quia laudemium ſoluendum eſt non niſi per eos, qui indigēt Domini aſſenſu, vt in emphyteutas recognoſcantur, qualis conſenſus non exigitur in perſonis in inueſtitura comprehenſis. ſcilicet ſi inueſtitura ſit concepta pro quibuſcunque hæredibus, cum tunc comprehendantur etiam heredes extranei ſub hac generalitate vſque ab initio.

40 Siquidem inter comprehēſos permiſſa eſt omnis alienatio, etiam irrequiſito Domino, abſque vllo iuris ſui, & caducitatis incurſu, *Bart. in l. ſi domus* §. *fi in fi. & ibi Alex nu.* 7. *ff. de legat. primo Paul. de Caſtr. conſ.* 432. *num.* 3. *vol.* 1. *Gabriel. qui de communi conſ.*88. *num.* 16. *Iul. Clar. in* §. *emphyteuſis quæſt.* 14. *Redoan de reb. Eccleſ. non alien. tit de caducit. ob rei alienat. verſ. emphyteuta quoque num.* 22. *fol.* 518. *cum alijs per Corbul. de emphyteuſ. tit. de cauſ priuation. ob alienat. irrequiſit. Domino fact. limit.*6. *numer.* 1. 2.

41 & *num.* 5. vbi ampliat. procedere etiam ſi in inueſtitura pacto expreſſo conuentum fuerit de non alienanda re irrequiſito Domino, quia tale pactum intelligitur de alienatione in extraneos, non autem inter ipſos comprehenſos. *Gratian diſcept.* 36. *in prin. Rot. dec.* 50. *num.* 2. & 4. *coram Burat. vbique Add. lit. B.* quia dicitur alienatio neceſſaria.

42 Limit. ſi emphyteuſis fuerit à pluribus recepta in eodem inſtrumento abſque Clauſula iuris accreſcendi ab vno, in alium, nam tunc etiam inter comprehenſos eſt prohibita alienatio cum vnuſquiſque pro ſua parte rem conduxiſſe, & ad canonis ſolutionem ſe obligaſſe cenſeatur, & quoad ſocij partem habetur omnino pro extraneo, vt ex *Crot. Alex Iaſ. Rip Bald. tradit Corbul. de emphyteuſ. tit. de cauſ. priuat. ob alienat. irrequiſit. Domino fact. limit.*6. & 7. vbi ſublimi-

43 tat non procedere ſi duobus fuiſſet inſolidum conceſſa, cum hæc clauſula æquiualeat Clauſulæ iuris accreſcendi, alias ſine domini conſenſu deuenire nequit ad huiuſmodi alienationem, cum agatur de eius præiudicio, ex quo ſi offerat iuſtum pretium alijs eſt præferendus. *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib* 22. *tit.* 28. *ſub num.*47. *Ferentil. ad Burat. dec.* 50 *num.* 9.

44 Lim. 2. in emphyteuſi Eccleſiaſtica, quæ ſi ſit conceſſa pro hæredibus, & ſucceſſoribus. hæredum appellatione veniunt ſolum hæredes ſanguinis, & deſcendentes primi inueſtiti. adeo vt in extraneos tranſire nequeat, ex natura emphyteuſis Eccleſiaſticæ, & ratio eſt, quia hoc eſt Eccleſiæ fauorabile, vt bona ad eam citius reuertantur, ſi non ſint tranſitoria ad extraneos, eſt textus in §. *emphyteuſis Auth de non alienan. aut permutan. reb. Eccleſ. glo in l. etiam ff. ſolut matrim. Iaſ. in l. quod dicitur ff. de verbor. oblig. vbi plene à Doctoribus notatur. Caſtrar. in l. etiam numer.* 5. *ff. ſolut. matrim. Ruin conſ.* 160. *num.* 9. *lib.* 1. *Rol. conſ.* 96. *num.* 8. *lib.* 1. *Hond. conſ.* 92. *num.* 19. & *ſeq. lib.* 1. *Gabr. conſ* 76. *numer.* 11. & *conſ.*84. *num.* 51. & 52. *lib.* 2. *Ruin ſea conſ.*437. *numer* 4. & 5. *Rimin. iun. conſ* 44. *numer* 4. *Grat. conſ.* 130. *numer.* 20. *lib.* 1. *Capbal. conſ* 345 *numer.* 24. & 25. *Alex conſ* 89. *in prin. lib.*4. *Bero. conſ.*93 *num.* 1. *vol.* 1. & *latiſſimè conſ.*102. *num.* 6. *cum pluribus ſequen. vol.* 1. vbi teſtatur de veriori, & ſequenda in conſulendo, & indicando tamquam ſecuta à Doctoribus magnæ authoritatis, & *ſub num.* 14. ſubdit, quod verbum hæredibus intelligendum ſit de ijs deſcendentibus, qui de iure ciuili ſuccedere poſſunt, verbum verò ſucceſſoribus de illis, qui de iure prætorio admitti debent, & notant etiam plenè *Doctores in cap. in præſentia de probat Peregrin de fideicommiſ. art.* 32. *num.* 52. *Caldas de nominat. emphyteuſ. lib* 7. *q.* 22. *num.* 27. *Mantic. de tacit & ambig. conuen. lib.* 22. *tit.* 19. *num.* 5. *verſ & hanc & num.* 20. *Gratian. diſcept. forenſ.* 351. *numer* 17. *Clar. in* §. *emphyteuſis q* 28. *num.* 6. §. *tertius eſt caſus verſ. fundamentum autem, Magon. deciſ. Lucen.* 12. *num.* 13 *Surd. dec.* 11. *num* 8 *Seraph. dec.* 868. *num.* 2. *Gregor XV dec.* 529. *num.* 1. *Merlin. dec.*583. *num.* 2. *verſ. quoniam iſta bona*, & *num.* 13. & 16. *Rot. dec.* 311 *num.* 4 *p.* 6. *recen.* & *in Romana deuolutionis domus* 25. *Iunij* 1652. *coram Bichio*, & 20. *Iunij* 1653. *coram Veroſpio* §. *hinc vero* & 15. *Iunij* 1654. §. *nec de iuſtitia coram Meltio.*

45 Quod procedit etiam ſi in conceſſione adſit Clauſula ad habendum, vel quibus dederit, & Clauſula, in perpetuum, cum huiuſmodi Clauſulæ intelliguntur ſecundum naturam Contractus, cui adijciuntur, ac proinde in emphyteuſi Eccleſiaſtica non tribuunt facultatem alienandi in extraneos, præcipuè ſi diſtinctè, & ſpecificè prohibita fuerit alienatio, cum ex hac prohibitione, & pacto eliditur, vel ſaltem temperatur virtus, & potentia dictarum Clauſularum de peruertenda, & mutanda natura emphyteuſis ex pacto, & prouidentia in naturam emphyteuſis hæreditariæ, ita vt tribuant quidem facultatem diſponendi, ſed inter perſonas deſcendentes, & comprehenſas, non autem in extraneos, cum magis ſit attendenda, & plus influat in emphyteuſim prohibitio alienandi, quam dictæ Clau-

ſulæ

Digitized by Google

ſulæ generales, vt plurimum de Stylo Notariorum appoſitæ, *ita Dec. conſ. 171. numer. 3. verſ. quarto, & vltim. Curt iun. conſ. 130. numer 6. Bero. conſ. 66. numer. 14. lib. 1. Gabr. conſ. 91. num. 12. & 13. lib. 1. Menoch conſ. 91. num. 29. & conſ. 930. num. 47. latè Corbul. de emphyteuſ. tit. de cauſ. priuat ob alienat. irrequiſit. Domino fact. limit. 3. num. 1. & 2. cum ſeq.* vbi quod debeant intelligi datam eſſe facultatem alienandi requiſito Domino & ab eodem licentia obtenta. *Afflict. cap. 1. § feudum ea lege num. 35. ſi de feud. fuerit controu. ſ. inter Dom. & Agnat. Cald. de emphyteuſ lib. 2. q. 10. num. 16. Rot dec. 75. numer. 10. coram Coccino dec. 00. numer. 12. & 13. p. 5. dec. 74. numer. 8. 9. 10. 11. & 15. deciſ. 211. num. 12. p 6. late Rot. in Romana deuolutionis Domus 4. Decembr. 1651. §. contrarium tamen confirmata 2. Iunij 1652 §. quatenus vero coram Bichio,* & Magiſtraliter *dec. 75. num. 9. & dec. 79. num. 2. poſt Laberint. creditor. Salgad.*

46 Amp. 6 vt laudemium debeatur Domino directo, quando eſt facta & perfecta venditio, etiã ſi poſtea partium conſenſu diſſoluatur, quia quando tertio eſt ius quæſitum ex contractu inter partes principales geſto, in eius præiudicium ab eiſdem, nec tolli, nec reuocari poteſt, vt notatur *in cap. 1. ſi poſt alienat. feud. Alber. in l. ab emptione ff. de pact. Angel. & Imol. in l. acta in prin. ff de re iudic Amad. à Ponte de laudem. qu. 38. fol. 46. Mieres de maioratu 1. p. q 24. per totã & maximè num. 72. & 80. in prin. Salgad. in laberint. creditor. p. 2. cap. 26. num. 8. & 9.*

47 Limit. procedere in contractibus purè celebratis, ſecus in conditionalibus, nam in geſtis ſub conditione eſt locus pœnitentię, & contrahentes recedere poſſunt conditione pendente, etiam in præiudicium tertij, cui fuit ius quæſitũ ex tali contractu, cum conditio nihil ponat in eſſe *Gutierez. in tract. de gabel. qu. 8. num. 2. cum ſ. quen. bene Anton. Gomez. lib 2. variar. cap. 2. de empt. & vend. numer. 31. Salgad. in Labirint. creditor. p. 2. cap. 26. numer. 10.*

48 Dominus directus pro vna renouatione, ſeu pro vno aſſenſu vnico Laudemio contentus eſſe debet, neque illud dupplicatum prætendere poteſt ex congeſtis per *Nigrum de laudemio q. 18. n. 19. & 20. tom. 2. D. de Luca in ſuo Theatro veritatis tom. 4. tit. de emphyteu. diſ 22. n. 6.*

49 Laudemium ad quam rationem debeatur nullibi de iure cautum habetur, ſolui tamen debet, vel iuxta conuentionem, vel ea ceſſante ſecundũ conſuetudinem, *D de Luca in ſuo Theatro veritatis tom. 4. tit. de emphyteuſi diſ. 5. numer. 6. & 10.* ex deductis *per fulgin. de emphyteut in prælud q. 16. n. 1. Nigr. de Laudem q. 3. n. 19. & 20. Afflict. dec. 72.*

50 Regulariter tamen eſt quinquageſima pretij, vel æſtimationis rei emphyteuticæ, videlicet duo pro centenario iuxta textum *in l. fi. C. de iure emphyteut. Gratian. diſcept. 180. numer. 2. de Luca in ſuo Theatro veritat. tom. 4. tit. de emphyteuſ. diſc. 5. num. 8. Vincen. de Franc. dec. 201 nu. 1. & 2.* iuxta tamen conſuetudinẽ, & morẽ regionis poteſt ad maiorem, & minorem ſummam aſcendere, & illa tunc eſt ſoluenda, vt alijs congeſtis ſubdit *Gratian. dicta diſcept. 180. n. 2.*

51 Laicus pro ſolutione laudemij debiti Eccleſiæ conueniri poteſt coram Iudice Eccleſiaſtico. *Burg in tract. de laudem. p. 3. inſpect. 1. n. 6 & 7. Carol. de Graſſ. de effectu Cleric. effect. 1. n. 521. Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de fauor Clerici realis §. 5. n. 11. Sperel. dec. 98. num. 14. tom. 1.*

52 In ſolutione vero laudemij pręſtandi occaſione renouationis emphyteuſis attendendus eſt valor rei de tempore renouationis, non autem de tempore conceſſionis, aut venditionis, vt latè comprobat *Emanuel. Ferre in conſ. 21. per totũ.*

53 Limit. procedere in renouatione, quæ fieri contingit, puta ob lineam finitam, ſecus verò in renouatione emphyteuſis perpetuæ, nempe de 29. in 29. annos, quæ fit ad maiorem probationem, nam tunc bonorum valor calculari debet de tempore vltimæ venditionis, cum huiuſmodi renouatio non habeat ſpeciem noui contractus, vt diſtinguendo inter emphyteuſim temporaneam, & perpetuam tradit *Aciat. conſ. 42. n. 1 lib. 8. Corbul. de cauſ priuat. ob tempus finitum nu. 17. Bero. conſ. 110. n. 17. verſ. vbi facit lib. 1. Rot. dec. 90. n. 7. & 8. poſt Laberint. creditor. Salgad.*

54 Pactum autem de ſoluendo ſolitum laudemiũ in renouationibus de 29. in 29. annis, intelligi debet, vt ſolitum, & conſuetum laudemium iudicandum ſit ad ſummam, & quantitatem præcedentium ſolutionum, *ad text. in l. mela 14 ff de alim. & cib. legat. vbi Bart. numer. 1. & alij Rot. dec. 90. nu. 10. & 11. poſt Laberint. creditor. Salgad. vbi num. 12.* ſubdit hoc procedere etiam ſi verba habeant relationem ad valorem bonorũ, quia valor, & pretium pro eodem accipi poſſunt hic ſuadente materia ex *Burſat. conſ. 149. numer. 74. & 75.*

55 Laudemium vero ſi non fuerit exactum non amittitur, ſed ius exigendi tranſmittitur ad ſucceſſorem, *Mar. Burg. de laudem p. 1. inſpect. 4. nu. 55. & 50. Fulgin de iure emphyteut. tit. de laudem. q. 28. num. 1. Rot. dec. 809. nu. 1. p. 1 diuerſ. & deciſ. 90. num. 19. poſt Laberint. creditor. Salgad.*

56 Emphyteuta igitur donando, aut vendendo, aut legando, rem emphyteuticam, non poteſt transferre dominium, aut poſſeſſionem in donatarium, aut emptorem, donec per Dominum directum fuerit inueſtitus, etiam ſi in donatione, aut venditione adiecta eſſet Clauſula conſtituti, vel præcarij quæ quidquid ſit in alijs contractibus, in re emphyteutica non operatur tranſlationem poſſeſſionis, iuxta *text. in l. fi. C. de iure emphyteut.* ſed ſolum eius virtus, & efficacia operatur in re franca, & allodiali, *l. quod meo ff. de acquir. poſſeſſ.*

57 Amp. 7. vt licet poſſit emphyteuta rem emphyteuticam Domino irrequiſito permutare, quia Dominus hoc caſu nequeat interpellari, an velit pro eodem pretio præferri, cum pretium non intercedat *Bald. in l. ſi domus §. fi. ff. de legat. 1. Rip. in l. qui Romæ §. duo fratres num. 86. ff. de verb. oblig. Clar. in §. emphyteuſis quæſt. 17. vbi de communi* tenetur tamen ijs, qui rem emphyteuti-
58 cam in permutationem accipit, ſoluere laudemium, ratione nouæ inueſtituræ à domino concedenda, *Clar. dicto §. emphyteuſis q. 23. verſ. ſed*

quid

Digitized by Google

quid ſit in ipſa conceſſione Antonel. de tempore legal. lib. 3. cap. 7. num. 19. iuncto num. 26.

59 Amp. 8. vt laudemium debeatur vſufructuario, non autem proprietario, cum vtilitas propter rem proueniens veniat nomine fructus, vnde ad vſufructuarium ſpectat. *Menoch. lib. 4. præſumpt. 142. num. 12. Antonel. de tempore legal. lib. 3. cap 7. num 28. Surd. dec. 31. numer. 12. Seraph. dec. 22. num 2.*

60 Amp. 9. quod ex venditione rei emphyteuticæ facta ad vitam ipſius vendentis ſit ſoluendum laudemium, ſi vixerit vltra modicum tempus, alias ſecus. *Burz. de laudem. p. 2 inſpect. 2. numer. 38. Cancer. p. 1. var. reſol. cap. 11. num 83. & ſeq. Antonel. de tempor. legal. lib. 3. cap 7. numer. 75. cum ſeq.*

SVMMARIVM.

1 Laudemium non debetur ex alienatione facta vigore Bullæ Gregorij XIII. de iure congru.
2 Retractus prouenit ex actu neceſſario, & ex eo non debetur laudemium.
3 Laudemij ſolutio ſpectat ad retrahentem, à quo repeti poteſt ſi à primo emptore ſolutum ſit, & quomodo hoc procedat.
4 Laudemium non debetur pro executione contractus.
5 Emens feudum, cum pacto retrouendendi, cum conſenſu domini poteſt retrouendere abſque dicto conſenſu.
6 Laudemium non ſoluitur ex contractu conditionali.
7 Laudemij exactio, ceſſat vbi contractus à principio ſit nullus.
8 Non ſoluitur in ſubrogatione fundi loco alterius emphyteutici.
9 Ob non ſolutionem laudemij res non cadit in commiſſum.
10 Non debetur ex impoſitione cenſus ſuper re emphyteutica num. 11.
12 Per impoſitionem Cenſus in re emphyteutica, nulla ſequitur alienatio, ſed tantum hypotheca conſtituitur.
13 Res emphyteutica alienari non poteſt.
14 Bona emphyteutica poſſunt obligari, & hypothecari abſque domini conſenſu, etiamſi ſit Eccleſiaſtica num. 15.
16 Laudemium non debetur ſi in re emphyteutica imponatur ſeruitus.
17 Non debetur ſine emphyteuſi.
18 Ex conceſſione ad longum tempus, ſeu locatione non ſoluitur laudemium.
19 Nec militat diſpoſitio *l. fin. C. de iur. emphyt.*
20 Limita ſi locatio fuerit facta pro modica penſione, cum tunc reputatur emphyteuſis.
21 Limita 2. procedere in dubio.
22 Laudemium non debetur ſi Pater tradat filio rem emphyteuticam pro legitima.
23 Non debetur niſi deuentum fuerit ad realem traditionem.
24 Neque debetur ex venditione fructuum, ſeu commoditatis, licet ad vitam emphyteutæ.
25 Neque ex venditione vſufructus.
26 Limit. ſi fructus vna cum proprietate alienentur. Fructus pendentes dicuntur pars fundi ibid.
27 Laudemium non debetur ex venditione ad modicum tempus.
28 Non debetur ſi emphyteuta confiſcationem paſſus reſtituatur ad bona.
29 Non debetur ſi ob lineam finitam fiat renouatio in filium vltimi inueſtiti. Contrar. n. 30. Declara, vt num. 32.
30 Dominus directus finita generatione bona emphyteutica poteſt pro ſe retinere.
31 Tenetur præferre proximiores ſi vellet extraneos inueſtire.
Limit. ſi deuolutio euenerit culpa emphyteutæ ibid.
33 Laudemium non debetur ſi Monaſterium ſuccedat emphyteutæ Monaſterium ingreſſi.
34 Emphyteuſis non reuertitur ad dominum ſi adhuc exiſtat Religioſus comprehenſus, cum eius vita durante ſpectet ad Monaſterium ſi ſit capax retentionis bonorum.
35 Limit. procedere in emphyteuſi priuata, ſecus in Eccleſiaſtica, niſi ſit conceſſa pro extraneis.
36 Emphyteuſis Eccleſiaſtica ſi non ſit tranſitoria ad hæredes extraneos Monaſterium ex perſona Religioſi comprehenſi non poteſt retinere quoad commoditatem etiam ad vitam religioſi n. 37.
37 Mors ciuilis ob cauſſam profeſsionem æquiparatur naturali.
38 Emphyteuſis, nec per contractum, nec per vltimam voluntatem alienari poteſt in Eccleſiam & nu. 44.
39 Amp. procedere etiam ſi altera Eccleſia eſſet domina directa.
40 Amp. vt ex hac alienatione reſultet certa deuolutio.
41 Limit. ſi emphyteuſis ſit tranſitoria ad quoſcunque hæredes extraneos.
42 Limit. ſi Eccleſia nollet pro ſe retinere, ſed parata eſt vendere perſonæ habili.
43 Sublim. non procedere vbi vltra legis prohibitionem concurrat prohibitio hominis.
45 Limit. non procedere reſpectu hæredis, qui poteſt vendere emphyteuſim, vt tantundem ſoluat Eccleſiæ pro re relicta.
Sublimit. in emphyteuſi Laicali ibid.
46 Sublimit. in terminis Bonifacianæ expreſsè prohibentis alienationem in perſonas prohibitas.
47 Sublimit. procedere inuito domino, ſecus Eccleſia, vel domino volente.
48 Sublimit. ſi Confraternitas, & locus Pius ex indulto Apoſtolico retinere poſsit bona emphyteutica, & feudalia relicta, vel tradita, licet ſint de dominio directo alterius Eccleſiæ.

Laudemium in quibus caſibus non debeatur.

ADNOTATIO II.

1 LAudemium non debetur ex alienatione, ſeu venditione facta vigore *Bullæ Gregor. XIII. de iure congrui*, cum ex alienatione facta per emphyteutam vigore ſupradicti motus proprij non inducitur aliqua deuolutio, quamuis non fuerit requiſitus conſenſus Domini, cum dicatur actus neceſſarius, qui non comprehenditur ſub ſtatutis loquentibus de alienationibus, & eodem modo competeret ius ad retrahendum ſi res exiſteret penes Dominum directum, ac ſi exiſtat penes emphyteutam. *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 14. num. 10. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 22. tit. 28. num 30. latè Afflict. dec. 191 num. 1. & ita pluries dixiſſe Rot. patet ex deciſionibus relatis per Gratian. diſcept. 227. num. 45 & 46. Antonel. de tempore legal. lib 3. cap. 7. num 51.*

2 Actus autem retractus, cum proueniat ex neceſſitate, & exerceri valeat etiam inuito emptore, non poteſt ex eo prætendi laudemium, pro vt contra *Boer. veriorem opinionem eſſe aſſerit Tiraq. de retract. lignag. §. 29 glo. 1. num 4. latè Mar. Mut. ſuper conſuetud. Panormit. cap. 26. num. 124. & 125. Gratian. diſcept. 180. num. 13. tom. 1.*

3 Intentato verò retractu rei venditæ contra primum emptorem, non tenetur idem primus emptor ſoluere laudemium, nec expenſas beneplaciti, aut quid ſimile, nec per Dominum cogi

poteſt

poteſt ad illius ſolutionem, cum hoc onus ſpectet ad volentem retrahere, in quem retractus fuit transfuſus, & translatus, quaſi ex diſpoſitione bullæ venditio cenſetur facta cũ ipſo retrahente, & ad commodũ ipſius perinde, ac ſi cũ eo principaliter à principio celebratus, quaſi ob retractum fingatur primum emptorem nunquam retrò acquiſiuiſſe, ideo ad eum talis ſolutio non pertinet, cum eius reſpectu cenſeatur prior contractus ipſo iure reſolutus, vnde primo emptori competit repetitio ſi ſoluerit. *Tiraquel. de retract. lignag. §.29. glo.3. num.1. 4. & 5. Gratian. diſcept.460. num.65.66 & 67. tom.3.* cum vnicum tantum laudemium ſit ſoluendum, & quoad Dominum ſufficit fuiſſe ſolutum, vel à primo emptore, vel à retrahente. *Antonel. de tempore legal. lib.3. c.7. num.78.*

Secus autem ſi res retrahatur ex interuallo poſt tempus à ſtatuto præfixum, nam tunc vltra laudemium ſolutum à primo emptore, eſt aliud quoque ſoluendum à retrahente, cum hæc ſit noua venditio. *Antonel. de tempore legal. lib. 3. cap.7. num.81. ex Burg. de Tiraq. quos allegat.*

4 Amp. 2. vt laudemium non debeatur pro executione contractus, *Angel. in l. ſi hominem ff. de vſucapion. Amad. de Ponte in tract. de laudem. qu. 37. col.3. in fi. verſ. & facit quod dicitur,* ex quo

5 infertur, quod emens rem feudalem, ſeu emphyteuticam cum pacto retrouendendi interueniente conſenſu domini, non cadit ſi ex inde abſque domini aſſenſu reuendat, quia videtur primum contractum exequi, cum conſenſus à principio præſtitus trahatur ad omnia executiua, vel etiam conſecutiua eiuſdem contractus, & Vaſſallus retrouendens vigore præcedentis promiſſionis nihil videtur de nouo facere, ſed iam factum, ſeu promiſſum implere, pro vt etiam pro acceſſorijs, & pro executione contractus ſolui non debet gabella, *Cran. in rub. ff. de legat. 1. numer. 20. & ſeq. ita Surd. dec. 305. num. 22.23. & 24. Caual. dec. 360. num. 5.*

6 Amp. 3. quod ex contractu conditionali non ſoluitur laudemium. *Amad. de Ponte in tract. de laudem. quæſt 39. in fin.* pro vt etiam de gabella *Ioſeph. Ludou. conſ.15. verſ. infertur octauo cum alijs per Surd. dec.305. num. 18. & 19. Antonel. de tempore legal. lib.3. cap.7. num. 61.*

7 Amp.4. vt laudemij exactio ceſſet, vbi contractus ab initio ſit nullus. *Caſtren. conſ.74. in prin. vol. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 2. num. 7. & de retract. conſangui. §.1. glo. 2. num 7. & de retract. conuent. §. 6. glo.2. num. 6. Anton Faber. de laudem. decad.1. error. 1. numer.1. Cald. de emphyt. lib 4. cap 6. num.10. in fi. & cap. 16. nu. 3. Amad. à Ponte de laudem q 39. numer.1. Surd. dec.122. num. 10. & plurib. ſequen. Rot. dec. 90. num.15. poſt Laberint. Creditor. Salgad. cum alijs quos allegat. Antonel. de tempor. legal. lib. 3. cap. 7. num.49.*

8 Amp. 5. vt laudemium non ſit ſoluendum, nec inueſtitura petenda ab eo, qui de conſenſu Rectoris fundum emphyteuticum ſubijcit, liberando alium fundum, & alium ſubrogando, cum eiſdem qualitatibus, *Megal. Squillacen. conſ. 89. per totum.*

9 Amp. 6. vt laudemio non ſoluto, res non cadit in commiſſum, pro vt cadit, ob non ſolutionem Canonis. *Amad. de Ponte de laudem. qu. 19. Surd. dec.31. num. 14.*

10 Amp. 7. vt neque debeatur laudemium ex impoſitione cenſus ſuper re emphyteutica, ex veriori, & crebriori calculo recepta, & communi vſu confirmata ſententia. *Fulgin. de iure emphyteut. tit. de laudem. q. 10. Solion. tract. eod. cellula 2. num 11. & in tit. de forma locand. ad long. tempus nu.8. Foller. ſuper Bulla B Pij V, de cenſib. verſ. huiuſmodi num. 61. Nald. in ſumm. in verb. emphyteuſis ſub num.9. Duard. in extrauag. B. Pij V, de cenſib. §.1. q. 10. ſub num. 11. latè Burg. in tract. de laudem. p.2. inſpect.20. à num.19. & ſeq. Caſſan. in conſuetud. Burgund. tit de cenſib. rub. 11. glo. 1. num.15. fol.1370. Sperel dec.120. num. 12. p.2. Seraph. dec.1250. num. 6.*

11 Contrarium docent *Corbul. de iure emphyteut. tit. de cauſ. priuat. ob alienat. irrequiſito domino ampliat.49. ſub num.7. ex mente Nauar. in tract. de vſur. glo 8. n 93. Tiraq. de retract. lignag. §.6. glo.1. n.5. & 6. Amed. in tract. de laudem qu. 41.* ea mori ratione, quia cenſus eſt onus reale, & ſequitur rem quocunque ierit. *Clem 1. de cenſib. & ibi glo plene Crauet. conſ.217. ſub n.4. verſ ſecundo modo, & n. 5.* ac proinde comprehenditur ſub diſpoſitione *l. fin. C. de iure emphyteut.* à qua prohibetur alienatio irrequiſito domino.

12 Sed iſta ratio parum releuat, quia per impoſitionem cenſus in re emphyteutica nulla ſequitur alienatio, vt locum habeat diſpoſitio *l. fin. C. de iure emphyteutico,* ſed ſolum conſtituitur quædam hypoteca, & ius ad fructus fundi cenſiti, quod ſpectat ſolum ad dominum vtilitatis, & non ad proprietarium, qui non habet, niſi ius ad canones. *Cornd. de contractibus quæſt. 74. & 75. Med. in tit. de reſt. cap de cenſib. col.5. Felician. de cenſib. cap.4. ſub nu.1. & ſeq. Cinc. de cenſib. p.1. c.2. q.3. art.1. & 2. Sperel. dec.120. n.14. 15. & 16. tom 2.*

13 Diſpoſitio quidem textus in *l. fin. C. de iure emphyteut.* quæ eſt pœnalis, & odioſa procedit ſolum quoad rei translationem, & prohibet vendi ius emphyteuticum, per obligationem autem, & pignorationem res non transfertur, ſed remanet in bonis obligantis, & non per hoc cauſa dominij mutatur, vt declarat *Saleſ in dicta l. fin. C de iur. emphyteut. Imol. in cap. potuit numer.15. verſ. in ea glo col.7. Bero. conſ.94. Corbul de emphyteuſ. tit. de cauſ. priuat. ob alien limit.35. num. 2. vbi ita dixiſſe Rot. in* Romana *domorum Sancti Rocchi coram Lancellotto. Surd. dec 100 numer.1. circa fin.*

14 Vnde quod bona emphyteutica poſſint obligari, & hypotecari ſine domini conſenſu, & abſque periculo caducitatis, ac iuris ſui priuationis cum in hoc diſpoſitio *l. fin. C. de iur. emphyteut.* nõ procedat tradunt communiter *Doctores per text. in l tutor. § fin. ff. de pignorat. actio. & in l. lex ff. de pignor. glo. in dicta l fin. in verb. vendere verſ. item ac pignorare Clar. in § emphyteuſis q 18. in fi. Spec. in tit. de locat. §. nunc aliqua in verſ. 122. Neguſ. de pignor. in 2. memb. 2. p. nu. 28. Redoan. in tract. de reb. Eccleſ. non alienan. tit. de caducit. ob rei alienat. verſ. emphyteuta quoque num.31. fol. 520. Gabr. in tit. de reg. iur. conclu. 12. n.17. & 18. Suarez.*

in

Digitized by Google

in ſuo Theſaur. recept. opin. in verbo emphyteuta num.105. Corbul. in tit. de cauſ. priuat ob alienat. limit. 33. num.1. Pacif. de ſaluian. inſpect 3. cap. 2. num. 25. & ſeq. Peregrin. de fideicom art 40. num.113. Mantic. de tacit. & ambig. lib.11. tit.4. num.24. & ſeq. Boer. dec. 181. num. 2. Surd dec. 173. num.12 Afflict. dec. 191. num. 3. Rot. deciſ. 425. num.6 & 7. p.1. diuerſ. dec.749. num.9. coram Buratto ibique Adden l.A. & dec. 25. num.8. poſt Pacif. de ſaluian.

15 Et quod emphyteuta Eccleſiæ poſſit etiam inſcio domino emphyteuſim hypothecare docēt *Salic. in l. fin. num. 0. C. de iur. emphyteut. Neguſ. in tract. de pignor. in 2. memb. 2. p num. 28. Grat. conſ.55. num.13. vol.1. Burſat. conſ 56. numer.1. vol.1. Bero. conſ.127. ſub nu.10. in fin. & n.101. vol.1. Corbul. in tit. de cauſ. priuat. ob alienat. ire requiſit. domino fact. limit.33 num.2. & 4 Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib 11. tit. 4. num. 25. Citiac. controuerſ. iur. 205. nu 220. Gratian. diſcept. 43. num.8. & 9. Merlin. de pignor lib. 2. tit.1. q.8. num 18. Pacif. de ſaluian. inſpect.3. cap. 2. num. 37. & 38.* vbi quia hoc non præiudicat Eccleſiæ, quia reſoluto iure obligantis, reſoluitur etiam ipſa hypoteca, quæ penitus euaneſcit reuertendo emphyteuſim ad dominum, *Rot. dec. 295. num 4. p.4 recen.* late *Surd. dec. 160. num. 13. vſque ad fin.*

16 Amp.8. vt laudemiū neq; debeatur, ſi per emphyteutam imponatur aliqua ſeruitus ſuper re emphyteutica, quia dicta impoſitio non eſt ſpecies alienationis, ſed tantum durat, quantum durat vtile dominium emphyteutæ, adeo vt illo reſoluto per reuerſionem bonorum ad dominum directum, reſoluitur ipſa quoque ſeruitus, vt ex *Carbul. tradit Sperel. dec.120. ſub num. 15. verſ. & tamen tom 2.*

17 Amp. 9. vt ſine emphyteuſi laudemium non debeatur. *Dec. conſ 138. num 5. Rot. deciſ. 168. num. 1. & 4. p. 2. diuerſ. & deciſ 128. numer. 1. p. 6. recen.*

18 Amp.10. vt ex conceſſione ad longum tempus puta locationis, & non ad emphyteuſim laudemium non ſoluitur ob illius alienationem. *Alex. conſ.23 n.7. lib 5 Burg de laudem. p.1. inſpect.5. nu. 17. & p.2. inſpect. vlt n.1. Menoch lib. præſumpt. 105. n.8. Antonel. de tempore legal. lib.3 cap.7 nu. 86. & conſ.444. num.10 & ex Boer. dec.234. Seraph dec. 88. ſub num.11. Rot dec.14. numer.2. p 6. recen.*

19 Et ſic in locatione in perpetuum non habet locum diſpoſitio textus in *l. fi. C. de iur emphyteut.* vt notat eleganter. *Alberic. in eadem lege verſ ſed nunquid hac lex Tiraquel de retract. lignag. §. 1. glo.14 nu.84.* ac proinde quod diſpoſita in contractu emphyteuſis non debent trahi ad contractum locationis perpetuæ, cum hi contractus, licet in multis conueniant, non tamen in omnibus, & per omnia ſunt ſimiles, & æquiparati. *Rot. dec.14. num.22. vſque ad 27. p. 6. recen.*

20 Lim. ſi locatio fuerit facta pro modica penſione, quia tunc nihilominus reputatur emphyteuſis, ſicuti ex magna, vel fructibus correſpondens locatio præſumitur. *Bald. in cap litera nu 5. verſ. modo ergo quæro de dilat. Iaſ. in l.1 nu.35. C. eod. tit. Neuiz. conſ.92. per tot. Barbat. in rub. de locat. nu.8. ad fin. Valaſch. de iure emphyteut q.12 num.9. Paul. de Rub in adnot. ad dec. 12 num. 55. lit.C. p.3. recen Theſaur deciſ. Pedem. 20. numer.5. Natta conſ.49. poſt numer.7. p.1. Carn conſ.285. num.9. lib 1. Bero. conſ 131. numer.7. lib.1. Burſat. conſ.255 num.2. Clar in §. emphyteuſis q.1 verſ & aduerte Surd. dec.198. num.1. & 2. Rot. dec.563 nu. 2. p.1. diuerſ. & dec.14. num 8. & 24. cum ſequen. p. 6. recen.*

21 Sublim. concluſionem quod cōtractus ex modicitate pretij præſumatur emphyteuticus procedere in dubio, quia ſi conſtet de inueſtitura, & de pactis emphyteuticis, ſcilicet, ſi fuerit reſeruatum ius ad laudemium, prælationis, prohibitio alienandi, tunc enim ſemper emphyteuticus reputatur contractus, licet penſio ſit magna, & fructibus correſpondeat, cum nullibi reperitur iure cautum, quod modica penſio requiratur de eſſentia emphyteuſis, vt aduertit *Valaſch. de iure emphyteut. q 1. num.8. Rol conſ.97. numer. 25. vol. 1. Natta conſ.49 numer.13. Mantic de tacit. & ambig. conuen. lib. 2. tit.8 ſub numer. 19. Fontanel de pact. nuptial. Cla.4 glo.18. num. 2. p.1 Surd deciſ. 198. num.23. circa fin. Paul de Rub. in adnot. ad dec.12. num.58. verſ. ſupradicta tamen p.3. recen.*

22 Amp.11. quod neq; debetur laudemiū quādo Pater rem emphyteuticam tradit filio pro legitima, vt ex *Cancer. var. reſol. p.1. cap 11. numer. 81. in fin. tradit Antonel. de tempore legali lib. 3. cap. 7. num 57.*

23 Amp. 12. quod in alienatione rei emphyteuticæ non debetur laudemium, niſi deuentum fuerit ad realem traditionem, cum tunc alienatio dicitur perfecta, adeo vt non ſufficiat traditio ficta mediante clauſula conſtituti, ſeu præcarij, cum huiuſmodi clauſulæ non operentur in rebus emphyteuticis, in quibus alius dominus recognoſcitur, ita ex *Rim. iun. conſ. 285. num. 13. & 14. tradit Burg. de Laudem. p.2. inſpect. 2. numer. 9. & ſeq. Cancer p. 1. var. reſol cap.12. num. 22. & ſeq. Antonel. de tempore legal. lib. 3. cap. 7. num. 62.*

24 Amp. 13. vt non debeatur laudemium ex vēditione commoditatis, ſeu fructuum rei emphyteuticæ, etiam ſi venditio eſſet ad vitam ipſius emphyteutæ, ſeu domini vtilitatis *Clar. in §. feudum q 31. verſ. ſucceſſiue quæro. Tiraq de retract. lignag. §.1. glo.7. num 47. Gratian. diſcept 43. nu. 3. Antonel. de tempore legal. lib. 3. cap 7. nu.55.*

25 *& plurib. ſequen vbi num.57.* ſubdit quod neq; ex venditione vſusfructus debetur laudemium.

26 Limit. procedere quando venditio concernit tantum fructuum commoditatem, & non tangit ipſam proprietatem, ſeu fundum emphyteuticū, ſecus verò ſi fructus cum ipſa re diſtrahantur vnico pretio, quia cum tunc fructus pendentes dicantur pars fundi *l. fructus pendentes ff. de rei vendic.* & ſub vnico pretio confundantur cum ipſa proprietate vtique debetur laudemium, ita ex *Boer. Burg. Guid. Pap. tradit Antonel. de tempore legal. lib. 3. cap.7. num 69. cum ſeq.*

27 Amp.14. quod laudemium, vt debeatur venditio debet eſſe perpetua, & irreuocabilis, ſecus ſi ſit ad modicum tempus *Burg. de laudem. p.2. inſpect 2. num 381. ad tradita per Cancer. par. 1. var. cap.11. num. 83. & ſeq. Antonel. de tempor.*

Digitized by Google

legal. lib.3. cap.7. numer. 75. & 76.

28 Amp. 15. vt non debeatur laudemium, quando emphyteuta reus condemnatus per Principem paſſus fuit confiſcationem, ſi poſtea reſtituatur, & gratiam conſequatur, quoad reintegrationem bonorum, quia tunc omnia redeunt ad primæuũ ſtatum perinde, ac ſi non fuerit facta mutatio perſonarum, *ita ex Prob. in addit. ad Monach. in c.1 nu.7. de in integ. reſtit. in 6. Boer. dec. 279. Burg. de laudem. p.2. inſpect. 19. num.3. tradit. Antonel. de tempor. legal. lib.3. cap.7. numer 82.*

29 Amp. 16. vt neque laudemium ſoluitur, quando ob lineam finitam fiat renouatio emphyteuſis in perſonam filiorum, ſeu proximiorum vltimi inueſtiti, cum hoc caſu non videatur noua acquiſitio, ſed continuatio antiqui dominii. *Doctores in l. cum hæres ff. de acquir. poſſeſ. & in l. nihil. C. pro hæred. Bald. in cap. quæ in Eccleſiarum num. 30. de conſtit. Dec. conſ. 330. numer. 2. Gratian. diſcept. 377. num 6. & ſeq. Antonel. de tempor. legal. lib.3. cap.7. num. 83.*

30 Sed contrarium crederem de iure verius, quia Dominus directus finita generatione bona emphyteutica deuoluta poſſit pro ſe retinere. *Abb. in cap. bonæ lib. 2. numer. 28. verſ. hoc dictum de poſtulat. Prælator. Ripa in l.1. num.9. & 10. ff. de priuileg. creditor. Curt. ſen. conſ.47. num.10. verſ. ſecus ſi vellet Calcan. conſ.8. numer.45. Rui. conſ. 152. numer. 3. vſque ad fin. lib. primo vbi contrariis reſpondet. copioſe Gozad. conſ 39. numer. 22. & 24. Clarus in §. emphyteuſis qu. 44. in fin. vbi de communi Caputaquen. dec.303. & ſeq p.1. Beniten. dec.109. Mantic. dec.6. num.6. & in Romana domorum 18. Februar. 1650. §. ſuffragari viſa non eſt coram Bichio*, & hæc ſententia tamquam magis Eccleſiæ fauorabilis ſequenda eſt, *ad text. in cap. vltim. de re iudic. l. ſunt perſonæ in fin. ff. de religioſ. & ſumpt. fun.*

31 Et in tantum tenetur Dominus ex æquitate agnatos, & proaimiores præferre, in quantum vellet extraneos inueſtire, ſecus ſi vellet pro ſe retinere, quia prima charitas incipit à *ſe ipſo cap. cum ſatis 87. diſt.* huiuſmodi autem æquitas non eſt retorquenda in odium, & damnum domini directi, ſed ad eius fauorem, cum nemn de proprio teneatur alteri beneficium facere, vt docent ſupracitati Doctores, & comprobat *Trentacin. var. reſol. lib.3. tit. 8. reſol. 5. num. 7. Mareſcot. var. reſol. lib.1. cap.2. num.11. & 12. Caldaſ. de emphyteut. conclu. 8. num.5. Fulgin. tract. eod. tit. de renouat. quæſt.1. numer. 69. Rot. deciſ. 501. numer. 17. par. 5. tom. 2. recen. & deciſ. 29. numer. 2. & 3. poſt Laberint. creditor. Salgad. & dec.145. & 243. vtrobique n.1. coram Dunozet. & in Romana domorum 15. Decembr. 1649. §. non obſtat quod Io. coram Bichio, per doctrinam Bart. communiter receptam in l. 1. §. permittitur ff. de aqua. quot. & æſt.*

32 Propterea ſi Dominus directus renouando inueſtituram ad fauorem agnatorum vltimi emphyteutæ priuatur commodo retentionis, ad ſui vtilitatem, & laudemij, ſi extraneos admitteret, nulla ratio ſuadet, vt ſuum ius deterius efficiatur in non recipiendo laudemium à dictis proximioribus, qui recipiunt commodum nouæ inueſtituræ, & prima opinio forſan ſibi locum vendicare poteſt, quando res ſit renouari ſolita, attenta ſpeciali conſuetudine renouandi etiam in caſu, in quo Dominus vellet pro ſe retinere, *Hond. conſ. 51. numer. 41. & pluribus ſequen. lib. 1. Rot. in Romana domorum 15. Decembr. 1649. §. non obſtat in fin. coram Bichio*,

Præcipuè ſi deuolutio euenerit culpa emphyteutæ, nam tunc penitus ceſſat æquitas renouandi proximioribus, ac proinde tenentur ſoluere laudemium, *vt ex Felin. Surd. Veral. & aliis animaduertit Paul. de Rub. in adnot. ad deciſ. 12. numer. 54. p. 3. recen.*

33 Amp. 17. vt non ſit ſoluendum laudemium, quando Monaſterium ſuccedit emphyteutæ in Religionem ingreſſi, quia tali caſu ex perſona Religioſi emphyteuſis quæritur Monaſterio, non ex facto ipſius emphyteutę, ſed ex miniſterio legis. *Authen. ingreſſi C. de ſacroſanct. Eccleſ.* in nihilo refragante diſpoſitione textus in *l. fi. C de iur. emphyteut.* concedẽtis Domino directo quinquageſimam partem pretij ex cauſa venditionis, cum procedat in alienatione hominis, non autem alienatione legali, & ſic in alienatione voluntaria, & non in neceſſaria *Corbul. de cauſ. priuat. ob mortem ciuil. num.11. Simoncel. in tract. de decret. lib.3. tit.8. inſpect.14. num.98. Roman. conſ.194. num.6. Nat. conſ 173. num 1. Burg. de laudem. p. 2. inſpect. 55. per tot. Antonel. de tempor. legal. lib.3. cap.7. num. 84. & 85.*

34 Emphyteuſis enim non reuertitur ad Eccleſiã, vel ad Dominum directum, nec linea ad effectũ deuolutionis poteſt dici finita, ſi adhuc ſupereſt Religioſus, vel Monialis deſcendens ex vltimo, qui deceſſit, qua exiſtente declarari non poteſt fuiſſe factum locum deuolutioni ob lineam finitam, cum ſaltem eius vita durante commoditas bonorum remaneat penes Monaſterium, *Bald. in cap. poſt ceſſionem num.14. de probat. Ancar. conſ 420. num 1. & 2. Burſat. conſ. 60. num. 34. Sanchez. in præcept. Decalog tom.2. lib.7. cap. 15. num. 34.* tanto magis quando Monaſterium eſt capax retinendi bona prout exceptis Capuccinis, & Minoribus de Obſeruantia ſtatuit *Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap 3.*

35 Limit. procedere in emphyteuſi priuatorum. *Iaſ. in l.2. num. 400. C. de iur. emphyteut.* ſecus in emphyteuſi Eccleſiaſtica, niſi eſſet conceſſa etiam pro extraneis, & cum ſolemnitatibus requiſitis. *Bald in Auth. ingreſſi in 2. lectura nu. 37. verſ. quæro ergo C. de ſacroſanct. Eccleſ. Corbul. de emphyteuſ. tit. de cauſ priuat. ob mortem ciuil. numer.6. cum plurib. ſequen. Rot. dec. 394. num.5. coram Buratto, dec.261. num.7. p.1. recen. & dec.79. num. 8. & 9. poſt Laberint. creditor. Salgad.*

36 Siquidem quando emphyteuſis Eccleſiaſtica non eſt tranſitoria ad extraneos, cum deficiant ſolemnitates requiſitæ, & beneplacitum Apoſtolicum, licet Monaſterium eſſet capax retentionis bonorum in communi, nihilominus huiuſmodi bona à Monaſterio ex perſona Religioſi, vel Monialis deſcendentis prætendi, nec minus retineri poſſunt, etiam pro ſola fructuum commoditate, durante vita Religioſi, vel Religioſæ, ita ſecundum veriorem, & communiorem ſententiam firmat *Odofred. in Auth. ingreſſi ſub n.10.*

C. de

Google

C. de ſacroſanct. Eccleſ. ibique Albtric. & Caſtr. num. 34. Burſat. conſ. 199. à num. 8. vſque ad fin. lib. 2. Corbul. in tit. de cauſ. priuat. ob mortem ciuil. ſub num. 4. verſ. Burſat. tamen. Fulgin. de iure emphyteut. tit. de ſucceſ. in bon. emphyteut. qu. 14. num. 8. verſ. licet Rot. in Bononien. bonorum 7. Iunij 1647. § nec releuat coram Meltio, & 27. Martij 1648 coram Veroſpio, quas refert, & ſequitur Rot. dec. 79. num. 10. poſt Laberint. creditor. Salgad.

37 Quinimo hoc caſu linea dicitur finita, & Monachus, vel Monialis habentur perinde, ac ſi naturaliter eſſent mortui, cum mors ciuilis ob emiſſam profeſſionem, æquiparetur naturali, attento quod Monaſterium non poſſit bona retinere, nec minus durante vita Religioſi pro ſola fructuum commoditate ob reſiſtentiam naturæ emphyteuſis Eccleſiaſticæ, non tranſitoriæ ad extraneos, vt tradunt communiter *Doctores in cap. in præſentia de probat. Alex. con. 13. num. 1. lib. 3. Pariſ. conſ. 65. num. 7. lib. 2. Corbul. Fulgin. de iure emphyteut. tit. de ſucceſ. qu. 14. num. 8. Burſat. conſ. 199. numer. 8. Corbul. in tit. de cauſ. priuat. ob mortem ciuil. num. 1.* Rot. *dec. 79. num. 15. poſt Laberint. creditor. Salgad.* repetita in *recen. dec. 209. num. 12. & 13. p. 10. & nouiſſimè D. de Luca in ſuo Theat. verit. tom 4. tit. de emphyteuſ. diſ. 27. num. 5.*

38 Emphyteuſis autem, nec per contractum, nec per vltimam voluntatem alienari, aut relinqui poteſt in Eccleſiam, quæ circa huiuſmodi acquiſitionem reputatur inter perſonas prohibitas, cum Eccleſia nunquam moriatur, & dicatur manus mortua. *cap. 1. de alienat. feud. & ibi Aſflict. num. 4. & 5. glo. in cap potuit in verbo prohibetur, & ibi Abb. num. 10. Imol. num. 25. extra de locat. Burſ. conſ. 199. num 42. verſ. tertio Adden. ad Gregor. XV. dec. 520. num. 11. & 14. Vrgellen. dec. 334. Rot. dec. 603. per tot. p. 1. dec. 211. num. 20. p. 6. recen. dec. 78. num. 23. poſt Laberint. creditor. Salgad. & in* Romana *deuolutionis domus 4. Decembris 1651. §. ex quibus probata coram Bichio.*

39 Quod procedit etiam ſi alia Eccleſia eſſet Domina directa æque potens. *Beltram in addit. ad Gregor. XV. deciſ. 510. num. 14. verſ. ampliatur præallegata concluſio, & dixit* Rot. *dec. 529. num. 15. coram eod. Gregor. XV.*

40 Hinc, eſt quod ex hoc capite reſultet clara, & indubitabilis deuolutio. non ſolum attenta iuris communis diſpoſitione *cap. 1. de alienat feud.* verum etiam ſi concurrat prouiſio hominis, ſeu cõtrahentium prohibitio, vt plenè firmat *Rot. dec. 211. num. 22. & ſeq. p 6. recen. dec. 78. num. 23. dec. 79. num. 14. poſt Laberint. creditor. Salgad in Bononien. bonorum emphyteuticorum 7. Iunij 1647. §. fin. coram Meltio & 27. Maij 1648. coram Veroſpio, & in Romana deuolutionis domus 4. Decembr. 1651. §. ex quibus probata coram Bichio.*

41 Lim. non procedere quando emphyteuſis ſit tranſitoria ad quoſcunque hæredes extraneos, quia tunc Eccleſia efficitur capax illius acquiſitionis. *Rot. dec. 261. num. 7. dec. 280. numer. 3. iunctis antecedentibus p. 1. in recen Adden. ad Gregor. XV. dec. 520. num. 14. verſ. limit. 1. cum alijs per Gratian. diſcept. 481. num. 16. & 17.*

42 Limit. 2. non procedere, quando Eccleſia non vult pro ſe retinere, ſed parata eſt vendere perſonæ priuatæ, nam hoc caſu, ſi non eſt capax ad effectum retinendi, redditur capax ad effectum vendendi, & pretium conſequendi, nam tunc ceſſat ratio manus mortuæ, ſeu ſpei non reuerſionis, & amiſſionis laudemij iuxta doctrinam *Speculator. in tit. de locat. §. nunc aliqua qu. 117. ſecutam per* Rot. *dec. 261. ſub numer. 7. p. 1. recen. latè Adden. ad Gregor. XV. dec. 520. nu 14. verſ. limit. 2. Adden. ad Burat dec. 447. numer. 9. verſ. contrarium tamen. Marſil. dec. 128. numer. 18. & vlterius firmauit Rot. in Mediolanen. prætenſæ deuolutionis 11. Februarij 1650. §. eoque magis verſ. ſecunda au coram Meltio.*

43 Sublim. non procedere ſi vltra prohibitionem legis, concurrat prohibitio hominis, ſeu pactum expreſſum in contractu, & inueſtitura, nam tunc Ius, virtus, & pactionis efficacia reſiſtunt principio acquiſitionis, adeo vt Eccleſia, & alia loca incapacia, nec etiam poſſunt acquirere ad effectum vendendi, & æſtimationem conſequendi. *latè Aldombrandin. conſ. 40. numer. 9. lib. 1. Burſa. conſ. 199. num. 48. lib. 2. Cagnol. 48. num. 9. & ſeq. lib. 1. Gregor XV. dec. 529. num. 10. Merlin. dec. 583. num. 31. repetita in recen. deciſ. 211. numer. 11. cum pluriq. ſequen. p. 6. dec. 78. num. 26. & dec. 79. num. 12 & 25.* vbi quod ſatis ſit hoc pactum appoſitum fuiſſe in primis inueſtituris, nam cenſetur perinde, ac ſi fuiſſet, repetitum in ſubſequentibus, cum à primis formam, & naturam, recipiunt, & regulantur *ita nouiſſimè D. de Luca in ſuo Theatro veritatis tom. 4. tit. de emphyteuſi diſ. 47. num. 3. & 4.* Rot. *dec. 78. num. 25. & 26. poſt Laberint. Creditor. Salgad.*

44 Et cum de iure communi prohibita ſit tranſlatio emphyteuſis in potentiorem, ſeu in Eccleſiam, & ad manus mortuas, ſi de facto translatio fiat, vel alia diſpoſitio, tunc remanet omnino nulla, & inefficax, vt neque operari poſſit beneficium æſtimationis recipiendæ loco ipſius emphyteuſis, quia alias non eſſet omnino nulla, *ita Soccin. iun. conſ. 74. num. 17. lib. 1.* Ruin. *iun. conſ. 454. num. 10. & 11.* Burſat. *conſ. 199. nu. 42. verſ. 3. hac lib. 2. Cagnol. conſ. 48 numer. 9. & 10. Rot. dec. 583. numer. 32. coram Merlino.*

45 Doctrina verò *Speculatoris* ſibi locum tantum vindicare poteſt reſpectu vocatorum, vel hæredis, qui vt adimpleant voluntatem teſtatoris diſponentis de emphyteuſi Eccleſiaſtica in fauorem alterius Eccleſiæ, tenentur tradere eidem Eccleſiæ tantundem de bonis allodialibus, vel rei emphyteuticæ relictæ, æſtimationem conſignare, vel permittere, vt vendatur, & pretium tradendi ad eiuſdem commodum; ſed in præiudicium Eccleſiæ vti dominæ directæ approbari non debet doctrina *Speculatoris*, cum priuari nequeat acquiſitione, quam eſſecuta eſt per mortem diſponentis, non ſuperſtite alia perſona comprehenſa, & capaci. *latè Burſat conſ. 199. num. 43. verſ 5. materia num. 44. verſ 2. negatur num. 45. 46. & 48.* Rot. *dec. 268. num. 4. p. 1. recen.* & hoc maximè retinendum eſſe in emphyteuſi Eccleſiaſtica, quid quid ſit in emphyteuſi laicali dixit inſuper *Rot. dec. 533. num. 33. & ſeq. coram Merlino.*

46 Quod præcipuè procedit in terminis Bonifa-

ɀianæ propter verba prægnantiſſima illius conſtitutionis prohibentia alienationem in perſonas prohibitas, *Adden. ad Gregor. XV. deciſ. 520. num. 14. circa fin. verſ. licet aliter ſit dicendum, vbi ita dixiſſe Rot. in Ferrarien. honorum, coram Rembolda.*

47 Sublim. ſublimitationem, vt procedat inuito Domino, ſeu Eccleſia directa Domina, ſecus domino directo volente, *Menoch. conſ. 216. num. 43. Surd conſ. 121. num. 10. verſ. quarto reſpondeo adden. ad Gregor. XV. deciſ. 520. nu. 14. in fin.*

48 Sublim. 2. ſi Eccleſia, vel Confraternitas ex particulari indulto à Pontifice obtento, effecta fuerit capax acquiſitionis, & retentionis bonorum, Emphyteuticorum, & feudalium, etiam Eccleſiaſticorum, ſi tum cauſa mortis, tum inter viuos dentur, tradantur, donentur, ſiue relinquantur, vt in terminis *indulti Leonis X.* conceſſi ad fauorem Archiconfraternitatis Charitatis, cum conditione, vt teneatur ad eadem onera, ad quæ tenebatur eius auctor dixit Rot *deciſ. 520. num. 12. coram Gregor. XV.*

SVMMARIVM.

1 Laudemium non debetur quando inter comprehenſos eſt locus iuri accreſcendi.
2 Ius accreſcendi regulariter non habet locum in contractibus.
3 Ius accreſcendi habet locum in Emphyteuſi paterna pro ſe, & filijs.
4 Habet locum ſi emphyteuſis ab vno, & non à pluribus acquiſita fuerit.
5 Ius accreſcendi intrat, quando conceſſio eſt facta duobus inſolidum.
6 Emphyteuſis conceſſa duobus, vel pluribus fratribus pro ſe ipſis, & quilibet ipſorum cenſetur inſolidum vt portio vnius accreſcat ali nu. 7.
Dictio quilibet tribuit vnicuique actum inſolidum ibidem.
8 Emphyteuſis conceſſa duobus regulariter intelligitur pro virili.
9 Emphyteuſis conceſſa duobus pro ſe filijs, & nepotibus, vno defuncto, eius portio non accreſcit ali, ſed reuertitur ad concedentem. Amp. vt num. 10.
10 Ius accreſcendi non inducitur ſtante verbo cuiuſcunque.
Dictio quiſque eſt collectiua, & non diſtributiua ibidem.
11 Ius accreſcendi habet locum ſi conceſſio facta ſit per verbum diſtributiuum tribuens actum in ſolidum. Declara vt nu. 12.
13 Ius accreſcendi habet locum, ſi conuentum fuit quod res ad Dominum non reuertatur, niſi poſt mortem omnium.
14 Amp. etiam ſi non fuerit adiectum verbum omnium.
15 Emphyteuſis conceſſa pro ipſis, eorum filiis, & nepotibus cum pacto, vt vnus alteri ſuccedat finita vnius generatione ad dominum non reuertitur.
16 Ius accreſcendi inducitur per pactum quod res tranſeat de vno in alium.
17 Item inducitur ſtante clauſula, quod pars præmorientis ad ſuperſtitem deueniat nu. 18.
19 Habet locum ſi emphyteuſis conceſſa ſit ex titulo oneroſo, vel ex quaſi lucratiua nu. 20. ſecus ſi ex mera cauſa lucratiua nu. 21.
22 Habet locum ſi res concedatur Titio, & eius fratri abſenti, ſi non ratificauerit.
23 Si habebat locum in prima conceſſione, debet etiam habere locum in eius renouatione nu. 24. Lim. vt num. 24.
25 Inueſtitura de nouo extraneis facta de re deuoluta non regulatur ſecundum primam.
26 Dicitur noua ſi emanauerit poſt latam ſententiam ſuper deuolution.
27 Ita etiam ſi ſit adiecta aliqua noua qualitas.
28 Secunda inueſtitura intelligitur facta ſecundum primam, niſi mutatio fiat de conſenſu partium.
29 Ius accreſcendi habet locum in contractu vltro citroque obligatorio.
30 Emphyteuſis ob canonis ſolutionem ab vno non factam cadit in commiſſum quo ad alios non culpabiles contrarium num 32.
31 Emphyteuſis cadit in commiſſum pro parte alienata, ſecus pro alia non alienata.

An in Emphyteuſi habeat locum ius accreſcendi, ad effectum laudemium conſequendi.

ADNOTATIO III.

1 LAudemium non debetur quando eſt locus iuri accreſcendi inter comprehenſos in inueſtitura, *Gab. conſ. 84. num. 6. lib. 1. Gratian. diſcept. forenſ cap. 36. num. 5. tom. 1. Antonel de tempore legal. lib. 2. cap. 7. num. 10.*

2 Et quamuis ius accreſcendi regulariter non habeat locum in contractibus, *Dec. conſ. 236. poſt prin. Alciat conſ. 16. num. 3. Bart. in l. ſi mihi, & Titio num. 4. ff de verb. oblig. Clar. §. emphyteuſis q. 33. Corbul in tit. de cauſ. priuat. ob lineam finit. ſub num. 83. circa med. fo. mihi 136.*

3 In emphyteuſi tamen paterna habet locum ius accreſcendi, ſcilicet ſi conceſſa fuerit Patri recipienti prò se, & filijs, vel deſcendentibus, nam tunc ſi vnus ex filijs, ſine hærede decedat eius portio alijs accreſcit. *Bart in l. ſi mihi, & Titio num. 5. ff. de verb oblig. & conſ. 58. num 2. & ſeq. lib. 1. quem ſequuntur communiter DD. vt teſtatur Clar. in §. emphyteuſis q. 39. verſ. pone ergo. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib 22. tit. 14. num. 19. & ſeq. Antonel. de tempore legal. lib. 3. cap. 7. num. 31. & ſeq.*

4 Amp. vt ius accreſcendi habeat locum inter comprehenſos, quando emphyteuſis à principio fuit ab vno tantum, & non a pluribus acquiſita. *Clar. in §. emphyteuſis qu. 39. verſ. ſcias tamen. Rot. deciſ. 152. num. 3. p. 2. deciſ. 170. num. 9. p. 5. tom. 1. recen.*

5 Amp. 2. vt generaliter quando conceſſio eſt facta duobus inſolidum intret ius accreſcendi. *Bald. in cap. 1. §. filia in fin de ſucceſ. feud. & in l. vnica num 36. C. quando non petentium partes Alex. in l. ſi mihi, & Titio num. 18. verſ. quid enim ſi dicatur ff de verb. oblig. & in conſ. 30. num. 8. verſ pondera verbum & num. ſeq. lib. 1. Dec. conſ. 326. Soc. conſ. 50. lib. 1. Menoch. conſ. 404. num. 2. verſ. vrgere videtur Rot. deciſ. 176. num 8. p. 5. tom. 1. recen.*

6 Amp. 3. vt emphyteuſis conceſſa duobus, vel pluribus fratribus pro ſe ipſis, & quilibet ipſorum, eorumque filijs cenſetur inſolidum, cum dictio quilibet tribuat vnicuique actum in-

Digitized by Google

inſolidum, *l. hoc articulo ff. de hered. inſtit. l. ſi pluribus, & ibi glo. ff. de legat. 2.* propterea per mortem aliorum fratrum tota emphyteuſis conualidatur in perſona ſuperſtitis per ius accreſcendi. *Alciat. in l. ſi mihi, & Titio nu. 27. ff. de verb. oblig. ibi Alex. num. 18. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 22. tit. 34. num. 28. Antonel. de tempore legal. lib. 3. cap. 7. num. 38. Fulgin. de iure emphyteut. qu. 34. num. 12. Rot. deciſ. 415. num. 1. & 13. p. 4. tom. 2. deciſ. 176. num. 6. & 7. p. 5. tom. 1. recen.*

7 Adeo vt portiones fratrum prædefunctorum ius, nomen, & effectum eorum portionis perdant, & amittant, & tota emphyteuſis confunditur, cum portione perſonæ ſuperſtitis. ex natura finis, ſeu deriuationis in alium. *l. ſed ſi plures 10. §. filio impuberi ff. de vulgar. & pupillar. Merlin. deciſ. 126. num. 14 & 16. & deciſ. 390. num 34. & 28.*

8 Regulariter verò loquendo emphyteuſis cõceſſa duobus intelligitur conceſſa pro virili, ita vt non ſit locus iuri accreſcendi, *cap. 1. de duobus fratribus, Bart. in l. ſi mihi, & Titio & ibi Imol num. 3. Alex. num. 11 ff. de verbor. oblig. Rot. deciſ. 176. num. 5. p. 5. tom. 1. recen.*

9 Vnde ſi à principio emphyteuſis conceſſa ſit pluribus veluti duobus, aut tribus fratribus, pro ſe, filijs, & nepotibus, tunc enim vno defuncto abſque filijs eius portio non accreſcit fratri ſuperſtiti, ſed reuertitur ad concedentem, *Bart. in dicta l. ſi mihi. & Titio num. 4. ff. de verb. oblig Clar. in §. emphyteuſis qu. 30.* quia vnuſquiſque pro parte ſua intelligitur hoc caſu recepiſſe, *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 3. num. 23. Antonel. de tempore legal lib. 3. cap 7. num. 37. Dec. conſ 58. num 1. Ruin. conſ. 47. num. 37 volum. 1. Soc. conſ. 50. in prin. vol 1. Ruin conſ. 47. num. 4. vol 1 Alciat. conſ. 30. Carn. conſ. 285. num. 6. & ſeq. vol. 3. Gabr. conſ. 87. num. 1. Cephal. conſ 345. num 4. & ſeq. volum. 2. Bero. conſ. 119 num 4 Corbul de emphyteuſ. tit. de cauſ. priuat. ob lineam finit. num 83 fo. mihi 136.*

10 Amp. 4. procedere etiam ſi emphyteuſis fuerit conceſſa duobus prò ſe, & cuiuſcunque eorum filijs, & nepotibus, vſque in eorum, & cuiuſcunque tertiam generationem, nam propter illud verbum cuiuſcunque non inducitur ius accreſcendi, cum verbum quiſque non ſit diſtributiuum, ſed collectiuum, quod non tribuit cuique actum inſolidum, & ſic vno ex ſtipulatoribus mortuo, eiuſque generatione finita, eius pars redit ad Eccleſiam. ſeu ad dominum directum. *Gabr. conſ. 87. per tot Alex. conſ. 17. num. 17. vol. 5. cum alijs per Corbul. de cauſ priuat. ob lineam finitam nu. 85. fo. 137. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib 22. tit. 34. num. 30. & 31. Antonel. de tempore legal. lib. 3. cap. 7 num. 38. verſ. niſi emphyteuſis.*

11 Amplia 5. Quod generaliter loquendo ſit locus iuri accreſcendi ſi conceſſio facta ſit per verbum diſtributiuum attribuens actum vnicuique inſolidum, vt ſi res fuerit conceſſa duobus, & vtriuſque eorum filijs, *Corn. conſ. 165. num. 3. & ſeq. vol. 2. Corbul. de emphyteuſ. tit. de cauſ. priuat. ob lineam finit. nu. 87. fo. 138.*

12 Quod procedit ſi dictio diſtributiua ſit appoſita ipſis fratribus ſtipulantibus puta; Titio, & Sempronio prò ipſis, & quolibet ipſorum, ſecus autem ſi diſtributiua eſſet appoſita in perſonam filiorum, nempe, ſi dictum fuerit concedo Titio, & Sempronio pro cuiuſlibet eorum filijs, & deſcendentibus, nam tunc vno decedente emphyteuſis redit ad dominum, non autem ad alium primũ receptorem. *Bellon conſ. 20. num 4 Gabr. conſ. 87. ſub num. 3. lib. Cephal. conſ 345. num. 19. vol. 3. cum alijs per Corbul. de emphyteu. tit de cau. priuat. ob lineam finitam num 88. fo. 138.*

13 Amplia 6. Vt emphyteuſis duobus, aut pluribus conceſſa morte vnius, aut vnius generatione finita, ad Dominum non reuertitur, ſi conuentum fuerit, quod poſt mortem omnium ad Dominum reuertatur, vel poſt mortem eorum, & filiorum vocatorum, nam hæc verba actum eſſe arguunt, vt res donec quiſque vixerit, non reuertatur, & inducitur ius accreſcendi. *Specul in tit. de locato §. nunc aliqua num 183 quæſt. 155. Rom. conſ 19 Bald conſ. 325. in antiq vol. 1. Gabr conſ 37. in fin. & conſ. 88. num. 6. Caſtr conſ 46. num. 1. vol. 2 Rum. conſ. 43. num. 11. & conſ. 45. num. 8. vol 1. Bern. qu. 85. num 2. Clar. in §. emphyteuſis qu. 31. verſ. vltimo Corbul. de cauſ. priuat. ob lineam finitam nu. 89. fo. 138. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 22. tit. 34. num. 24. verſ porro Antonel. de tempor. legal. lib. 3. cap. 7. ſub num. 37. verſ. niſi fortè.*

14 Quamuis ſatis eſſet ad hunc effectum ſi fuerit dictum, quod poſt mortem ipſorum emphyteuſis ad concedentem reuertatur, etiam ſi non fuerit adiectum verbum omnium, ſecundum veriorem, & magis receptam ſententiam, vt teſtatur *Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua num. 89. Gabr. conſ 66. num. 14 & ſeq. lib. 2. Curt. iun. de feud. p. 2. ad fin num. 75. Houd. conſ. 54. num. 26. lib. 1. Gratian. diſcept 451. num. 4. & ſeq. Antonel. de tempor. legal. lib. 3. cap. 7. num. 37. verſ quamuis ſatis eſſet.*

15 Ampl. 7. ſi emphyteuſis conceſſa fuerit duobus pro ipſis, & eorum filijs, & nepotibus, cum pacto vt vnus alteri ſuccedat, nam tunc vnius generatione finita ad dominum non reuertitur. *ca. 1. §. cum vero de ijs. quæ feud. dari poſſ. cap. 1 verſ. pactum fuerit de feud Mandoſ. in addit. ad conſ. Roman. 315. in Apoſt. magna verſ limita vt non procedat quos refert, & ſeq. Corbul in tit. de cauſ. priuat ob lineam finit. nu. 90. & 91.* ſubdit idem eſſe ſi fuerit facta con-
16 ceſſio cum pacto quod res tranſeat de vno in alium, cum per tale pactum inducatur ius accreſcendi.

17 Ampl. 8. quod item locus eſt iuri accreſcendi, ſi in conceſſione adiecta fuerit clauſula, quod pars præmorientis ad ſuperſtitem deueniat, & accreſcat. *Federic. de Sen. conſ 228. Antonel. conſ. 418. Ruin. conſ. 154. num. 9. vol. 1. Bald. conſ. 465. vol. 5 Bern conſ. 109. num. 22. vol. 1. Gabr. conſ. 99. num. 13. & ſeq. Natta conſ. 352. num. 25 Dec. conſ. 239. numer. 8. verſ. ſeptuageſimo quæritur* Speculat. *§. tunc aliqua tit. de locat. verſ. 70. Corbul. de cauſ. priuat*

ob

Digitized by Google

ob lineam finitam num. 92. *cum ſeq. vbi num.*94. *verſ. ceterum ego,* cõprobat contra *Speculat. loco cit. q.*151.*n.*179. quod ſi ſit facta conceſſio prò
18 medietate duobus, & pro alia medietate duobus alijs, cum clauſula quod pars pręmorientis, ſeu præmorientiũ ad alios ſuperſtites deueniat, & accreſcat, habeat locum ius accreſcendi inter omnes nominatos, ita vt deficiente linea vnius partis medietatis deuoluatur ad aliam partem, non obſtante quod hoc pactum videatur referri ſolum ad re, & verbis coniunctos, & non æqualiter ad omnes, & ſic ſolùm inducatur, ius accreſcendi inter inueſtitos prò medietate.

19 Ampl. 9. vt ſit etiam locus iuri accreſcendi ſi emphyteuſis pluribus conceſſa fuerit ex cauſa onerosa, vt ſi à principio ſoluta fuerit certa pecuniæ quantitas vltra annuam penſionem conuentam, cum præſumendum ſit ſtante huiuſmodi onere, quod partes voluerint ſibi inuicem proſpicere, ita vt deficiente vno bona emphyteutica deuoluantur ad alium comprehenſum, non autem ad concedentem, donec ſupereſt aliquis acquirens, & de tertia generatione alterius eorum, *Bero. conſ.* 109. *num.* 22. *lib.* 1. *Houd. conſ.* 54. *numer.* 29. *ad fin. lib.* 1. *Bart. in l. ſi mihi, & Titio ſub nu.*4. *verſ. quandoque conceditur de verb. oblig. ibique Caſtr. ſub num.* 3. *Iaſ. num.*11. *verſ. ſecundus caſus, Alex. num.* 13. *verſ. ſi autem conceditur & in conſ.* 24. *num.* 6. *vol* 5. *Gratian. diſcept.* 451. *num.* 10. & 11. *Antonel. de tempore legal. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 37. *verſ. vbi etiam dicit.* Vbi ampliant, licet
20 cauſa non eſſet merè onerosa, ſed quaſi lucratiua, cum de ea idem ſit dicendum, quod de onerosa, ex *Decian. in conſ.* 37. *num.* 4. & 5. *lib.* 2.

21 Sublim. quando conceſſio emanauerit ex mera cauſa lucratiua, nam tunc excluditur ius accreſcendi, *Salicet. in l. vnica numer.* 20. *C. quando non petent. partes Corbul. in tit. de cauſ. priuat. ob lineam finit. nu.* 104

22 Amp. 10. vt etiam ſit locus iuri accreſcendi ſi emphyteuſis concedatur Titio ſtipulanti pro ſe & filijs, & nomine fratris abſentis, qui ſi ratum non habeat, eius pars remanet apud fratrem ſtipulantem ſub omnibus conditionibus, & qualitatibus, quæ cohærebant ipſi fratri. *Bart. in l. fundum num.* 3. *ff. de action. empt. Salic. in l. vnica num* 20. *C. quando non peten. part. Bal. in Auth. ſi quas ruinas ſub num.*7. *verſ. nunc redeo C. de ſacroſant. Eccleſ. Corbul. de emphyteuſ. tit. de cauſ. priuat ob lineam finit. num.* 105. & 106. & 107. vbi quod poſt factam ratificationem a fratre ceſſat ius accreſcendi.

23 Amp. 11. quod in emphyteuſi conceſſa duobus, aut pluribus fratribus, ſicuti erat locus iuri accreſcendi inter filios, & nepotes ipſius Patris receptoris in prima inueſtitura, *Bart. in l. ſi mihi, & Titio num.*5. *ff de verbor. oblig. & ibid. Alex. num.* 15. *Iaſ. num.* 12. *Paul. de Caſtr. nu.*3. *Bero. qu.*70. *num.*1. *vbi de communi* Ripa *conſ* 48. *num.*7. *vol.* 1. Bald. *conſ.* 281. *vol.*3. *Ruin. conſ.* 48. *num.* 7. *vol.* 1. *Caſtr. conſ.*86. *num.* 9. *vol.* 1.

24 Ita eſt locus iuri accreſcendi in eadem emphyteuſi pluribus de nouo conceſſa, quia ſecunda inueſtitura intelligitur facta ſecundum naturam primæ, & primi contractus, *Bar. in l. ſi mihi & Titio num.*7. *de verb oblig. vbi Alex. num.*7. *Iaſ ſub num.*12. *verſ.*3. *quaritur. Dec. conſ.*53. *num.*1. & *late conſ.*263. *num.* 2. *Bero conſ.* 109. *num.* 24. *vol.* 1. *Alciat conſ.*16. *num* 4. *Io. Baptiſt. ſer. conſ.*356. *num.*6. *vol.*2. *Clar. in* §. *emphyteuſi qu.*33. *verſ. pone ergo cum alijs per Corbul. in tit de cauſ. priuat. ob lineam finitam num.* 96.

25 Lim. non procedere vbi adeſt noua inueſtitura extraneis perſonis facta, vel ex mera liberalitate directi domini, cui bona erant deuoluta, nam tunc nulla habetur ratio qualitatum expreſſarum in antiquis inueſtituris, ſed ſolum ex integro attenditur noua, & iuxta eius naturam regulari debet. *Dec. conſ.*15. *num.* 11. *lib.* 1. *Surd. conſ.*140. *nu.*48. *vt dixit Rot. deciſ.*603. *nu.* 4. *p* 1. *recen.*

26 Lim. 2. quando ſecunda inueſtitura emanauerit poſt latam ſententiam ſuper deuolutione primæ conceſſionis, quia tunc dicitur noua, nec regulatur iuxta formam antiquarum. *Corbul. in tit. de cauſ priuat. ob lineam finitam numer.* 102.

27 Lim. 3. quando in noua conceſſione, & inueſtitura facta duobus fratribus de emphyteuſi paterna eſſet adiecta aliqua noua qualitas, ſeu noua forma, vel Clauſula, vel conuentio, quæ in prima non continebatur. *Bero conſ.* 112 *ſub num.*1. *verſ. verum his non obſtantibus vol.* 1. *Coſt. conſ.* 222. *per doctrinam Bal. in cap. imperialem* §. *inſuper de probib. feud. alien. Alex. in l. ſi mihi, & Titio num* 17. *de verb. oblig. Corbul. de cauſ priuat. ob lineam finit. num.* 100. *Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib.* 22. *tit.*34 *num.* 37. *in fi. Antonel. de tempore legal. lib.* 3. *cap.* 7. *nu.*39.

28 Sublim. procedere ſi in ſecunda inueſtitura fuerit dictum expreſsè mutationem factam fuiſſe de communi partium conſenſu, alias ſecunda inueſtitura intelligitur ſemper facta ſecundum naturam primæ, nec ab ea receſſum, niſi fuerit expreſſum. *Rol. à Val. conſ.*67. *num.*6 & *ſeq. vol.* 1. *Cæphal. conſ* 152. *num.*60. & *conſ.* 155. *num.* 9. *Burſat. conſ.* 122. *num.* 17. *vol.* 1. *Corbul. in tit. de cauſ. priuat. ob lineam finit. num.* 101.

29 Amp. 12. quando ſumus in contractu vltro citroque obligatorio, in quo ſemper habet locum ius accreſcendi *l. Iulianus* § *idem Celſus ff. de act. empt. & declarat Cin in vlt. C. de inutil. ſtipulat.* Et in ſpecie emphyteuſis *ex Dec & Decian. docet Gratian. diſcept.* 451. *num.* 12. & 13. *tom.* 3. *Antonel. de tempore legal. lib.*3. *cap.*7. *ſub num.* 37. *verſ. vbi etiam dicit.*

30 Ceſſat autem ius accreſcendi puta in emphyteuſi recepta à Patre pro ſe, filijs, & nepotibus inter ipſos filios, & nepotes ſi portio deficiat ob canonem non ſolutum, quia in compenſationem iniurię res ad Dominum reuertitur, etiam ſi alij non fuerint in culpa, cum canonis ſolutio reſpectu domini ſit indiuidua, ita vt culpa vnius alijs præiudicat. *Alex. in l. ſi mihi & Titio nu.*16. *de verb. oblig. Corbul in tit. de cauſ priuat. ob lineam finitam num* 98. *circa med.* & hanc opinionem ſeruandam eſſe in practica dicit *Clar. in* §. *emphyt. q.*8. *n.*13. *Rol. conſ* 17. *n.*16. *lib.*2.

31 Ve-

31 Verum quod emphyteuſis non cadat in commiſſum niſi pro parte alienata non attenta ſubtilitate iuris ciuilis, quaſi pæna nõ debeat excedere delictum tradit, *Gratian. diſcept. 36. num. 23. & 24. per text. in cap. omnes de panit. Iaſ. in l. fin. num. 125. qu. 13. C. de iur. emphyteut. ad tradita per Surd. de aliment. tit. 9. qu. 25. num. 68. & qu. 25. num. 36.* ratio tamen differentiæ reſultare videtur, quia quando agitur ad deuolutionem ob canonem non ſolutum ſufficiat ſi pro parte ab vno ex emphyteuticia ceſſatum fuerit, cum eius ſolutio ſit indiuidua, ſecus autem ſi agatur ad deuolutionem ob alienationem, nam ſi res emphyteutica commodam recipiat partium diuiſionem caducitas non cenſetur incurſa, niſi pro parte alienata, cum pæna temperanda ſit pro modo culpæ, nec delictum excedere debet.

32 Contrarium, quod etiam ob non ſolutionem canonis pro rata non factam ab vno ex hæredibus, pæna non committatur inſolidum, ſed ſolum cadat ab emphyteuſi, qui non adimpleuit, tenẽt. *Alberic. in l. comm. diuidund. ff. de cõm. diuid. Caual. qui de comm. q. 6. Soccin. in l. 4 § Cato n. 93. verſ. vltra Doctores col. 49. conclu. 3. in fin. de verb. oblig.* quia nulla culpa adſcribi poteſt ei, qui ſoluit ratam ſuam, ob bonam fidem, & probabilem credulitatem, quod alij cohæredes ſoluerint, vltra quod eſt verior opinio, vt de iure canonico exploſa ſubtilitate, & rigore iuris ciuilis, propter æquitatem, quæ in eo conſideratur indiſtinctè non debeatur pæna pro partibus impletis, ſiue in obligationibus faciendis, ſiue dandi, ſiue in hæredibus, ſiue in principali prouiſore, ita *Gratian. diſcept. 36. num. 25. 27. & 28.* qui *alios allegat.*

SVMMARIVM.

1 Emphyteutica bona pro dote obligari poſſunt ex ſtatuto Vrbis, de iure vero communi adeſt affirmatiua, & negatiua DD. ſententia, vt num. 2. & 3.
4 Pater ſi non habet allodialia, poteſt emphyteutica bona in dotem dare num. 5.
Alienatione prohibita cenſetur conceſſa neceſſaria, ibidem.
6 Emphyteuſis hæreditaria dari poteſt in dotem, ſecus ex pacto. & prouidentia.
7 Fundus emphyteuticus dari poteſt in dotem filiæ in inueſtitura comprehenſæ etiam æſtimatus.
8 Dari poteſt etiam filiæ non comprehenſæ, dummodo faciat ſe a Domino confirmari num. 9.
10 Amp. etiam in præiudicium comprehenſorum, dummodo dotans poſſit comprehenſis præiudicare.
11 Alias cenſetur emphyteuſis data in dotem in præiudicium dotantis, non autem in præiudicium vocatorum.
12 Alienatio ex cauſa dotis non tenet, ſi concurrat inueſtitus in gradu proximior.
13 Limit. ſi ſit primus acquirens, vel ex lege inueſtituræ ſit data facultas aliis præiudicandi.
14 Limit. vigore ſtatuti Vrbis, vt emphyteuſis dari poſſit in dotem etiam extraneæ, & ab extraneo.
15 Amp. Limit. vt ſtatutum Vrbis comprehendat etiam emphyteuſim Eccleſiæ.
16 Sublim. vbi promiſſioni de non alienando adiectum ſit iuramentum.
17 Emphyteuſis dari poteſt in dotem comprehenſæ, ſecus ſi dominium transferatur in virum.
18 Dari non poteſt pro dote Eccleſiæ.
19 Vxor pro dotis repetitione agere poteſt ad bona emphyteutica.
20 Laudemium non debetur ex alienatione rei emphyteuticæ cauſa dotis, Contrar. num. 21.
22 Aeſtimatio facit emptionem, & venditionem & numer. 24.
23 Laudemium eſt ſoluendum à marito acquirendo in dotem emphyteuſim æſtimatam.
25 Limit. procedere ſi maritus ſoluto matrimonio vellet reſtituere æſtimationem rei emphyteuticæ. Contrar. num. 26.
27 Laudemium non debetur quando filiæ comprehenſæ datur emphyteuſis in dotem.
28 Limit. procedere ſi detur ineſtimata, ſecus ſi æſtimata.
29 Limit. ſi detur extraneæ perſonæ etiam inæſtimata.
30 Limit. ſi æſtimatio fuerit facta ad alium finem, quam faciendi venditionem, vel ex interuallo.
31 Limit. ſi Pater relictis allodialibus tradat in dotem rem emphyteuticam, ſecus ſi Pater alia bona non haberet. num. 32 Contrarium num. 33.
34 Maritus ex lucro dotis rei emphyteuticæ non tenetur ſoluere laudemium.
35 Laudemium non eſt ſoluendum in reſtitutione emphyteuſis in dotem traditæ.
36 Limit ſi prædium æſtimatum reſtituatur.
37 Laudemium non debetur ſi frater dotet ſororem de re emphyteutica communiter poſſeſſa, ſecus ſi in propria, & dotare non teneatur.
38 Debetur ſi nepos dotet amitam de emphyteuſi.
39 Debetur ſi loco pecuniæ promiſſæ poſtea tradatur fundus emphyteuticus.
40 Debetur ſi emphyteuſis tradatur in dotem ingreſſuræ in Monaſterium.

Bona emphyteutica, & feudalia, an in dotem dari poſſint, & ſit ſoluendum laudemium.

ADNOTATIO IV.

1 EMphyteutica bona pro dote, & donatione propter nuptias abſque domini conſenſu obligari poſſunt, iure tamen directi dominij integro permanente, nec propter hanc obligationem res ad dominum reuertitur, ex ſtatuto *Vrbis in cap 122. lib. 1.*

2 De iure communi eſt controuerſum inter Doctores regula eſt pro negatiua opinione iuxta textum *in l. fin. C. de iure emphyteut Fenſon. ad ſtatutum Vrbis in dicto cap 122 num. 7. lib. 1.*

3 Pro affirmatiua parte, quod immo emphyteuta poſſit ſine conſenſu domini bona emphyteutica abſque domini conſenſu in dotem dare ſine periculo caducitatis, ſeù priuationis iuris ſui, *Speculat in § nunc aliqua numer. 133. q. 109. de locat. & ibi Io. Andr. in addit Imol. in cap. potuit num. 17. eod. tit. de locat. Alex. conſ. 173. nu. 1. & 4. lib. 2. Ruin. conſ. 148. num. 13. lib. 1. Grat. conſ. 76. num. 23. vol. 1. Ruin. conſ. 148 num. vltim. vol. 1. Bertran. conſ. 180. num. 2. lib. 2. Aym. conſ. 215. num. 6. Burſat conſ. 80. numer. 30. vol. 1. Paſet. conſ. 53. num. 1. Guid. Pap dec. 48. Garganet. ad ſtat. Vrbis cap. 122. in prin gloſ. lib. 1. Hoſtien. in ſumma tit. de locat § fin verſ nunquid ergo Tiraq. de retract lignag. § 1. glo. 14. num. 95. Bald. Nouel. in tract. de dot. in 6. p priuil. 55. Soc. in ſuis regul. & fallen. reg. 12. ampliat. vltim. Menoch. lib. 7. præſumpt. 189 num. 164. Burg. de laudem. p. 2. inſpect. 12. num. 22. Redoan. de reb. Eccleſ. non alienan. tit. de caducit. ob rei alienatio*nem

Digitized by Google

nem §. *emphyteuta quoque num. 34. fol. mihi 520. Mantic. de tacit & ambig conuent. lib. 22. tit. 18. num. 39. & ſeq. Corbul. de emphyteuſ. tit. de cauſ. priuat. ob alienat. irrequiſit. Domino fact. limit. 20. num. 1. Antonel. de tempore legal. lib. 3. cap. 7. num. 21. Rot. dec. 36. num. 8. poſt Laberint. ereditar. Salgad.*

4 Amplia multo magis quando Pater alia bona allodialia, ſeù libera non habeat, ex quibus tam commodè Iudicis arbitrio poſſit propriæ filiæ dotem conſtituere, ex generali ratione, quod alienatione prohibita cenſetur tamen conceſſa alienatio neceſſaria. *Aymon conſ. 215. num. 6. & ſeq. Caldaſ. de iure emphyteut. lib. 4. c. 10. nu. 27. Amic. tract. eod. q. 16 num. 1. & 7. Cancer. p. 1. var. cap. 11. n. 81. verſ. eſtque aduertendum Antonel. de tempore legal. lib. 3. cap. 7. n. 53. Fenſon. ad ſtat. Vrbis in cap. 122. n. 9. lib. 1.*

5 Alias bona emphyteutica nunquam in dotem dari poſſunt in præiudicium comprehenſorum, niſi in ſubſidium, & alijs bonis non exiſtentibus, *Burſat. conſ. 80. n. 27. Faber. in ſuo C. lib. 4. tit. 43. definit. 34. Moaet. dec. 34 per tot. Rot. in Romana domus 19. Iunij 1645. §. nec in uns obſtat prope fin. coram Card. Ottobon. inter eius impreſ. deciſ.* . . .

6 Sed hoc limit. procedere in emphyteuſi ex pacto, & prouidentia, ſecus in emphyteuſi hæreditaria, *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 511. n. 9.*

7 Amp. 2. procedere non ſolum quando pater dat emphyteuſim in dotem filiæ, vel nepti, quæ ſit de perſonis in inueſtitura comprehenſis, quia tunc poteſt dari fundus emphyteuticus etiam æſtimatus, quoniam inter comprehenſos permiſſa eſt omnis alienatio, etiam irrequiſito Domino, *Aym. conſ. 215. ſub n. 8. Iaſ in l. fin col. 12. verſ. 11. iuxta proximam quæſtionem C. de iur. emphyteut. Ripa in l. qui Romæ §. duo fratres col. 20. n. 87. in fin ff. de verb. obligat. Brun. conſ. 43. col. 3. in 3. dub. & conſ. 44. circa fin. Crauet conſ. 215. num 6. & 7. Clar. in §. emphyteuſis qu. 14. Corbul de emphyteuſ. tit. de cauſ priuat ob. alien. irrequiſit. Domino fact. lim 20. per tot. Fenſon ad Fenſon. ad ſtat. Vrbis cap. 122. lib 1. n. 11. & ſeq. Antonel de tempore legal. lib. 3. cap. 7. n 53. verſ. quod eo magis Gratian. diſcept. 511. n. 9. tom. 3.*

8 Verum etiam quando emphyteuſis datur in dotem etiam inæſtimata, & dotata non ſit de comprehenſis in inueſtitura. *Corbul de emphyteuſ. tit de cauſ priuat. ob alienat irrequiſit Domino fact. limit. 20. num.* 3. vbi declarat hoc ſibi
9 locum vindicare etiam, ſine periculo caducitatis, dummodo Mulier faciat ſe confirmare, & inueſtituram capiat antequam poſſeſſionem ingrediatur, præſertim ſi Pater poſſidebat alia bona allodialia, ex quibus commodè filiam dotare potuiſſet, quia tunc nec ex prætextu quod huiuſmodi alienatio fuerit ex cauſa neceſſaria excuſatur à caducitate pro vt etiam obſeruat, *Aym. conſ. 215. ſub num. 8.*

10 Et quando fœmina dotata facit ſe de nouo inueſtire, emphyteuſis eſt eodem iure apud dotatã, quo erat apud dotantem, & eodem modo apud dotatæ filios, Nepotes, vel hæredes, excluſis alijs perſonis comprehenſis in inueſtitura facta dotãti, dummodo dotans, ſit talis, qui poſſit eis alienando pręiudicare ſimpliciter dando rem in dotem, cum hoc caſu cenſetur dediſſe omne ius, quod dare poterat, etiam cum præiudicio aliorum comprehenſorum præcipuè ſi dotauit cum *Clauſula ad habendum, tenendum poſſidendum, & quid ſibi placuerit faciendum*, quo caſu certum eſt alijs præiudicare voluiſſe, eo quod emphyteuſis ſemel ab alijs abdicata, amplius ad eos non reuertitur, ſed ſi alijs pręiudicare non poteſt eius tantum vita durante in dotem dediſſe cenſetur, pro vt alienatio bonorum fideicommiſſo ſubiectorum durante vita fideicommiſſarij alienantis tenet, ac proindè ſi dotans non potuerit alijs præiudicare, vel ex pacto, vel ex iuris diſpoſitione, eiuſdem dotantis iure reſoluto, ipſa quoque dos reſolui debet, & in ijs terminis procedit concluſio, quod emphyteuſis eodem iure ſit apud dotatam, pro vt erat apud dotantem, *ad text. in l. lex vectigalis ff. quib. mod. pign. vel hypotec. ſolnat. Capra inter conſ. Corn. 51. nu. 5 vol 1. latè Corbul. de emphyteuſ. tit. de cauſ. priuat. ob alienat. irrequiſit Domino fact. lim 20. num 4. & 5. & per tot. bene Gratian. diſcept. 511. num. 10. tom. 3.*

11 Titulus autem dotis non ſolet alterare naturam emphyteuſis, quę poſt mortem dotatæ tranſire debet ad vocatos in inueſtitura, cum emphyteuſis, quando non eſt hæreditaria, cenſetur tantum data in dotem in præiudicium dantis, non in præiudicium aliorum vocatorum, *Caſtren. in l ſi vſufructus 53. num 5. in fin. ff ſolut. matrim. Alex conſ. 173. num. 1. lib 2 Ruin. conſ. 85. num 3. & 6. & conſ. 165. num 3. lib. 1. Burſat. conſ. 80. num. 31. Cartar. dec. 87. num. 12. & 13. Rot. in Papien. Bonorum 17. Iunij 1502. coram Penia panes Marcheſ. de commiſſ. p. 1. fol. 240. nu. 7. & in Romana domus 19. Iunij 1645. §. minus obſtat coram Card. Ottobon. dec. inter eius impreſ.*

12 Vnde quando concurrit inueſtitus in gradu proximior in eius præiudicium alienatio ex cauſa dotis non tenet, quia dos de iure in hoc non reperitur ſpecialiter priuilegiata. *Ruin. cauſ. 165. num. 3. lib 1. Caſtren in l. vſuſfructus 6. ff. ſolut. matrim. Fulgin. de iure emphyteut tit. de alienat. qu. 1. num. 162. Rot. dec. 35. num. 23. poſt Laberint creditor. Salgad.*

13 Lim. niſi forte dotans ex ipſa lege inueſtituræ facultatem habuiſſet comprehenſis in inueſtitura pręiudicandi, vel ſit primus acquirens ex titolo oneroſo, *Corn. conſ. 51. num 16. lib 3. Corbul. de emphyteuſ. tit. de cauſ priuat. ob alienat irrequiſit. domino fact. limit. 20. ſub num. 4. Fulgin. de iur. emphyteut. tit de alienat. qu. 1. num. 263. in fin. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 22. tit. 38. num. 41. Gratian. diſcept. 511. num 10.*

14 Amp. 3. in terminis ſtatuti Vrbis, vt procedat non ſolum in caſibus expreſſis, ſed etiam generaliter, nempe ſi dos detur, ſeu conſtituatur ad fauorem cuiuſcunque fœminę, etiam à quocunque extraneo, & licet fœmina dotata in emphyteuſi comprehenſa non ſit, vt latè comprobat *Fenſon. ad ſtat. Vrbis lib. 1. cap. 122. à numer. 15. vſque ad 19.*

15 Amp. 3. vt etiam præfatum ſtatutum comprehendat bona Eccleſiæ emphyteutica, vt quoq; ſubdit *Fenſon. ad dictum Statut. in cap. 122. à num. 24. vſque ad 27.*

16 Limit. verò diſpoſitionem præfatam ſtatutariam non procedere, vbi promiſſioni de non alienandis bonis emphyteuticis etiam ex cauſa dotis, adiectum fuerit iuramentum, cum diſpoſitio generalis non comprehendat iuramentum, præcipuè, quia de eo non fecit expreſſam mentionem, prò vt expreſſit in alijs ſtatutis, quando etiam iuramento derogare voluit. *Fenſon. ad dictum ſtatutum lib. 1. cap. 112. num. 21. & 22. vbi multos allegat.*

17 Lim. 2. principalem concluſionem in terminis iuris communis, vt licet res emphyteutica dari poſſit in dotem filiæ in inueſtitura comprehenſæ, ſecus tamen ſi dominium transferatur in verum ſimpliciter. *Rot. deciſ. 36. num. 8. poſt Laberint. creditor Salgad.*

18 Lim. 3. vt bona emphyteutica dari non poſſint prò dote Eccleſiæ, nam emphyteuta, qui habet licentiam alienandi, non poteſt in Eccleſiam, & alios potentiores, manuſque mortuas alienare, *Lambert. de iurepatronat. lib. 1. p. 1. 5. q. prin. art. 4. Corbul. de emphyteuſ. tit. de cauſ. priuat. ob alienat. irrequiſit. domino fact. limit. 20. num. 1. in fin.*

19 Pro dotis verò repetitione quod vxor agere poſſit ad bona emphyteutica, licet Eccleſiaſtica, quo ad dominium vtile, latè tradit, *Surd. deciſ. 160. per totam.*

20 Laudemium verò ex translatione rei emphyteuticæ cauſa, & dotis titulo non debetur, ſiue emphyteuſis detur æſtimata, ſiue non, tum fauore ſpeciali dotis, tum quia cauſa dotis, alienatio dicatur neceſſaria. *Iaſ. in l. fin. num. 40. C. de iure emphyteut. Cumia in cap. ſi aliquem verſ. antiquis num. 240. de ſucceſ. feud. Cranet. conſ. 215. num. 6. lib. 5. Bertran. conſ. 180. num. 2. & 380. in 2. dub. p. 2. in prima impreſ. Foller. ſuper pragmat. de cenſib. verſ. huiuſmodi num. 60. fo. 141.*

21 Contrarium, quod aut feudum, aut res emphyteutica datur inæſtimata, & non eſt ſoluendum laudemium, nec requiritur conſenſus Domini directi, aut datur æſtimata, ea æſtimatione, quæ faciat emptionem, & venditionem, & tunc exigitur conſenſus Domini, & eſt ſoluendum laudemium, *Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua verſ. 110. Hoſtien. in ſumm. eodem tit. §. quid ſit de natura, verſ. nunc quid ergo. Pet. Iaco. tit. de act. in rem pro re emphyteut. verſ. item excepta actione in dotem. Bertran. conſ. 380. vol. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 14. num. 95. & 108. Redoan. de reb. Eccleſ. non alienan. qu. 11. tit. de laudem. pro alienat. & inueſt. ſoluen. §. iſta autem num. 11. & ſeq. Amad. à Ponte in ſuis qu. laudemial. qu. 29. num. 3. & ſeq. Burg. de laudem. p. 2. inſpect. 12. num. 5. 6. & num. 19. Couar. pract. cap. 28. quem refert Cancer. var. p. 1. cap. 11. num. 23. Barboſ. in cap. potuit an. 25. de locat. Valaſc. in tract. de iure emphyteut. quæſt. 14. num. 10. Pariſ. de Puteo de reintegr. feud. fo. 59. col. 4. num. 12. fol. 85. col. 3. nu. 8. fo. 142. col. prima num. 8. Salſo de laudem. cell. 7. in fi. Aufer. in addit. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 278. verſ. an autem, Guid. Pap. deciſ. 44. & 48. num. 2. Cranet. conſ. 332. num. 16. Antonel. de tempore legal. lib. 3. c. 7. num. 54.*

22 Aeſtimatio namque proculdubio importat emptionem, & venditionē, ac proinde maritus ſoluto matrimonio ob mortem vxoris reddendo pretium ipſius emphyteuſis liberatur reſtituere ipſam emphyteuſim. *l. quoties C. de iure dotium l. plerumque ff. eodem tit. l. inæſtimatis ff. ſolut. matrimon. Cephal. conſ. 351. nu. 32. Rol. à Valle conſ. 92. num 4. & 9. vol. 2. Couar. practic. quæſt. cap. 28. num. 1. & 8. Craſſ. lib. 1. commun. opin. qu. 12. Maſcard. de probat. conclu. 663. num. 6. vol. 2. Maur. Burg. de laudem. p. 2. inſpect. 12. num. 7. & 8. cum ſeq.* vbi ſubdit, quod ex ijs ſequitur lau-
23 demium ſoluendum eſſe à marito, vti nouo acquiſitori ipſius emphyteuſis ſtatim poſt celebratum contractum dotale, & ſecutum matrimonium.

24 Et tunc æſtimatio in noſtris terminis importat emptionem, & venditionem, quando res emphyteutica aſſignata fuerit nomine dotis pro pretio ſcilicet ſcutorum centum, vt animaduertit. *Mar. Burz. de laudem. p. 2. inſpect. 12. num. 18.*

25 Lim. 1. hanc ſecundam opinionem, quod æſtimatio non faciat ſtatim emptionem, ſed ita demum ſi maritus ſoluto matrimonio vellet retinere rem æſtimatam, & reſtituere æſtimationem, ſeu pretium, nam tunc tenetur pro re retenta ſoluere laudemium. *ad textum in l. plerumque §. ſi. C. de iure dot. Aym. conſ. 79. num. 4. Marin. Frec. lib. 2. qu. 2. num. 15. & 16. Moder. in conſuetud. Pariſ. §. 56. num. 41.*

26 Contrarium, quod ſtatim debeatur laudemium poſt contractum, & ſecutum matrimonium, cum ab eo tempore cenſeatur facta venditio, ex quo ad maritum ſpectet periculum, & poteſt interea rem vendere, iuxta textum *in l. plerumque de iure dotium, Caſtren. in l. æſtimata, & in l. ſi æſtimatis ff. ſolut. matrim. Amed. à Ponte in ſuis quæſt. laudem. qu. 29. num. 10. & 11.*

27 Lim. 2. vt non debeatur laudemium quando datur fundus emphyteuticus æſtimatus ſi filia dotata eſſet de comprehenſis in inueſtitura, cum inter comprehenſos non prohibeatur quæcunque alienatio, ſecus verò ſi non eſſet de comprehenſis ſecundum. *Pariſ. de Puteo. cap. 361.*

28 Contrarium, & verius, quia licet dos conſtituatur filiæ, & pro ea tradatur, nihilominus, quia datur marito in cuius dominium tranſire debet, & ſic extraneo, propterea debet habere locum communis diſtinctio an detur æſtimata, vel inæſtimata ad effectum præſtandi laudemium. *vt eodem Pariſ. de Puteo cap. 275. num. 1. & cap. 92. num. 11. & 21. tradit. Amad. a Pont. in ſuis quæſt. laudem. qu. 29. num. 6. in ſi.*

29 Lim. 3. Quod ſi emphyteuta vellet dare fundum in dotem extraneæ perſonæ, licet inæſtimatam vtique debetur laudemium, prò vt generaliter in caſu in quò quis dotare non tenetur. *Bertr. conſ. 315. vol. 3. p. 2. & conſ. 57. vol. 7. Bran. conſ. 44. in fin.*

30 Limit. 4. regulam non procedere ſi æſtima-

nem §.emphyteuta quoque num. 34. ſol. mihi 520. Mantic. de tacit & ambig conuent. lib. 22. tit. 28. num. 39. & ſeq Carbul. de emphyteuſ. tit. de cauſ. priuat. ob alienat. irrequiſit. Domino ſact. limit 20. num. 1. Antonel. de tempore legal. lib. 3. cap. 7. num. 21. Rot. dec. 36. num. 8. poſt Laberint. creditar. Salgad.

4 Amplia multo magis quando Pater alia bona allodialia, ſeù libera non habeat, ex quibus ita commodè Iudicis arbitrio poſſit propriæ filiæ dotem conſtituere, ex generali ratione, quod alienatione prohibita cenſetur tamen conceſſa alienatio neceſſaria. *Aymon conſ. 215. num. 6. & ſeq. Caldaſ. de iure emphyteut. lib. 4. c. 10. nu. 27. Amic. tract. eod. q. 16 num. 1. & 7. Cancer. p. 1. var. cap. 11. n. 81. verſ. eſtque aduertendum Antonel. de tempore legal. lib. 3. cap. 7. n. 53. Fenſon. ad ſtat. Vrbis in cap. 122. n. 9. lib. 1.*

5 Alias bona emphyteutica nunquam in dotem dari poſſunt in præiudicium comprehenſorum, niſi in ſubſidium, & alijs bonis non exiſtentibus, *Burſat. conſ. 80. n. 27. Faber. in ſuo C. lib 4 tit. 43. defini. 34. Manet. dec. 34 per tot Rot. in Romana domus 19. Iunij 1645. §. nec in nus obſtat prope fin. coram Card. Ottobon. inter eius impreſ. deciſ. . . .*

6 Sed hoc limit. procedere in emphyteuſi ex pacto, & prouidentia, ſecus in emphyteuſi hæreditaria, *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 511. n. 9.*

7 Amp. 2. procedere non ſolum quando pater dat emphyteuſim in dotem filiæ, vel nepti, quæ ſit de perſonis in inueſtitura comprehenſis, quia tunc poteſt dari fundus emphyteuticus etiam æſtimatus, quoniam inter comprehenſos permiſſa eſt omnis alienatio, etiam irrequiſito Domino, *Aym. conſ. 215. ſub n. 8. Iaſ in l. fin col. 12. verſ. 11. iuxta proximam quæſtionem C. de iur. emphyteut. Ripa in l. qui Romæ §. duo fratres col. 20. n. 87. in fin ff. de verb. obligat. Brun. conſ. 43. col. 3. in 3. dub. & conſ. 44. circa fin. Crauet conſ. 215. num 6. & 7. Clar. in §. emphyteuſis qu. 14. Corbul de emphyteuſ. tit. de cauſ priuat ob. alien. irrequiſit. Domino fact. lim 20. per tot. Fenſon ad Fenſon. ad ſtat. Vrbis cap. 122. lib 1. n. 11. & ſeq. Antonel de tempore legal. lib. 3. cap. 7. n 53. verſ. quod eo magis Gratian. diſcept. 511. n. 9. tom. 3.*

8 Verum etiam quando emphyteuſis datur in dotem etiam inæſtimata, & dotata non ſit de comprehenſis in inueſtitura. *Corbul de emphyteuſ. tit de cauſ priuat. ob alienat irrequiſit Domino fact. limit. 20. num. 3.* vbi declarat hoc ſibi

9 locum vindicare etiam, ſine periculo caducitatis, dummodo Mulier faciat ſe confirmare, & inueſtituram capiat antequam poſſeſſionem ingrediatur; præſertim ſi Pater poſſidebat alia bona allodialia, ex quibus commodè filiam dotare potuiſſet, quia tunc nec ex prætextu quod huiuſmodi alienatio fuerit ex cauſa neceſſaria excuſatur à caducitate pro vt etiam obſeruat, *Aym. conſ. 215 ſub num. 8.*

10 Et quando fœmina dotata facit ſe de nouo inueſtire, emphyteuſis eſt eodem iure apud dotatã, quo erat apud dotantem, & eodem modo apud dotatæ filios, Nepotes, vel hæredes, excluſis alijs perſonis comprehenſis in inueſtitura facta dotãti, dummodo dotans, ſit talis, qui poſſit eis aliquando præiudicare ſimpliciter dando rem in dotem, cum hoc caſu cenſetur dediſſe omne ius, quod dare poterat, etiam cum præiudicio aliorum comprehenſorum præcipuè ſi dotauit cum *Clauſula ad habendum, tenendum poſſidendum, & quid ſibi placuerit faciendum*, quo caſu certum eſt alijs præiudicare voluiſſe, eo quod emphyteuſis ſemel ab alijs abdicata, amplius ad eos non reuertitur, ſed ſi alijs præiudicare non poteſt eius tantum vita durante in dotem dediſſe cenſetur, pro vt alienatio bonorum fideicommiſſo ſubiectorum durante vita fideicommiſſarij alienantis tenet, ac proindè ſi dotans non potuerit alijs præiudicare, vel ex pacto, vel ex iuris diſpoſitione, eiuſdem dotantis iure reſoluto, ipſa quoque dos reſolui debet, & in ijs terminis procedit concluſio, quod emphyteuſis eodem iure ſit apud dotatam, pro vt erat apud dotantem, *ad text. in l. lex vectigalis ff. quib. mod. pign. vel hypotec. ſolnat. Capra inter conſ. Corn. 51. nu. 5 vol. 1. latè Corbul. de emphyteuſ. tit. de cauſ. priuat. ob alienat. irrequiſit Domino fact. lim 20. num 4. & 5. & per tot. bene Gratian. diſcept. 511. num. 10. tom. 3.*

11 Titulus autem dotis non ſolet alterare naturam emphyteuſis, quę poſt mortem dotatæ tranſire debet ad vocatos in inueſtitura, cum emphyteuſis, quando non eſt hæreditaria, cenſetur tantum data in dotem in præiudicium dantis, non in præiudicium aliorum vocatorum, *Caſtren. in l. ſi vſuſructus 58. num 5. in fin. ff ſolut. matrim. Alex conſ. 173. num. 1. lib 2 Ruin. conſ. 85. num 3. & 6. & conſ. 165. num 3. lib. 1. Burſat. conſ. 80. num. 31. Cartar. dec. 87. num. 12. & 13. Rot. in Papien. Bonorum 17. Iunij 1502. coram Pena panes Marcheſ. de commiſſ. p. 1. fol. 240. nu. 7. & in Romana domus 19. Iunij 1645. §. minus obſtat coram Card. Ottobon. dec. inter eius impreſ.*

12 Vnde quando concurrit inueſtitus in gradu proximior in eius præiudicium alienatio ex cauſa dotis non tenet, quia dos de iure in hoc non reperitur ſpecialiter priuilegiata. *Ruin. conſ. 165. num. 3 lib 1. Caſtren in l. vſuſructus 6. ff. ſolut. matrim. fulgin. de iure emphyteut tit. de alienat. qu. 1. num. 162. Rot. dec. 35. num. 23. poſt Laberint creditor. Salgad.*

13 Lim. niſi forte dotans ex ipſa lege inueſtituræ facultatem habuiſſet comprehenſis in inueſtitura præiudicandi, vel ſit primus acquirens ex titulo oneroſo, *Carn. conſ. 51. num 16. lib 3. Carbul. de emphyteuſ. tit. de cauſ priuat. ob alienat irrequiſit. domino fact. limit. 20. ſub num. 4. Fulgin. de iur. emphyteut. tit de alienat. qu. 1. num. 263. in fin. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 22. tit. 38. num. 41. Gratian. diſcept. 511. num. 10.*

14 Amp. 3. in terminis ſtatuti Vrbis, vt procedat non ſolum in caſibus expreſſis, ſed etiam generaliter, nempe ſi dos detur, ſeu conſtituatur ad fauorem cuiuſcunque fœminę, etiam à quocunque extraneo, & licet fœmina dotata in emphyteuſi comprehenſa non ſit, vt latè comprobat *Fenſon. ad ſtat. Vrbis lib. 1. cap. 122. à numer. 15. vſque ad 19.*

15 Amp. 3. vt etiam præfatum ſtatutum comprehendat bona Eccleſiæ emphyteutica, vt quoq; ſubdit *Fenſon. ad dictum Statut. in cap. 122. à num. 24. vſque ad 27.*

16 Limit.

16 Limit. verò diſpoſitionem præfatam ſtatutariam non procedere, vbi promiſſioni de non alienandis bonis emphyteuticis etiam ex cauſa dotis, adiectum fuerit iuramentum, cum diſpoſitio generalis non comprehendat iuramentum, præcipuè, quia de eo non fecit expreſſam mentionem, prò vt expreſſit in alijs ſtatutis, quando etiam iuramento derogare voluit. *Fenſan. ad dictum ſtatutum lib. 1. cap. 122. num. 21. & 22. vbi multas allegat.*

17 Lim. 2. principalem concluſionem in terminis iuris communis, vt licet res emphyteutica dari poſſit in dotem filiæ in inueſtitura comprehenſæ, ſecus tamen ſi dominium transferatur in vitum ſimpliciter. *Rot. deciſ. 36. num. 8. poſt Laberint. creditor Salgad.*

18 Lim. 3. vt bona emphyteutica dari non poſſint prò dote Eccleſiæ, nam emphyteuta, qui habet licentiam alienandi, non poteſt in Eccleſiam, & alios potentiores, manuſque mortuas alienare, *Lambert. de iurepatronat. lib. 1. p. 1. 5. q. prin. art. 4. Carbul. de emphyteuſ. tit. de cauſ. priuat. ob alienat. irrequiſit. domino fact. limit. 20. num. 1. in fin.*

19 Pro dotis verò repetitione quod vxor agere poſſit ad bona emphyteutica, licet Eccleſiaſtica, quo ad dominium vtile, latè tradit, *Surd. deciſ. 160. per totam.*

20 Laudemium verò ex translatione rei emphyteuticæ cauſa, & dotis titulo non debetur, ſiue emphyteuſis detur æſtimata, ſiue non, tum fauore ſpeciali dotis, tum quia cauſa dotis, alienatio dicatur neceſſaria. *Iaſ. in l. fin. num. 40. C. de iure emphyteut. Cumia in cap. ſi aliquem verſ. antiquis num. 240. de ſucceſ. feud. Crauet. conſ. 215. num. 6. lib. 2. Bertran. conſ. 180. num. 2. & 380. in 2. dub. p. 2. in prima impreſ Foller. ſuper pragmat. de cenſib. verſ. huiuſmodi num. 60. fo. 141.*

21 Contrarium, quod aut feudum, aut res emphyteutica datur ineſtimata, & non eſt ſoluendum laudemium, nec requiritur conſenſus Domini directi, aut datur æſtimata, ea æſtimatione, quæ faciat emptionem, & venditionem, & tunc exigitur conſenſus Domini, & eſt ſoluendum laudemium, *Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua verſ. 110. Hoſtien. in ſumm. eodem tit. §. quid ſit de natura, verſ. nunc quid ergo. Pet. Iaco. tit. de act. in rem pro ra emphyteut. verſ. item axcepta actiona in dotem. Bertran. conſ. 380. vol. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 14. num. 95. & 108. Redoan. de reb. Eccleſ. nan alienan. qu. 11. tit. de laudem. pro alienat. & inueſt ſoluen. §. iſta autem num. 11. & ſeq. Amad. à Ponte in ſuis qu. laudemial. qu. 29. num. 3. & ſeq. Burg. de laudem. p. 2. inſpect. 12. num. 5. 6. & num. 19. Couar. pract. cap. 28. quem refert Cancer. var. p. 1. cap. 11. num. 23. Barboſ. in cap. potuit nu. 25. de locat. Valaſc. in tract. de iure emphyteut. quæſt. 14. num. 10. Pariſ. de Puteo de reinteg. feud. fo. 59. col. 4. num. 12. fol. 85. col. 3. nu. 8. fo. 142. col. prima num. 8. Salſa de laudem. cell. 7. in fi. Aufer. in addit. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 278. verſ. an autem, Guid. Pap. deciſ. 42. & 48. num. 2. Crauet. conſ. 332. num. 16. Antonel. de tempore legal. lib. 3. c. 7. num. 54.*

22 Aeſtimatio nanque proculdubio importat emptionem, & venditionē, ac proinde maritus ſoluto matrimonio ob mortem vxoris reddendo pretium ipſius emphyteuſis liberatur reſtituere ipſam emphyteuſim. *l. quaties C. de iure dotium l. plerumque ff. eodem tit. l. inæſtimatis ff. ſolut. matrimon. Cephal conſ. 351. nu. 32. Rol. à Valle conſ. 92. num 4. & 9. vol. 2. Canar. practic. quæſt. cap. 28. num. 1. & 8. Craſſ. lib. 1. commun. opin. qu. 12. Maſcard. de probat. conclu. 663. num. 0. vol. 2. Maur. Burg de laudem p. 2. inſpect. 12. num. 7. & 8. cum ſeq.* vbi ſubdit, quod ex ijs ſequitur lau-
23 demium ſoluendum eſſe à marito, vti nouo acquiſitori ipſius emphyteuſis ſtatim poſt celebratum contractum dotale, & ſecutum matrimonium.

24 Et tunc æſtimatio in noſtris terminis importat emptionem, & venditionem, quando res emphyteutica aſſignata fuerit nomine dotis pro pretio ſcilicet ſcutorum centum, vt animaduertit. *Mar. Burz. de laudem. p. 2. inſpect. 12. num. 18.*

25 Lim. 1. hanc ſecundam opinionem, quod æſtimatio non faciat ſtatim emptionem, ſed ita demum ſi maritus ſoluto matrimonio vellet retinere rem æſtimatam, & reſtituere æſtimationem, ſeu pretium, nam tunc tenetur pro re retenta ſoluere laudemium. *ad textum in l. plerunque §. ſi. C. de iure dot. Aym. conſ. 79. num. 4. Marin. Frec. lib. 2. qu. 2. num. 15. & 16. Moder. in conſuetud. Pariſ. §. 56. num. 41.*

26 Contrarium, quod ſtatim debeatur laudemium poſt contractum, & ſecutum matrimonium, cum ab eo tempore cenſeatur facta venditio, ex quo ad maritum ſpectet periculum, & poteſt interea rem vendere, iuxta textum *in l. plerunque de iure dotium, Caſtren. in l. æſtimata, & in l. ſi æſtimatis ff. ſolut. matrim. Amed. à Ponte in ſuis quæſt. laudem. qu. 29. num. 10. & 11.*

27 Lim. 2. vt non debeatur laudemium quando datur fundus emphyteuticus æſtimatus ſi filia dotata eſſet de comprehenſis in inueſtitura, cum inter comprehenſos non prohibeatur quæcunque alienatio, ſecus verò ſi non eſſet de comprehenſis ſecundum. *Pariſ. de Puteo. cap. 261.*

28 Contrarium, & verius, quia licet dos conſtituatur filiæ, & pro ea tradatur, nihilominus, quia datur marito in cuius dominium tranſire debet, & ſic extraneo, propterea debet habere locum communis diſtinctio an detur æſtimata, vel ineſtimata ad effectum præſtandi laudemium. *vt eodem Pariſ. de Puteo cap. 275. num. 1. & cap. 92. num. 11. & 21. tradit. Amad. a Pont. in ſuis quæſt. laudem qu. 29. num. 6. in fi.*

29 Lim. 3. Quod ſi emphyteuta vellet dare fundum in dotem extraneæ perſonæ, licet inæſtimatum vtique debetur laudemium, prò vt generaliter in caſu in quò quis dotare non tenetur. *Bertr. conſ. 315. vol. 3. p. 2. & conſ. 57. vol. 7. Brun. conſ. 44. in fin.*

30 Limit. 4. regulam non procedere ſi æſtima-

tlo eſſet facta ſolum ad effectum cognoſcendi rei valorem, vt poſſit probari, ſi poſtea fundus per maritum damnificetur, cùm tunc æſtimatio non faciat emptionem, prout etiam non procedit, ſi æſtimatio fiat ex interuallo poſt dotem traditam, & conſignatam, *Redoan. de rebus Eccleſ. non alienan. qu. 11. de laudem. pro alienat. & inueſtit. ſoluen. 5. iſta autem num. 12. & pro materia in fi. Marius Burg. de laudem. p. 2. inſpect. 12. num. 17. Salſo ſimili tract. eel. lnl. 7. nu. 44. Amad. à Ponte in ſuis quaſt. laudemial. qu. 29. num. 14.*

31 Lim. 5. vt in voluntaria alienatione, ſi nimirum Pater potuiſſet filiam dotare de bonis allodialibus, & nihilominus de ipſa emphyteuſi dotauit, vtique ſoluendum ſit laudemiũ, *Crauet conſ. 215. num. 8. Corbul. de emphyteuſ. tit. de cauſ. priuat. ob alienat. limit. 20. nu. 2.*

32 Secus verò in neceſſaria, ſi pater alia bona allodialia non haberet, ex quibus congruè filiam dotare poſſit, niſi de bonis emphyteuticis, quo caſu licet filia non eſſet comprehenſa in inueſtitura, non debetur laudemium. *Cranet. conſ 215. num. 7. Rol. conſ 21. num. 10. lib. 1. Silueſtr. in ſumma verb. emphyteuſis nu. 28. verſ 4. p. 1. Cumia in cap. ſi aliquem verſ. antiquiſ. num. 240.* & ita deciſum fuiſſe refert, *Amad. à Ponte in ſuis q. laudem. qu. 29. n. 4. in fi.*

33 Contrarium quod etiam hoc caſu debeatur laudemium, eo quod Pater poterat ipſam emphyteuſim dare inæſtimatam, quia tunc laudemium ſolui non debuiſſet, vnde cum neceſſitas non vrgebat, vt æſtimatam rem in dotem traderet, potius voluntariè, quam neceſſariè vigore æſtimationis dotaſſe cenſetur, tum quia pater poterat rem emphyteuticam vendere, & ex pretij retractu filiam dotare, *vt de veriori tenet Marius Burg. de laudem. p. 2. inſpect. 12. num. 15. & 16.* vbi quod huiuſmodi neceſſitas ſit inſpicienda reſpectu paterni officij, qui dotem filiæ conſtituere tenetur, non reſpectu dotationis emphyteuſis pro eius libitu voluntatis, *ex Gabr. conſ. 48. num. 15. vol. 1. bene Aym. Public. in conſ. Aluern. tit. 16. art. 16.*

34 Limit. 6. vt maritus pro lucro dotis, quod ex emphyteuſi conſequitur, non tenetur ſoluere laudemium. *Sola in comment. ad conſtitut. Sabaudiæ tit. de iure emphyteut. glo. 1. n. 17. Mar. Burg. de Landem. p. 2. inſpect. 12. nu. 32. in fi.*

35 Limit. 7. quod laudemium non ſit ſoluendum in caſu reſtitutionis dotis mulieri ob ſolutum matrimonium, ſi dos conſiſtat in re emphyteutica, quia huiuſmodi reſtitutio pendet ex prouiſione iuris, & non hominis, ac ex natura contractus dotalis, neque Domini conſenſus exigitur, nam ex quo à principio Dominus traditioni conſenſit, neceſſario cenſetur conſenſiſſe eueniente caſu ad eiuſdem reſtitutionem poſtea mulieri faciendam ſoluto matrimonio. *Corbul. de emphyteuſ. tit. de cauſ priuat. ob alienat. irrequiſit. domino fact. limit. 21. Mar. Burg. de laudem. p. 2. inſpect. 12. num. 28. Io. Vinc. Anna. alleg. 95. num. 10.*

36 Sublim. ſi ſoluto matrimonio prædium æſtimatum reſtituatur, nam tunc iterum debetur laudemium. *Fontanel. de pact. nuptial. Cla. 5. glo. 8. p. 13. num. 22. Antonel. de tempore leg. lib. 3. cap. 7. num 55.*

37 Frater ſi conſtituat ſorori dotem in bonis emphyteuticis in communi cum ea poſſeſſis, & ſumus in caſu, in quo ipſe eam dotare tenetur, & non habeat alia bona allodialia, & tunc laudemium non debetur, ſecus ſi in propria emphyteuſi conſtituat dotem, & dotare

38 non teneatur, nam tunc debetur laudemium ratione immiſſionis in poſſeſſionem, licet ſine æſtimatione extraneo res tradatur. *Bertr. conſ. 315. vol. 3. p. 2. conſ. 57. vol. 7. Brun. conſ. 44. in fi. Mar. Burg. de laudem. p. 2. inſpect. 12. num. 25. & 26.* vbi etiam quod debeatur laudemium, ſi nepos amitam de emphyteuſi dotauerit.

39 Quinimo debetur etiam laudemium, quando pro pecunia in dotem à principio promiſſa datur poſtea fundus emphyteuticus, *Fontanel. de pact. nuptial. Cla. 5. glo. 8. p. 13. num. 42. Antonel. de tempore legal. lib. 3. cap. 7. nu. 56.*

40 Si vero emphyteuſis transferatur Monaſterio titulo dotis ratione matrimonij ſpiritualis, ob ingreſſum mulieris in Religionem debetur laudemium volente Domino directo Monaſterium inueſtire, cum alias prohibeatur emphyteuſim alienari in Eccleſiam, & alios potentiores, *Maur. Burg. de laud. p. 2. inſpect. 12. nu. 31.*

PANPILONEN. SEPVLTVRAE.

ARGVMENTVM.

CAnonicus Eccleſiæ Cathedralis an veniat ſepeliendus in ipſa Eccleſia Cathedrali, vel in Parochiali, vbi inhabitabat plenè diſcutitur. Parochus habet aſſiſtentiam iuris quoad iura parochialia exercenda intra limites ſuæ Parochiæ priuatiuè quoad alios. Omnes Chriſtifideles non electa ſepultura ſunt ſepeliendi in propria Parochiali, adeò vt Parochus ſit præferendus, & reſtituendus ſi fuerit ſpoliatus. Parochialitas ex quibus contrahatur, Cathedralis dicitur ſuprema Parochia, cuius Rector eſt Epiſcopus, & Canonici, vti eius membra facientia vnum corpus.

SVMMARIVM.

1 Parochus habet intentionem fundatam in iure, vt in eius Eccleſia ſepeliantur decedentes intra limites ſuæ Parochiæ, non electa ſepultura, nec alibi habeant ſepulchrum num. 2. & 5.

3 Parochus habet iuris aſſiſtentiam quo ad iura parochialia exercenda intra limites ſuæ Parochiæ.
Lim. quoad Cathedralem num. 15.
Lim. 2. quoad Eccleſiam Regularem, & Hoſpitale priuilegijs exemptum num. 18. & 19.

4 Parochus habet iuris aſſiſtentiam pro perceptione iurium funeralium.

6 Parochus ſi fuerit ſpoliatus corpore defuncti eſt reſtituendus.

7 Canonicus Eccleſiæ Cathedralis ſepeliri debet in Eccleſia Parochiali, vbi inhabitat non electa ſepultura. Contra. quod ſit ſepeliendus in Cathedrali num. 10. & 14.

8 Quarta iuſtè exigitur à Parochiano, qui nunquam viſitauit Eccleſiam.

9 Cura-

9 Curatus, & beneficiatus efficiuntur Parochiani
alterius Eccleſiæ, vbi inhabitant.
11 Cathedralis Eccleſia eſt generalis Parochia Ciui-
tatis, & Diœceſis.
12 Parochialitas contrahitur ex reciproca neceſſitate
miniſtrandi, & recipiendi ſacramenta.
13 Parochialitas non contrahitur ex adminiſtratione
ſacramentorum, niſi proueniat ex neceſſitate.
14 Ius ſepulturæ multum dependet ab adminiſtratio-
ne ſacramentorum.
16 Canonici faciunt vnum corpus cum Epiſcopo.
17 Canonici ſubiiciuntur parochiali.
20 Parochus non poteſt iuuari ſola iuris aſſiſtentia
ſuper exercitio iurium parochialium ſuper Ec-
cleſia, vel perſona ex alio capite exempta, niſi
probetur titulus, vel poſſeſſio.

DECISIO V.

SVborta differentia inter Canonicos Cathe-
dralis Eccleſiæ Pampilonen. & Parochos Ci-
uitatis, an Canonici eiuſdem Cathedralis ve-
niant ſepeliendi in ipſa Cathedrali, vel in Pa-
rochia vbi retinent domicilium, & extremum
perſoluunt diem, controuerſia ad me pro veri-
tate delara animaduertebam Parochum habere
1 intentionem fundatam in iure, vt in eius Eccle-
ſia ſepeliantur omnes Chriſtifideles intra limi-
tes ſuæ Parochiæ decedentes, ſiue cum teſta-
mento, ſiue ab inteſtato deceſſerunt, niſi forte
alibi habeant ſepulchrum, in quo maiores eo-
rum ſepeliri ab antiquo conſueuerint. *cap. iis
qui de ſepult. in 6. probatur in cap. 1. de ſepult.
Abb. in rub de Paroch. num. 2. in cap. abolenda
num. 6. de ſepult Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſ.
c. 27. in prin. num. 1. Lauor. var. Elocub. tit. 2.
cap. 12. ſub num. 34. Aloyſ.* Ric. *in prax. p. 4.
reſol. 292. & in deciſ. Curia p. 2. deciſ. 215. à
num. 4. Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap.
26. num. 1. Sperel. deciſ. 89. num. 33. p. 1.* Præ-
2 cipuè ſi Parochianus deceſſerit nulla facta ſe-
pulturæ electione, *cap. ex porte c. cum liberum,
c. in noſtra de ſepult. Medic. de ſepult. p. 2. qu. 6.
num. 1. & ſequen. Anto. var. reſol. lib. 1. reſol.
112. caſ. 59. verſ quarto quando Lauor. vt ſu-
pra num. 72. Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de Cle-
rico debitore cum aliis per Sperel. deciſ. 88. num.
4. tom. 1.*
3 Et generaliter Parochus habet iuris aſſiſten-
tiam quo ad iura parochialia exercenda, intra
limites ſuæ Parochię priuatiuè quo ad alios.
*c. 1. c. Fraternitatem de ſepultur. Clem. dudum
§. verum tit. eod. Gratian. diſcept. 329. nu. 78.
& 79. Mareſcot. var. reſol. lib. 2. c. 95. à num.
9. Barboſ. de offic. Paroch. p. 3. c. 26. num. 66.
Cauol. deciſ. 101. num. 1. Rot. deciſ. 256. dec.
366. num. 1. p. 1. deciſ. 37. num. 1. p. 5. recen.
tom. 1. deciſ. 552. num. 2. 23. eod. p. 5. tom. 2.
Rot. in Romana iurium funeralium 4. Iunij 1653.
§. 1. coram Zarate*, & præcipuè pro perceptio-
4 ne iurium funeralium *d. cap. 1. & e relatum de
ſepult Rot. in Comen. funeralium 7. Iunij 1651.
§. accedit demum coram Melio*. Inter enim iura
5 parochialia venit etiam ius ſepeliendi deceden-
tes intra limites ſuæ parochiæ, vt habetur in
*Clement. dudum §. huiuſmodi de ſepult. Barboſ.
de offic. & poteſt. paroch. cap. 26. ſub nu. 1.*
6 Adeò vt etiam Parochus præferatur, & ante
omnia ſit reſtituendus, ſi fuerit ſpoliatus cor-
pore iam ſepulto, cum illud poſſit extrahi au-
ctoritate ſuperioris, tamquam non iuſtè ſepul-
turæ traditum, & reſtitui ius prælationis ha-
benti, *iuxta opin. de qua per Caſſan. in Catal.
gloriæ mundi p. 2. conſiderat. 5. col. pen. in prin.
verſ. de gloria autem Gratia diſcept. 298. num.
5. relat. per Barboſ. de offic. paroch. cap. 26.
num. 2.*
7 Ex quibus ſequitur quod Canonicus Eccle-
ſiæ Cathedralis, ſepeliri debeat in Eccleſia Pa-
rochiali non electa ſepultura, dum ibi conti-
nuò habitauerit, & domicilium retinuerit, cum
omnia concurrant, quæ eundem Parochiali iu-
ri ſubiectum oſtendunt, in nihilo refragante,
quod in Cathedrali celebrauerit, & in Paro-
chiali diuinis non interfuerit, ac Parochus
quo ad eundem ſpirituales labores non perſol-
uerit, dum per eum non ſteterit, cum etiam à
8 Parochiano, qui nunquam viſitauit Eccleſiam
quarta iuſtè exigatur ita *Lap. alleg. 62. num. 1.
& 2. ex Federic. de ſen. conſ. 253. num. 3. verſ.
ſolutio decima, & conſ. 254. num. 6. verſ. hoc
ideo dixi.*
9 Etenim Beneficiatus immo etiam Curatus
Eccleſiæ alienæ, ſi in eadem non faciat reſi-
dentiam, ſed ſub aliena parochia habeat do-
micilium, dicitur Parochianus illius Eccleſiæ,
vbi inhabitat, licet malè faciat non reſidendo
in ædibus canonicalibus, & Paſtoforijs, cum
etiam ex iniuſto domicilio reſultet ſubiectio
Parochiæ. *Federic. de ſen. conſ. 254 verſ. hoc
ideo dixit. Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 6. l.
P. conclu. 99. num. 2.*
10 Sed iis non obſtantibus verius de iure vide-
tur, quod Canonicus, vel alius Eccleſiæ Ca-
thedralis Clericus habitans in aliena parochia
non efficiatur Parochianus Eccleſiæ habitatio-
nis, ſed Eccleſiæ Cathedralis, vt potè quia
vbicunque quis remanet obligatus ſuæ Paro-
chiæ, habitans in aliena non ſubiicitur eiuſ-
dem iuriſdictioni ad effectum, vt Parochianus
effectus dicatur, præcipuè quia Cathedralis
11 Eccleſia non ſolum ſit generalis, ſed etiam
immediata Parochialis totius Ciuitatis, &
Diœceſis, vnde cum eius Canonici, & Clerici
in eadem debeant reſidere, diuina audire, &
percipere Sacramenta Eccleſiaſtica, ſi non ele-
cta ſepultura decedant, debent pariter apud ip-
ſam Cathedralem tumulari ſine Parochi habi-
tationis interuentu, cui præterea nulla quarta
funeralis venit perſoluenda, ita Cardinalem
Bononienſem declaraſſe aduerſus *Lapi allegat.*
62. ſupra citatam ſubdit ipſe met *Lapus eadem
allegat. num. 4. Card. Tuſch. dicta conclu. 99.
num. 5. & 6.* vbi quod reprobatur à Calderino
dicta *Lapi allegatio.*
12 Parochialitatis enim ſubiectio, vt contra-
hatur præcipuum requiſitum eſt reciproca, &
viciſſitudinaria neceſſitas miniſtrandi, & reci-
piendi Sacramenta inter Curatum, & ſubdi-
tum, ſeu populum *glo. in Clem. dudum in verb.
impediunt de ſepult. Abb. in cap. de multa num.
24. verſ. adde de preben. Dec. in cap. ad aureſ.
num. 6. verſ. & curatum de reſcript. Rot. deciſ.
144. num. 6. coram Canale. deciſ. 387. num. 7.*

coram Gregor. XV. deciſ. 233. num. 3. par. 1. deciſ. 24. ſub num. 3 p. 2. recen.

33 Quæ neceſſitas cum ceſſet in præſenti, ex quo nequeat Parochus cogere, & coarctare præfatos Canonicos ad recipienda Sacramenta ex parochiali, vt de conſuetudine, & obſeruantia totius Chriſtiani Orbis pluſquam notorium reddiitur Parochialitas vtique penitus excluditur, licet Parochus ſolitus fuiſſet eiſdem miniſtrare dicta Sacramenta, cum dicta miniſtratio neque ſuffragetur, niſi proueniat ex neceſſitate, & juriſdictione cogendi ad recipienda ex Parochiali, *Rot. deciſ. 387. num. 8. coram Gregor. XV. deciſ. 48. nu. 5. coram Card. Mantica, & tradit. glo. in Clem. dudum verſ. ac deinde in verb. impendant de ſepult. Abb. in cap. de multa num. 24 verſ. ſed adde de praben. Sarn. in regul. de idiomate qu. 11. verſ. ex quibus.*

34 Excluſa igitur neceſſitate miniſtrandi Sacramenta erga Canonicos, excluditur pariter ius ſepulturæ, & funeris, quod regulatur, & multum dependet ab ipſa ſacramentorum adminiſtratione. *Doctores in cap 1. de ſepult. in 6, ibique Bart. num 9. Abb. num. 4. Siluest. num. 8. Lupus in c. ſi de ſepult. in 6. Sanchez de matrim. lib. 3. diſ. 23, num. 74. Gratian. diſcept. 94. nu. 74. Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 95. num. 11. Barboſ. de offic. Paroch. p. 3. c. 26. num. 34. & de iur. Eccleſ. lib. 2. cap. 10. num. 34 Rot. dec. 3135. num 3. coram Seraph. & in Romana iurium funeralium 4. Iulij 1653. §. quia propter coram Zarate.*

35 Nec releuare poteſt iuris aſſiſtentia quam habet Parochus, quo ad exercitium iurium parochialium, cum ceſſet, nec habeat locum quoad Cathedralem, quæ ſuprema Parochia dicitur, cuius Rector eſt Epiſcopus, ſeu Prælatus, *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo 6. num. 82. Barboſ. de offic. Paroch. c. 1. num. 21. & 22. Rot dec. 258. nu. 4. p. 1. recen.*

36 Et cum Canonici faciant vnum corpus cum Epiſcopo, cuius ipſe eſt caput, & Canonici membra, *cap. nouit. 4. de ijs quæ fiunt à prælat. Gratian. diſcept. 111. num. 2. & plurib ſequen. Mareſcot. var. reſol. lib 1. c. 69. num. 3. & ſeq.*

37 penitus eidem quo ad omnia iura ſubijciuntur, & Cathedrali tamquam eorum Parochiæ remanent adſtricti, vt ſeparari minime debeant per exiſtentiam Parochi habitationis iuxta tradita, & notata per *Gratian. & Mareſcot. locis ſupra citatis.*

38 Prò vt in ſimili Parochus non habet aſſiſtentiam iuris in Eccleſia Regulari licet exiſtat intra limites ſuæ Parochiæ. *Abb. in cap. dilectus num. 3. & 11. de Capel. Monac. Rot. in Bononien. iur. Parochial. 23. Martij 1629. poſt Tamburin. de iur. Abb. deciſ. 87 num. 2. & 3. tom. 3. & in Veronen. iur. parochialium coram Card. Veroſpio, quæ eſt in recen. deciſ. 396. num. 14. par. 5.*

39 Neque in Hoſpitali priuilegijs exempto, vt de Hoſpitale PP. Sancti Io. Colabitarum de Vrbe, vigore priuilegiorum B. Pij V. Gregor. XIII. & XIV. & V. firmauit *Rot. in Romana iurium funeralium 4. Iunij 1653. §. 1. coram Zarate*, vnde multo magis habere non debet quo ad Eccleſiam Cathedralem eiuſque Canonicos à quibus regitur, & adminiſtratur, vt potè quia peculiaribus, ſpecioſiſq; innititur priuilegijs, & maiorem, & eminentiorem exercet iuriſdictionem, & ſicut Epiſcopus, qui eſt caput in ipſa Cathedrali ſepeliri debet, ita etiam Canonici, qui ſunt membra, vt vnitas corporis conſeruetur, & membra non ſeparentur à capite.

20 Hinc eſt quod Parochus non poteſt iuuari ſola iuris aſſiſtentia, ex quo perſona inhabitet in ſua Parochia ad effectum manutentionis ſuper exercitio iurium parochialium, ſi ex alio capite, alioque reſpectu reperiatur exempta, vnde eum ex eodem nullum poſſit deducere titulum ipſa iuris aſſiſtentia non ſuffragatur, tam de iure, quam ex reſolutionibus S. Congreg. Concil. & Rit. niſi probetur poſſeſſio, vt in ſimilibus terminis Eccleſiæ vnitæ Monaſterio Regulari licet exiſtat intra limites certæ Parochiæ dixit, Rot. *in Veronen. Iurium Parochialium 26. Iunij 1630. coram Veroſpio in prin. & §. ſi. in recen. deciſ. 396. num. 14. p. 5. recen.*

Et ita &c.

SVMMARIVM.

1 Parochia quid ſit.
2 Parochia, vt conſtituatur quę requiſita requirantur, & quomodo probari debeat num. 3.
4 Eccleſia potius ſimplex quam Parochialis præſumitur.
5 Teſtes deponentes Eccleſiam eſſe parochialem ao probent.
6 Beneficium in dubio præſumitur ſimplex, & non curatum.
7 Parochialis non dicitur Eccleſia, in qua non celebratur diebus feſtiuis.
8 Item ſi probetur in ea nunquam reſediſſe ſacerdotem.
9 Parochialis non dicitur Eccleſia, quæ à pluribus, & non ab vno ſacerdote regitur.
10 Parochialitas non probatur es ſola adminiſtratione ſacramentorum, ſi concurrat neceſſitas miniſtrandi, & recipiendi.
11 Nec probatur ex ſola cura animarum.
12 Nec probatur ex fonte Baptiſmi, nec ex Cimiterio.
13 Neque probatur ex prouiſionibus factis per concurſum.
14 Ex perceptione decimarum, & ſacramentorum non oritur concludens probatio Parochialitatis.
15 Decimæ debentur Eccleſiæ parochiali.
16 Parochialitatis leuis inducitur probatio ex retentione Sanctiſſimi Sacramenti.
17 Sanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum in Parochiali tantum, & non in alijs Eccleſijs retineri debet, neque in Eccleſiis tertiariarum num. 18. Secus ex Priuilegio Apoſtolico, vt in Eccleſijs Regularium nu 19. non tamen ex conceſſione Epiſcopi num. 20.
21 Soli Eccleſiæ parochiali permittitur habere campanas.
22 Campanæ in Sabbato Sancto ab Eccleſiis inferioribus pulſari non debent ante Cathedralem, vel Parochialem in diœceſi nu. 23. Intel. procedere vbi adeſt conſuetudo, alias cuique liberum eſt pulſare ante, vel poſt nu 24.
25 Miſſa celebrari nō debet in Eccleſijs inferioribus, & Oratorijs Confratrum ante Miſſam Parochialem, ſecus in Oratorio Ruri ædificato nu. 26. & in Eccleſijs Regularium nu. 27.
28 Regulares inter miſſarum ſolemnia poſſunt recipere

Digitized by Google

pere oblationes, non tamen per Eccleſiam circuire.

29 Parochialitas non probatur ex ſama, niſi in antiquis.

30 Parorhialitas an probetur ex enunciatiuis ſactis ab Epiſcopo in viſitatione.

31 Neque iuſtificatur ex eo, quod Eccleſia habeat populum, & fines diſtinctos.

32 Ex diſtinctione territorij temporalis non infertur ad terminos Parochialis.

Lim. ſi vna tantum adeſſet parochia nu. 33.

34 Parochialis Eccleſia erigi non poteſt ſine Epiſcopi authoritate, quæ ex lapſu temporis præſumitur nu. 35.

36 Cura animarum non eſt promiſcuè adminiſtranda, ſed vnicuique populum ſuum Epiſcopus aſſignare debet. Intel. vt num. 37.

38 Epiſcopus propter populi commoditatem poteſt nouas parochias erigere, & ſimplicem in curatam num. 39. ſecus curatam in ſimplicem nu. 41. Intel. vt num. 42.

40 Beneficia ſimplicia in Curata ab Epiſcopo conuerti non poſſunt ſine cauſa.

43 Ad erigendam nouam parochialem non reputatur iuſta cauſa Anguſtia Eccleſiæ, & multitudo populi.

44 Ex iuſta cauſa poteſt Epiſcopus erigere nouam parochialem, licet Eccleſia ſit ſubiecta Regularibus.

45 In facienda parochiæ diſmembratione non requiritur conſenſus parochianorum.

46 Aedificari poteſt noua Eccleſia in adiutorium matricis.

47 Parochialitas alicuius Eccleſiæ ſi non probetur cũ ſuis requiſitis tota cura animarum cenſetur exiſtere pænes Eccleſiam matricem num. 49.

48 Eccleſia Archipresbyteralis dicitur Eccleſia parochialis matrix.

50 Noua Eccleſia ædificari non poteſt inuito Rectore parochialis Eccleſiæ, & quid de ſtylo Curiæ num. 51.

52 Poſſeſſio Eccleſię parochialis probatur ex diſtributione ſchedularum ſacræ communionis.

53 Parochiani dicuntur omnes habitatores intra limites Eccleſiæ parochialis ſi habeant animum in ea permanendi ſecus ſi ex accidenti ibidem reperiantur nu. 54. & 55.

56 Ius parochiæ, vt mutetur, & alteri acquiratur quid requiratur.

57 Habitator in confinio duarum parochialium cuius cenſeatur parochianus.

58 Eccleſia parochialis ſi deſtruatur amittuntur iura parochialia.

Lim. ſi deſtruatur authoritate ſuperioris, ſecus caſu fortuito nu. 59.

60 In ſubrogatum tranſeunt omnia iura actiua, & paſſiua eius, in cuius loco ſubrogatur.

61 Parochialis excedentibus familiis eam conſtituentibus remanet Parochialis habitu.

62 Parochialis non deſinit eſſe actu ſi Parochiani alibi ex aliqua cauſa diuina percipiant.

63 Rector nec tacitè, nec expreſsè poteſt præiudicare, & mutare ſtatum ſuæ Eccleſiæ.

64 Ad cognoſcendam Parochiam non eſt attendendus locus habitationis, ſed domicilij. Contr. 65.

Parochia ex quibus conſtituatur, & Parochianus ex quibus efficiatur.

ADNOTATIO I.

1 PArochia eſt locus certis finibus circumſcriptus in quo regitur populus alicui Eccleſię deputatus pro eorum animarum cura *Abb. in c. extirpanda §. qui vero num. 20. de preben. Sylueſtr. in verbo parochialis Mareſcot. var. reſol. lib. 2. c. 95. num. 1.* ita *Io. Andr. in rub. de paroch. in prin. Abb. num. 1. Hoſtien. in ſumma eiuſdem tit. num. 1. Rom. con. 356. num. 1. Mantic. dec. 48. num. 1.*

2 Ad conſtituendam autem Eccleſiam parochialem debent concurrere quatuor requiſita de quibus *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 6. num. 34. vſque ad. 47. Staph. de liter. Grat. tit. de qualit. & ſtat. benef. §. circa ſecundum à nu. 7. Sarnen. in reg. de idiomate qu. 11. Maſcard. de probat. conclu. 469. Rot. dec. 52. p. 2. diuerſ. & dec. 380. p. 5. recen. Rot. in Romana iurium parochialium 4. Iulij 1653. §. fin. coram Zarate. cum alijs congeſtis per Barbaſ. de offic. & poteſt. parochi c. 1. num. 27.* vbi quod primum requiſitum ad probandam parochialitatem ſit, poteſtas fori pænitentialis ſcilicet poteſtas ligandi, atque ſoluendi 2. quod parochia ſit in loco certis finibus, & limitibus conſtituta, & habeat proprium territorium ſeparatum, & populum, & ſic populus & parochia ſaltem conſtituatur ex decem domibus, & familijs *c. vnico q. 3. Mareſcot. var. reſol. lib. 2. c. 95. num. 2. q. 3. Pacian. de probat. lib. 2. c. 31. num. 23. Barbaſ de offic. Paroch. p. 1. c. 1. num. 20. Rot. in Romana iurium funeralium 4. Iulij 1653. § fi. coram Zarate.* Tertium requiſitum eſt vt habeat proprium Rectorem, qui curam exerceat nomine ſuo, licet hoc requiſitum cõueniat perſonæ, non autem Eccleſiæ, quartum quod ſacerdos tamquam Rector ſuo nomine ſingulariter, & non cum alijs ad regimen parochialis Eccleſiæ admittatur vt declarat *Rot. in dec. 52. à num. 1. vſque ad 19. p. 2. diuerſ.*

3 Parochialitas igitur probari debet iuxta ſupradicta requiſita parochialitatis *Gregor. XV. dec. 387. num. 6.* alias Eccleſia potius ſim-
4 plex, quam parochialis præſumitur *Staphil in tit. de ſtat. & qualit. benef. in prin. Gabr. conſ. 191. num. 1. lib 1. Garz. de benef. p. 1. c. 6. nu. 8. Barboſ. de offic. & poteſt. paroch. c. 1. n. 36. & 37. Aegid. dec. 676. Rot. dec. 101. in fi. dec. 233. num 4. dec. 258. num 5. p. 1. recen. deciſ.*
5 *387. num. 4. coram Gregor. XV.* Et in teſtes deponentes Eccleſiam eſſe parochialem vtpote deponentes de qualitate iuris non probant. *Seraph. dec. 118. num. 1.*

6 Ita etiam in dubio beneficium non cenſetur Curatum, ſed ſimplex, cum de iure nullũ beneficium habeat curam, niſi habeat populũ, vel Clerum, & ideo aſſerenti beneficio curam non imminere, non incumbit onus probandi negatiuam, prout probare tenetur aſſerenti eſſe curatum *Garz. de benef. p. 1. c. 6. num. 8. vbi alios allegat.*

7 Amp. vt Eccleſia neque parochialis dici poſsit non ſolum ſi in diebus feſtis in ea non celebretur, vt celebrari debet ad *text. in cap. 2. de paroch. Rom. conſ. 356. num. 3.* verum
8 etiam ſi probetur in eadem Eccleſia numquã reſediſſe ſacerdotem, nam ex negatiua reſidẽtiæ, bene infertur ad negatiuã parochialitatis quo requirit reſidentiam iuxta diſpoſitionem *Sac. Concil. Trid. ſeſſ 6. c. 1. de reform & conſtit. B. Pij V. ex ordine Bullar. vet. 64. Garz. qui alios allegat. de benef. p. 3. c. 2. num. 16.*

9 Amp.

Digitized by Google

9 Amp. vt etiam excludatur parochialitas ſi
Eccleſia à pluribus, & non ab vno ſacerdote
regatur, cum repugnet ſtatui parochiali, quia
quemadmodum vna mulier non poteſt duos,
vel plures ſponſos habere, *cap. 1. de ſponſa-
dnor.* nec vnum corpus duo capita, quia eſſet
monſtrum *c. quia pleriſque de offic. ordinar.* ſic
Eccleſia duos, aut plures curatos *cap. cum non
ignores de præben. c. In apibus 7. q. 1. c. ſicut vna
22. q. 2. late Oltrad. conſ. 67. tom. 1. Maſcard.
de probat. conclu. 469. num. 5. 6. & 7. Gonzal.
qui alios allegat. ad reg. 8. Cancel. glo. 6. num.
42. & 43. Gratian. diſcept. 865. num. 24. &
28. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 20. num. 141.
Rot. dec. 52. num. 19. p. 2. diuerſ. & dec. 238.
num. 7. coram Coccino & in Mediolanen. paro-
chialis 15. Februarij 1664. §. nec proinde in fin.
coram Albergato.*

10 Amp. quod ex ſola adminiſtratione ſacra-
mentorum non probatur parochialitas, niſi
etiam probetur reciproca, & viciſſitudinaria
neceſſitas miniſtrandi, & recipiendi ſacramē-
ta inter curatum, & eius populum, vnde
teſtes non deponentes ſuper dicta neceſſitate,
& poteſtate cogendi non concludunt Paro-
chialitatem *glo. In Clem. dudum, in verb. im-
pediunt de ſepult. vbi Imol. num. 33. Abb. in
cap. de multa num. 24. verſ. ſed adde de præben.
Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 6. num. 36. Bar-
boſ. de offic. & poteſt. Paroch. c. 1. numer. 28.
Mantic. dec. 48. num. 5. Coccin. dec. 454. num.
6. & 7. Gregor. XV. dec. 387. num. 7. & 8. vbi
Beltram. lit. D. Rot. dec. 233. ſub num. 3. p. 1.
dec. 347. ſub num. 3. p. 2. in recen. Canaler. de-
ciſ. 144. num. 4.*

11 Amp. vt neque probetur ex ſola cura ani-
marum, quia poteſt eſſe cura ſine Parochia-
litate. Io. And. & alij *in cap. ſuper eo de præ-
ben. in 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 6. num.
92. Gregor. XV. dec. 387. num. 10. Rot. dec. 52.
num. 37. dec. 247. ſub num. 3. p. 2. recen.* cum
alijs *per Barboſ. de offic. & poteſt. paroch. c. 1.
num. 35.*

12 Amp. vt neque probetur ex fonte baptiſmi
neque ex cimiterio exiſtente in eadem Eccle-
ſia, non autem ex fonte Baptiſmi, quia ex eo
non infertur ad curam *Card. in Clem. 1. q. 4.
& ibi Ancor. in 2. notab. Imol. num. 6. de ba-
ptiſ. Dec. in cap. ad aures num. 10. de reſcript.
Barboſ. de offic. & poteſt. paroch. c. 1. num. 34.
ſub verſ. ſimili modo Federic. de ſen. conſ. 80.
num. 3. Rot. dec. 52. num. 28. p. 2. recen. Gre-
gor. XV. dec. 387. num. 12. Seraph. deciſ. 1026.
num. 5.* Neque ex Cimiterio, ſeu ex ſepultu-
ra, & actu ſepeliendi, cum etiam Eccleſia
non parochialis, nec curata poſſit illud habe-
re, vel ex conſuetudine, vel ex conceſſione
Epiſcopi *Federic. de Sen. conſ. 135. Barboſ. de
offic. & poteſt. Paroch. cap. 1. num. 29. 30. &
34. verſ. ſimili modo ibi item nec ex cimeterio
Gregor XV. dec 387. num. 12. cum alijs relatis
per Gratian. diſcept. 865. num. 14. & per Gon-
zal. ad reg. 8. Cancel. glo. 6. num 53.* reſultaret
tamen concludens probatio parochialitatis, ſi
non facta per defunctum electione ſepulturæ
maiorum in Eccleſia nihilominus cadauera
fuerunt ibidem ſepulta tamquam in Paro-
chiali *cap ex parte de ſepultur. & animaduertit
Barboſ. de offic. Paroch. c. 1. num. 29. & 30.*

13 Amp. vt neque parochialitas probetur ex
prouiſionibus factis per concurſum, quia
ordinarij poſſunt prouidere etiam de benefi-
cijs non parochialibus per concursū *Barboſ. de
offic. & poteſt. Paroch. c. 1. num. 34. verſ. ſimili
modo in fi. Gregor. XV. dec. 387. num. 15.*

14 Amp. vt ex perceptione decimarum, &
primitiarum non oriatur concludens proba-
tio parochialitatis, ſed præſumptio non leuis,
pro vt etiamſi Chriſtifideles in aliqua Eccleſia
Miſſas audirent, vel alia ſacramenta excepto
pænitentiæ, & Euchariſtiæ perciperent, cum
hęc omnia poſſint concurrere ex aliquo acci-
denti valde tamen conferunt ad comproban-
dum Eccleſiam eſſe parochialem vnde non be-
ne infertur iſta Eccleſia non percipit decimas,
ergo non eſt parochialis, & è contra, etenim
15 licet decimæ debeantur Eccleſiæ parochiali
*Exod. c. 22. in fi. & habetur in cap. 1. & in c. cū
homines & in cap paſtoralis de decim.* tamen
ſi aliter Parochiæ fuerit conſultum pro paro-
chi manutentione, & non adſit conſuetudo
decimandi, poteſt ſtare ſimul quod ſit paro-
chialis, & non habeat Ius decimandi, ſicut
etiam poſſunt acquiri decimæ Eccleſiæ non
parochiali, ex alio titulo, quam ex iure diui-
no puta præſcriptione, vel per voluntariam
populi exhibitionem factam *cap. cum contin-
gat c. cum ſua de decim. cap. 1. de præſcript. in
6.* ita *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 6. num. 56.
57. & 58. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. c. 1.
num 31. 32. & 34.*

16 Amp. vt ex retentione Sanctiſſimi Sacra-
menti in aliqua Eccleſia leuis tantum, ſed non
concludens inducatur probatio parochialita-
tis, quia licet de neceſſitate tantum in paro-
chiali retineri debeat iuxta notata *in Clem. 1.
de priuil* & interdicta ſit alijs Eccleſijs huiuſ-
17 modi retentio vt cenſuiſſe *Sac. Congreg. Epi-
ſcop. refert Gauant. in Encheridion. ſeu manua-
le Epiſcop. in verb. Euchariſtia num. 1. & 2.* vbi
quod neque in Eccleſijs Tertiariarum, quę
18 profeſſionem ſolemnem non emittunt trium
votorum, nec in Clauſura viuunt *ex reſolu-
tione eiuſdem Sac. Congreg Epiſcop. 20. Decem-
bris* 1616. Tamen ex priuilegio Apoſtolico
19 aſſeruari poteſt etiam in Eccleſia non paro-
chiali, prout retinetur in Eccleſijs Regularīū.
20 Secus verò de licentia Epiſcopi, à quo nullo
modo concedi poteſt, & ſi concedatur reddi-
tur ipſo facto nulla, vt neque indigeat reuo-
catione iuxta diſpoſitionem *textus in c. tri-
bus §. tanta de conſecrat diſ. 2.* & ita ſibi reſpon-
ſum fuiſſe *à Sacra Congreg. Eminentiſſimorum
Card. Sac. Concil. Trid. interpetrum de anno
1609. teſtatur Genuen. in prax. Archiepiſcop.
Neapol. cap. 92. per tot. Barboſ. de offis. & po-
teſt Paroch. c. 1. num. 33. Piaſec. in prax. Epi-
ſcop. p. 2. c. 3. num. 33.*

21 Amp. quod licet ſoli Eccleſiæ Parochiali
permittatur habere campanas cum ſit vnum
de ſignis, & requiſitis Eccleſiæ, & beneficij
curati, non tamen per hoc concludenter paro-
chia-

chialitas probatur, cum etiam vel ex conſue-
tudine, vel ex indulto in alijs Eccleſijs non
curatis habeantur *Barboſ. de offic. & poteſt. Pa-
roch. c. 1. num. 34. verſ. ſimili modo, qui alios*
22 *allegat.* Non poſſunt tamen in dictis Eccleſijs
in Sabbatho Sancto pulſari Campanæ ante
quam Cathedralis Eccleſia, vel Matrix pulſa-
uerit iuxta *conſtitutionem Leonis X. de qua
Gauant. in Encheridion. ſeu manuale Epiſcapor.
in verb. Campana num. 1.* & ſub nomine matri-
23 cis venit etiam Parochialis in Diœceſi, ante
quam non poſſunt neque Regulares, neque
Confratriæ ſuas campanas pulſare, prout cen-
ſuiſſe *Sac. Congr. Rit.* 19. *Februar.* 1608. *refert
Gauant. loco citata num.* 2. Verum vbi adeſt
24 conſuetudo pulſandi campanas non niſi poſt
Cathedralem, ſeu Matricem, vel parochialem
ſeruanda eſt *eadem Sac. Cong.* 1601. alias li-
berum eſt cuique pulſare ante, vel poſt *ead.
Sac. Congr.* 11. *Aprilis* 1601. *vt teſtatur Ga-
uant. vt ſupra num.* 3. *&* 4.
25 Prout etiam præferri debet Eccleſia paro-
chialis diebus feſtiuis in celebratione Miſſæ;
adeo vt in Eccleſijs inferioribus, Oratorijſque
Confratrum non eſt celebrandum, ſacrum-
que Miſſæ ſacrificium abſoluendum diebus
feſtiuis ante Miſſam parochialem deciſum
fefert *per Sac. Congreg. Epiſcop.* 14. *Maij* 1585.
*Gauant. in Encheridien. ſeu manuale Epiſcopo-
rum in verbo Miſſa num.* 20. non poteſt tamen
26 prohiberi celebratio Miſſæ in Oratorio Ruri
ædificato per laicum, ante quam celebretur
Miſſa in parochiali, & Matrice Eccleſia, vt
cenſuit *Sac. Congr. Concil. in vna Caietana* 18.
Septembr. 1627. *& in vna Capuana* 31. *Maij*
1629. *relat. per Barboſ. de offic. & poteſt. Pa-
roch. c.* 11. *num.* 23. *& per Gauant. in Euche-
rid. ſeu manual. Epiſcop. in verb. Miſſa paro-
chialis in addit. num.* 1.
27 Quinimò neque prohibitum eſt regulari-
bus Miſſas celebrare, & campanas pulſare in
eorum Eccleſijs ante celebrationem Miſſæ, &
pulſationem Campanæ in Eccleſia parochiali,
& Ordinarius minime hoc illis prohibere po-
teſt, ſed tantum monere populum, vt accedat
ad Eccleſiam parochialem ad *Sac. Concil Trid.*
præſcriptum iuxta reſolutionem *Sac. Cangreg.
Concil. Trid. in Cauſa nullius Prouinciæ Rauen-
naten.* 15. *Septemb.* 1629. *relat. per Barboſ. de
offic & poteſt. paroch. cap.* 11. *num.* 21. *&* 22.
28 vbi quod regulares poſſunt inter Miſſarum
ſolemnia vertere ſe ad populum, & in medio
altaris ſiſtendo elemoſynas, & oblationes ab
offerentibus recipere, non autem ab altari
diſcedere, & per Eccleſiam circuire *Lezana in
ſumma quæſt. regul. c.* 9 *num.* 45. *& cap.* 12. *nu.*
41. *cum plurib. ſequen vbi refert. ita cenſuiſſe
Sac. Cong. Concil. Trid. in vna Bononien.* 2. *Iu-
lij* 1620. *Barboſ. de offic. & poteſt. paroch. c.* 11.
numer. 22.
29 Amp. vt parochialitas neque probetur ex
fama, niſi in antiquis iuxta *text. in l.* 3. *§. eiuſ-
dem de teſt. Gregor. XV. dec.* 387. *numer.* 13.
30 Vlterius neque probatur ex enunciatiuis, li-
cet factis ab Epiſcopo in Viſitatione diœceſa-
na, ſi de enunciato principaliter dubitari con-
tingat, præcipuè ſi ſit de recenti per regulam
quod enunciatiua non probat in facto recenti
Gregor. XV. dec. 387. *num.* 14. præcipuè quan-
do conſtat deficere requiſita ad inducendam
parochialitatem, nam tunc declaratio enun-
ciatiuę aliunde venit iuſtificãda *Rot. dec.* 258.
num. 8. *p.* 1. *recen.*
31 Amp. vt parochialitas neque iuſtificetur
ex eo quod habeat populum, & fines diſtin-
ctos nam licet diſtinctio Territorij ſit ſignum
parochialitatis *Rom. conſ.* 358. *num.* 2. *&* 3.
Gonzel ad reg 8. *Cancel. glo.* 6. *num.* 37. *Rot.
dec.* 287. *num.* 9. *coram Gregor. XV. dec.* 52. *nu.*
14. *p.* 2. *diuerſ.* Ex ea tamen non probatur, ni-
ſi quoque concurrat iuriſdictio fori pæniten-
tialis, & reciproca neceſſitas miniſtrandi, &
recipiendi ſacramenta, quoniam ex diſtinctio-
32 ne ſolum territorij temporalis, non infertur
ad terminos parochialis *Felin. in c. cum cau-
ſam num.* 12. *verſ. ſecundo ſcias de probat. Bu-
tr. in cap. querimoniam num.* 6. *de iur. patron.
Sarnen. in reg. de idiom. q.* 11. *num.* 6. *in fi. Se-
raph. dec.* 1422. *num.* 17. *Rot. dec.* 258. *num.* 8.
p. 1. *recen.*
33 Sed hoc Lim. vt à terminis, & territorio
temporali optimè arguatur ad ſpirituales ter-
minos parochiæ, quando vnica tantum paro-
chia adeſt in loco, & non probatur plures
adeſſe *iuxta text. in l. nulli verſ. quod ſi in viro
vbi glo. Bald. num.* 13. *C. de Epiſcop. Butr. in
c.* 1. *num.* 15. *de relig. dom. Franc. Marc. deciſ.*
352. *per tot. p.* 2. *Rot. dec.* 204. *num.* 1. *in fi. &
num.* 2. *p.* 2. *recen. & in Calaguritana decima-
rum Sancti Aſceaſij, & Danalilli* 17. *April.*
1654. *§. ex eiſdem prope fin. coram Zarate.*
34 Semper autem requiritur authoritas Epi-
ſcopi ad hoc vt Eccleſia conſtituatur paro-
chialis, mediante ſpeciali erectione in titulum
parochialis cum finium, & plebis deſignatio-
ne *cap. nullus omnino* 16. *q.* 7. *Azor. inſtit. mo-
ral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 11. *q.* 14. *Vgolin. de offic. & po-
teſt. Epiſcop. cap.* 53. *in prin.* vbi docet in qui-
bus caſibus poſsit Epiſcopus nouam parochiã
35 conſtituere, erecta tamen præſumitur ſuperio-
ris authoritate, & conſenſu ex lapſu tempo-
ris, & celebratione diuinorum officiorum,
ſacramentorumque adminiſtratione *Afflict.
deciſ.* 368. *numer.* 5. *Gam. deciſ. Luſit.*
144. *in fin. & dec.* 168. *num.* 1. *cum alijs per
Barboſ. de offic. & poteſt. paroch. c.* 1. *numer.*
38. *&* 39.
36 Vbi verò adhuc parochiæ certos non habẽt
fines, nec eorum Rectores proprium populum
quem regant, ſed promiſcuè petentibus ſa-
cramenta adminiſtrant, Epiſcopus diſtincto
populo in certas propriaſque parochias vni-
cuique ſuum proprium, peculiaremque pa-
rochum aſsignare debet *ex diſpoſitione Sac.
Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform: cap.* 13. *Vgolin.
de offic. Epiſcop. c* 54. *§.* 2.
37 Quę quidem Sac. Concil. diſpoſitio pro-
cedit in locis, & Ciuitatibus, vbi eſſent plures
parochi, qui promiſcuè ſacramenta admini-
ſtrarent, non tamen comprehendit parochias,
quæ licet certos fines non habeant, certum
tamen populum habent, & per certas familias
diſtin-

diſtinguũtur abſque eo quod promiſcuè adminiſtrentur *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 6. num. 96. Barboſ. de offic. & poteſt. paroch. c. 1. num. 23. & ſeq.* vbi quod ita obſeruatur Aquilę in Samnio *Rot. in Mediolanen. Parochialis 15. Februar. 1664. §. nec proinde coram Albergato.*

38 Immo vbi propter locorum diſtantiam, aut difficultatem itineris, & viarum parochiani, non niſi cum magno incommodo ad propriã parochiam ad ſacramenta percipienda, & diuina officia audienda accedere cogũtur, quia lex diuina, & Eccleſiaſticæ ſanctiones nõ obligant cum magno incommodo, ideo poteſt Epiſcopus etiam tamqnam Sedis Apoſtolicę delegatus fidelium commoditati conſulendo deuenire ad conſtitutionem nouarũ Eccleſiarum parochialium, cum congrua fructuum aſſignatione retrahen. ex redditibus Eccleſiæ matricis, & ſi opus fuerit ex coactione populi ad contribuendum, & ſupplendum arbitrio ipſius Epiſcopi pro noui Rectoris ſubſtentatione *cap. ad audientiam de eccleſ. ædifican. & ſtatuit Sacr. Concil. Triden. ſeſſ. 21. de reform. cap. 4. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 68. per tot. & de offic. & poteſt. paroch. cap. 1. num. 25. Franc. Leo in Teſaur. for. Eccleſ. p. 2. c. 2. nu. 68. Rit. in prax. for. Eccleſiaſt. d. 554. in 1. edit. & reſol. 476. in 2. edit. Mandoſ. in prax. ſignatur tit. Erectiones* Rot. *dec. 484. n. 2. p. 1. to. 1. recen.*

39 Vnde poteſt etiam Epiſcopus Eccleſiam ſimplicem in curatam, & parochialem erigere, iuſta tamen concurrente cauſa *Garz. de benef. p. 12. c. 5. num. 2.* ceſſante verò iuſta
40 cauſa beneficia ſimplicia in curata ab Epiſcopo conuerti non poſſunt, vt deciſum referunt *Aloyſ. Ric. in prax. for. Eccleſ. dec. 492. in 1. edit.* reſol. *383. num. 6. & 7. in 2. edit. Nicol. Garz. de benef. p. 12. c. 5. num. 3. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 68. num. 8. & 9.*
41 vbi quod etiam Eccleſia curata in ſimplicem ab Epiſcopo reduci non poteſt.

42 Non tamen quælibet diſtantia ſuffragatur diſmembrationi, & erectioni nouæ parochialis, ſed ea dumtaxat, quæ præbet difficultatem, & magnam incommoditatem accedendi ad percipienda ſacramenta, diuinaque officia audienda, & prout à prudentia Epiſcopi conſentaneum judicabitur, cuius arbitrio totum hoc negotium relinquitur *à Sac. Concil. loco citato ſeſſ. 21. de reform. cap. 4 verſ. & in iis* quanta diſtantia inter vnam, & aliam Eccleſiam intereſſe debeat *Menoch. de arbit. caſ. 497. per tot. Ric. reſol. 476. num. 5; Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 68. num. 2. Rot. dec. 484 num. 3. p. 1. recen.*

43 Neque adhuc effectum iuſta cauſa reputatur anguſtia, & difformitas Eccleſiæ antiquæ, cum huiuſmodi incommoditatibus ſatis prouideri poſſit per ampliationem vel per nouæ Eccleſiæ ædificationem opportuniori loco intra limites eiuſdem Eccleſiæ, prout neq; maxima populi multitudo, cum adhiberi poſſint Miniſtri coadiutores iuxta diſpoſitionem eiuſdem *Sac. Concil. Trid. dicta ſeſſ. 21. de reform. c. 4. in prin. & comprobat Rot. dec. 484. num. 4. & 5. p. 1. recen.* qui licet aſſumantur ad exercenda iura ad curam ſpectantia non propterea dicuntur curati, ſed Curati coadiutores *Gratian. diſcept. 865. num. 24. & 25. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 6. nu. 42. & ſeq.*

44 Concurrente igitur iuſta cauſa ad parochiæ diuiſionem Epiſcopo tamquam Sedis Apoſtolicæ delegato deuenire permittitur, etiã ſi Eccleſia regularibus ſubiecta eſſet prout *Sac. Congregationem cenſuiſſe ex Franc. Leon. in Theſaur. for. Eccleſ. p. 2. c. 2. n. 69. refert Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop. alleg. 68. nu. 6.*

45 Nec cauſa faciendi huiuſmodi diſmembrationem requiritur conſenſus parochianorum, vel Curati primæ Eccleſiæ, quia Concilium loco citato tribuit facultatem Epiſcopo etiã illo inuito nouas parochias ædificandi, ſine tamen præiudicio poſſidentis, vt declaraſſe *Sac. Cong. Epiſcop. in Andrien. 1594. teſte prax. noua Epiſcop. p. 1. c. 5. num. ... refert Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 68. num. 4.*

46 Quando verò cauſa non eſt ſufficiens ad deueniendum ad actum diuiſionis parochiæ, ſed conſtructio nouæ Eccleſiæ redundaret in maximum beneficium, & in maiorem populi commoditatem, permitti poteſt talis ædificatio, vel quatenus ædificata reperiatur, vt remaneat in adiutorium Matricis, eiuſque Capellanus miniſtret ſacramenta vti parochi coadiutor, *vt dixit* Rot. *iuxta declarationem Sac. Congr. dec. 484. num. 7. p. 1. recen.*

47 Parochialitas præterea alicuius Eccleſiæ, quando non probatur, cum ſuis requiſitis, cura animarum totius plebanatus cenſetur exiſtere penes Eccleſiam matricem, quæ quę eſt vera parochia, quamuis per Eccleſias viciniores vti auxiliatrices Eccleſia adminiſtretur, ſeu habeatur cura certarum perſonarum, & familiarum *Abb. conſ. 58. col. fi. verſ. 2. poſſunt intelligi p. 1. facit Cuman. conſ. 149. num. 2. & Rot. dec 258. num. 7. p. 1. recen.*

48 Eccleſia enim Archipresbyteralis dicitur Eccleſia parochialis matrix, ita vt aliæ Eccleſiæ exiſtentes intra eius limites ſi enuncientur parochiales intelligi debent ratione fori pœnitentialis, & ſacramentorum, quæ in illis adminiſtrantur ſi deficiant alia requiſita paro-
49 chialitatis *Rot. dec. 258. num. 8. p. 1. recen.* etenim Eccleſiæ propriè parochialis denominari non debent, ſi non habeant diſtinctionem limitum domorum, & perſonarum, adeo vt ſi adminiſtrent ſacramenta, ſine iſtis requiſitis, ſignum manifeſtum eſt, quod ſint Capellę extructæ pro ſuccurſu, & auxilio matricis Eccleſiæ, atque vt magis commodè fidelibus ſacramenta miniſtrentur *Lap. alleg 6. Rebuf. de decim. q. 6. n. 11. Rot. d. 258. n. 6. p. 1. recen.*

50 Generaliter verò Eccleſia parochialis gaudet priuilegio, vt intra ſuos fines alia Eccleſia, vel Capella non poſſit ædificari inuito eius Rectore *cap. quicunque 16. q. 1.* quoniam quidquid eſt intra fines eiuſdem parochię, totumque eius ſolum intra limites deſignatum cum ſpectet ad eandem parochiam, & in eius poſſe certo modo reperiri cenſeatur, contra

eius

elus poſſe certo modo reperiri cenſeatur, contra eius voluntatem alia Capella ædificari nequit, vnde inoleuit ſtylus Romanæ Curiæ in facultatibus extruendi oratoria inter alia ad fauorem Parochialium apponere clauſulas reſtrictiuas, vt ſcilicet Oratorium decenter inſtructum, & ornatum, & ab omnibus actibus domeſticis liberum exiſtat, & vt conceſſio intelligatur ſine parochialis Eccleſiæ præiudicio, & exceptis diebus Natalis Domini Noſtri, Reſurrectionis, Pentecoſtes, quibus ibidem celebrari non liceat, vt Parochialis frequentetur, & in ſolemninsibus recognoſcatur, ita *Borboſ de offic. & poteſt. Paroch. c. 1. num. 26. verſ.* & iſta Eccleſia, ex *Hier. Catac. quem allegat. in Opuſculo de iur. Paroch. tit. 2. c. 1.*

52 Parochialis Eccleſiæ poſſeſſio probatur ex eo, quod Sacerdos tempore Paſchalis Reſurrectionis diſtribuerit ſigna, ſeu bullettinos eorum, qui ſe communicauerunt, cum hoc munus propriè ſpectet ad Parochum, a quo perſolui debet, vt notatur, *in cap. omnis vtriuſq; ſexus de pœnit. & remiſ.* Rot. *deciſ. 258. num. 1. p. 1. recen.*

53 Parochiani verò dicuntur omnes habitatores intra limites Eccleſiæ Parochialis *Tuſch. pract. concluſ tom. 6. lit. P. conclu. 99. num. 1.*

54 Et ad hoc, vt quis Parochianus efficiatur, & Parochia acquiratur, animus permanendi in ea requiritur, & ſic Parochiani non efficiuntur illi, qui intra alicuius Parochiæ limites ex accidenti exiſtunt, puta cauſa alicuius negotij, infirmitatis, & ſimilium, quo caſu prima parochia non mutatur, & alia de nouo non acquiritur, *cap. ijs, qui de ſepult. in 6. facit text. in l. nihil 23. ff de captiu l. eius qui 27. §. fi l. domicilium 20. ff. de municip. l qui ſaltum 67. ff. de legat. 3 l. quæſitum 14. §. Papinianus 37. l ſeia 20. §. Pamphila ff de fund. inſtruct. Syluest. in ſumm. verbo Canonica portio num. 15. Rodriq. quæſt. Regular. tom. 3. quæſt 46 art. 3. Barboſ. in Concil. Trid ſeſſ. 24. c. 1. de reform. num. 6. & de offic. Paroch p. 3. c. 25. num. 26. & 27. Baſil. Pont de matrim lib. 5. c. 13. §. 2. Parlador. rerum quotidianarum diff. 66. §. 3. nu. 3. Rot. in Romana iurium funeralium 4. Iulij 1653. ſub §. 1. coram Zarate, vbi in fi. dicti §.*

55 *ſubdit*, quod ad contrahendam parochiam non requiritur domicilium, cum ſufficiat habitatio cum animo permanendi ad tempus notabile. *Gratian. diſcept. 94. num. 74. Mareſcot. lib. 2. var. reſol cap. 95 num. 11. Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 2. c. 10. num. 33. Seraph. deciſ. 1135. num. 1.*

56 Ius igitur Parochiæ, vt mutetur, ad effectum, vt alteri acquiratur, non ſufficit ſimplex receſſus, niſi etiam concurrat curſus durum mentium, quibus habitatione quis continuauerit in alia Parochia, ad hoc vt ex receſſu, & curſu temporis copulatiuè dignoſcatur animus efficiendi ſe ſubditum alterius curæ. *ex ſtatuto Cleri Romani, de quo Rot. in Romano iurium funeralium 4. Iulij 653. coram Zarata §. 1. verſ. & confirmatur.* Et quamuis Parochiani Sacramenta in aliena parochia percipiant, & diuina audiant, ac proinde proprius Parochus nullum ſubſtineat laborem, non propterea efficiuntur de parochia, in qua Sacramenta percipiunt, niſi animo perpetuæ habitationis cum rerum ſubſtantia ibi fiant incolæ, & ſic Parochiani iuxta *Clem dudum §. huiuſmodi de ſepultur. DD. in c. ijs, qui tit. eod. in 6. Mareſcot. var. reſol. lib. 2. c. 95. num. 5. Sperel. deciſ. 87. num. 2. p. 1.*

57 Habitator vero in confinio duarum Eccleſiarum Parochialium, cenſetur Parochianus illius, in qua domus habet aditum, *ex notab. doctrina Bart. in l. 6. num. 6. in fi. ff. de damn. infect. Barboſ de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 32. num 71. p. 2.* vbi etiam quod ſi domus habeat duas portas, quarum vna tendat ad vnam, & altera ad aliam, iudicatur de ea Parochia, in qua reſidet porta principalis, & aditus magis frequentatus *Aloyſ. Ric. in prax. for. Eccleſ. deciſ. 333. in p. edit. reſol. 510. in 2. edit.*

58 Eccleſia Parochialis ſi deſtruatur non amplius remanent iura Parochialia, ita vt non ſolum extinguatur Parochialitas, ſed ipſum quoque beneficium, quia non entis nullæ ſunt qualitates *Abb. in cap. 2. num. 5. de noui oper. nunciat. Gregor. XV. deciſ. 387. num. 1. & dec. 405. num. 1.*

59 Lim. quod ſi Eccleſia deſtruatur auctoritate ſuperioris, tunc enim amittit omnia iura, ſi verò deſtruatur caſu fortuito, & tunc retinet habitu omnia iura, ita quod ſi alia Eccleſia in eodem loco reædificetur vel ſubrogata in locum primæ actu exercere poteſt omnia iura Eccleſiæ deſtructæ, quæ habitu retinebat, tamquam in eandem tranſmiſſa, tum quo ad potentiam, & valorem, tum quo ad exercitium, & executionem. *Decian. conſ 95. num. 14. lib. 5. Beltram. in adnot. ad deciſ. Gregor. XV. deciſ. 405. lit. A. vbi ita dixiſſe Rot. in Toletana decimarum de Sanzedon. 12. Iunij 1590. cor. Penia,*

60 iuxta vulgatas iuris regulas, quod in ſubrogatum tranſeant omnia iura actiua, & paſſiua illius, in cuius locum ſubrogatur *per text. in l. ſi cum §. qui iniuriarum ff. ſi quis caut. Innoc. in cap. Abbate ibique Butr. num. 22. Abb. num. 16. de verb. oblig. Rot. deciſ. 279. num. 5. p 6. recen. & in Romana domorum de Incoronatis 18. Martij 1650 §. quo vero circa med. coram Dunozet. & in Romana locorum montium 3. Iunij 1650. ſub §. quibus non aduerſatur coram Melzio.* Et ſapiat eandem naturam. *l 1. § hæc vero, & ibi Bart. ff. ſi quis caut l. ſi donata §. 1 ff. de donat. cap. Eccleſiam il 4. vbi omnes Canoniſtæ vt lit. penden. Cobel. de ben reg m. c. 92. num. 67. verſ. nota eſt etiam, Rot. in Romana locorum montium 26. Maij 1651. in ſi. priu. coram Rojas.*

61 Pariter familiæ degentes intra limites Eccleſiæ Parochialis ad eam conſtituendam de putatæ, ſi recederent, non propterea deſineret Eccleſia eſſe Parochialis, ſed remaneret Parochialis habitu, licet non actu, ſi tamen reuerſe eſſentur, iterum Eccleſia diceretur Parochialis habitu, & actu. *gloſ. communiter approbata in c. licet canon. in verbo Parochia de elect. in 6. Silua de benef. p. 3. q. 42. cum alijs per Mareſcot. var. reſol. lib 2. c. 95. num. 2. 3. & 4.* vbi quod nec deſinat eſſe Parochialis actu, etiam ſi Parochiani, qui in Parochia habitant ex aliqua cauſa,

vel culpa ibi diuina non percipiant, & quamuis Curatus nullum laborem ſubſtineat, quia ad effectum, vt Curatus conſequatur iura parochialia, ſufficit per eum non ſtare, quin miniſtret Eccleſiaſtica Sacramenta, *ex Abb. & Rebuſ. quos allegat.*

63 Quinimò ſi Curatus neglexerit adminiſtrare Sacramenta Parochianis, qui huiuſmodi de cauſa fuerunt coacti accedere ad alias Parochiales ad ea percipienda, non propterea ex culpa, & negligentia Curati mutari poteſt ſtatus Eccleſiæ, cui Rector nec tacitè, nec expreſsè valet præiudicare, præſertim ſi conſtet Eccleſiam habere limites, intra quos adſint habitatores, nec probetur huiuſmodi habitatores receſſiſſe animo alibi conſtituendi habitationem, & ſufficit, quod remaneant alij Parochiani, & ſaltem decem perſonæ, vt Eccleſia conſeruetur Parochialis habitu, & actu, *late alijs congeſtis tradit. Mureſcot. var. reſol lib. 2. c. 95. à num. 5. vſque ad 7. Sperel. deciſ. 87. num. 2. tom. 1.*

64 Ad cognoſcendam Parochiam non eſt attendendus locus habitationis, ſed domicilij, vt in indiuiduo tenuit, *glo. in c. ijs, qui de ſepult. in 6. & ibi Gemin num. 2. & 5. Franc. num. 1. & alij relati à Sanchez. de matrim. lib. 3. diſ. 23. ſub. 1. verſ. 3. probatur.*

65 Contrarium quod immo in cognoſcenda parochia conſiderandum non ſit domicilium, ſed præſens ſtatus, ita vt vbi quis ad præſens habitat, & animum habet ad aliquod notabile tempus permanendi, non tamen conſtituendi domicilium, efficitur ſubiectus eidem Parochiæ, vt contingit in officialibus, in Scholaribus, in famulis, nutricibus, in conducentibus domum ad aliquod determinatum tempus puta ad annum, etiam ſi morte præuenti illum non compleuerint, etenim animarum ſalus non debet pendere in incerto, nec patitur dilationem, vndè cum facilius à Paro.ho habitationis poſſit recipere Sacramenta, non eſt mirum ſi per habitationem, & præſentem ſtatum efficiatur Parochianus. *Fedurio. de ſen. conſ. 254. Ancor. in c. ijs, qui ſub num 1. verſ. pro clariori tamen de ſepult. in 6. Conal. in ſpec. commun. contra commun. qu. 458. num. 36. & ita a S. Congr.* reſolutum fuiſſe teſtatur. *Salzedo in oddit. ad Diaz. in pract. crim. c. 73. verſ. 14. in fi. Gratian. diſcept. 75. num. 18. Syluester in ſumma in verbo ſepultura ſub num. 8. verſ. ſi vero ſit Laicus, late Menoc. conſ. 398. nu. 7. 17. 22. 42. & 44. bene Sanchez. de matrim. lib. 3. diſ. 23. ſub num. 12. verſ. & confirmatur Guttier. in tract. de matrim. c. 63. n. 19. vbi de veriori cum alijs per Sperel d. 87. n. 5. verſ. his tamen to. 1.*

S V M M A R I V M.

1 Cura animarum pænes quem reſideat ex obſeruantia demonſtratur.
2 Ex obſeruantia reſultat conuentionum, & voluntatis partium declaratio.
3 Beneficium curatum ſi perpetuò capitulo vnitum exiſtat, cura habitualis reſidet pænes capitulum actualis pænes vicarium Amp. vt nu. 4. & 13.
4 Vnio beneficiorum facta per viam incorporationis cenſetur acceſſoriè facta.
6 Cura animarum in Collegiatis exerceri debet per proprios Parochos, & non per Capellanos amouibiles.
7 Cura animarum licet ſit tranſlata in Archipresbyterum, reſidet tamen actualis pænes Capitulum.
8 Amp. licet in prouiſione dictum fuerit quod Archipresbytero immineat cura animarum.
9 Ad Archipresbyterū de iure communi ſpectat cura animarum, ſecus ſi appareat de contrario.
10 Emolumenta quomodo diuidenda inter habentem curam actualem, & habitualem, & nu. 11.
12 Signum vnionis, & Curæ habitualis reſultat ex perceptione fructuum.
14 Vicarius perpetuus potius cenſetur habere curam animarum, quam Rector principalis.
15 Cura habitualis non facit beneficium curatum, nec cauſat incompatibilitatem, nec exigit reſidentiam.
16 Parochialis habitu reputatur, ac ſi eſſet beneficium ſimplex.

Cura animarum pænes quem reſideat in Eccleſijs vnitis Collegiatis, & Capitularibus.

Emolumenta quomodo diuidenda inter habentem curam actualem, & habitualem.

ADNOTATIO II.

1 CVra animarum pænes, quem reſideat ex obſeruantia demonſtratur *ad text. in l. ſi de interpretatione, & l. ſequen ff de leg. Burat. deciſ. 393. num. 3. Rot. deciſ 419. num. 5. & 6. p. 1. recen. & in Romana iurium Parochialium 4. Decemb. 1651 §. concurrit etiam coram Eminentiſſ. D. Card. Celſo.*

2 Ex obſeruantia quidem omnis remouetur ambiguitas, & certa reſultat præcedentium conuentionum, ac voluntatis partium declaratio. *l. item 7 § proinde ff. ad Senat. Conſult. Macedon l. cum de in rem verſ. 6 ff. de vſur. l. quedam ſunt 1. ff de reb. dub. Burat. deciſ 379. num. 3. & faciunt tradita per eundem deciſ. 85. num. 4. Gregor. XV deciſ. 502. num. 10. deciſ. 511. num 8. Cauale. deciſ. 30. num. 3. deciſ. 199. num 6. deciſ. 289. num. 4. Rot. deciſ. 503. nu. 2. deciſ. 571. num 3. p. 1. diuerſ deciſ. 301. nu. 8. deciſ. 261. num. 4. deciſ. 641. num 4. par. 1. deciſ 194 num. 4 deciſ. 451. num 2. p. 2. recen. & in Romana fideicommiſſi de Maximis 11. Ianuar. 1649. §. ceterum prædicta coram Eminentiſſ. Celſo, & in Romana Caſalis Aguzzoni 26. Nouemb. 1649. §. ac demum in fi. coram Dunozet.*

3 Beneficium Curatum ſi perpetuò capitulo vnitum exiſtat, eius cura habitualis reſidet pænes idem capitulum, & exercitium eius Curæ Vicario incumbit. *Ad tradita per Rot. apud Cauale. deciſ. 593. num. 2. & 4. Merlin. deciſ. 115. num. 6. verſ. præterea & in Mendonien. Parochialis 3. Martij 1653. coram Zarate §. ex ea nimirum & §. nec dubitari poteſt.* Vbi præcipuè ſtantibus clauſulis in Bulla contentis ſcilicet cum omnibus iuribus, & pertinentijs.

4 Ampl. ſi Capitulo conceſſa fuerit facultas nomi-

Digitized by Google

nominandi Presbyterum ad nutum, & amouibilem pro exercitio curæ. *Rot. deciſ.* 115. *nu.* 4. *&* 5. *coram Merlino dec.* 102. *num.* 10. *verſ. & reſeruatur p.* 1. *recen.*

5 Ampl. ſi vnio ſit facta per viam incorporationis, vt ſi adſit verbum incorporamus, quod efficit, vt vnio dicatur acceſſoriè facta. *Garz. de beneſ. p.* 12. *c.* 2. *num.* 55. *&* 56. *Maſſobr. in praſc. habend. concurſ. ad Paroch. pralud.* 13. *deb.* 2. *Barboſ. de offic. Epiſcop. alleg.* 60. *à nu.* 23. *Rot. deciſ.* 352. *num.* 7. *par.* 4. *recen. & in Mendonien. Parochialis* 3. *Martij* 1653. *§. nec dubitari coram Zarate.*

6 Cura animarum in collegiatis exerceri debet per proprios Parochos, & non per Capellanos ad nutum amouibiles iuxta *Conſtitutionem B. Pij V. de qua Rot. in Romana iurium parochialium* 4. *Decemb.* 1651. *§. & euidentius coram Emin. D. Card. Celſo.*

7 Et licet in huiuſmodi Eccleſijs collegiatis eadem cura translata fuerit in Archipresbyterum, habitualis tamen reſidet pænes capitulum. *Lotther. de re benefic. lib.* 1. *qu.* 14. *num.* 101. *& ſeq. Rot. dec.* 316. *per tot. p.* 4. *tom.* 2. *recen. & in dicta Romana iurium parochialium* 4. *Decemb.* 1651. *§. & euidentius in fi. coram Emin. Celſo.*

8 Nec à Capitulo abdicata cenſetur dicta cura habitualis, quamuis Archipresbyter prouiſus fuerit de eadem Cura cum aſſertione in literis Apoſtolicis, quod illi immineat cura animarum, quia intelligendum eſt de cura actuali, remanente ſemper habituali pænes. Capitulum *Rot. deciſ.* 214. *num.* 5. *&* 6. *coram Burat. dec.* 316. *num.* 9. *p.* 4. *recen. & in dicta Romana iurium Parochialium* 4. *Decemb.* 1651. *§. fi. coram Emin. Celſo.*

9 Quibus non aduerſatur, quod de iure communi cura animarum ſpectet ad Archipresbyterum, quia non procedit, quando ex alijs probationibus appareat de contrario, vt ſi probetur ſpectare ad capitulum vt animaduertit eadem. *Rot. in dicta Romana iurium Parochialium §. non obſtat. & coram Seraphin. deciſ.* 839. *num.* 4.

10 Vbi verò Parochus habet curam actualem, & Capitulum habitualem, Parochus non poteſt omnia emolumenta curæ ſibi appropriare, ſed tantum ſolita, & conſueta, quia quando Eccleſia eſt Collegiata, licet ſolus Parochus adminiſtret curam, tamen Canonici cætera munera exequuntur, & onera perſoluunt canendi in Choro, recitandi horas canonicas, & Miſſæ ſacrificium celebrandi, in quorum compenſationem eadem emolumenta debentur, *per text. in cap. ex parte in cap. cum ſemper de ſepult. & comprobauit Rot. in eadem Romana iurium parochialium* 4. *Decemb.* 1651. *§. hoc poſito coram Celſo.* Vbi quod hoc etiam ſecuta fuit. *Rot. in Romana funeralium* 4. *Decemb.* 1620. *coram Coccino*, licet contrarium ibi firmatum fuerit attento motu proprio B. Pij V.

11 Et generaliter hoc caſu Parocho habenti curam actualem debentur emolumenta prouenientia ex ſidibus mortuorum, matrimoniorum, & ex cera, quæ apponitur pænes cadauera in domo exiſtentia, cætera verò ſpectant ad Canonicos, ſeu Capitulum ſi probetur Rectorem habentem curam actualem fuiſſe ſolitum ſupradicta percipere, & cætera habentem curam habitualem. *Rot. in dicta Romana iurium Parochialium* 4. *Decemb.* 1651. *§. conſtat autem coram Emin. Celſo.*

12 Præcipuè ſi fructus beneficij percipiantur à Capitulo, relicta ſolum pro Vicario certa portione pro eius congrua ſubſtentatione, quia tunc ex huiuſmodi fructuum perceptione reſultat ſignum vnionis, & Curæ habitualis penes capitulum, cui vnio facta fuit, & conſequenter demonſtratur ius, quoad perceptionem aliorum emolumentorum, quæ veniunt ſub nomine fructuum. *Caputaquen. deciſ.* 339. *nu.* 3. *p.* 3. *Mohed. deciſ.* 5. *in fi. de decim. Rot. dec.* 204. *num.* 1. *in fi. p.* 2. *deciſ.* 580. *num.* 8. 15. *&* 19. *in fi. p.* 4. *tom.* 3. *recen. & in Mindonien. parochialis* 3. *Martij* 1653. *§. & vlterius coram Zarate,*

13 Et quamuis in beneficijs vnitis cura principalis ſit penes prælatum beneficij vniti, eius verò exercitium pænes Vicarium, vt probat, *text. in cap. ſuper eo de praben. in* 6. *Oldrad. conſ.* 63. *num.* 1. *in fi. Gabr. conſ.* 190. *num.* 7. *lib.* 2. *Caputaquen. deciſ.* 339. *num.* 2. *&* 3. *p.* 3. *Seraph. deciſ.* 109. *num.* 5. *Burat. deciſ.* 936. *num.* 1. *cum alijs relatis per Barboſ. de offic. Paroch. c.* 1. *num.* 53.

14 Cenſetur tamen Vicarius perpetuus potius habere curam animarum, quam Rector principalis, cum ipſe non paſcat oues, nec operetur in vinea Domini ponendo falcem in meſſem, prout operatur Vicarius, independenter à Rectore, à quo nullum recipit titulum, ſed à ſe ipſo habet curam animarum, eiuſque exercitium *Card. in Clem.* 1. *num.* 8. *verſ. & magis propriè de iurepatron. Ancar. conſ.* 404. *nu.* 11. *verſ. nam Vicarius.* Adeout principalis Rector non poſſit ſpreto Vicario ſe ingerere in curæ exercitio, vt *tradunt Doctores relati per Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. c* 1. *num.* 56. 57. *&* 58. *Seraph. d.* 109. *num.* 5. *verſ. non enim poteſt per ſe ipſum.*

15 Ac proinde ipſa cura habitualis non facit
beneficium curatum, nec cauſat incompatibi-
16 litatem, nec exigit reſidentiam, etenim Paro-
chialis habitu reputari debet perindè, ac ſi eſ-
ſet beneficium ſimplex ad *text. in c. ſuper eo de*
praben. in 6. *Anton. Riccinl. de iur. perſonarum*
extra gremium Eccleſia exiſten. lib. 1. *c.* 14. *nu.*
24. *&* 5. *& cap. ſeq. num.* 3. *Barboſ. de offic.*
Paroch. c. 1. *num.* 50. *&* 51.

S V M M A R I V M.

1 Electio ſepulturæ omnibus adultis eſt libera.

2 Defunctus in Eccleſia electa ſepeliendus etiam inuito Parocho.

3 Electio ſepulturæ variari, & mutari poteſt.

4 Electio ſepulturæ probatur per teſtes ſingulares, & per leuiores probationes, & ſufficit tacitus conſenſus.

5 Eccleſiæ vbi cadauer ſepeliri debet, competit vindicatio corporis defuncti, ſi doceatur de iuſto titulo. & nu. 6.

7 Parochus violenter ſpolians funus amittit ius, & tenetur reſtituere vna cum corpore omnia percepta.

8 Eccleſiæ parochiali competit ius ſepeliendi habitantes, licet externos, & foreoſes decedentes intra Parochiam. declar. vt num. 11.

9 Ius ſepulturæ plurimum pendet à perceptione Sacramentorum. nu. 10.

12 Decedens non electa ſepoltura tumulandus eſt in ſepulcro ſuorum maiorum, ſoluta Parochiali quarta funerali. & nu. 13.

14 Quarta funeralis debetur ab Eccleſia ſepeliente, licet exempta.

15 Sepultura maiorum, quæ dicatur, & num. 20.

16 Filius vbi ſepeliri debet ſi plures extent maiorum ſepulturæ, quid ſi moriatur viuente Patre. nu. 17. 20. 21.

18 Infantes ſepeliri debent in ſepulcro à cæteris ſeparato, ſecus exiſtente ſepulcro maiorum.

19 Filius vbi tumulandus ſi maiores omnes in vna, Pater in alia ſepultura tumulatus fuerit.

22 Sepulturæ electio etiam ex coniecturis probatur.

23 Minor 14. annorum non poteſt ſibi eligere ſepulturam ex conſuetudine pater, pro eo eligit, alias in ſepulcro maiorum, vel in parochiali tumulandus.

Amp. vt ex conſuetudine etiam mater poſſit eligere ſepulturam 24. 25. vbi reprobantur contr. tenetes.

Lim. ſi pupillus factus pubes moriatur 26. Conſuetudo ad hunc effectum quanto tempore præſcribatur 27. 28. & debet eſſe generalis. nu. 29.

27 Conſuetudo de qua fit mentio in aliqua conſtitutione debet eſſe legitimè præſcripta.

30 Tutor ceſſante coſuetudine non poteſt eligere ſepulturam pro impubere, nec impubes cum eius auctoritate.

31 Mulier nupta liberam habet facultatem eligendi ſepulturam.

32 Vxor decedens ſuperſtite viro non electa ſepultura vbi tumulari debet, quid ſi accuſata fuerit de adulterio, & ſecuto diuortio nu. 33.

34 Vidua in ſepulcro viri eſt ſepelienda, & vltimi viri ſi plures habuerit, licet receſſerit è domo viri nu. 36.

35 Mulier mortuo viro retinet domicilium, & mariti dignitatem.

37 Mulier prægnans ſi moriatur fœtus in vtero exiſtens vbi ſepeliendus.

38 Regulares non habent facultatem ſibi eligendi ſepulturam, & vbi ſepeliendi ſi decedant extra claustra nu. 39.

40 Exteri, & foreoſes veniunt ſepeliendi in Parochiali habitationis.

41 Viatores, & Peregrini an in Parochiali, vbi deceſſerint, vel potius in Cathedrali ſint ſepeliendi. nu. 42. 43. & 44.

45 Epiſcopus ſi in aliena Ciuitate decedat in Cathedrali ſepeliri debet.

46 Clericus viator de iure in Cathedrali Vrbis, in qua decedit eſt ſepeliendus.

47 Tertiarii, & Tertiariæ, ſeu Bizoghe non electa ſepultura, vbi ſepeliri debent. nu. 48.

49 Tertiarij, & Tertiariæ, an & quando eximantur a iuriſdictione Laicali, & an Epiſcopo ſubijciantur.

50 Sorores tertij Ordinis Sancti Franciſci gaudent priuilegio fori, an vero gaudeant priuilegio canonis nu. 51.

52 Mulieres non ſunt admittendæ ad habitum tertij ordinis à Regularibus, niſi de licentia Ordinarij & quæ eiſdem in conceſſione habitus prohiberi debent.

53 Confratres alicuius Confraternitatis non electa ſepultura in Parochiali tumulari debent. nu. 54.

55 Electio ſepulturæ non præſumitur, & eſt probanda, nec per teſtes ſingulares probatur.

56 Electio ſepulturæ non attenditur, niſi fuerit facta ab habente poteſtatem.

57 Cadauer ſepulturæ traditum abſque cauſa, & licentia Ordinarii exumari, & aſportari non debet nu. 65. & 66.

58 Cadauer occiſi ſepultum an de licentia Ordinarij prò facienda recognitione corporis delicti exumari poſſit. nu. 59. & 60.

61 Epiſcopus non poteſt concedere licentiam Iudici laico, vt examinet teſtes, vel vulneratos in Eccleſia, vel Hoſpitali, ſed petenda à Sede Apoſtolica.

62 Acta cauſarum ciuilium, & criminalium in Eccleſijs per laicos fieri prohibentur.

63 Cadauer, ſeu corpus pænale poteſt concedi Medicis prò facienda Anatomia, ſecus corpus non pænale nu. 64.

65 Spolians, ſeu abducens cadauer in Eccleſia delatum vti ſacrilegus punitur.

66 Sacrilegium committitur ſi auferatur ſacrum de ſacro, ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro.

67 Ius ſepulturæ tranſit ad hæredes etiam extraneos, ſecus ſi ſit filiorum, & ſanguinis.

68 Sepultura an vendi poſſit.

69 Parochus an poſſit exigere dupplicatam elemoſinam ſi defunctorum cadauera in Eccleſia Regularium ſepeliantur.

70 Parochus an poſſit cogere hæredes defuncti ad vocandos ad funus Clericos, iuxta numerum Regularium ab eiſdem vocatorum.

Singularia de ſepulturis, & funeribus.

ADNOTATIO III.

1 Electio ſepulturæ omnibus adultis eſt libera, dummodò non prohibeatur à iure cum ſit actus propriæ voluntatis, quæ ad vnguem debet ſeruari, & omninò executioni demandari, *cap. cum liberum 6. de ſepult.* etiam ſi defunctus relicta Parochiali in fratrum Prædicatorum, minorum, aliorumque Regularium Eccleſijs ſepulturam elegerit, vt probatur in *Clem. dudum §. huiuſmodi quoque ſtatuto de ſepultur. Natta conſ. 432. num. 6. cum ſequen. Vgolin. de offic. Epiſcop. c. 17. num. 2. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de Cleric. debitore §. 3. num. 13. Card. Tuſch. lit. P. conclu. 97. num. 5. Aloy. Ric. in Prax. for. Eccleſ. p. 4. reſol. 293. num. 32. & reſol. 563. in 2. edit. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 1. num. 1. de ſepultur.* & ita reſpondiſſe *Sac. Rit. Congregat. in vna Capuana ſub die 31. Martij 1629. refert Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 26. num. 19. vſque ad 23.* Adeo vt defun-
2 ctus in Eccleſia electæ ſepulturæ tradi debeat, etiam abſque licentia, & interuentu proprij Parochi, ſi vocatus intereſſe, vel petitam licentiam dare recuſet, *eadem S. Cong. Rit. in eadem Capuana 22. Decemb. 1629. referente Eminen. Card. Pio, vt teſtatur Barboſ. loco proximè citato num. 23. & 71.*

3 Et quia voluntas hominum eſt ambulatoria vſque ad mortem, ſequitur quoque ex eadem libertate eligendi ſepulturam, vt quilibet poſſit eandem reuocare, & mutare vſque ad finem vitæ. *Ancar. conſ. 214. num. 5. cum ſeq. Marc. Anton. var. reſol. lib. 1. reſol. 112. caſ. 59. verſ. tertio Barboſ. de offic. & poteſt Paroch. cap. 26. num. 24. Cæſar de Graſſ. deciſ. 1. num. 5. de ſepult.*

4 Circa quam ſepulturæ electionem etiam tacitus

Digitized by Google

cinus conſenſus exuberat, vel actus fauorabilis non reſtringendus, ſed ampliandus, vt tradunt *Doctores relati per Gratian. diſcept.* 817. *num.* 14. *tom.* 5. *Petrus de Vbald. de quarta Epiſcop. & Paroch. c.* 6. *num.* 18. *& ſeq. Sperel. deciſ.* 87. *num.* 7. Vnde ad probandam ſepulturæ electionem leuiores probationes ſufficiunt, vt etiam probetur per teſtes ſingulares. *Maſcard. de probat. conclu.* 598. *num.* 1. *cum alijs per eundem Gratian. diſcept.* 817. *num.* 13.

5 Competit propterea Eccleſiæ, vbi de iure cadauer debet ſepelliri, vindicatio corporis defuncti cum omnibus oblationibus ibidem factis *cap. in noſtra de ſepultur. Gauant. in Encherid. ſeu Manual. Epiſcop. in verbo ſepultura nu.* 21. *Syluestr. in verb. ſepultura qu.* 11. *Abb. in cap. fraternitatem num.* 3. *& in cap. ex parte num.* 1.
6 *eod. tit.* Quod tamen procedit, quando per Eccleſiam vindicantem doceatur de iuſto titulo, alias nulla eidem actio competere poteſt *cap. ex parte cap. tranſmiſſa cap. literas de reſtit. ſpoliat. Gratian. diſcept.* 817. *num.* 1. *&* 2. *tom.* 5.

7 Ideoque Parochus violenter rapiens, vel ſpolians funus antequam veniat ad manus eorum, quibus debetur, amittit ius, quod habet, & tenetur reſtituere cum corpore quid quid accepit, ne controueniatur voluntati, ſiue tacitę, ſiue expreſſæ defuncti, contra quam à Parocho, alijſque ſub quouis prætextu nihil eſt attentandum, *Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. vbi alios allegat. cap.* 26. *num.* 27.

8 Eccleſiæ tamen Parochiali competit ius ſepeliendi omnes intra Parochiam degentes, etiam ſi ſint exteri, & forenſes habentes hoſpitium in Ciuitate, nam iſti quoque veniunt ſepeliendi in Eccleſia parochiali habitationis cum in ea ſumantur ſacramenta *Archid. in cap.* 1. *nu.* 3i *de ſepultur. in* 6. *Anto. de Butr. in c.* 1. *num.* 9. *& Abb. num.* 4. *tit. eod. Mareſcot. var. reſol. lib.* 2. *c.* 95. *num.* 9.

9 Ius enim ſepulturæ plurimum pendet à ſacramentorum perceptione, eiuſque adminiſtratione, vt communiter tradunt. *DD. in cap.* 1. *de ſepult. in* 6. *Butr. num.* 9. *Abb. num.* 4. *Lupus in cap. fi. de ſepult. in* 6. *Sanchez. de matrim. lib.* 3. *diſ.* 23. *num.* 74. *Maroſcot. var. reſol. lib.* 2. *c.* 95. *num.* 11. *Gratian. diſcept.* 94. *num.* 74. *Barboſ. de offic. & poteſt paroch. c.* 26. *num.* 34. *& de iur. Eccleſ. lib.* 2. *c.* 10. *num.* 34. *Sperel. deciſ.* 87. *num.* 8. *tom.* 1. *Seraph. deciſ.* 1135. *num.* 3. *Rot. in Romana iurium funeralium* 4. *Iuny* 1653. 5. *quapropter coram Zarate*. Et in
10 dubio eo ipſo, quo quis percepit Sacramēta in aliqua Parochia videtur ibidem elegiſſe ſepulturam. *Syluestr. in ſumma in verbo ſepultura num* 8. *Gratian. diſcept.* 95. *num.* 74. *Mareſcot. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 95. *num.* 11. *Antonel. de regim. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 36. *Sperel. deciſ.* 87. *num.* 6. *Seraph. deciſ.* 1135. *num.* 3.

11 Parochiali igitur Eccleſiæ licet competat ius ſepeliendi, vt ſupra demonſtrauimus, non poteſt tamen hoc ius prætendere, niſi duobus deficientibus, ſcilicet quod quis non elegerit ſepulturam, & quod maiorum ſepulchrum non habeat, vel in eodem commodè ſepeliri nequeat *cap. vi. qui vbi Doctores omnes de ſepult. in* 6. *& in cap.* 1. *extra eod. tit. Petri de Vbald. de canonica Epiſcop. & Paroch. c.* 9. *num.* 1. *&* 2. *Gutier. de iurament. confirmat. c.* 14. *num.* 1. *Fuſius de viſit. lib.* 2. *c.* 2. *num.* 9. *Sperel. deciſ.* 88. *num.* 3.

12 Recepta enim eſt iuris concluſio, quod quando quis decedit non electa ſepultura tumulandus ſit in ſepulcro ſuorum maiorum, vt Sanctorum Patriarcharum exemplo benè probat *Gratian. in cap. vnaquaque* §. *item Ioſeph.* 13. *qu.* 2. *& habetur in cap.* 1. *de ſepult. & c. ijs qui tit. eod. in* 6. *& vtrobique Doctores cap. Hebron. c. placuit.* 13. *qu.* 2. *Crauet. conſ.* 10. *nu.* 6. *Purpurat. conſ.* 413. *num.* 9. *Spin. in ſpecul. teſtam. glo.* 2. *princip. num.* 38. *Gualden. de arte teſtant. tit* 9. *caut.* 4. *ſub num.* 2. *Io. Garz. de expenſ c.* 8. *num.* 4. *Card. Tuſc. tom.* 7. *lib. G. conclu.* 194. *Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. c.* 7. *num.* 3. *in fin. Gratian. diſcept.* 817. *nu.* 15. 16. *&* 17. vbi quod iſta ſit verior opinio, & paſſim admittatur, vt reſpectu ſepulturæ maiorum Parochialis non ſit conſiderabilis. *Mandoſ. ad Lap. alleg.* 59. *in verb. in Eccleſia Parochiali in prin. verſ. breuiter contraria opinio, & in fi. verſ. ex cuius verbis, Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. c.* 26. *num* 31. *Sperel. deciſ.* 88. *num.* 1. *tom.* 1. *Rot. deciſ.* 492. *nu.* 1. *deciſ.* 787. *num.* 2. *p.* 1. *diuerſ.*

13 Soluta tamen Eccleſiæ Parochiali quarta funerali. *Clemen. dudum de ſepultur. Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 13. *de reform. late DD. in c. relatum in c. de ijs in c. cum ſuper in c. certificari in c. in noſtra de ſepult. Gualden. de arte teſtand. tit.* 9. *caut.* 6. *ſub nu.* 2. *Leon. in Theſaur. for. Eccleſ. p.* 2. *cap.* 14. *per tot. Bertacchin. in tract. de Epiſcop. p.* 4. *lib.* 4. *num.* 40. Roder. *qq.* Regul. 1. *qu.* 39. *art.* 2. *late Fr. Io della Crux. de ſtat. religioſo li.* 2. *Barboſ de offic. & poteſt. Paroch. c.* 26. *num.* 31. *Sperel. deciſ.* 88. *num.* 2.

14 Quæ quarta funeralis debetur etiam ab Eccleſia ſepeliente, licet exempta, vt per *Lelium Zech. de repub. Eccleſiaſt. c.* 28. *de Paroch. num.* 18. *in prin.* & quamuis B. Pius V. de anno 1560. in Bulla confirmationis Ordinis Mendicantium conceſſerit, vt Monaſteria, quæ fundata exiſtunt a quadraginta annis citra, non teneantur ſoluere quartam funeralium, vt animaduertit *Gratian. diſcept.* 94. *num.* 75. *tom.* 1. hanc tamen conſtitutionem nullibi vſu receptā vidiſſe teſtatur *Sperel. deciſ.* 88. *num.* 2. *in fin. tom.* 1.

15 Maiorum nomine ad hunc effectum venię Pater, Auus, & alij ſuperiores, iuxta *text. in l. maiorum ff. de verb. ſignif. Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. c.* 26. *num.* 32. vbi ſubdit quod
16 ſi Pater, & Auus ſint ſepulti in vno loco, & Proauus, & Tritauus in alio, ſepelietur filius cum Patre, & Auo, ſi vero in vno ſepulchro non ſint plures maiores, ſed in vno Pater, in alio Auus, ſepeliendus eſt in Parochia, vbi audit diuina ſecundum *Lel. Zech. in loco per eum allegato*, ſed ipſe tenet quod ſepeliri debeat, apud ſepulchrum parentum, non verò Abaui, & aliorum aſcendentium, nec apud Eccleſiam, in qua audit diuina, quia ſepultura inter mortuos comparatur domicilio inter viuos, & fi-

litus

Digitized by Google

filius ſequitur domicilium parentum, & non aliorum aſcendentium, cum quibus minor conſideratur coniunctio, vndè præferri debet ſepulcrum paternum, cum proximum immediatum ab immediato proximiori ſeparari non debeat late *Oldrad. conſ. 25. Lauor. var. lucubrat. tit. 2. c. 11. num. 115. cum alijs per Sperel. deciſ. 88. num. 7. per text. in l. aſſumptio ff. de municip. cap. fraternitatem de ſepultur.* Nullo vero maiorum exiſtente ſepulcro, in propria Parochia tumulandus eſt, *c. ex parte cap. in noſtra de ſepult. Marc. Antonin. var. reſol. lib. 1. reſol. 112. caſ. 59. quarto cum alijs per Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 26. num. 32. & 33.*

17 Sed ſi filius moriatur ſuperſtite Patre, tunc enim tumulari debet in ſepulcro Aui, & ſic viciniori aſcendentis. *Petr. de Vbald in tract. de canonic. Epiſcop. & Paroch. c. 9. num. 8. Sperel. deciſ. 88. num. 8. tom. 1.*

18 Et licet infantes in ſepulcro à cæteris ſeparato ſepeliri debeāt iuxta Rituale *Romanum tit. de exeq. Paruul.* tamen *Rituale* loquitur de communibus, & promiſcuis ſepulchris, & vbi pater careat ſepultura, ſecus ſi exiſtat, nam tunc etiam puer, & infans ſepeliri debent in ſepulcro Patris, vel maiorum, excluſo Parocho, ſi ſub noui Ritualis prætextu in eius Eccleſia eundem ſepeliri prætenderet, vt cenſuit *Sacr. Congr. Epiſcop. & Regular. in vna Aſculana 21. Octobris 1616. relat. per Barboſ. de offic. Paroch. c. 26. num. 28. & per Sperel. deciſ. 88. num. 21. tom. 1. vbi ita etiam in vna Ariminen. reſpondiſſe S. Congr. Rit. 26. Nouemb. 1629. Gauant. in Encherid. ſeu Manual. Epiſcop. in verbo ſepultura num. 12.*

19 Quando verò maiores omnes in vna ſepultura tumulati fuerint, Pater verò in diuerſa, deſcendentem ſepeliri debere in ſepulcro maiorum relicta patris ſepultura tenuit *glo. in c. ijs, qui de ſepult. in 6. & probari videtur in cap. cum quis ibi cuius maiores ſint ſoliti ab antiquo, & in cap. ijs qui ibi, vel ea potius in qua maiores ipſius ab antiquo ſepultura extitit. de ſepult. in 6.* receptior tamen videtur contraria ſententia, dummodo Pater ex propria electione, & non caſu, vel ex aliquo accidenti diuerſam habuerit ſepulturam ab antiqua maiorum latè. *Oltrad. conſ. 25. num. 2. verſ. contrarium vſque ad fin. cum alijs relatis per Sperel. deciſ. 88. num. 9. tom. 1.*

20 De ſepultura maiorum non videtur conſtare, ſi aliam ſepulturam Proauus, aliam Auus, aliam Pater elegerint, cum ad hunc effectum requiratur concurſus plurimorum, qui ab antiquo in eodem ſepulchro tumulari ſoliti fuerint, cum ab vno denominari non poſſit ſepulchrum maiorum, ac proinde ceſſante hoc caſu maiorum ſepulchro, præferenda videtur Parochialis iuxta ſententiam Anchar, quam de iure magis ſubſtentabilem dixit, *in cap. ijs, ſub num. 4. poſt med. verſ. ex deciſ. de ſepultur. in 6. Sylueſtr. in ſumma in verb. ſepultura ſub num. 8. verſ. ſi autem in nullo,* contrarium verò. quod, hoc caſu ſit attendendum ſepulcrum Patris tenet *Abb. in cap. 1. num. 5. extra de ſepult.* & ita de conſuetudine ſeruari teſtatur. *Lauor. var. lucubrat. tit. 2. c. 11. num. 113. Sperel. deciſ. 88. nu. 10. tom. 1. vbi num. 11.* Ampliat. etiam ſi paternum ſepulchrum ſit in Eccleſia, quæ non habet ius ſepeliendi de iure, ſed tantum ex priuilegio, vt ſunt Eccleſiæ Regularium, ſecus verò ſi Eccleſia haberet ius ſepeliendi ex præſcriptione, quæ tamquam ſtricti iuris potius venit reſtringenda, quam amplianda, & vt minus, quam fieri poſſit, lædat ius commune ſecundum. *Petrum de Anchar. in cap. ijs, qui ſub num. 2. verſ. 3. nota de ſepult. in 6.* cui contradicit *Francus in eodem cap. ijs, qui in fine lectura.*

22 Lim. vt à prædictis recedendum ſit ſi ex coniecturis appareat de præſumpta defuncti voluntate circa ſepulturæ electionem, ſcilicet ex qualitate Patris, vel Aui, vel Proaui, ac ipſius ſepulchri, ex quibus Iudex moueri poſſit ad arguendam huiuſmodi defuncti voluntatem, *Petrus de Vbald. de canon. Epiſ. & Paroch. c. 9. ſub num. 11. Oldrad. conſ. 75. ſub num. 3. cum alijs per Sperel. dec. 88. num. 12.*

23 Impubes, ſeu minor 14. annis ratione ſtatus minoris ætatis, ob conſilij imbecillitatem licet non poſſit ſibi ſepulturam eligere *text. eſt in c. licet de ſepult. in 6.* Niſi malitia ſuppleat ætatem, cum tunc etiam matrimonium carnale contrahere valeat *Bart. in l. qui in poteſtate verſ. in vno caſu & in l. ſi filiusf. poſt num. 2. ff. de teſtam. Lapus alleg. 59. num. 2. Lauor. var. lucubr. tit. 2. cap. 11. num. 109. Genuen. in prax. Archiepiſ. Neapol. cap. 61. num. 4. circa med. Sperel. deciſ. 89. num. 2.* Poteſt tamen Pater pro eodem deuenire ad huiuſmodi electionem, ſicuti poteſt condere teſtamentum, & ſubſtitutionem facere, etiam in bonis maternis *l. 1. ff. de vulgar. & pupillar.* vbi tamen viget conſuetudo introducta, & hactenus obſeruata, ceſſante vero conſuetudine, Pater non poteſt eligere ſepulturam pro filio; vt expreſsè diſponit *text. in c. licet de ſepultur. in 6.* ſed tumulari debet in ſepulcro maiorum, ſi adſit, eiuſque defectu in Parochiali, & ita cenſuiſſe *Sacr. Congreg. Epiſcop. in vna Aſculana 21. Octobris 1616. refert Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 26. num. 28. Sebaſt. Medices de ſepultur. qu. 8. Nauar. conſ. 2. de ſepultur. Petrus de Vbald. de canon. Epiſcop. in fi. c. 11. Silueſt. in verbo ſepult. §. 1. Genuen. in prax. Epiſcop. Neapol. cap. 61. num. 4.* & hodie pænes Canoniſtas hoc eſſe indubitatum dicit. *Sperel. deciſ. 89. num. 3. tom. 1. Gregor. XV. deciſ. 276. num. 1.*

24 Amp. vt diſpoſitio dicti *cap. licet de ſepult. in 6.* extendatur etiam ad Matrem ex veriori ſcribentium ſententia, vt ibidem tradunt *glo. Innoc. Gemin. num. 4. Franc. num. 3. ſumma Armilla. verſ. ſepultura à num. 8. Laiman. oper. moral. tit. de ſepult. §. poſt can. num. 15. Lauor. var. lucubr. tit. 2. c. 11. num. 19.* cum inter Patrem, & Matrem non poſſit aſſignari ratio diuerſitatis, cum totum hoc ius non tribuatur parentibus, aut ratione ſanguinis, aut potentia ſuitatis, aut auctoritate poteſtatis, ſed vigore conſuetudinis, quæ introduci poteſt non minus ad fauorem Patris, quam Matris, nec

ratio

ratio diuerſitatis obſtare poteſt quin potius ſeruanda ſit in vno, quam in alio, tamquam rationabilis, & à iure non improbata, vt latiſſimè comprobat *Sperel. qui contrarijs respondet decis. 89. à num. 6. vſque ad fin. tom. 1.* re-
35 probato *Petr. de Vbald. in tract. de Canonica. Episcop. & Paroch. cap. 11. num. 4. & Ric. in prax. rer. quotidian. decis. 666.* perperam tenentibus ſolum Patrem hoc priuilegium habere.

26 Limit. 1. hanc concluſionem, vt ita demum huiuſmodi conſuetudo tribuat Patri ius eligendi ſepulturam pro filio, ſi filius ante pubertatem decedat, ſecus ſi pubes factus moriatur, nam tunc non eſt habenda in conſideratione electio ſepulturæ à Patre facta, niſi concurrat ratihabitio filij: pro vt reſcripſiſſe *S. Congreg. Episcop. 27. Octob. 1587. Episcopo Fulginaten. teſtatur Lauar. var. Lucubr. tit. 2. c. 11. ſub num. 18. & nouiſſime in alia Montiſpoluti 6. Iunij 1659. refert Sperel. decis. 89. num. 5. tom. 1. & tradunt Nauar. conſ. 1. de ſepult. lib. 3. Petrus de Vbald. in tract. de canon. portion. cap. 11.* Inſuper dicta electio fieri debet ante obitum minoris, aut impuberis, vt executioni demandari valeat *iuxta reſol. S. Cong. Episcop. 27. Octob. 1587. relat. per Gauant. in Encherid. ſeu Manual. Episcop. in Verbo ſepultura num. 7.*

27 Lim. 2. vt conſuetudo ad hunc effectū debeat eſſe legitimè præſcripta, vt in puncto animaduertit *Federic. de ſen. conſ. 91.* prout generaliter vbicunque in conſtitutione fit mentio de conſuetudine, intelligatur de conſuetudine legitimè præſcripta, vt tradunt Doctores relati per *Sperel. decis. 89. num. 17. & 18.* & licet
28 reſpectu patris, cui ius aſſiſtit ſpatium decem annorum ad legitimè huiuſmodi conſuetudinem præſcribendam ſufficiat, ſecus in Matre, Marito, amicis, quibus ius non aſſiſtit, ſed requiri conſuetudinem quadraginta annorum docent *Franc. in cap. licet num. 2. & 3. de ſepult. in 6.* Veriorem tamen ſententiam *Federic. de ſen. dicto. conſ. 91. num. 4.* tenent etiam in Patre requiri quadragenariam conſuetudinem exiſtimat *Sperel. dicta decis. 89. num. 21. cum pluribus sequent. & num. 29.* ſubdit quod ſententia *Franch.* ſibi locum vindicare poſſit ſi agatur de eligenda ſepultura in vna ex duabus Eccleſijs à iure conſideratis, ſcilicet, vel in ea in qua eſt Maiorum ſepulchrum, vel in Parochiali, nam cum tunc ius aſſiſtat, non exigitur præſcriptio quadragenaria, ſed exuberat decennalis.

29 Lim. 3. vt conſuetudo ad hunc effectum debeat eſſe generalis in loco, vel in Ciuitate, nec conſuetudo particularis alicuius Eccleſiæ præiudicare poteſt cæteris eiuſdem vrbis Eccleſijs, vt colligitur *ex text. in dicta cap licet de ſepult. in 6. ibi conſuet. terra & expreſſe notat. ibidem Ancar. num 3. Franc. ante num. 2. & Archid. num. 1. Federic. de ſen. conſ. 91. relat. per Sperel. dec. 89. num. 30.*

30 Tutor ceſſante conſuetudine non habet facultatem eligendi ſepulturam pro impubere, quia dicta electio debet conſequi ſuum effectum poſt mortem minoris, quo tempore tutela expirauit, & reſoluta remanſit auctoritas Tutoris, adeo vt etiam ſi impubes ſibi ſepulturam eligeret, cum auctoritate eiuſdem Tutoris adhuc ob eandem rationem electio eſſet nulla *Petrus de Vbald. in tract. de canonic. Episc. cap. 11. num. 1. & 5. Sperel. decis. 89. num. 32. & 33. tom. 1.*

31 Mulier nupta licet ſit in poteſtate viri liberè tamen habet facultatem ſibi eligendi ſepulturam, ſicut vir. *cap de vxore 7. de ſepult. Spin. in ſpecul. teſtam. glo. 2. prin. num. 41. Lelij Zech. de Republic. Eccleſiaſt cap. 28. de Paroch. num. 17. verſ. fallit prope fin. Bellet disquiſit. Cleric. tit. de Cleric. debit. §. 3. num. 16. Iul. Lauar. var. lucubrat. tom. 1. tit. 2. c. 11. nu. 130. Barboſ de offic. & poteſt Paroch. cap. 26. num. 29. Sperel. decis 89 num. 18. tom. 1.*

32 Decedēte vero vxore ſuperſtite viro, nō electa ſepultura, & tunc ſi vir habeat proprium ſepulcrum in ipſo etiam tumulari debet, quamuis exiſtat extra limites Parochiæ iuxta reſolutionem *Sac. Cong. Rit in Senogallien. 15. Ianuar. 1633. relat. per Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 26. n. 28. verſ. vxor. præmortua & nu. 29.* vbi hoc procederet, ſi inter eos ſecuta fuerit copula carnalis, ſecus verò ea non ſecuta, cum non acquiſiuerit domicilium viri, nec eiuſdem cognomen. *Petrus de Vbald. in tract. de canon. portion. Episcop. cap. 11. num. 20.* & hoc caſu debet ſepeliri etiam vbi vir elegerit. *Sperel. decis. 89. num. 16 Gualden. de arte teſtan. tit. 9. cap. 3. num. 2 Trentacin conſ. 56 num. 11. vbi cum Abb. in cap. de vxore num. 5. verſ. ſed hic cadit.* Vbi diſtinguit in caſu prædeceſſus vxoris non electa ſepultura, quod ſi adeſt conſuetudo illi ſit ſtandum, ſi non adeſt, aut maritus habet propriū ſepulcrū, vel pro ſe ipſo elegerit & tunc vxor in eodem ſepulcro eſt tumulanda. ſed ſi ſibi, nec præparauerit, nec elegerit ſepulturam, & tunc vxor eſt ſepelienda in ſepulcro maiorum ipſius vxoris.

33 Amp. quod vxor ſit ſepelienda in ſepulcro viri, etiam ſi accuſata fuerit de adulterio ſi pēdente lite moriatur *Iul. Lauar. var. lucubrat. c. 11. num. 135. Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. c. 26. num. 29. circa med.* ſecus autem ſecuto diuortio ob ipſius vxoris adulterium facto, quia tunc amittit domicilium viri, eiuſq; cognomen. *Sperel. decis. 89. num 17 tom. 1.*

34 Vidua verò in prædefuncti viri ſepulchro eſt tumulanda, ſi ſepulturæ electionem non fecerit, quod ſi plures habuerit viros, ratione vltimi ſtatus erit cum nouiſſimo viro ſepelienda, tum quia vir, & vxor effecti fuerunt duo, in carne vna, vnde ſicut in vita non poterant ſeparari quoad vinculum, ita in morte non debēt ſeparari quo ad ſepulcrum, tum quia mulier domicilium, & mariti dignitatem retinet pro
35 vt Regina per Regis obitum, non amittit nomen, dignitatemque Reginæ, vt tradit *Sperel. dec. 88. num. 13. & 14. tom. 1. per text. in cap. 1. §. mulier de ſepult. in 6. vbi glo & DD. Abb. in cap. de vxore num. 6. extra tit eod Sylueſtr. in ſumma in verba ſepultura ſub num. 18. verſ. 5. Bellet. disquiſit Cleric tit. de Cleric. debitore §. 3. num. 16. Nouar. de elect. fori quaſt. 3. sect. 3.*

ſect. 3. *Lauor. var. lucubrat. tom.* 2. *tit.* 2. *c.* 11. *num.* 136. *cum ſeq.* Ric. *in praxi rer. for. Eccleſ. p.* 4. *reſol.* 295. *num.* 11. *Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap.* 20. *num.* 29. *in fi. Gauant. in Encherid. ſeu manual. Epiſcop. in verb. ſepult.*
36 *num.* 14. Quod procedit etiam ſi mulier receſſerit è domo præmortui viri, & redierit ad domum patris ſui, cum hoc priuilegium datum ſit perſonæ, & non loco, & mulier vidua viduilem vitam ſeruando cenſetur durare in coniugio viri, vt tradunt *Doctores relati per eundem Sperel d. dec.* 88. *num.* 15. *tom.* 1.

37 Si tamen mulier moriatur prægnãs, fœtus in eius vtero exiſtens, & non extractus tamquam pars ventris, & viſcerum, & non notus Eccleſiæ ſepeliendus eſt, vna cum Matre, in Eccleſia, ſecus verò ſi extractus, & baptizatus non fuerit, nam tunc ſepeliendus venit extra Eccleſiam, vel cæmeterium *cap. ſi qua de conſecrat. diſ.* 4. *Lauor. var. lucubrat. tit.* 2. *cap.* 12. *num.* 45. *Sperel. deciſ.* 88. *num.* 19. *to.* 1.

38 Regulares, non habent facultatem ſibi eligendi ſepulturam, veniunt propterea ſepeliendi in proprijs Monaſterijs. *cap. vltim de ſepult. c. Religioſi vbi glo. fi. eod. tit. in* 6. *frater. Emman. quæſt. Regul. tom.* 3. *qu.* 60. *art.* 1. & 2. *Vgolin. de offic. Epiſcop. cap.* 17. *num.* 9. *late Sanch. in præcept. decalog. tom.* 1. *lib.* 6. *cap.* 14. *Ric. in prax. rer. for. Eccleſ. p.* 4. *reſol.* 293. *num.* 39. *Sperel. deciſ.* 89. *num.* 1. *tom.* 1. quod procedit etiamſi decederent extra clauſtra, nam tunc ratione exemptionis conceſſę non tam Monaſterijs, quam ipſis Regularium perſonis inconſultis quoque Parochijs ad eorum Eccleſias deferri debent, vt cenſuit *Sac. Cong. Concil. Trid. ſub die* 2. *Iulij* 1620. *de qua Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap.* 26. *num.* 30. & 67. vbi ſubdit, quod huiuſmodi delatio impediri nequeant prætextu ſolutionis iuris ſepulturæ, ſed quod omnino Parochi ab huiuſmodi petitionibus abſtinere debeant iuxta reſolutionem *Sac. Cong. Epiſcop. & Regul. in vna Puteolana* 22. *Maij* 1615.

39 Lim. ſi eſſent in magna diſtantia, & valdè remoti à Monaſterijs eorum ordinum, vt commodè portari nequeant, nam tunc poſſunt ſibi eligere ſepulturam, & ſi non elegerint tumulari debent in Eccleſia Parochiali intra cuius limites deceſſerint ad inſtar ſæcularium in itinere morientium, nam cum tunc non poſſit habere locum exemptio regularium; remanet libera Parochi poteſtas, ſeu eiuſdem intentio fundata in iure, vt in ſua Eccleſia ſepeliantur omnes Chriſtifideles intra limites ſuæ parochiæ decedentes, vt alijs congeſtis tradit. *Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap.* 26. *num.* 30. *late Sanch. in præcept. decalogi to.* 1. *lib.* 6. *cap.* 14. *num.* 3. *Vgolin. de offic. Epiſ. c.* 17. *num* 9. Ric. *in prax. rer. for. Eccleſ. par.* 4. *reſol.* 293. *num.* 39.

40 Exteri, & forenſes habentes hoſpitium in Ciuitate veniunt tumulandi in Eccleſia Parochiali habitationis, cum in ea ſumant Sacramenta, à quorum perceptione, & adminiſtratione multum prudeat, & regulari ſoleat ius ſepulturæ *Archid. in cap.* 1. *num.* 3. *de ſepult. in* 6. *Butr. in c.* 1. *num.* 9. *Abb. num.* 4. *extra eod. ſum. Syluest. in verb. ſepult. num.* 8. *Vitalin. in Clem.* 1. *de priuil. num.* 19. *Federic. de ſen. conſ.* 153. *Mareſcot. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 95. *num.* 9. *Gratian diſcep.* 94. *num.* 73. *Antonel. de regim. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 33. *Boer. deciſ.* 175. *in prin. Sperel. deciſ.* 87. *num.* 12. *tom.* 1. *Seraph deciſ.* 1135. *num.* 1.

41 Viatores verò, ſeu Peregrini pertranſeuntes, nec habentes hoſpitium in Ciuitate, quod veniant ſepeliendi in Cathedrali, & non in Parochiali videtur tenere *gloſ. in noſtra de ſepult. Innocen. Hoſtien. Io. Andrea in cap.* 1. *eod. tit.* Immò quod hoc caſu ſit locus præuentioni inter Parochialem, & Cathedralem docet. *Goffred. in ſumma tit. de ſepult. cui adhæret Petrus de Vbald. de canonic. Epiſcop. & Paroch c.* 9. *num.* 4. *Gauant. in Encherid. ſeu manual. Epiſc. cap. in verbo ſepult. nu.* 15.

42 Sed verior, & magis recepta eſt tertia ſententia, quod veniant ſepeliendi in Parochiali, vbi deceſſerint, præcipuè ſi per Parochum eiſdem morientibus adminiſtrata fuerint Sacramenta *Archidiac. in c.* 1. *de ſepult. in* 6. *Butr. in c.* 1. *num.* 9. *extra eod. tit. Abb. num.* 4. *ſumma Sylueſt. in verbo ſepultura num* 8. *Mareſcot. var. opin. lib.* 2. *cap.* 45. *num.* 10. *Gratian. diſcept.* 44. *num.* 73. & *ſeq.* vbi quod per receptionem Sacramentorum dicti viatores, & Peregrini tacitè videntur ſibi elegiſſe ſepulturam in Eccleſia parochiali *Seraph. deciſ.* 1135. *num.* 2. & quod hoc procedat etiam ſi Parochus non adminiſtrauerit eiſdem Sacramenta cauſa, vel abſentię Parochi, vel repentinæ mortis ſubditi *Sperel. dec.* 87. *num.* 13. *in fi.*

43 Lim. hanc tertiam opinionem ſi adſit conſuetudo in contrarium ſepeliendi, ſcilicet viatores, & peregrinos in Cathedrali, & non in parochiali, nam venit ſeruanda *Gratian diſcept.* 94. *num.* 77. *tom* 1. *Sperel deciſ* 8 *num.* 14. *tom.* 1. & *tradunt Doctores ſupra citati, & dixit Seraph. d. deciſ.* 1135. *circa fi.*

44 Cæterum licet dicta tertia opinio de iure ſit verior, tamen Sac. Congreg. Cardinalium negotiorum Epiſcoporum, & Regularium præpoſitam, etiam circumſcripta conſuetudine reſcripſiſſe Epiſcopo Fulginaten. 9. Iulij 1592. aduenas, & pertranſeuntes in Cathedralibus, reliquos in Parochiali, intra cuius fines obierint, ſi per aliquod tempus habitauerint ſepeliendos refert *Lauor. var. lucubrat. tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 102. & *ſeq. citatum per Sperel. deciſ.* 87. *num.* 14. *verſ cæterum tom.* 1. *de qua etiam reſol. teſtatur Barboſ de offic. Paroch. c.* 26 *num.* 35. *Gauant. in Encherid. ſeu manual. Epiſ. in verbo ſepult. in addit. num.* 4.

45 Lim. 2. in Epiſcopo, qui ſi in aliena Ciuitate moriatur in Cathedrali tumulari debet. *Antonel. de regim. Eccleſ. lib.* 1. *c.* 12. *num* 33.
46 *Sperel. deciſ.* 87. *num.* 42. *in fin. tom.* 1. prout etiam Clericus viator etiam de iure in Cathedrali eius vrbis, in qua deceſſit eſt ſepeliendus vt per *Anton. de Butr. in cap.* 1. *de ſepult. in* 6. *cum alijs per eundem Sperel. dicta deciſ.* 87. *nu.* 15. *to.* 1.

47 Tertiarij ſi vltra habitus aſſumptionem collegia-

Digitized by Google

legialiter viuant, ſeu cum clauſtralibus habitent, & mulieres virginitatem, ſeu cælibem, caſtamque vidualem vitam duxerint expreſſo voto, ſi in Eccleſijs Regularium communis ſepultura retineatur, cum eodem habitu ad dictam Eccleſiam duci, & tumulari valent, ſine præiudicio tamen Iurium parochialium, & requiſito prius Parocho, qui interuenire recuſante, etiam ipſo inuito ad huiuſmodi tranſportationem, & tumulationem deueniri permittitur, ſecus vero ſi ſupradictis qualitatibus careant iuxta varias *Sac. Congr. declarationes* de verbo ad verbum *relatas per Lauor. var. lucubrat. tit. 2. cap. 11. num. 102. & 103. & per Sperel. decis. 87. num. 17. tom. 1. Barboſ. de offic. Paroch. c. 26. num. 69.*

48 Mulieres igitur tertiariæ ſi qualitatibus præſcriptis in Bulla Fęlicis recordationis *Leonis X.* ſint præditæ, ſcilicet ſi expreſſo voto caſtitatis, & cum habitu tertiariarum viuant, etiam ſi in priuatis domibus habitent, exceptę ſunt ab Ordinario quo ad ſepulturam, & quo ad priuilegia eiſdem indulta, & conceſſa, ita vt ſi non ſibi ſepulturam elegerint, poſſunt tumulari in communi ſepulcro ſi in Eccleſijs ordinis, cuius habitum aſſumpſerunt reperiatur, ſin minus in Parochialibus Eccleſijs, vbi inhabitant, vt cenſuit *Sac. Congr. Epiſcop. & Regular. in Nepeſina 11. Decemb. 1615. ad 1. teſte Sellius in ſelect. canon. cap. 35. nu. 20. Gauant. in Encherid. ſeu manual. Epiſc. cap. in verbo Tertiarij num. 10. & 11. ita etiam cenſuit Sac. Congreg. Concil. Trid. 20. Decemb. 1616. relat. de verbo ad verbum per Tamburin. de iur. Abbatiſſarum diſ. 7. qu. 3. num. 7. verſ. tertiariæ, & verſ. Sac. Cong. Card.*

49 Quo ad alia verò huiuſmodi Tertiarij, Bizzochæ, & Corrigiati ſubijciuntur iuriſdictioni Ordinarij, quinimo Tertiarij, & ſimiles habitantes in domibus proprijs per habitus aſſumptionem non eximuntur à iuriſdictione fori ſæcularis, ſed remanent ſubiecti Iudici Laico. *Congr. Epiſ. 17. Martij 1583. relat. per Gauant. in Encheridion, ſeu manuale Epiſcoporum in verbo Tertiarij num. 1.* & declaratum fuit in *Concil. Lateranenſi ſub Leone X. ſeſſ. 11. vt tradit Sperel. decis. 2. num. 22. in fin. tom. 1. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 12. nu. num. 41. verſ. negatiua vero*, vbi quod non ſolum non ſunt exempti a poteſtate ſæculari, ſed etiam quod nec priuilegio exemptionis à tributis gaudeant, & contrarium tenentes refert latè *Carol. de Graſ. de effect. Clericat. 1. a num. 92.* Secus verò ſi viri collegialiter viuant, ſeu cum Clauſtralibus habitent, & mulieres virginalem, ſeu cælibem, aut caſtam vidualem expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam traduxerint, licet non collegialiter viuant, ſed in proprijs domibus, vel cum conſanguineis, & affinibus cohabitent, nam hoc caſu non ſolum à Laicali, ſed etiam ab Ordinarij iuriſdictione, exemptione gaudere debent, vt declarauit *Sac. Congreg. Epiſc. & Regular. 20. Decemb. 1616. relat. per Tamburin. de iur. Abbatiſſ. diſ. 7. q. 3. nu. 7. verſ. S. Congr. Card. Barboſ de poteſt. Epiſcop. alleg. 12. num. 41. Ric. in prax. for. Eccleſiaſtici decis. 663. in 1. edit.*

50 Immò Sorores tertij Ordinis Sancti Franciſci ſi habitum religioſum geſtent, & Collegialiter, ſeu clauſtraliter viuant, ſiue etiam in proprijs, vel conſanguineorum domibus, vel ſeorſum habitent, debēt gaudere priuilegio fori iuxta *conſtitutionem Leonis X.* apud Quaran. in ſumma *bullar in verbo priuilegia Regular. & tradit. Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 2. cap. 39. num. 41. Dian. reſol. moral. p. 1. tract. 2. reſol. 34. cum alijs per Tamburin. de iur. Abbatiſ. diſ. 17. qu. 6. num. 2.*

51 Priuilegio verò *canonis ſi quis ſuadente Diabulo manus violentas in Clericum, vel Monacum iniecerit* &c. non gaudent, Tertiarij, qui domi viuunt extra Congregationem, etiam ſi profiteantur, & ſeruent Regulam Sancti Franciſci, vel Sancti Dominici, cum non ſint Religioſi, ſecus verò ſi aſſumpto habitu Regulari viuant congregati cum Religioſis, vel ſe ſe manciparunt obſequijs alicuius approbatæ Religionis ſub obedientia ſuperioris illius Religionis, quandiu ita viuunt, cum pro illo tempore ratione ſtatus, ſicut Nouitij cenſentur Religioſi, & perſonæ Eccleſiaſticæ, vt tradunt Doctores relati per *Bonacin. de cenſur. in particular. diſ. 2. qu. 3. punct. 4. ſect. 3. num. 10. tom. 3. Tamburin. de iur. Abbatiſ. diſ. 17. qu. 6. num. 5. & ex Bulla Sixti IV. tradit Aloiſ. Ric. dec. for. Neapol. 88. num. 1. & 3. & per tot. Socin. conſ. 11. num. 22. & 23. vol. 1. Guttierez de Gabel. qu. 91. num. 5.*

52 Non ſunt tamen à Regularibus, licet ſufficienti facultate a Sede Apoſtolica ſuffulti admittēdæ Mulieres ad habitum Tertij Ordinis, niſi de licentia Ordinarij præuio examine eidem conſtito de vitæ, ac morum probitate, de ætate quadraginta annorum, de patrimonio, ſeu redditibus, ex quibus de proprijs habeant, vnde ſufficienter viuere poſſint de cohabitatione cum conſanguineis, vel affinibus in primo tantum gradibus ſibi coniunctis, in conceſſione verò habitus, eiuſque delatione, eiſdem omninò prohibendum eſt velum ſupra caput, vulgo *Supraiectum* Pectorale vulgo *Sottogola*, & Scapulare, ſeu *Patientia*, vt à vere Monialibus diſtinguantur, & contrauenientes etiam cenſuris ab Ordinarijs ad prædicta deponenda compellendæ ſunt *Sac. Cong. Epiſcop. & Regul. 20. Decemb. 1616. de qua Gauant. in Encherid. ſeu manuale Epiſcop. in verbo Tertiarij num. 5. & 6. & Tamburin. de iur. Abbatiſ. diſ. 7. qu. 3. nu. 7. verſ. ſuperioribus autem & verſ. verum in huiuſmodi.*

53 Confratres, ſeu ſodales alicuius Confraternitatis auctoritate Ordinarij erectæ, ſi decedant non electa ſepultura, non veniunt tumulandi in eorum Oratorio, ſed in Parochiali. *Petrus de Vbald. de canonica portion. cap. 1. in fi. verſ. variant. Sebaſtian. de Medic. de ſepult. qu. 8. num. 41. Lauor. var. Lucubrat. tit. 2. c. 11. num. 106. & ſeq. Gennen. in prax. Archiepiſcopal. Neapol. cap. 61. num. 6. Sperel. decis. 87. num. 18. tom. 1.* Quod procedit etiam ſi
54 capitula, ſeu ſtatuta Confraternitatis diſponerent, quod confratres ſepeliantur in loco

Digitized by Google

Congregationis, cum debeant recipere paſſiuam interpretationem in terminis habilibus, & in caſu electionis ſepulturæ, etiam ſi huiuſmodi ſtatuta fuiſſent auctoritate Ordinarij confirmata, cum non poſſint diſponere aliquid in præiudicium Parochialis, quæ habet aſſiſtentiam iuris ſepeliendi omnes Chriſtifideles decedentes intra limites ſuæ iuriſdictionis, quinimò eligentibus Confratribus ſepulturam in Oratorio ſodalitatis officium ſuper cadauere fieri debet à Parocho intra cuius fines oratorium ſitum reperitur, non autem à ſodalitatis Capellano, vt docent. *Sperel. ex reſol. Sac. Cong. & Gennen. in locis ſupra citatis*.

55 Electio ſepulturæ non præſumitur, ideo eſt probanda ab allegante, ſufficienter tamen probatur, vel per teſtamentum, vel per dictum Confeſſarij, non tamen probatur per teſtes ſingulares ſingularitate obſtatiua, vt ſi vnus deponat audiuiſſe eligi ſepulturam à defuncto in tali loco, & alius in alio loco, ſed requiruntur duo, vel tres teſtes, cum ſit ſpecies vltimæ voluntatis, & concernat præiudicium Eccleſiæ Parochialis, qui teſtes debent deponere de ſpeciali ſepulturæ electione, & non de propoſito eligendi, vt vere de ſepulturæ electione conſtare dicatur, cum propoſitum in mente retentum nihil operetur, vt comprobat *Gennen. in Prax. Archiepiſcop. Neapol. c. 61. num. 8. & nu. 10. & 11. Gauant. in Encherid. ſeu manual. Epiſcop. in verbo ſepultura nu. 20.*

56 Quæ probatio concludere debet huiuſmodi electionem fuiſſe factam à perſona, qui habeat facultatem ſepulturam eligendi, vnde nepos impubes non eſt ſepeliendus in ſepulcro, quod probatur electum fuiſſe ab Auo, multo minus in electo a fratre, aliove collaterali, nec à Patre pro filio pubere *Gauant. in Encherid. ſeu manual. Epiſcop. in verb. ſepult. num. 11. & 12. ex Syluest. in verb. ſepultura quæſt. 7.*

57 Cadauer poſt quam perpetuæ ſepulturæ traditum fuit, ex vlla etiam cuiuſuis ordinis Eccleſia, exhumari, & aſportari licet, etiam ad inſtantiam conſanguineorum, niſi de licentia Ordinarij ex cauſa per eundem approbanda ex *Rituale Rom. in tit. de exequijs tradit Gauant. in Encherid. ſeu manual. Epiſcop. in verbo ſepultura num. 26. Sperel. dec. 51. num. 18. in fi. tom. 1. eſt text. in l. oſſa de relig. & ſumpta ſun.*

58 Cadauer verò ſi fuerit ſepultum occaſione obitus violenti, ſeu ex vulneribus illatis ad hoc vt conſtet de corpore delicti, ſine quo proceſſus ſubſtineri non poteſt, ne delicta remaneant impunita poteſt exhumari, & effodi facere, & Epiſcopus hanc facultatē concedere poteſt Iudici Laico ad recognitionem faciendam, & vt dicitur viſum, & repertum, abſque metu irregularitatis, vt pote quia actus reputetur remotiſſimus, & ſuaptè natura non directus ad mortem, vel ad membri mutilationem, & Epiſcopus nihil operatur, ſed duntaxat exhumari, & informationes capi permittit *Gennen. in prax. Archiepiſ. Neapol. c. 42. num. 10. Ric. in prax. rer. quotidian. dec. 530. in fi. Lanor. in ſuis Lucubrat. tit. 2. cap. 7. num. 31. relat. per Sperel. dec. 51. num. 5. p. 1.* quibus addo *Scaccia de Iudic. cauſ. ciuil. & crim. cap. 83. num. 11. ad med. verſ. vnde ſi vulneratus & num. 12. 13. 17. & 18. Clar. in prax. qu. 55. ſub verſ. quomodo autem cum alijs per Farinac. in tit. de inquiſit. qu. 2. num. 5. Borgnin. dec. 18. per tot. p. 5.* vbi quod ſi eſſet mulier interfecta, & dubitaretur, an ſit prægnans tradit quod poſſit etiam ſcindi pro facienda huiuſmodi recognitione, cum ſit qualitas, quę aggrauat delictum.

59 Contrarium tamen, quod non debeat Epiſcopus dare licentiam exhumandi corpus, ad hoc vt laici ſumant indicia in criminalibus cenſuit *Sac. Cong. Epiſcop. 22. Nouemb. 1619. teſte Gauant. in Encherid. ſeu manual. Epiſcop. in verb. ſepult. in addition. nu. 7.*

60 Sed hoc procedit, vt in tantum non debeat Epiſcopus dare licentiam Iudici laico exhumandi cadauera, in quantum ipſa recognitio eſſet facienda in ipſa Eccleſia, ſecus autem extra, & arbitrio ipſius Epiſcopi, vt cenſuit *Sac. Cong. Immunit. ſeu ſuper controuerſ. iuriſdictionalib. in vna Ariminen. 2. Maij 1629. relat. per Sperel.* ad cuius inſtantiam emanaſſe ſubdit *dec. 51. num. 16. 17. & 18. tom. 1. & per Dian. poſt partem 5. reſol. moral. tit. declarat Sac. Cong. num. 64. Antoucl. de Regim. Eccleſ. lib. 1. cap. 12. num. 67.* quod cum a Sac. Congr. arbitrio Epiſcopi ſit remiſſum, qui propterea ex facti circumſtantijs, & ex incumbenti paſtoralis ſollicitudinis cura animaduertere debet, an expediat deueniri ad huiuſmodi exhumationis actum, vnde non videntur tuta tradita per *Gennen. loco ſupra citato* in ea parte, vbi ſubdit Ordinarium non modo poſſe, ſed etiam debere dictam licentiam concedere exhumādi vulneratum ad effectum capiendi per curiam ſęcularem neceſſariam informationem, alioquin grauare, & poſſe ad Metropolitanum appellari, ac proinde cautè legendum eſſe admonet *Sperel. dicta deciſ. 51. num. 17. tom. 1.*

61 Non poteſt tamen Epiſcopus tamquam Ordinarius concedere licentiam Iudici laico, vt examinet præſertim cum iuramento, & formaliter aliquem reum, vel vulneratos, vel alios teſtes in Eccleſia, Hoſpitali auctoritate eiuſdem Ordinarij fundato, vel alio loco immuni, etiam vigore literarum Sac. Congregationis ſuper erectione, ſed petendam eſſe à Sede Apoſtolica, vt ſanciuit eadem *Sac. Cong. Immunit. in dicta Eugubina 2. Maij 1629. relat. per Dian. & Sperel. in locis proxime ſupra citatis*, & habetur in *conſtit. Gregor. X. vna cum Concil. Ludonenſi regiſtrata in c. decet de immunit. Eccleſ. in 6.* in qua non tam acta cauſarum

62 criminalium quoque laicis in Eccleſijs prohibentur, tum per cenſuras, aliaſque pœnas arbitrio Ordinarij irrogandas, tum ſub vitio nullitatis ipſo iure incurrendo, itaut omni careant robore firmitatis, cuius textus diſpoſitioni videtur concordare *Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 22. in decret. de celebrat. Miſſ.* ibi item ſæculares omnes actiones *Abb. in cap. cum Eccleſia*

cleſia num. 4. *eod. tit. de Immunit. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 9. *Syluest. in ſumma in verbo immunitas d.* 1. *num.* 3. *Armil. eodem verb. num.* 3. & reprobato *Bald. in l. iuſiuran.* 34. §. 51. *de qualitate in ſi. de iur. iur. tradit. idem Sperel. decis.* 104. *num.* 55. *tom.* 2.

63 Cadauer, ſeu corpus pænale, illius nempe qui ob eius demerita, & delicta, fuit ſuſpenſus, vel capitis ſciſſione punitus ante quam Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradatur, poteſt concedi medicis pro facienda anotomia fauore publicæ vtilitatis, licet de iure cautum non videatur, ſecus verò corpus non pænale, licet eſſet hominis interfecti, quia cadauer non damnatum, & corpus mortuum non debent percuti, lacerari, fuſari, & ſpoliari, ſed maxima cum veneratione ſepeliri, ac proinde non eſt medicis tradendum latè. *Borgnin.*

64 *dec.* 18. *num.* 1. *& per totam p.* 5. in hoc tamen eſt multum Iudicis arbitrio tribuendum, qui conſiderata familiæ conditione, & dignitate, nobilitate, vel vilitate, ſeu qualitate deplorati ſtatus arbitrari poteſt, an expediat cadauer Scolaſticis, atque ſtudioſis artis medicinæ concedi, ſed tutius erit Principis voluntatem perſcrutari, vt latè demonſtrat *Iul. Clar. in* §. *ſi. quaſt. vlt. Menoch. de arbitrar. caſ.* 285. *num.* 10.

65 Si verò cadauer fuerit delatum, & in Eccleſia poſitum, non poteſt amplius ab eadem amoueri, & per vim ſpoliari, & abduci ſine licentia Epiſcopi, vel Summi Pontificis, alias huius abductionis reus eſſet puniendus perinde, ac ſi ſacras reliquias abduceret, & auferret, ac ſacrilegium committeret *l. qui ſepulturæ C. de ſepult. viol. l. oſſa ff. de religio, & ſumpt. ſun. Borgnin. decis.* 18. *per tot. & præcipue num.* 5. *p.* 5. vbi etiam ſi in alia Eccleſia eſſet ſeponendum, & tumulandum, etenim

66 non minus committitur ſacrilegium ſi auferatur res ſacra, in ſacro, quam ſi auferatur ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro vt diſponitur *in cap. quis, quis inuitus* 17. *qu.* 4. *& tradit Clar. in* §. *ſacrilegium ſub prin.*

67 Ius ſepulcrorum tranſit ad hæredes etiam extraneos *l. ius ſepulcri l. ſi ſepulcrum C. de relig. & ſumpt. fun. Pariſ. conſ.* 149. *num. lib.* 4. *Molin. de primog. Hiſpan. cap.* 23. *num.* 35. *lib.* 1. ſecus autem ſi verſemur in iuribus ſepulcrorum filiorum, & ſic ſanguinis. *Gratian. diſcept.* 210. *num.* 37. *&* 38. *ex Lambert. quem alleg. de iurepatron. lib.* 1. *par.* 2. *art.* 4. *qu.* 1. *in ſi. fo.* 132.

68 Sepultura vendi non poteſt abſque labe vſuræ, cum ſit res ſacra *cap. abolenda de ſepult. c. non ſatis de ſimon.* licitum tamen eſt pretium recipere ratione ſitus, vel dignioris loci in Eccleſia, cum hoc non videatur concernere ſpiritualitatem, ſed potius quandam præeminentiam, quæ poteſt pretio æſtimari, etenim pro ſepultura debita, & neceſſaria aſſignati reperiuntur loci particulares, prò vt ſunt cæmeteria, prò quibus pecunia peti non poteſt *d. cap. abolenda de ſepult.* ſed ſi aliquis velit in honorabiliori loco ſepeliri in Eccleſia, iſte honor loci dignioris eſt, qui pretio æſtimatur, & vendi poteſt, non tamen ex hoc ſequitur quod vendatur ſepultura. *Spin. de teſtam. glo.* 2. *prin.* 44. *Roderic. quaſt. Regular.* 58. *art.* 2. *Rot. decis.* 561. *num.* 1. *p.* 4. *recen.* vbi *num.* 2. ſubdit præcipuè hoc ſibi locum vindicare ſi pretium eſſet erogandum in reparationem Eccleſiæ, vel ad extinguendum debitum Eccleſiæ ære alieno grauatæ.

69 An vero liceat Parochis vigore conſuetudinis, aut conſtitutionis Synodalis exigere ab hæredibus defunctorum, quorum cadauera in Eccleſijs Regularium ſepeliuntur dupplicatam æleemoſinam, quam alibi ſoleat exigi.

70 Similiter an ab eiſdem Parochis poſſint cogi hæredes defunctorum, vt ſi quando aliquos fratres puta duodecim vocant ad aſſociandũ in funere cadauer defuncti totidem omninò pares numero Clericos ſeculares debeant vocare in vna *Papien. Propoſitis in Sac. Congreg. Concil. ſupradictis dubijs die* 27. *Decemb.* 1665. *Sac. Congreg. Eminentiſſ. S. R. E. Card. Concil. Tridentin. Interpretum audita relatione D. Epiſcopi Papienſis, & vtraque parte informante Reſpondit neutrum dictis Parochis licere, ſaluo tamen iure immemorabilis coram Iudice probanda.*

A. Card. Celſus Præfectus.

loco † ſigilli.

C. de Vecchis Segret.

S V M M A R I V M.

1 Quarta funeralis debetur Eccleſiæ Parochiali eiuſque Rectori, & inter iura parochialia connumeratur.

Canonica portio de omnibus relictis Eccleſijs, lociſque pijs debetur Epiſcopo ibidem.

Quarta funeralis de iure communi ſpectat ad Epiſcopum, vel ad Parochum, qui in dubio præfertur num. 3. in ſi.

2 Lim. vt ius commune non ſuffragetur, niſi illis, quibus perſolui conſueuit.

3 Lim. vt non debeatur Capellano priuati Oratorij ſed Parocho propter Eccleſiam, cui præſidet.

4 Quarta funeralis debetur Parocho etiamſi cauſa belli, vel peſtis Parochianus receſſerit, & in alio loco ſe contulerit.

5 Debetur Eccleſiæ, vbi ægrotus vſque ad ægritudinem retinuit domicilium, licet fecerit alibi ſe deferre.

6 Non debetur Parochiæ, vbi viget conſuetudo ſepeliendi peregrinos, & viatores in Cathedrali.

7 Non debetur ſi Cathedralis priuatiue quo ad Parochum generaliter reperiatur in poſſeſſione percipiendi quartam num. 8. & 9.

10 Quarta cereorum Confraternitatum funera aſſociantium non debetur Parocho.

11 Nec debetur de candelis, quas fratres, Presbyteri geſtare ſolent.

12 Quarta funeralis, vt ab exemptis non debeatur, quæ requirantur num. 13. Quid ſi exemptio conceſſa fuerit in ampliſſima forma num. 14.

Quid ſi in derogatione fuerit adiecta clauſula ſalua iuſtitia Eccleſiarum nu. 15.

16 Quarta funeralis eſt perſoluenda à Regularibus, ſi in eorum Eccleſijs fuerit electa ſepultura, ſecus ſi ex priuilegio ſint exempti nu. 17.

18 Quartæ funeralis exemptio conceſſa vni Religioni, an, & quando alteri communicata cenſeatur per communicationem priuilegiorum nu. 19.

20 Eccleſiæ, & Monaſteria, quæ ante Concilij confirmationem per 40. annos ædificatæ ſi non fuerunt ſolitę ſoluere quartam funerum, nec tenentur poſt eius confirmationem lim. vt num. 21. & 22.

23 Quarta funeralis, vt in parte non debeatur ſufficit præſcriptio decennalis, in totum verò conſuetudo 40. annorum cum titulo, vel immemorabilis.

24 Quarta funeralis debetur de omnibus, quæ obueniunt ratione funeris, ſiue ante cadaueris tumulationem, ſiue poſt vſque ad trigeſimum diem n. 25. & tam prò primis, quam pro ſecundis funeribus nu. 26.

27 Quarta funeralis debetur, tum de candelis, & cereis, & de omnibus alijs, quæ circa cadauera exiſtunt diuidendis prò medietate inter Parochum, & miniſtros aliarum Eccleſiarum, amp. vt num. 28.

Quarta funeralis eſt ſoluenda iuxta conſuetudinem legitime præſcriptam ibidem.

29 Debetur de armis, libris, Culcitra, & ſimilibus, quæ in feretro deferuntur.

30 Quarta funeralis non debetur Eccleſiæ, vbi quis non electa ſepultura fuerit ſepultus.

31 Quarta funeralis non ſoluitur de equis, & armis ſi quis ſepeliatur in Eccleſijs Equitum Hoſpitalariorum.

32 Quarta non debetur ſi quis ſepeliatur in Eccleſia tempore interdicti.

33 Quarta funeralis non debetur de oblatis in funere Nouitii lim. vt num. 34

35 Quarta funeralis debetur de donatis cauſa mortis Religioſo, ſeu Monaſterio, ſecus de donatis inter viuos.

36 Quarta funeralis debetur de relictis titulo inſtitutionis Monaſterio, locisque pijs.

37 Amp. vt etiam debeatur de legatis factis Eccleſiæ, vbi electa fuerit ſepultura.

38 Quarta funeralis non debetur de relictis pro cultu diuino. Contrarium num. 39. lotel. vt num. 40.

41 Quarta funeralis non detrahitur de relictis perſonis licet ex cauſa pia.

42 Quarta funeralis non detrahitur de relictis pauperibus in genere, ſecus certi, & determinati loci num. 43.

44 Quarta funeralis non debetur de relictis pro maritandis puellis.

45 Quarta funeralis non debetur de relictis pro ædificatione, vel reſtauratione Eccleſiæ, lim. vt num. 46. ſublim. vt num. 47. diſtiug. vt nu. 48.

49 Nec debetur de relictis pro operibus pijs in genere ſi ab executoribus deſtribuantur in fabricam, & ornamenta Eccleſiæ, ſecus in vſum non priuilegiatum locorum piorum nu. 50.

51 Nec debetur de funeribus ex piorum æleemoſinis factis.

52 Non eſt ſoluenda ab hærede, ſed ab Eccleſia, cui fuit relictum.

53 Quarta funeralis non debetur ſi fuerit aliquid relictum animo compenſandi, ſecus ſi ſimpliciter.

Quarta funeralis, an, & cui, & ex quibus rebus ſoluenda.

ADNOTATIO IV.

1 QVarta funeralis, ſeu canonica portio, quæ inducta fuit à iure canonico in recognitionem oneris, quod propter ſacramentorum adminiſtrationem incumbit Parocho *cap. 1. cap. relatum cap. de ijs de ſepult.* de iure communi debetur Rectoribus parochialium, ex funeralibus, nam inter iura parochialia connumeratur, & Eccleſiæ Parochiali venit perſoluenda juxta *Clem. dudum §. ne parochiales de ſepultur. cap. cum quis de ſepult. in 6. fr. Eman. quaſt. regular. tom. 1. q. 39. art. 5. Abb. in rub. de Paroch. num. 2. Vgolin. de offic. Epiſcop. cap. 17. num. 11. Barboſ. de offic. Paroch. cap. 25. numer. 19. & 20. Mantic. dec. 294. num. 1. Cauale. dec. 101. num. 1. Rot. dec. 376. numer. 1. p. 8. recent.* Vlterius canonica portio de omnibus legatis, & relictis Eccleſijs, aliiſque locis pijs exiſtentibus in diœceſi debetur Epiſcopo *c. conquerente de offic. ordinar. c. requiſiſti c. vltim. de teſtam. c. 1. & 2. 10. q. 3. c. de quarta de praſcript. Gauant. in manual. Epiſcop. in verb. quarta Epiſcopalis num. 1. late Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 86. à num. 1. vſque ad 7.* Vnde de iure communi quarta funeralis ſpectat ad Epiſcopum, vel ad Parochum *Clem. dudum de ſepult. & dixit Rot. in Licien. quarta relat. per Barboſ. loco proximè citato num. 17.*

2 Sed quamuis de iure cõmuni præfati Parochialium Rectores habeant intentionem fundatam ſuper eius reſolutione, ſiue debeatur ex aſſiſtentia dicti iuris communis, ſiue conſuetudine Vrbis, ſiue ex diſpoſitione *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 13.* nihilominus huiuſmodi iura non ſuffragantur, niſi illis, quibus quarta perſolui conſueuit iuxta declarationem *B. Pij V. editam de anno* 1567. *vt aduertit Gut. de iuram. confirmat. p. 2. c. 4. num. 3. Emanuel Rodriq. quaſt. regul. tom. 1. qu. 29. ante fin.*

3 Vnde Capellano priuati Oratorij temporali, & ad nutum amouibili, cui non competunt iura parochialia applicari non debet, ſed Parocho exiſtenti in poſſeſſione, qui curam exerceat animarum, cui non propter ſe, ſcilicet ratione ſalarij, ſeu laboris humandi corporis, ſed propter Eccleſiam, cui præſidet conſtituta, & debita cenſetur *Bonifac de Vital. in Clem. dudum §. verum num. 6. de ſepultur. Mantic. dec. 294.* & propter hanc rationem debetur etiam ali ſacerdoti curam animarum exercenti vt tradunt *Doctores relati per Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 3. cap. 24. num. 19. & 21. Gauant. in Enchirid. ſeu Manual. Epiſcop. in verb. quarta Epiſcopal. in addit. num. 4.* In dubio verò an debeatur Epiſcopo, vel Parocho præfertur Parochus ex cauſa oneroſa, Epiſcopo ex cauſa lucratiua *Barboſ. loco citato num. 25. & de offic. Paroch. cap. 25. num. 25. vbi ita firmaſſe Rot. in Neritonen. quarta funeral. 9. Iunij* 1603. coram *Manzanedo Gauant. in Manual. Epiſcop. in verbo quarta Epiſcopal. nu. 6.*

4 Amp. vt debeatur huiuſmodi quarta etiã ſi Parochianus cauſa peſtis, vel belli receſſerit, & in villam, ſeù alium locum ſe contulerit, ibique vltimum perſoluerit diem, ſi deceſſerit animo redeundi, & non mutandi domicilium, ſed idem in Parochia retinendi *Fr. Emman. quaſt. reg. tom. 3. q. 46. art. 3. Vilalob in ſum. p. 2. tract. 31. diffic. 7. num 3. Io. Andrea in c. ijs, qui de ſepult. in 6. Abb. in cap. de ijs eod. tit. in Decretal.* vbi quatuor caſus conſiderat *Gauant. in Manual. Epiſcop. in verb. quarta Epiſcopal. in addit. num. 7. Barboſ. de iur. Eccleſ.*

lib. 3.

Digitized by Google

lib.3. cap.24. num. 26. & de offic. Paroch. cap. 25. num. 26.

5 Amp. etiam ſi ægrotus faciendo ſe ad aliã deferre, mutauerit Parochiam, quia nihilominus debetur primæ Eccleſiæ, vbi vſque ad ægritudinem retinuit domicilium, vel inhabitauerit *Syluestr. in ſumm. in verbo canonica portio num.15. Gauant. in Manual. Epiſcop. dicto verbo quarta Epiſcopalis, in addit. num.8. Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 3. cap. 24. num. 27. & de offic. Paroch. cap.25. num.27.*

6 Lim. ſtante conſuetudine in Ciuitate, quod ius ſepeliendi peregrinos, & viatores ſpectet ad Cathedralem, quia cum tunc ceſſet intentio Parochi fundata ſuper aſſiſtentia iuris, contraria conſuetudine ſublata, quarta funeralis non debetur Parocho intra cuius Parochiæ limites viator, Peregrinus, ſeu detentus pro delicto, vel habilitatus, cum cautione deceſſerit, vt cenſuit *Sac. Congreg. Concil. in Piſaurien. 22. Ianuar. 1628. relat. per Gauant. in Manual. Epiſcop. in verbo quarta Epiſcopalis num.1. & per Barboſ. de offic. Paroch. cap.25. num.33.*

7 Lim. ſi Eccleſia Cathedralis generaliter quo ad omnes alios in Ciuitate decedentes ſit in quadragenaria quaſi poſſeſſione huiuſmodi quartam funeralem percipiendi, nam tunc eidem debetur priuatiuè quo ad Parochum, vel ratione conſuetudinis legitimè perſcriptæ
8 ob temporis lapſum, quia vbi non adeſt iuris reſiſtentia, vt in præſenti, totum deferatur conſuetudini iuxta *gloſ. in cap. vltim. in verb. legitimè praeſcripta de conſuet. in 6.* Vel ratione
9 præſumptionis, quod ſibi huiuſmodi iura reſeruauerit, quando aliæ Parochiales fuerunt erectæ, in ſignum ſubiectionis, & ſuperioritatis, ita vt continuata poſſeſſio ſubſecuta fuerit ex titulo, & iure Matricis præambulo *Barboſ. de offic. Paroch. cap.25. num.22. & firmauit Rot. dec.376. per tot. p.1. recen.*

10 Lim. vt quarta cæreorum Confraternitatũ funera aſſociantium nõ debeatur Parocho, vt cenſuit *Sac. Cong. Epiſcop. 15. Martij 1616.* teſte *Gauant. in Encherid. ſeu manual. Epiſcop. in verb. quarta Epiſcopalis num.13. & Barboſ. de offic. Paroch. c. 25. num.40.* Neque de Can-
11 delis, quas fratres, & alij presbyteri geſtare ſolent præ manibus ſiue per viam in aſſociando cadauere, ſiue in Eccleſia aſſiſtendo, aliaſque funeris cæremonias abſoluendo, ſed ipſi geſtantes faciunt ſuas, vt tradunt Doctores relati per *Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 3. cap.24. num. 39. & ſeq. Gauant. vt ſupra dicta verbo quarta Epiſcopalis in addit. num. 11. Carraccia de quarta funeral. c.3. cum alijs per Barboſ. loco citato num.39.*

12 Lim. in exemptis, alijſque priuilegiatis, qui eximuntur à ſolutione quartæ funeralis *ad text. in cap. priuilegia diſt. 3. C. in noſtra de ſepult. Syluestr. in verb. canonica portio num. 8. Fr. Emman. quaſt. regul. tom.3. q.46. art.1. & tom.1. q.39. art. vltim. Caraccia de quarta funeral. c. 2. & tradunt communiter DD. in c. officio de teſtam. Barboſ. de offic. Paroch. cap. 25. num.52. & late de offic. Epiſcopi alleg. 86. num. 10. & plurib. ſequen. & num. 17. vbi ita dixiſſe Rot. in Licien. quarta funeralium, vt in deciſ. per eum relata*, ſed ad hoc vt huiuſmodi exemptio competat, debet eſſe derogatum diſpoſitioni *Clemen. dudum de ſepultur. per text. in cap. ex parte de Capel. Monac. Petrus de Vbald. de canon. Parochial. c.6. Rot. in Roman. iur. funeral. 4. Iulij 1653. §. nec aduerſatur coram Zarate.*

13 Et ad hunc effectum non ſufficiunt Clauſulæ generales derogatoriæ, quia cum diſpoſitio dictæ *Clementina* edita fuerit in Concilio Vienneuſi, exigit ſpecialem derogationem, alias defectu voluntatis in concedente non cenſetur derogatum ijs, quæ ſpeciali indigent mentione *Felin. in cap. nonnulli num. 2. verſ. & nota de iur. iuran. Archidiac. in c.1. num.2. verſ. quod ſpecialiter de conſtit. in 6. & ita ſæpe firmaſſe Rot. patet ex deciſionibus relatis per Caualc. dec.101. num.2.*

14 Sublim. ſi huiuſmodi exemptio à Summis Pontificibus conceſſa fuerit in ampliſſima forma, & ſub verbis vniuerſalibus, nullam reſtrictionem patientibus, cum tunc ſub tali vniuerſalitate derogatũ cenſeatur *Clement. dudum de ſepult. in 6*, ex quo conſtet de voluntate Papę derogare volentis, ſecus eſt ſi ex generalitate non adeo comprehenſiua deſumi nequeat voluntas Pontificis derogare volentis diſpoſitioni dictæ *Clementina Barboſ. de iur. Eccleſ. lib.3. cap. 24. num. 8. & de offic. Paroch. cap.25. ſub num.8. Rot. in Cracouien. quarta funeralis 25. Maij 1646. §. non obſtat coram Peutingerio, & in Romana Iurium funeralium 4. Iulij 1653. §. nec aduerſatur coram Zarate.*

15 Lim. ſi fuerit derogatum *Clement. dudum* cum *Clauſula ſalua iuſtitia Eccleſiarum Parochialium*, cum tunc non cenſeatur Pontifex per talia priuilegia conceſſiſſe exemptionem a ſolutione quartæ funeralis, vt firmaſſe *Rot. in Valiſſoletana quarta funeralis 19. Aprilis 1606. coram Iuſto refert. Barboſ. de offic. Paroch. cap.25. num. 10. vbi ſubdit contrarium, & verius firmaſſe coram Coccino in ſuo voto*, quia ſtante expreſſa derogatione *Clement. dudum* hæc clauſula debet intelligi quo ad alia, non quo ad expreſſa, alias deſtrueretur priuilegiũ, & inſeruiret, de vento, nec redditur veriſimile, quod ſummus Pontifex conceſſerit exemptionem per derogationem *Clement. dudum* & in cõtinenti eandem denegauerit per ſupradictam Clauſulam immediatè adiectam.

16 Ac proinde omnes Religioſi etiam Mendicantes tenentur ſoluere huiuſmodi quartam, quando quis eligit ſepulturam in eorum Eccleſijs vigore dictæ *Clement. dudum §. verum de ſepult. Barboſ. de offic. Paroch. cap.25. num. 4.* & ita de Fratribus B. Mariæ de Victoria Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Paula dixit *Rot. dec.161. per tot. coram Caualerio.*

17 Secus autem ſi ex priuilegio Religioſi reperiantur exempti ab huiuſmodi ſolutione quartæ *Archangel. Caraccia de quarta funerali cap. 1.* vt de Patribus Theatinis *Clericis Regularibus Barboſ. de offic. Paroch. cap.25. num. 7.* & de Fratribus Ordinis Prędicatorum in

vim

Digitized by Google

vita priuilegiorum obtentorum *ab Alexandro IV. Leone X. Paulo IV. & Clem. VIII.* quorum vigore eximuntur à ſolutione cuiuſuis quartæ funeralis, ac aliorum obuentionum, & legatorum piorum, & iſta priuilegia fuerũt pluries executioni demandata per *Rot. in Hiſpalen. quarta funeralium 4. Iunij 1590. coram Card. Pamphilio relat. per Gratian. diſcept. 955. num. 1. & per tot.* vbi *num.* 4. præcipuè quia dicta priuilegia concessa fuerunt in recompẽſationem laborum, quos dicti fratres paſſi ſunt, & quotidie patiuntur pro Chriſtianæ fidei propagatione, etiam cum proprij ſanguinis effuſione, quæ propterea redduntur irreuocabilia. *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 9. §. 2. num. 49.*

18 Subiun. quod licet priuilegia vnius religionis per viam communicationis cenſeantur concesſa alteri Religioni, tamen exemptio quartæ funeralis per generalem priuilegij cõmunicationem non videtur communicata, etiamſi in priuilegio communicato ſit derogatum *Clementinæ dudum*, cum non ſufficiat huiuſmodi derogatio in priuilegio principali, niſi etiam apponatur in communicatione, cum communicatio non extendatur ad præiudicialia, quo ad alios *Cauale. dec. 101. num. 3. vbi ita etiam dixiſſe Rot. coram Iuſto, & Lancellotto, & tradit Barboſ. de offic. Paroch. cap. 25. num. 29.*

19 Sed hoc non procedit ſi ex clauſulis generalibus appareat de voluntate Papæ etiam quo ad communicationem huiuſmodi exemptionis *Barboſ. lib. 3. de iur. Eccleſ. cap. 24. nu. 8. in fin.* Quæ voluntas ſatis colligitur ſi nominatim communicentur exemptiones, quæ de ſui natura habent præiudicium tertij, vt proinde vlteriori derogatione opus non ſit *Burat. dec. 193. num. 24.* præſertim ſi in priuilegio cõmunicationis legatur Clauſula *Quorum tenores, & pro expreſſis Rot. in Cracouien. quarta funeralis 25. Maij 1646. §. non obſtat coram Peutingerio, & in Romana iurium funeralium 4. Iulij 1653. §. neque aduerſatur verſ. & ex hac ratione coram Zarate.*

20 Lim. in Eccleſijs, vel Monaſterijs ædificatis 40. annis ante Concilij confirmationem, quæ ſolita non fuerunt perſoluere huiuſmodi quartam, quia neque poſt concilium cogi poſſunt ad eius ſolutionem *Fr. Archang. Caraccia de quarta fun. c. 1. §. ſciendum eſt fo. 20. ex conſtit. B. Pij V. relat. per eundem Caracc. Barboſ. de offic. Paroch. cap. 25. num. 15.*

21 Secus autem in Eccleſijs, & regularibus, qui 40. annis ante confirmationem Concilij Cathedrali, aut Parochiali Eccleſiæ quartam funeralem perſolui conſueuerunt, nam etiam poſt Concilij confirmationem integro iure, & eadem portione, prout antea ſoluebatur eadem ſolutio continuari debet, non obſtantibus concesſionibus gratijs, & priuilegis quomodolibet obtentis, vt expreſſè ſancitum fuit per *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 13. Gauant. in Manual. Epiſcop. in verb. quarta Epiſcopalis nu. 11. Barboſ. de offic. Paroch. cap. 25. num. 12. vbi ita etiam firmaſſe Rot. in deciſion. per eũ relatis.*

22 Non tamen ſub hac conciliari diſpoſitione comprehenduntur monaſteria, vel Regulares, quorum Eccleſiæ ædificatę reperiuntur à 40. annis citra Concilij confirmationem, aut quæ in die ædificantur ſub ordine, & Religione, cui à Sede Apoſtolica particularibus priuilegijs indulta fuerit exemptio à ſolutione quartæ funeralis Epiſcopo, vel parocho de iure debitæ, vnde ad hunc effectum duo copulatiue requiruntur, vt monaſteria, vel Eccleſia ſit ædificata ab annis 40. citra Concilij confirmationem, & quod concurrat priuilegium exemptionis à Sancta Sede obtentum *Io. della Cruc. de Stat. Regular. lib. 1. c. 19. dub. 5. concl. 2. in fin. Fr. Archang. Caraccia de quart. funeral. cap. 1. §. nec Sacri Concilij fo. 20. Fr. Hyeron. Roderic. in compend. quæſt. Regular. reſol. 18. num. 2. Gauant. in Manual. Epiſcop. in verb. quarta Epiſcopalis num. 12. Barboſ. de offic. Paroch. cap. 25. num. 13. & ſequen. vbi ita declaraſſe Sac. Cong. Concil. in dicto cap. 13. & B. Pij V. ſua Conſtit. incip. & ſi mendicantium 17. Kalend. Iulij 1567.* cuius verba per eundem referuntur. Quæ conſtitutio licet ſimpliciter diſponat de monaſterijs tantum ędificatis à 40. annis citra Concilij confirmationem, nulla facta mentione de priuilegijs, tamen eſt intelligenda, vbi concurrit priuilegium vltra qualitatem temporis ædificationis, cum per *Gregorium XIII. die 10. Octob. 1586. ſua Conſtitutione relata per Nauar. in Manual. cap. 17. in fin.* fuerit redacta ad terminos Concilij non autem reuocata, vt tradunt *Doctores, & firmauit* Rot. *vt in deciſ. relat. per eundem Barboſ. loco citato num. 14.*

23 Lim. vbi viget conſuetudo legitimè præſcripta non ſoluendi portionem canonicam, ſeu quartam funeralem, vel in toto, vel in parte, nam tunc exigi non poteſt, & adhoc vt legitimè præſcripta dicatur vſque ad quartam excluſiuè ſufficit decennium etiamſi non concurrat titulus, infra quartam, ſeu vt in totum, aut nihil ſoluatur, exigitur conſuetudo 40. annorum, cum titulo, vel Immemorabilis *Alex. conſ. 296. num 15. verſ. de præſcriptione lib. 2. Petrus de Vbald. de canon. Parochial. cap. 5. num. 3. & ſeq. & cap. 6. num. 34. & 35. Lap. de Caſtiglion. de canonic. portion. cap. 2. nu. 64. & 65. Sylueſtr. in ſumma in verb. canonica portio num. 2. & 3. Barboſ. de offic. Paroch. cap. 25. num. 16.*

24 Quarta funeralis, ſeu canonica portio debetur de omnibus, quæ obueniunt ratione funeris, ex ijs tantum, quæ offeruntur tempore, quo funus, ſeu exequiæ defuncti celebrantur, ſeu ex omnibus oblationibus, & commodis ipſius funeris, alijſque rebus, quæ eius occaſione ad Eccleſiam, vbi defunctus tumulatur quomodocunque perueniant, & cum ipſo funere portentur *Fr. Eman. quæſt* Regul. *tom. 1. q. 39. art. 2. in prin. Couar. in cap. vltim. num. 7. de teſtam. Caraccia de quart. funeral. q. 3. verſ. forſan. fol. 45. Gutier. de iuram. confirm. p. 2. c. 4. num. 3. Aloyſ. Ric. in prax. for. Eccleſ. dec. 670. num. 4. alias reſol. 571. num. 4. in 2. edit. & p. 4. reſol. 300. Bertrachin. in Repert.*

Digitized by Google

fert. in verb. quarta Parochialis Rub. conſ. 23. num. 9. Federic. de ſen. conſ. 6. num. 2. in prin. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 14. qu. 13. verſ. funeralia Portel. in dub. regular. in verb. canonica portio num. 5. Hieron. Roderic. in compend. quaſt. Regular. reſol. 18. num. 3. cum alijs per Barboſ. de offic. Paroch. cap. 25. num. 36. & 37.

25 Amp. vt huiuſmodi oblationes , aliæque res , quæ prò funeris ſolemnitate deſeruiunt , ſiue ante quam corpus ſit in terra conditum , ſiue poſt , & vſque ad trigeſimum diem , & quandiu ſit memoria de funere , vel eius occaſione poſtea obueniant, dicuntur funeralia , & debetur canonica portio *Calderin. conſ. 4. de ſepult. Io. Franc. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. p. 2. cap. 14. num. 12. Aloyſ. Ric. dicta reſol. 571. Sylueſt. in ſumm. in verb. canon. portio nu. 15. verſ. tertia Zabarel. in Clem. dudum §. vero verſ. tertio quæro de ſepult.*

26 Vnde ſi in die funeris data fuerit Parocho candelarum , & ſacnm quarta , & deinde ſequenti die maiori pompa adhibita , ſiue in alia , ſiue in eadem Eccleſia , vbi defunctus tumulatus fuit pro eius anima ſolemnis miſſa cantetur , cum diſtributione candelarum , & interſtitiorum , debetur ex ijs quoque Parocho quarta, non obſtante quod habuerit aliam ex primis funeribus , cum non minus ex funeribus primo loco , quam ex alijs ſecundo loco factis habeat intentionem fundatam in iure pro perceptione quartæ , vt cenſuit *Sacr. Cong. negotijs Epiſcopor. & regular. propoſita ſemel , & iterum partibus inch inde audieis die 3. Auguſti 1621. de qua Barboſ. de offic. Paroch. cap. 25. num. 38. faciunt tradita per Genuen. in prax. Curia Neapol. cap. 61. in prin.*

27 Amp. vt non ſolum debeatur huiuſmodi canonica portio de candelis , cereis , & interſtitijs , quæ circa crucem , & cadaner per viam deferuntur , ſed etiam de omnibus alijs , quæ circa cadauera exiſtunt, ante quam terræ tradantur , diuidendis pro æquali portione inter ipſos Parochos , & miniſtros aliarum Eccleſiarum quarumcumque , etiam Regularium , & Nationalium , ſeu alias priuilegiatarum , adeo vt finito officio candelæ interſtitia , & ceræ, quæ in Eccleſijs præfatorum præſente corpore pro celebrandis diuinis officijs accenſæ fuerunt, veniunt extinguendæ , & prò medietate eorum portio vnicuique conſignandæ iuxta decretum *Congreg. RR. DD. Præfectorum Vrbis, habita coram Eminentiſ. Vrbis Vicario ſub die 21. Martij 1629. ab Vrbano VIII. approbatum* , quod decretum , cum emanauerit ad effectum reuocandi diſſenſiones , & remouendi ſcandala in Vrbe non videtur ſibi locum vindicare poſſe , niſi in Vrbe , ſeu alijs regionibus, vbi non eſt introducta conſuetudo in contrarium , ſecus autem , vbi introducta fuerit conſuetudo ſoluendi quartam , in maiori , vel minori quantitate , ſi legitimè præſcripta fuerit , cum in huiuſmodi materia ſit multum deferendum conſuetudini iuxta tradita per *Barboſ. de offic. Paroch. cap. 25. num. 16. & iuxta text. in cap. certificari de ſepult.*

28 Amp. vt debeatur etiam huiuſmodi medietas , ſeu eius valor Calicis , Rocchetti , Albæ indumentorum , & veſtium delatarum in funere , & aliarum rerum , ſi recipiant commodam diuiſionem , alias æſtimatio medietatis ſecundum diſpoſitionem iuris communis , ſecus autem vbi adſunt priuilegia Apoſtolica eximentia fratres , & Religioſos ab huiuſmodi funeralium præſtatione , non obſtantibus decretis Vicarij, cum par in parem non habeat imperium , vt in puncto Ordinis prædicatorum docet *Gratian. diſcept 925. nu. 2. & ſeq.* vbi præcipuè concurrente antiquiſſima obſeruantia præſtandi tantum medietatem ceræ Parocho , & non indumentorum , in quibus non eſt præſumenda Parochi liberalitas , vt donare voluerit , ſed potius ſollicitudo , & diligentia in exigendo , quod de iure eidem debetur.

29 Amp. vt etiam debeatur de armis , libris , banderijs , Culcitra , ſeu pallio , quæ in feretro deferuntur , & de alijs pannis ſericis , vel aureis , ſtamine , vel cilicio , & ſimilibus iuxta *text. in cap. in noſtra de ſepult. Oldrad. conſ. 211. num. 7. Petrus de Vbald. de canon. portione cap. 4. num. 5. relat. per Barboſ. de offic. paroch. cap. 25. num. 44.*

30 Lim. vt huiuſmodi quarta non debeatur Eccleſiæ , vbi quis non electa ſepultura fuerit ſepultus , ſed omnia veniunt reſtituenda Eccleſiæ Parochiali iuxta *Conſtitutionem Innocentij III. relat. in cap. in noſtra de ſepult.*

31 Lim. 2. in Equitibus Hoſpitalarijs , qui , ſi in eorum Eccleſijs fuerit electa ſepultura, non tenentur ſoluere quartam de equis , & armis , quæ deſeruiunt in ſubſidium Terræ Sanctæ *dicto cap. in noſtra de ſepult. Barboſ. de offic. Paroch. cap. 25. num. 45.*

32 Lim. 3. vt quarta non debeatur de oblatis in funere illius , qui de facto ſepultus fuerit in Eccleſia tempore interdicti , ſed corpus , & omnia oblata veniunt reſtituenda , ſecus autem ſi Religiones , vel Eccleſiæ habeant priuilegia ſepeliendi etiam tempore interdicti , vel in ipſo interdicto reſeruatum fuerit ius ſepeliendi. *Federic. de ſen. conſ. 199. Sylueſt. in verbo canonica portio num. 8. §. ſeptimus fr. Emman. Roder. quaſt. regul. tom. 1. quaſt. 39. art. 3. Barboſ. de offic. Paroch. c. 25. nu. 45.*

33 Lim. 4. vt neque quarta debeatur de oblatis in funere Nouitij demortui in Religione intra annum probationis , quia Nouitij , ſi non ratione profeſſionis , ratione tamen ſtatus reputantur , vti Religioſi , ſicuti initiati prima tonſura, licet dici nequeant ordinati, cum prima tonſura non ſit ordo , ſed initium ad ordines, nihilominus gaudent priuilegijs Clericalibus *Franch. in cap. nullus de priuil. Cleric. in 6. Sylueſt. in verb. canonica portio num. 8. §. quartus fr. Emman. Roder. quaſt. Regul. tom. 1. qu. 30. art* 4. vbi etiam ſi decederet extra Clauſtra, & in domo parentum, vbi curationis gratia ſe contulerat. *Villalob. in ſum. p. 2. tract. 32. diff. 7. num. 10. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 9. cap. 13. qu. 4. verſ. quod ſi in Monaſterium caſ. 3. Hieron. Roder. in compend. quaſt.*

Regular.

Digitized by Google

filius ſequitur domicilium parentum, & non aliorum aſcendentium, cum quibus minor conſideratur coniunctio, vndè præferri debet ſepulcrum paternum, cum proximum immediatum ab immediato proximiori ſeparari non debeat lare *Oldrad. conſ. 25. Lauor. var. lucubrat. tit. 2. c. 11. num. 115. cum alijs per Sperel. deciſ. 88. num. 7. per text. in l. aſſumptio ff. de municip. cap. fraternitatem de ſepultur.* Nullo vero maiorum exiſtente ſepulcro, in propria Parochia tumulandus eſt, c. *ex parte cap. in noſtra de ſepult. Marc. Antonin. var. reſol. lib. 1. reſol. 112. caſ. 59. quarto cum alijs per Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 26. num. 32. & 33.*

17 Sed ſi filius moriatur ſuperſtite Patre, tunc enim tumulari debet in ſepulcro Aui, & ſic viciniorls aſcendentis. *Petr. de Vbald. in tract. de canonic. Epiſcop. & Paroch. c. 9. num. 8. Sperel. deciſ. 88. num. 8. tom. 1.*

18 Et licet infantes in ſepulcro à cæteris ſeparato ſepeliri debeāt iuxta *Rituale Romanum tit. de exeq. Paruul.* tamen *Rituale* loquitur de communibus, & promiſcuis ſepulchris, & vbi pater careat ſepultura, ſecus ſi exiſtat, nam tunc etiam puer, & infans ſepeliri debent in ſepulcro Patris, vel maiorum, excluſo Parocho, ſi ſub noui Ritualis prætextu in eius Eccleſia eundem ſepeliri prætenderet, vt cenſuit *Sacr. Congr. Epiſcop. & Regular. in vna Aſculana 21. Octobris 1616. relat. per Barboſ. de offic. Paroch. c. 26. num. 28. & per Sperel. deciſ. 88. num. 21. tom. 1. vbi ita etiam in vna Ariminen. reſpondiſſe S. Congr. Rit. 26. Nouemb. 1629. Gauant. in Encherid. ſeu Manual. Epiſcop. in verbo ſepultura num. 12.*

19 Quando verò maiores omnes in vna ſepultura tumulati fuerint, Pater verò in diuerſa, deſcendentem ſepeliri debere in ſepulcro maiorum relicta patris ſepultura tenuit *glo. in c. ijs, qui de ſepult. in 6. & probari videtur in cap. cum quis ibi vnius maiores ſint ſoliti ab antiquo, & in cap. ijs qui ibi, vel ea potius in qua maiores ipſius ab antiquo ſepultura extitit. de ſepult. in 6.* receptior tamen videtur contraria ſententia, dummodo Pater ex propria electione, & non caſu, vel ex aliquo accidenti diuerſam habuerit ſepulturam ab antiqua maiorum latè. *Oldrad. conſ. 25. num. 2. verſ. contrarium vſque ad fin. cum alijs relatis per Sperel. deciſ. 88. num. 9. tom. 1.*

20 De ſepultura maiorum non videtur conſtare, ſi aliam ſepulturam Proauus, aliam Auus, aliam Pater elegerint, cum ad hunc effectum requiratur concurſus plurimorum, qui ab antiquo in eodem ſepulchro tumulari ſoliti fuerint, cum ab vno denominari non poſſit ſepulchrum maiorum, ac proinde ceſſante hoc caſu maiorum ſepulchro, præferenda videtur Parochialis iuxta ſententiam Anchar, quam de iure magis ſubſtentabilem dixit, *in cap. ijs, ſub num. 4. poſt med. verſ. ex deciſ. de ſepultur. in 6. Syluestr. in ſumma in verb. ſepultura ſub num. 8. verſ. ſi autem in nullo,* contrarium verò, quod, hoc caſu ſit attendendum ſepulcrum Patris tenet *Abb. in cap. 1. num. 5. extra de ſepult.* & ita de conſuetudine ſeruari teſtatur *Lauor. var. lucubrat. tit. 2. c. 11. num. 113. Sperel. deciſ. 88. nu. 10. tom. 1. vbi num. 11.* Ampliat. etiam ſi paternum ſepulchrum ſit in Eccleſia, quæ non habet ius ſepeliendi de iure, ſed tantum ex priuilegio, vt ſunt Eccleſiæ Regularium, ſecus verò ſi Eccleſia haberet ius ſepeliendi ex præſcriptione, quæ tamquam ſtricti iuris potius venit reſtringenda, quam amplianda, & vt minus, quam fieri poſſit, lædat ius commune ſecundum. *Petrum de Ancharan. in cap. ijs, qui ſub num. 2. verſ. 3. nota de ſepult. in 6.* cui contradicit *Francus in eodem cap. ijs, qui in fine lectura.*

22 Lim. vt à prædictis recedendum ſit ſi ex coniecturis appareat de præſumpta defuncti voluntate circa ſepulturæ electionem, ſcilicet ex qualitate Patris, vel Aui, vel Proaui, ac ipſius ſepulchri, ex quibus Iudex moueri poſſit ad arguendam huiuſmodi defuncti voluntatem, *Petrus de Vbald. de canon. Epiſ. & Paroch. c. 9. ſub num. 11. Oldrad. conſ. 75. ſub num. 3. cum alijs per Sperel. dec. 88. num. 12.*

23 Impubes, ſeu minor 14. annis ratione ſtatus minoris ætatis, ob conſilij imbecillitatem licet non poſſit ſibi ſepulturam eligere *text. eſt in c. licet de ſepult. in 6.* Niſi malitia ſuppleat ætatem, cum tunc etiam matrimonium carnale contrahere valeat *Bart. in l. qui in poteſtate ver. in vno caſu & in l. ſi filiusf. poſt num. 2. ff. de teſtam. Lapus alleg. 59. num. 2. Lauor. var. lucubr. tit. 2. cap. 11. num. 109. Gennen. in prax. Archiepiſ. Neapol. cap. 61. num. 4. circa med. Sperel. deciſ. 89. num. 2.* Poteſt tamen Pater pro eodem deuenire ad huiuſmodi electionem, ſicuti poteſt condere teſtamentum, & ſubſtitutionem facere, etiam in bonis maternis *l. 1. ff. de vulgar. & pupillar.* vbi tamen viget conſuetudo introducta, & hactenus obſeruata, ceſſante vero conſuetudine, Pater non poteſt eligere ſepulturam pro filio, vt expreſsè diſponit *text. in c. licet de ſepultur. in 6.* ſed tumulari debet in ſepulcro maiorum, ſi adſit, eiuſque defectu in Parochiali, & ita cenſuiſſe *Sacr. Congreg. Epiſcop. in vna Aſculana 21. Octobris 1616. refert Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 26. num. 28. Sebaſt. Medices de ſepultur. qu. 8. Nauar. conſ. 2. de ſepultur. Petrus de Vbald. de canon. Epiſcop. in fi. c. 11. Silueſt. in verbo ſepult. §. 1. Genuen. in prax. Epiſcop. Neapol. cap. 61. num. 4.* & hodie pænes Canoniſtas hoc eſſe indubitatum dicit. *Sperel. deciſ. 89. num. 3. tom. 1. Gregor. XV. deciſ. 276. num. 1.*

24 Amp. vt diſpoſitio dicti *cap. licet de ſepult. in 6.* extendatur etiam ad Matrem ex veriori ſcribentium ſententia, vt ibidem tradunt *glo. Innoc. Gemin. num. 4. Franc. num. 3. ſumma Armilla. verſ. ſepultura à num. 8. Laiman. oper. moral. tit. de ſepult. §. poſt can. num. 15. Lauor. var. lucubr. tit. 2. c. 11. num. 19.* cum inter Patrem, & Matrem non poſſit aſſignari ratio diuerſitatis, cum totum hoc ius non tribuatur parentibus, aut ratione ſanguinis, aut potentia ſuitatis, aut auctoritate poteſtatis, ſed vigore conſuetudinis, quæ introduci poteſt non minus ad fauorem Patris, quam Matris, nec

ratio

ratio diuerſitatis obſtare poteſt quin potius ſeruanda ſit in vno, quam in alio, tamquam rationabilis, & à iure non improbata, vt lateliſſimè comprobat *Sperel. qui contrarijs reſpondet deciſ. 89. a num. 6. vſque ad fin. tom. 1.* re-
35 probato *Petr. de Vbald. in tract. de Canonica. Epiſcop. & Paroch. cap. 11. num. 4. & Ric. in prax. rer. quotidian. deciſ.* 666. perperam tenentibus ſolum Patrem hoc priuilegium habere.

26 Limit. 1. hanc concluſionem, vt ita demum huiuſmodi conſuetudo tribuat Patri ius eligendi ſepulturam pro filio, ſi filius ante pubertatem decedat, ſecus ſi pubes factus moriatur, nam tunc non eſt habenda in conſideratione electio ſepulturæ à Patre facta, niſi concurrat ratihabitio filij: pro vt *reſcripſiſſe S. Cangreg. Epiſcop. 27. Octob. 1587. Epiſcopo Fulginaten. teſtatur Lauar. var. Lucubr. tit. 2. c. 11. ſub num. 18. & nouiſſime in alia Montiſpoluty 6. Iuny 1659. refert Sperel. deciſ. 89. num. 5. tom. 1. & tradunt Nauar. conſ. 1. de ſepult. lib. 3. Petrus de Vbald. in tract. de canon. portion cap. 11.* Inſuper dicta electio fieri debet ante obitum minoris, aut impuberis, vt executioni demandari valeat *iuxta reſol. S. Cong. Epiſcop. 27. Octob. 1587. relat. per Gauant. in Encherid. ſeu Manual. Epiſcop. in Verbo ſepultura num. 7.*

27 Lim. 2. vt conſuetudo ad hunc effectũ debeat eſſe legitimè pręſcripta, vt in puncto animaduertit *Federic. de ſen. conſ. 91.* prout generaliter vbicunque in conſtitutione ſit mentio de conſuetudine, intelligatur de conſuetudine legitimè præſcripta, vt tradunt Doctores relati per *Sperel. deciſ. 89. num. 17. & 18.* & licet
28 reſpectu patris, cui ius aſſiſtit ſpatium decem annorum ad legitimè huiuſmodi conſuetudinem præſcribendam ſufficiat, ſecus in Matre, Marito, amicis, quibus iua non aſſiſtit, ſed requiri conſuetudinem quadraginta annorum docent *Franc. in cap. licet num. 2. & 3. de ſepult. in 6.* Veriorem tamen ſententiam *Federic. de ſen. dicto. conſ. 91. num. 4.* tenent etiam in Patre requiri quadragenariam conſuetudinem exiſtimat *Sperel. dicta deciſ. 89. num. 21. cum pluribus ſequent. & num. 29.* ſubdit quod ſententia *Franch.* ſibi locum vindicare poſſit ſi agatur de eligenda ſepultura in vna ex duabus Eccleſijs à iure conſideratis, ſcilicet, vel in ea in qua eſt Maiorum ſepulchrum, vel in Parochiali, nam cum tunc ius aſſiſtat, non exigitur præſcriptio quadragenaria, ſed exuberat decennalis.

29 Lim. 3. vt conſuetudo ad hunc effectum debeat eſſe generalis in loco, vel in Ciuitate, nec conſuetudo particularis alicuius Eccleſiæ præiudicare poteſt cæteris eiuſdem vrbis Eccleſijs, vt colligitur ex *text. in dicto cap licet de ſepult. in 6. ibi conſuet. terræ & expreſſe notat. ibidem Ancar. num 3. Franc. ante num. 2. & Archid. num. 1. Federic. de ſen. conſ. 91. relat. per Sperel. dec. 89. num. 30.*

30 Tutor ceſſante conſuetudine non habet facultatem eligendi ſepulturam pro impubere, quia dicta electio debet conſequi ſuum effectum poſt mortem minoris, quò tempore tutela expirauit, & reſoluta remanſit auctoritas Tutoris, adeo vt etiam ſi impubes ſibi ſepulturam eligeret, cum auctoritate eiuſdem Tutoris adhuc ob eandem rationem electio eſſet nulla *Petrus de Vbald. in tract. de canonic. Epiſc. cap. 11. num. 1. & 5. Sperel. deciſ. 89. num. 32. & 33. tom. 1.*

31 Mulier nupta licet ſit in poteſtate viri liberè tamen habet facultatem ſibi eligendi ſepulturam, ſicut vir. *cap de vxore 7. de ſepult. Spin. in ſpecul. teſtam. glo. 2. prin. num. 41. Lali. Zech. de Republic. Eccleſiaſt cap. 28. de Paroch. num. 17. verſ. fallit prope fin. Bellet diſquiſit. Cleric. tit. de Cleric. debit. §. 3. num. 16. Iul. Lauar. var. lucubrat. tom. 1. tit. 2. c. 11. nu. 130. Barboſ. de uffic. & poteſt Paroch. cap. 26. num. 29. Sperel decis 89 num. 18. tom. 1.*

32 Decedẽte verò vxore ſuperſtite viro, nõ electa ſepultura, & tunc ſi vir habeat proprium ſepulcrum in ipſo etiam tumulari debet, quamuis exiſtat extra limites Parochiæ iuxta reſolutionem *Sac. Cong. Rit. in Senugallien. 15. Ianuar. 1633. relat. per Barboſ. de uffic. & poteſt. Paroch. cap. 26. n. 28. verſ. vxor. præmortua & nu. 29.* vbi hoc procederet, ſi inter eos ſecuta fuerit copula carnalis, ſecus verò ea non ſecuta, cum non acquiſiuerit domicilium viri, nec eiuſdem cognomen. *Petrus de Vbald. in tract. de canon. portion. Epiſcop. cap. 11. num. 20.* & hoc caſu debet ſepeliri etiam vbi vir elegerit. *Sperel. deciſ. 89. num. 16 Gualden. de arte teſtan. tit. 9. cap. 3. num. 2 Trentacin. conſ. 50 num. 11. vbi cum Abb. in cap. de vxore num. 5. verſ. ſed hic cadit.* Vbi diſtinguit in caſu prædeceſſus vxoris non electa ſepultura, quod ſi adeſt conſuetudo illi ſit ſtandum, ſi non adeſt, aut maritus habet propriũ ſepulcrũ, vel pro ſe ipſo elegerit & tunc vxor in eodem ſepulcro eſt tumulanda, ſed ſi ſibi, nec præparauerit, nec elegerit ſepulturam, & tunc vxor eſt ſepelienda in ſepulcro maiorum ipſius vxoris.

33 Amp. quod vxor ſit ſepelienda in ſepulcro viri, etiam ſi accuſata fuerit de adulterio ſi pẽdente lite moriatur *Iul. Lauar. var. lucubrat. a. 11. num. 135. Barboſ. de uffic. & poteſt. Paroch. c. 26. num. 29. circa med.* ſecus autem ſecuto diuortio ob ipſius vxoris adulterium facto, quia tunc amittit domicilium viri, eiuſq; cognomen. *Sperel. deciſ. 89. num 17 tom. 1.*

34 Vidua verò in prædefuncti viri ſepulchro eſt tumulanda, ſi ſepulturæ electionem non fecerit, quod ſi plures habuerit viros, ratione vltimi ſtatus erit cum nouiſſimo viro ſepelienda, tum quia vir, & vxor effecti fuerunt duo, in carne vna, vnde ſicut in vita non poterant ſeparari quoad vinculum, ita in morte non debẽt ſeparari quo ad ſepulcrum, tum quia mulier domicilium, & mariti dignitatem retinet pro
35 vt Regina per Regis obitum, non amittit nomen, dignitatemque Reginæ, vt tradit *Sperel. dec. 88. num. 13. & 14. tom. 1. per text. in cap. 1. §. mulier de ſepult. in 6. vbi gla & DD. Abb. in cap. de vxore num. 6. extra tit eod Syluestr. in ſumma in verbo ſepultura ſub num. 18. verſ. 5. Bellet. diſquiſit Cleric tit. de Cleric. debitore §. 3. num. 16. Nouar. de elect. fori quaſt. 3. ſect. 3.*

Digitized by Google

ſect. 3. *Lauor. var. lucubrat. tom.* 2. *tit.* 2. *c.* 1 *r. num.* 136. *cum ſeq. Ric. in praxi rer. for. Eccleſ. p.* 4. *reſol.* 295. *num.* 11. *Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap.* 26. *num.* 29. *in fi. Gauant. in Encherid. ſeu manual. Epiſcop. in verb. ſepult.*

36 *num.* 14. Quod procedit etiam ſi mulier receſſerit è domo præmortui viri, & redierit ad domum patris ſui, cum hoc priuilegium datum ſit perſonæ, & non loco, & mulier vidua viduilem vitam ſeruando cenſetur durare in coniugio viri, vt tradunt *Doctores relati per eundem Sperel d. dec.* 88. *num.* 15. *tom.* 1.

37 Si tamen mulier moriatur prægnãs, fætus in eius vtero exiſtens, & non extractus tamquam pars ventris, & viſcerum, & non notus Eccleſiæ ſepeliendus eſt, vna cum Matre, in Eccleſia, ſecus verò ſi extractus, & baptizatus non fuerit, nam tunc ſepeliendus venit extra Eccleſiam, vel cæmeterium *cap. ſi qua de conſecrat. diſ.* 4. *Lauor. var. lucubrat. tit.* 2. *cap.* 12. *num.* 45. *Sperel. deciſ.* 88. *num.* 19. *to.* 1.

38 Regulares, non habent facultatem ſibi eligendi ſepulturam, veniunt propterea ſepeliendi in proprijs Monaſterijs. *cap. vltim. de ſepult. c. Religioſi vbi glo. ſi. eod. tit. in* 6. *frater. Emman. quaeſt. Regul. tom.* 3. *qu.* 60. *art.* 1. *&* 2. *Vgolin. de offic. Epiſcop. cap.* 17. *num.* 9. *late Sanch. in praecept. decalog. tom.* 1. *lib.* 6. *cap.* 14. *Ric. in prax. rer. for. Eccleſ. p.* 4. *reſol.* 293. *num.* 39. *Sperel. deciſ.* 89. *num.* 1. *tom.* 1. quod procedit etiamſi decederent extra clauſtra, nam tunc ratione exemptionis conceſſę non tam Monaſterijs, quam ipſis Regularium perſonis inconſultis quoque Parochijs ad eorum Eccleſias deferri debent, vt cenſuit *Sac. Cong. Concil. Trid. ſub die* 2. *Iulij* 1620. *de qua Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap.* 26. *num.* 30. *&* 67. vbi ſubdit, quod huiuſmodi delatio impediri nequeant prætextu ſolutionis iuris ſepulturæ, ſed quod omnino Parochi ab huiuſmodi petitionibus abſtinere debeant iuxta reſolutionem *Sac. Cong. Epiſcop. & Regul. in vna Puteolana* 22. *Maij* 1615.

39 Lim. ſi eſſent in magna diſtantia, & valdè remoti à Monaſterijs eorum ordinum, vt commodè portari nequeant, nam tunc poſſunt ſibi eligere ſepulturam, & ſi non elegerint tumulari debent in Eccleſia Parochiali intra cuius limites deceſſerint ad inſtar ſæcularium in itinere morientium, nam cum tunc non poſſit habere locum exemptio regularium remanet libera Parochi poteſtas, ſeu eiuſdem intentio fundata in iure, vt in ſua Eccleſia ſepeliantur omnes Chriſtifideles intra limites ſuæ parochiæ decedentes, vt alijs congeſtis tradit. *Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap.* 26. *num.* 30. *late Sanch. in praecept. decalogi to.* 1. *lib.* 6. *cap.* 14. *num.* 3. *Vgolin. de offic. Epiſ. c.* 17. *num* 9. *Ric. in prax. rer. for. Eccleſ. par.* 4. *reſol.* 293. *num.* 39.

40 Exteri, & forenſes habentes hoſpitium in Ciuitate veniunt tumulandi in Eccleſia Parochiali habitationis, cum in ea ſumant Sacramenta, à quorum perceptione, & adminiſtratione multum pendeat, & regulari ſoleat ius ſepulturæ *Archid. in cap.* 1. *num.* 3. *de ſepult. in* 6. *Butr. in c.* 1. *num.* 9. *Abb. num.* 4. *extra eod. ſum. Syluest. in verb. ſepult. num.* 8. *Vitalin. in Clem.* 1. *de priuil. num.* 19. *Federic. de ſen. conſ.* 153. *Mareſcot. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 95. *num.* 9. *Gratian diſcep.* 94. *num.* 73. *Antonel. de regim. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 33. *Boer. deciſ.* 175. *in prin. Sperel. deciſ.* 87. *num.* 12. *tom.* 1. *Seraph deciſ.* 1135. *num.* 1.

41 Viatores verò, ſeu Peregrini pertranſeuntes, nec habentes hoſpitium in Ciuitate, quod veniant ſepeliendi in Cathedrali, & non in Parochiali videtur tenere *gloſ. in noſtra de ſepult. Innocen. Hoſtien. Io. Andrea in cap.* 1. *eod. tit.* Immò quod hoc caſu ſit locus præuentioni inter Parochialem, & Cathedralem docet. *Goffred. in ſumma tit. de ſepult. cui adhaeret Petrus de Vbald. de canonic. Epiſcop. & Paroch. c.* 9. *num.* 4. *Gauant. in Encherid. ſeu manual. Epiſc. cap. in verbo ſepult. nu.* 15.

42 Sed verior, & magis recepta eſt tertia ſententia, quod veniant ſepeliendi in Parochiali, vbi deceſſerint, præcipuè ſi per Parochum eiſdem morientibus adminiſtrata fuerint Sacramenta *Archidiac. in c.* 1. *de ſepult. in* 6. *Butr. in c.* 1. *num.* 9. *extra eod. tit. Abb. num.* 4. *ſumma Syluest. in verbo ſepultura num* 8. *Mareſcot. var. opin. lib.* 2. *cap.* 45. *num.* 10. *Gratian. diſcept.* 44. *num.* 73. *& ſeq.* vbi quod per receptionem Sacramentorum dicti viatores, & Peregrini tacitè videntur ſibi elegiſſe ſepulturam in Eccleſia parochiali *Seraph. deciſ.* 1315. *num.* 2. & quod hoc procedat etiam ſi Parochus non adminiſtrauerit eiſdem Sacramenta cauſa, vel abſentię Parochi, vel repentinæ mortis ſubdit *Sperel. dec.* 87. *num.* 12. *in fi.*

43 Lim. hanc tertiam opinionem ſi adſit conſuetudo in contrarium ſepeliendi, ſcilicet viatores, & peregrinos in Cathedrali, & non in parochiali, nam venit ſeruanda *Gratian. diſcept.* 94 *num.* 77. *tom* 1. *Sperel deciſ* 8 *nu.* 14. *tom.* 1. *& tradunt Doctores ſupra citati, & dixit Seraph. d. deciſ.* 1135. *circa fi.*

44 Cæterum licet dicta tertia opinio de iure ſit verior, tamen Sac. Congreg. Cardinalium negotiorum Epiſcoporum, & Regularium præpoſitam, etiam circumſcripta conſuetudine reſcripſiſſe Epiſcopo Fulginaten. 9. Iulij 1592. aduenas, & pertranſeuntes in Cathedralibus, reliquos in Parochiali, intra cuius fines obierint, ſi per aliquod tempus habitauerint ſepeliendos refert *Lauor. var. lucubrat. tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 102. *& ſeq. citatum per Sperel. deciſ.* 87. *num.* 14. *verſ. caeterum tom.* 1. *de qua etiam reſol. teſtatur Barboſ. de offic. Paroch. c.* 26 *num.* 35. *Gauant. in Encherid. ſeu manual. Epiſ. in verbo ſepult. in addit. num.* 4.

45 Lim. 2. in Epiſcopo, qui ſi in aliena Ciuitate moriatur in Cathedrali tumulari debet. *Antonel. de regim. Eccleſ. lib.* 1. *c.* 12. *num* 33.

46 *Sperel. deciſ.* 87. *num.* 42. *in fin. tom.* 1. prout etiam Clericus viator etiam de iure in Cathedrali eius vrbis, in qua deceſſit eſt ſepeliendus vt per *Anton. de Butr. in cap.* 1. *de ſepult. in* 6. *& eum alijs per eundem Sperel. dicta deciſ.* 87. *nu.* 15. *to.* 1.

47 Tertiarij ſi vltra habitus aſſumptionem collegia-

legialiter viuant, ſeu cum clauſtralibus habitent, & mulieres virginitatem, ſeu cælibem, caſtamque vidu:lem vitam duxerint expreſſo voto, ſi in Eccleſijs Regularium communis ſepultura retineatur, cum eodem habitu ad dictam Eccleſiam duci, & tumulari valent, ſine præiudicio tameo iurium parochialium, & requiſito prius Parocho, qui interuenire recuſante, etiam ipſo inuito ad huiuſmodi tranſportationem, & tumulationem deueniri permittitur, ſecus vero ſi ſupradictis qualitatibus careant iuxta varias *Sac. Congr. declarationes* de verbo ad verbum *relatas per Lauor. var. lucubrat. tit. 2. cap. 11. num. 102. & 103. & per Sperel. deciſ. 87. num. 17. tom. 1. Barboſ. de offic. Paroch. c. 26. num. 69.*

48 Mulieres igitur tertiariæ ſi qualitatibus preſcriptis in Bulla Fœlicis recordationis *Leonis X.* ſint præditæ, ſcilicet ſi expreſſo voto caſtitatis, & cum habitu tertiariarum viuant, etiam ſi in priuatis domibus habitent, exceptæ ſunt ab Ordinario quo ad ſepulturam, & quo ad priuilegia eiſdem indulta, & conceſſa, ita vt ſi non ſibi ſepulturam elegerint, poſſunt tumulari in communi ſepulcro ſi in Eccleſijs ordinis, cuius habitum aſſumpſerunt reperiatur, ſin minus in Parochialibus Eccleſijs, vbi inhabitant, vt cenſuit *Sac. Congr. Epiſcop. & Regular. in Nepeſina 11. Decemb. 1615. ad 1. teſte Sellius in ſelect. canon. cap. 35. nu. 20. Gauant. in Encherid. ſeu manual. Epiſc. cap. in verbo Tertiarij num. 10. & 11. ita etiam cenſuit Sac. Congreg. Concil. Trid. 20. Decemb. 1616. relat. de verbo ad verbum per Tamburin. de iur. Abbatiſſarum diſ. 7. qu. 3. num. 7. verſ. tertiariæ, & verſ. Sac. Cong. Card.*

49 Quo ad alia verò huiuſmodi Tertiarij, Biazochæ, & Corrigiati ſubijciuntur iuriſdictioni Ordinarij, quinimo Tertiarij, & ſimiles habitantes in domibus proprijs per habitus aſſumptionem non eximuntur à iuriſdictione fori ſæcularis, ſed remaneot ſubiecti Iudici Laico. *Congr. Epiſ. 17. Martij 1583. relat. per Gauant. in Encheridion, ſeu manuale Epiſcoporum in verbo Tertiarij num. 1.* & declaratum fuit *in Concil. Lateranenſi ſub Leone X. ſeſſ. 21. vt tradit Sperel. deciſ. 2. num. 22. in fin. tom. 1. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 12. nu. num. 41. verſ. negatiua vero*, vbi quod non ſolum non ſunt exempti a poteſtate ſæculari, ſed etiam quod nec priuilegio exemptionis à tributis gaudeant, & contrarium tenentes refert latè *Carol. de Graſ. de effect. Clericat. 1. a num. 92.* Secus verò ſi viri collegialiter viuant, ſeu cum Clauſtralibus habitent, & mulieres virginalem, ſeu cælibem, aut caſtam viduilem expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam traduxerint, licet non collegialiter viuant, ſed in proprijs domibus, vel cum conſanguineis, & affinibus cohabitent, nam hoc caſu non ſolum à Laicali, ſed etiam ab Ordinarij iuriſdictione, exemptione gaudere debent, vt declarauit *Sac. Congreg. Epiſc. & Regular. 20. Decemb. 1616. relat. per Tamburin. de iur. Abbatiſſ. diſ. 7. q. 3. nu. 7. verſ. S. Congr. Card. Barboſ de poteſt. Epiſcop. alleg. 12. num. 41. Ric. in prax. for. Eccleſiaſtici deciſ. 663. in 1. edit.*

50 Immò Sorores tertij Ordinis Sancti Franciſci ſi habitum religioſum geſtent, & Collegialiter, ſeu clauſtraliter viuant, ſiue etiam in proprijs, vel conſanguineorum domibus, vel ſeorſum habitent, debēt gaudere priuilegio fori iuxta *conſtitutionem Leonis X.* apud Quaran. in ſumma *bullar in verbo priuilegia Regular. & tradit. Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 2. cap. 39. num. 41. Dian. reſol. moral. p. 1. tract. 2. reſol. 84. cum alijs per Tamburin. de iur. Abbatiſ. diſ. 17. qu. 6. num. 2.*

51 Priuilegio verò *canonis ſi quis ſuadente Diabulo manus violentas in Clericum, vel Monacum iniecerit* &c. non gaudent, Tertiarij, qui domi viuunt extra Congregationem, etiam ſi profiteantur, & ſeruent Regulam Sancti Franciſci, vel Sancti Dominici, cum non ſint Religioſi, ſecus verò ſi aſſumpto habitu Regulari viuant congregati cum Religioſis, vel ſe ſe manciparunt obſequijs alicuius approbatæ Religionis ſub obedientia ſuperioris illius Religionis, quandiu ita viuunt, cum pro illo tempore ratione ſtatus, ſicut Nouitij cenſentur Religioſi, & perſonæ Eccleſiaſticæ, vt traduot Doctores relati per *Bonacin. de cenſur. in particular. diſ. 2. qu. 3. punct. 4. ſect. 3. num. 10. tom. 3. Tamburin. de iur. Abbatiſ. diſ. 17. qu. 6. num. 5. & ex Bulla Sixti IV. tradit Aloiſ. Ric. dec. for. Neapol. 88. num. 1. & 8. & per tot. Socin. conſ. 11. num. 22. & 23. vol. 1. Guttierez de Gabel. qu. 91. num. 5.*

52 Non ſunt tamen à Regularibus, licet ſufficienti facultate a Sede Apoſtolica ſuffulti admittēdæ Mulieres ad habitum Tertij Ordinis, niſi de licentia Ordinarij præuio examine eidem conſtito de vitæ, ac morum probitate, de ætate quadragiota annorum, de patrimonio, ſeu redditibus, ex quibus de proprijs habeant, vnde ſufficienter viuere poſſint de cohabitatione cum conſanguineis, vel affinibus in primo tantum gradibus ſibi coniunctis, in conceſſione verò habitus, eiuſque delatione, eiſdem omninò prohibendum eſt velum ſupra caput, vulgo *Supraiectum* Pectorale vulgo *Sortogola*, & Scapulare, ſeu *Patientia*, vt à vere Monialibus diſtinguantur, & contrauenientes etiam cenſuris ab Ordinarijs ad prædicta deponenda compellendæ ſunt *Sac. Cong. Epiſcop. & Regul. 20. Decemb. 1616. de qua Gauant. in Encherid. ſeu manuale Epiſcop. in verbo Tertiarij num. 5. & 6. & Tamburin. de iur. Abbatiſ. diſ. 7. qu. 3. nu. 7. verſ. ſuperioribus autem & verſ. verum in huiuſmodi.*

53 Confratres, ſeu ſodales alicuius Confraternitatis auctoritate Ordinarij erectæ, ſi decedant non electa ſepultura, non veniunt tumulandi in eorum Oratorio, ſed in Parochiali. *Petrus de Vbald. de canonica portion. cap. 1. in fi. verſ. variant. Sebaſtian. de Medic. de ſepult. qu. 8. num. 41. Lauor. var. Lucubrat. tit. 2. c. 11. num. 106. & ſeq. Genuen. in prax. Archiepiſcopal. Neapol. cap. 61. num. 6. Sperel. deciſ. 87. num. 18. tom. 1.* Quod procedit etiam ſi

54 capitula, ſeu ſtatuta Confraternitatis diſponerent, quod confratres ſepeliantur in loco

Congregationis, cum debeant recipere paſſiuam interpretationem in terminis habilibus, & in caſu electionis ſepulturæ, etiam ſi huiuſmodi ſtatuta fuiſſent auctoritate Ordinarij confirmata, tum non poſſint diſponere aliquid in præiudicium Parochialis, quæ habet aſſiſtentiam iuris ſepeliendi omnes Chriſtifideles decedentes intra limites ſuæ iuriſdictionis, quinimò eligentibus Confratribus ſepulturam in Oratorio ſodalitatis officium ſuper cadauere fieri debet à Parocho intra cuius fines oratorium ſitum reperitur, non autem à ſodalitatis Capellano, vt docent. *Sperel. ex reſol. Sac. Cong. & Genuen. in locis ſupra citatis.*

55 Electio ſepulturæ non præſumitur, ideo eſt probanda ab allegante, ſufficienter tamen probatur, vel per teſtamentum, vel per dictum Confeſſarij, non tamen probatur per teſtes ſingulares ſingularitate obſtitiua, vt ſi vnus deponat audiuiſſe eligi ſepulturam à defuncto in tali loco, & alius in alio loco, ſed requiruntur duo, vel tres teſtes, cum ſit ſpecies vltimæ voluntatis, & concernat præiudicium Eccleſiæ Parochialis, qui teſtes debent deponere de ſpeciali ſepulturæ electione, & non de propoſito eligendi, vt vere de ſepulturæ electione conſtare dicatur, cum propoſitum in mente retentum nihil operetur, vt comprobat *Genuen. in Prax. Archiepiſcop. Neapol. c. 61. num. 3. & nu. 10. & 11. Ganant. in Encherid. ſeu manual. Epiſcop. in verbo ſepultura nu. 20.*

56 Quæ probatio concludere debet huiuſmodi electionem fuiſſe factam à perſona, qui habeat facultatem ſepulturam eligendi, vnde nepos impubes non eſt ſepeliendus in ſepulcro, quod probatur electum fuiſſe ab Auo, multo minus in electo a fratre, aliove collaterali, nec à Patre pro filio pubere *Ganant. in Encherid. ſeu manual. Epiſcop. in verb. ſepult. num. 11. & 12. ex Syluest. in verb. ſepultura quaſt. 7.*

57 Cadauer poſt quam perpetuæ ſepulturę traditum fuit, ex vlla etiam cuiuſuis ordinis Eccleſia, exhumari, & aſportari licet, etiam ad inſtantiam conſanguineorum, niſi de licentia Ordinarij ex cauſa per eundem approbanda *ex Rituale Rom. in tit. de exequijs tradit Ganant. in Encherid. ſeu manual. Epiſcop. in verbo ſepultura num. 26. Sperel. dec. 51. num. 18. in fi. tom. 1. eſt text. in l. oſſa de relig. & ſumpta fun.*

58 Cadauer verò ſi fuerit ſepultum occaſione obitus violenti, ſeu ex vulneribus illatis ad hoc vt conſtet de corpore delicti, ſine quo proceſſus ſubſtineri non poteſt, ne delicta remaneant impunita poteſt exhumari, & effodi facere, & Epiſcopus hanc facultatẽ concedere poteſt Iudici Laico ad recognitionem faciendam, & vediciţur viſum, & repertum, abſque metu irregularitatis, vt pote quia actus reputetur remotiſſimus, & ſuaptè natura non directus ad mortem, vel ad membri mutilationem, & Epiſcopus nihil operatur, ſed duntaxat exhumari, & informationes capi permittit *Genuen. in prax. Archiepiſ. Neapol. c. 42. num. 10. Ric. in prax. rer. quotidian. dec. 530. in fi. Lauor. in ſuis Lucubrat. tit. 2. cap. 7. num. 31. relat. per Sperel. dec. 51. num. 5. p. 1. quibus addo Scaccia de Iudic. cauſ. ciuil. & crim. cap. 83. num. 11. ad med. verſ. vnde ſi vulneratus & num. 12. 13. 17. & 18. Clar. in prax. qu. 55. ſub verſ. quomodo autem cum alijs per Farinac. in tit. de inquiſit. qu. 2. num. 5. Borgnin. dec. 18. per tot. p. 5.* vbi quod ſi eſſet mulier interfecta, & dubitaretur, an ſit prægnans tradit quod poſſit etiam ſcindi pro facienda huiuſmodi recognitione, cum ſit qualitas, quę aggrauat delictum.

59 Contrarium tamen, quod non debeat Epiſcopus dare licentiam exhumandi corpus, ad hoc vt laici ſumant indicia in criminalibus cenſuit *Sac. Cong. Epiſcop. 22. Nouemb. 1619. teſte Ganant. in Encherid. ſeu manual. Epiſcop. in verb. ſepult. in additian. nu. 7.*

60 Sed hoc procedit, vt in tantum non debeat Epiſcopus dare licentiam Iudici laico exhumandi cadauera, in quantum ipſa recognitio eſſet facienda in ipſa Eccleſia, ſecus autem extra, & arbitrio ipſius Epiſcopi, vt cenſuit *Sac. Cong. Immunit. ſeu ſuper controuerſ. iuriſdictionalib. in vna Ariminen. 2. Maij 1629. relat. per Sperel.* ad cuius inſtantiam emanaſſe ſubdit *dec. 51. num. 16. 17. & 18. tom. 1. & per Dian. poſt partem 5. reſol. moral. tit. declarat Sac. Cong. num. 64. Antonel. de Regim. Eccleſ. lib. 1. cap. 12. num. 67.* quod cum a Sac. Congr. arbitrio Epiſcopi ſic remiſſum, qui propterea ex facti circumſtantijs, & ex incumbenti paſtoralis ſollicitudinis cura animaduertere debet, an expediat deueniri ad huiuſmodi exhumationis actum, vnde non videntur tota tradita per *Genuen. loco ſupra citato* in ea parte, vbi ſubdit Ordinarium non modo poſſe, ſed etiam debere dictam licentiam concedere exhumãdi vulneratum ad effectum capiendi per curiam ſęcularem neceſſariam informationem, alioquin grauare, & poſſe ad Metropolitanum appellari, ac proinde cautè legendum eſſe admonet *Sperel. dicta deciſ. 51. num. 17. tom. 1.*

61 Non poteſt tamen Epiſcopus tamquam Ordinarius concedere licentiam Iudici laico, vt examinet præſertim cum iuramento, & formaliter aliquem reum, vel vulneratos, vel alios teſtes in Eccleſia, Hoſpitali auctoritate eiuſdem Ordinarij fundato, vel alio loco immuni, etiam vigore literarum Sac. Congregationis ſuper electione, ſed petendam eſſe à Sede Apoſtolica, vt ſanciuit eadem *Sac. Cong. Immunit. in dicta Eugubina 2. Maij 1629. relat. per Dian. & Sperel. in locis proxime ſupra citatis*, & habetur *in conſtit. Gregor. X. vna cum Concil. Lugdunenſi regiſtrata in c. decet de immunit. Eccleſ. in 6.* in qua non tam acta cauſarum
62 criminalium quoque laicis in Eccleſijs prohibentur, tum per cenſuras, aliaſque pænas arbitrio Ordinarij irrogandas, tum ſub vitio nullitatis ipſo iure incurrendo, itaue omni careant robore firmitatis, cuius textus diſpoſitioni videtur concordare *Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 22. in decret. de celebrat. Miſſ.* ibi item ſæculares omnes actiones *Abb. in cap. cum Ec-*

clesia

cleſia num. 4. *eod. tit. de Immunit. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 9. *Syluest. in ſumma in verbo immunitas d.* 1. *num.* 3. *Armil. eodem verb. num.* 3. & reprobato *Bald. in l. iuſiuran.* 34. §. 51. *de qualitate in fi. de iur. iur. tradit. idem Sperel. deciſ.* 104. *num.* 55. *tom.* 2.

63 Cadauer, ſeu corpus pœnale, illius nempe qui ob eius demerita, & delicta, fuit ſuſpenſus, vel capitis ſciſſione punitus ante quam Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradatur, poteſt concedi medicis pro facienda anotomia fauore publicæ vtilitatis, licet de iure cautum non videatur, ſecus verò corpus non pœnale, licet eſſet hominis interfecti, quia cadauer non damnatum, & corpua mortuum non debent percuti, lacerari, furari, & ſpoliari, ſed maxima cum veneratione ſepeliri, ac proinde non eſt medicis tradendum latè. *Borguin.*
64 *dec.* 18. *num.* 1. *& per totam p.* 5. in hoc tamen eſt multum Iudicis arbitrio tribuendum, qui conſiderata familiæ conditione, & dignitate, nobilitate, vel vilitate, ſeu qualitate deplorati ſtatus arbitrari poteſt, an expediat cadauer Scolaſticis, atque ſtudioſis artis medicinę concedi, ſed tutius erit Principis voluntatem perſcrutari, vt latè demonſtrat *Iul. Clar. in* §. *fi. quaſt. vlt. Menoch. de arbitrar. caſ.* 285. *num.* 10.

65 Si verò cadauer fuerit delatum, & in Eccleſia poſitum, non poteſt amplius ab eadem amoueri, & per vim ſpoliari, & abduci ſine licentia Epiſcopi, vel Summi Pontificis, alias huius abductionis reus eſſet puniendus perinde, ac ſi ſacras reliquias abduceret, & auferret, ac ſacrilegium committeret *l. qui ſepultura C. de ſepult. viol. l. oſſa ff. de religio. & ſumpt. fun. Borgnin. deciſ.* 18. *per tot. & præcipue num.* 5. *p.* 5. vbi etiam ſi in alia Eccleſia eſſet reponendum, & tumulandum, etenim
66 non minus committitur ſacrilegium ſi auferatur res ſacra, in ſacro, quam ſi auferatur ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro vt diſponitur in *cap. quis, quis inuitus* 17. *qu.* 4. *& tradit Clar. in* §. *ſacrilegiam ſub prin.*

67 Ius ſepulcrorum tranſit ad hæredes etiam extraneos *l. ius ſepulcri l. ſi ſepulcrum C. de relig. & ſumpt. fun. Pariſ. conſ.* 149. *num. lib.* 4. *Molin. de primog. Hiſpan. cap.* 23. *num.* 35. *lib.* 1. ſecus autem ſi verſemur in iuribus ſepulcrorum filiorum, & ſic ſanguinis. *Gratian. diſcept.* 210. *num.* 37. *&* 38. ex *Lambert. quem alleg. de iurepatron. lib.* 1. *par.* 2. *art.* 4. *qu.* 1. *in fi. fo.* 132.

68 Sepultura vendi non poteſt abſque labe vſuræ, cum ſit res ſacra *cap. abolenda de ſepult. c. non ſatis de ſimon.* licitum tamen eſt pretium recipere ratione ſitus, vel dignioris loci in Eccleſia, cum hoc non videatur concernere ſpiritualitatem, ſed potius quandam præeminentiam, quæ poteſt pretio æſtimari, etenim pro ſepultura debita, & neceſſaria aſſignati reperiuntur loci particulares, prò vt ſunt cæmeteria, prò quibus pecunia peti non poteſt *d. cap. abolenda de ſepult.* ſed ſi aliquis velit in honorabiliori loco ſepeliri in Eccleſia, iſte honor loci dignioris eſt, qui pretio æſtimatur, & vendi poteſt, non tamen ex hoc ſequitur quod vendatur ſepultura. *Spin. de teſtam. glo.* 2. *prin.* 44. *Roderic. quaſt. Regular.* 58. *art.* 2. *Rot. deciſ.* 561. *num.* 1. *p.* 4. *recen.* vbi *num.* 2. ſubdit præcipuè hoc ſibi locum vindicare ſi pretium eſſet erogandum in reparationem Eccleſiæ, vel ad extinguendum debitum Eccleſiæ ære alieno grauatæ.

69 An vero liceat Parochis vigore conſuetudinis, aut conſtitutionis Synodalis exigere ab hæredibus defunctorum, quorum cadauera in Eccleſijs Regularium ſepeliuntur dupplicatam ælemoſinam, quam alibi ſoleat exigi.

70 Similiter an ab eiſdem Parochis poſſint cogi hæredes defunctorum, vt ſi quando aliquos fratres puta duodecim vocant ad aſſociandũ in funere cadauer defuncti totidem omninò pares numero Clericos ſæculares debeant vocare in vna *Papien. Propoſitis in Sac. Congreg. Concil. ſupradictis dubijs die* 27. *Decemb.* 1665. *Sac. Congreg. Eminentiſſ. S. R. E. Card. Concil. Tridentin. Interpretum audita relatione D. Epiſcopi Papienſis, & vtraque parte informante Reſpondit neutrum dictis Parochis licere, ſaluo tamen iure immemorabilis coram Iudice probanda.*

A. Card. Celſus Præfectus.

loco † ſigilli.

C. de Vecchis Segret.

SVMMARIVM.

1 Quarta funeralis debetur Eccleſiæ Parochiali eiuſque Rectori, & inter iura parochialia connumeratur.
Canonica portio de omnibus relictis Eccleſijs, locisque pijs debetur Epiſcopo ibidem.
Quarta funeralis de iure communi ſpectat ad Epiſcopum, vel ad Parochum, qui in dubio præfertur num. 3. in fi.
2 Lim. vt ius commune non ſuffragetur, niſi illis, quibus perſolui conſueuit.
3 Lim. vt non debeatur Capellano priuati Oratorij ſed Parocho propter Eccleſiam, cui præſidet.
4 Quarta funeralis debetur Parocho etiamſi cauſa belli, vel peſtis Parochianus receſſerit, & in alio loco ſe contulerit.
5 Debetur Eccleſiæ, vbi ægrotus vſque ad ægritudinem retinuit domicilium, licet fecerit alibi ſe deferre.
6 Non debetur Parochię, vbi viget conſuetudo ſepeliendi peregrinos, & viatores in Cathedrali.
7 Non debetur ſi Cathedralis priuatiue quo ad Parochum generaliter reperiatur in poſſeſſione percipiendi quartam num. 8. & 9.
10 Quarta cereorum Confraternitatum funera aſſociantium non debetur Parocho.
11 Nec debetur de candelis, quas fratres, Presbyteri geſtare ſolent.
12 Quarta funeralis, vt ab exemptis non debeatur, quæ requirantur num. 13. Quid ſi exemptio conceſſa fuerit in ampliſſima forma num. 14.
Quid ſi in derogatione fuerit adiecta clauſula ſalua iuſtitia Eccleſiarum nu. 15.
16 Quarta funeralis eſt perſoluenda à Regularibus, ſi in eorum Eccleſijs fuerit electa ſepultura, ſecus ſi ex priuilegio ſint exempti nu. 17.
18 Quartæ funeralis exemptio conceſſa vni Religioni, an, & quando alteri communicata cenſeatur per communicationem priuilegiorum nu. 19.

Digitized by Google

20 Eccleſiæ, & Monaſteria, quæ ante Concilij confirmationem per 40. annos ædificatæ ſi non fuerunt ſolitę ſoluere quartam funerum, nec tenentur poſt eius confirmationem lim. vt num. 21. & 22.

23 Quarta funeralis, vt in parte non debeatur ſufficit præſcriptio decennalis, in totum verò conſuetudo 40. annorum cum titulo, vel immemorabilis.

24 Quarta funeralis debetur de omnibus, quæ obueniunt ratione funeris, ſiue ante cadaueris tumulationem, ſiue poſt vſque ad trigeſimum diem n. 25. & tam prò primis, quam pro ſecundis funeribus nu. 26.

27 Quarta funeralis debetur, tum de candelis, & cereis, & de nmoibus alijs, quæ circa cadauera exiſtunt diuidendis prò medietate inter Parochum, & miniſtros aliarum Eccleſiarum amp. vt num. 28.

Quarta funeralis eſt ſoluenda iuxta conſuetudinem legitime præſcriptam ibidem.

29 Debetur de armis, libris, Culcitra, & ſimilibus, quæ in feretro deferuntur.

30 Quarta funeralis non debetur Eccleſiæ, vbi quis non electa ſepultura fuerit ſepultus.

31 Quarta funeralis non ſoluitur de equis, & armis ſi quis ſepeliatur in Eccleſijs Equitum Hoſpitalariorum.

32 Quarta non debetur ſi quis ſepeliatur in Eccleſia tempore interdicti.

33 Quarta funeralis non debetur de oblatis in funere Nuntij lim. vt num. 34

35 Quarta funeralis debetur de donatis cauſa mortis Religioſo, ſeu Monaſterio, ſecus de donatis inter viuos.

36 Quarta funeralis debetur de relictis titulo inſtitutionis Monaſterio, locisque pijs.

37 Amp. vt etiam debeatur de legatis factis Eccleſiæ, vbi electa fuerit ſepultura.

38 Quarta funeralis non debetur de relictis pro cultu diuino, Contrarium num. 39. Intel. vt num. 40.

41 Quarta funeralis non detrahitur de relictis perſonis licet ex cauſa pia.

42 Quarta funeralis non detrahitur de relictis pauperibus in genere, ſecus certi, & determinati loci num. 43.

44 Quarta funeralis non debetur de relictis pro maritandis puellis.

45 Quarta funeralis non debetur de relictis pro ædificatione, vel reſtauratione Eccleſiæ, lim. vt num. 46. ſublim. vt num. 47. diſting. vt nu. 48.

49 Nec debetur de relictis pro operibus pijs in genere ſi ab executoribus deſtribuantur in fabricam, & ornamenta Eccleſiæ, ſecus in vſum non priuilegiatum locorum piorum nu. 50.

51 Nec debetur de funeribus ex piorum eleemoſinis factis.

52 Non eſt ſoluenda ab hærede, ſed ab Eccleſia, cui fuit relictum.

53 Quarta funeralis non debetur ſi fuerit aliquid relictum animo compenſandi, ſecus ſi ſimpliciter.

Quarta funeralis, an, & cui, & ex quibus rebus ſoluenda.

ADNOTATIO IV.

1 QVarta funeralis, ſeu canonica portio, quæ inducta fuit à iure canonico in recognitionem oneris, quod propter ſacramentorum adminiſtrationem incumbit Parocho *cap. 1. cap. relatum cap. de ijs de ſepult.* de iure communi debetur Rectoribus parochialium, ex funeralibus, nam inter iura parochialia connumeratur, & Eccleſiæ Parochiali venit perſoluenda iuxta *Clem. dudum 5. ne parochiales de ſepultur. cap. cum quis de ſepult. in 6. fr. Eman. quaſt. regular. tom. 1. q. 39. art. 5. Abb. in rub. de Paroch. num. 2. Vgolin. de offic. Epiſcop. cap. 17. num. 11. Barboſ. de offic. Paroch. cap. 25. numer. 19. & 20. Mantic. dec. 294. num. 1. Cauale. dec. 101. num. 1. Rot. dec. 376. numer. 1. p. 1. recent.* Vlterius canonica portio de omnibus legatis, & relictis Eccleſijs, aliſque locis pijs exiſtentibus in diœceſi debetur Epiſcopo *c. conquerente de offic. ordinar. c. requiſiſti c. vltim. de teſtam. c. 1. & 2. 10. q. 3. c. de quarta de præſcript. Gauant. in manual. Epiſcop. in verb. quarta Epiſcopalis num. 1. late Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 86. à num. 1. vſque ad 7.* Vnde de iure communi quarta funeralis ſpectat ad Epiſcopum, vel ad Parochum *Clem. dudum de ſepult. & dixit Rot. in Licien. quarta relat. per Barboſ. loco proximè citato num. 17.*

2 Sed quamuis de iure cõmuni præfati Parochialium Rectores habeant intentionem fundatam ſuper eius reſolutione, ſiue debeatur ex aſſiſtentia dicti iuris communis, ſiue conſuetudine Vrbis, ſiue ex diſpoſitione *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 13.* nihilominus huiuſmodi iura non ſuffragantur, niſi illis, quibus quarta perſolui conſueuit iuxta declarationem *B. Pij V. editam de anno 1567. vt aduertit Gut. de iuram. confirmat. p. 2. c. 4. num. 3. Emanuel Rodriq. quaſt. regul. tom. 1. qu. 29. ante fin.*

3 Vnde Capellano priuati Oratorij temporali, & ad nutum amouibili, cui non competunt iura parochialia applicari non debet, ſed Parocho exiſtenti in poſſeſſione, qui curam exerceat animarum, cui non propter ſe, ſcilicet ratione ſalarij, ſeu laboris humandi corporis, ſed propter Eccleſiam, cui præſidet conſtituta, & debita cenſetur *Bonifac de Vital. in Clem. dudum 5. verum num. 6. de ſepultur. Mantic. dec. 294.* & propter hanc rationem debetur etiam ali ſacerdoti curam animarum exercenti vt tradunt *Doctores relati per Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 3. cap. 24. num. 19. & 21. Gauant. in Enchirid. ſeu Manual. Epiſcop. in verb. quarta Epiſcopal. in addit. num. 4.* In dubio verò an debeatur Epiſcopo, vel Parocho præfertur Parochus ex cauſa onerosa, Epiſcopo ex cauſa lucratiua *Barboſ. loco citato num. 25. & de offic. Paroch. cap. 25. num. 25. vbi ita firmaſſe Rot. in Neritonen. quarta funeral. 9. Iunij 1603. coram Manzanedo Gauant. in Manual. Epiſcop. in verbo quarta Epiſcopal. nu. 6.*

4 Amp. vt debeatur huiuſmodi quarta etiãſi Parochianus cauſa peſtis, vel belli receſſerit, & in villam, ſeù alium locum ſe contulerit, ibique vltimum perſoluerit diem, ſi deceſſerit animo redeundi, & non mutandi domicilium, ſed idem in Parochia retinendi *Fr. Emman. quaſt. reg. tom. 3. q. 46. art. 3. Vilalob in ſum. p. 2. tract. 31. diffic. 7. num 3. Io. Andrea in c. ijs, qui de ſepult. in 6. Abb. in cap. de ijs eod. tit. in Decretal.* vbi quatuor caſus conſiderat *Gauant. in Manual. Epiſcop. in verb. quarta Epiſcopal. in addit. num. 7. Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 3.*

Digitized by Google

lib.3. cap.24. num. 26. & de offic. Paroch. cap. 25. num. 26.

5 Amp. etiam ſi ægrotus faciendo ſe ad aliã deferre, mutauerit Parochiam, quia nihilominus debetur primæ Eccleſiæ, vbi vſque ad ægritudinem retinuit domicilium, vel inhabitauerit Sylueſtr. in ſumm. in verbo canonica portio num.15. Gauant. in Manual. Epiſcop. dicto verbo quarta Epiſcopalis, in addit. num.8. Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 3. cap. 24. num. 27. & de offic. Paroch. cap.25. num.27.

6 Lim. ſtante conſuetudine in Ciuitate, quod ius ſepeliendi peregrinos, & viatores ſpectet ad Cathedralem, quia cum tunc ceſſet intentio Parochi fundata ſuper aſſiſtentia iuris, contraria conſuetudine ſublata, quarta funeralis non debetur Parocho intra cuius Parochiæ limites viator, Peregrinus, ſeu detentus pro delicto, vel habilitatus, cum cautione deceſſerit, vt cenſuit Sac. Congreg. Concil. in Piſaurien. 22. Ianuar.1628. relat. per Gauant. in Manual. Epiſcop. in verbo quarta Epiſcopalis num.1. & per Barboſ. de offic. Paroch. cap.25. num.33.

7 Lim. ſi Eccleſia Cathedralis generaliter quo ad omnes alios in Ciuitate decedentes ſit in quadragenaria quaſi poſſeſſione huiuſmodi quartam funeralem percipiendi, nam tunc eidem debetur priuatiuè quo ad Parochum, vel ratione conſuetudinis legitimè perſcriptæ

8 ob temporis lapſum, quia vbi non adeſt iuris reſiſtantia, vt in præſenti, totum defeatur conſuetudini iuxta gloſ. in cap. vltim. in verb. legitimè præſcripta de conſuet. in 6. Vel ratione

9 præſumptionis, quod ſibi huiuſmodi ius reſeruauerit, quando aliæ Parochiales fuerunt erectæ, in ſignum ſubiectionis, & ſuperioritatis, ita vt continuata poſſeſſio ſubſecuta fuerit ex titulo, & iure Matricis præambulo Barboſ. de offic. Paroch. cap.25. num.22. & firmauit Rot. dec.376. per tot. p.1. recen.

10 Lim. vt quarta cæterorum Confraternitatũ funera aſſociantium nõ debeatur Parocho, vt cenſuit Sac. Cong. Epiſcop. 15. Martij 1616. teſte Gauant. in Encherid. ſeu manual. Epiſcop. in verb. quarta Epiſcopalis num.13. & Barboſ. de offic. Paroch. c. 25. num.40. Neque de Can-

11 delis, quas fratres, & alij presbyteri geſtare ſolent præ manibus ſiue per viam in aſſociando cadauere, ſiue in Eccleſia aſſiſtendo, aliaſque funeris cæremonias abſoluendo, ſed ipſi geſtantes faciunt ſuas, vt tradunt Doctores relati per Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 3. cap.24. num. 39. & ſeq. Gauant. vt ſupra dicto verbo quarta Epiſcopalis in addit. num. 11. Carraccia de quarta funeral. c.3. cum alijs per Barboſ. loco citato num.39.

12 Lim. in exemptis, alijſque priuilegiatis, qui eximuntur à ſolutione quartæ funeralis ad text. in cap. priuilegia diſt. 3. C. in noſtra de ſepult. Sylueſtr. in verb. canonica portio num. 8. Fr. Emman. quaſt. regul. tom.3. q.46. art.1. & tom.1. q.39. art. vltim. Caraccia de quarta funeral. c. 2. & tradunt communiter DD. in c. officio de teſtam. Barboſ. de offic. Paroch. cap. 25. num.52. & late de offic. Epiſcopi alleg. 86. num. 10. & plurib. ſequen. & num. 17. vbi ita dixiſſe Rot. in Licien. quarta funeralium, vt in deciſ. per eum relata, ſed ad hoc vt huiuſmodi exemptio competat, debet eſſe derogatum diſpoſitioni Clemen. dudum de ſepultur. per text. in cap. ex parte de Capel. Monac. Petrus de Vbald. de canon. Parochial. c.6. Rot. in Roman. iur. funeral. 4. Iulij 1653. §. nec aduerſatur coram Zarate.

13 Et ad hunc effectum non ſufficiunt Clauſulæ generales derogatoriæ, quia cum diſpoſitio dictæ Clementinæ edita fuerit in Concilio Viennenſi, exigit ſpecialem derogationem, alias defectu voluntatis in concedente non cenſetur derogatum ijs, quæ ſpeciali indigent mentione Felin. in cap. nonnulli num.2. verſ. & nota de iur. iuran. Archidiac. in c.1. num.2. verſ. quod ſpecialiter de conſtit. in 6. & ita ſæpe firmaſſe Rot. patet ex deciſionibus relatis per Cauale. dec.101. num.2.

14 Sublim. ſi huiuſmodi exemptio à Summis Pontificibus conceſſa fuerit in ampliſſima forma, & ſub verbis vniuerſalibus, nullam reſtrictionem patientibus, cum tunc ſub tali vniuerſalitate derogatũ cenſeatur Clement. dudum de ſepult. in 6, ex quo conſtet de voluntate Papæ derogare volentis, ſecus eſt ſi ex generalitate non adeo comprehenſiua deſumi nequeat voluntas Pontificis derogare volentis diſpoſitioni dictæ Clementinæ Barboſ. de iur. Eccleſ. lib.3. cap. 24. num. 8. & de offic. Paroch. cap.25. ſub num.8. Rot. in Craconien. quarta funeralis 25. Maij 1646. §. non obſtat coram Peutingerio, & in Romana Iurium funeralium 4. Iulij 1653. §. nec aduerſatur coram Zarate.

15 Lim. ſi fuerit derogatum Clement. dudum cum Clauſula ſalua iuſtitia Eccleſiarum Parochialium, cum tunc non cenſeatur Pontifex per talia priuilegia conceſſiſſe exemptionem a ſolutione quartæ funeralis, vt firmaſſe Rot. in Valiſſoletana quarta funeralis 29. Aprilis 1606. coram Iuſta referat. Barboſ. de offic. Paroch. cap.25. num. 10. vbi ſubdit contrarium, & verius firmaſſe coram Coccino in ſuo voto, quia ſtante expreſſa derogatione Clement. dudum hæc clauſula debet intelligi quo ad alia, non quo ad expreſſa, alias deſtrueretur priuilegiũ, & inſeruiret, de vento, nec redditur veriſimile, quod ſummus Pontifex conceſſerit exemptionem per derogationem Clement. dudum & in cõtinenti eandem denegauerit per ſupradictam Clauſulam immediatè adiectam.

16 Ac proinde omnes Religioſi etiam Mendicantes tenentur ſoluere huiuſmodi quartam, quando quis eligit ſepulturam in eorum Eccleſijs vigore dictæ Clement. dudum §. verum de ſepult. Barboſ. de offic. Paroch. cap.25. num. 4. & ita de Fratribus B. Mariæ de Victoria Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Paula dixit Rot. dec.161. per tot. coram Caualerio.

17 Secus autem ſi ex priuilegio Religioſi reperiantur exempti ab huiuſmodi ſolutione quartæ Archangel. Caraccia de quarta funerali cap. 1. vt de Patribus Theatinis Clericis Regularibus Barboſ. de offic. Paroch. cap.25. num. 7. & de Fratribus Ordinis Prædicatorum in

vim

vim priuilrgiorum obtentorum *ab Alexandro IV. Leone X. Paulo IV. & Clem. VIII.* quorum vigors eximuntur à ſolutinne cuiuſuis quartæ ſuneralis, ac aliotum obuentionum, & legaturum piorum, & iſta peiuilegia fuetũt pluties executioni demandata pet *Rot. in Hiſpalen. quarta funeralium 4. Iuny* 1590. *coram Card. Pamphilio relat. per Gratian. diſcept.* 935. *num.* 1. *& per tot.* vbi *num.* 4. præcipuè quia dicta ptiuilegia conceſſa fuerunt in recompẽſationem laborum, qnos dicti fratres paſſi ſunt, & qnotidie patiuntur pro Chriſtianæ fidei propagatione, ettam cnm proprij ſanguinis effuſinne, quæ propterea reddnntur irreuocabilia. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. glo.* 9. *§.* 2. *num.* 49.

18 Sublim. qnod licet priuilegia vnius teligionis per viam communicationis cenſeantur conceſſa altera Religioni, tamen exemptio quartę funeralis pet generalem priuilegij cõmunicationem non videtur communicata, etiamſi in priuilegio communicato ſit derogatum *Clementina dudum*, cum non ſufficiat huiuſmodi derogatio in ptiuilegio principali, niſi etiam apponatur in communicatione, cum communicatio non extendatur ad præiudicialia, quo ad alios *Canale. dec.* 101. *num.* 3. *vbi ita etiam dixiſſe Rot. coram Iuſto, & Lancellotto, & tradit Barboſ. de offic. Paroch. cap.* 25. *num.* 29.

19 Sed hnc non procedit ſi ex clauſulis generalibus appareat de voluntate Papæ etiam quo ad communicationem huiuſmodi exemptionis *Barboſ. lib.* 3. *de iur. Eccleſ. cap.* 24. *nu.* 8. *in fin.* Quæ voluntas ſatis colligitur ſi nominatim communicentur exemptiones, quæ de ſui natura habent præiudicium tertij, vt proinde vlteriori derogatione opus non ſit *Burat. dec.* 193. *num.* 24. præſertim ſi in priuilegio cõmunicationis legatur Clauſula *Quorum tenores, & pro expreſſis Rot. in Cracouien. quarta funeralis* 25. *May* 1646. *§. non obſtat coram Pentingerio, & in Romana iurium funeralium* 4. *Iuly* 1653. *§. neque aduerſatur verſ. & ex hac ratione coram Zarate.*

20 Lim. in Eccleſijs, vel Monaſterijs ædificatis 40. annis ante Concilij confirmationem, quæ ſolita non fuerunt perſoluere huiuſmodi quartam, quia neque poſt concilium cogi poſſunt ad eius ſolutionem *Fr. Archang. Caraccia de quarta fun. c.* 1. *§. ſciendum eſt fo.* 20. *ex conſtit. B. Py V. relat. per eundem Caracc. Barboſ. de offic. Paroch. cap.* 25. *num.* 15.

21 Secus autem in Eccleſijs, & regularibus, qui 40. annis ante confirmationem Concilij Cathedrali, aut Parochiali Eccleſiæ quartam funeralem perſolui conſueuerunt, nam etiam poſt Concilij confirmationem integro iure, & eadem portione, prout antea ſoluebatur eadem ſolutio continuari debet, non obſtantibus conceſſionibus gratijs, & priuilegis quomodolibet obtentis, vt expreſsè ſancitum fuit pee *Sac. Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 13. *Gauant. in Manual. Epiſcop. in verb. quarta Epiſcopalis nu.* 11. *Barboſ. de offic. Paroch. cap.* 25. *num.* 12. *vbi ita etiam firmaſſe Rot. in deciſion. per eũ relatis.*

22 Non tamen ſub hac conciliari diſpoſitione comprehenduntur monaſteria, vel Regulares, quorum Eccleſiæ ædificatę reperiuntur à 40. annis citra Concilij confirmationem, aut quæ in die ædificantur ſub ordine, & Religione, cui à Sede Apoſtolica particularibus priuilegijs indulta fuerit exemptio à ſolutione quartæ funeralis Epiſcopo, vel parocho de iure debitæ, vnde ad hunc effectum duo copulatiue requiruntur, vt monaſteria, vel Eccleſia ſit ædificata ab annis 40. citra Concilij confirmationem, & quod concurrat priuilegium exemptionis à Sancta Sede obtentum *Io. della Cruc. de Stat. Regular. lib.* 1. *c.* 19. *dub.* 5. *concluſ.* 2. *in fin. Fr. Archang. Caraccia de quart. funeral. cap.* 1. *§. act Sacri Concilij fo.* 20. *Fr. Hyeron. Roderic. in compend. quæſt. Regular. reſol.* 18. *num.* 2. *Gauant. in Manual. Epiſcop. in verb. quarta Epiſcopalis num.* 12. *Barboſ. de offic. Paroch. cap.* 25. *num.* 13. *& ſequen. vbi ita declaraſſe Sac. Cong. Concil. in dicto cap.* 13. *& B. Pij V. ſua Conſtit. incip. & ſi mendicantium* 17. *Kalend. Iulij* 1567. cuius verba per eundem referuntur. Quæ conſtitutio licet ſimpliciter diſponat de monaſterijs tantum ędificatis à 40. annis citra Concilij confirmationem, nulla facta mentione de priuilegijs, tamen eſt intelligenda, vbi concurrit priuilegium vltra qualitatem temporis ædificationis, cum pee *Gregorium XIII. die* 10. *Octob.* 1586. *ſua Conſtitutione relata per Nauar. in Manual. cap.* 17. *in fin.* fuerit redacta ad terminos Concilij non autem reuocata, vt tradunt *Doctores, & firmauit* Rot. *vt in deciſ. relat. per eundem Barboſ. loco citato num.* 14.

23 Lim. vbi viget conſuetudo legitimè præſcripta non ſoluendi portionem canonicam, ſeu quartam funeralem, vel in toto, vel in parte, nam tunc exigi non poteſt, & adhoc vt legitimè præſcripta dicatur vſque ad quartam excluſiuè ſufficit decennium etiamſi non concurrat titulus, infra quartam, ſeu vt in totum, aut nihil ſoluatur, exigitur conſuetudo 40. annorum, cum titulo, vel Immemorabilis *Alex. conſ.* 296. *num* 15. *verſ. de præſcriptione lib.* 2. *Petrus de Vbald. de canon. Parochial. cap.* 5. *num.* 3. *& ſeq. & cap.* 6. *num.* 34. *&* 35. *Lap. de Caſtiglion. de canonic. portion. cap.* 2. *nu.* 64. *&* 65. *Syluestr. in ſumma in verb. canonica portio num.* 2. *&* 3. *Barboſ. de offic. Paroch. cap.* 25. *num.* 16.

24 Quarta funeralis, ſeu canonica portio debetur de omnibus, quæ obueniunt ratione funeris, ex ijs tantum, quæ offeruntur tempore, quo funus, ſeu exequiæ defuncti celebrantur, ſeu ex omnibus oblationibus, & commodis ipſius funeris, alijſque rebus, quæ eius occaſione ad Eccleſiam, vbi defunctus tumulatur quomodocunque perueniant, & cum ipſo funere portentur *Fr. Eman. quæſt. Regul. tom.* 1. *q.* 39. *art.* 2. *in prin. Couar. in cap. vltim. num.* 7. *de teſtam. Caraccia de quart. funeral. q.* 3. *verſ. forſan. fol.* 45. *Gutier. de iuram. confirm. p.* 2. *c.* 4. *num.* 3. *Aloyſ. Ric. in prax. for. Eccleſ. dec.* 670. *num.* 4. *alias reſol.* 571. *num.* 4. *in* 2. *adit. & p.* 4. *reſol.* 300. *Bertrachin. in Repert.*

pert. in verb. quarta Parochialis Rub. conſ. 23. num. 9. Federic. de ſen. conſ. 6. num. 2. in priu. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 14. qu. 13. verſ. funeralia Portel. in dub. regular. in verb. canonica portio num. 5. Hieron. Roderic. in compend. quaſt. Regular. reſol. 18. num. 3. cum alijs per Barboſ. de offic. Paroch. cap. 25. num. 36. & 37.

25 Amp. vt huiuſmodi oblationes, aliæque res, quæ prò funeris ſolemnitate deſeruiunt, ſiue ante quam corpus ſit in terra conditum, ſiue poſt, & vſque ad trigeſimum diem, & quandiu ſit memoria de funere, vel eius occaſione poſtea obueniant, dicuntur funeralia, & debetur canonica portio *Calderin. conſ. 4. de ſepult. Io. Franc. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. p. 2. cap. 14. num. 12. Aloyſ. Ric. dicta reſol. 571. Syluest. in ſumm. in verb. canon. portio nu. 15. verſ. tertia Zabarel. in Clem. dudum §. vero verſ. tertio quaro de ſepult.*

26 Vnde ſi in die funeris data fuerit Parocho candelarum, & facum quarta, & deinde ſequenti die maiori pompa adhibita, ſiue in alia, ſiue in eadem Eccleſia, vbi defunctus tumulatus fuit pro eius anima ſolemnis miſſa cantetur, cum diſtributione candelarum, & interſtitiorum, debetur ex ijs quoque Parocho quarta, non obſtante quod habuerit aliam ex primis funeribus, cum non minus ex funeribus primo loco, quam ex alijs ſecundo loco factis habeat intentionem fundatam in iure pro perceptione quartæ, vt cenſuit *Sacr. Cong. negotijs Epiſcopor. & regular. propoſita ſemel, & iterum partibus inde inde auditis die 3. Auguſti 1621. de qua Barboſ. de offic. Paroch. cap. 25. num. 38. faciunt tradita per Genuen. in prax. Curia Neapol. cap. 61. in prin.*

27 Amp. vt non ſolum debeatur huiuſmodi canonica portio de candelis, cereis, & interſtitijs, quæ circa crucem, & cadauer per viam deferuntur, ſed etiam de omnibus alijs, quæ circa cadauera exiſtunt, ante quam terræ tradantur, diuidendis pro æquali portione inter ipſos Parochos, & miniſtros aliarum Eccleſiarum quarumcumque, etiam Regularium, & Nationalium, ſeu alias priuilegiatarum, adeo vt finito officio candelæ interſtitia, & ceręque in Eccleſijs pręfatorum præſente corpore pro celebrandis diuinis officijs accenſę fuerunt, veniunt extinguendę, & prò medietate eorum portio vnicuique conſignandæ iuxta decretum *Congreg. RR. DD. Præfectorum Vrbis, habita coram Eminentiſ. Vrbis Vicario ſub die 21. Martij 1629. ab Vrbano VIII. approbatum*, quod decretum, cum emanauerit ad effectum reuocandi diſſenſiones, & remouendi ſcandala in Vrbe non videtur ſibi locum vindicare poſſe, niſi in Vrbe, ſeu alijs regionibus, vbi non eſt introducta conſuetudo in contrarium, ſecus autem, vbi introducta fuerit conſuetudo ſoluendi quartam, in maiori, vel minori quantitate, ſi legitimè præſcripta fuerit, cum in huiuſmodi materia ſit multum deferendum conſuetudini iuxta tradita per *Barboſ. de offic. Paroch. cap. 25. num. 16. & iuxta text. in cap. certificari de ſepult.*

28 Amp. vt debeatur etiam huiuſmodi medietas, ſeu eius valor Calicis, Rocchetti, Albæ indumentorum, & veſtium delatarum in funere, & aliarum rerum, ſi recipiant commodam diuiſionem, alias æſtimatio medietatis ſecundum diſpoſitionem iuris communis, ſecus autem vbi adſunt priuilegia Apoſtolica eximentia fratres, & Religioſos ab huiuſmodi funeralium præſtatione, non obſtantibus decretis Vicarij, cum par in parem non habeat imperium, vt in puncto Ordinis prædicatorum docet *Gratian. diſcept. 925. nu. 2. & ſeq.* vbi præcipuè concurrente antiquiſſima obſeruantia pręſtandi tantum medietatem cerę Parocho, & non indumentorum, in quibus non eſt præſumenda Parochi liberalitas, vt donare voluerit, ſed potius ſollicitudo, & diligentia in exigendo, quod de iure eidem debetur.

29 Amp. vt etiam debeatur de armis, libris, banderijs, Culcitra, ſeu pallio, quæ in feretro deferuntur, & de alijs pannis ſericis, vel aureis, ſtamine, vel cilicio, & ſimilibus iuxta *text. in cap. in noſtra de ſepult. Oldrad. conſ. 211. num. 7. Petrus de Vbald. de canon. portione cap. 4. num. 5. relat. per Barboſ. de offic. paroch. cap. 25. num. 44.*

30 Lim. vt huiuſmodi quarta non debeatur Eccleſiæ, vbi quis non electa ſepultura fuerit ſepultus, ſed omnia veniunt reſtituenda Eccleſiæ Parochiali iuxta *Conſtitutionem Innocentij III. relat. in cap. in noſtra de ſepult.*

31 Lim. 2. in Equitibus Hoſpitalarijs, qui, ſi in eorum Eccleſijs fuerit electa ſepultura, non tenentur ſoluere quartam de equis, & armis, quæ deſeruiunt in ſubſidium Terræ Sanctæ *dicto cap. in noſtra de ſepult. Barboſ. de offic. Paroch. cap. 25. num. 45.*

32 Lim. 3. vt quarta non debeatur de oblatis in funere illius, qui de facto ſepultus fuerit in Eccleſia tempore interdicti, ſed corpus, & omnia oblata veniunt reſtituenda, ſecus autem ſi Religiones, vel Eccleſiæ habeant priuilegia ſepeliendi etiam tempore interdicti, vel in ipſo interdicto reſeruatum fuerit ius ſepeliendi. *Federic. de ſen. conſ. 199. Syluest. in verbo canonica portio num. 8. §. ſeptimus fr. Emman. Roder. quaſt. regul. tom. 1. quæſt. 39. art. 3. Barboſ. de offic. Paroch. c. 25. nu. 45.*

33 Lim. 4. vt neque quarta debeatur de oblatis in funere Nouitij demortui in Religione intra annum probationis, quia Nouitij, ſi non ratione profeſſionis, ratione tamen ſtatus reputantur, vti Religioſi, ſicuti initiati prima tonſura, licet dici nequeant ordinati, cum prima tonſura non ſit ordo, ſed initium ad ordines, nihilominus gaudent priuilegijs Clericalibus *Franch. in cap. nullus de priuil. Cleric. in 6. Syluest. in verb. canonica portio num. 8. §. quartus fr. Emman. Ruder. quaſt. Regul. tom. 1. qu. 30. art 4.* vbi etiam ſi decederet extra Clauſtra, & in domo parentum, vbi curationis gratia ſe contulerat. *Villalob. in ſum. p. 2. tract. 32. diff. 7. num. 10. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 9. cap. 13. qu. 4. verſ. quod ſi in Monaſterium caſ. 3. Hieron. Roder. in compend. quaſt.*

Regular.

Regulat. reſol. 18. *num.* 15. *Barboſ. de offic.*
Paroch. cap. 25. *num.* 46. vbi multis modis
34 hanc limitationem reſtringit, & primo in
Nouitio, qui morbo affectus ingreſſus fuerit
Religionem, & eodem morbo decrſſerit, ſe-
cundo in eo, qui cum habitu Regulari ſepeliri
petierit, tertio in Confratribus, qui ingre-
dſuntur loca religioſa retentis bonis ex *Syluest.*
in ſuma. in verbo portio canonica num. 8. *verſ.*
quintus, & num. 12.
35 Amp. verò principalem concluſionem, vt
quarta funeralis debeatur de omnibus dona-
tis, cauſa mortis, ſiue donatio facta fuerit
Religioſo particulari, ſiue toti Monaſterio,
iuxta *diſpoſit. Clement. dudum* §. *verum, & ibi*
glo. de ſepult. late Gemi. conſ. 46. *Syluest. in*
verbo canonica portio num. 15. §. *ſexta Federic.*
de ſen conſ. 4. *num.* 4. *cum alijs per Barboſ. de*
offic Paroch. cap. 25. *num.* 48. ſecus verò de
donatis inter viuos, vt per *cap. de ijs de ſepult.*
& cap. 1. *de ſtat. Monac. tradit. Azor. cap.* 12.
qu. 7. *Barboſ. de offic. Epiſcop. alleg.* 86. *num.*
25. *Gauant. in Manual. Epiſcop. in verb. quar-*
ta Epiſcop. num. 9.
36 Amp. vt quarta funeralis debeatur de om-
nibus illis, quæ iure inſtitutionis relinquun-
tur Monaſterijs, ſiue alijs locis pijs, etiam ſi
pro anima relinquantur. *Alex. conſ.* 196. *nu.*
6. *&* 7. *lib.* 2. *Abb. in cap.* 1. *num.* 7. *de ſepult.*
Syluest. in verb. canonica portio num. 10. *Bar-*
boſ. de offic. Paroch. cap. 25. *num.* 50.
37 Amp. vt etiam debeatur de omnibus legatis
factis Eccleſiæ, vbi quis ſibi ſepolturam ele-
git *cap.* 1. *&* 2. *de ſepult. Couar. in cap. vltim.*
num. 2. *de teſtam. Oldrad. conſ.* 225. *num.* 16.
vbi quod indiſtinctè debeatur, ſiue legatum
relinquatur ratione perſonæ, ſiue ratione loci,
contra *Syluest.* contrarium tenentem ſcilicet,
quod debeatur de legato relicto ratione loci,
non autem ratione perſonæ cum alijs per *Bar-*
boſ. de offic. Paroch. cap. 25. *num.* 51.
38 Lim. ſupradictas limitationes, vt dicta ca-
nonica portio non debeatur de relictis, vel le-
gatis factis Eccleſijs, vel locis pijs, & de ijs,
quæ teſtator in pios vſus iuſſit diſtribui, ſeu
erogari pro vaſis, cereis, luminaribus, orna-
mentis, fabrica Eccleſiæ, anniuerſarijs, vel
prò faciendo Choro, pictura, calice, aliſque
diuinum cultum concernentibus iuxta *text. in*
cap. vltim. de teſtam. vbi Abb. num. 2. *Couar.*
num. 4. *Lap. de canon. port. par.* 2. *à num.* 24.
Azor. inſtit. moral. cap. 12. *qu.* 7. *caſ.* 2. 4. *&*
5. *Valaſc. conſult.* 105. *num* 13. *Barboſ. de*
offic. Paroch. cap. 25. *ſub num.* 47. *&* 50. *& de*
offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 86. *num.* 23. *Ga-*
uant. in Manual. Epiſcop. in verbo quarta Epi-
ſcopalis numer. 7. *&* 8. *Seraph. deciſ.* 726.
num. 4.
39 Contrarium videntur tenere *Paul. de Elea-*
zar. in Clement. dudum §. *verum de ſepult. Alex.*
conſ. 196. *num.* 3. *lib.* 2. *Syluest. in verb. cano-*
nica portio num. 15. §. *ſecunda cum ſeq.* vbi
quod debetur pro relicto ad effectum conſtruẽ-
di capellam. *Petr. de Vbald. de canon. Paroch.*
cap. 4. *num.* 22. *Calder. conſ. ſi. de ſepult. vbi*
de relictis pro Planeta.
40 Sublim. primam opinionem procedere, ſi
vſus rei relictæ ſit determinatus, & perpetuo
deſtinatus cultui diuino, ſecus indeterminatus
& non deſtinatus perpetuo cultui diuino, nam
tunc debetur quarta *c. ex parte il* 3. *de verbor.*
ſignif. & cap. requiſiſti de teſt. Seraph. deciſ. 726.
num. 4.
41 Lim. 2. vt de relictis perſonis non detraha-
tur quarta funeralis, licet ex cauſa pia ælemo-
ſinæ, & ſimilium iuxta *text. in cap. ex parte*
il 3. *de verb. ſignif. fr. Ludoui. Miranda in Ma-*
nual. Prælat. tom. 2. *qu.* 48. *art.* 3. *col.* 3. *Seraph.*
deciſ. 726. *num.* 2. propter quam rationem
non eſt detrahenda huiuſmodi quarta de reli-
42 ctis pauperibus in genere, cum tunc relictum
reſpiciat perſonas, & non pia loca *glo. in cap.*
2. *in verb. decreuit. de ſepult. vbi Innoc. num.*
1. *& Abb. num.* 8. *Bald. in l. id quod pauperi-*
bus num. 30. *verſ. addo tertiam rationem C. de*
Epiſcop. & cleric. Roman. conſ. 233. *num.* 2.
verſ. tertio fallit Vbald. de canon. Epiſcop. cap.
5. *num.* 10. *&* 11. *& cap.* 7. *num.* 15. *&* 50.
Tiraq. de pia cauſa priuil. 28. *Barboſ. de offic.*
& poteſt. Epiſc. alleg. 86. *num.* 21. *Gauant. in*
Manual. Epiſcop. in verbo quarta Epiſcopalis nu.
6. *Seraph. dec.* 726. *num.* 1. Secus autem in
43 relicto pauperibus certi, & determinati loci,
quia tunc legatum cenſetur factum potius in-
tuitu loci, quam perſonarum *Abb. in dicto cap.*
2. *num.* 3. *de ſepult. Barboſ. vbi ſupra num.* 22.
in ſi. Seraph. dec. 726. *nu.* 2. *in ſi.*
44 Pro vt neque detrahitur in legato prò ma-
ritandis, ſeu dotandis puellis, etenim per hu-
iuſmodi detractionem dos deminueretur, vn-
de difficiliùs puella inueniret virum, qui vt
plurimum ex dotis pinguitate, qua faciliùs
ſubſtinẽtur onera matrimonij inuitatur ad nu-
bendum, *vt declarauit. Sac. Cong. Epiſcop.* 14.
Sept. 1592. *relat. per Gauant. in Encherid. ſeu*
manual. Epiſc. cap. in verb. quarta Epiſcop. nu.
5. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 86.
num. 27. vbi quod huiuſmodi legatum ſem-
per excludit quartæ detractionem, ſiue puellæ
ſint pauperes, ſiue non pauperes, ſi enim pau-
peres, quia legatum eſt factum perſonis, &
non locis, ſi non pauperes, quia tunc lega-
tum eſt prophanum, & non pium, & ſic non
ſubiectum huius quartæ detractioni, *vt etiam*
dixit Rot. coram Seraph. dec. 726. *num.* 6.
45 Lim. 3. vt neque debeatur quarta de relictis
vel pro reſtauratione Eccleſiæ Matricis, vel
ædificatione, & reparatione aliarum Eccleſia-
rum, Monaſteriorum, hoſpitalium, & alio-
rum locorum piorum per *tex. expreſſum in c.*
vltimo de teſtam. ibi *ſeu fabrica, & in cap. ex*
parte il 3. *de verbor. ſignif. ibi vel ob fabricam*
Roman. conſ. 133. *in priu. Capic. deciſ.* 23. *nu.*
4. *Seraph. deciſ.* 726. *num.* 3. Verum quod
46 hoc procedat quando Eccleſia legataria pro
fabrica indigeat reparatione, ædificijs, vel
reſtauratione, ſecus autem ſi non indigeat,
quia tunc nihilominus quarta venit detra-
henda, nè in fraudem Epiſcopi, aut Parochi
Legatum factum dicatur ſecundum *fr. Ludo-*
uic. Mirand. in manual. Prælat. tom. 2. *qu.* 48.
art. 3. *col.* 1. *Couar. in cap. vlt. num.* 4. *verſ.*
eſt

eſt tamen vbi de magis communi *de teſtam. Azor. cap. 12. qu. 7. caſ. 5.*

47 Contrarium verò, quia licet Eccleſia tempore legati non indigeat, tamen cum in futurum indigere poterit, ſeruandum eſt in futurum eiuſdem Eccleſiæ reſtaurationem, & reparationem, cui indigentiæ ex veriſimili mente teſtatoris, vti diligentis Patrisfamiliæ prouidè, ita diſponendo conſultum fuiſſe dicendum, vt tenent Doctores relati per *Couar. in dicto cap. vltim. ſub num. 4. de teſtam. Leo in theſaur. for. Eccleſiaſt. p. 2. cap. 14. num. 8. per bonum text in cap. vobis 12. qu. 2.*

48 In hac opinionum conflictu, *Rot. coram Seraph. deciſ. 726. num. 3. verſ. ideo in hoc conflictu* dixit attendendam eſſe formam legati, & veriſimilem mentem teſtatoris, qui ſi velit, vt in ſingulis annis, aut ſtatim ſoluatur aliquid prò reſtauratione Eccleſiæ, quæ reparatione non indigeat, & hoc caſu ſibi locum vindicare primam ſententiam, ſi vero legauerit pro reſtauratione Eccleſiæ, quoties ea indigebit, & tunc contrariam ſententiam ſeruandam eſſe *Barboſ. de offic. & poteſt Epiſc. alleg. 86. nu. 24.*

49 Pariter de relictis pro operibus pijs in genere præcipuè dependentibus à futuro euentu, ſi executores deſtribuerint legatum in fabricam, luminaria, & ornamenta Eccleſiæ, vel concernentia diuinum cultum quarta non debetur, *cap. ſi. vbi Couar num. 7. de teſtam. cap. ex parte il 3. de verbor. ſignif.* quia diſtributio quam facit executor cenſetur facta ab ipſo teſtatore *l. vnum ex familia §. 1. vbi Dyn. Bart. & Doctor. de legat. 1.* Secus ſi executores diſtribuant legatum in vſum non priuilegiatum locorum piorum. *Seraph. deciſ. 726. num. 5.* vnde ſi aliquis

50 Regularis electus eſt executor, vt aliquam ſummam diſtribuat prò ſuo arbitrio, ſi in fratres, vel Conuentum diſtribuat, cui nihil erat relictum, non debetur quarta *Barboſ de offic. Paroch. qui alios allegat. cap. 25. num. 50. verſ. declaratur tamen.*

51 Lim. 4. vt quarta funeralis non debeatur in funeribus ex piorum locorum charitate factis, æquitas autem nō patitur, quod opera charitatiua, & ex pia liberalitate prouenientia onere quartę grauentur, Vnde ne loca pia retrahantur, ſed inuitentur ad præſtanda charitatiua ſubſidia, ceſſare debet hoc caſu ius detractionis quartæ, vt cenſuit *Sac. Cong. Epiſcop. 29. Nouemb. 1583. relat per Gauant. in manual. Epiſc. in verbo quarta Epiſcopalis nu. 3.*

52 Lim. 5. vt quarta funeralis non ſit ſoluenda ab hærede, ſed ab Eccleſia, ſeu Monaſterio, cui fuit relictum, ſeu factum legatum, à quo ad inſtar falcidiæ venit detrahenda, ne in plus grauetur hæreditas, ſeu hæredes, quam de iure tenentur. *Couar. in cap. officij num. 1. circa vltim. de teſtam. Gauant in manual. Epiſcop. in verbo quarta Epiſcopalis num. 2.*

53 Lim. 6. ſi teſtator legatum fecerit ad fauorem Epiſcopi, vel Parochi ſub expreſſa conditione, vt contenti legato, nihil amplius petant de canonica portione, nam ſi legatum fuerit acceptatum, cum cenſeatur renunciatum detractioni quartæ, ideo non debetur, *per text. in cap. officij de teſtam. in verſ. conſultationi*, ſecus autem ſi legatum, ſimpliciter relictum fuerit abſque vlla conditione, nam tunc non cenſetur relictum animo compenſandi, quia quarta funeralis non eſt ſoluenda a teſtatore, vel eius hærede, ſed ab Eccleſia, vel loco pio, ad cuius fauorem fuit facta diſpoſitio, ac proinde tanquam debita, ex diuerſo capite, & à diuerſis perſonis eſt pręſtanda, non obſtante legato particulariter ſimpliciterque relicto per *eundem text. in cap. officij verſ. quod ſi vbi Anton. num 6. Abb. num. 4. Couar. num. 3. late Barboſ. in l. ſi cum dotem §. ſi Pater num. 11. ff. ſolut. matrim. cum alijs per Auguſt. Barboſ. de offic. & poteſt Epiſc. alleg. 85. num. 30. & 31.*

SVMMARIVM:

1 Quarta canonica debetur ex ijs, quæ Confraternitatibus laicorum, & Hoſpitalibus relinquuntur ſi Epiſcopi auctoritate ſint fundata. Amp. vt nu. 2. & 3.
Lim. procedere, vt non debeatur quarta debita Epiſcopo, ſecus in quarta funerali debita Parocho, cui ſi ſpecialiter non ſint exempta, eſt ſoluenda, licet non ſint auctoritate Epiſcopi fundata num. 4.

5 Hoſpitali, eiuſque Rectori ius aſſiſtit, ſi ex priuilegio competat facultas miniſtrandi Sacramenta.

6 Hoſpitali conceduntur duo Sacerdotes ad infirmis miniſtranda Sacramenta, qui pro Parochis reputari debent nu. 7.

8 Hoſpitali competit ius ſepeliendi cadauera in eo decedentium.

9 Quarta funeralis retineri poteſt per Rectores Hoſpitalium quo ad infirmos in eo decedentes, ſiue immunitas competat ex ſpeciali priuilegio, ſiue per communicationem priuilegiorum nu. 10.
Lim. procedere quo ad eos, qui in Hoſpitali decedunt, ſecus ſi alibi ſepeliantur nu. 11.

11 Rectores Hoſpitalium non poſſunt aſſociare cadauera, ſi alibi ſepeliantur, licet in Hoſpitali deceſſerint.

13 Parochus Monachus etiam extra Parochiam cadauer, & funus aſſociare poteſt.

14 Regulares non habent territorium, niſi intra Clauſtra, & ambitum ſuorum Monaſteriorum.

15 Regulares non poſſunt portare Religioſum defunctum per Ciuitatem, & Plateas.

Quarta funeralis, an ſit ſoluenda de relictis Confraternitatibus Laicorum, & Hoſpitalibus.

Hoſpitali, an, & quando competant iura funeralium.

ADNOTATIO V.

1 QVarta canonica debetur ex ijs, quæ Confraternitatibus laicorum, & Hoſpitalibus relinquuntur ſi auctoritate Epiſcopi inſtituta, & recepta fuerint, quia tunc veniunt nomine Eccleſiarum, & locorum piorum, qui tenentur ſoluere quartam iuxta ſententiam, *Lapi in tract. de canon. portione num. 13. & 16. latè Petrus de Vbald. eod. tract. qu. 14. a num. 18. Leo in theſaur. for. Eccleſiaſt. p. 2. cap. 14. nu. 21.*

Digitized by Google

& ſequen. Miranda in manual. Pralat. tom. 2. qu. 48. art. 3. conclu. 2. ſecus autem ſi ſint mere prophana, quia cum tunc non ſint loca pia, vtique non tenentur ſoluere quartam, vt notat *Bald. in l. ſi quis ad declinandum* § *in omnibus C. de Epiſcop & Cleric. num. 19. Menoch. de recu. perand. remed. 15. num. 32. Petrus de Vbald. d. qu. 14. num. 15. Tiraq. de priuil. pia cauſ. priuil. 28. Quaranta in ſumma bullar. in verb. Quarta Epiſcopalis in fin. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 9. cap. 12. qu. 11. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 75. num. 47.*

2 Amp. etiam ſi Hoſpitalia, & Confraternitates exercerent opera pia, quia ſi Epiſcopi auctoritate non ſint fundatæ, cum non ſubiaceant eius iuriſdictioni, non tenentur ad huiuſmodi quartæ ſolutionem, pro vt alij exempti eximuntur, vt probat *text. in Clem dudum* § *vltra de ſepult. & tradunt Doctores relati per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 75. nu. 47. verſ. tertius eſt caſus.*

3 Si verò auctoritate Epiſcopi inſtitutæ reperiantur, etiam cauſa meræ deuotionis, & licet Eccleſiæ, vel alio Religioſo loco non ſint affixæ, nihilominus tenentur ad huiuſmodi quartam, cum pia dicantur, & iuriſdictioni Epiſcopi ſubiaceant, *Barboſ. dicta alleg. 75. num. 48.* vbi ſubdit quod contrarium in rigore iuris verius exiſtimat ex rationibus per eundem adductis.

4 Lim primam partem huius ampliationis procedere in quarta, ſeu portione canonica debita Epiſcopo, cui vtique non debetur, ſi eius auctoritate Hoſpitalia, & Confraternitates inſtitutæ non fuerint, ſecus autem in quarta funerali Parochis debita ratione adminiſtrationis Sacramentorum, cuius *reſpectu* quamuis ex alio capite exempta, ſubijciuntur foro Parochiali, quò ad quartæ funeralis ſolutionem, niſi ſpeciali priuilegio, & exemptione muniantur iuxta *Clement. dudum* § *vltra de ſepult. Leo in Theſaur fori Eccleſiaſt p. 2. cap. 14. fr. Emman. quaſt. Regul. tom. 1. qu. 39. art. 2. & tom. 3. quaſt. 46. Card Tuſch. tom 6 verbo Quarta conclu. 21. cum alijs per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop.*

5 Quo vero ad ſecundam partem propoſitæ adnotationis, eſt animaduertendum, quod Hoſpitali, & eius Rectoribus vti Parochis videatur ius aſſiſtere, ſi eiſdem competat de iure ſpeciali, & priuilegio Summi Pontificis facultas miniſtrandi Sacramenta infirmis, in eodem Hoſpitali exiſtentibus iuxta *Clement. quia contingit* §. *ceterum de Relig. dom. vbi glo. Vitalin. num. 85. Panorm num. 24. Rota in Romana iurium funeralium 4. Iulij 1653.* §. *quinimo dicto Hoſpitali coram Zarate.*

6 Hinc eſt quod duo Sacerdotes, ſiue Regulares, ſiue ſæculares ſingulis Hoſpitalibus conceduntur ad infirmis miniſtranda Sacramenta ex conſtitutionibus *Gregor. XIII. & XIV. B. Pij V. Sixti IV & V. Pauli V. ex ordine 361. Bullar. Cherub. tom 3. fo. 261. & ex literis Vrbani VIII. in forma breuis incipien. circumſcripta ſub datum Romæ 18. Aprilis 1628. de quibus Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 41. num. 161.* Qui Sacerdotes in Hoſpitali deputati, vti Parochi haberi debent, vt dixit *Rot. in Licien. Legati 22. Martij 1638. coram Tarraconen. ſecuta in Romana iurium funeralium 4. Iulij 1653.* §. *atque etiam coram Zarate.*

8 Vlterius Hoſpitali, eiuſque Rectori competit ius ſepeliendi cadauera in eo decedentium, non ſolum in Cæmeterio iuxta *Clement quia contingit* §. *ceterum de Relig. dom.* Verum etiam in eius Eccleſia, cum ſit eius membrum & pars integralis, & licitum ſit omnibus Chriſtifidelibus etiam in Eccleſia ſepeliri dicta *Clem.* § *ſi de Relig. dom. vbi glo. in verbo Parochialis. Syluest. in verbo ſepult. num. 1. Iul. Lanor var. Lucubrat. tit. 2. cap 8. num 4. Rot. in Romana iurium funeralium 4. Iulij 1653. ſub* §. *qua propter, &* §. *nec obſtat coram Zarate.*

9 Vnde quarta funeralium retineri poteſt per Rectores Hoſpitalium, quo ad infirmos in eo decedentes, ſi in eius Eccleſia, vel Cæmeterio ſepeliantur, attentis priuilegijs, ex quibus immunitas à ſolutione quartæ indulgeatur *Emanuel. Rodriq. quaſt. Regular. qu. 39. a num. 2. Guttier. de iuram. confirmat. p. 2. cap. 4. num. 3. Gratian. diſcept. 93. a prin. Barboſ de iur. Eccleſ. lib. 3. cap. 24. num. 7. Rot. in Romana iurium funeralium 4. Iulij 1653. coram Zarate* §. *ex quo etiam.*

10 Siue huiuſmodi immunitas competat immediatè ex ſpeciali priuilegio, ſiue per communicationem priuilegiorum aliorum Hoſpitalium hanc exemptionem continentium, *Rot. dec. 84. num. 3. penes Tamburin. de iur. Abbat tom. 3. & in Craconien. quarta funeralis 25. Maij 1646. coram Peutingero relat. & ſecut. in dicta Romana iurium funeralium dicto* §. *ex quo etiam in fin. coram Zarate.*

11 Lim. quo ad eos, qui in Hoſpitali decedunt, & alibi tumulantur, vbi ſcilicet electa fuerit ſepultura, vel maiorum extat ſepulcrum, quorum reſpectu Rectori Hoſpitalium non competit retentio, ſeu perceptio quartæ funeralis, ſi priuilegia ſolum loquantur, & reſtringantur ad eos, qui in Hoſpitali decedunt, & ſimul in eodem tumulantur, adeò vt eorum verba extendi non debent in præiudicium Eccleſiæ Parochialis, ſed reſtringenda ad circuitum, & locum ipſius Hoſpitalis, vt firmauit *Rot. in Romana Iurium funeralium 4. Iulij 1653.* §. *circa eos vero coram Zarate.*

12 Vnde Rectores Hoſpitalium cum ſtola, & Cotta non poſſunt aſſociare cadauera, quæ in aliorum Eccleſijs tumulantur, licet in eodem Hoſpitali deceſſerint, ſed in eius foribus debent dare vltimum vale, & quamuis Parochus Mo-
13 nachus etiam extra propriam Parochiam cadauer, & funus aſſociari poſſit, & ſæcularium parochias ingredi, ſicut è conuerſo ſæcularis Regularium, vt declaraſſe *Sac. Cong. Rit. ſub die vltim Septemb. 1628. & in alia Aſculana 29. Ianuar. 1629. teſtetur Barboſ. de offic. Paroch. c. 26. num 77. & 78.* Non tamen ita ſeruandum eſt cum Rectoribus Hoſpitalium, cum propriè non ſint Parochi, vt inter eos huiuſmodi reciprocatio ſeruanda ſit, ſicuti inter veros Parochos, qui à iure communi habent facultatem

iuris

Digitized by Google

iura Parochialia exercendi, & non ex priuilegio, vt Rectores Hoſpitalium, reſtricto, & limitato intra limites, & continentiam ipſius Hoſpitalis, *Rot. in dicta Romana funeralium 4. Iuly 1653. §. quibus conſequens eſt coram Zarate*
14 exemplo Regularium, qui cum non habeant territorium, niſi intra Clauſtra, & ambitum ſuorum Monaſteriorum *Barboſ. de offic. Epiſcop. alleg. 73. num. 7. Tamburin. de iur. Abbat. to. 1. diſ. 15. qu. 7. num. 39. Rot. penes Caputaquen. deciſ. 225. num. 3. p. 2.* non poſſunt Religioſum
15 defunctum portare per Ciuitatem, per Plateas, & alias Parochias, vt reſpondiſſe *Sac. Cong. Concil. Emmen. Card. Ludouiſio Epiſcopo Bononien. refert Barboſ. de offic. Paroch. cap. 26. num. 68. ex Lezana in ſum. quaeſt. Regul. cap. 12. num. 41. verſ. ad vndecimum.*

AQVILANA EXEMPTIONIS.

ARGVMENTVM.

Bona Clericorum, & Eccleſiarum, quouis titulo acquiſita gaudent priuilegio exemptionis, præcipuè ſi poſſideantur iure ſpirituali, aut iure acquiſitionis factæ à priuatis ad cultus diuini deſtinationem, ſi verò poſſideantur ſorte temporali, ſeu Ciuili, & tunc non ſubiacent Laicorum legibus, & alijs oneribus impoſitis poſt quam pænes Eccleſiam, & Eccleſiaſticos reperiuntur, An & quando tranſeant cum oneribus antea impoſitis, & quæ ſint onerum ſpecies, & an Clerici in minoribus, & primæ Tonſuræ, ſint immunes à ſolutione gabellarum plenè diſceptatur.

SVMMARIVM.

2 Clerici, eorumque bona, ſiue patrimonialia, ſiue quouis alio titulo acquiſita gaudent priuilegio exemptionis à tributis, & gabellis.
3 Amp. imponentes, vel exigentes noua pedagia ab Eccleſiaſticis ſunt excommunicati nu. 3.
4 Amp. vt ab Eccleſia bona, aut poſſidentur iure ſpirituali, aut iure acquiſitionis ad cultus diuini deſtinationem, & gaudent priuilegio exemptionis.
5 Amp. Quod ſi poſſideantur ſorte temporali, ſeu iure ciuili, gaudent etiam exemptione a tributis, & gabellis impoſitis poſt acquiſitionem factam ab Eccleſia.
6 Immunitas Eccleſiaſtica eſt de iure diuino.
7 Bona Eccleſiaſticorum ſi deueniant ad laicos amittunt immunitatem, & exemptionem.
8 Mutata perſona mutatur etiam ſtatus rei.
9 Bonis poſſeſſis ab Eccleſiaſticis, ſicut non poteſt imponi collecta, ita nec ceſſionario, vel venditori.
10 Bona in Eccleſiam, vel Eccleſiaſticos, an, & quando tranſeant cum ſuo onere.
11 Bona eo ipſo, quod perueniunt ad Eccleſiaſticos efficiuntur libera.
12 Bona tranſeunt in Eccleſiaſticos cum ſuo onere, ſi prius Princeps impoſuerit, & priuatis deinde conceſſerit cum conditione idem onus ſoluendi, ſecus autem ſi prætendatur ex ſola vi Regiæ poteſtatis.
13 Qualitas oneris, eſt attendenda, vt Eccleſiaſtici ſoluere teneantur, & non pactum initum inter perſonas ſæculares, amp. vt nu. 14.
15 Onera perſonalia, vel mixta pura impoſita propter gratiam habitam à principe Eccleſiaſtici non tenentur ſoluere.
16 Onerum ſpecies triplex reale, perſonale, & mixtum, vbi declarantur cum nu. ſequen.
Onera realia ſunt ſoluenda ab Eccleſiaſticis ibid. ſecus onera perſonalia nu. 17. et mixta num. 18. & 19.
20 Amp. etiam ſi fuerint deſcripta bona in æſtimo vniuerſitatis, à quo veniunt delenda nu. 21.
22 Gabella impoſita à Laicis non eſt ſoluenda ab Eccleſiaſticis, non obſtante quod vinculum iniectum fuerit tempore, quo bona poſſidebantur à Laicis reprobato *Bartolo* nu. 23.
24 Amp. etiam ſi reſpiceret beneficium publicum, & commune.
25 Eccleſiaſtici non tenentur ad refectionem, murorum, pontium, & viarum.
26 Lim. quando facultates laicorum non ſufficiant, & concurrat Cleri conſenſus, & Sum. Pontificis approbatio.
27 Eccleſiaſtici in quibus caſibus tenentur ſoluere onera, & gabellam.
28 Clerici in minoribus non ſunt immunes à ſolutione gabellæ contrar. num. 29.
30 Clerici in minoribus non habentes requiſita Sacr. Concil. Trid. amittunt priuilegium fori, non autem exemptionis à ſolutione gabellarum.
31 Clerici in Regno Neapolitano, & in Hiſpania de conſuetudine tenentur pro bonis donatis ad ſolutionem gabellæ, contrar. num. 32. & 35.
32 Clerici ex conſuetudine non tenentur ad ſolutionem gabellæ, ſi non fuerit à Sum. Pontifice approbata.
33 Conſuetudo contra libertatem Eccleſiaſticam ex curſu temporis etiam immemorabilis non cenſetur à Sum. Pontifice approbata.
34 Conſuetudo cõtra libertatem Eccleſiaſticam quotannis à Sum. Pontifice reuocatur, & damnatur per fulminationem bullæ in Cæna Domini.
35 Diſpoſitio *l. 2. tit. 4. lib. 1 recompilat.* tamquam aduerſatiua iuri canonico damnatur.
36 Clerici in Luſitania ex permiſſu Sum. Pontificis collectantur.
37 Clerici gaudent immunitate ab impoſitionibus Laicalibus, etiam ſi non habeant requiſita S. Concil. Trident.
38 Promotus ad ordines poſt commiſſum delictum gaudet priuilegio fori, & eximitur à Iuriſdictione Laicali, etiam quo ad bona ceſſante fraude.
39 Reaſſumens habitum poſt commiſſum delictum, an eximatur à poteſtate Laicali.

DECISIO VI.

Erogauit Clericus Dominicus Antonius Papinus in emptionem vineæ de qua agitur ſcuta octingenta nouem, alias eidem donata à D. Fabritio Papino, adiecta conditione reinueſtiendi in tot bonis ſtabilibus ad effectum, vt ex eorum fructibus commodiùs ſe ſuſtentando, ſtudijſque operam dando ad ſacros ordines habili reperto aſcendere valeret, poſt translatum dominium, & pacificam vineæ adeptam poſſeſſionem, inſtabat vniuerſitas Ciuitatis Aquilæ pro ſolutione gabellæ muſti, alio-

rumque fructuum ex eadem vinea recollecto-
rum, & in futurum recolligendorum iuxta ta-
xam generaliter imponi ſolitam, pro vt ante
quam vinea ad manus prefati Clerici deueni-
ret, exigebatur; vnde quæſitum fuit, an dicti
fructus debeát eſſe immunes à præſtatione præ-
tenſæ gabellæ, & ad me delato dubio, pro ve-
ritate affirmatiuè reſpondendum duxi.
1 Etenim eſt propoſitio certa Theologorum,
Canoniſtarum, & Iuriſconſultorum à nemine
ex Catholicis impugnata, quod Clerici, eo-
rumque bona, ſiue patrimonialia, ſiue hæredi-
taria, ſiue empta, ſiue donata, ſiue quouis
alio titulo acquiſita gaudeant priuilegio ex-
emptionis à gabellis collectis, oneribus, & tri-
butis à Communitatibus, & Principibus Lai-
cis impoſitis, vt definitum fuit *in Concil. Late-
ranenſi ſub Alexandro III. in cap. non minus de
immunit. Eccleſ. & ſub Innocentio III. in cap.
aduerſus de immunit. & habetur in cap. 1. & 3.
eodem tit. in 6. & in cap. quamquam de cenſib. in
6. & in Clem. vnica de immunitat. Eccleſ. & in
Concilio Lateranenſi ſub Leone X. ſeſſ. 9. in Bulla
reformatoria Curiæ prope finem* innouatæ fue-
2 runt omnes cenſuræ excommunicationis, in-
terdicti, & depoſitionis editæ contra imponen-
tes, onera Eccleſiaſticis, & exigentes etiam à
ſponte dantibus, & conſentientibus, prò vt
demum huiuſmodi ſanctiones etiam innouatæ
fuerunt per *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 20.
de reform. & tradunt DD. relat. per Choel.
3 de bon. regim. cap. 35. num. 44.* Et quotannis à
Summis Pontificibus in generali proceſſu ful-
minationis *Bulla Cœna in §. 18.* huiuſmodi pæ-
dagia imponentes, & exigentes excommunica-
tionis gladio feriuntur, & cenſuris coercentur,
pro vt etiam ab Imperatoribus agnoſcẽdo, quæ
ſint de iure diuino ſancitum fuit per textum *in
l. Sancimus 20. C. de ſacroſant. eccleſ. & in Auth. itē
nulla Communitas C. de Sanctiſſ. Epiſcop. late
Card. Alban. de immunit. eccleſ. num 19. & per
tot. Alter de cenſur. tom. 1. diſ. 19. lib. 5. c. 2. col. 2.
fa. mihi 370. Bonacein. de cenſ. in particular. in
tit. de cenſur. in Bulla Cœna content. diſ. 1. q. 19.
punct. 4. à num. 1. & ſequen. tom. 3. Diana reſol.
reſol. moral. p. 1. tr. 2. de immunit. eccleſ. reſol. 42.
per tot & ſæpè magiſtraliter firmauit. Rot. dec. 780.
num. 7. coram Barat. vbi Ferentil. in Addit. lit. A.
& in Brunduſina gabella coram Penia inter eius
impreſ. dec. 1079. & in Albanen. gabella coram
Merlino inter eius impreſ. dec. 902. per tot. repeti-
ta in recen. dec. 339. p. 6. & in Barchinonen. exem-
ptionis coram Card. Carrada dec. 412. n. 3. p. 9. re-
cen. & demum in Hydrantina exemptionis 24.
May 1658. coram Eminen. Card. Celſo.*
4 Bona autem aut poſſidentur ab Eccleſia Iure
ſpirituali, & diuino, vt ſunt decimæ, & oblatio-
nes, aut iure acquiſitionis factæ à priuatis ad
cultus diuini, & officij ſpiritualis deſtinationē,
vt ſitus Eccleſiarum, cæmeteriorum pro ſepultu-
ris, hortus, & aditus propè eaſdem, & hæc duo
bonorum ſpecies abſque dubio ſemper, & per-
petuo ſunt immunes ab omnibus tributis, &
oneribus ne dum publicis, & Regijs, ſed etiam
priuatis, & quamuis prius, quam ad Eccleſiam
peruenirent exiſterent, ob eorum ſpecialem
ſanctitatem, & tamquam res ſacræ, & principa-
liter, ac immediatè ad diuinum cultum dicatæ,
vt comprobant *Doctores relati per Ferentil. ad
Burat. dec. 780. lit. A. verſ. prima ſpecies, & verſ.
ſecunda ſpecies, & firmauit Rot. in dicta Albanen.
gabella coram Merlino dec. 902. repetita in recen.
dec. 339. num. 39. & 40. p. 6. late Sperel. dec. 35.
num. 1. tom. 1.*
5 Aut verò poſſidentur ab Eccleſia, ſeu eccle-
ſiaſticis ſorte temporali, & iure ciuili, titulo
ſcilicet venditionis, Legati, donationis, & alte-
rius ſimilis contractus, aut diſpoſitionis, & tūc
ſi onera imponuntur poſt quas penes Eccleſiā,
& eccleſiaſticos repetiuntur immunitas eiſdem
abſq; vllo dubio omnino ſuffragatur, cum illo
tempore ſecundum præſentem ſtatum, non con-
ſiderentur amplius vti laicalia, ſed vti Eccleſia-
ſtica, ac proindè tamquam non ſubiecta laicorū
iuriſdictioni, non afficiuntur laicorum legibus,
edictis, & conſtitutionibus, nullumq; propterea
dari poſſe remedium, ſeu cautelam, quod Cle-
ricis, ſeu Eccleſijs pro eorum prædijs impona-
tur collecta, cum laici non poſſint edere legem,
per quam libertas Eccleſiæ infringatur ingenuè
fatetur *Bartolus in l. reſcripto §. ſi num. 5. verſ.
videte ff. de minor.* & ſcriptores omnes Eccleſia-
ſticos ſine difficultate hoc admittere monet *Sua-
rez. ad Regem Angl. lib. 4. c. 20. num. 2.* & ita
notant communiter Canoniſtæ *in c. 1. de immu-
nit. Eccleſ.* & pluribus rationibus exemplis, &
auctoritatibus comprobat *Card. Alban in tract.
de immunit. Eccleſ. impreſſa in principio eius con-
ſiliorum num. 8. verſ. tamque contrariam, & num.
6 ſeq. vbi num. 13.* firmat hanc immunitatem
fuiſſe ſimpliciter, & indiſtinctè à Deo inſtitutā,
& hanc ſententiam amplectuntur *Barſat. conſ.
42. num. 19. lib. 1. Rolan. conſ. 61. nu. 7. lib. 4. Veg.
conſ. 7. num. 11. Maſcabr. conſ. 40. num. 29. Fer-
ret. conſ. 167. num. 11. lib. 1. Cenal. comm. contra
comm. q. 899. num. 72. & 106. Rim. iun. conſ. 25.
num. 32. Gatier. pract. quæſt. lib. 2. q. 132. num. 5.
Io Anton Niger. in repetit. extrauag. vnice de
de vit. & honeſt. Clericorum num. 190. Azor. in-
ſtit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 13. qu. 1. beat Felin. in
cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ num. 7. de conſtit. la-
tiſſimè Suarez qui reſpondet obiectis deductis in
contrarium in tract. defenſ. fidei lib. 4. c. 20. 21. &
25.* aliaſq; plures cumulando exornat *Ciarlin.
controuerſ. forenſ. cap. 103. num. 7. & ſeq. vbi de
veriori, & receptiori Donat. Anton. de Marin.
quotid. reſol. cap. 47. à num. 3. ad fin. Ferentil. in
adnot. ad Burat. dec. 780. lit. A. verſ. tertia autē
ſpecies Sperel dec. 35. per tot. lib. 1.* & hanc ſen-
tentiam eſſe crebriorem tutiorem, meliuſq; iuri-
bus, & rationibus fundatam magiſtraliter fir-
mauit *Rot. in dicta Brunduſina gabella coram
Penia dec. 1079. & coram Merlin. in dicta Alba-
nen. gabella dec. 902. in recen. dec. 339. num. 41.
p. 6. & in Hydruntina exemptionis 24. May 1658.
§. ſiquidem bona coram Eminentiſſ.* Celſa.
7 Quæ ſententia fulcitur optima ratione, quia
ſicuti bona, quæ ab Eccleſiaſticis deueniunt ad
laicos efficiuntur obnoxia oneri collectarum, &
Gabellarum, ita multo magis immunia fieri
debent ſi à Laicis tranſeunt ad Eccleſiam, vel
Clericos, vt tradunt *Dyn. in l. Paulus vbi Bart.
num. 3.*

num.3. ff. de acquirend. hæred. Carol. de Graſſ. de
effect. Cleric. effect. 3. num. 40. Barboſ. de iur.
Eccleſ. vniuerſali lib.1. c.39. §.5. num.59. Duar.
reg.99. limit.10. Ciarlin. controuerſ. forenſ. c.103.
num.9. & ſeq. Sperel. dec.35. nu.31. & 32. tom.
8 *1.* vtpotè quia mutata perſona mutatur etiam
conditio, & ſtatus rei, & conſideratur qualitas
noui poſſeſſoris, à cuius prærogatiua res effici-
tur immunis, vel obnoxia tributis, & gabellis,
vt in puncto animaduertit *Rot. dicta dec.339 nu.*
74. p.6. recen. & in dicta Hydruntina exemptio-
nis coram Card. Celſo §. & ſane de hac non eſt
mirandum per text. in l.1. C. de impon. luc. deſ.
lib.10. & exemplificat *Paul. de Rub. in adnot. ad*
deciſ. 41 2. p.9. tom. 1. recen. cum alijs congeſtis
per Sperel. d.35. num. 31. tom.1.

9 Hinc eſt quod ſicut bonis ſtabilibus conceſ-
ſis, donatis, venditis Eccleſijs, ſeu locis pijs non
poteſt imponi collecta, aliæq; impoſitiones ita
nec etiam ceſſionario, venditori, aut donatori,
a ias lædeletur immunitas Eccleſiaſtica, & fie-
ret contra Bullam Cœnæ, vt reſcripſit *Sac. Con-*
greg. Epiſcop. Epiſcopo Collienſi, vt refert Dia-
na in ſuis reſol. moral. tit. declarat. Sac. Congr.
poſt p. 5. num. 51.

10 Si vero onera impoſita eſſent prius quam
prædia ad Eccleſiam, ſeu ad Eccleſiaſticos per-
uenerint, & tunc adhoc, vt cum ſuo onere tran-
ſeant, & obligentur Eccleſiaſtici ad ſolutionem,
perinde, ac ſi non fuiſſet facta mutatio ſtatus,
per poſſeſſoris mutationem, copulatiuè requi-
ritur, quod onera ſint, vera, realia, ipſis fundis
infixa, impoſita bonis propter bona, non autem
perſonis propter bona, & vlterius, quod ſint
perpetua, certa, & innatiabilia, non autem ex
aliquibus caſibus vrgentibus, & illis ceſſanti-
bus remouenda, vt docent Canoniſtæ *in cap.1.*
de immunit. Eccleſ. in 6. & in ijs terminis loqui-
tur text. in cap. tributum 23. q.8. ibi de exterio-
ribus Eccleſia &c. in cap. ſi tributum 11. q.1. Arci-
diac. in dicto cap.1. de immunit. Eccleſ. in 6. ibique
Io. Andr. nu.5. & Gemin. nu.9. Abbas in cap. ex
literis nu. 12. de vit. & honeſt. Cleric. Ruin. conſ.
11. nu. 12. vol.5. Aret. conſ.132. alias 133. ſub
n.1. Felin. conſ.45. in 4. dubio Suarez. ad Regem
Angliæ lib.4. c.2. n. 13. Turrecrem. in c. ſi tribu-
tum 11. q. 1. verſ. alias vero plene Barbat. conſ.
1. per tot. lib. 3. Remiz. de Gom. in tract. de cha-
ritat. ſubſid. q.61. nu.28. q.66. num.2. Niger. in
repet. extrauag. vnica de vit. & honeſt. Cleric.
num.247. cum plurib. ſequen Barboſ. de iur. ec-
cleſ. lib.1. cap.39. num.57. Leo in Theſauro for.
eccleſ. cap.14 num.28. Bellet. diſquiſit. Cleric. in
tit. de exempt. Cleric. & eorundem bon. §. 3. per
tot. Ferentil. ad Burat. dec. 780. num 19. verſ.
ſed redeundo, & ex Theologis Sylueſt. in verbo
immunitas Azor. inſtit. Moral. p.5. lib 5. cap.19.
q.8. & p 1. lib. 5. cap. 13. q.1. Comitol. reſponſ.
moral. lib. 1. cap.92. num. 3. Bonaccin. de con-
tract. in reſtit. diſ. 2. q. 9. punct. 2. num. 2. Regi-
nal. in prax. for. pœniten. lib. 9. num. 38. & ita
cenſuiſſe *Sac. Congr. Immunit. 21. April. 1640.*
iuxta aliud decretum de anno 1600. tempore
Clem. VIII. emanatum refert Cobel. in comment.
in Bullam boni regim. cap.35. num. 44. & præci-
pue in fi. cum alijs declaration. relatis per Sperel.
dec.35. num.2. in fi. p. 1. & pleniſſimè firmatum
fuit dicta dec.902. num.55. & ſeq. coram Merli-
no, & dec.1079. coram Penia, cui deciſioni ea-
dem Sacra Congregatio ſtare mandauit iuxta
reſolutionem relatam *a Paulo de Rubeis in ad-*
not. ad dec.41. num.13. p.9. recen. & in Hydrun-
tina exemptionis 24. Maij 1658. §. ad effectum
enim coram Eminent. Card. Celſo.

In præſenti verò, cum gabella muſti impoſi-
ta fuerit ab vniuerſitate ex particularibus vr-
gentijs, cauſa ſe ſubleuandi à publicis expen-
ſis, & ſumptibus, & ſic prouidendi ſuis neceſſi-
tatibus, non poteſt dici perpetua, ſed mutabilis
pro varietate negotiorum, & neceſſitatum im-
minentium, vnde non poſſunt Eccleſiaſtici tam-
quam non ſubditi, & non ſubiecti iuriſdictio-
ni laicali pro dicta gabella grauari, quia eo
11 ipſo, quod bona peruenerunt ad Eccleſiaſticos
euanuit onus, & bona libera remanſerunt, vt
probat *Antonel. de regim. eccleſ. lib. 4. c.5. num.*
12. verſ. quod procedit, & de commun. teſtatur
Ric. in prax. for. eccleſ. p. 3. reſol. 130. & hanc
opinionem eſſe veram, & continuo practicari
comprobat *Floreſ. de Mena pract. quæſt. lib. 2.*
qu. 21. num. 208.

12 Tanto magis, quia impoſitio, & exactio
huiuſmodi gabellæ prouenit ex ſolo iure vni-
uerſali ipſius Communitatis, ſeu Principatus,
& non quod vinea, vel prædia fuerint ſub eius
particulari dominio, nec ex pacto, vel ex alia
cauſa, & conuentione Principis, vel ipſius Vni-
uerſitatis, dum erant in eius poteſtate de ſoluē-
do gabellam, vel alias impoſitiones, bona autē
tranſlata in Eccleſiam, & Eccleſiaſticos tunc
demum tranſeunt, cum ſuo onere, & retinent
obligationem ſoluendi vectigal, quando hoc
vectigal, & tributum Princeps prius impoſuerit,
& deinde priuatis conceſſerit, reſeruata ſibi
penſione, cenſu, vel collecta, ſecus autem ſi exa-
ctio fiat ex ſola vi Regiæ poteſtatis, & iuriſdi-
ctionis, nam hoc caſu penitus expirat, ſi bona
perueniunt ad Eccleſiam ob ſtatus mutatio-
nem, & nouam poſſeſſoris conditionem, quæ
eximitur à præſtatione tributi erga Principem,
licet ſecus ſit in pactis, & conuentionibus per
viam contractus initis, cum tunc afficiant, &
ſequantur quemcumque poſſeſſorem quamuis
exemptum, & priuilegiatū *Felin. in cap. Eccleſia*
Sanctæ Mariæ num. 77. de conſtit. cum alijs relatis
per Ferentil. in adnot. ad dec.780. num.19. verſ.
ſed redeundo vſque ad finem ſequendo, & refe-
rendo ſingularem, & famigeratam in hac ma-
teria *deciſ. Merlin.902. à num.63. & plurib. ſe-*
quen.

13 Quinimo quando agitur de contractu inito
inter ſubditum, & Principem ſæcularem, & in-
ter ſolas perſonas ſæculares ſuper ſolutione
alicuius oneris, ad hoc vt Eccleſiaſticos affi-
ciat attendenda eſt qualitas oneris, & non pa-
ctum *Antonel. de regim. Eccleſ. lib. 4. c. 5. num.*
12. & ſeq. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. ef-
fect. 3. num. 276. Rot. in Albigonen. auenæ 12.
14 *12. Februar. 1648. coram Ghislerio.* Quod re-
gulari debet non a denominatione partium, vt
ſi aſſerant onus eſſe reale, ſed à cauſa, à qua
deſcendit per *text. in l. tutor datus 70. ff. de*
fideiuſ.

Digitized by Google

fideiuſ. Bart. in l.ſi ſe non obtulit 4. §.actor.nu.2. ff. de re iudic. Petr. de Vbald. de collect. num. 21. Bellon. ian. conſ. 69. num. 48. Gayl. pract. obſer, c.52. num.16. lib.2.

15 Vnde onus impoſitum de conſenſu Ciuium, non ratione dominij, & propter bona, ſed puta in recompenſationem diuerſarum gratiarum à Principe conceſſarum, quæ concernunt perſonas eorundem Ciuium, dicitur perſonale, vel ſaltem mixtum, quod minimè tranſit ad Eccleſiaſticos per bonorum acquiſitionem, cuius cõſimilis naturæ, cum ſit præſens gabella ab Eccleſiaſticis exigi nequit pro vt à laicis antea exigebatur per text. in l.1. & 2.& Authen.item nulla Communitas C. de Epiſcop. & Cleric. Sard. conſ. 262. num. 29. & ſequen. Natta conſ. 280. num.5. Raia. conſ.111. num.9. lib.5. Rot.in Hydruntina exemptionis 24. Maij 1658. §.in præſenti vero coram Eminent. Celſo.

16 Tria quidem ſunt onerum ſpecies reales ſcilicet, perſonales, & mixtæ, reales enim dicuntur, quæ rebus, & poſſeſſionibus imponuntur, itaut res ſint immediatè cauſa impoſitionis, pro vt eſt, quando conceditur res à Principe, ſeu alio, in cuius dominio reperiebatur, cum reſeruatione oneris, ſeu penſionis, vt ſupra demonſtrauimus, quæ ſine dubio cum ipſis bonis trãſit ad Eccleſiam, & Clericos, pro vt etiam ſunt decimę prędiales Sperel. dec. 35. num. 3. & ſequen. & dec.36. num.15. tom.1.

17 Perſonales vero ſunt, quando perſonis, ſeù capitibus imponuntur, nulla habita ad patrimonium conſideratione, & ſic vbi perſona eſt immediata cauſa impoſitionis, quæ ad perſonas non ſubditas cum ipſis bonis non tranſeunt, pro vt eſt taxa ſalis, quæ eſt munus mere capitale, & perſonale, cum ſingulis diſtribuatur, & imponatur, vt tradunt Doctores relati per eundem Sperel. dicta dec.35. num. 7. & dec. 36. ſub num.13. tom. 1.

18 Mixtæ demum ſunt, quæ imponuntur perſonis principaliter propter res, ita vt, nec perſona tantum ſit immediata cauſa impoſitionis, ſed vtrumque ſimul iuxta magiſtralem diſtinctionem Bart. in l.placet.num. 9. & ſeq. iuncto num. 17. & 27. C.de ſacroſant. Eccleſ. pulchrè Bero conſ.150. per tot. tom. 3. Seſſa deciſ. Ara-

19 gon.7. num.1. cum ſeq. Quæ tertia onerum, ſeu Collectarum ſpecies neque tranſit ad Eccleſiaſticos, cum bonis acquiſitis, quia licet impoſitionis quantitas rem ipſam, eiuſque exiſtimationem de directo reſpiciat, obligatio tamen, & vinculum, ſeu ſoluendi neceſſitas perſonas reſpicit, pro vt ſunt omnes aliæ collectę, quæ imponuntur per æs, & libram, vt in præſenti bene Sperel. dec.35. num.12. & num.28. & dec. 36. à num.15. 16. 17. & 18. ex Bald. in l.placet C. de ſacroſant. Eccleſ. & conſ.132. lib.3. conſ. 280. lib.2. vbi hanc tutiorem ſententiam dicit, ſubdens periculoſum eſſe tenere contra Clericos, pro vt etiam fatetur Felyn. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 76. de conſtit. late Bart. conſ. 180. lib. 1. Carol. de Graſſ. qui innumeros allegat. de effect. Clerie. effect.4. num. 26. & ſeq.late Ruin. conſ.117. num 4. & per tot. vol. 4. Bellet. diſquiſit. Clerit. in tit. de exempt. Cleric & corũ bonorum §.3. num.3. Borel. conſ.74. num.9. 31. 40. & ſeq. Thomat. in tract. de collectis c.1.nu.4. & 5. & 35. & in §.exaction. num. 18. Theſaur. dec. 234 num. 2.4. & ſeq. vbi ſecundum hanc opinionem vti veriorem ſępe iudicaſſe Senatum Pedemontanum Carauit.ſuper rit.229.Magnæ Curiæ num. 3. & ſeq.

20 Pro vt ad hunc effectum ad nihilum releuat, quod bona fuerint allibrata, & deſcripta in Aeſtimo Vniuerſitatis, quia talis regiſtratio obligat perſonam regiſtrantem, & cauſam ab eo habentem in terminis habilibus, ſcilicet ſi ſubijciatur iuriſdictioni, eorum, qui æſtimum confecerunt, non autem rem ipſam præcipuè ſi ratione poſſeſſoris mutauit ſtatum Surd. conſ. 262. num.31. & probat Felin. in c. S M.num 77. verſ. ſecundo nota de conſtit. Bart. conſ.180. per tot. lib.1. Bellon. conſ.40.num 2.& 3.Guidopap. dec. 381. à prin. vbi recedit ab opinione quam ante tenuerat in dec.79. Rot.in Nouarien.Talearum 11. Decemb. 1648. coram Peutingerio.

21 Immo quoties bona, ſeu aliqua ex allibratis, & in æſtimo deſcriptis ad Clericos peruenerint, vel cenſentur ipſo iure ab æſtimi libro deleta, vel ſaltem facta interpellatione ad Clerici, vel Prælati inſtantiam veniunt delenda, & ita alias declaraſſe Sac. Congregationem boni Regiminis teſtatur Sperel. dec. 35. num. 19. & 20. in fin. & ita declaraſſe Congregat ſuper controuerſ. iuriſdictional in vna Piſauren. 16. Decemb. 1626. tradit. Rab. in adnot ad dec.412. num.22.& 26. p.9. tom. 1. recen. per doctrinam Bal. in l.placet. in 3. not. C. de Sacroſant. Eccleſ. Bart. conſ.180. quem ſequitur Balbus in conſ impreſ poſt dec.68. Oſach.n.24 Ruin conſ.117.nu. 3.vol 4.Carol.de Graſſ de effect Cleric.3.n.38.Bellett.diſquiſit Clerit.tit de exempt.Cleric & corum bon.§.3.n.3.Remig Gon pluribus cumulãs in tract de charit.ſubſid.q.61.n.15.& ſeq.inter tract.diuerſ.vol.15.p.2. vbi de comm. Lancel Gallia conſ.45. n 14. qui de communi Bero. conſ. 50. num. 5. vol. 3. vbi de commun. Theſaur. dec.24. num 7. Merlin. dicta dec.902. in recen. 339. num. 68. & ſeq. p. 6. & in dicta Hydruntina exemptionis 14. Maij 1658. §.in præſenti vero caſu in fi. coram Eminent. Celſo.

22 Et tollitur omnis difficultas, quia gabella laicali tantum auctoritate à ſolis laicis impoſita fuit, vnde defectu iuriſdictionis non poteſt comprehendere Eccleſiaſticos abſq; excommunicationis incurſu latæ, tum in Bulla Cœnę, tũ in alijs Sac. Canonibus, & Concilijs generalibus, quæ plenè recenſentur à Bonacin. de cenſur. contentis in Bull. Cœn. diſ.1. q.19. punct.4. à nu. p.& per tot tom.3. in nihilo refragante, quod gabella exacta fuerit in vim impoſitionis factę tẽpore habili, quando ſcilicet bona permanebant in dominio laicorum, tamquam tunc fuerit iniectum vinculum, & bona effecta tributaria, & obnoxia huiuſmodi oneri, quodq; cum illo tranſierint ad eccleſiaſticos iuxta cautelam Bart. loquẽtis in terminis ſtatuti in l.reſcripto 6. §.fi.nu.5.verſ.ſed pro his ff. muner.& honor. quia huiuſmodi Bartoli cautela ab interpretibus tũ iuris canonicis, tum ciuilis cõmuniter reprobatur,

Digitized by Google

tur, & damnatur, tamquam indirectè permittens contra libertatem eccleſiaſticam. quod directè omninò prohibitum eſt vt ita eleganter Bartolum impugnando arguit *Bald. in l. omnes numer. 12. 13 14. & ſeq. C. ſine cenſ. vel reliq. ſund. compar. non poſſ. & in L. placet num. 10. C. de ſacroſant. Eccleſ. vbi Paul de Caſt. num. 7. Parpal. num. 77. Iaſ. in p. lect. num. 21. circa fin. Alban. conſ. 8. num. 4. & 5. Natta conſ. 1. num. 7. in fi. Ruin conſ. 117. ſub num. 3. vol. 4. Siluan. conſ. 9. num. 29. & latius conſ. 32. num. 11. Purpurat. conſ. 594. num. 10. vol. 2. Abb. in c. fi. num. 13. de vit. & honeſt. Cleric. & ibi Dec. num. 63. late Felin. in cap. Eccleſia Sancta Maria num. 76. de de conſtit. cum alijs copiosè relat. per Surd. conſ. 262. num. 31. Duar. reg. 99. lim. 9. Cap. reg. 96. num. 42. Valaſch. de iure emphyt. q. 17. ſub num. 7. verſ. quo circa Azor. tom. 1. inſtit. moral. lib. 5. c. 13. in prin. Guid. Pap. dec. 381.* vbi dicit benè fuiſſe Bartolum à Baldo reprehenſum, cum talia ſtatuta aduerſus libertatem Eccleſiaſticam caſſa, & irrita eſſe debeant *Theſaur. dec. 234. num. 5. verſ. ſed aduerte* vbi teſtatur, quod durum foret in iudicando ab hac opinione recedere propter periculum excommunicationis fulminatę *in c. p. de immunit. Eccleſ in 6. renouata in Bulla Cœna copiosè Sperel. dec. 35. num. 33. & ſeq. tom. 1. Merlin. dicta dec. 902. in recent. 339. à num. 43. vſque ad 54. p. 6.*

23 Immo idem Bartolus dubitauit de hac opinione, nec auſus fuit abſolutè determinare, ſed ſalua correctione S. Matris Eccleſiæ, proteſtans, quod ſi aliud determinaret, ipſe quoque aliter determinat, & poſtea *in l placet num. 35. C. de ſacroſant. Eccleſ.* melius conſultus mutauit ſententiam, & firmauit contrarium, vt deduxit *Rot. in citata Hydruntina exemptionis ſub §. nec ex eo quod coram Emin. Card. Celſo.*

24 Quæ omnia non ſubuertuntur, ſed inconcuſſa, & firma remanent, dato etiam, quod gabella exigeretur prò neceſſitatibus, & vtilitatibus publicis, & communibus, etiam Laicorum, quam Clericorum municipum, & incolentium beneficium æque præſeferentibus, vt

25 ſi eſſet impoſita cauſa refectionis, ſeu reparationis murorum, pontium, viarum, Ciuitatis, & ſimilium vt animaduertunt *Gutier. pract. qu. lib. 1. qu 3 Bero conſ. 31. vol. 1. Rodriq. in addit. ad explicat. Bulla cruciat. §. 9. num. 78. cum alijs per Garz. de benef. p 2. cap. 3. nu. 11. 13. & 14. vbi ita dixiſſe Rot. in vna Valentiana 1596. coram Card. Panphilio Dian reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immunit. Eccleſ. reſol. 134. in prin.*

26 Huiuſmodi quidem cauſæ ſolum prodeſſe poſſunt in caſu, quo deficiant Laicorum facultates ad obtinendum totius Cleri, Epiſcopique conſenſum, & à Sum. Pontifice approbationem, non autem, vt propria auctoritate Laici, ab Eccleſiaſticis exigere valeant. *Gutier. de gabel. qu. 92. ſub num. 41. Rodriq in ſum. tom. 2. tract. 7. c. 2. conclu. 27. ſo. mihi 205. Azor. inſtit. moral. p. 3. lib. 5. cap. 19. qu. 11. Alterius de cenſur. tom. 1. diſ. 16. lib. 5. cap. 6. dub. 13. Bellet. diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. 5. §. 2. num. 6. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. eff. 3. num. 205. verſ. ego vero & num. 247. Leon. in Theſaur. for. Eccleſ. p. 3. cap. 7. a num. 123. Dian. reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immunit Eccleſ. reſol. 40. & reſol. 45. §. ſed his non obſtantibus Grattan. diſcept. 390. num. 17. Azor. inſtit. moral p. 2. lib. 9. c. 11. verſ. in dubium vocatur in fi ſo 627. Bonacin. de cenſ. in part. in tit. de cenſ. in Bulla Cena content. diſ 1. qu 19. punct 3. §. 3. num 15. & plene Rot. dec. 412. num. 4. & 5. p. 9. tom 2. recen.*

27 Neque valent pariter obeſſe Doctores, & auctoritates, quæ in contrarium afferri poſſunt, quia aut tanquam male ſentientes de immunitate, & libertate eccleſiaſtica communiter reprobantur, aut loquuntur in caſu conceſſionis bonorum factæ à Principe ſubditis, cum reſeruatione penſionis, ſeu cum expreſſo pacto de ſoluendo adiectum onus, aut in caſu traditionis, donationis, aut alterius contractus, ex particulari priuatorum diſpoſitione inito, cum conditione, vt bona tranſeant cum ſuo onere, cum quilibet poſſit apponere rei ſuę pactum ſibi bene viſum, in quibus caſibus Eccleſiaſtici tenentur ſoluere, vel rem dimittere, vt probat *Antonel. de reg. Eccleſ. relat. per Rot. in dicta Hydruntina exemptionis coram Celſo §. nec obſtant authoritates.*

28 Minuſque demum refragatur obiectum, quod exemptio onerum, & gabellarum, non competat Clericis, in minoribus, & primæ tonſuræ, ſaltem ſi non habeant beneficium, vel non inſeruiant Eccleſiæ iuxta diſpoſitionem, *Sac. Cong. Trident. ſeſſ. 23. cap. 6. Homobon de examin. Eccleſiaſt. p. 1. tract. 7. cap. 29. qu. 150. Alterius de cenſur. tom. 1. diſ. 19. lib. 5. cap. 6. dub. 10. Barboſ. in collect. tom 1. lib. 3. tit. 49. cap. 7. num 7. Ceual. in tract. de cognit. per viam violent. in proem. cap. 7. num. 22. Coriolan. in Bulla Cena excom. 18. ſo mihi 949. Gutier. pract. quaſt. lib. 1. qu. 8. Homobon. de exam. Eccleſiaſt. p. 1. tract. 7. cap. 29. qu. 120.*

29 Quia vltra quod de iure communi, communis ſententia ſit, quod Clerici etiam primæ tonſuræ, ſeu minorum ordinum, non coniugati ſint immunes, & exempti à gabellis, exactionibus, & tributis, alijſque oneribus. licet non habeant beneficium, vt probatur *in cap. non minus, & cap. aduerſus de immunit Eccleſ. & c. quanquam de cenſ. in 6. Bonacin. de cenſ. in partic. in tit. de cenſ. content. in Bulla Cena diſ. 1. qu. 19. punct. 3. §. 1. num. 2. & §. 3. ſub num. 1. tom. 3. Bertach. de gabellis 7. p. num. 12.* Remig. *de Gonn. de charitat. ſubſid. quaſt 64. & 65. Guid. Pap. deciſ. 383* vbi ita fuiſſe deciſum in Curia Gratinopolitana *per text. in l. 2. C. de Epiſcop. & Cleric. cum alijs per Garz. de benef. p. 2. cap. 3. num. 1. & per Barboſ. de officio Epiſcopi alleg. 7. num. 1.*

30 Certum eſt quod diſpoſitio Sac. Concil. Trid. loquutur tantum de priuilegio fori, nihil commune habente, cum priuilegio immunitatis, quod propterea remanſit ſub diſpoſitione iuris communis, cum non fuerit in terminis Concilij ſublatum, niſi priuilegium fori, & ita declaraſſe Sac. Cong. refert *Dian. reſol. moral. p. 1. tr. 2. de immunit. Eccleſiaſt. reſol. 36. verſ. ſed non*

minus.

Digitized by Google

minni, *& verſ. ſeq.* vbi ſubdit, quod de hoc non ſit amplius dubitandum. *Bonac. de cenſur. in Bulla Cena content. diſ. 1. qu. 19. punct. 3. nu. 2. in fi.* vbi quod diſpoſitio Concilij quoad priuilegium fori, non ſit extendenda ad alia priuilegia.

31 Nec dicatur quod ſaltem in Regno Neapolitano ex conſuetudine bona donata Clericis, non eximantur à ſolutione gabellæ vt inquit *P. Diana reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immunit. Eccleſ. reſol.* 42. & in Hiſpania vigere hanc eandem conſuetudinem in Clericis minoribus non habentibus beneficium iuxta *l. 2. tit. 4. lib. 1. recompilat. tradunt Doctores relati per Garz. de benef. p. 2. cap. 3. num. 2. Suar. contra Regem Angliæ lib. 4. cap. 26 num. 16.*

32 Quia quatenus adeſſet dicta conſuetudo, ſi non concurrat expreſſa, & ſpecifica approbatio Sum. Pontificis non ſufficit, nec eſt attendenda, tanquam expreſſe à iure prohibita, vti inductiua peccati, adeo vt ex ſolutionibus factis ab Eccleſiaſticis, & ex ſolo temporis curſu etiam immemorabili beneplacitum, & tolleranria Summi Pontificis non præſumitur iuxta Conſtitutionem *Vrbani VIII. praſeruatiuam iurium Eccleſiæ incip. Romanus Pontifex publicata 5. Iulij* 1641. *in §. nec non reliqua*, attento præ-
34 cipuè, quod per generalem fulminationem proceſſus Bullæ Cenæ quotannis à Sum. Pontifice reuocantur, dannantur, & deteſtantur huiuſmodi conſuetudines, ac proinde non eſt præſumendum ab eodem tollerari, aut approbari, vt optimè ratiocinatur *Bonaccin. de cenſ. in particular. in tit. de cenſur. content. in Bulla Cena diſ. 1. qu. 19. punct. 3. §. 3. num. 14. verſ. ſed oppoſitum mihi tom. 3. & pleniſſime firmauit Rot deciſ. 412. a num 9. vſque ad 19. p. 9. tom. 2. recen.* Et in Regno Hiſpaniarum non conſtare adeſſe huiuſmodi conſuetudinem, propterea dictam *l. 2. tit. 4. lib. 1. recompilat.* pati multas difficultates tanquam aduerſatiuam, & contrariam iuri canonico comprobat, *Garz. de benef p. 2. cap. 3. num. 5. & plurib. ſequen. pro vt etiam admonet Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 13. num. 4. & 5.* vbi quod in Lu-
36 ſitania Clerici collectantur ex permiſſu Sum. Pontificis, ob confirmationem, & approbationem huiuſmodi legum factam in concordatis inter Romanam Curiam, Clerum, & Regem Dioniſium.

37 Incontrouertibile tamen redditur Clericos eſſe exemptos ab impoſitionibus Laicalibus, etiam ſi non habeant requiſita Sac. Concilij Tridentini, vt cenſuit Sac. Congregatio Immunitatis in vna Fanen ſcilicet *Oratores ex ſolo caractera Clericali etiam ſi non habeant requiſita in cap. 6. ſeſſ. 23 de reform gaudere debere exemptione ab impoſitionibus Laicalibus die 27. Maij* 1646.

Et in alia Ciuitatis Pennæ cenſuit reſpondendum Epiſcopo Clericos habentes ſolum caracterem gaudere debere immunitate, & exemptionibus ab impoſitionibus, & collectis, etiam ſi non inſeruiant Eccleſiæ, nec ſe promouere faciant ad ordines ſacros, &c. die 21 Martij 1646.

Et in Aſſiſien. *cenſuit Clericos etiam non habentes requiſita Sac. Concilij gaudere priuilegio exemptionis ab oneribus, & impoſitionibus, ac gabellis pratenſis* 3. *Octob.* 1634.

38 Immo promotus ad ordines poſt commiſſum delictum non priuatur priuilegio fori, etiam quo ad bona ceſſante fraude, vt cenſuit *Sac. Cong. Immunit. in Senogalien.* ſcilicet *Sac. Cong. inhærendo declarationibus alias factis cenſuit Io. Belardinum Butium ordinatum poſt quam inquiſitus fuit à Curia Laicali gaudere priuilegio fori & eſſe liberatum à Iuriſdictione Iudicis Laici, quo ad perſonam, quo verò ad bonu ſi fraus ſubſit, quam Iudex Eccleſiaſticus cognoſcere debet, poſſe Iudicem Laicum procedere 5. Febr.* 1630.

39 Inſuper Clericus qui depoſuit habitum poteſt quandocumq; reaſſumere ad effectum gaudendi priuilegijs Clericalibus, vt in vna Cuſentina Sacr. Congreg. Immunit. reſpondit, *de iure Clericos quandocunque poſſe reaſſumere habitum, illoſque poſt reaſſumptionem exemptes eſſe à iuriſdictione Laicali, quo ad perſonam, ſed ſi fraus ſubſit, quod Iudex Eccleſiaſticus inſpicere debeat, poſſe Iudicem Laicum proceſſui finem imponere, & contra illos realiter quoad bona procedere 16. Septemb.* 1630.

SVMMARIVM.

1 Eccleſiaſtici, eorumque bona ſunt immunia ab oneribus, tributis, & gabellis à Laica poteſtate prouenientibus.

2 Clerici collectari poſſunt prò ſoluendo ſalario Medici, Ludimagiſtri, Concionatoris, & Satellitum.

Amp. licet Laicorum bona ſufficerent num. 3. *Contrar.* nu. 4.

Lim. quod ſi Clerici vtantur opera Medici, teneantur ad collectæ ſolutionem, ſecus ſi non vtantur num. 6. & 53.

5 Princeps vectigalia prò miniſtris iuſtitiæ imponere non poteſt.

7 Clerici tenentur prò ſoluenda mercede ſaltuario.

8 Clerici tenentur prò onere refectionis itineris ante domum, & purgationis putei communis *Contrar.* nu. 9.

10 Eccleſiaſtici concurrere debent ad expenſas prò capiendis locuſtis, alijſque damnum Territorijs inferentibus.

51 Eccleſiaſtici collectari poſſunt pro reparatione pontium, & viarum, murorum, & portus.

12 Amp. vt huiuſmodi conſtructio, & refectio inter opera pia recenſeantur, & ad eandem euitandam non ſuffragatur generale priuilegium exemptionis.

13 Amp. vt etiam teneantur ad expenſas pro conficiendo ageres iuxta maria.

14 Amp. vt teneantur etiam contribuere ad expenſas belli, & pro repellendis hoſtibus.

15 Contrarium quod Clerici ad prædicta non teneantur.

16 Lim. diſtinguendo, vt Eccleſiaſtici ad prædicta teneantur, ſi eorum commodum particulare reſpiciant, ſecus ſi generale de Pontificis tamen licentia nu. 45. & 46.

17 Lim. 2. Vt non teneantur via coactiua, ſecus ex æquitate, & via directiua. Sed hæc limitatio non eſt tuta nu. 18.

19 Lim. 3. in Vrbe vbi Eccleſiaſtici, tam ſæculares, quam Regulares ad prædicta contribuere tenentur *Contr.* num. 20.

Sublim. extra Vrbem eiuſque diſtrictum nu. 21.

22 Lim. 4. vt Eccleſiaſtici extra Vrbem etiam teneantur

tur ſi taxa fiat à Cardinali Cammerario, vel de ordine Sum. Pontificis.

23 Lim. 5. in ſubſidum deficientibus Laicorum facultatibus.

24 Facultates Laicorum, quando ſufficere non dicantur.

25 Lim. 6. vt vlterius debeat concurrere magna neceſſitas, quæ eſt cognoſcenda a Clero, & Epiſcopo ſimul nu. 26.

Nomine Cleri, quid intelligatur nu. 27.

Et demum requiritur approbatio Sum. Pontificis, num. 28.

29 Sublim. ſi neceſſitas moram non patiatur, vel Sum. Pontifex commodè adiri nequeat.

30 Eccleſiaſtici vbi contribuere tenentur, taxari, & conueniri debent auctoritate Epiſcopi.

31 Onera cameralia ab Eccleſiaſticis quomodo exigenda.

32 Clerici, feudatarij tenentur ad onera ratione feudi impoſita.

33 Decretum Sac. Congr. Immunit. ſuper Clericorum exemptione.

34 Eccleſiaſtici ad quam ſolutionem onerum Cameralium teneantur.

35 Non tenentur ad impoſitiones prò bonis patrimonialibus abſque vlla reſtrictione num. 42.

Secus quo ad portionem coniunctorum.

36 Ad quæ onera non teneantur recenſetur no. 37.

38 Exemptio ſuffragatur Clericis, etiam non habentibus requiſita Sac. Concilij, & ſoluentes ligantur pænis SS. Canonum nu. 39.

40 Exemptio ſuffragatur Clericis etiam pro portione colonica num. 41.

43 Etiam pro fructibus ab eiſdem recollectis in bonis à Laicis conductis pro eorum, eorumque familiæ ſubſiſtentatione.

44 Bona Emphyteutica Eccleſiæ, & locorum piorum Laicis conceſſa ſunt immunia ab omnibus oneribus.

45 Eccleſiaſtici non poſſunt contribuere pro oneribus concernentibus particulare bonum abſque Pontificis licentia nu. 46.

47 Exigentes collectas prò bonis donatis Eccleſiæ, ſi donationes ſunt fraudolentæ, an incidant in excommunicationem nu. 48.

49 Exigentes onera pro bonis donatis Eccleſiæ, cum conditione ea exigendi, tàm impoſita, quam imponenda, an incidant in excommunicationem.

50 Ciues ſi communi conſenſu obligent eorum bona pro collectis in futurum imponendis, itaut etiam in Eccleſiam acquirentem tranſeant, cum hoc onere an dicantur facere contra libertatem Eccleſiaſticam.

51 Iudex Laicus, an poſſit contra Clericos non ſoluentes collectas demandare executionem.

52 Executio in domibus Clericorum contra Laicos ſimul cohabitantes fieri nequit abſque licentia Epiſcopi.

Eccleſiaſtici, an, & quæ onera ſoluere teneantur, & quando collectari poſſint.

ADNOTATIO I.

1 QVamuis incontrouertibilis reddatur concluſio in deciſione firmata, quod Eccleſiaſtici, eorumque bona ſint immunia ab oneribus, tributis, gabellis, collectis, alijſque muneribus, & impoſitionibus à laicali poteſtate prouenientibus, adhuc tamen apud aliquos remanet dubitabilis in ijs, quæ concernunt publicam neceſſitatem, & vtilitatem, ac commune bonum, quod æque reſpiciat non minus Laicos, quam Eccleſiaſticos, prò cuius dilucidatione conferunt infraſcriptæ concluſiones.

2 Clerici videntur collectari poſſe pro ſoluendo ſalario Medici, Ludimagiſtri, Concionatoris, Satellitum, & ſimilium, cum agatur de re, ſeu negotio, ex quo commoditatem, & vtilitatem capiunt etiam Clerici, vt in puncto Medici *Caſtren. conſ. 425. num. 2. verſ. breuiter aduertendum tom. 2. Natta conſ. 311. num 4. verſ. concludit etiam Bellet. diſquiſit. Cleric. in tit. de immunit. Cleric. §. 6. num. 6. Craſſ. de effect. Cleric. effect. 3. num. 251. lim. 6. cum alijs per Cobel. de bonoregim. cap. 35. nu. 12*

3 Amp. procedere, licet bona laicorum ſufficerent, nam regula, quod tunc ſint collectandi Clerici, quando bona Laicorum non ſufficerent iuxta text *in cap. non minus, & c. aduerſus de Immunit. Eccleſ.* procedit quando Laici vellent grauare Clericos prò neceſſitatibus ipſorum Laicorum tantum, ſecus pro communi vtilitate, & periculo vitando, quo caſu non eſt neceſſaria talis diſcuſſio quoad facultates Laicorum *Anchar. in cap. 1. num. 5. verſ. quia intelligo de Immunit. Eccleſ. in 6. & in dicto cap. aduerſus num. 2. tit. eod. Cobel. de bon. regim. cap 35. num. 13.*

4 Contrarium quod Clerici non teneantur ad ſolutionem onerum impoſitorum pro Phyſico, Chirurgo, & Ludimagiſtro cenſuit *Sac. Cong. Epiſcop. 2. Auguſti* 1619. *vt refert. Dian. poſt partem 5. reſol. moral. in tit. reſolutiones S. Cong. num. 43.* & propterea, quod onera impoſita prò ſalario præfatorum, aliorumque officialium non tranſeant vna cum bonis ad Clericos, tradunt *Bello. conſ. 12. nu. 8. Burſat. conſ. 16. nu. 17. 27. & 31. Alex. conſ. 68. nu. 3. vol. 2. Ruin. conſ. 111. ante num. 12. lib. 5. Lancell. Gallia conſ. 59. num. 45. Alderan. Maſcard. de ſtat. interpet conclu. 1. num. 50.* & ratio eſt, quia taxa præfatorum ſalariorum, imponi, & diſtribui debet per capita, nulla habita relatione ad bona, vt reprobato *Maccabrun. conſ 40. tradit Sperel. deciſ. 35. num. 9. 10. & 11.* vbi quod Prin-

5 ceps vectigalia prò Miniſtris Iuſtitiæ imponere non poſſit, quia ex Regni ſui redditibus præſtare debeat *tom. 1.*

6 Lim. ſeu ſecundum aliquos concorda ſupradictas opiniones, quod aut Clerici, & Eccleſiaſtici vtuntur opera Medici, & ſimilium & tenentur ad taxam pro præfatorum ſalario impoſitam, aut non vtuntur, & non tenentur. *Caſtren. conſ. 424. num. 2. verſ. breuiter aduertendum ibi & ſimiliter ſoluere Medico Carol. de Graſ. de effect. Cleric. 3. num. 251. Bellet. diſquiſit. Cleric. §. 1. num. 6. fo. 317. cum alijs per Cobel. de bon. regim. cap. 28. num. 125.*

7 Similiter Clerici tenentur pro ſoluenda mercede Saltuario, ſeu Campanario, ſeu Guardiano, qui curam habet prædiorum, tam Laicorum, quam Eccleſiaſticorum, *Natta conſ. 311. num. 2. & 3. & per tot. Cobel. proxime citato num. 124.*

8 Vlterius prò onere refectionis itineris ante domum, & purgationis putei communis in vicinia, cum reputetur opus merè reale ad

Clericos transitorium *Parpalia in repetit. l. placet num.* 106. *C. de ſacroſant. Eccleſ. Nauar. in manual. cap.* 27. *num.* 115. *Cobel. de bon. regim. cap.* 28. *num.* 125. *Fagnan. in cap. non minus nu.* 12. *& 13. de immunit. Eccleſ. de Luca in ſuo Theat. verit. tom.* 2. *tit. de regalib. diſc.* 59. *nu.* 5. *verſ. vt in ſpecie.*

9 Contrarium tenet *Sperel deciſ.* 35. *num.* 6. *verſ. caterum* aſſumptum eſt falſum, & contra mentem *Sac. Cong. ſuper controuerſ. iuriſdictional.* per ea per eundem latius deducta *in deciſ.* 43. *tom.* 1.

10 Concurrere pariter debent Eccleſiaſtici ad expenſas prò capiendis vermibus, locuſtis, bruchis, & hijs ſimilibus, quæ damnum inferunt territorijs Ciuitatum, & locorum, pro rata eorum bonorum in illo territorio exiſtentium, non tam æquitate diſtributiua, quam vi directiua, naturalique ratione dictante, vt qui ſentit commodum, ad incommodum quoque ex eadem cauſa prouenient tenea tur, *cap. qui ſentit. de reg. iur. in* 6. *l. ſecundum ff. eod.* vt docet *Cobel. de bon. regim. cap.* 28. *num.* 144. *& ſeq.*

11 Videntur quoque taxari, & collectati poſſe prò reparatione, & conſtructione pontium, fontium, viarum, aut murorum, & portus Ciuitatis, vt poté quia, vbi agitur de generali vtilitate, vel communi neceſſitate, quæ communiter reſpiciat Laicos, & Eccleſiaſticos, & ipſaſmet Eccleſias, non eſt iuſtum, & decens, quod Laici ſolum teneantur ad onera, tam pro ſuis rebus, quam prò bonis Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum, qui etiam ſunt Ciues, & membra Reipublicæ, ac ſentiunt commodum æque principaliter, & immediatè ſicut Laici, ac propterea incommoda taxæ, etiam ſubire

12 debent, conſtructio enim, & refectio pontium, fontium, & viarum inter opera pietatis recenſentur, & priuilegio piæ cauſæ gaudent, & res ita fauorabilis reputatur, vt neque ſuffragetur generale priuilegium immunitatis à publicis muneribus ad euitandam ſolutionem taxæ huiuſmodi de cauſa indictæ, niſi vlterius huius rei ſpecifica conceſſa fuerit immunitas iuxta *text. in l. p. C. de collat. fund. patrim. lib.* 11. *ita Tiraq. de priuil. pia cauſ. in prefat. in verſ. item legatum*, cum alijs per *Cobel. de bon. regim. cap.* 28. *num.* 78. *& plurib. ſequen.*

13 Et propter hanc eandem rationem, quod teneantur Eccleſiaſtici contribuere ad expenſas, non ſolum prò conficiendo ageres iuxta maria, & flumina timore inundationis *Natta conſ.* 311. *num.* 4. *Corn. conſ.* 72. *num.* 15. *lib.* 4. *Barbat. conſ.* 1. *num.* 72. 86. *& ſeq. lib.* 3.

14 Verum etiam ſi immineat periculum deuaſtationis bonorum communium, tàm Laicis, quàm Clericis poſſeſſorum, vel ad arcendum hoſtium inuaſiones, depopulationes agrorum, incendia, rapinas, & ad alias expenſas imminentis belli, *glo. in cap. non minus de immunit. Eccleſ. verſ. releuandus Ancar. conſ.* 96. *num* 5. *late Riminald. iun. conſ.* 2. *per tot. lib.* 1. *Natta conſ.* 63. *num.* 9. *conſ.* 203. *num.* 2. *& conſ.* 311. *num.* 4. *Sanchez. conſ. moral. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 55. *num.* 5. *& 6. Bero in cap.* 1. *num.* 224. *& ſeq. de conſtit. Oſach. deciſ.* 181. *num.* 7. *Azor. inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 5. *cap.* 19. *qu.* 11. *verſ. ſed eſt Graſſ. de effect. Cleric. effect.* 3. *num.* 200. 207. 234. *Duar. in Bulla Cenæ can.* 18. *qu.* 12. *num.* 3. *vbi Add. Dian. reſol. moral. p.* 1. *tract.* 2. *de immunit. Eccleſ. reſol.* 41. *& reſol.* 75. *Cobel. de bon. regim. cap.* 23. *num.* 102. *vſque ad* 110. *& num.* 137. *vſque ad* 147.

14 Pro negatiua verò quod immo Eccleſiaſtici ad prædicta non teneantur, facit quod Eccleſiaſtici, licet ſint Ciues, & membra reipublicæ, attamen ſunt alijs ſpectabiliores, & particulari nota digni, ſpecioſiſque priuilegijs proſequendi, tamquam pro communi reipublicæ bono laborantes, in quorum compenſationem ſunt ab huiuſmodi impoſitionibus ſubleuandi, vt minori cura æconomicis indigentijs intenti, maiori ſpiritu totiſque viribus animarum ſaluti, ſtudeant, vnde ſpiritualibus bonis maiori ſænore fideles ditentur, & quotidie incrementum recipiant, adeo vt ſi Laici commoda bonorum ſpiritualium ſenſiunt, ita debeant ſentire incommoda contributionum, vt benè comprobat *Bonacin. de cenſur. in particulari in Bulla Cenæ content. diſp.* 1. *quæſtion.* 19. *punct.* 3. §. 3. *num.* 15. *tom.* 3. *Alterius cap.* 6. *dub.* 8. *Bero. conſ.* 31. *num.* 14. *Suarez lib.* 4. *de immun. cap.* 26. *num.* 14. *Dec. conſ.* 14. *num.* 50. *Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect.* 3. *num* 230. *& ſeq. Duardus in Bulla Cenæ qu.* 3. *& qu.* 12. *Bellet. diſquiſit. Cleric.* §. 2. *num.* cum alijs per *Cobel. de bon. regim. cap.* 28. *num.* 64. & in vna Corionen. *Sac. Cong. Immunit. cenſuit eidem Epiſcopo reſcribatur Eccleſiaſticos non teneri ad contributionem pro taxa ratione inundationis fluminum, niſi illorum commodum ſit priuatum, & particulare, vel niſi concurrant requiſita cap. non minus cap. aduerſus de immun. Eccleſ. ſub die* 17. *Iunij* 1631.

16 Limit. 1. conciliando has contrarias opiniones, quod aut illud bonum commune tangit Eccleſiaſticos ſolum in genere, vt eſt reparatio viarum, murorum, pontium, & ſimilium diſtantium ab eorum bonis, aut tangit in particulari, vt in reparatione viæ vicinalis, ſeu propinquæ eorum bonis, vel ante eorum portam, vel conducentis ad priuata prædia, adeò vt prò ſingulorum commodo, & non publicæ vtilitati deſeruiat, primò caſu ad onerum impoſitionem non tenentur, ſecus in ſecundo, quia cum huiuſmodi onera ſemper imponantur prò publico bono, Eccleſiaſtici nunquam gauderent beneficio immunitatis, & proptcrea huiuſmodi ratio tamquam nimis effrenata venit reſtringenda, & intelligenda; vt bonum publicum, & commune non tangat illos in genere, ſeu in illa generica bonitate, ſed in dicta bonitate particulari, prò qua taxari, & contribuere tenentur. *Molin. de iuſt. & iur. tract.* 2. *tit. de tribut. diſ.* 672. *conclu* 1. *Petrus Ledeſma in ſumm. tract.* 7. *de iuſt. diſtrib. regim. lib.* 9. *nu.* 376. *& ſeq. Sot. in Bulla Cenæ cap.* 19. *diſ.* 92. *& 93. Portel. in dub. Regular. in verbo tributa in addit. num.* 18. *Roderic. in ſumm. quæſt. Regular. reſol.* 63. *in tit. de exempt. regular. num.* 32. cum alijs per *Cobel. de bon. regim. cap.* 28.

num.

num. 65. *& 67. in fi. vbi allegat. Bart. in l. ad inſtructiones num.* 2. *&* 3. *C. de ſacroſant. Eccleſ. & num.* 67. ſubdit quod non aduerſatur textus in dicta *l. ad inſtructiones* cum fuerit correptus *in auth. item nulla communitas C. de Epiſc. & Cleric.* vbi ſancitur Eccleſiaſticos eſſe exemptos ab omni onere impoſito, & imponendo, & hanc diſtinctionem, quod communiter ſit recepta à moralibus, & canoniſtis patet ex deductis per *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 5. *dub.* 16. *&* 17. *relat. per de Lucam in ſuo Theat. veritat. tom.* 2. *de regal. diſc.* 59. *num.* 4. *&* 5. & patet ex *declaratione Sac. Congr. in dicta Cortonen.*

17 Lim. 2. conciliando pariter dictas opiniones, vt Eccleſiaſtici ad ſolutionem præfatorum onerum publicam, & communem vtilitatem concernentium non teneantur ſi agatur per vim coactiuam, niſi concurrant conditiones inferius afferendæ, ſecus autem ex æquitate, & vi directiua, non quidem titulo onerum, & collectarum præciſe, ſed potius titulo mercedis, & contributionis pro ſoluenda mercede operarijs ita *Bonacin. de cenſ. in particul. in tit. de cenſ. content. in bulla Cenæ diſ.* 1. *quæſt.* 19. *punct.* 3. §. 3. *nu.* 17. *in fi. inncto verſ. dixi ex vi directiua de Luca de Regalibus tom.* 2. *diſc.* 58. *num.* 8.

18 Sed hæc limitatio redditur dubitabilis, & potius intelligenda iuxta terminos primę limitationis, ſiquidem cum iſta æquitas ſemper concurrat, & onus, ſeu collecta ad nullum alium finem imponatur, niſi pro ſatisfacienda mercede operariorum, & ſoluendo pretio materiæ, & cementorum Eccleſiaſtici nunquam gauderent dicta immunitate, & per indirectum fraudarentur eius beneficio contra regulas ſupra firmatas, vt bene arguit *Suarez. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 6.

19 Lim. 3. in Vrbe, eiuſque ſuburbijs, & diſtrictu, prò cuius viarum, pontium, & ſimilium refectione, & reparatione tenentur concurrere, & contribuere Eccleſiaſtici, nèdum ſæculares, ſed etiam regulares, & omnia alia Monaſteria, & loca religioſa, non obſtantibus quibuſcunque priuilegis deſuper obtentis, quę reuocata fuerunt à *Gregor. XIII. conſtitutione ex ordine* 52. *Bullar. noui tom.* 2. *pag.* 387. & data fuit facultas Eminentiſſ. Card. Camerario, & Magiſtro viarum procedendi, vt legitur in §. 22. 23. *&* 24. & alijs conſtitutionibus *Pauli V. ex ordine, & d. Bullar.* 11. *tom.* 3. *fo.* 188. *Vrbani VIII. conſtit.* 28. *eodem Bullar. to.* 4. *fo.* 280. & quia verba conſtitutionum ſunt effrænata, nullis terminis coarctata comprehendunt omnes Eccleſiaſticos, etiam regulares mendicantes, attentis præcipuè clauſulis in conſtitutionibus appoſitis, nempè ex certa ſciētia, motu proprio, & de plenitudine poteſtatis, & quibuſcunque non obſtantibus, quæ operantur in præiudicium cuiuſlibet tertij. *Curt. iun. conſ.* 184. *num.* 8. *vſque ad* 14. *& per cot.* de quibus conſtitutionibus *Cobel. in tract. de bon. regim. cap.* 28. *num.* 82. *vſque ad* 93.

20 Contrarium tamen conatur probare *Nardin. in ſua allegat. impreſ. penes eundem Choel. dicto cap.* 28. *a nu.* 56. *vſque ad* 77. vbi tradit, quod in præfatis Sum. Pontificum conſtitutionibus, licet fuerint reuocatæ exemptiones, & immunitates Eccleſiaſticis, & Regularibus præcipuè mendicantibus conceſſæ, tamen intelligi debent de exemptionibus conceſſis contra Cameram Apoſtolicam, ſecus autem, quo ad illas eximentes à præſtatione prætatorum onerum, & ita ad petitionem Reuerend. PP. Prædicatorum declaraſſe teſtatur *Sac. Cong. immunitatis Eccleſiarum, ſeu controuerſiarum iuriſdictionalium ſub die* 11. *Auguſti* 1631.

21 Præfatam tamen conſtitutionem Gregorij XIII. eſſe localem, & reſtrictam ad Vrbem eiuſque ſuburbia, & diſtrictum prò vt extenditur iuriſdictio Eminen. Card. Camerarij admonet *Cobel. d. c.* 28. *num.* 92. *&* 93. *vbi verſ. tertia difficultas* refert alios tenentes, quod etiam extra Vrbem Eccleſiaſtici debeant concurrere ad refectionem, & conſtructionem pontium, & viarum, & taxam pro eorum rata ſoluere.

22 Quorum opinio procedere poteſt ſi taxa indicta fuerit, vel à Cardinali Camerario, vel ab alijs à Sum. Pontifice deputatis, cum ſpeciali facultate procedendi aduerſus Eccleſiaſticos. vel de expreſſa licentia eiuſdem Sum. Pontificis, ſecus autem ſi prouenitat à ſola auctoritate Laicali, imò etiam Epiſcopali ex infra dicendis, & propterea quod Clerici non teneantur ad Gabellam impoſitam à Laicis pro reparatione murorum pontium, & viarum, niſi fuerit de licentia Papæ dixit *Rot. in vna Valentina de anno* 1596. *coram Card. Pamphilia relat. per Garz. de benef. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 14.

23 Lim. 4. principalem concluſionem in ſubſidium deficientibus Laicorum facultatibus, copulatinè concurrentibus alijs requiſitis infra dicendis iuxta *text. in cap non minus & in cap. aduerſus de immunit. vtrobique Abb. in vno nu.* 5. *verſ.* 2. *requiritur in alio num.* 4. *& communiter canoniſtæ, idem Abb. conſ.* 3. *p.* 1. *de Luca in ſuo Theat. verit. tom.* 2. *tit. de regal. diſc.* 58. *num.* 12. *Burſat. conſ.* 42. *num.* 3. *Gratian. diſcept.* 390. *num.* 19. *tom.* 2. *Diana reſol. moral. p.* 1. *tract.* 2. *de immunit. reſol.* 134. *in prin. Penia in dicta Brunduſina Gabellæ deciſ.* 1079. *num.*

24 Et tunc facultates Laicorum non ſufficere iudicantur, quando conſiderata proportione inter neceſſitatem, vel vtilitatem, pro qua gabella imponitur, & habito reſpectu ad Ciuium facultates, dignoſcantur ad ſoluendam gabellam non ſufficere, niſi Ciues cogantur ſe ipſis priuare neceſſarijs ad viuendum ſecundum conuenientiam eorum ſtatus, & conditionis, ſi Ciuitas ita in communi diues non ſit, vt ex communibus redditibus, & publico marſupio communi neceſſitati, vel vtilitati prouidere nequeat, quia ſi diues eſſet, nec ab ipſis ſæcularibus gabellæ eſſent exigendæ, niſi ex conſuetudine legitimè præſcripta *Megala p.* 2. *lib.* 2. *c.* 17. *qu.* 6. *nu.* 123. *Diana reſol. moral p.* 1. *tract.* 2. *de immunit. Eccleſ. reſol.* 134. §. *ſed Megala, & latè p.* 5. *tract.* 1. *de immunit. reſol.* 11. §. *quaro tertio Sanchez contra Regem Angliæ lib.* 4. *&* 25. *num.* 15.

25 Secundo debet concurrere magna neceſſitas, vel ſaltem pietas, cui alias ſubueniri nequeat, niſi etiam Eccleſiaſtici contribuant dicto *cap. non minus*, *& cap. aduerſus de immunit. Corn. conſ. 72. num. 15. Guid. Pap. deciſ. 78. Cobel. de bon. regim. cap. 28. num. 118. & ſequent. Bonaccin. de cenſur. in particul. in tit. de cenſ. content. in Bulla Cenæ diſ. 1. qu. 19. punct. 3. §. 3. num. 12. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. 3. nu.* 287. & quod neceſſitas publica per ſe, ipſa non ſit ſufficiens, vt ab Eccleſiaſticis gabella à Laicis impoſita exigatur, ſed ſufficit ad obtinendum conſenſum a Sum. Pontifice *Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 9. cap. 11. verſ. in dubium vocatur in fi. fo. 627. Gratian diſcept. 390. num. 17. Rot. dicta dec. 1079. nu.*

26 Tertio requiritur vt dicta cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis, vel pietatis, ſit cognoſcenda ab Epiſcopo, cum Clero, itaut non ſufficiat conſenſus ſolius Epiſcopi, ſed etiam Cleri ſimul interuenire debeat, quia quod omnes tangit, ab omnibus particulariter eſt approbandum, *cap. cum omnes de conſtit. cap. quod omnes de reg. iur. in 6. & probatur in cap. aduerſus de immunit. Eccleſ. Abbas in cap. non minus num. 4. & 5. tit. eod. Decian. conſ. 51. num. 61. vol. 2. Gratian. diſcept. 390. num. 18. tom. 2. Bonaccin. de cenſur. in Bulla Cenæ in tit. de cenſur. in Bulla Cenæ content. diſ. 1. qu. 19. punct. 3. §. 3. num. 16.*

27 vbi quod nomine conſenſus Cleri intelligatur ex Suarez. conſenſus Epiſcopi, & Capituli ſuæ Cathedralis Eccleſiæ cum Clerus hoc nomine, intelligi ſoleat *cap. 1. de ijs, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. Epiſcop.* & quod ex Diœceſi ſaltem Vicarij Foranei, qui certis regionis partibus præficiuntur, vel Synodi Diœceſanæ. *Cobel. de bon. regimin. cap. 28. nu. 117.* vbi quod ad hunc effectum nomine Cleri intelligatur non ſolum Eccleſiæ Collegiatæ, ſed etiam Cathedralis, & ex Diœceſi Vicariorum Foraneorum, & ita teſtatur obſeruatum fuiſſe Mediolani, & Nouariæ ante quam executioni demandatum fuerit indultum Vrbani VII. *latè Diana reſol. moral. p. 5. tract. p. de immunit. Eccleſ. reſol. 11. verſ. quæro ſecundo, & per tot. & reſol. 40. in p. 1. tract. 2. de immunit. Rodriq. in ſumma tom. 2. tract. 7. cap. 2. conclu. 27. fo mihi 205. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 19. qu. 11. Alterius de cenſur. tom. 1. diſ. 16. lib. 5. cap. 6. dub. 13. Bellet. diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. 5. §. 2. nu. 6. Rota dicta deciſ. 1079. coram Penia nu.*

28 Quinto requiritur, vt Sum. Pontifex conſulatur, eiuſque conſenſus accedat, & approbatio interueniat, *cap. aduerſus de immunit Eccleſ. extrauag. Benedicti II. tit. eod. Ruin. iun. conſ. 4. vbi num. 15.* ita fuiſſe ſeruatum in Ducatu Ferrariæ iuxta Breue *Pauli II. Sixti IV. Alexandri VI. Iulij II. Clementis VII. Pauli III. Iulij III. & B. Pij V.* Et pro reparatione fluminis idem conceſſum fuit Populo Piſano a *Clemente VIII. de anno* 1600. & hoc idem indultum fuit Magno Duci Etruriæ à *Gregor. XV. ſub die 25. Februar. 1622. & ab Vrbano VIII. ſub die 10. Maij 1622.* in Ducato Mediolani ad petitionem Regis Catholici, de quo *Marchin. in tract. de bello diuino p. 4. tit. de poteſt. Decorum in Eccleſia cap. 4. num. 28. 29. & 30. relat. per Cobel. de bon. regim. cap. 28. a num. 111. vſque ad 114. Bonaccin. de cenſur. in partic. tit. de cenſur. content. in Bulla Cenæ diſ. 1. qu. 19. punct. 3. §. 3. num. 15. tom. 3. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 13. num. 7. qui alios allegat. Garz. de benef. p. 2. cap. 3. num. 14. Rot. dicta dec. 1079. coram Penia Merlin. deciſ. 902. in recen. deciſ. 339. num. 70. p. 6.*

29 Hoc tamen limitatur ſi talis immineret neceſſitas, vel magna vrgeret cauſa, quæ moram non pateretur, & recurſum, & aditum ad Papam, ſine periculo non permitteret, vel commodè Sum. Pontifex conſuli nequeat, quo caſu Epiſcopus vna cum Clero poterit in impoſitionem, & exactionem prædictarum collectarum, & onerum conſenſum præſtare iuxta diſpoſitionem, *cap. non minus de immunit.* vbi Doctores communiter a *Bonaccin. de cenſur in particular. in tit. de cenſ. content. in Bulla Cenæ diſ. 1. qu. 19. punct. 3. §. 3. num. 16. verſ. hoc. tamen limitatur tom. 3. Diana qui alios allegat. reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immunit. Eccleſ. reſol. 132. §. non reticen. & p. 5. tract. 1. tit. eod. reſol. 11. verſ. quæro primo Gratian. diſcept. 390. nu. 18. tom. 2. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 13. num. 7. per doctrinam Bart. & Paul. de Caſtr. in l. ad inſtructionem C. de Sacroſant. Eccleſ. Ceual. commun. contra commun. qu. 415. & tom. 4. qu. 895. num. 617. cum ſeq. Floreſ. de Mena var. lib. 2. qu. 21. a num. 213.*

30 Poſtremò ſupradictis requiſitis copulatiuè concurrentibus taxa debet fieri cum interuentu Eccleſiaſticorum, à quibus etiam, vel ab alijs arbitrio, & Epiſcopi auctoritate exigi debet, facit text in *cap. Eccleſia Sancta Maria de conſtit. vbi Dec. num. 235. & Butr. num. 20. Innocen. in cap. non minus num. 6. verſ. quamuis de ea de immunit. Iaſ. & Doctores in l. ad inſtructiones num. 4. verſ. ad hoc tamen & num. 6. C. de Sacroſant. Eccleſ. Abb. in eodem cap. non minus num. 13. verſ. dicitur tamen de immunit. Eccleſ. Gigas de penſion qu. 90. num. 3.* & ita expreſsè cautum fuiſſe in breue *Vrbani VIII.* conceſſo prò Ducatu Mediolanenſi in 5. volumus autem *refert. Cobel. de bon. regim. c. 28. num. 129. & 146. verſ. & non obſtat. & dixit Rot. in dicta Brunduſina gabellæ coram Pania dec.* 1079. Et ego vbi Vicarij Generalis officio fun-
31 ctus fui, curaui deputari duo de Clero ad conficiendam taxam vna cum Officialibus vniuerſitatum prò exactione onerum Cameralium, ad quorum contributionem in ditione Eccleſiaſtica, etiam Eccleſiaſtici tenentur, & iuxta taxam ab eiſdem firmatam, & ſubſcriptam manu regia prout exiguntur onera Cameralia dedi executionem, de quibus omnibus requiſitis cæteris collectis *Fagnan. in cap. non minus num. 23. cum ſequen. de immunit. Eccleſ. de Luca in ſuo Theat. veritat. tom. 2. tit. de regal. diſc. 58. num. 12.*

32 Lim. 5. principalem concluſionem in Clericis feudatarijs, qui tenentur ad onera ratione feudi impoſita, nam Eccleſiaſtici circa ea, quæ ad feudum pertinent, ſubijciuntur Domino feudi, licet ſeculari. *Marta de iuriſdict. p. 4.*

caſ.

Digitized by Google

caſ. 10. num. 13. Carol. de Graſ. de effect. Cleric. 3. num. 279. & ſeq. cum alijs per Bonaccin. de cenſ. in particul. tit. de cenſ. consent. in Bulla Cenæ quæſt. 1. diſp. 19. punct. 3. §. 3. num. 4. tom. 3.

33 In quorum corroborationem faciunt infraſcriptæ reſolutiones *Sac. Cong. Immunit.* quæ poſt hæc ſcripta ad manus meas deuenerunt.

La Communità di Marino ſupplica la Sac. Congregatione reſtar ſeruita ordinare, che li Preti, che ſono in detta Terra paghino le collecte per li beni, che poſſiedono al modo ſufraſcritto, quando ſia di giuſtitia.

Primo lì Preti deuono ſtare ſottopoſti alle Collette per li peſi Camerali. Porto di Ancona, Ciuita Vecchia, e per il ſuſſidio triennale, che la Communità paga ogni anno.

Secundo ſe deuono pagare le Collette per il patrimonio.

Terzo Poſſedono molti beni da loro acquiſtati, ò compri da Particolari, ò hauti per heredità reſpettiuamente, che per prima erano ſottopoſti à detti peſi, & altri, come Medico, accomodamento di ſtrade fontane, & altre coſe neceſſarie per mantenimento del publico.

Quarto che ſotto il titolo de Preti tengono abbracciati tutti li beni, de Madri, fratelli, e ſorelle, e di queſti non pretendono pagare Collette &c.

34 *Sac. Congregatio ad primum reſpondit Eccleſiaſticos teneri ad ſubſidium triennale iuxta præſcriptum bullæ Pauli III. in qua ſunt ſpecificè nominati, quouero ad impoſitionem portus Anconæ, & Ciuitatis Veteris exhibendas eſſe bullas impoſitionis, vt conſideretur.*

35 *Ad ſecundum Eccleſiaſticos non teneri ad impoſitiones pro bonis patrimonialibus, niſi auctoritate Apoſtolica ſint impoſitæ, & in eis ſint Eccleſiaſtici expreſsè nominati, & comprehenſi.*

36 *Ad tertium Eccleſiaſticos non teneri pro bonis acquiſitis ad onera, niſi realia, certa, & inuariabilia, quibus ante acquiſitionem erant ſubiecta, non autem ad alia onera, & ſignanter ad onera contribuendi prò manutentione viarum, fontium & ſimilium, nec ad ſolutionem ſalarij Medici, ſi ex redditibus publicis illi ſoluatur, & nihil hominuc Medicum curare teneri Eccleſiaſticos. Si verò ſoluatur ex contributione, quæ fit à ſingulis, tunc Epiſcopus permittere poteſt, vt per dictos Eccleſiaſticos Medico detur aliqua annua contributio voluntaria.*

37 *Ad quartum exemptione Clericorum non ſuffragari, niſi pro rata bonorum ad eos ſpectantium, non autem pro bonis, quæ ad matrem, fratres, & ſorores verè ſpectant, Marini 14. Auguſti 1634.*

38 Quæ exemptio ſuffragatur Eccleſiaſticis Clericis etiam non habentibus requiſita Sac. Concilij, vt cenſuit eadem Sacra Congregatio in Aſſiſien. 3. Octobris 1634. in qua *Clericos etiam non habentes requiſita Sacri Concilij gaudere priuilegio exemptionis, ab oneribus, & impoſitionibus, ac gabellis præsenſit.* Adeout procedendum
39 ſit contra Clericos ſoluentes pœnis à Sacris Canonibus, & Concilijs præſcriptis, *vt dixit eadem Sacr. Congreg. in Florentina 18. Octobris 1633.*

40 Vlterius ſuffragatur Eccleſiaſticis etiam pro portione colonica, vt declarauit eadem Sacr. Congregatio inſtante Capitulo, & Clero Neptuni, iuxta infraſcriptum ſupplicem libellum porrectum.

Il Capitolo, e Clero di Nettuno humilmente expongono all' Eminenze VV. come l' Vniuerſità di detta Città denega la franchitia, & exemptioni alli detti oratori in diuerſe coſe, e particolarmente volere far pagare alli Coloni, e conduttori tanto de beni eccleſiaſtici, quanto patrimoniali de Preti, e Clerici per la loro portione Colonica, la gabella, peſo, colletta, ò contributioni Laicali, ſoliti pagarſi dalli Laici, per eſſer detti conduttori Laici, & in oltre pretende, che li frutti, che ſi raccogliono ne beni de Preti, e Clerici ſiano ſolo per la rata loro del vitto, e il di più ſia obligato pagare la gabella, peſo, colletta, ò contributione laicale, anche pretende l'Vniuerſità eſſigere dette gabelle, collette, & impoſitioni laicali dalli Preti, Clerici, che ſeminano, ò conducono territorij da Laici per loro neceſſità preciſa, e vrgente conforme alla reſolutione della Sac. Cong. e Sac. Concilio, e perche ſi auuicina il tempo della raccolta de grani, & altri frutti, e per conſequenza la reſponſione, ò conduttione di eſſi alla Città auanti Eminente il volerli fare pagare dette gabelle, però la ſupplicano reſoluerlo quanto prima.

41 *S. Cong. cenſuit Capit. & Clericos eſſe exēptos à gabellis Laicalibus, etiam pro portione colonica.*

42 *Secundo fructus vniuerſos, qui recolliguntur in bonis, tam beneficialibus, quam patrimonialibus Clericorum, & Eccleſiaſticorum eſſe exemptos ab oneribus, & impoſitionibus Laicalibus, nec illorum exemptionem reſtringendam eſſe ad certam ratam, ſeù portionem.*

43 *Tertio eadem exemptione gaudere Clericos conducentes pro neceſſaria eorum, & ſua familia ſubſtentatione agros, & bona Laicorum, ac proindè Epiſcopus procuret huiuſmodi exemptionem eiſdem manuteneri, & conſeruari Neptuni 24. Iulij 1634.*

44 Quinimo bona Eccleſiaſtica Laicis in emphyteuſim conceſſa pariter ſunt immunia ab oneribus à Laicis impoſitis iuxta declarationem Sac. Cong. Immunit. in vna *Oppidana 23. Iulij* 1652. ſcilicet *Sac. Cong. cenſuit bona Eccleſiarum, & locorum piorum in Emphyteuſim Laicis conceſſa, ſiue canones, qui pro dictis bonis ſoluuntur ſint tenues, ſiue fructibus correſpondentes eſſe exempta ab omnibus oneribus, & impoſitionibus laicalibus.*

45 Vbi vero agitur de contributione concernēte vtilitatem, & commodum priuatum, & particulare tangens tam laicos, quam eccleſiaſticos, ipſæ eccleſiaſticæ perſonæ non poſſunt cōtribuere abſq; præcedente licentia Sedis Apoſtolicæ, *ita cenſuit Sac. Cong. Immunit. in Muti-*
46 *nen. 12. Nouemb.* 1647. Et in alia Ferrarien. 2. Iulij eodem anno *Bandimentum Eminentiſſ. Legati ligare Clericos ad reficiendas vias ante Domos, quamuis in hoc habuerit ſpecialem ordinem Sanctiſſ. quo ad ipſos Clericos.*

47 An autem exigentes onera impoſita rebus fraudolenter Clericis donatis, vel relictis Eccleſijs, cum conditione ſoluendi prædicta onera

Inci-

incidant in excommunicationem, patet in reſolutione *Sac. Cong. Immunit. in vna Vercellen. die* 15. *Nouemb.* 1644. ad ſupplicem libellum porrectum per Clerum eiuſdem Ciuitatis tenoris infraſcripti.

Clerus Vercellen. ſupplicat declarari infraſcripta dubia.

48 *1. An exigentes collectas pro bonis donatis Eccleſiæ, quando donationes ſunt cum fraude incidant in excommunicationem.*

49 *2. An exigentes pro bonis donatis Eccleſiæ, cũ conditione ſoluendi onera, & tributa, etiam imponenda incidant in excommunicationem.*

50 *3. An Ciues communi conſenſu generali, vel ſpeciali hypotheca obligent eorum prædia pro collectis in futurum imponendis, vt ad quoſcunque tranſeant, cum dicto onere, ac propterea Eccleſia acquirens ſubiaceat an dicatur facere contra immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam.*

51 *4. An ſi ſupradictæ collectæ non ſoluantur à Clericis, poſſit à Iudice laico contra eadem bona fieri executio.*

Sac. Cong. ad 1. *R*eſpondit *non incurrere facta tamen prius per Epiſcopum declaratione ſuper fraude donationum.*

Ad 2. Maior pars inclinauit non incurrere quãdo ſub conditione expreſſa fuerint bona donata Eccleſiæ.

Ad 3. Reſpondit, vt ad proximum.

Ad 4. per Iudicem Laicum non poſſe fieri executionem, ſed ſpectare ad Iudicem Eccleſiaſticum.

52 Quinimò ſi Laici in communi viuant, & ſimul inhabitent cum Clericis conſanguineis, non poteſt in domibus eccleſiaſticorũ fieri executio, vt inſtante Epiſcopo Cedonien. reſpondit *Sac. Congr. Immunit.* per hæc verba. *Eidem Epiſcopo, qui poteſt procedere prout iuris, ne executio fiat in domibus Clericorum abſque licentia Ordinarij* 24. *Ianuarij* 1645. *Cedogna.*

53 Diximus *num.*6. quod quando Clerici vtuntur opera Medici tenentur ad ſolutionem taxę, ſed hoc intelligendum eſſe non de taxa, & gabella indicta, ſeù à laicis impoſita, ſed ab Epiſcopo imponenda patet ex reſolutione *Sac. Congreg. Immunit. in Amalphiten.* vbi cenſuit, *Non eſſe Clero permitten. ſolutionem ſalarij Medici ſed Archiepiſcopum poſſe ad beneplacitum Sanctiſſ. D. N. permittere annuam recognitionem voluntariam per Clerum faciendam eidem Medico* 9. *Decemb.* 1631.

Et in Pampilonen. Oppidi de ſuura *Cenſuit Clericum non teneri ad collectam pro ſalario Medici, nec permittendum ab Epiſcopo, vt ſoluat, ſed poſſe permittere ſolutionem annuæ recognitionis voluntariam* 9. *Octob.* 1635.

S V M M A R I V M.

1 Eccleſiaſtici, ſiue regulares, ſiue ſæculares tenentur in ſtatu Eccleſiaſtico ad ſolutionem onerum Cameralium, ſecus in ſtatu Principum Laicorum.

2 Onera Cameralia ab eccleſiaſticis exigenda ſunt auctoritate ordinarij.

3 Amp. vt eccleſiaſtici teneantur ad ſolutionem onerum Cameralium non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs.

4 Bona affecta collectis, & oneribus Cameralibus tranſeunt, cum ſuo onere in quemcunque ſingularem ſucceſſorem, licet eccleſiaſticum, etiam Mendicantium 5. 6. 7. & 8.

9 Lim. vt eccleſiaſtici non teneantur ad ſolutionem onerum Cameralium, ſi non fuerint ſoliti collectari, vel præſcripſerint libertatem non ſoluendi num. 10.

11 Lim. 2. vt Clerici non teneantur ſoluere onera Cameralia pro bonis patrimonialibus, ad quorum titulum promoti fuerunt,

12 Clerici, & eccleſiaſtici tenentur probare præſcriptionem, & conſuetudinem non ſoluendi collectas.

13 Laici non poſſunt præſcribere conſuetudinem collectandi eccleſiaſticos.

14 Libertas non ſoluendi collectas quanto tempore præſcribatur.

15 Eccleſiaſtici ad ſolutionem ſubſidij triennalis tenentur pro aliqua honeſta portione. Declara vt num. 16.

17 Eccleſiaſtici tenentur ſoluere gabellam vnius denari. pro qualibet libra carnis, ſi ſit extenſiua ſubſidij triennalis num. 18.

19 Non tenentur ſoluere gabellam vini, quod minutatim vendunt.

20 Coloni eccleſiaſticorum non tenentur ſoluere gabellam fumi, ſeu focularis.

21 Nec tenentur ſoluere affidam animalium eccleſiaſticorum in proprietate, niſi communitas ſit vera domina paſculorum.

Eccleſiaſtici an, & quando teneantur ad ſolutionem onerum Cameralium.

ADNOTATIO II.

1 Eccleſiaſtici ſiue ſæculares, ſiue regulares cuiuſcunque Ordinis, Congregationis, & Inſtituti exiſtant in ſtatu Eccleſiæ tenentur pro eorum iuſta rata ad ſolutionem onerum Cameralium, prout ex vrgentibus Sanctæ Sedis neceſſitatibus à SS. Põtificibus impoſita fuerunt, & concurrere vna cum laicis ad taxas, & collectas, quæ vt plurimum in ſubſidium deficientibus publicis facultatibus ab Vniuerſitatibus promulgari, & publicari ſolent, ex quo non eſt dubium, quod firmatur contrarium in ditionibus Principum laicorum, niſi interueniat licentia Papę ex ſuperius deductis ita in in terminis conſtitutionis *Sixti V. Bullar. nouo* 79. *tom.* 2. *fol.* 613. qua obligantur etiam eccleſiaſtici ad contribuendum, & concurrendum ad onera pro manutentione Triremium, quæ armatæ retinentur ad effectum expurgandi à Piratis maria, & portus animaduertit *Cobel. de bon. regim. cap.* 28. *num.* 330. *verſ. habet etiam, & num.* 131. *&* 132.

2 In quarum conſtitutionum executionem neceſſariæ facultates Ordinarijs communicatæ fuerunt, & quamplures tranſmiſſæ ordinationes, etiam per literas familiares, & ſequentis tenoris Vicario Generali Præneſtinæ Diœceſis, in qua ego etiam Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. DD. Cardinalis Antonij Barbarini Epiſcopi Vicarij Generalis munere functus fui.

Molt. Reuerend. Sig. Douendoſi fare in Paliano

vna

vna taſſa per pagare li peſi Camerali, ne quali ſono compreſi anco l'eccleſiaſtici in vigor di Bolle, & altre ordinationi de Sommi Ponteſici, che l'hāno impoſte per vrgentiſſimi biſogni della Sautu Sede, N.S. commanda, che lei ci facci concorrere anco l'Eccleſiaſtici per la loro giuſta ratu, e Dio la guardi. Roma li 13. Marzo 1660.

Al piacer ſuo
F. Card. Ghigi
Funo Segretario.

3 Amp. vt præfati eccleſiaſtici teneantur ad huiuſmodi onerum ſolutionem non obſtantibus, quibuſcunque priuilegijs, & exemptionibus alias ad eorum fauorem conceſſis, attentis conſtitutionibus reuocatorijs exemptionum à vectigalibus, & alijs publicis oneribus *Pauli III. Pauli IV. Clem. VIII. Pauli V. Vrbani VIII. Innocentij X. & Alexandri VII. incip. in ſublimi. Sedis Apoſtolica §. praterea omnia emanat. ſub die 22. Auguſti 1656. & vltimo loco à S. D. N. Clemente IX. ſua conſtit. incip. paterna, quam de noſtris, ſub die 20. Decemb. 1667. §. praterea omnia, & quacunque priuilegia.*

4 Amp. vt bona affecta collectis, datijs, alijſque oneribus Cameralibus, tranſeant cum eiſdem oneribus, quę habebant antequam deuenerint ad manus Eccleſiaſticorum, etiam regularium, quamuis Mendicantium, & in quemcumque ſingularem ſucceſſorem, cum per mutationem poſſeſſoris, non mutetur ſtatus rei, nec onus per quemcumque exemptionis priuilegium ſupprimitur, ſed in ſuo robore, quo ad ſolutionis continuationem conſeruatur, vt patet ex multiplicatis ordinationibus diuerſis temporibus emanatis, relatis per *Cobel. in ſuo bullar. in tit. de priuilegiati & eſenti verſ. è perche li beni fo.* 171. & vlterius.

5 Epiſcopo Aeſino.

Eſſendo li peſi Camerali certi perpetui, & inuariabili vol. N. Sig. che ſiano pagati anco dall'Eccleſiaſtici per li beni, che poſſiedono, mentre ne fuſſero grauati prima, che perueniſſero alle loro mani; piacerà per tanto à V. S. d' aſtringere Santi Grognoletti di Monte Caratto à pagare li ſudetti peſi à quella Communità per li beni del ſuo beneficio di S. Carlo, quando detti beni vi foſſero ſtati ſogetti, auanti che diueniſſero Eccleſiaſtici, e Dio la feliciti. Romo li 28. Giugno 1634.

Di V. S. Come Fratello.
Il Card. Borberini.
Giulio Donati Seg.

5 Epiſcopo Montis Alti.

Eſſendoſi veduto in Congregatione come le collette, e datij, de quali ſono ſogetti i beni del beneficio ſemplice di S. Carlo eſiſtente nella Chieſa di Dorchia ſono ſtati impoſti prima, che foſſero fatti Eccleſiaſtici, e che ſi trouauano applicati al pagamento de peſi Camerali, ſi è reſoluto che Giouan Battiſta Fedele di Ripatranſona poſſeſſore di queſto beneficio continui à pagare, ſi come han fatto li ſuoi predeceſſori, & eſſendoſi dato parte à N. Signore di tal reſolutione, è ſtato dalla S. Sua non ſolo approuata, mà tommandato anco, che ſi metto in eſſecutione, onde piacerà à V. S. d' aſtringere il ſudetto Fedeli à pagare li prenominati datij, e collette alla Communità di quel luogo, ſenza ammetterli alcuna eſentione, e Dio la proſperi. Roma li 19. Agoſto 1634.

Di V. S. Come Fratello.
Il Card. Barberino.
Giulio Donati Seg.

7 Epiſcopo Spoletano.

Quando la Sacra Congregatione ordinò à V. S. con participatione di N. Signore, che aſtringeſſe l'Eccleſiaſtici à pagare le collette, ò Datu applicati al ſuſſidio triennale, ò quarto aggiunto impoſto ſopra li beni, che poſſedeuano prima, che perueniſſero alle loro mani, inteſe di comprendere anco li Regolari di qualſiuoglia ſorte, però ella douerà ſorzare anco eſſi à pagarli, cominciando dalla datu di detto ordine, che poi dalla Sacra Congregatione ſi vederà più minutamente il tempo preciſo e Dio la contenti di Caſtel Candolfo li 16. Ottobre 1632.

Di V. S. Come Frutello
Il Curd. Burberini.
Giulio Donuti Seg.

8 Epiſcopo Aeſino.

La Santità di N. Signore comanda, che l' Eccleſiaſtici del Caſtello di Belnedere tanto ſecolari, quanto Regolari, ancorche mendicanti paghino per li beni, che poſſiedono le collette, che eſige, quella Communità per li peſi Camerali, quando però eſſi beni ne foſſero grauati prima, che veniſſero in mano loro, onde in queſta conformità V. S. ſarà contenta aſtringere quelli, che ſi moſtrano renitenti e Dio la proſperi. Roma li 28. Giugno 1634.

Di V. S. Come Fratello
Il Card. Barberino.
Giulio Donati Seg.

9 Limit. verò quod Eccleſiaſtici non teneantur ad ſolutionem præfatorum onerum, vbi non fuerint ſoliti collectari, & præſcripſerint libertatem non ſoluendi, idque neceſſarijs probationibus coram Ordinarijs legitimè iuſtificauerint, ſi verò non præſcripſerint bona, ſi onera nō ſint certa, realia, & inuariabilia eximuntur ab eorum præſtatione iuxta *decretum Sac. Congreg. boni Regim. emanatum ſub die 26. Auguſti* 1600. *approbatum à Clemente VIII.* ſcilicet *Sac. Cong. Boni Regim. poſt maturam diſcuſſionem decreuit quo ad collectas. quoad Eccleſiaſticos ſeruari literas generales in executione conſtitutionum Pauli III. & B. Pij V. emanatas præter quam in locis in quibus Eccleſiaſtici præſcripſerunt libertatem non ſoluendi, ideoque probent coram Ordinarijs, & Gubernatoribus locorum, quibus huiuſmodi cura demandata eſt per ſupradictas literas, de quo Cobel. in ſuo* Bullar. *in tit. de priuilegiati, & eſenti*
10 *fo.* 170. Cui inhærendo emanauit aliud, *Sac. Congreg. Cardinalium controuerſijs iuriſdictionalibus prapoſitorum inhærendo declarationibus alias factis reſpondit, bona per Eccleſiaſticos poſſeſſa eſſe exempta à quibuſcunque oneribus, etiam Cameralibus, ſi Eccleſiaſtici ea ſoluendi præſcripſerint, iuxta decretum San. Mem. Clementis VIII. anno* 1600. *editum, ſi vero non præſcripſerint eſſe exempta à dictis oneribus, quatenus onera non ſint certa, realia, & inuariabilia iuxta deciſionem in Brundnſinu gabellę coram bo. me. Pania, & concordan. 21. Aprilis* 1640. relato pariter per *Cobel.* patrio idiomate dicto Bullar. *dicto tit. verſ.*

quali

Google

quali ſiano pol li peſi fa. 171. *& in tract. de bon. regim. cap.* 35. *num.* 44. *prope fin.per* Rob.*in adnot. ad dec.*30. *num.*12. *p.*4. *tom.*2. *recen.*

11 Lim. 2. in patrimonio, ſeu bonis patrimonialibus, ad quorum titulum Clericus ad ſacros ordines promotus fuit, quæ gaudent exemptione à ſolutione præfatorum onerum, & collectarum, pro ea quantitate, ſecundum conſtitutiones, & loci conſuetudinem conſtitui ſolita iuxta reſolutionem *Sac. Congreg. relat. per Cobel. loc. cit. fol.* 170. *verſ. E ſopra li beni patrimoniali*, & alias referendas in adnotatione ſequen.

12 Aduertendum eſt tamen, quod conſuetudo, ſeu libertas non ſoluendi collectas impoſitas pro oneribus Cameralibus probanda eſt ab eccleſiaſticis, tamquam fundamentum eorum intentionis *Cobel. in comment. in Bulla bon. regim. cap.* 35. *numer.* 46. vbi ſubdit, quod

13 laici, è contra non poſſunt præſcribere conſuetudinem collectandi clericos, de quo late *Caſtren. conſ.* 423. *num.* 2. *lib.* 2. *verſ. in contrarium facit.*

14 Ad præſcribendam vero libertatem non ſoluendi collectas requiritur curſus, ſeu ſpatium 30 annorum, & quod aliquis fuerit requiſitus, & non ſoluerit, *Ioſeph. Ludouic. dec. Peruſ.* 3. *num.* 1. *&* 2. *p.* 1. *ex Crauet. conſ.* 111. *Natta conſ.* 627. *num.* 1. *lib.* 3. *relat. per Cobel. de bon. regim. cap.* 35. *num.* 49.

15 Lim. 3. quod eccleſiaſtici ad ſolutionem onerum Cameralium, ſeu ſubſidij triennalis tenentur pro aliqua honeſta portione, vnde non veniunt rigoroſè taxandi, pro vt laici taxantur, cum S. Pontifex de Clericis menſionem fecerit cum aliqua reſtrictiua, & diſcritiuo modo, vnde conſtituenda eſt differentia inter Clericos, & Laicos, vt expreſsè colligitur *ex conſtitutione Pauli III. quæ emanauit in declarationem primæ editę ſuper impoſitione ſubſidij triennalis incipiens ex debito* §. 1. *circa fin. relat. per Cabel. in ſuo Bullar fo.* 10. *&* 11. *verſ.* i Clerici poi.

16 Verum quod illa verba pro aliqua honeſta portione referenda, & reſtringenda ſint ad contributionem faciendam de fructibus in bonis mobilibus Eccleſiaſticorum, quæ per ſe ſtare poſſunt, ſecus autem ad bona patrimonialia, ita vt quo ad dictos fructus æqualiter, cum laicis concurrere, & collectas ſoluere teneantur, vt notat *Cherubin. iun. in compend. ad hanc Bull. vol.* 1. *& vol.* 2. vbi ita declaraſſe Sac. Congregationem boni regiminis ſub die 18. Septemb 1613. *relat. per Cobel. de bon. regim. cap.* 35. *num.* 51. *&* 52. *& ſeq.*

17 Si igitur imponatur collecta ab Vniuerſitate pro ſolutione ſubſidij triennalis, eſt ſoluenda, ſecus vero pro alijs Vniuerſitatis indigentijs, quibus eccleſiaſtici abſque Sedis Apoſtolicæ auctoritate concurrere non tenentur, vt patet *in reſolutione Sac. Congreg. Immunit. in vna Auximana* 25. *Maij* 1665. *emanata* ſuper infraſcripto ſupplici Libello.

18 *L'Eccleſiaſtici ſecolari, & regolari della Città di Oſimo humilmente rappreſentano.* 1. *come quella Città vole eſigere la gabella communitatiua d'vn quatrino per libra della carne, che l'Oratori*

19 *comprano.* 2. *è la gabella d'vn quatrino per foglietta del vino, che à menuto vendono nelle loro*

20 *cantine.* 3. *è dalli Coloni dell'Oratori la gabella del fumo, ò fuoco per le Caſe delle Chieſe da loro*

21 *habitate.* 4. *& anca la gabella della fida dalli medemi Coloni per l'animali ſpettanti in proprietà all'Oratori, quali per non indurre pregiuditia all'immunità ricorrono all'EE.VV. ſupplicandole humilmente degnarſi prouedere che &c.*

Sac. Congregatio Ad 1. *quatenus ſit impoſitio extenſiua ſubſidij triennalis Eccleſiaſticos teneri ex* Chirographa *Sanctiſſimi.*

Ad 2. *dentur decreta huius Sac.* Congreg. *pro exemptione.*

Ad 3. Colonos *non teneri ad gabellam fumi ſeu focularis.*

Ad 4. *Non teneri ad ſolutionem Affida, niſi doceatur concludenter Communitatem eſſe veram dominam paſculorum, & conſequenter huiuſmodi affidam eſſe pretium herbarum.*

S V M M A R I V M.

1 Patrimonium Clerici ad cuius titulum promotus fuit, gaudet priuilegijs, & exemptionibus, pro vt alia bona eccleſiaſticorum potiuntur,
Amp. etiam in caſibus a iure non expreſſis num. 2.
Contrarium num. 3.

4 Patrimonium Clerici non gaudet priuilegijs, & exemptionibus niſi promoueatur ad Sacros Ordines & nu. 15. & 16. Declara vt num. 18. & 26.

5 Patrimonium Clerici gaudet priuilegijs, & exemptionibus, donec prouideatur de beneficio Eccleſiaſtico num. 8.

6 Lim. procedere ſi ab Epiſcopo beneficium fuerit ſubrogatum loco patrimonij.

7 Patrimonium non eſt cum exceſſu conſtituendum, ſed iuxta morem, & conſuetudinem Diœceſis.
Et pro exceſſu ſubiacet oneribus, pro vt antea ſubiacebat ibidem.

9 Lim. ceſſantibus fraudibus, & donec detegantur patrimonium gaudere debet immunitate ab omnibus tributis num. 10.

11 Donationes factæ Clericis etiam in minoribus gaudent exemptione à laicalibus impoſitionibus ceſſante fraude.

12 Clerici in minoribus gaudent exemptione bonorum donatorum cauſa ſtudij num. 13.

13 Bona à Laicis donata loco pio cum reſeruatione penſionis ad vitam donantis, ſubſiſtit, & eſt immunis ceſſante fraude.

17 Conditio nihil ponit in eſſe ante conditionis euentum.

19 Verba importantia modum, & non conditionem non ſuſpendunt actum.

20 Clericus ſi ſuccedat Patri, non tenetur ad collectas, ad quas Pater tenebatur,

21 In collectis imponendis conſideratur qualitas noui poſſeſſoris.

22 Non exemptus à collectis ſi acquirat bona ab exempto tenetur ad collectas.

23 Clerici, & Eccleſiaſtici ſunt exempti, ab extraordinarijs muneribus pro bonis patrimonialibus, ex quocunque titulo quæſitis.

24 Bona patrimonialia Clericorum gaudent eodem priuilegio, quo fruuntur res Eccleſiarum in caſibus in iure expreſſis num. 25.

26 Patrimonium Clerico aſſignato antequam ſuſcipiat ſacros ordines gaudet immunitate remota fraude.

27 Clerici non habentes requiſita Sac. Concil. Trid. facta ab ordinario ſer. ſer. declaratione priuantur priuilegio Clericali.

28 Epiſcopus debet recognoſcere fraudolentas donationes factas Clericis.

Patri-

Digitized by Google

Patrimonium Clerici ad cuius titulum fuit ordinatus, an & quando gaudeat priuilegijs bonorum Eccleſiaſticorum.

ADNOTATIO III.

1 BOna patrimonij, ad cuius titulum, quis ordinatus fuit gaudent priuilegijs, & immunitatibus, prout bona Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum potiuntur, vtpotè quia in locum beneficij ſubrogātur, & ſuccedunt, ac proindè aſſumunt eandem naturam, & qualitates *latè Bellet. diſquiſit. Cleric. p.1. tit. de exempt. Cler. & eorum bon. à muner. pub. §.5. num. 9.* vbi in fi. quod imponens collectas, & alia onera, vel illas exigens ſuper huiuſmodi patrimonijs incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini *Gloſ. in cap. ſi Epiſcopus verſ. ſubſidium de praben. & ibi Dec. num. 20. Felin. in cap. Eccleſia Sanct. Mariæ num. 10. & 17. & ibi Soccin. numer. 70. verſ. quæ dicta de conſtit. Menoc. de recuper. poſſeſ. remed. 15. num. 21. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 19. num. 91. Gratian. diſcept. 159. numer. 27. Alter. in Bullam Cenæ can. 18. c. 2. col. 6. in fi. & col. ſeq. Duar. ibid. qu. 5. in 4. & 5. Bonaccin. in tit. de reſtit. in particular. diſ. 2. qu. 9. punct. 2. num. 12. tom. 2. fo. 542. Carauit. in rit. magnæ Curiæ tit. 229. num. 5. Nouar. quaſt. forenſ. p. 1. q. 72. n. 3. & 4. Ric. d. 229. p. 2. Viuius d. 299. per tot. p. 2. Antonin. var. reſol. 78. Sperel. d. 37. n. 77. p. 1. & d. 184. nu. 87. & ſeq. p. 2.* vbi ita cenſuiſſe *Sac. Congregationem ſuper controuerſ. iuriſdictional. in vna Auximana die 22. Ianuar. 1629. & in vna nullius 30. Maij 1628. & Sac. Congreg. Immunit. eccleſiaſt. in vna Montis Alti 14. Octobr. 1630. proponente Eminentiſſ. Caſio confirmata 18. Maij 1631. referente R. P. D. Paulutio Segretario deinde S. R. E. Cardinali.*

2 Amp. vt huiuſmodi bona etiam in caſibus á iure non expreſſis gaudeant priuilegijs, & exemptionibus conceſſis Eccleſiæ bonis, ob eandem rationẽ, quia loco beneficij ſuccedunt *Bald. in cap. imperialis num. 17. de pace conſtant. Zerola in prax. Epiſcopal. n. 1. verb. Clericus Viuius tom. 1. commun. opin. lib. p. tit. 2. num. 51. Spin. in ſpecul. teſtam. glo. prin. 18. num. 72. Bellet. diſquiſit. Clerical. tit. de exempt. Cler. §. 5. num. 9. Maſcard. de ſtat. inter. co nclu. 1. num. 96. Vulp. in pract. Eccleſ. c. 17. num. 24. Tamburin. de iur. Abbat. p. 1. diſ. 15. qu. 21. num. 27. Ciarlin. controuerſ. forenſ. cap. 138. num. 24. p. 2. cum alijs per Sperel. dec. 184. num. 18. tom. 2.* vbi ita etiam tenuiſſe *Sac. Congreg. in vna Regien.*

3 Contrarium docent *Couar. lib. 1. var. reſol. c. 4. num. 4. & in cap. Raynutius §. 2. num. 7. quem ſequitur Gutier. pract. quaſt. lib. 3. c. 27. num. 8. Paſq. Menchiac. de ſucceſ. creat. lib. 3. §. 22. ſub num. 43. verſ. ſed contrarium, cum alijs per Diaz. in prax. crim. canon. c. 18. num. 14. verſ. hoc vero patrimoniũ ita etiam Ferdinan. Vaſquez. tit. eod. §. 32. num. 33.* & in hac ſententia videtur etiam reſidere *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 5. §. 10. num. 4.* dum aſſerit ſupradictos contrarium tenere, pro vt verius eſſe putat, verum quia ſunt ſutibus, & ratione deſtituti eorum ſententia ſequenda non eſt,

4 Lim. vt bona in patrimonium aſſignata non debeant gaudere dictis priuilegijs, & exemptionibus, niſi Clericus promoueatur, cum effectu ad ſacros ordines, vt ad occurrendum fraudibus cenſuit Sacra Congregatio iuxta declarationem relatam per *Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. in addit. ad caput 5. lib. 4. fol. 22. num 33. verſ. & eum alias* vbi ideo *Sacra Congregatio Cardinalium controuerſijs iuriſdictionalibus præpoſitorum cenſuit Clericos non gaudere exemptione pro bonis ad ſuſcipiẽdos ſacros ordines eis aſſignatis, donec non fuerint in eiſdem ſacris ordinibus conſtituti, & Epiſcopum cognoſcere debere ſuper fraudulentis donationibus. Datum Romæ die 18. Septemb. 1639. B. Cardinalis Gypſius.*

Franciſcus Paulutius S. C. Secretarius, & comprobat Cobel. de bon. regim. cap. 35. num. 60. verſ. atq; hinc vſque ad 65.

5 Lim. 2. vt patrimonium Clerici, quo fuit promotus ad ſacros ordines debeat gaudere dictis priuilegijs, & exemptione, donec non extinguatur per adeptionem beneficij eccleſiaſtici *Azeuedo in l. 1. nu 9. tit. 4. lib. 1. noua recomp. Cenall. qu. 527. num. 4. Spin. de teſtam. glo. principali 18. n. 72. Cened. practic. quaſt. lib. 1. qu. 11. num. 9. relat. per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 19. num. 91.* & ita a Sacra Congregatione reſcriptum fuiſſe Gubernatori Ciuitatis Ieſi, vt ex tenore huiuſmodi Literarum familiarium.

Mentre il Clerico Horatio Calcagni da Beluedere ſij ſtato prouiſto dell' Arcipretato di Collenecchio, ò de altro beneficio ſufficiente al ſuo ſoſtegno, ſi come vien ſuppoſto dalla Communità di quel luogo, N. Signore comanda, che per li beni à titolo de quali preſe l'ordini ſacri paghi quei medeſimi peſi, a' quali ſoggiacena prima, in eſecutione dell'ordine dato altre volte dalla Santità ſua in queſta materia per ouuiare alle fraudi, onde ella douerà eſeguire in tal conformità, non oſtante qualſiuoglia ordine in contrario, e Dio la contenti. Roma li 28. Nouemb. 1635.

Al piacer ſuo

Il Cardinal Barberino

Giulio Donato Segretario.

6 Non tamen ſufficit ad hunc effectum ſimplex acquiſitio beneficij, ſed vlterius, quod ab Epiſcopo beneficium ſubrogetur loco patrimonij, eum ad eundem ſpectet recognoſcere, an beneficium ſit ſufficiẽs ad commodam eiuſdem Clerici ſuſtẽtationem, vnde duo copulatiuè requiruntur, quod beneficium ſubrogetur pro decenti ſubſtentatione, alterum, quod Epiſcopus conſentiat *Campan. in diuerſ. iur. canon. rub. 8. cap. 6. num 9 verſ. & obuiam Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. cap. 26. §. 13. num. 4. Barboſ. eod. tract. alleg. 19. num. 90. & in* Concil. *Trid. ſeſſ. 21. c. 2. num. 63. verſ. contrarium tamen latè* Cobel. *de ben. regim. cap. 35. à num. 53. cum plurib. ſequen.* pro vt etiam declarauit Sacra Congregatio, ſcilicet. *Die 21. Nouemb. 1633. Sacra Congregatio Cardinalium controuerſijs iuriſdictionalibus præpoſitorum cenſuit oratorem gaudere debere exemptione reſpectu patrimonij, ad cuius titulũ fuit ordinatus, etiamſi poſtea fuerit prouiſus de beneficio, ſi in locum dicti Patrimonij non fuerit ab Epiſcopo expreſsè ſubrogatum.*

Berlingerius Card. Gypſius.

F. Paulutius S. Cong. Segretarius.

7 Patrimonium autem non eſt cum acceſſu conſti-

ſtituendum, ſed arbitrio Epiſcopi iuxta morem, &
conſuetudinem diœceſis, vnde ſicut beneficium,
trigiuta, vel quadraginta aureorum, eſt ſufficiens,
vt quis ad eius titulum ordinari valeat, ita etiam
regulari debet patrimonium *Pariſ. de reſignat. be-
nefic. lib. 5. qu. 6. num. 155. relat. per Maſſobr. in
prax. habend. concurſ. ad Paroch. requiſit.7, dub. 20.*
patrimonium igitur in fraudem conſtitutum vltra
ſummam præſcriptam à conſuetudine, & conſtitu-
tionibus diœceſanis, pro exceſſu ſubijcere debet
eiſdem oneribus, & impoſitionibus, pro vt antea
ſubijciebat, vt *à S. Cong. reſolutum, & ordinatum fuiſ-
ſe refert Cobel. in ſuo Bullar. in tit. de privilegiat. &
exempt. c.4. fo.170.* & ita etiam reſcriptũ fuit Vicario
Generali Epiſcopali Ripæ tranſonis, vt patet ex
huiuſmodi litteris familiaribus eidem tranſmiſ-
ſis,

*N. Signore per ouviare alle fraodi, che ſi commetto-
no da quei laici, che danno alli congionti groſſo patri-
monio ad effetto di poterſe promouere all'ordini ſacri,
comanda, che il detto patrimonio non ſia eſente da
ſoliti peſi, ſe non in quella quantità, che vien pre-
ſcritta dalle conſtitutioni, e conſuetudine delle diœce-
ſi, che il remanente ſia ſogetto all'impoſitione, come
8 prima, e di più comanda, che quelli, che ſono ordina-
ti ad titulum patrimonij, ottenendo beneficij ſofficienti
alla loro ſoſtentatione, non godino più eſentione alcu-
na per il patrimonio, mà paghino li ſoliti peſi, così pe-
rò farà ella, che ſi oſſervi coſti, e Dio la proſperi. Ro-
ma 16. Agoſto 1654.*

Al piacer ſuo
Il Cardinal Barberino
Giulio Donati Segretario.

9 Verum, quia ſupradictæ ordinationes emanaue-
runt ad obuiandas fraudes, veniunt ſano modo in-
telligendæ, vt fraudibus ceſſantibus non intelliga-
tur prohibitum ſupradictis Clericis, tam in minori-
bus, quam in ſacris ordinibus conſtitutis donatio-
nem, ſeu patrimonium habere, retinere, vel conſti-
tuere, etiam vltra virilem, & vltra quantitatẽ Con-
ſtitutionibus, ſeu conſuetudine præſcriptam, ac
proindè bona ſic donata pro portione virilem exce-
dentia, ac alia Clericorũ bona, nõ ſolum ad quorum
titulum fuerunt ordinati, ſed etiam patrimonialia
extra titulum ſunt exempta à gabellis ſecundum
diſpoſitionem ſacrorum canonum, donec detecta
fraude, vel in ipſa Sacra Congregatione, vel in
alio foro Eccleſiaſtico competente ſeruatis ſeruan-
dis fuerint præfatæ donationes, vel patrimonij cõ-
ſtitutiones fraudulentę declaratæ, & ita *Sacr. Con-
gregationem ſcripſiſſe Epiſcopo Accionenſi ſub die
28. Iunij 1633. refert Corrad. in prax Apoſtolic. di-
ſpenſat. in addit. ad caput 5. lib.4. num.33. verſ per
quod quidem edictum fo 22.*

10 Ceſſantibus igitur fraudibus patrimonium, ad
cuius titulum quis fuit ordinatus, gaudet immuni-
tate ab omnibus exemptionibus, & tributis ſæcu-
laribus, ſiue à Patre, ſiue à quocumque extra-
neo donatum, vel aſſignatum fuerit, iuxta decla-
rationem *Sac Congreg. Epiſcop. in vna Cataren. ſi 3.
Auguſti 1592. relat. per Dian. poſt. p. 5. reſol. mor.
in tit. Declarat. Sac. Congreg. num. 5. Cardinal Tu-
ſch. § bona concl. 114. tom. 1. Carol de Graſſ de ef-
fect. Cleric. 3. num. 19. & 20. Bellet. diſquiſit. Cleric.
p.1. tit. de exempt. Cleric. & bonor. §.1. num. 1 Bo-
nacin. in tit. de cenſ. in partic. tit. de cenſ. in Bulla
Cœnæ conten. diſ. 1. quæſt. 19. punct. 3. nu. 13. tom. 1.*

11 Pro vt etiam valeat aliæ donationes factæ
Clericis etiam in minoribus, ita vt debeant
gaudere exemptione à laicalibus impoſitio-
nibus, & tributis, dummodo non fiant in fraudem
ab Epiſcopo declarandam, vt cenſuit *Sac. Congreg.
Eminentiſſ. Cardinal controuerſ. Iuriſdictional. præ-
poſitor. ad inſtantiam Vniuerſitatis Terræ Mormanni
die 26. Iulij 1644. ad dubium 4. teſte Pignatel. con-
ſult. can.98. à num.28. vſque ad fin. verſ. ad 4.*

12 Ita pariter Clerici in minoribus gaudent exem-
ptione bonorum ſibi donatorum cauſa ſtudij, cum
reputari debeant tamquam eccleſiaſtica, an verò
huiuſmodi cauſa ceſſauerit, debet cognoſci ab Epi-
ſcopo, ita mè ſcribente prò Clericis cenſuit *Sac.
Congreg. in vna Marſicana die 16. Ianuar. 1663. quam
refert Pignatel. conſult. canon. 454. num. 1. contra
Riccium p.4. collect. 901.* etenim textus in Bulla Cæ-
13 næ Domini, cum loquatur generaliter, generaliter
quoque intelligi debet, de quibuſcunque eccleſia-
ſticorum bonis, ſiue patrimonialia ſint, ſiue dona-
ta, ſiue quocunque alio titulo quæſita *Diana reſol.
moral. p. 1, tract. 1. reſol. 45. tit. de immunit. eccleſiaſt.
ex Barboſ. in ſuis collet. tom. 1. lib. 3. tit. 49. cap. 4.
num. 4. Filiuc. tract. 16. cap. 11. num. 198. Reginal.
tom. 1. lib. 9, cap. 25. num. 377. Alterius tom. 1. diſ.
19 lib. 5. cap. 2. fo. mihi 370. col. 2.*

14 Immo donatio facta à Laico pio loco, cum reſer-
uatione penſionis fere æquiualentis fructibus eius
vita durante ſubſiſtit, ita vt bona donata ab oneri-
bus extraordinarijs ſint immunia, ceſſante tamen
fraude iuxta *magiſtrales deciſiones Rota in Brunduſi-
na gabella coram Pania, & Albanen. gabellæ coram
Merlino, alias ſupra allegatas, & vt etiam cenſuit
Sac. Congregatio Concilij in Vercellen. die 21. Martij
1643. ex cap. 20. ſeſſ. 23. de reform. Sac. Concil. Trid.
de qua Pignatel. conſult. canon. 264. num. 1.*

15 Patrimonium verò, ſeu donatio facta Clericis in
minoribus tantum ordinibus conſtitutis ad effectũ,
vt promoueri poſſint ad ſacros ordines, videtur
præſumenda ſimulata, & in fraudem collectarum, &
proindè redditur nulla, & inualida, *Lucas de Pen.
in l. fin. num.8. verſ. & ſic potet & num.9. C. de ann.
& trib. lib.10. Barbat. conſ. 180. num. 3. & 4. lib. 1.*
& ratio eſt, quia in prima tonſura, & in quatuor
ordinibus minoribus conſtitutis non requiritur aſ-
ſignatio patrimonij, cum poſſint pœnitere, & rece-
dere ab ordine Clericali, vxorem ducere, & laicalia
exercere *cap. 1. de cleric. coniug. Barboſ. de offic. &
poteſt Epiſcop. alleg. 19 numer. 3. p. 2. iuxta parmam
impreſ. Lotter. de re beneſ. lib. 1. qu. 2. num. 22. &
23. & in noſtris terminis Cobel. in coment. ad Bull.
boo. regim. cap. 35. num. 60.*

16 Tum etiam, quia talis aſſignatio videtur facta
ſub conditione, ſcilicet nunc pro tempore, quo
Clericus promoueatur ad ſacros ordines, cum
tunc debeat ſuum ſortiri effectum, ac proindè me-
dio tempore debet remanere in ſuſpenſo, tamquam
reſpiciens tempus futurum, & non præſens, con-
17 ditio autem nihil ponit in eſſe ante conditionis
euentum *l. cedere diem ff. de verb. ſignif. l. ex facto
ff. de hered. inſtit. Cobel. dicto cap. 35. num. 62. vſque
ad 65.*

18 Declara, quod ſi verba donationis, vel conſtitu-
tionis patrimonij importent conditionem, & tunc,
quia conditio nihil ponit in eſſe, ante conditionis
euen-

Digitized by Google

ſuentum bona donata, vel in patrimonium aſſignata non debent gaudere priuilegio immunitatis, niſi poſt purificatam conditionem, ſeu poſt quam donatarius, ſeù aſſignatarius promotus fuerit ad ſacros ordines, ſi verò verba non importent con-
19 ditionem, ſed tantum modum, & tunc non debet ſuſpendi actus, ſeu effectus, *l. 1. C. de ijs, quæ ſub modo Iaſ. in l. ſi quis cum debitore num. 4. ff. de iur. iur. Bart. conſ. 4. num. 2. Canale. dec. 255. num. 5. & 6.* ac proinde huiuſmodi bona non debent eſſe ſubiecta contributionibus, & collectis, ſed immunitatis beneficio, & priuilegio plenè gaudere, prout ipſe Clericus gaudet in perſona, etiam ſi prima clericali tonſura, & quatuor tantum minoribus ordinibus ſit inſignitus *Couar. pract. quæſt. cap. 31. num. 9. verſ. quod Clerici prima Tonſura, Guttier. pract. quæſt. lib. 1. qu. 8. quarto an Clerici prima tonſura num. 1. relat. per Cobel. de bono regim. cap. 35. à num. 65. verſ. verum pro ſolutione vſque ad 69. & ſeq.*

20 Quando autem perſona eſt exempta, pròut eſt Clericus in minoribus conſtitutus, bona etiam exempta cenſentur, cum acceſſorium ſequatur naturam ſui principalis, vnde ſi Clericus ſuccedit Patri, non tenetur ad collectas, licet Pater teneretur, & bona in æſtimo ſint deſcripta, quia mutata perſona, mutatur etiam ſtatus bonorum, ex quo bona ſint acceſſoria ad perſonam, cuius qualitates, naturam, immunitates, & priuilegia aſſumunt, vt benè comprobat *Bellet. diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de exempt. Cler. & eorum bon. a muner. pub. §. 5. nu. 3.*

21 Siquidem in collectis imponendis mutata perſona mutatur ſtatus rei, & conſideratur qualitas noui poſſeſſoris, *l. 1. C. de imponen. lucrat. deſcript.* vt de receptiſſima ſententia tenet *Vaſquez. de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. num. 659. Carauit. ſuper ritu Magn. Cur. tit. 229. numer. 3. Coſt. de facti ſcient. & ignor. cent. 1. diſp. 10. numer. 1. Oſac. deciſ. 130. num. 1. cum alijs per Bellet. diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de exemp. Cler. & eor. bon. a muner. pub.*
22 *§. 5. num. 4. & 5.* vbi e conuerſo, quando ſi exemptus à collectis alienet prædia in non exemptum teneatur nouus acquiſitor ad earum ſolutionem, *l. ætatem in fi. ibi perſonis quidem ff. de cenſib. ſpecul. in tit. de immunit. Eccleſ. in fi.* & emens bona ab Eccleſia, & Clericis non eximitur à collectis, *Iaſ. conſ. 70. verſ. 2. facit vol. 1, Purpurat. conſ. 582. num. 7. vol. 2.*

23 Clerici igitur, & Eccleſiaſtici non ſolum pro patrimonio, ad cuius titulum ad Sacros Ordines promoti fuerunt, debent eſſe immunes à collectis, & alijs extraordinarijs muneribus, ſed etiam prò alijs bonis patrimonialibus, & quocunque titulo ad eoſdem deuenientibus, *cap. Eccleſ. 12. quæſt. 2. cap. ſimiliter vbi gloſ. in verb. Eccleſijs 16. quæſt. 1. cap. 1. §. volentes, & cap. Clericis §. nos igitur verſ. vel Eccleſiaſticar. perſonarum de immunit. Eccleſ. in 6.*

24 Quoniam bona patrimonialia Clericorum gaudent eodem priuilegio, quo fruuntur res Eccleſiarum, *cap. non minus cap. aduerſus de immunit. Eccleſ. & tradunt DD. plene relati per Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de exempt. Cleric. & eor. bon. à muner. pub. §. 5. num 1. iuncto num. 9.* vbi quod
25 hoc procedat in caſibus tantum in iure expreſſis.
26 Hinc infertur quod remota fraude, ſi bona in patrimonium Clerico aſſignata, deueniant ad eius manus, & ab eodem pacificè poſſideantur, debent gaudere immunitate, etiam ſi ante tempus aſſignata fuerint, iuxta declarationem factam a *Sac. Congreg. Immunit. in vna Aquilana* inſtante dicta Ciuitate, ſcilicet *Sac. Cong. reſpondit franchigiam non poſſe, nec debere reduci, ſed Epiſcopum prouidere poſſe remedijs à iure permiſſis, quæ per Secretarium innoneutur, videlicet quod non permittat patrimonia Clericis aſſignata prò aſſumendis Sacris Ordinibus gaudere exemptione patrimonij Eccleſiaſtici, niſi poſt aſſumptionem Sacrorum Ordinum, debere tamen gaudere exemptione bonorum Clericorum, ſi vere cum effectu fuerint in Clerico tranſlata, quod Epiſcopus inſpicere debet.*

27 *Item Clericos delinquentes non incedentes in habitu, & tonſura, non inſeruientes Eccleſiæ, fiat præceptum cum termino competenti ſub pœna priuationis priuilegiorum Clericalium, quod ſi non paruerint, poterit procedere ad illorum priuationem ſer. ſer. qua ſecuta gaudere non poterunt exemptione Clericis com-*
28 *petente. Vlterius, vt euitentur fraudolentes donationes idem Epiſcopus cognoſcat, & declaret fraudes, qua declaratione ſecuta abſque præiudicio immunitatis Eccleſiæ prouideatur indemnitati vniuerſitatis pro vt iuris 5. Martij 1641.*

SVMMARIVM.

1 Patrimonium filio Clerico à Patre conſtitutum, vt promoueri poſſit ad ordines, eſt in diuiſione inter fratres conferendum contrar. nu. 8.
2 Conferri debet in diuiſione facienda inter fratres dignitas empta à Patre filio in Romana Curia
3 Patrimonium à Patre filio conſtitutum ad promouendum ad Sacros ordines, eſt donatio ob cauſam contrar. num. 10.
4 Patrimonium Clerici non eſt alienabile, ſed tranſmiſſibile ad heredes.
5 Prohibitio alienationis patrimonij Clerici, non eſt perpetua, ſed temporanea vſque ad beneficij conſecutionem.
6 Legitima non reijcit onus legale.
7 Patrimonium Clerici ad conſequendum Sacros Ordines, eſt computandum in legitimam contr. nu. 8.
Sed prima opinio verior. nu. 18.
9 In legitimam non imputantur data filio ratione dignitatis.
11 In legitimam non imputantur, quæ capiuntur inter viuos, ſi dantis in contrarium non concurrat declaratio.
12 Data in ſacerdotium efficiuntur peculium Caſtrenſe.
13 In legitimam non imputatur peculium Caſtrenſe.
14 In legitimam non imputantur expenſæ factæ à Patre pro filij Doctoratu, alijſque honoribus.
15 Nec expenſæ factæ cauſa ſtudij.
16 Nec libri pro filio à Patre empti.
17 Neque æqui, & arma empta à Patre filio ratione militiæ.

ADNOTATIO IV.

Patrimonium Clerico conſtitutum ad ſuſcipiendum Sacros Ordines, an ſit computandum in legitimam, & conferendum inter fratres.

1 PAtrimonium à Patre filio conſtitutum ad hoc vt ad Sacros Ordines promoueri valeat, eſt con-

Digitized by Google

conferendum, vel tanto minus accipiendum in
diuiſione paternorum bonorum facienda inter alios
fratres, cum habeatur tamquam donatio facta
filio Clerico ob cauſam, ſi non neceſſariam neceſſi-
tate abſoluta, ſaltem neceſſitate conuenientiæ, &
vi directiua, & naturali ratione dictante, & impel-
lente, vt non minus teneatur pater dotare filiam
pro matrimonio carnali contrahendo, quam filium
pro ſpiritualibus nuptijs cum Deo mediante ſacer-
dotio ineundo, ex qua neceſſitate cum excludatur
liberalitas, donatio, ſeu conſtitutio cenſetur ob
cauſam, propterea non minus filius tenetur con-
ferre patrimonium, quam filia dotem, præcipuè
vt ſeruetur æqualitas inter fratres, & ex veriſimili
mente patris, qui cum æqualiter filios diligere præ-
ſumatur, non videtur vnum magis ditare voluiſſe,
quam alium, benè *Michalor. de fratrib. p. 1. cap. 20.
num. 8. & 11. Mangil. de imput. quæſt. 33. num. 18.
& ſeq.* in hanc etiam ſententiam feruntur *Vgolin.
de offic. & poteſt. Epiſcop. cap. 26. §. 9. num. 4. verſ.*
2 *at qui an conferatur*, vbi quod ſi pater emat digni-
tatem aliquam filio, vel officium in Romana Cu-
ria conferatur, prout ita practicaſſe, & obtinuiſſe
teſtatur. *Diaz. in pract. crim. canon. cap. 18. nu. 8.
Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 4. num. 4. & in cap.
Raynaldus § 2. nu. 7. de teſtam. Mench. de ſucceſ-
ſion. creat. lib. 3. §. 22. lim. 17. numer. 44. Vin. in
Sylua opin. 323. in fi. Gutier. pract. lib. 2. quæſt. 65.
Molin. de iuſtitia 1. tom. tract. 2. diſput. 218. &
241. ad fin. Marc. Anton. Genuen. in practicab. Ec-
cleſiaſt. quæſt. 625. Petrus de Ledeſma in ſum. p. 1. de
Sacram. Ordinis cap. 7. conclu. 6. ad fi. Garz. de be-
nefic. p. 2. cap. 5. num. 159.* vbi de veriori, quia
3 eſt donatio ob cauſam neceſſariam, ſeu quaſi, vt
potè quia datur, vt non conſumetur in adeptione
ordinum, ſed vt poſt eorum adeptionem deſeruiat
pro alimentis, & congrua Clerici ſuſtentatione,
4 ne mendicare cogatur iuxta diſpoſitionem *S. Conci-
lij Trid. ſeſſ. 21. cap. 2.* & licet non ſit alienabile,
eſt tamen tranſmiſſibile ad hæredes, immo prohi-
5 bitio alienationis non eſt perpetua, ſed tempora-
nea, donec conſequatur beneficium Eccleſiaſti-
cum, & cum hoc onus prohibitionis alienationis
proueniat ex diſpoſitione legis, & non facto ho-
minis, non impedit, quin ſit computandum in le-
gitimam, & in diuiſione conferendum, cum onus
6 legale de legitima non reijciatur, licet generaliter
legitima debeatur abſque onere *Gabr. conſ. 19. nu.
13. lib. 2. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. qu. 10. nu.
1. vbi Rat. dec. allegat.*

7 Hinc eſt, quod non ſolum ſit conferendum, ſed
etiam computandum in legitimam, *Michalor. de
fratrib. p. 1. cap. 20. num. 10. Vaſquez. de ſucceſ.
creat. p. 1. lib. 3. §. 22. num. 44. Cuch. de legit. §.
rurſus hæc verba nu. 30. cum ſeq. Auendan. reſponſ.
17. Ayora de partitionibus p. 2. qu. 13. Claudius de
Bartandier. in tract. de legit. art. 12. num. 39. Pere-
grin. de fideicom. art. 36. ſub num. 134. Diana reſol.
moral. p. 8. tract. 6. de donat. reſol. 94. verſ. ſed af-
firmatiuam Bonacin. in tit. de contract. diſ. 3. qu. 6.
punct. 7. § vnico num. 5. verſ. reſpondeo 2. tom. 2.
fol. 168. & de cenſur. in particular. de cenſ. in Bulla Cœ-
næ contentis diſ. 1. quæſt. 19. punct. 3. num. 14. &
tradunt* omnes alij Doctores ſupra allegati, qui
loquuntur in vtroque caſu, tam collationis, quam
computationis legitimæ, cum de vno ad aliud pro-
cedat argumentum *Theſaur. deciſ. 46. num. 5. Alex.
conſ. 24. num. 1. verſ. & non eſſe verum lib. 1.*

8 Contrarium verò, quod donatio facta filio in ti-
tulum patrimonij ad ſuſcipiendos ſacros ordines
non ſit conferenda, nec imputanda in legitimam,
9 prout regulariter data filio ratione dignitatis in
illam non imputatur, tum quia huiuſmodi dona-
tio cenſeatur potius ſimplex, quam ob cauſam,
10 cum pater præcisè non cogatur ad talem dona-
tionem faciendam, præcipuè ſi emanauerit inter vi-
11 uos iuxta regulam, quod quæ capiuntur inter vi-
uos non imputantur, tanto magis ſi pater non de-
clarauerit, prout declarare poterat, quod aſſigna-
ta in patrimonium filio in legitimam imputentur,
prout ratiocinatur *Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. qu.
23. à num. 4. vſq. ad fin.* in hac etiam ſententia
reſidet *Barboſ. de officio, & poteſt. Epiſcop.* contra-
rijs reſpondendo *alleg. 19. num. 64. & pluribus ſeq.*
& hanc opinionem eſſe magis veram, & ſequendam
dicit *Gratian. diſcept. 159. num. 31. & 33. verſ.
tamen primam opinionem ex Tell. Ferdin. in l. 26.
Taurin. Fabian. in l. ſi emancipati C. de collat. Rol.
conſ. 11. numer. 6. Crauet. conſ. 136. per tot.
Spin. in ſpecul. teſtam. gloſ. 18. prin. num. 65.
& 69. Claud. Gliſetius de port. legit. cap. 14.
in fin. Rebuf. in prax. tit. de reſcript. in form. com-
muni num. 25. Dueñaſ. reg. 222. num. 3. Polidor.
Ripa obſeruat. 234. Ric. in prax. for. Eccleſiaſt. de-
ciſ. 194. in p. edit. & reſol. 522. in 2. edit. Cenal.
commun. contra commun. qu. 682. Rojas de ſucceſſio-
ne cap. 7. à num. 46. Campanil. in diuerſ. iuris canon.
rub. 8. cap. 6. num. 11. Vaſquez. de ſucceſ. creata
§. 30. num. 216. p. 2. Quintanaduenas lib. 3. Ec-
cleſiaſt. cont. p. 2. præcipuè ad fin.* conſtituunt tradita
per Craſ. in §. legitima quæſt. 26. num. 3. vbi in fin.
12 quod data in ſacerdotium efficiuntur peculium
13 caſtrenſe, vel quaſi quod non imputatur, & num.
4. quod idem in expenſis factis à patre in conſe-
14 quendo Doctoratu filio aliiſque honoribus *l. quæ
pater ff. fam. erciſcund. Dec. in l. illud num. 7. verſ.
in glo. ver. lucrum C. de collat.* prò vt etiam ſum-
15 ptus, & expenſæ factæ à patre cauſa ſtudiorum
neque imputantur idem *Craſ. §. legitima qu. 27. &
28.* vbi quod neque libri, quos pater emit pro filio,
16 & *qu. 29.* vbi quod neque equi, & arma empta
17 filio ratione terreſtris militiæ *l. 1. §. nec caſtrenſe ff.
de collat. bonorum*, vnde multo magis data pro mi-
litia cæleſti ad tradita *per Euerard. in loco arg. A
milite armata militia ad militem cæleſtis militiæ nu. 1.*

18 In hoc opinionum conflictu libenter reſiderem
in prima opinione, præcipuè quando inter fratres
emergeret magna inæqualitas, ſi patrimonium Cle-
rici non eſſet imputandum, vel conferendum, vt
etiam animaduertit, *Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2.
qu. 28. nu. 9.*

SVMMARIVM.

1 Clericus negociator tenetur ad ſolutionem gabellæ de bonis, in quibus negociatur.
2 Clericus tenetur ſoluere gabellam ſi vendat fructus ex agro conducto recollectos.
3 Clericus dicitur mercaturam exercere ſi aliquid emat cauſa vendendi, vt lucrum referat, ſecus ſi per accidens vendat.
4 Negociatio triplex eſt, Economica, Politica, & In-
ciatiua

ceratiua, & quæ ex ijs Clericis ſit prohibita.

5 Clericis licitum eſt emere neceſſaria pro ſui ſuæque familiæ ſubſtentatione, & quod ſupereſt vendere.

6 Poſſunt retinere tabernam, & vendere vinum, oleum, & ſimilia recollecta in proprijs, ſeu Eccleſiæ prædijs, etiam ad minutum.

7 Clericis permittitur facere artificium cauſa lucrandi, limit. vt nu.8. & 17.

9 Clericus emendo animalia, & in proprijs prædijs paſcendo, & pinguiora effecta vendendo non dicitur negociari.

10 Neqne improbatur ſi emene coementa pro ædificando in domo Eccleſiæ, vel beneficij, ſi poſtea vendat.

11 Clerici cultores agrorum ſuorum, vel Eccleſiaſticorum conductores moleſtari non debent titulo negociationis illicitæ.

12 In caſalibus proprijs poſſunt exercere artem Agriculturæ abſque ſpolij timore.

13 Non dicitur negociari ſi oleum, vinum, & ſimilia ex ſuo recollectam alibi tranſportari faciat, vt carius vendat. Contrar. num.14.

15 Clericus ſi in proprio fundo habeat venam metalli, ſi confici, & vendi curet cenſetur negotiari. Contr. num. 16.

17 Clerici dicuntur illicitè negociari, ſi emanaut, & rem non melioratam, vel non mutata forma carius vendant.

18 Clericus emens equum animo locandi cauſa lucri videtur negociari, & obligari ad gabellam.

19 Idem ſi gregem conducat, & caſeum vendat.

20 Clericus non poteſt exercere cambia. Contrar num.21.

22 Clericus in eſtrema neceſſitate poſitus poteſt honeſtam mercaturam exercere, nè mendicare cogatur.

23 Clericus ſi habeat ſufficiens beneficium, vel Eccleſiæ ſeruitio conſequatur neceſſaria, neque poteſt exercere artificium.

24 Clericus negociator, niſi fuerit ter monitus non amittit priuilegium immunitatis à ſolutione gabellæ. Contrar. num.25. Sed prima opinio verior 26. Diſtingue vt num. 27. & 28.

29 Clericus pro exactione gabellæ ob mercaturam conueniendus eſt coram Iudice Eccleſiaſtico.

30 In differentia inter Clericum, & Gabellarium an res tranſportetur cauſa mercaturæ, vel ad vſum proprium ſtandum eſt iuramento Clerici.

Clericus negociator, an & quando teneatur ad ſolutionem collectarum, & gabellæ.

ADNOTATIO V.

1 CLericus negociator in odium negociationis nõ eſt immunis à ſolutione gabellæ, & ad inſtar laici tenetur ad contributiones, & collectas de bonis, in quibus negociatur, ſiue defeeat, ſiue deferre faciat, ſiue tranſmittat, *Clem. gu. de cenſ.* & probat expreſsè textus in *cap. quamquam de cenſib. lib. 6.* ibi quos non cauſa negociandi deferunt latè *Gutier. de gabel. quaſt.93. Girond. tract. eod. p. 7. num. 8. Ioſeph. Ludouic. tom. 3. commun. opin. in tit. de gabel. conclu. vnic. verſ. infertur. 10. ibi fallit quando. Aufer. de poteſt. Iud ſacul. ſuper Eccleſ. perſ. reg. 3. num. 32. in 6. tom. tract. diuerſor. Natta conſ. 139. num. 3. & 4. lib. 1. Surd. conſ. 313. num. 8. lib. 3. Bobadilla in ſua politica lib. 2. c. 18. num. 123. lit. F. & & num. 124. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. c. 33. dub. 3. num. 23. Molin. de iuſt. & iur. tom. 2. diſ. 343. num. 10. late Duard. in Bulla Cana can. 10. qu. 8. per tot. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. 3. num. 23. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 13. num. 8. Bonaccin. de cenſur. in partic. tit. de cenſur. content. in Bulla Cana diſ. 1. qu. 19. punct. 3. §. 3. num. 5. tom. 3. Sperel. dec. 35. num. 45. tom. 1. copioſè Genuen. in prax Epiſcopal. Neapol. cap. 52. num. 1. & per tot. Vgolin. de poteſt. Epiſcop. cap. 13. §. 15. cum ſeq. vſque ad §. 26. Strac. de mercat. p. 3. num. 8.*

2 Vnde gabellam ſoluere tenetur, ſi fructus ſuo ſemine, ſuaque induſtria collecti ex alieno agro conducto vendat, quia tunc dicitur negociari ſecundũ *Guttier. de Gabellis qu. 63. num. 68. & 72. relat. per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 13. num 12. Bonacin. de cenſur. in particul. in tit. de cenſ content. in Bulla Cana diſ. 1. qu. 19 punct. 3. §. 3. num. 6. verſ. hinc ſequitur.*

3 Vlterius Clericus dicitur mercaturam exercere, ſeu negociationem lucratiuam facere, quando aliquid emit, vel contractu oneroſo acquirit, vt ex illius venditione lucrum referat, ſecus ſi aliquam rem emit ad ſui, ſuæque familiæ ſubſtentationem, quamuis poſtea, vel vrgente neceſſitate, vel data occaſione lucri, pro maiori pretio vendat, quia huiuſmodi venditio ſequitur per accidens, & non cauſa primę acquiſitionis factæ ſine fine lucrandi *Abb. in c. 1. ne Cleric. vel Monac. ex D. Thoma 22. qu. 67. art. 4. Quaranta in ſum bullar. in verb. Vectigal. verſ. tertio quatenus Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap 62. num. 15. Bellet. diſquiſit. Cleric. de exempt. Cleric. à muner. §. 4. num. 5. Bonaccin. de cenſur. in partic. in tit. de cenſur. content. in Bulla Cana diſ. 1. qu. 19. punct. 3. §. 3. num. 6. tom. 3. Redoan. de ſpol. eccleſiaſt. q. 2. num. 49.*

4 Triplex autem eſt negociationis ſpecies, ſcilicet Economica, politica, & lucratiua, Economica enim fieri dicitur, in ijs, quæ concernunt ſui, ſuęque domus ſubſtentationem, pro vt neceſſitas poſtulat; Politica vero, ſi exerceatur cauſa, vel intentione ſuccurrendi publicis populi neceſſitatibus, & hæc Ciuitatum Gubernatoribus conuenit, Lucratiua demum cenſetur, quando quis aliquid emit, vt illud poſtea carius vendat, quæ dupplici modo exercetur, primo enim, quando emptor rem, quam emit artificio, & induſtria mutat, & meliorat, ideoque carius vendit, hæcque non tam dicitur negociatio, quam artificium, ſecundo verò modo, quando quis emit, vt carius vendat, nullo artificio adhibito, nullaque addita melioratione, hæcque propriè dicitur negociatio, Clericis autem ex his tribus negotiationum ſpeciebus, prohibetur negotiatio lucratiua in ſecunda ſpecie, adeo vt Economica, & lucratiua in prima ſpecie permittatur; quod autem fit lege permittente nulla pœna incurritur, & conſequenter pro dictis negociationibus permiſſis eximi debent Clerici à ſolutione gabellæ, vt pulchrè docet *Scaccia de commerc. & camb. §. 1. qu. 7. p. 2. ampliat. 11. num. 7. verſ. tamen. diſtinguenda eſt fo. mihi 363. ex Medin. in ſuis tract. tom. 2. tit. de reb. reſtit qu. 30. in 2. modo vſque ad verſ. eſſet fo. 223. col. 1. in fin. & ſeq. & verſ alia eſt il 1. fo. 223. & verſ. alio modo fo. 224. col. 1. & verſ. alia eſt il 2. fo. 223. col. 1. in fi & 2.*

5 Hinc eſt, quod licitum eſt Clerico emere ea, quæ neceſſaria ſunt pro ſui, ſuæque familiæ, & domus ſubſtentatione, ſimiliter de prædijs eccleſiaſticis, vel patrimonialibus, vel ex donatione, ſeu alio titulo acquiſitis, ſi aliquid ſuperſit, quo non indigeat, poteſt vendere, & victum, & veſtitum aliquo artificio ſibi præparare iuxta *text. in cap. 3. Clericus diſ. 91. & in cap. ſeq. Clericus ead. diſ. 91.* vt citato

D. Tho-

D. Thoma 2. 2. qu. 77. art. 4. latè deducit Salyc. in auth. ad hæc ſubnum. 18. qu. 21. ibi, & in Clericis res videtur clara C. de vſur. Staccia de commerc. & camb §. 1. qu. 7. p. 2. ampliat. 11. num. 7. ſub verſ. tamen diſtinguenda eſt vbi etiam ſubdit. in verſ. &
6 quod Clericus poſſit habere tabernam, id eſt Apothecam ad res vendendas propter honeſtam, & neceſſariam negociationem, ſeu ſaltem, quod poſſint per alium illam exercere ſine amiſſione priuilegij clericatus *Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 62. num. 6. & 7.* vbi quod poſſint in Taberna vendere vinum, oleum, & bladum recollectum in ſua poſſeſſione, vel Eccleſiæ, etiam ad minutum, & vt dicitur à foglietta *plenè Dianan. reſol. moral. p. 5. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 20. Rol. à Valle conſ. 71. num. 9. 10. & 11. Redoan. de ſpol. Eccleſiaſt. quæſt. 1. numer. 47. & 48.* vbi quod licitè poſſint emere victualia, vt abundent tempore famis *Strac. de mercatura p. 1. numer. 53.* vbi quod li-
7 citum eſt Clericis emere rudem aliquam materiã, & inde aliquod artificium facere, ſi eis ſua non ſufficiant *cap. Clericus victum diſ. 91.* nam tunc ſubdit non acquiri lucrum ex negociatione, ſed ex artificio, quod etiam Apoſtolis licebat *c. 1. 21. qu. 1. idem in p 3. num. 5.* vbi quod Clericis ex iuſta cauſa licet rem emere, vt indè aliquid operentur, & rem mutata forma diſtrahant *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 13. num. 10. & ſeq. Bonaccin. de cenſ. in particul. tit. de cenſ. content. in Bulla Cænę diſ. 1. q. 19. punct. 3. §. 3. num. 6. verſ. tertio illum non dici Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. 3. Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de exempt. Cleric. à muner. §. 4.*
8 Et generaliter artificia permittuntur Clericis prò ſui ſubſtentatione, dummodo non ſe abſtrahãt à diuinis tradit *Redoan. de ſpol. eccleſiaſt. qu. 2. nu. 8. & 9.*
9 Nec propterea negociationem facere dicuntur, ſi emant animalia, vt illa paſcant in proprijs prædijs, & poſt quam grandiora, & pinguiora effecta fuerint, vel foetus ediderint, illa, & eorum partus vendant *Molin. de iuſt. tract. 2. diſ. 342. num. 14. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. 6. numer. 18. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 12. num. 11. Bonaccin. de cenſ. in partic. tit. de cenſ. content. in Bulla Cænæ diſ. 1. q. 19. punct. 3. §. 3. n. 6. verſ. quarto illum to. 3.*
10 Itout. nec improbatur ſi Clericus emens tigna, vel cæmenta, vt in domo ſacerdotij, vel beneficij ædificet, ſi mutato conſilio carius vendat *Salyc. in auth. ad hæc qu. 20. num. 18. C. de vſur. Stracb. de mercat. p. 3. num. 6.*
11 Nec moleſtari debent Clerici cultores agrorum ſuorũ, ſeu cõductores agrorũ eccleſiaſticorum titulo negociationis illicitæ *Sac. Congr. Epiſcop. 19. Ianuar. 1593. teſte Diana poſt 5. part. reſol. moral. in tit. declarat. Sac. Congr. num. 44.* & in caſalibus
12 proprijs, & non conductis poſſunt artem agriculturæ per ſe, vel per alios exercere, vel exercere facere, abſque eo quod eiſdem, vel eorum hæredibus per Cameram Apoſtolicam, ſeù illius Miniſtros obijci, aut imputari poſſit, quod illicitam negociationem fecerint, vnde ſpolijs præfata ex cauſa non ſubiacent, vt expreſsè diſponitur in conſtitutione *Clem. VIII. fauore agricolturæ artis emanata ſub die 4. Decemb. 1600. incip. inter multiplices in §. 5. verſ. ſtatuimus etiam impreſ. poſt ſtatut. Agricultura Vrbis fol. 139.*
13 Nec vlterius Clericus negociari dicitur, ſi vinũ, oleum, frumentum, & alia, quæ ex ſuo colligit, alibi tranſportari faciat, vbi cariùs vendere poſſit propterea non tenetur ſoluere vectigal in præfatorum extractione, quia cum ex huiuſmodi venditione lucrum, non interdicatur, non tam Clerico, quam rebus, ſiue extrahantur, ſiue tranſportentur ſiue vendantur ratione perſonæ debetur exemptio bene *Caſtrus Paulus tom. 2. tract. 12. diſ vnic. punct. 9. num. 16. Antonius Souſa in Bulla Cænę cap. 19 diſ. 92. concl. 1. num. 4. Bonaccin. de cenſur. in particular. in tit. de cenſur. Bulla Cænæ content. diſ. 1. q. 19. punct. 3. § 3. num. 6. verſ tertio illum non dici negociari tom. 3.* vt reprobato *Carol. de Graſſ. inferius citan. latè probat Dian. reſol. moral. p. 5. tract. 1. de immunit. reſol. 26. verſ. ſed ijs non obſtantibus Ciarlin. controuerſ. forenſ. c. 31. num. 15. & 16.*
14 Contrarium tenet *Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. num. 178.* vbi quod Clericus, qui vellet fructus recollectos in proprijs prædijs, vel eccleſiaſticis aliundè aſportare cauſa lucri faciendi, & vt carius ibi illos vendat, tenetur iſto caſu ſoluere vectigal vti negociator ex doctrina *Melchioris Phebei to. 1. dec. 19. num. 4. Bobadillu in Polit. tom. 1. lib. 2. c. 18. nu. 260. Nauar. in manual. cap. 27. num. 118.*
15 Si autem Clericus in ſuo fundo habeat venam ferri, vel metalli, & ſimilis, ſi ferrum conficį, & vendi curet, quod cenſeatur negociationem facere tenent *Carol. de Graſſ. de effect. Cleric 3. num. 108. Nauar. c. 27. num. 128. Molin. diſ. 142. num. 7. Duard. in Bulla Cænę qu. 8. num. 16.*
16 Contrarium tenet *Bonaccin. de cenſur. in partic. in tit. de cenſur. content. in Bulla Cænę diſ 1. qu. 19. punct. 3. §. 3. num. 6. ſub verſ. quarto illum circa med. tom. 3.* ſequendo ſententiam *Reginaldi. Panormit.* Belletti, *& aliorum*, qui putant negociationem non exercere, qui aliquid emit, illudque mutata forma vendit, vt etiam docet *Federic. de ſen.*
17 *conſ. 107.* Siquidem hoc caſu cum ex artificio res melioretur excluditur negociatio lucratiua in prima ſpecie Clericis interdicta, quando ſcilicet res ipſa, vel non meliorata, vel non mutata forma cariori pretio venditur, quam empta fuit *Ceuallos in tract. de cognit. per viam violentiæ p. 2. qu. 64. num. 21. Pereira de manu regia p. 2. c. 23. num. 34.* licet dicti auctores non ſint benè affecti erga Clericos *Bellet. diſquiſit. Cleric. p. 1. de diſciplina Clericali §. 21. num. 7. & 8. Alter. de cenſur. tom. 1. diſ. 19. lib. 5. c. 6. dub. 7. Duard. in Bulla Cænæ lib. 2. can. 28. qu. 8. num. 14. & 15. Ricc. in prax. tom. 1. reſol. 317. Murta de iuriſd. p. 4. caſ. 3. num. 9. & 10. Barboſ. in collect. in ius Canon. tom. 2. lib. 5. tit. 50. c. 6. num. 7. cum alijs per Dian. reſol. moral. p. 5. tract. 1. de immunit. reſol. 26. verſ. & ad magis.*
18\. Clericus vero emens equum animo locandi, & lucrum exinde reportandi, videtur negociationem facere, & conſequenter obligari ad ſolutionem gabellæ, quæ ex tali contractu ſolui conſueuit, ita *Molina diſ. 34. num. 14. Bonaccin. de cenſur. in partic. tit. de cenſ. content. in Bulla Cænæ diſ 1. qu. 19. punct. 3. §. 3. num. 6. verſ. ſecundo ſequitur.*
19 Pariter ſi gregem conducat, vt ex illa lac, & caſeum conficiat, & cum lucro vendat, vti negociator ad onus gabellæ præſtandum tenetur, ſecus ſi tantum conducat prò ſui ſuæque familiæ ſubſtentatione *Bonacsin. loco proximè citato dicto num. 6. verſ. hinc ſequitur primò.*

20 Ne-

20 Neque poteſt Clericus exercere cambia, ſeu dare pecuniam ad cambium, cum ſit ſpecies negociationis eidem interdictæ, *Rot. in Romana Cambij 28. Maij 1664. §. minus vim alterius coram R. p. d. Beuilaqua.*

21 Contrarium tenet, *Scaccia de camb. §. 1. quæſt. 7. p. 2. ampliat. 11. num. 0. fo. 362.* vbi quod Clerici ſæculares, qui paupertatem profeſſi non ſunt, poſſint dare pecuniam ad cambium mediante aliquo Laico, non prò ſe dirando, ſed pro ſua, vel ſuorum neceſſitate, & dummodo non dent ſcandalum, nec à cultu diuino diſtrahantur, *Fabian. Genuen. in tract. de camb. mitto num. 45. verſ. finem, & nu. 46. tom. 6. par. 1. fo. 415.*

22 Lim. primò principalem concluſionem, quod licet Clerico non ſit permiſſum negociationem exercere, etiam per interpoſitas perſonas, tolerari tamen poteſt, ſi in extrema neceſſitate poſitus, nullum exercitium habens, vt ſubſtentari valeat, ſalua ipſius honeſtate, *Rot in Romana Cambij 28. Maij 1664. §. replicatio vero coram R p. d. Beuilaqua,* & conſequenter hoc caſu debet retinere priuilegiū immunitatis, & exemptionis à ſolutione gabellæ, quia dicta permiſſio non eſt in fraudem negociationis, ſed in Clerici indigentię reparationem, nè mendicare cogatur in opprobrium, & contemptū Clericatus, ac proinde poteſt honeſtam mercaturam facere emendo, & vendendo, dummodo tamen Diuinus cultus, & Eccleſia non negligantur, *cap. Clericus 2. 91. diſt.* Redoan. *de ſpol. Eccleſiaſt. qu. 2. nu. 41. & num. 42. circa fin.*

23 Sublim. ſi Clericus habeat ſufficiens beneficium, vel ex Eccleſiæ ſeruitio conſequatur neceſſaria ad ſui ſubſtentationem, quo caſu, cum ceſſet neceſſitas, non ſolum non poteſt exercere mercaturam, ſed neque artificium, quod cum cupiditate lucri, exercere cenſeatur, non videtur immunis à præſtatione vectigalis. *Clement. 1. de cenſ. cap. quamquam eod. tit. in 6. Redoan. de ſpol. Eccleſiaſt. qu. 2. num. 39. faciunt tradita per Abbat. in cap. Clerici officia de vit. & honeſt. Cleric.*

24 Lim. ſecundò, vt Clerici negociatores non amittant priuilegium immunitatis à ſolutione gabellę, niſi fuerint ter moniti, vt deſiſtant à negociatione. *Iulius Ferrettus de gabel. num. 572. Bertachinus tit. eod. p. 3. num. 2. Pererius de manu regia p. 2. cap. 24. num. 35. Ignat. de Salzedo in pract. crim. cap. 55. Id. Franciſcus Suarez in Encherid. caſuum conſcien. lib. 4. verſ. Tributum §. Clericus non tenetur Parlador. lib. 1. rerum quotidianarum cap. 3. Homobon. de bonis in conſult. caſuum conſcienſ. p. 2. reſponſ. 111. Ledeſma in ſumma tom. 2. tract. 17. cap. 2. Rodriq. in ſumm. cap. 2. c. 75. num. 11. Souſa in Bulla Cenæ cap. 19. diſ. 92. num. 3. in fi. Molſeſ. in ſumm. tom. 2. tract. 12. cap. 22. num. 173. Reginaldus tom. 1. lib. 9. cap. 25. num. 379. in fi. Dian. reſol. moral. p. 3. tract. de immunit. Eccleſ. reſol. 46. verſ. non deſunt tamen & p. 3. tract. 1. eod. tit. reſol. 44. & par. 4. tract. 1. eod. tit. reſol. 28.*

25 Contrarium quod immò Clerici negociatores ſtatim, etiam ante trinam monitionem teneantur ſoluere gabellam, & licitè à Laicis miniſtris ab eiſdem exigi poſſe tradit. *Turrianus tom. 2. in 2. 2. diſ. 44. dub. 4. Henia tract. de commerc. lib. 1. c. 14. num. 10. Proſper de Auguſtin. in addit. ad ſumm. Quarant. in verb. Vectigal.*

26 Sed primà opinio videtur verior, tanquam fundata in ſacris canonibus, per text in *cap. fi. de vit. & honeſt. Cleric.* vbi expreſsè cauetur, quod ſi Clericus tertio monitus à negocijs ſæcularibus non abſtineat, quò ad bona perdat priuilegium Clericale, cum alijs per *Redoan. de ſpol. Eccleſiaſt. qu. 2. nu. 35.*

27 Diſtingue concordando has contrarias ſententias, quod Clericus ſtatim occaſione negociationis amittat priuilegium exemptionis, ſed hac immunitate non remaneat priuatus, niſi poſt trinam monitionem, adeout quo ad ipſas res, quas occaſione negociationis defert, eo ipſo careat exemptione, abſque vlla monitione, & licite exigi poſſit gabella, & pedagium, ſine timore incurſus excommunicationis, in quibus terminis procedit ſecunda opinio, quo verò ad alia omnia bona ſua, & perſonam, quod non ſtatim amittat priuilegium exemptionis, niſi poſt tertiam monitionem, ſi deſiſtere noluerit, & in ijs terminis procedere primam ſententiam tradunt *Alterius de cenſur. tom. 1. diſ. 19. lib. 5. cap. 6. qu. 3. fo. mihi 743. col. 1. Molin. diſ. 177. conclu. 5. Duard. in Bulla Cenæ lib. 2. can. 18. qu. 8. num. 9.* & circa hanc quæſtionem plura congerunt *Gutier. de gabell. lib. 7. qu. 94. per tot. Marta de iuriſdict. p. 4. cent. 1. caſ. 3. num. 2. & ſeq. Cenall in tract. de cognit. per viam violentiæ p. 2. qu. 64. per tot.*

28 Quę diſtinctio nō videtur in praxi ſubſtineri poſſe, cum eſſet in poteſtate Laici exigere gabellam prætextu negociationis, quod non eſt tolerandum, quia cum Clericus poſſit negociationem facere in caſu neceſſitatis pro ſuę ſuæque familiæ ſubſtentatione, & in alijs caſibus à iure permiſſis, ex ſuperius deductis, neceſſario eſt expectanda trina Epiſcopi monitio, vel eius ſententia declaratoria Clericum exercere prohibitam negociationem, vt deinde ad ſolutionem gabellæ teneatur.

39 Lim. 3. quod Clericus pro exactione gabellæ, quando pro negociatione ſoluere tenetur ſit à Laico conueniendus coram Iudice Eccleſiaſtico, *Bald. in l. de his C. de Epiſcop. & Cleric. Abb. in c. qualiter de Iudic. in fin. Rol. a Val. conſ. 71. num. 15. vol. 4. Ferret. in tract. de gabel. num. 433. Paul. Squil. in tract. de priuil. Cleric. cap. 8. dub. 1. num. 33. qui alios allegat. Dian. reſol. mor. p. 3. tract. 1. de immunit. Eccleſ reſol. 44. verſ. quod autem, vbi alios contrarium tenentes allegat,* inter quos ſignanter contrarium docet *Guttier. de Gabellis lib. 7. qu. 94. Cenall. in tract. de cognit. per viam violent. p. 2. qu. 64. num. 7.*

40 Lim. 4. quod in differentia inter Clericum, & gabellarium, an res ſit aliena, vel propria Clerici, an conducatur cauſa negociationis, vel ad proprium vſum ſtandum ſit iuramento, nedum ipſius Clerici, ſed etiam Nuntij Mulionis, aut Victualia, niſi perſonæ qualitas repugnet ob malam conditionem, vel quod conuictus ſit de mendacio plene, *Rol. a Valle conſ. 61. num. 24. vol. 4. vbi alios allegat.*

S V M M A R I V M.

1 Clerici coniugati gaudent priuilegio tantum fori, & Canonis.

2 Non eximuntur à collectis, gabellis, alijſque Principis obſe-

obſequijs, ſecus quò ad perſonalia num. 3.
Limit. vt num. 63. & 74.
4 Gaudent priuilegio fori, ſi cum vnica matrimonium contraxerint, habitum, & tonſuram deferant, & inſeruiant Eccleſiæ num. 5.
Tam in ciuilibus, quam in criminalibus nu. 6.
Contr. num. 7.
Sed prima verior num. 8.
Reſpondetur contrarijs num. 9.
10 Gaudent etiam priuilegio canonis.
11 Vxor Clerici coniugati ſi in odium viri percutiatur gaudet priuilegio canonis.
12 Clericus prò delictis commiſſis tempore Clericatus, ſi deinde vxorem ducat, puniendus eſt à Iudice Eccleſiaſtico, licet non ſeruet requiſita Concilij.
13 Clericus coniugatus gaudet priuilegio fori, licet ante, vel poſt delictum habitum, & tonſuram dimiſerit, ſi tempore capturæ, extiterit in habitu clericali.
14 Amp. etiam ſi reaſſumat paulo ante, vel poſt commiſſum delictum contr. num. 15.
Sed prima verior num. 16.
Amp. vt num. 21.
17 Clericus coniugatus ſi mortua vxore reaſſumat habitum, & tonſuram, conſequitur omnia priuilegia Clericorum, ſi viuente vxore, tres ſunt opiniones num. 18. 19. 20. & 21.
22 Clerico coniugato Bigamo reaſſumptio habitus ad nihilum ſuffragatur.
23 Clericus coniugatus ſolitus deferre habitum, ſi tempore delicti reperiatur ſine habitu non amittit fori priuilegium, ſecus ſi non fuit ſolitus, & in fraudem reaſſumat.
24 Pariter ſi ſine habitu captus à carceribus aufugiat, reaſſumptio habitus non ſuffragatur contrar. num. 25.
26 Clericum reaſſumpſiſſe habitum in fraudem declarandum eſt per Iudicem Eccleſiaſticum.
Amp. vt interim Iudex ſæcularis nihil innouare poſſit ibidem.
27 Clericus coniugatus, ſi modo deferat, modo deponat habitum clericalē non amittit priuilegium fori, quid ſi à dimiſſione habitus interceſſerit longa diſtantia num. 28.
Quid ſi reaſſumat paulo ante delictum nu. 29.
30 Reaſſumptio habitus facta per Clericum in dubio non cenſetur in fraudem.
31 Non eſt neceſſe, vt habitus reaſſumatur per tempus conſiderabile ante delictum.
32 Amp. vt ſatis ſit, ſi reaſſumatur ante carcerationem.
33 Clericus poteſt reaſſumere habitum non obſtante irregularitate ſuperueniente.
34 Clerici coniugati non gaudent priuilegio fori, ſi non ſeruant requiſita Concilij.
35 Etiam ſi ter non fuerint ab Epiſcopo moniti, Contrar. num. 36.
37 Amp. vt etiam debeant ſe abſtinere à negociationibus, & armis Contr. nu. 38.
39 Clericus coniugatus bigamus poteſt puniri à Iudice Laico, efficitur bigamus ſi duas vxores duxerit, ibid.
40 Ex ſolo tamen conſenſu præſtito ſecundo matrimonio, non efficitur bigamus ad effectum amittendi priuilegium clericale.
41 Amp. Neque cognoſcendo vxorem poſt adulterium ab eadem commiſſum.
42 Ampl. Neque ducendo vxorem à ſe prius cognitam.
43 Clericus coniugatus ſi poſt commiſſum delictum efficiatur bigamus, prò eodem delicto gaudet priuilegio fori.
44 Clericus ſi committat delictum, & poſtea vxorem ducat eſt puniendus à Iudice Eccleſiaſtico.
45 Clericus in minoribus non ſeruans requiſita Concilij, licet non poſſit allegare priuilegium fori, puniri tamen poteſt ab Epiſcopo, & efficitur mixti fori.
46 Lim. vt poſſit Epiſcopus eundem repetere à Iudice Laico, etiam ſi præuenerit num. 47.
48 Ac etiam ſi Clericus fateatur eſſe Laicum.
49 Clericus nec tacite, nec expreſſe poteſt renunciare priuilegio fori.
50 Amp. etiam ſi accederet conſenſus Epiſcopi.
51 Amp. vt Epiſcopus non obſtante renunciatione poſſit Clericum renunciantem a Curia ſæculari repetere.
52 Clericus bigamus de delictis commiſſis ante bigamiam ſubiacet Iudici Eccleſiaſtico, ſecus de commiſſis poſt bigamiam.
53 Per bigamiam non tollitur caracter clericalis.
54 Bigamus habetur pro Laico, & non poteſt deferre habitum, & tonſuram.
55 Vxor Clerici coniugati, an gaudeat priuilegio fori.
56 Clerici ſaluatici, quæ priuilegia habeant quo ad immunitatem un. 57.
58 Clerici coniugati, an debeant gaudere beneficio cap. Odoardus.
59 Clerici Græci coniugati, etiam in prima tonſura conſtituti, licet non habeant beneficium, & requiſita Sac. Concil. Trid. gaudent priuilegio fori, & Canonis & exemptionis gabellarum.
60 Subduntur Eccleſiæ Romanæ.
61 Clerici ex antiqua origine orientales viuentes intra viſcera Eccleſiæ latinæ in ſtatu coniugali, ſi ſint in minoribus non gaudent exemptione gabellarum, ſecus in maioribus.
62 Clerici coniugati latini gaudent priuilegio fori, tam in criminalibus, quam in ciuilibus.
Ad ſolutiones, ad quas de iure tenentur, non poſſunt cogi, niſi per Iudicem Eccleſiaſticum ibidem.
63 Ex conſuetudine gaudere poſſunt immunitate à ſolutione onerum, & gabellarum.
Vlterius ex pacto, & capitulatione ibid.
64 Clerici ſaluatici ex conſuetudine gaudere poſſunt exemptione ab oneribus realibus, & mixtis.
65 Quæ exemptiones competant Clericis ſaluaticis, & quæ non, referuntur in decreto Sac. Cong. Immunit. 66. 67. & 69.
68 Vxor Clerici Seluaggi, an gaudeat priuilegijs viri.
70 Clerici Coniugati an poſſint eligi ad officia publica, num. 72.
71 Clerici filij familias in minoribus conſtituti ſimul viuentes, cum eorum patribus, an teneantur ad collectas pro donationibus eiſdem factis.
73 Clerici Coniugati an teneantur ad onera pro donatiuo regio.
75 Clerici Seluaggi vltrà numerum, an gaudeant priuilegijs exemptionum.
77 Oblati Religionum, quando gaudeant priuilegijs exemptionum.
78 Donationes factæ Clericis ſuſtinentur, dummodo non ſint in fraudem.
79 Clericus etiam Coniugatus, ſi delinquat in officio ſæculari conceſſo à Principe, poteſt ab eodem puniri, Contrarium num. 80.
81 Officium ſæculare collatum Clerico, non eximit à gradu Clericali, & à priuilegio immunitatis.
82 Amp. vt procedat ſiue agatur de puniendo Clerico in perſona, ſiue in rebus, vel bonis.
83 Limit. ſecundum aliquos DD vt de conſuetudine Clerici delinquentes in officio ſæculari puniātur a Principibus. Sed nu. 84. reprobatur.
84 Conſuetudo quod Laicus poſſit punire Clericum non valet, tamquam irrationabilis, & contra ius diuinum.
85 Laici prohibentur ſtatuere contra Clericum, & contra eoſdem inducere conſuetudinem.
86 Conſuetudo contra libertatem Eccleſiaſticam reprobatur, tam à iure ciuili, quam a iure canonico.
87 Amp. etiam ſi agatur de conſuetudine immemorabili.
88 Amp. etiam ſi eſſet introducta ſciente, & patiente Papa.
89 Iura inpræſcriptibilia ſciente principe, quando præſcribi poſſint.
90 Clericus delinquens in officio ſæculari, poteſt condemnari à Iudice ſæculari in declarando quantitatem debiti, & adire Iudicem Eccleſiaſticum pro executione.
91 Declara, vt procedat ſi Iudex ſæcularis per viam extraiudicialem inquirat, ſecus ſi iudicialiter.
92 Iudex Eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui facto à Iudice ſæculari.
93 Nec cum eo tenetur iudicare.
94 Proceſſus Iudicis ſæcularis non facit fidem coram Iudice Eccleſiaſtico.
95 Clericis eſt interdictum officia ſæcularia ſuſcipere.

96 Cle-

Digitized by Google

96 Clericus ſi adminiſtrauerit officium tutoris, aut curatoris, & delinquat in officio, non poteſt trahi ad tribunal ſeculare.

ADNOTATIO VI.

Clerici coniugati, an teneantur ſoluere, gabellas, onera, & Collectas, & an, & quando gaudeant priuilegijs Clericorum.

1 Clerici coniugati, ſicut alij Clerici in ſacris ordinibus conſtituti, licet gaudeant priuilegio fori, & canonis *ſi quis ſuadente diabulo*, non tamen gaudent alijs priuilegijs Clericorum, *glo. communiter recepta in cap. vnico in verbo cęteris de Cleric. coniugat. in 6. Couar. pract. quaſt. cap. 31. num. 9. Pariſ. conſ. 40. num. 20. lib. 4. Farinac. qu. 8. nu. 9.* Vnde excepto priuilegio fori in omnibus habentur tamquam Laici, *Fagnan. in cap. peruenit num. 16. de immunit. Eccleſ. Cobel. ad bullam bon. regim. cap. 50. num. 157. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 1. dub. 5. ſect. 3. de Luca in ſuo Theat. verit. tom. 2. de regal. diſ. 60. num. 4. Rot. in Romana admiſſionis ad cap. Odoard. 5. Martij 1668. coram Otalora.*

2 Vnde non eximuntur à collectis, gabellis, alijſque Principis obſequijs, vt notat *eadem glo. & Doctores in loco ſupra citato Abb. in cap. ex parte de Cleric. coniugat* Capra. *conſ. 97. num. 85. Couar. loco citato Guid. Pap. qu. 383. cum alijs per Farinac. qu. 8. nu. 9.*

3 Lim. diſtinguendo, quod Clerici coniugati quo ad perſonalia gaudeant immunitate, & exemptione, ſecus autem à taxis, & collectis, quæ fiunt per capita, alijſque oneribus mixtis, non mere perſonalibus, vt Sac. Cong. Immunitatis ſæpius reſoluit, & *ſignanter in vna Squillacen. 27. Auguſti 1627. proponente Eminentiſſ. Card. Palutio, & in Ciuitatis Benini 8. Februarij 1639. eodem proponente, & in Sancta Agata Gotorum 13 Ianuar. 1632. proponente R. p. d. Meclino relat. per Specel. deciſ. 36. num. 18. verſ. & hinc fit tom. 1.*

4 Gaudent tamen præfati Clerici coniugati priuilegio fori, nec per coniugium amittunt immunitatem, vt conueniri, & puniri valeant per Iudicem ſecularem, dummodo primo cum vnica tantum, eaque virgine matrimonium contraxerint, ſecundo ſi habitum clericalem, & tonſuram deferant iuxta conſtitutionem *Boniſatij VIII. in cap. vnico de Cleric. coniugat in 6.* & expreſſe cautum etiam fuit per *Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 6. de reform. Didac pract. quaſt. cap. 31. num. 7. verſ. primo igitur Clar. in § fi. qu. 36. num. 7. lib. 5. Camil. Borel. in ſumma omnium deciſ. tit. 8. de Cleric. coniug. num. 24. Carol. de Graſ. de effect Cleric. 1. num. 8. & 84. Scaccia de Iudic. p. 1. cap 11. num. 20. & 82. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 12. num. 25. 26. & 27. Farinac. qu. 8. num. 8. & 64. Filiuc. qu. moral. tom. 1. tract. 10. de ſaccament. p. 2. cap. 4. de impoten. volunt. num. 155. fo. 274. Gram. deciſ. 10. per tot. Sperel. deciſ. 132. num. 26. tom. 2. Rot. dec. 293. num. 5. poſt 2. vol. conſ. Farinac.*

5 Et vlterius tertiò requiritur, quod alicuius Eccleſię ſeruitio, vel miniſterio ſint deputati, eidemque Eccleſiæ inſeruiant, quas conditiones, ſi non ſeruauerint, neque gaudebunt huiuſmodi priuilegio, *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap 6. ibi in Clericis vero*, vbi *Sac. Concil.* vltra requiſita in conſtitutione Bonifatij VIII addidit aliud requiſitum de ſeruitio præſtando Eccleſiæ, cui ab Epiſcopo adſcripti ſunt, vt notat *Stephan Vueyms ad conſtit. 24. ex antiq. iur. deſumpt. & per Conc. Trid. innouat. conſtit. 9. num 13. Graccar in addit ad clar. § fi qu. 36. lit. C. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 12. num. 25. p. 2. Filiuc. qu. moral tom. 1. tract 10. de ſacram. p. 2. cap. 4. de impoten. volunt. num. 155. verſ. dixi ſecundo, idem Barboſ. in Concil. Trid. d. cap. 6. num. 41.*

6 Amp. vt Clerici coniugati habentes prædicta requiſita Sacrorum Canonum gaudeant priuilegio fori, & exemptionis, non tam in criminalibus, quam etiam in ciuilibus, & ita *S. Cong. Immun. ſeu ſuper contron. iuriſdict. reſcripſiſſe Epiſcopo Regien. ſub die 17. Iulij 1631. refert. Diana poſt 5. part. reſol. moral. in tit. declarat. Sac. Cong. num. 38. ita etiam cenſuiſſe 27. Feb. 1610. refert. etiam Gauant. in Enchirid ſeu manual. Epiſcop. in verbo Clericus num. 84.* vbi ita ſeruari in Regno Neapolitano, in quo adeſt conſuetudo *teſte Borello Doctore Regnicula in addit. ad Bellug. in ſpec. Princ. rub. 11. §. videamus add. 1. in verbo coniugati Sperel. deciſ. 2. num. 125. verſ. caeterum aduertendum, ibi & nihilhominus tom. 1.* vbi ita etiam reſolutum fuiſſe ex veriori opinione in *Sac. Cong. Eminen. Card. contron. iuriſdictional. præpoſitor. Paul. Squillante de priuil. Cleric. cap. 7. dub. 2. num. 27. Anton. de Marin. quotid. reſol. cap. 58. num. 2. Camil. Borcel. in ſpecul. princ. rub. 11. §. videamus*, facit traditia per *Cepol. conſ. crim. 10. per tot. Ric. collect. 380. p. 2.* vbi quod ſecundum hoc in Regno adeſt Regia *pragm. 1. de Cleric. & Diac. quidquid dicat Ritus magnæ Curiæ 66. qui fuit correptus per dictam Pragm. & per cap* Regni *& dec. 170. num. 1. p. 3. Ciarlin. contron. forenſ cap. 53. nu. 34. & ſeq. Marta de iuriſdic p. 1. cent. 2. caſ. 159. nu. 5. Duard. in Bulla Cœnæ lib. 2. can. 15. quaſt. 4. col. 3. num. 12. Dian. reſol. moral. p. 1. tract 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 50. verſ. ſed mihi contraria, & p. 4. reſol. 78. verſ. ſed ego in tract. 1. tit. eod.*

7 Contrarium, quod Clerici coniugati tantum in criminalibus gaudeant priuilegio fori docent *Couar. pract. quaſt. cap. 31. num. 6. & 9. Farinac. qu. 8. num. 7. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 12. num. 25. verſ. primo vt eo gaudeant. Gutier pract. qu. lib. 1. q. 25. nu. 3. Sanchez de matrim tom. 1. lib. 7. diſ. 46. num. 22.* Cenedo *in qu canon. qu. 4. num. 18. & 19. Coriolanus in Bulla Cœnæ excom. 16. fo. mihi 945. Filiuc. qu. moral. tom. 1. tract. 10. de ſacram. p. 2. cap. 4. de impoten. volunt num. 156. verſ. dices ſecundo, quam ſententiam niti conantur in diſp. cap. vnico de Cleric. coniug. in 6.* vbi ſolum præfatis Clericis conceditur priuilegium canonis, & fori, cum reſtrictiua, ibi *pro commiſſis ab eo exceſſibus & delictis*, iuncto fine, ibi *in cæteris autem eo gaudere nolumus priuilegio*, & licet textus etiam mentionem faciat de cauſis ciuilibus, intelligendus eſt, quo ad capturam perſonæ, non autem ſi mere ciuiliter contra bona, ſine carceratione procedatur. *Capella Tholoſan. deciſ. 134. Guid. Pag dec. 12.*

8 Non eſt tamen recedendum à prima opinione, tum propter auctoritatem Sacr. Congreg. a qua prò veriori canonizata fuit, tum quia ſolidioribus

innititur fundamentis, & ratio prò ſecunda opinione allata facilè diluitur, etenim textus *in cap. vnico de Cleric. coniugat. in 6. & Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 6.* ſimpliciter, & abſque vlla reſtrictione, aut limitatione reſeruant præfatis Clericis coniugatis priuilegium canonis, & fori, ac proinde debet ſuffragari etiam in ciuilibus ad quemcunque effectum, tam quò ad capturam perſonalem, quam quò ad executionem realem, pro vt ſuffragatur alijs Clericis, cum quibus quo ad hanc immunitatem, tum ex conſtitutione Bonifaciana, tum ex diſpoſitione Conciliari nulla conſtituitur differentia, ſi ſeruentur requiſita neceſſaria, vt potè quia fori priuilegium competit ratione ordinum, qui tamquam indelebiles non minus retinentur à Clericis coniugatis, quam à non coniugatis, nec contrarium ſuadere videntur verba textus *pro commiſſis ab ea exceſſibus*, & alia *in cæteris autem eo gaudere nolumus*, nam prima ſtant demoſtratiuè, ex quo cauſa criminalis ſit grauior, & maioris præiudicij, quam ſit cauſa ciuilis, vltima verò reſtrictiuè, quo ad alias exemptiones à *ſolutione* vectigalium, collectarum, aliorumque onerum, quæ dummodo non ſint perſonalia, a Clericis coniugatis perſolui debent, iuxta diſtinctionem ſuperius traditam, & animaduertit *Dian. reſol. moral. p. 1. tract. 1. de immun. Eccleſ. reſol. 50. verſ. ſed mihi contraria ſententia.*

9 Ex quibus remanet penitus ſublatum obiectum, quod *li ciuiliter* appoſitum *in cap. vnico de Cleric. coniug. in 6.* intelligi debeat de cauſis criminalibus, pro quibus ſit coram Iudice Laico Clericus coniugatus conueniendus, prò alijs coram Eccleſiaſtico, prout voluit *Correa relect. de immunit. Eccleſ. p. 2. nu. 32. Anton. de* Bellis *in tract. var. lib. 5. tit. 10. n. 18. Danza in pugna Doct. cap. vnica de Cleric. coniugat. nu. 13. Capiblanc. de offic. Baron. to. 1. prag. 8. p. 3. n. 53.*

10 Amp. primo, vt Clerici coniugati, non ſolum gaudeant priuilegio fori, ſed etiam canonis *ſi quis ſuadente diabolo, cap. vnico de Cleric. coniugat. in 6. Trid. ſeſſ. 23. de reform. c. 6. Mayner. in l. filiusf. nu. 12. & 18. de reg. iur. Cald in l. ſi curat. in verbo læſis num. 104. in fi. C. de in integ. reſtit Sanchez in opuſc. moral. in precept. decalog. lib. 7. c. 13. nu. 36. to. 2 Ric. collect. 308 ſub prin. p. 2. Filiuc. tom. 1. tract. 10. de ſacram. matrim. p. 2. c. 4. nu. 155. fo. 274. Rat poſt 2 vol. conſ. Farinac dec. 293. n. 5. prope fi* & de communi Doctorũ ſententia teſtatur *Gauant. in manual. Epiſ. in verbo Cleric. in addit. nu. 18. & 19.* vbi quod etiam eius

11 vxor, ſi manus iniectio fiat in odium viri *Carol. de de Graſ. de effect. Cleric. 9. nu. 105.*

12 Amp. ſecundo, vt Clericus ſi commiſerit delictũ tempore Clericatus, ſi deinde vxorem duxerit, & non ſeruaret requiſita Concilij, non poteſt de eo cognoſci per Iudicem ſæcularem, quia debet attendi ſtatus commiſſi delicti, quo tempore totaliter ſubijciebatur foro Eccleſiaſtico, & propterea non obſtante mutatione ſtatus, etiam hodie remitti debet ad Iudicem Eccleſiaſticum, cui tempore commiſſi delicti fuit ius quæſitum, & ita per *Sac. Conſilium Neapol deciſum fuiſſe firmat Gram. dec. 10. per tot. & ſignanter nu 3. Caraui ſuper rit. 60. mag Cur. nu. 9. Clar. in § fi qu. 36. nu. 9. verſ. qua ratione Ric. collect. 308. verſ. amp 4. p. 2.*

13 Amp. tertiò, vt Clericus coniugatus etiam priuilegio fori gaudere debeat, quamuis per aliquod tempus ante, vel poſt delictum habitum, & tonſuram dimiſerit, & pro Laico publicè ſe geſſerit, ac prò tali communiter habitus fuerit, modo tempore capturæ, ſeu depræhenſionis extiterit in habitu clericali, cum habitus, & tonſura his duobus temporibus, ſcilicet delicti, & capturæ requiratur, quia non reperitur iure cautum, vt propter dimiſſum habitum, & tonſuram ſtatim priuilegium amittatur, vt alijs congeſtis docet *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 12 n. 27 Ric. collect. 308. verſ. amp. quinto.*

14 Amp. quartò illatiuè ex præcedenti quod Clericus coniugatus, qui ante tempus commiſſi criminis, non incedebat in habitu, & tonſura, ſi reaſſumat habitum, & tonſuram, & in continenti aliquod crimen commiſerit, quod nihilominus debeat gaudere priuilegio fori, ita etiam ſi poſt commiſſum delictum habitum, & tonſuram reaſſumat vt notatur ex *text. iuxta gla. in verbo quandiu in Clem 1. de vit. & honeſt. Cleric Marta de iuriſd. p. 2. c. 32. nu. 41 Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. 1. nu 84. Farinac. qu 8. nu. 66 Marſil. ſing. 489. cum alijs per Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop alleg 12. nu. 27. Dian. reſol. moral. p. 4. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 78. verſ. notandum eſt hic etiam, Iul. Clar. in § fi. qu. 31. nu. 12.* vbi *in fi* ſubdit hoc procedere dummodo habitum, & tonſuram non reaſſumpſerit in fraudem.

15 Contrarium, quod Clericus coniugatus veſtes, & Clericalem tonſuram deponens, ſi poſtea reaſſumat, quod non gaudeat priuilegio fori tenet *Auendan. de execut. mandat lib. 1. c. 22. nu. 15.*

16. Non eſt tamen recedendum à prima opinione, quam etiam docet *Filiuc. qu. moral. to. 1. tract. 10. de ſacram matrim. p 2. c 4. nu. 157. verſ. dices quarto fo. 274.* & ratio eſt, quia Clericus coniugatus per dimiſſionem habitus priuatur exercitio priuilegiorũ, quæ propterea per huiuſmodi actum remanent mortificata quo ad exercitium, ſecus quo ad potentiam, ſecundum quam ſtatim per reaſſumptionem habitus, & tonſuræ reuiuiſcunt, & reintegrantur, etiam quoad exercitium, & ita cenſuiſſe *Sac. Cong. teſtatur Dian. reſol. moral. p. 4. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 78. verſ. notandum eſt etiam & in p. 1. tract. eod. tit. reſol. 79. ex Marc. Anton. Cucch. in inſtit. lib 3. tit 9. num. 67.*

17 Diſting. quod aut Clericus coniugatus poſt dimiſſum habitum reaſſumit mortua vxore vnica, & virgine, & tunc conſequitur omnia priuilegia competentia etiam Clericis non coniugatis, cum res reuertatur ad primam naturam, conſtituitur in ſtatu verè clericali, vnde poteſt aſcendere ad alios ordines etiam ſacros, & conſequi beneficia, ablato obijce vxoris, *Clar. in § fi. qu. 36. nu. 15. Didac. pract. qu. 31 nu 7. verſ. 5. potiſſimum in fi. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. 1. num. 9. pulchre Sanchez. de matr. qu. 40. num. 30. Ciarlin. contrau. forenſ. c. 53. nu. 20. tom. 1. Capel. Tholoſ. dec. 104. num. 2.*

18 Aut vero reaſſumit viuente vxore, & hoc caſu tres ſunt opiniones, prima tenet, quod ſi fuerit ter monitus, aut per ſententiam priuatus, non poſſit poſtea per habitus reaſſumptionem recuperare priuilegia clericalia, iuxta regulam, quod à priuatione ad habitum non detur regreſſus *Boter. in cap. Io. nu. 15. de Cleric. coniugat.*

19 Secunda opinio eſt, quod ſtatim atque Clericus abiecerit habitum clericalem, & ſemel elegerit ſtatum Laicalem, non poſſit amplius redire ad ſtatum cleri-

Digitized by Google

clericalem, & indultum priuilegium recuperare. *Io. Andreas in cap. Ioannes num. 19. vbi Ancar. nu. 10. de Cleric. coniugat. Afflict. lib. 1. conſtit. rub. 3. num. 22.*

20 Tertia opinio verior, magis communis, & recepta eſt, quod Clericus coniugatus, dummodo non ſit bigamus, indiſtinctè recuperet priuilegium fori, & canonis per reaſſumptionem habitus, & tonſuræ, quia per dimiſſionem ſuſpenſum erat, non perditum vt egregiè docet *Archid. in cap. vnico n. 1. vbi Io. Andrea nu. 3. in fi. Monac. num 2. Ancar. num. 6. de Cleric. coniugat. Abb. in cap. Clericus num. 4. & cap. fi. nu. 11. de vit. & honeſt. Cleric. Alex. conſ. 149. num. 7. lib. 6. Marta de iuriſdict. p. 2. cap. 32. nu. 4. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. 1. num. 85. cum alijs per Ciarlin. controu. forenſ. cap. 53. num. 21. verſ. ſed praualet & num. 2.* vbi ſubdit, quod dimiſſio habi-
21 tus non eſt ſufficiens, vt Iudex ſæcularis contra Clericum fiat competens.

22 Amp. quintò illatiuè ex dicta tertia opinione, vt Clericus coniugatus, qui poſt dimiſſum habitū, & tonſuram Clericalem, prò delicto aliquo à curia ſæculari ſit citatus, & ob contumaciam fuerit condemnatus, ſi deinde reaſumpto habitu, & tonſura Eccleſiæ inſeruiat iuxta decretum Sac. Concil. Trid. modo non in fraudem, non poteſt à Iudice ſæculari propter illud delictum in carcerem conijci, aut perſonaliter adſtringi, vt declaraſſe *Sac. Cong. ſub die 19. Decemb. 1596. teſtantur Ciarlin. controu. forenſ. cap. 53. nu 22. tom. 2. & Dian. reſol. moral. p. 4. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 78. verſ. notandum eſt etiam*, & patet ex alijs declarationibus Sac. Cong. Concilij relatis per *Pignatel. conſult. Canon. 45. nu. 3. & plurib. ſequen. latè Graſſ. de effect. Cleric. 1. num. 85.*

23 Intellige hanc tertiam opinionem, & ampliationem procedere in Clerico, qui ſolitus erat deferre habitum, & tonſuram, qui ſi tempore delicti repertus fuerit ſine habitu, & tonſura, non amittit priuilegium fori, & cum ſemper remanſerit ſub Iudicis eccleſiaſtici poteſtate, Iudex laicus non poteſt præuenire, quia non habet iuriſdictionem prorogabilem in Clericum, ſed ſi erat ſolitus incedere ſine habitu, & tonſura, & communiter pro laico reputabatur, ſi de recenti aſſumat denuo habitum, & tonſuram ante commiſſum delictum, vel contractū debitum, vel inceptum iudicium, non videtur in illo negocio eidem ſuffragari poſſe priuilegium fori, eoque fortius ſi laicus præuenerit eccleſiaſticum, cum reaſſumptio in fraudem cenſeatur facta, & conſequenter patrocinari non debet *Farinac. q. 8. num. 66. verſ. dummodo Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. 1. num 86. Beller. diſquiſit. Cleric. §. 8. num. 17.* vbi ita declaraſſe Sac. Cardinalium Congregationem, quos refert, & citat *Ciarlin. Controuerſ forenſ. cap. 53. num. 24. & 25. tom. 1.* & patet ex alijs declarationibus Sac. Congreg. Concil. relatis per *Pignatel. conſult.* Canon. 45. *à num. 17. vſque ad fin. faciunt tradita per Ric. collect. 308. ſub verſ. amp. quinto*, vbi quod quidam Clericus coniugatus qui appenſatè commiſerat homicidium, & tempore capturæ fuit repertus, vel ſine habitu, vel cum eo, ſed indecenti, puta quia geſtabat veſtem frontiatam ſuper *ſpatulas*, vel nimis breuem ſupra genua, quod minimè fuit remiſſus, ſed laqueo ſuſpenſus ex *Guid. Pap. dec. 138.* & in *verſ. ſicut nec ille*, ſubdit, quod neque fuit remiſſus alter Clericus coniugatus, qui exiſtens in habitu laicali, fuit præuentus de aliquibus delictis per Iudicem ſæcularem & relaxatus ſub fideiuſſione de ſe repræſentando, licet poſtea comparuerit in habitu Clericali, quia videtur mutaſſe habitum in fraudem, *ex Capell. Tholoſ. dec. 144*

24 Pariter Clericus coniugatus incedens ſine habitu, & tonſura, ſi pro crimine à curia laicali captus fuerit, deinde à carcere fugiens habitum, & tonſuram reaſſumat, & in ea iterum capiatur gaudere non debet priuilegio fori, cum prior, & non vltima captura ſit attendenda, vtpote quia reaſſumptio habitus cenſeatur in fraudem curiæ ſæcularis, & ſtante præuentione per dictam primam capturam, ſæcularis effectus fuit competens, per *text. in cap. ex parte de priuil. Mart. de iuriſdict. p. 2. c. 32. num. 41. Farinac. qu. 8. à num. 66. verſ.* dummodo tamen Clericus habitum reaſſumat ante condemnationem, vel capturam, quia ſi expectet ſe condemnari, vel capi non gerens habitum, illius reaſſumptio tamquam in fraudem facta, nihil poſtea ſibi proderit *Alex. de Neuo conſ. 50. n. 3. Capra conſ. 97. n. 11.*

25 Quibus aduerſatur *barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop. alleg. 12. num. 29. p. 2.* vbi quod ſola dimiſſio habitus de iure communi non ſufficiat, vt Iudex ſæcularis contra Clericum efficiatur competens, cum vlterius requiratur trina monitio, quà non præmiſſa, Clericus non amittit priuilegium, & conſequenter, cum ſæcularis ſit omninò incompetens, non poteſt eccleſiaſticum præuenire, maximè quia per arreptam fugam à carceribus Clericus redeundo ad naturalem libertatem vſus fuit iure ſuo, quo ad reaſſumptionem habitus, ex quo ſequitur, vt per primam capturam non poſſit dici facta præuentio ad notata *in cap poſtulaſti de for. competent. & Barboſam ſequitur Dian. reſol. moral. p. 4. tit. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 78. in fi.*

26 Et hæc ſententia comprobatur optima ratione, quia declaratio aſſumptionis in fraudem, vel ſine, non ſpectat ad Iudicem laicum, ſed ad ſolum Iudicem eccleſiaſticum, ita vt donec eccleſiaſticus non declaret, ſæcularis, nec in perſona, nec in bonis Clerici poteſt aliquid innouare *Oltrad. conſ. 4 in fi. Giurb. cōſ. 15. n. 33. verſ. imò donec declaretur Carol de effect. clerical. 1. nu. 1079. Vermigliol. conſ. 102. nu. 5. & ita declaraſſe Sac. Cong. Concilij in vna aquilana refert. Pignatel. conſult.* Canon. 45. *num. 5.*

27 Lim. diſtinguendo ſupradictas concluſiones Clericum coniugatum per vnicam demiſſionem habitus, vel ſi modo deferat modo deponat, non amittere priuilegium clericale, ſeu fori, ſi vero à
28 dimiſſione habitus, & perpetratione delicti, vel debiti contractione interceſſerit longa diſtantia, & tanta perſeuerantia, vt publicè exiſtimabatur laicus, & tunc ſi reaſſumat habitum poſt commiſſum delictum, & formatam contra eundem inquiſitionē, quia reaſſumptio cenſetur in fraudem probabile eſt non gaudere priuilegio fori, nam Clericus tranſiens ad ſtatum laicalem, non poteſt amplius dici perſona eccleſiaſtica *Rot. dec. 51. num. 14. p. 5. recen.*

29 Si verò reaſſumpſerit paulo ante delictum, ita vt ceſſauerit publica æſtimatio, quà prò laico habebatur, & ſine dubio debet gaudere priuilegio clericali, quia hoc caſu reaſſumptio non cenſetur in fraudem, quæ in dubio non eſt præſumenda, vt ex

30 veriori tradit *Farinac. qu.8. num. 111. Giurba dec. 82, num.7. ante med. Vermiglial. conſ. crim. 202. nu. 4.* ſiquidem quod ſuo facto Clericus perdidit, contrario facto recuperat ad tradita per eundem *Farinac. in iis terminis eadem q.8. à n.66.67.& 68.*

31 Nec ad hunc effectum neceſſe erit habiti reaſſumptionem factam fuiſſe per conſiderabile temporis ſpatium ante commiſſum crimen, vel contractum debitum, puta per ſex menſes, vt ſtatuit *Pius IV. penes Sanchez. de matrim.diſ.46.n.10.* aut ſaltem per quatuor menſes, vt ſenſit *Alex.VI. penes Couar.cap. 31. num.8.* quia iſtę conſtitutionea ſunt locales, & in alijs partibus non ſunt in vſu, vt animaduertit *Ciarlin. controuerſ. foreaſ cap. 53. num. 25, tom.1.*

32 Sed ſatis eſt quod habitus reaſſumatur, etiam ante carcerationem, vt declarauit *Sac. Cong. Immunitatis in vna Baſſanenſi 18. Martij 1631. relat. per Dian. poſt par.5. reſol. moral. num.23.* vbi etiam,

33 quod Clericus dimittens habitum clericalem poſſit iterum reaſſumere, vt gaudeat priuilegio fori, non obſtante irregularitate ſuperueniente, & Epiſcopi prohibitione iuxta declarationem *Sac. Concil. in vna Mazarien 17. Iunij 1630.*

34 Lim.1. principalem concluſionem, vt Clerici coniugati non gaudeant priuilegio fori ſi non ſeruēt requiſita *Sac. Concil. Trident.* in deferendo tonſurā,& veſtes Clericales vltra requiſita in *Bonif.VIII. conſtit. relat. in cap. vnico de Cleric. coniugat in 6. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. 1. num. 84. Scaccia de iudic. p.1. cap.11. num 20. & 82. Farinac. qu.8. à num.64. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 12. num. 27. Ganant. in Encherid. ſeù manual. Epiſcop. in Verbo Clericus num.85. Ric. collect. 308. in prin. p. 2. Barboſa in Concil. d.cap. 6. num. 41, vbi alias allegat.*

35 Lim.2. vt amittant priuilegium fori non deferentes habitum, & tonſuram, etiam ſi non fuerint moniti ab Epiſcopo, quia hoc non imponitur in pœnā delicti, ſed ob defectum conditionis requiſitæ ad gaudendum fori, & canonis priuilegio, vt ratiocinatur *Filiuc. tom. 1. tract. 10. de ſacrament. matrim. p.2. cap.4. num.156. fo. 274. Clarr. in §. fin. qu. 36. num.16. circa med. Didac. practic. qu.32. num.1. Farinac. qu.8. à num.60.*

36 Contrarium tenet *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.12. num 29. circa medium verſ.ſed parum facit Ric. collect. 308. circa fin.*

37 Lim.2. vt tunc gaudeant priuilegio fori, ſi abſtineant à negociationibus, & armis, prò vt alij Clerici non coniugati abſtinere debent alias puniri poſſe per Iudicem laicum *Innoc. in cap. fin. de vit. & honeſt. Cleric.* iuxta *diſpoſitionem textus in cap. Ioannes in fin. de Cleric. coniugat. Bertrand. conſ.13. num.5. lib.8. Alex. de Neuo. conſ.68. num.4. Clar in §.fin. qu.36. num.10. Scacc de iudic. p.1. c. 11. num. 20. verſ. tertio, cum alijs copioſè allegatis per Sanchez. de matrim diſ.4? num 27. lib. 7.*

38 Contrarium, & melius, quia Clericis coniugatis licita eſt negociatio honeſta pro ſui ſuæque familiæ ſubſtentatione, quæ neque clericis non coniugatis interdicitur, licet cum eiſdem in hoc particulari procedendum ſit cum maiori rigore, quam in coniugatis, qui tenentur ſubſtinere onera matrimonij, & ſic maiori indigentia premuntur *Couar. pract. quæſt. cap 31. numer. 8. verſ.6. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. 1. num. 87. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.12. num.30, verſ. ſed melius in contrarium Filiuc. quæſt. moral. tom. 1. tract. 10. de ſacrament. matrim. p.2. c.4. de impoten. volunt. num.157. fol. 274. cum alijs relatis per Sanchez. de matrim. lib. 7. diſ.46. num. 26.*

39 Lim.3. in Clerico bigamo, qui duas vxores duxerit, qui cum priuetur priuilegio Clericali. licet charactere retineat indelebiliter in adeptione ordinum impreſſum, nihilominus poteſt puniri à Iudice laico *Clar. qu.36. num.7. circa fin. Rot. dec. 293. nu. 6. poſt 2. vol. conſ. Farinac. Ferentil. in adnot. ad dec.791. Burat. num.19. 20. & 21. per text.in c.1.de bigam in 6.*

40 Sublim. vt Clericus ex ſolo conſenſu præſtito ſecundo matrimonio, vel primo, cum Vidua non efficiatur bigamus, ac proinde non amittit priuilegium clericale, niſi ſecuta copula, & conſumatione *Ferentil. in addition. ad Burat. dec.791. nu.11. & 12. per textum in c.debitum de bigam. Sanchez. de matrim. lib.7. diſ.83. num. 4. Rot. dec. 519. num. 5. p.2. recen. Bonaccin. in tit. de irregularit. diſ.7. qu. 2. pun.5. num.4. tom.1. fol.549. Corrad.in prax diſpenſ. Apoſtolic. lib.2. c.5. num.9. & 10.*

41 Sublim. in Clerico coniugato interpretatiuè bigamo, vt ſi cognoſcat vxorem poſt quam commiſerit adulterium *Clar. in §.fin. qu.36. num.8. Bonac. in tit. de irregular. diſ.7. quæſt. 2. punct. 5. num.12. tom.1. fol. 550.*

42 Sublim. etiam in eo, qui fœminam prius à ſe cognitam ducat in vxorem, quia non cenſetur bigamus ad effectum amittendi priuilegium fori, quia eius caro non eſt diuiſa, nec ratione ſui ipſius, nec ratione vxoris, dum alija non fuit permixta, & bene virginem ducere dicitur, qui ducit non ab alio corruptam, & eam, quæ fictione iuris pro virgine reputatur, vt benè ſatisfactum dicatur diſpoſitioni textus *in can. curandum, & can. præcipimus diſ. 24. ita Diana reſol. moral. p.4. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 27. verſ. notandum eſt ex Io. Præpoſito in 3.p. qu.5. de irregular. dub. 17. nu.134.*

43 Sublim. in Clerico coniugato, qui poſt commiſſum delictum tempore, quo omnia requiſita habebat, effectus ſit bigamus iniens aliud matrimonium, nam pro eodem delicto gaudere debet priuilegio fori, cum in ijs caſibus ad tempus commiſſi delicti ſpectetur iuxta declarationem *Sac. Cong. Immunitatis in Nullius Garopoli die 9. Septembris 1631.* vbi determinatur, quod fori priuilegio gaudeat laicus, prò tempore, quo fuit Clericus relat per *Dian. reſol. moral. p. 4. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol.6. verſ. idem dicendum vbi alios allegat. & reſol. 27.* & ſic ſi Clericus commiſit delictum

44 & poſtea vxorem ducat, debet puniri ab Epiſcopo, & non à Iudice laico, & ita iudicatam fuiſſe per Sac. Concilium Neapolitanum teſtatur *Baiard ad Clarum q.36. num.46. Vincen. de Franc. dec.417. nu. 4. vol.2. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 2. alleg. 12. num.6. Squillante de priuil. Cleric. c. 7. num. 110. Ganant. in Encherid. ſeu manual. Epiſcop. in verb. fori priuilegium num.31 Sanchez in opuſcul. tom. 2. lib. 6. c. 1. dub. 3. numer.1. Bonac. de cenſur. in particular. in tit. de cenſur. content. in Bulla Cænæ diſput.1. quæſt.16. ſect.1. pun.3. num.14. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. 1. ampliat.97. n.647. Farinac. quæſt. 8. num. 66. Gram. deciſ. 10. num. 3. Clar. in § fin. quæſt. 36. verſ. hic quæro.*

45 Hinc

Digitized by Google

45 Hinc eſt quod Clericus in minoribus non ſeruãs requiſita Sacri Concilij Tridentini, licet non poſſit allegare priuilegium fori, non tamen per hoc eximitur à Iuriſdictione Epiſcopi, qui propterea per hoc non impeditne, quin poſſit vti iure ſuo in illo animaduertendo, & ſi præuenerit illum puniendo, vnde Clericus hoc caſu efficitur mixti fori, ita vt inter eccleſiaſticum, & laicum Iudicem locus ſit præuentioni, in odium Clericorum requiſitis carentium, & dummodo laici, modo Clerici, prò vt eis expedit eſſe volunt, propterea & vti Laici, & vti Clerici puniri valent, & ita à Sac. Congregatione reſolutum fuiſſe teſtatur *Garz. de benef. p. 2. c. 2. nu. 16. Sperel. dec. 17. numer. 33. p. 1.* vbi ita etiam declaraſſe Sac. Congregationem in vna *Iſernien.* 16. *Maij* 1606. in hęc verba *Sac. Cong. reſpondit non gaudere priuilegio fori Clericos, non incedentes in habitu, & tonſura, ſed non propterea impediri Epiſcopum, quominus ſi præuenerit, eoſdem Clericos punire poſſit, & rurſus in vna Valentiana* 20. *Martij* 1607. cenſuit *Sac. Cong. Concilij ſeruandas eſſe declarationes antiquas approbantes diſtinctionem, vt non poſſint à Clerico, non habente qualitates allegari priuilegium fori, ſed non impediri, quò minus Epiſcopus vtatur iure ſuo,* pro vt etiam reſoluit Sac. Congregatio ſuper controuerſijs iuriſdictionalibus in vna *Neapolitana* 22. *Iunij* 1628. *& in Aſſiſien.* 24. *eiuſdem menſis, & in alia Parmen.* 9. *Nouemb. eiuſdem anni, & in eadem* 26. *Iunij* 1629. *quos etiam refert Dian. poſt* 5. *part. reſol. moral. in tit. declarationes Sac. Cong. num.* 56. *idem Sperel. dec.* 137. *num.* 20. *& dec.* 133. *num.* 84. *p.* 2. *Sell. in Select. Canon. cap* 18.

46 Quinimò poteſt Epiſcopum punire Clericum delinquentem, & requiſita non habentem, etiam ſi Iudex laicus præuenerit, à quo etiam repetere poteſt, dummodo à lege, vel ab homine per declarationem ſeruatis ſeruandis factam non fuerit priuilegijs Clericalibus denudatus, vt ſæpius Sac. Cõgregatio Concilij declarauit, & in ſpecie in cauſa relata per *Garz. in tract. de benef. p.* 2. *c.* 2. *num.* 16. & in alia canonizata ab Vrbano VIII. relat. per *Sperel. dec.* 133. *num.* 84. *verſ. & propterea p.* 2. *tenoris ſequentis. Die* 21. *Nouemb.* 1630. *facta relatione Sanctiſſ. D. N. in cauſa Leodien.* 9. *eiuſdem in Sac. Cong. Concilij propoſita Sact. ſua approbauit declarationem factam, vt Clerici non habentes requiſita cap.* 6. *ſeſſ.* 23. *de reform. licet ipſi tamquam contrauenientes ordinationi Sac. Concilij non poſſint per ſe ipſos allegare priuilegium fori; nihilominus ſubſint iuriſdictioni Epiſcoporum, ſeu Ordinariorum, illorumque cognitioni, ne dum in cauſis, in quibus ijdem Epiſcopi, ſeu Ordinarij præuenerunt, verum etiam in quibus non præuenerunt, videlicet, ſi neque à iure, neque ab homine per declarationem ſeruatis ſeruandis factam priuilegijs Clericalibus denudati, ſeù priuati ſint,* quam reſolutionem iterum *S. D. occaſione relationis ſtatus Eccleſiæ Neapolitanæ ad remouendam omnem difficultatem obſeruari mandauit,* quę etiam refertur à *Pignatel. conſult.* Canon. 46. *num.* 9. *& num.* 6. antecedenti, ita etiam declaraſſe teſtatur in vna *Valentina* 27. *Martij* 1627. *& in alijs.*

47 In quorum corroborationem bis mihi in vtroque foro, tum laicali, tum eccleſiaſtico caſum in praxi contigiſſe atteſtare poſſum, in foro quidem laicali, dũ fui Gubernator Ciuitatis Ciuitatis Caſtellanę, vbi occaſione, qua habẽtur Carceres, vulgo la Galeotta, in quibus à Gubernatoribus, & Ordinarijs locorum Status eccleſiaſtici per illum tractum Regionis tranſmittuntur condemnati ad triremes, vt ex eiſdem ad Vrbem, ex Vrbe ad triremes Pontificias ducantur, mihi à D. Gubernatore Nepeſino de anno 1652. tranſmiſſus fuit quidã Clericus ab eodem ob patratum crimen condemnatus ad triremes, ex quo publicè artem tonſoris gerebat, laicalibuſque modis indutus prò laico reputabatur, allegauit Clericatum, & mihi à Sac. Congregatione immunitatis reſcriptum fuit ad Vrbem non eſſe tranſmittendum, ſed in eiſdem Carceribus retinendum, nomine Epiſcopi Nepeſini à quo cognito de Clericatù, abſolutus, & à carceribus liberatus fuit. In foro vero eccleſiaſtico, in Ciuitate Pręneſtina tempore quo Eminentiſſimi, & Reuerendiſſ. DD. Cardinalis Antonij Barberini Epiſcopi Vicarij Generalis munere functus fui, vbi Clericus Ioannes Dominicus Bellezza, ex quo non amplius incedebat in habitu, & tonſura, ſed pariter prò laico reputabatur, ob commiſſum homicidium in perſona cuiuſdam Birroarij in contumaciam à Iudice laico in pœnam vltimi ſupplicij condemnatus fuit, & licet deuenerit in poſſe curiæ, per præſentationem factam in carceribus terræ Fruſinonis, nihilominus attento Clericatu Sac. Congregationi viſum fuit ſententiam D. Prętoris non eſſe exequendam, ſed potius remittendum fore Ordinario Præneſtino, prout Illuſtriſſ. D. Gubernator Campaniæ familiaribus literis me certiorem fecit tenoris ſequentis.

Molt. Illuſt. e Reuerendiſſ. Sig. Oſſeruandiſſ.

Il Clerico Gio. Domenico Bellezza, che ſi ritroua in queſte carceri per ordine della Sacra Conſulta farò fatto conſignare à lei, è come V. S. ſi contenterà di dare auuiſo ſeruirà queſta mia per ratificarmi ſempre.

Di V. S. Molt. Illuſt. è Reuerend.

Fruſinone 18. Nouemb. 1666.

Ser. Partialiſſimo

Gio: Carlo Negroni Gouernatore

M. Vicario Generale, Peleſtrina.

Ductus igitur ad carceres eccleſiaſticas de perpatrato crimine inquiſitus, & repertus culpabilis, & de iure punibilis fuit condemnatus, & tranſmiſſus ad triremes per ſeptennium per rationes à me adductas, deciſione *Præneſtina homicidij* inferius referenda. Hinc eſt, quod etiam ſi Clericus à Iudice

48 laico captus, aſſerat, & fateatur ſe eſſe laicum, adhuc non poteſt iuriſdictioni ſui Ordinarij præiudicare, qui propterea non impeditur illum repetere, nec Iudex laicus renuens illum reſtituere excuſatur prætextu dictæ confeſſionis, cum ſciat, & ſcire debeat illum eſſe Clericum *Farinac. qu.* 8. *num.* 11. *& qu.* 81. *num.* 200. *Salſed. ad Diaz. in prax. crim. canon. c.* 62. *num.* 4. *Decian. in tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 114. *& fatetur Alex. de* Neue *contra Curiam eccleſiaſticam ſcribens in conſ.* 59. *num.* 23. *cum alijs per Sperel. dec.* 133. *num.* 85. *p.* 2.

49 Clericus autem non poteſt priuilegio fori renunciare, nec expreſsè, nec tacitè, puta non ſeruando ſi in minoribus ſit conſtitutus, requiſita Sac. Concilij Tridentini, quia non ipſius dumtaxat, ſed in totius ordinis fauorem tributum fuerit per *text. cum glo. in cap. placuit* 1. *qu.* 1. *c. cum non ab homine, & c. etſi Clerici in prin. de Iudic. cap. ſignif. c. ſi diligenti de for. competen. vbi communiter Canoniſtæ*

cap.

cap. contingit il 1. de ſent. excommun. Rol. conſ.4.nu.
9. lib. 1. Dec. conſ. 150. num. 4. & conſ. 241. num.
2. Ambroſin. de immunit. Eccleſ. cap. 16. num 12. &
13. Gail. obſer. 40. num. 7. lib. 1. Surd. conſ. 396.
num. 14. & 15. lib. 3. Couar. pract. qu. cap. 33. nu.
2. Scacc. de indic. lib. 1. cap. 11. num. 35. & ſeq.
Gratian. diſcept. 190. num. 3. tom. 1. Gram. deciſ.
29. num. 5. Afflict. deciſ. 85. num. 1. in fi. Maſtril.
deciſ. 169. num. 11. Craſ. de effect. Cleric. effect. 1.
num. 43. benè Sperel. deciſ. 104. num. 85. tom. 2.
Rot. deciſ. 441. num. 8. coram Greg. XV. & deciſ. 44.
num. 12. p. 7. recen. Et Clericus dimittens habitum
& ſe adſcribens militiæ ſæculari incidit in bullam
Sixti V. *Seraph. dec. 1471. num. 4.*
50 Quod procedit etiam ſi accederet conſenſus Epi-
ſcopi, *gloſ. in cap. ſignificaſti de for. competen. Rol.*
conſ. 4. num. 12. lib. 2. & conſ. 12. num. 36. eod.
vol. Farinac. qu. 8. num. 13. Gail. obſer. 40. num. 2.
& 3. Surd. conſ. 47. num. 34. & conſ. 122. num. 1.
lib. 1. Vermigliol. conſ. 110. num. 5. & Epiſcopus
51 non obſtante renunciatione poteſt Clericum re-
nunciantem repetere à Curia ſæculari, vt tradunt
Doctores relati per *Gratian. diſcept. 190. num. 1. 2.*
3. & 4. & per totam tom. 1. latè Thom. del Bene de
immunit. Eccleſ. tom. 1. cap. 1. dub. 14. ſect. 1. per
totam.
52 Bigamus verò, vt redeamus, vnde digreſſi ſu-
mus, licet remaneat affectus correctioni Epiſcopi
pro delictis commiſſis, vel tempore, quo erat ſim-
plex Clericus, vel Clericus coniugatus, de deli-
ctis verò commiſſis poſt quam effectus fuit biga-
53 mus in totum ſubiacet Iudici Laico, quia licet
per bigamiam non tollatur character Clericalis, *Bu-*
ter. in cap. Ioannes numer. 17. Imol num. 18. in fi.
de Cleric. coniug. Adden. ad Burat. deciſ. 791. nu. 21.
& 22. Rot. deciſ. 2. num. 13. poſt Pic. ad ſtat. Vrbis
deciſ. 516. num. 9. coram Greg. XV. deciſ. 450. nu.
8. & 9. p. 5. tom. 2. recen. non tamen dicitur am-
54 plius perſona Eccleſiaſtica, ſed merè Laicalis,
tanquam omni priuilegio Clericali denudatus,
qui etiam nec poteſt deferre habitum, & tonſuram
clericalem *cap. 1. de bigam. in 6. late Garz de benef.*
p. 1. cap. 6 num. 2. Pariſ. de reſignat. lib. 4. num. 4.
& 18. Rot. deciſ. 648. num. 3. & 5. p. 4. tom 3. de-
ciſ. 7. num 2. & deciſ. 12. num. 24. 30. & 31. p. 5.
tom. 1. & deciſ. 50. num. 4. 5. & 6. par. 5. tom. 1.
recen. & deciſ. 450. num. 15. & 16. eodem p. 5. to. 2.
recen. deciſ. 2. num. 14. poſt Pic. ad ſtat. Vrbis deciſ.
357. num. 4. p. 2. recen. & latè comprobat Corrad in
prax diſpenſ. Apoſtolic. lib. 2. cap. 1. num. 6. & plu-
ribus ſequen vbi quod nec gaudet priuilegio *canonis*
ſi quis ſuadente diabolo 14. qu. 7. & ſubijciatur foro
ſæculari *Pariſ. de reſignat. benef lib. 4. quæſt. 4. nu.*
18. plene Rebuf. *de pacif. poſſeſ. nu. 232.*
55 Lim. quarto principalem concluſionem in Cleri-
ci coniugati vxore, quæ gaudere non debet priui-
legio fori ſui viri, *Anton. de Marin. quotid. reſol. c.*
58. num. 14. Caſtrus Palaus tom. 2. diſ. vnica de im-
munit. Eccleſ. punct. 2. nu. 10. Contrarium vero te-
nent Doctores relati per *Dian. reſol. moral. p. 3. tract.*
1. de immunit. Eccleſ. reſol. 45. & p 4. reſol. 41. eod.
tract. 1. eod. tit. Sen bez. in Opuſc. tom 2. lib. 6. cap.
1. dub. 5. num. 2.
56 Lim. 5. in Clericis Saluaticis, qui non gaudent,
priuilegio Canonis, neque exemptione gabella-
rum, aliorumque onerum, exceptis perſonalibus,
gaudent tamen priuilegio fori in criminalibus om-
nino, in ciuilibus vero quo ad corporis diſtrictio-
nem tantum, durante Eccleſiæ ſeruitio, ſed eorum
numerus debet eſſe limitatus, & in Regno Neapo-
litano, vbi ſunt in viu ad ſummum quatuor dari
poſſunt Cathedralibus, ſeu Eccleſijs ſuperioribus,
Collegiatis, & Parochialibus duo, alijſque Eccle-
ſijs, vbi diuina celebrantur, ſi Epiſcopo videbitur
vnus, & ita declaraſſe *Sac. Cong. ſuper negotia Re-*
gni 10. Kalend Iulij 1623. refert Gauant. in manual.
Epiſcop. in verbo Clerici num. 86. vſque ad 90.
Paul. Squillant. de priuil. Cleric. cap. 7. dub. 2. num.
4. Nauar. de elect. fori qu. 52. ſub num. 13. ſect. 2.
in vltim. impreſ. Neapolitana, Dian. reſol. moral. p.
3. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 69. verſ. ſed ijs
non obſtantibus, contrarium tenet *Bonaccin.* nempe
57 quod non gaudeant priuilegio fori *tom. 3. de cenſ.*
in particular. in tit. de cenſur. content. in Bulla Cænæ
diſ. 1. qu. 16. punct. 3. num. 6. Et circa ſupradictos
Clericos Saluaticos multa ſcribit *Aloyſ. Ric. in prax.*
for. Eccleſiaſt. tom. 4. reſol. 223 vſque ad reſol. 231.
58 Clerici coniugati, an debeant gaudere beneficio
cap. Odoardus & cap. peruenit de ſolut negatiuam
docent *Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. 7. num. 52.*
Guter. de contract. iurat. cap. 17. num. 11. verſ. ſed
hac opinio pro aſſirmatiua conferunt tradita per
Felin. in cap. Eccleſia Sancta Maria num. 103. verſ.
ſunt autem multa, & doctrina Lapi. alleg. 118. num.
8. vbi Mandoſ. in addit. l. P. qui concludunt Cle-
ricum coniugatum prò debito ciuili non poſſe car-
cerari. *Abb. in c. Ioannes num. 3. & 4. & in cap. ex*
parte de Cleric. coniug. ibiq Imol. num. 3. verum ſi
Clerici coniugati habeant requiſita, *Sac. Concilij*
Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. de reform. quod veniant ad-
mittendi ad huiuſmodi beneficium, ſecus ſi non
habeant, concludit *Scannarol. de viſitac. carcerat.*
lib. 3. cap. 3. num. 8. 528.
59 Clerici verò Orientalis Eccleſiæ, ſeu Græci, ſiue
ſint in prima tantum tonſura conſtituti, ſiue in mi-
noribus ordinibus, quamuis non habeant benefi-
cium, & non ſeruent conditiones à Tridentino re-
quiſitas, incedendo ſcilicet in habitu, & tonſura,
& inſeruiendo Eccleſiæ, vbi adſcripti fuerunt gau-
dent non ſolum priuilegio fori, & canonis, ſed
etiam exemptionis gabellarum, cum qualitas con-
iugalis in illis tanquam licita, & compatibilis
cum clericatu, eundem non diuerſificat, neque
eius connaturalia priuilegia tollit, ſiquidem poſt
ſeparationem Eccleſiæ Orientalis ab Occidentali,
& poſt translatum imperium à Græcis ad Germa-
nos ſub Leone III. non ligantur Græci legibus Pon-
tificijs, quæ de nouo pro Eccleſiaſticis conduntur,
etiam in Concilijs Generalibus, vt eſt Concilium
Tridentinum, vt notat *Vaſquez. in 3. p. tom. 3. diſ.*
248. num. 2. Quaranta in ſum. Bullar verb Græco-
rum ritus in prin Squillante de priuileg. Cleric cap 7.
num. 16. & cap. 8. nu. 11. Carol de Graſ. de effect.
Cleric. effect. 1. num. 82. Diana reſol. moral. p. 5.
tract. 1. reſol. 26. cum alijs per Thom. del Bene de
immunit. Eccleſ. p. 1. cap. 1. dub. 8. num. 1. & no-
uiſſime de Luca in ſuo Theatro veritatis tom. 2. tit. de
regalib. diſc. 60. nu. 4.
60 Subduntur nihilominus Græci Eccleſiæ Romanæ
ſicut cæteri fideles, præfatis tamen legibus non ad-
ſtringuntur, quia Pontifices Romani poſt dictam
ſeparationem nolunt ad eos illas extendere, vt
animad-

Digitized by Google

animaduertit *del Bene loco citato num. 1. in fi.*

61 Lim. ſi Clerici ex antiqua origine Orientales viuant in partibus Occidentalibus, & intra viſcera Eccleſiæ Latinæ, qui cum Eccleſiaſticæ militiæ more aliorum Clericorum *ritus* Latini per loci Ordinarium iuxta communem vſum adſcribi debeant, propterea quo ad Clericos in minoribus præſertim primæ *tonſuræ* nulla videtur inter illos, & alios Latinos ſubeſſe differentia, quæ ſolum cernitur in promotis ad ordines maiores, in quibus præfata Orientalibus viuentibus intra viſcera Eccleſiæ Occidentalis ex quadam permiſſione Sedis Apoſtolicę tolleratur ſtatua coniugalis prohibens Clericis ritus Latini, vt nouiſſimè comprobat *de Luca in ſuo Theat. verit. tom. 2. tit de regal. diſc. 60. a num. 12. vſque ad fin.* vbi ita reſolutum fuiſſe à Sac. Congr. Immunitat.

62 Clerici verò latini coniugati gaudent priuilegio fori non ſolum in criminalibus, ſed etiam in mere ciuilibus, prout *Sac. Cong Immunit. Roſſanen. 23. Martij* 1638. declarauit, per hæc verba *Sac. Cong. inhærendo declarationibus alias factis cenſuit Clericos coniugatos gaudere priuilegio fori, etiam in cauſis mere ciuilibus, illoſq; quo ad ſolutiones, ad quas de iure tenentur cogi non poſſe, niſi coram Iudice eccleſiaſtico, vt in Regeſt. eiuſdem Cong lib. 3. fol. 58. & in alia Peruſina 27. April. eiuſdem Anni* 1638. *cenſuit Oratorem Clericum coniugatum, & habentem requiſita cap. 11. de Cleric. coniug. in 6 gaudere debere priuilegio fori eccleſiaſtici, ideoq; iniungendum Gubernatori Peruſiæ, vt illum remittere, & conſignare faciat Curia Epiſcopali, vt in eodem Regeſt fol.00. à tergo.*

62 Et licet huiuſmodi Clerici non eximantur à collectis, & gabellis, tamen ex introducta conſuetudine etiam immunes reddi poſſunt, & ita *S Cong. Immunit. in Beſignanen. cenſuit Clericos coniugatos gaudere debere priuilegio fori, & poli, nec non exemptione ab oneribus perſonalibus, non quo ad alia, niſi concurrat conſuetudo ſub die 23. Nouemb. 1627. vt in Regeſt. eiuſdem Cong. lib. 1. fol. 76.* & in Alexanen. 9. Octobris 1628. *pariter cenſuit Clericos coniugatos non gaudere exemptione, ſed tantum priuilegio fori, & poli circumſcripta conſuetudine, vt in eodem Regeſt. lib.1. fo.106.* & in alia Hydruntina 7. Auguſti 1640. dixit *concurrente legitima conſuetudine Oratores gaudere exemptione à collectis, & ab oneribus hoſpitationis militum, & contributionis eiſdem, in* Regeſt. *ſupradicto lib. 3. fol.* 126.

63 Et poſſunt etiam gaudere huiuſmodi immunitate ex particulari pacto, vel capitulatione, vt in Oppidanen. eadem Sac. Congreg. 23. Auguſti 1633. reſpondit *Clericos coniugatos circumſcripta conſuetudine ad eorum fauorem, de iure communi non gaudere exemptione ab hoſpitatione militum, cum ſit onus mixtum, ſed ex particulari capitulatione Honorij, vt in Regeſt. eiuſdem Cong. lib. 2. fol. 169.*

64 Prout etiam Clerici Saluatici concurrente conſuetudine gaudere poſſunt huiuſmodi immunitate à ſolutione onerum, & collectarum realium, & mixtarum, vt ſæpè cenſuit Sac. Congregatio Immunit. & ſignanter in *Aquilana 25. Septemb.* 1627. *vt in eius* Regeſt. *lib. 1. fol. 65. & in* Beleaſtro 24. *Martij* 1637. *dicto Regeſt. lib. 3. fol. 28. & in alia* Nuſcana 24. *April. 1646. in eodem Regeſt. lib. 3. fol. 29 à tergo.*

65 Et inſtante Vniuerſitate Hieracen. pro reſponſione ad infraſcripta dubia videlicet.

Primo an in Diaconos Saluaticos eligi poſſint Nobiliores *Ciuitatis, & gaudere debeant priuilegio fori, etiam occaſione exercendi tabernas.*

66 *2. An ijdem Diaconi Saluatici ſint exempti ab hoſpitio Militum, & an teneantur contribuere in pecunia, vel in mobilibus prò dicto hoſpitio in alia domo Vniuerſitatis.*

67 *3. An ijdem Clerici in ciuilibus conueniri poſſint coram Iudice laico, & an executio in eorum bonis per eundem Iudicem fieri poſſit.*

68 *4. An vxores eorundem Diaconorum gaudeant immunitate, & priuilegio, quibus eorum viri fruuntur.*

69 *5. An ijdem Diaconi poſſint inuiti ab Vniuerſitate eligi in Syndicos, & ad alia officia prò regimine eiuſdem Ciuitatis.*

70 *6. An idem ſit dicendum de Clericis coniugatis.*

71 *7. An Clerici filijfamilias in minoribus conſtituti viuentes ſimul, cum eorum patribus teneantur ad collectas, & ad alia onera pro bonis eiſdem Clericis donatis.*

Sac. Cong. Reſpondit. Ad 1. In Diaconos Siluaticos eligi poſſe Nobiliores *Ciuitatis illoſque gaudere priuilegio fori, ſed Epiſcopus prudenti dexteritate curare debet, vt abſtineant ab huiuſmodi exercitio.*

Ad 2. non eſſe exemptos, cum non ſit onus mere perſonale.

Ad 3. etiam in Ciuilibus gaudere debere priuilegio fori.

Ad 4. gaudere pro tempore, quo Mariti ſunt Diaconi Siluagij.

Ad 5. eligi non poſſe.

Ad 6. ſimiliter non poſſe eligi, vt ad proximum.

Ad 7. Non *teneri niſi donationes ſint fraudolentæ.*

Die 4. Iulij 1645. Hieracen.

72 Et in alia Ciuitatis Caſtellanæ inſtante Doctore Giobo Giobbi Clerico Coniugato prò declaratione, an Clericus Coniugatus poſſit exercere officia Magiſtratus ſæcularis, nempe Prioris, Syndici, Auditoris, & ſimilium *Sac. Cong. Immunit. reſcripſit, quod ab huiuſmodi officijs abſtineat. Die 2. Maij* 1651. *vt refert Pignatel. conſult. canon.* 473. *num.* 1.

73 An vero huiuſmodi Clerici coniugati teneantur ad onera prò donatiuo Regio *Sac.* Cong. *Immunit. cenſuit. Clericos coniugatos non teneri ad onera impoſita pro donatiuo Regio, quamuis extet conſuetudo ad fauorem eorundem exemptionis ab oneribus etiam mixtis, & realibus die 12. Decemb.* 1645.

Et in alia Caſſanen. Inſtante Vniuerſitate Morom̃di eiuſdem Diœceſis pro reſponſione infraſcriptorum dubiorum.

74 *Primo, an Clerici Coniugati ſint exempti ab oneribus fiſcalibus, & alijs impoſitionibus ordinarijs, & extraordinarijs, & an gaudeant alio priuilegio, quam fori, & Canonis.*

75 *2. an idem dicendum de Clericis Seluagijs vltra duos inſeruientes alijs Eccleſijs Parochialibus.*

76 *3. An ſeruientes Eccleſiæ dicantur illi, qui habent literas patentes monaſteriorum, & extra illam commorentur.*

77 *4. an oblati gaudeant exemptione pro bonis donatis, ſi illa poſſideantur, & Eccleſiæ non inſeruiant, præſertim, ſi habitent.*

78 *5. An donationes factę alijs* Clericis *ſubſtineantur etiam pro rata bonorum eis tangentium.*

Sac. Congreg. *Immunitatis ad primum reſpondit non eſſe exemptos ab oneribus realibus, & mixtis,*

nec

Digitized by Google

nec gaudere alio priuilegio, quam fori, & canonis, niſi concurrente ad eorum fauorem legitima conſuetudine.

Ad ſecundum Clericos Seluaggios non eſſe exemptos ab oneribus, & impoſitionibus realibus, ſeu mixtis, niſi concurrente legitima conſuetudine, & ſi excedant numero in decreto Sac. Cong anno 1623. edito, ad illius præſcriptum eſſe reducendas.

Ad tertium non poſſe dari reſponſionem, niſi habita prius diſtincta reſolutione qualitatum circumſtantiarum.

Ad quartum oblatos gaudere priuilegijs &c. Et exemptionibus, quatenus in eis concurrunt requiſita expreſſa in declaratione Sac. Cong. Concilij impreſſa per Dianam poſt partem quintam reſol. in fin. inter decreta num. 48.

Ad quintum Donationes, valere, ſi non fiant in fraudem, quæ declarãda eſt ab Epiſcopo die 26. Iunij 1644.

79 Quod ſi forte Clericus, prout etiam contingit, delinquat in officio, ſibi a Principe ſæculari conceſſo, poſſe ab eodem Principe puniri, & trahi ad forum ſæcularem docent, *Pereria de manu regia p. 2. cap. 48. num. 4. Eſcobar. tract. de ratiocin. cap. 7. nu. 7. Borel. de Præſt. Reg. Cat. cap. 71. nu. 34. Anguian. de legib. lib. 2. contr. 21. num. 58. & 59. Suar. contra Reg. Angliæ lib. 4. cap. 34. num. 26. Layman. in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 4. num. 3. Petrus de Cinedo in Collect. iur. can. p. 1. collect. 37. num. 16. Bobadilla in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 99. Ceual. tract. de cognit. per viam violentiæ p. 2. quæſt. 65. num. 14.*

80 Sed contraria ſententia, quod Princeps ſæcularis non poſſit punire Clericum delinquentem ratione officij, in quo ab ipſo met Principe deputatus fuit, tamquam verior, magis communis, & tuta tenent communiter legiſtæ, *Cabal. reſol. crim. caſ. 64. per tot. centur. 1. vbi in fi. num. 4.* reprobat contrarium tenentes *Cauar. pract. quæſt. cap. 33. ſub num. 6. poſt verſ. Clerici autem*, qui de communi, ſed apud Gallos non recepta *Iul. Clar. in §. fin qu. 36. num. 25. verſ quæro pone*, vbi etiam quod male loquantur, & allegat. *Aufrer. in Clement. 1. num. 85. de offic. Ordinar. Marta de iuriſdict. p. 4. cent. 2. caſ. 127. num. 5. Ric. in prax. tom. 2. reſol. 413. num. 2. Barboſ. in collect. tom. 1. lib. 3. tit. 50. cap. 2. num. 4. Franc. Marc. p. 3. deciſ. 479. num. 4. & 5. Farinac. in tit. de inquiſitione qu. 8. num. 98. Vincen. de Franc. deciſ. 479. num. 3. Cacheran. deciſ. Pedemont. 27. nu. 18. verſ. quibus non obſtantibus, Felin. in cap. 2. ſub num. 8. verſ item ſubdunt Moderni, Ambroſin. de immunit. Eccleſ. cap. 20. num. 54. Alex. conſ. 98. vol. 2. Zanard. p. 3. direct. cap. 50. Corbice. de iuriſd Ordinar. in exempt. tom. 2. p. 3. qu. vltim. num. 1. & 2. Thom. del Bene de Immunit. Eccleſ. cap. 14. dub. 11. num. 5. tom. 2. & in tract. de Parlament. dub. 4. ſect. 20. ſubſec. 2. num. 5. Squilan. de priuileg Cleric. cap. 7. dub. 3. num. 87. Carol. de Graff de effect. Cleric effect. 1. num. 82.* & de communi Theologorum ſententia teſtatur *Diana reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immunit. Eccleſ. reſol. 18. verſ. ſed contrarium & p. 4. tract. 1. eod. tit. reſol. 39. verſ. ſed ego Duard. in Bulla Cænæ lib. 2. can. 15. qu. 11. num. 25. Megal. p. 3. inſtit. lib. 3. cap. 11. num. 26. & 31. Bonacin. in tit. de legib. diſ. 10. qu. 2. punct. 1. § 1. num. 24. & in tit. de cenſur. in partic. in Bulla Cænæ diſ. 1. qu. 16. punct. 5. nu. 17.*

81 Et ratio eſt quia officium ſæculare collatum Clerico non extrahit ipſum à gradu, ſeu ſtatu Clericali, & conſequenter neque ab eius exemptione, quæ ſequitur ipſam perſonam, à qua ſicut ſeparari, & deleri nequit clericale caracter, ita neque eius exemptio à laica poteſtate, adeo vt Clericus per acceptationem officij ſæcularis, non cenſeatur ſe ſubiecisse foro laicali, cum non poſſit renunciare priuilegio Ordini conceſſo, nec etiam volens conſentire in Iudicem ſæcularem, cum hoc ſit præiudicium ſtatus, & ordinis, & ſuperioris Eccleſiaſtici, vt bene animaduertit *Thom. del Bene de Immunit. Eccleſ. cap. 14 dub. 11. num. 5. circa fin per text. in cap. inſolita 11. qu. 1. & cap. placuit de foro competen. & per Abb. in cap. cum tempore de for. competen. in fi.*

82 Amp. ſecundam ſententiam, vt procedat, ſiue agatur de puniendo Clerico in perſona, ſiuè etiam ſolum in bonis, quoniam bona ſequuntur ſtatum, & conditionem perſonæ, & eodem immunitatis priuilegio fruuntur, & Iudex Laicus non poteſt exercere iuriſdictionem quo ad bona, & ſententiam ferre, niſi perſonam vocando, ac proinde Iudex Laicus exerceret iuriſdictionem, & traheret ad ſuum forum perſonam exemptam, ad quod euitandum neceſſariò ſequitur, quod ſi ſit exempta perſona, debent etiam eſſe exempta eius bona per textum in *cap. nullus Clericus cap. nullus Epiſcopus cap. placuit 1. & 2. cauſa 11. qu. 1. cap. 2. cap. at ſi Clerici de Iudic. cap. ſi diligenti de foro Competen. cap. ſæculares eod. tit. in 6. Auth. ſtatuimus C. de Epiſcop. & Cleric. Abb. in cap. qualiter num. 8. de Iudic. vbi de communi late Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 9. dubit. 35. à num. 1. & per tot. Dian. reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immunit. Eccleſ. reſol. 18. verſ. nec valet dicere, & p. 4 tract. 1. eod. tit. reſol. 39. verſ. ſed ego in fi. Sanchez. in conſil. to. 1. lib. 3. cap. vnico dub. 21. num. 11. Duard. in Bulla Cænæ lib. 2. can. 15. qu. 11. num. 52. Genuen. in prax. Epiſcopal. Neapol. cap. 8. num. 5. Souſa in Bulla Cænæ cap. 20. diſp. 95 nu. 4.*

83 Nec aduerſatur pro vt multi DD. aſſerunt, quod de conſuetudine hæc ſententia non ſeruetur in praxi, & videantur Principes ſæculares tales Clericos etiam in ſacris conſtitutos priuare officio, & etiam mulctari pœnis pecuniarijs, vt inquit *Clar. in §. fi. qu. 36. ſub num. 25. verſ. quæro pone Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 143. verſ. decimo nono limitatur Vincen. de Franc. deciſ. 479. num. 3. Corrad. in pract. crim. in tit. de inquiſit 16. & 17. Fallen. Vrſil. in addit ad Afflict. deciſ. 24. num. 4. in fi. Farinac. in tit. de inquiſit. qu. 8. ſub num. 98.*

84 Quia vltra quod male de iure ſuſtineri poteſt, vt fatetur idem *Clar.* certum eſt, quod non valet conſuetudo, quod Laicus poſſit inquirere, vel punire Clericum de delicto, quia huiuſmodi conſuetudo redditur irrationabilis, & contra ius diuinum, quo Clerici ſunt exempti à iuriſdictione ſæculariũ, vt optimè comprobat *Decian. tract. crim lib 4. cap. 9. num. 10. verſ. tertio extende*, vbi allegat textum *in cap. Clerici cum ibi notatis per ſcribentes communiter de Iudic.* egregiè etiam tradit *Cabal. reſol. crim. caſ. 64. num. 5. & 6. cent. 1. vbi allegat. Alex. conſ. 8. num. 1. lib. 1. Alex. de Nevo conſ. 56. num. 1. Roland. conſ. 4 num. 11. & 13. lib. 1. conſ. 12. nu. 43. & ſeq. conſ. 23. nu. 9. lib. 2. Corrad. in pract.*

crim.

crim. tit. de inquiſit. ſub num. 8. Boſſ. in pract. crim. tit. de for. competen. num. 130. Clar. in pract. crim. §. fi. qu. 36. num. 3. verſ. ſed ea retenta Couar. pract. quæſt. cap. 31. num. 5. Scaccia de iudic. cauſ. ciuil. crim. & haretic. lib. 1. cap. 11. num. 42. verſ. ampliatur octauo Farinac. in tit. de inquiſit. qu. 8. num. 3. in 2. ampliatione.

85 Siquidem ſicut Laici prohibentur ſtatuere contra Clericos, ita etiam nequeunt inducere conſuetudinem, propterea reprobatur, *glo. in cap. Maſſana 56. verb. conſuetudine de elect. Bart. in Auth. hoc ius porrectum num. 18. C. de ſacroſant. Eccleſ. Alex. conſ. 149. num. 10. lib. 6. Bero conſ. 31. num. 17. lib. 1. Alciat. conſ. 3. num. 3. lib. 7. vbi de communi, Surd. conſ. 396. num. 33. & conſ. 460. num. 33. & ſeq. Rot. deciſ. 3. num. 4. de conſuetud. in antiq. & deciſ. 479. num. 3. p. 3. in recen. relat. per Iacob. Pignatel. conſult. canon. 127. num. 7.*

86 Et conſuetudinem contra libertatem Eccleſiaſticam eſſe, tam de iure ciuili, quam canonico reprobatam, tradunt communiter *DD. in cap. qualiter, & quando extra de Iudic.* eſt textus *in Authen. caſſa C. de ſacroſant. Eccleſ. §. illicitas de pace iuram. firm. in vſib. feud. cap. Clerici de iudic. cap. cum terra de electiõ. cap. ad noſtra, & cap. cum inter de conſuet. cap. quemquam de cenſib. in 6. Sperel. dec. 37. num. 41. & 42. tom. 1.*

87 Quinimò quod quæcunque conſuetudo etiam immemorabilis contra Eccleſiaſticam libertatem ſit inualida clarè habetur in *Bulla Cœnæ Domini Alex. conſ. 8. num. 5. & conſ. 149. num. 10. cum alijs congeſtis per Surd. conſ. 131. num. 53. & 54. & ſeq. latiſſimè Sperel. deciſ. 37. num. 42. verſ. & quacunque Rot. deciſ. 10. de conſuetud. in antiq.* & de communi Theologorum, & Canoniſtarum ſententia latè teſtatur *Azor. inſtit. moral. tom. 1. lib. 5. cap. 12. qu. 1. §. ſed dubitari poſſet. Suarez. in tract. de defenſ. fid. lib. 4. cap. 32. num. 14. & cap. 34. nu. 12.*

88 Quod procedit, etiam ſi Papa conſcius fuiſſet de tali conſuetudine, & tacente, & patiente nihil dixiſſet, nihilominus neque ſubſiſteret, quia licet iura

89 impræſcriptibilia, ſciente Principe præſcribantur, hoc tamen verum eſſe data capacitate præſcribentis, ſecus autem ſi ſit incapax, vt eſt Laicus quo ad iuriſdictionem in Clericos, ſubdit *Cabal. reſol. crim. caſ. 64. num. 7. cent. 1. ex Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 9. verſ. extenditur prædicta concluſio, iuncto num. 16. verſ. extenditur quoque, quem ſequitur Farinac. in tit. de inquiſit. qu. 8. num. 3. in fi. & latiſſimè hanc concluſionem exemplificat Sperel. deciſ. 37. à num. 57. cum plurib. ſequen. to. 1.*

90 Et attenta etiam prima ſententia, quod Iudex ſæcularis poſſit tantum contra Clericum delinquẽtem in officio laicali inſtruere proceſſum, & reperto culpabili ſimpliciter tantum declarare quantitatem, in qua debitor apparet, & deinde adire Iudicem Eccleſiaſticum prò illius executione, vt tradit *Anton. de Marin. quotidian. reſol. cap. 52. num. 5.*

91 Sanè tamen interpretari debet dictum *Antonij de Marin.* vt procedat, ſi Iudex laicus per viam extraiudicialem inquireret, & liquidaret debitum Clerici delinquentis in officio ſæculari, ſecus autem ſi procederet per viam iudicialem, nam tunc etiam ſibi aſſumeret iuriſdictionem in Clericum, contra quem, neque in inquirendo poteſt aſſumere partes Iudicis, vt ſupra demonſtrauimus, quidquid ſit quando Iudex Laicus per viam recõuentionis ani-

92 maduertat in Clericum, tanto magis, quia Iudex Eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui facto à Iudice ſæculari, vt tradunt DD. plenè congeſti per *Farinac. in Appen. de immunit. Eccleſ. cap. 22. num. 373. & conſ. 76. num. 1. & 2. & conſ. 168. num. 26. & ſeq. & per Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 16. dub. 43. ſect. 1. num. 1. & 2. tom. 2. Ciarlin. controu. forenſ. tom. 1. cap. 10. num. 92. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauore Clericali. § 4. num. 50. Clar. in §. fi. qu. 30. verſ. vltimo quæro Ambroſin. de immunit. cap. 11. num. 3. Peregrin. eod. tract. cap. 3. num. 2. Diana reſol. moral. tract. 1. reſol. 112. Guazin. defenſ. 1. cap. 30. nu. 7. & 8. tom. 1.*

93 Nec tenetur Iudex Eccleſiaſticus iudicare cum proceſſu facto coram Iudice ſæculari, ad notata per *Bero & DD. in l. eos §. ſuper his C. de appellat.*

94 cum eius proceſſus non faciat fidem coram Iudice Eccleſiaſtico, *Cagnol. in l. cum quadam puella §. quoties num. 1. ff. de iuriſdict. omn. iud. Beretta conſ. 76. num. 1. & 2. ad tradita per Borgnin. dec. 21. nu. 24. & 25. p. 1.*

95 Eſt enim Clericis interdictum officia ſæcularia, ſine ſuperioris diſpenſatione ſuſcipere, *cap. Sacerdos ne Cleric. vel Monac.* vndè male faciunt Principes ſi conferant Clericis exemptis huiuſmodi ſæcularia officia, ac proindè ſibi imputari debeant, ſi nequeant in eiſdem iuriſdictionem exercere, vt ferè omnes ſupracitati DD. inſinuant, cum priuilegium Clericale ſemper retineant, & inſeparabiliter ſequatur perſonam, *ex cap. fi. de vita, & honeſtat.*

96 *Cleric.* hinc eſt quod ſi Clericus officium tutoris, vel curatoris, vel adminiſtratoris bonorum exercuerit, & in eo deliquerit, non poteſt in iudicium à laico ad reddendam rationem vocari, ob eius exemptionem, ita ex *Bonaccin. tradit. Diana reſol. moral. p. 4. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 39. ſub verſ. ſed ego.*

SVMMARIVM.

1 Coloni Eccleſiæ reſpectu Coloniæ non ſunt de foro Laico.

2 Coloni partiarij Epiſcoporum durante colonia gaudent priuilegio fori, tam in ciuilibus, quam in criminalibus nu. 3.

Familiares Laici Epiſcopi gaudent priuilegio fori, ibidem.

Coloni Eccleſiaſticorum pro portione colonica non ſunt immunes à ſolutione onerum, & collectarum.

4 Et tenentur concurrere ad reparationem viarum, pontium, mœnium, arginum &c.

5 Et concurrere debent cum equis, & plauſtris in vectione ſalis.

6 Contrarium, quod Coloni Eccleſiaſticorum ad prædicta non teneantur, nec collectari poſſint, diſtingue, vt num. 19.

7 Amp. vt gaudeant immunitate, etiam quo ad onera perſonalia.

8 Amp. etiam in Colonis Epiſcoporum titularium, & num. 9.

10 Amp. vt non ſint grauandi, neque quo ad perſonam, nec quo ad animalia, & ratio aſſignatur nu. 11.

12 Lim. ſi ex portione colonica deducta impenſa ſuperſunt fructus, prò quibus tenetur Colonus contribuere.

Sed hæc limitatio reprobatur ibidem.

13 Amp. Coloni operarij Eccleſiaſticorum prò eorum mercede in nihilo ſunt grauandi.

14 Amp. vt Coloni Eccleſiaſticorum non teneantur ad

onerum, & collectarum ſolutionem non obſtante contraria conſuetudine.

25 Amp. vt conſuetudo ſeruanda in exigendis collectis procedat quo ad perſonas ſubiectas.

16 Amp. procedere, tam in colentibus bona ipſius Eccleſiæ, quam patrimonialia Clericorum.

17 Bona patrimonialia Clericorum eadem immunitate gaudent, qua bona Eccleſiæ.

18 Amp. vt ſecluſa negociatione bona patrimonialia Clericorum ab oneribus ſæcularibus ſunt exempta.

19 Exemptio etiam reſpectu bonorum Clericorum eſt de iure diuino.

20 Exigens à Clericis gabellam, & collectam incidit in excommunicationem.

21 Dictio, & ſi ponatur inter diuerſa copulatorum diuerſitatem deſignat.

22 Coloni Clericorum non poſſunt grauari ad refectionem viarum, & agerum pro bonis ab eiſdem conductis nu. 23.

24 Neque grauari poſſunt ad hoſpitandum milites neque eorum parentes, & fratres communiter habitantes, num. 25. & 26.

27 Emphyteuta Eccleſię non tenetur ad collectas, & onera realia à Laicis impoſita.

28 Contrarium ſi onera impoſita ſint tantum prò dominio vtili. Sed prima verior nu. 30.

29 Limit. hanc 2. opinionem non procedere ſi collectarum impoſitio concerneret damnum domini directi, vt ſi minori canone concedere cogeretur.

Sed hæc limitatio reprobatur nu. 30.

Et procedere poteſt ſi penſio correſpondeat fructibus, num. 31.

32 Statuta circa bona diſponentia comprehendunt bona emphyteutica Eccleſiæ reſpectu vtilis dominij penes Laicum contrar. num. 33.

33 Laici non poſſunt de rebus Eccleſiæ diſponere.

34 Statutum non poteſt diſponere de bonis non ſubditis.

35 Statutum Vrbis non comprehendit bona Emphyteutica Eccleſiæ, niſi habeat verba apta ad comprehendendum.

36 Dominium vtile bonorum Eccleſiæ habet prærogatiuas & priuilegia dominij directi.

37 Prælati Eccleſiaſtici non poſſunt imponere onera Eccleſiaſticis, & eorum bonis contrar. num. 38.

39 Coloni Clericorum in minoribus non habentium requiſita Concilij non eximuntur ab oneribus.

40 Lim. procedere ſi conſtet per ſententiam Ordinarij dictos Clericos non habere requiſita Concilij.

41 Coloni Eccleſiaſticorum, quo ad eorum bona propria tenentur ad ſolutionem collectarum, & onerum.

42 In dictione Eccleſiaſtica tenentur ad onera Cameralia pro bonis ab Eccleſiaſticis conductis, etiam titulo emphyteutico poſſeſſis nu. 43.

44 Tenentur ad onera pro portione colonica, poſt quam à ſolo ſeparata ſint. Contrar. nu. 45.

46 Coloni Regularium vtriuſque ſexus eximuntur à præſtatione gabellarum, & collectarum.

47 Coloni Eccleſiaſticorum adſportantes portionem colonicam de loco ad locum, tenentur ſoluere gabellam.

48 Emens fructus bonorum Eccleſiæ, tenetur ſoluere gabellam.

49 Colonorum ſpecies triplex eſt ad effectum ſoluendi collectas.

50 Colonorum fraudibus ad euitandas collectas qualiter ſit occurrendum.

51 Coloni Commendę Religionis Hyeroſolimitanæ ſunt immunes pro portione colonica.

52 Eccleſiaſticorum coloni tenentur ſoluere onera prò bonis propriis, & prò animalibus non deſtinatis ad culturam bonorum Eccleſiaſticorum nu. 53.

Nec etiam prò induſtria in rebus Eccleſiaſticorum adhibita nu. 54.

55 Famuli Eccleſiaſticorum non tenentur ad ſolutionem gabellæ della macina.

56 Sindici, & Procuratores Conuentuum Ordinis Sancti Franciſci gaudent priuilegio fori in ciuilibus, criminalibus & mixtis.

57 Subiiciuntur Epiſcopo, vbi non adeſt legitimus conſeruator Religioſis.

58 Filij Colonorum partiariorum menſæ Epiſcopalis gaudent priuilegio fori.

59 Cauſa homicidij commiſſi in perſonam Coloni Epiſcopi ſpectat ad curiam Eccleſiaſticam.

60 Coloni Eccleſiarum quo ad perſonam ſubijciuntur iuriſdictioni Laicali, ſecus ratione bonorum Eccleſiarum.

ADNOTATIO VII.

Coloni, & Emphyteutæ Eccleſiæ, & Eccleſiaſticorum, an, & quando teneantur ad ſolutionem onerum, & collectarum.

1 Coloni Eccleſiæ reſpectu terrarum eiuſdem Eccleſiæ, & ſic reſpecto Coloniæ, non ſunt de foro Laico. *Aretin. in cap. 2. num. 8. de for. competen.* & fuit reſolutum in Sac. Congregatione Immunitatis in vna *Viterbien.* 6. *Octob.* 1627. *teſte Sperel. deciſ.* 41. *num.* 31. *in fi. tom.* 1.

2 Coloni partiarij Epiſcoporum durante Colonia gaudent fori priuilegio, prout gaudet alia familia laica dictorum Epiſcoporum, vt firmaſſe eandem Sac. Congregationem refert *Dian. reſol. moral. poſt p. 5. in tit. declarat. Sac. Congregat. num.* 17.
3 tam in ciuilibus, quam in criminalibus iuxta aliam reſolutionem factam a Sac. Congregatione ad fauorem Comitis Alphonſi Gonzachę Archiepiſcopi Rodienſis, & de mandato Vrbani VII. ordinatum Illuſtriſſimo D. Comiti Camillo Gonzachæ moleſtanti dicti Archiepiſcopi colonos, vt patet ex literis conſcriptis ab Auditorę Cameræ Apoſtolicæ relatis per eundem *Diana reſol. moral. p. 6. in tit. de famil. laica Nuntior. Apoſtolic. reſol.* 4 *fo. mihi* 57. vbi in antecedenti *reſol.* 2. *ex* 66. *Doctorum* auctoritatę comprobat familiares Laicos Epiſcopi gaudere debere priuilegio fori, ita etiam *Thom. del Bene de immunit. Eccleſiaſt. cap. 4. dub.* 28. *num.* 1. *par.* 1.

3 An vero Coloni Eccleſiaſticorum pro portione Colonica gaudeant immunitate a collectis, tributis, aliiſque oneribus, & teneantur ad illorum ſolutionem, affirmatiua ſententia eſt, quod Coloni partiarij Clericorum teneantur ad collectas, & ad alia munera, ſcilicet ad laborandum cum equis, bobus, & plauſtris, quia cum portio colonica ſit quid ſeparatum à portione Clericorum, debet ad imparia iudicari, cum ſeparatorum ſeparata debeat eſſe ratio, ac proinde ratio ordinis clericalis, propter quam Clerici redduntur immunes a ſolutione huiuſmodi onerum, non adaptatur eorum colonibus, tanquam Laicis, & ſubiectis Principum ordinationibus, & ſtatutis, vt tenent *Theſ. dec.* 116. *num.* 5. *& per tot. Federic de ſen. conſ.* 111. *num.* 10. & pro has ſententia enumerantur viginti DD. a *Menoch. de arbit. cent.* 6. *caſ* 562. *nu.* 27.

4 Quinimo, quod coloni Clericorum teneantur concurrere ad arcium, mœnium, aggerum, viarum, & pontium reſtauratione, adeout huiuſmodi onera afficiant etiam Colonos Eccleſiæ, & Eccleſiaſticorum, prò qua opinione triginta quatuor Doctores cumulantur à *Sperello deciſ.* 41. *num* 42. *tom.* 1. vbi *in fin. ſubdit.* quod concurrere debeant, cum plauſtis, & animalibus prò concurrenti quantitate

ritate in vectione ſalis. quando vtilitas eſt illis communis *Sac. Cong. Immunit. in vna Mediolan.* 0. *Nouemb.*1627. *proponente Eminentiſſ. Paulutio*.

6 Contrarium verò, quod Coloni Eccleſiaſticorum ad prædicta non teneantur, nec collectari poſſint tenet *Bart. in l placet in fi. C. de ſacroſant. Eccleſ late Syluan. conſ.* 9. *per totum Lotter. de re benef. qu.* 31. *num.* 46. prò qua opinione 38. doctores allegat. *Sperel. dicta dec.*41. *à num* 84. & per totam comprobat, & contrarijs reſpondet & *num.* 85. concludit, quod temerarium eſſet ab hac opinione in conſulẽdo, & iudicando recedere, tum quia eſt magis cõmunis præcipuè, quia habet auctoritatem Bartoli prò ſe, quæ in dubio eſt ſequenda *Vinc. opin.* 182. *lib.* 1. Tum quia eſt magis tuta in conſcientia, & fauorabilis Eccleſiæ, tum quia fuit ſequuta, & à Rota canonizata, vt in deciſionibus per eum relatis coram Iuſto, & Orano *& late dec.* 44. *à num.* 4. *& per tot. eadem p.* 1. vbi quia cum collecta imponenda ſit per æs, & libram impoſitio reſpicit rem, & non fructus, & conſequenter, non poteſt afficere portionem colonicam, quæ conſiſtit in fructibus *Petr. de Vbald. in tract. de collect. concl.*2. *num.*9. faciunt tradita per *Vincen. de Franc. dec.* 107. *per tot. Tamburin. de iure Abba.. tom.* 1. *diſ.*15. *qu.*21. *nu.*9. & pro hac ſententia ſexdecim DD. referuntur à *Menoc. de arbitrar. cent.*6. *caſ.* 562. *num.*46. *Cobel. de Bon. regim. cap.*35. *à* 90. *& cap.*37. *num.*29. *verſ. verum contra* & in ſpecie, quod Coloni, affictuarij, mezzadri, vel partiarij bonorum eccleſiaſticorum gaudeant exemptione collectarum, iam ordinariarum, quam extraordinariarum prò portione colonica determinauit *Sac. Cong. Epiſcoporum in vna Oppidenſi* 18. *Septemb.*1618. *de qua Dian. poſt* 5. *p. reſol. moral. in tit. reſol. Sac. Cong. num.*16. *idem Diana p.* 3. *tit.* 1. *de immunit. Eccleſ. reſol.* 19. *in prin.*

7 Immo quod Coloni Clericorum quoad onera perſonalia gaudeant immunitate, fuit pariter reſolutum per *Sac. Cong. Immunitatis in Rauennaten.* 10. *Febr.*1632. *proponente R.p.d. Paulutio deinde S. R. E. Card. teſte Sperel. dec.* 41. *num.* 80. *in fi. ſecundum vltimam impreſſionem, & voluerunt Abb. in c. non minus num.*14. *de Immunit. Eccleſ. Turrecrem in cap. Eccleſia ſeruos* 12. *qu.* 2. *Remiz. de Gon. in tract. de charitat. ſubſid. qu* 59. *num.* 24. *&* 25. *Botta conſ.*87. *num.* 21. 26. *&* 32. *Burſat. conſ.* 25. *nu.* 24. *&* 27. *Natta conſ.* 66. *num.* 3. *Carauit. in rit. Magnæ Curiæ c.*46. *num.* 38.

8 Et Coloni partialij, & Mezadri Epiſcoporum etiam Titulatium, quod à laicis non ſint grauandi ad nullum onus, ſiue reale, ſiue perſonale, ſiue alterius generis, etiam per modum mandati, nec aſtringendi ad aliquam functionem iuxta reſolutiones *Sac. Cong.* patet ex literis conſcriptis ab Auditore Cameræ de mandato *Vrbani VIII.* ad fauorem Archiepiſcopi Rodienſis relat per *Dian. reſol moral. p.*6. *in tit. de famil. Laic.* Nuntior. *Apoſtolic. reſol.*4.

9 Siquidem quamuis huiuſmodi Onera dirigi videantur directè contra Colonos, & ſic aduerſus perſonas laicas, indirectè tamen tendunt contra Clericos, & Eccleſiaſticos, qui ſine dicta immunitate vilius, & cum eadem melioribus pactis, & conditionibus eorum bona locare poſſunt, ac proinde vtilitas, & detrimentum quo ad locationem, cultiuationem, & affictum bonorum eccleſiarum, & eccleſiaſticorum multum pendet ad huiuſmodi immunitate, quæ ſi non competeret etiam eorum Colonis eſſet indirectè lædere eccleſiaſticam immunitatem, quod quidem ſicut directè prohibitum eſt, ſic indirectè permitti non debet, vt in ſpecie de communi atteſtatur *Bottuſ. conſ.* 67. *num* 3. *&* 29. *Paris conſ.*26 *num* 10. 11. *&* 16. *vol.*1. *Natta conſ.*114. *num.* 19. *lib.* 1. *Gabr. conſ.* 457. *num.* 3. *& conſ.* 161. *num.* ... *vol.*2 *Bald. conſ.*31. *vol.* 1. *Syluan. conſ.* 9. *num.*12. *& ſub num.* 19. *verſ immo, & verſ. quando Roland. conſ.*61. *num.*20. *lib.*4. *Menoch. conſ.*136 *nu.* 5. *Surd. conſ.*304 *num.*11. *& ſeq lib.* 3. *Leo in Theſaur ſoc. Eccleſ. p* 1. *c.*14. *num.* 6. *Lotter. de re benef. qu.*31. *num.* 43. *& ſeq.*

10 Vnde non ſolum non ſunt grauandi pręfati coloni in eorum perſonas, ſed neque quo ad boues, equos, & animalia deſtinata prò fundo conducto ab eccleſiaſticis gratia colendi, colligendi, & conſeruandi fructus, ne retrahantur à debita cultura in damnum, & præiudicium eorundem eccleſiaſticorum, vt latè comprobat *Sperel. dec.*41. *nu.*61. *cum plurib. ſequen.* vbi in indiuiduo ſubdit, quod huiuſmodi animalia ſint inſtrumenta fundi eccleſiaſtici, ex *Feſtat de collect. p.*4. *c.*2. *num.*1. *cum ſeq. Caroc. de locat. & conduct. fol.* 210. *Surd. conſ.* 333. *num.* 14. *lib.*3. *Botta conſ.*87. *num.* 23. 25. 29. 32. *Tiraq. de retract. conſanguinit.* §. 1. *glo.*3. *num.* 113.

11 Portio enim colonica debetur colono, tum ob expenſas factas prò neceſſarijs ad culturam, tum pro mercede laboris, opereque impenſæ, vnde non poteſt recipere onus collectarum, aliorumque onerum, cum fructus prò dicta portione colonica aſſignata, adeo labori, & expenſis commenſurentur, vt vix fructus dici poſſint, ac proindè contractus initus, cum eccleſiaſticis remaneret iniuſtus, dum totum damnum afficeret perſonam Coloni igitur ad ſeruandam æqualitatem, ne vnus ſit in damno, alter in lucro, licitè à Colono repeti poſſet tantam ſolutæ collectæ, & ſic per indirectum vndique quò vertimur reſultaret pręiudicium Eccleſię contra diſpoſitionem Sacrorum Canonum, & Bullam Cœnæ Domini *Lotter. de re benef. qu.*21. *num.*50. *Sperel. dec.*41. *num.*57. *& plurib. ſequen. & dec.* 44. *nu.* 17. *vſque ad* 23. *tom.* 1.

12 Ex quibus ceſſat doctrina *Oſaſch. in dec.*83. *nu.*8. vbi conſiderat, quod ſi ex portione colonica deducta impenſa ſuperſunt aliqui fructus, eorum ratione Colonus teneatur contribuere argumento *l. filius* §. *fi. ff. ad municipal. ad notata per glo. in l. generaliter* § *fi. ff. de vſufructu legat. Dec. conſ.* 167. *num* 2. quia vltra, quod loquitur de Colonis priuatorum Ciuium, ſemper remanet inconcuſſa ratio, quod per indirectum læderetur immunitas eccleſiaſtica, quod nullo pacto eſt permittendum, vt omnia iura clamant, præcipuè, quia onus ſoluendi collectam ſpectat ad Dominum, ſeu ad eum, qui ſuo nomine proprio poſſidet *Dec. conſ.*202. *n* 5. *&* 6. *late Natta conſ.*63. *nu.*1. *Surd. conſ.* 262. *nu.*27. *vol.* 2. *Menoc. conſ.*9. *num.*12. *Afflict. dec.*252. *num.*4. *Oſaſch dec.* 83. *num.* 6. ac proinde ſtatutum arctans colonos ad ſolutionem collectarum eſſe iniquum, cum non poſſideant nomine proprio, ſed pro Domino tradunt DD. relati per *Sperel. dec.*44. *à num.*18. *vſque ad* 26. *& per Oſaſch dec.* 83. *num.*6.

13 Amp. principal. concluſ. vt multo magis procedat in colonis, qui non ſunt partiarij, ſed potius ope-

Google

operatij eccleſiaſticorum ſumptibus mercede conuenta conducti ad eorundem bona colenda, & cultiuanda, qui prò portione, & prò eo, quod recipiunt in ſatisfactionem præſtiti ſeruitij, & laboris in nihil, ſunt grauandi, & collectandi, vt inquit *glo. in Clem. 1. de decim. Ancharan in cap. quamquam ſua nu. 5. de cenſib. in 6. Burſat. conſ. 42. num 15. & 17. lib. 1. Perſon. in tract. de Gabell. num. 84. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. 3. num. 69. & ſeq. Bellett. diſquiſit. Cleric. in tit. de exempt. Cleric. p. 7. num. 4. & ſeq. Anton. vat. reſol. lib. 1. c. 121. num. 39. Lotter. de re benef. qu. 31. num. 47. ad tradita per Surd. dec. 19. & dec. 35. num. 8. Theſaur. dec. 110. in fi. Bonac. de cenſur. in particular. in tit. de cenſur. content. in Bulla Cænæ diſ. 1. qu. 19. punct. 3. §. 1. num. 7. verſ. quarta ſententia in fi. tom. 3. Sperel. dec. 42. num. 11. tom. 1.*

14 Amp. 2. vt Coloni Clericorum non teneantur ad huiuſmodi ſolutionem collectarum, & onerum præſtationem, quacumque contraria conſuetudine non obſtante, quia cum gaudeant exemptione per communicationem, & participationem ex perſona eccleſiaſticorum, eorumque prædiorum, agaturque de lædenda eadem exemptione, ſaltem per indirectũ, nulla introduci poteſt legitima conſuetudo, ob reſiſtentiam ſacrorum canonum, & Bullæ Cænæ Domini in conſeruationem, & manutentionem iuriũ, & rerum, quę ſunt de iure diuino emanatæ *Oldrad. conſ. 299. num. 5. loquens de immemorabili Maccabr. conſ. 18. num. 319. Leo in Theſaur for. Eccleſ. p. 1. c. 14. num. 32. & ſeq. Sperel. dec. 42. num. 8.*

15 Et licet in exigendis collectis ſeruanda ſit conſuetudo *Iaſ. in l. 1. num. 32. C. de iur. Emphyteut. Pariſ. conſ. 25. num. 54. & 97. Bart. conſ. 97. nu. 32. Burſat. conſ. 161. num. 9. lib. 2. Soccin. iun. conſ 49. num. 26. lib. 1. Oſaſch. dec. 82. num. 9. in fi. Theſaur. dec. 116. ſub num.* 10. Tamen hoc procedit reſpectu Ciuium, & perſonarum ſubiectarum dictioni Laicorum, in quibus non militat ratio reſeruandæ libertatis eccleſiaſticæ, ſecus autem in colonis eccleſiaſticorum, non ſubditorum, qui iure dominorum vtuntur, vt reprobato *Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. 3. num. 72. tradit Sperel. dec. 42. num. 2. & 3. tom. 1.*

16 Amp. 3. vt procedat non ſolum in colentibus prædia ipſius Eccleſiæ, verum etiam in alijs pariter colentibus bona patrimonialia ipſorum Clericorũ, quæ vbi agitur de ſortiendo foro bona Clericorum patrimonialia eodem gaudent priuilegio, quo perſonæ ipſæ *l. decernimus* C. *de Epiſcop. aud. Dec. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 18. de conſtit. late Bertran. conſ. 121. num. 1. & ſeq. vol. 3. Surd. conſ. 301. num. 65. lib.* 3. Et quo ad exemptionem one-
17 rum, & collectarum, præfata bona patrimonialia Clericorum æquè priuilegiata cenſentur, ac bona Eccleſiæ, quia hæc immunitas non in bonorum ſanctitate, ſed in abſoluta perſonarum exemptione fundatur, ac proindè ſicut bona eccleſiarum ratione Eccleſiæ ſunt exempta, ita bona propria Clericorum, ratione Clericatus, & perſonæ eandẽ conſequuntur exemptionem, vt animaduertit *Sperel. dec. 42. num. 9. & 10. p. 1. & latè comprobat Suar. in defenſ. fidei. Cathol. lib 4. c. 24. per tot. & cap. 25. circa fin. Belet. diſquiſit. Cleric. tit de exempt. Cleric. §. 5. num 6.*

18 Secluſa autem negociatione bona patrimonialia Clericorum de iure Canonico, ſunt omnino exempta ab oneribus ſæcularibus, vt de communi canoniſtarum opinione firmat *Azor. inſtit. moral. p. 3. lib. 5. cap. 19. num. 7. latiſſimè comprobat Suarez. in tract. de defenſ. fid. lib. 4. cap. 24. & ſeq. latiſſimè etiam Duar. in Bull. Cænæ lib. 2. can. 18. q. 4. per tot.* & contrariam opinionem communiter eſſe damnatam inquit *Abb. in c. Eccleſia S. Mariæ num. 21. de conſtit. & ibi Felin. nu. 7. Rem. de Gon. in tract. de charitat. ſubſid. q. 61. num. 9. late Io. Cratus, qui contrarijs reſpondet conſ. 334. per tot. Hond. conſ 3. num. 12. lib. 1. Zerola in prax. Epiſcop. in verbo Clericus §. 9. verſ. 5. concluſio Guttier. pract. quæſt. lib 1. qu. 3. num. 15. & 16. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. tit. de immunit. Eccleſ. c. 13. num. 1. Syluest. in verb. Gabella §. 3. num. 10. & ſeq. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. 3. num. 19. Bellet. diſquiſit. Clericaļ. in tit. de exempt. Cleric. & eorum bon. §. 5. per tot. Suar. de cenſ. lib. 3. cap. 22. num. 9. Vulpel. in prax. for. Eccleſ. c. 17. num. 5. Ciarlin. controuerſ. forenſ. 138. nu.*
19 *17. p. 2.* Et hanc immunitatem, non à iure poſitiuo, & Imperatorum liberalitate, ſed immediatè à iure diuino ortum habuiſſe, etiam reſpectu bonorũ ipſorum Clericorum, vt apertis verbis diſponitur in *cap. quamquam de cenſib. ibi Eccleſiæ, eccleſiaſticæque perſonæ, & reſ. ipſorum, non ſolum iure humano quinimò, & diuino à ſæcularium perſonarum exactionibus ſint immunes.* Rot. *dec. 339. num. 7. & 8. p 6. recen.*

20 Vndè exigentes à Clericis, eorumque bonis gabellam, collectam, & alia onera incidunt in excommunicationem inflictam *in cap. quamquam de cenſ. in 6. & in Bullam Cænæ Domini*, etiam ſi agatur de bonis patrimonialibus præfatorum Clericorum, vt patet ex verbis ipſius Bullæ *in can. 18. ibi eorum, & Eccleſiarum, & beneficiorum bonis*, quæ particula *eorum* contradiſtinguitur ab alia *eccleſiarum* deſignando, & connotando bona propria ipſorum Clericorum, ſeparata à bonis eccleſiarum, & bene-
21 ficiorum, propter dictionem, *&* quæ ſi ponatur inter diuerſa copulatorum, diuerſitatem deſignat *Rot. dec. 432. num. 17. p. 9. tom. 2. recen.* ita in puncto tradit *Vgolin. in explicat. dictæ Bullæ in can. 18. §. 3. Suar. tom 5. de cenſ. diſ. 23. ſec. 4. num. 21. Duard. in Bulla Cænæ lib. 2. c. 18. qu. 5. num. 4. & ſeq. cum alijs per Sperel. dec. 37. num. 74. tom. 1.*

22 Amp. 4. vt Coloni Clericorum neque poſſint grauari ad reficiendam viam iuxta agrum, quem colunt, vel ad reparandum agerem, contra fluminis, aquarumque impetum, vel ad aquęductum effodiendum, & alia ſimilia peragendum ad communium prædiorum conſeruationem, & vtilitatẽ, quia huiuſmodi onera reſpiciunt non fructus, ſed rem ipſam, & cum imponantur perſonis prò rebus ſpectant ad Dominum fundi, & non ad colonum *Paul. de Caſt. in l. ex conducto in prin ff locat. Natta conſ. 409. ſub n. 7. vol. 2. cum alijs copiosè deductis per Sperel. dec. 41. num. 56. & dec. 43. num. 1. tom. 1. &*
23 3. *ſubdit* quod ſi Colonus huiuſmodi expenſas ſubiret, poſſet à domino repetere, & ſic per indirectum à Principibus ſæcularibus Clerici grauarentur Bart. *in l. impenſæ ff. de impenſ. in reb. dot. fact. Alex. in l diuortio § impendia num. 3. ſolut. matrim. Menoc. de arbitr. c. 1ſ. 215. num 4. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ 24. num. 9.*

24 Amp. 5. Clericorum colonos neq; grauari poſſe ad hoſpitandum milites in agris, ab eiſdem

Cle-

Digitized by Google

Clericis conductis, vel in domibus etiam præfato-
rum patrimonialibus, quantuis laicis locaris, cum
per indirectum in bonorum Eccleſiaſticorum præ-
iudicium redundaret iuxta declarationem S. *Cong.
Epiſc. & Regul. in vna Nouarienſ. die 9. Iunij* 1617.
*relat. per Dian. reſol. moral. p. 4. tract. 1. de immu-
nit. Eccleſ. reſol. 32. in fi. in verſ. notandum eſt etiam
& per Sac. Cong. ſuper contron. iuriſdict. in vna Ber-
thonenſi die 4. Decemb.* 1629. *relat. per Sperel. deciſ.
41. num. 15. in fi tom.* 1. & tradunt *Bald. in l. 1. in
3. Notat C. de Epiſc. & Cleric.* & de veriori, &
communiori late *Lancel. Gallia conſ. 59. num. 10.
cum plurib. ſequen. & num. 76. Bellet. diſquiſit. Cle-
ric. tit. de exempt. Cleric. & eorundem bonorum ab
oner. publ. §. 7. ſub num. 1. Carol. de Graſſ. de effect.
Cleric. 3. num. 126. Anton. var. reſol. lib. 1. cap. 3.
per tot.*
25 Et quod immunitas Clericorum quo ad hoſpi-
tandum iuxta text in *l. 1. C. de Epiſc. & Cleric. vbi
communiter Doctores* extendatur ad Patres, fratres,
& nepotes, habitantes cum ipſis Clericis pro indi-
uiſo tradit *Anton. de Marin. reſol. quotid. cap. 167.
num.* 4. vbi limitat dummodo ſint in ſacris conſti-
tuti, ſecus autem ſi in ordinibus tantum minori-
26 bus, ſed quod indiſtinctè hoc priuilegium com-
municetur à Clericis, ſiue in ſacris, ſiue in minori-
bus eorum parentibus, & conſanguineis habitan-
tibus in domo communi *Ric. p. 3. reſol. 28. num 1.
& 2. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. 3. num. 122.
vt in ſimili tradit glo. in l. fi. C. de munor. & faciunt
late tradita per Surd. conſ. 301. num. 8. Dian. reſol.
moral. p. 4. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 32.
verſ. verum Riccius.*
27 Amp. 6. Vt etiam emphyteuta Eccleſiæ ratione
connexionis dominij vtilis cum directo nō teneatur
ad collectas, & onera realia per ſtatuta Laicorum
ſuper bonis, & rebus impoſita iuxta doctrinam,
*Bart. in l. priuata num. 2. C. de excuſat. muner. lib.
10. Iaſ. in auth. quas actiones, num. 42. C. de ſacro-
ſant. Eccleſ. Cenal. in ſpec. commun. con. commun. qu.
726. Facchin. contron. iur. cap. 91. lib. 1. Remig. Gon.
de charit. ſubſid. qu. 61. num. 29. & qu. 59. num. 31.
late Petrus de Vbald. conſ. 2. poſt tract. de collect. per
totum Syluan. conſ. 9. per tot. Valenzuol. conſ. 100.
num. 81. Burſat. conſ. 42. num. 22. lib. 1. Odd. conſ.
70. num. 31. Ruin. conſ. 117. num. 10. lib. 5. Me-
noch. conſ. 444. num. 27. Ferentil. in addit. ad Burat.
deciſ. 780. num. 10. verſ. quinimo ne dum Eccleſia,
& magiſtraliter Rot. in Rauennaten. emphyteuſis 28.
Maij 1631. coram Merlino inter eius impreſ. deciſ. re-
petita in recen. deciſ. 42. num. 17. & 18. vſque ad
23. p. 6. & tradit Sperel. deciſ. 41. num. 25. verſ.
ſed reſpondetur tom. 1.*
28 Contrarium quod teneantur ad ſolutionem
onerum, ſi onera impoſita ſint tantum pro domi-
nio vtili, vel pro fructibus, quia priuilegium im-
munitatis conceſſum eſt Eccleſiaſticis, & ipſorum
bonis, & fructibus, bonorum vero emphyteutico-
rum dominium vtile non cenſetur Eccleſiaſticum,
ſed mere laicum, cum per contractum translatum
ſit in Laicum, à quo ſolum retrahitur vtilitas, &
non ab Eccleſia, vnde ſubiacere debet iuriſdictioni
Principis ſæcularis, & ſoluere onera, & collectas
per eiuſdem ordinationem debitas, præcipuè quia
non imponuntur prò dominio directo, ſed prò vti-
li, & fructibus, & primariò perſonæ, ſecundario re-
bus, & conſequenter, quod non incidat in excom-
municationem in Bulla Cænæ contentam, qui di-
ctas collectas imponit, tradit *Bonacin. de conſ. in
partic. in tit. de cenſ content. in bulla Cænæ diſ. 1. q.
19. punct. 3. §. 1. propoſ. 1. num. 9. tom. 3. ex Alter.
quem allegat. de cenſur. diſ. 19. cap. 6. dub. 6. Filiuc.
tract. 16. cap. 11. qu. 2. num. 302. Surd. conſ. 338.
num. 13. & ſeq. vol. 3. Carol. de Graſſ. de effect Cleric.
3. num. 77. & 151. Valaſ. de iur. emphyteut. qu. 17.
num. 11. & 12. & ſeq. Peregrin. de fideicom. art. 5.
num. 14. Menoch. de arbit. caſ. 180. num. 8. & 10.
& caſ. 562. num. 21. Theſ inn. in addit. ad dec. 116.
Theſ. ſenioris ſui genitoris Caualcan. deciſ. 44. num.
100. verſ. quarto.*
29 Limitatur hæc 2. opinio etiam ab eius ſectatori-
bus non procedere, ſi dicta collectarum impoſitio
redundaret in damnum Domini directi, vt potè
quia ob huiuſmodi oneris impoſitionem minori
canone, ſeu pretio in emphyteuſim concedere co-
geretur, ſecus autem ſi ſine damno domini, vt do-
cet *Bonacin. loco citato num. 9. verſ. hoc tamen li-
mitandum Odd. conſ. 70. num. 6. & 35. Dec. conſ. 48.
Bero. conſ. 130. & 131. lib. 1. Natta conſ. 114. Ca-
rol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 3. numer. 82.*
30 Verum quia ratio limitationis ſemper militat,
ipſa limitatio deſtruit regulam, vndè inconcuſſa
remanet prima negatiua opinio, quæ tamquam
tutior, æquior, magis tuta, & Eccleſiæ, Eccleſia-
ſticorumque immunitati fauorabilis, eſt tenenda, &
in conſulendo, & iudicando ſequenda, vti ſolidio-
ribus rationibus fundata *Rot. dec. 42. num. 18. 19.
& ſeq. p. 6. recen.*
31 Reſponderi tamen poteſt, quod fortaſſe ſibi lo-
cum vindicet, quando penſio, quæ ſoluitur ab
emphyteuta correſpondet fructibus, ſecus autem,
ſi aliquid tantum ſoluitur in recognitionem Domi-
nij directi, quo caſu non videtur militare ratio,
quod Eccleſia viliori pretio in emphyteuſim con-
cedere cogeretur, propterea ceſſante damno Ec-
cleſiæ, emphyteuta laicus ſubiacere debet impoſi-
tionibus, & oneribus à Magiſtratu Laicali impoſi-
32 tis, vnde, quod ſtatuta, & ordinationes circa bo-
na generaliter diſponentia intelligantur etiam de
bonis emphyteuticis Eccleſiæ reſpectu tamen vtilis
dominij, & iuris, quod competit emphyteutæ, li-
cet non reſpectu directi, quod reſidet penes Ec-
cleſiam, quia vtile illud dominium de quo diſpo-
nit ſtatutū, & ordinationes, non eſt Eccleſiæ, nec pri-
uilegiatum, ſed priuatum, & proprium ipſius em-
phyteutæ, & ſic mere laicum, & prophanum,
quamuis rei Eccleſiæ cohæreat *Bald. in l. ex vecti-
gali ff. de pignor. Redoan de reb. Eccleſ. non alien. q.
79. cap. 9. n. 32. Fenzon. ad ſtat. Vrbis cap. 122. num.
28. 29. & 30. Alex. conſ. 27. num. 5. vol. 6. Abb.
conſ. 28. num. 6. Anch. conſ. 125. num. 6. col. pen.
verſ. ex iſtis infert. & conſ. 433. num. 3. col. 1. Barb.
conſ. 14. numer. 6. col. pen. verſ. ad hoc reſpondeo
vol. 1. Soc. iun. conſ. 71. nu. 13. vol. 1. late Valaſc.
de iur. emphyteut. qu. 17. num. 12. Tiraq. de retract.
lignag. §. 1. glo. 13. num. 8. cum alijs per Surd. dec.
160. num. 13. verſ. ſenatus tamen, vſque ad fin.*
33 Contrarium quod ſtatuta diſponentia de bonis
emphyteuticis non comprehendant, minuſq; refer-
ri poſſint ad bona Eccleſiaſtica, tum quia laici non
poſſunt de rebus Eccleſiæ diſponere *cap. Eccleſia S.
Mariæ, vbi notant omnes DD. de conſtit. cap. quæ in
Eccleſ.*

Eccleſ. tit. eod. vbi Doctor. Tum quia ſtatutum non
34 poteſt diſponere de bonis non ſubditis *l. cum vnus §. penult. de bon. auct. Iud. poſſid.* & conſequenter non de bonis Clericorum, & Eccleſiæ *cap. fin. de vit. & honeſt. Cleric. Ruin. conſ. 195. nu. 8. in prin. vol. 1. ad tradit. per Imol. in cap. quod Clericus num. 4. col. 4. verſ. & per hoc videtur de for. competen. late Ruin. conſ. 199. num. 4. & ſeq. Abb. in cap. Eccleſ. S. Mariæ num 107. de conſtit. vbi Dec. Brun. de ſtat. excluſ. fæmin. art. 8. qu. 2. num. 9.*

35. Immò quod ipſa ſtatuta Vrbis quamuis auctoritate Apoſtolica condita non comprehendant bona emphyteutica Eccleſiæ, niſi ſaltem fuerint in eiſdem implicita, & ſub vniuerſitate verborum ſpecificata dixit *Rot. deciſ. 58. num. 28. cum ſeq. p. 9. recen. vbi contraria conciliantur & in alijs relatis per Ferentil. in addit. ad Burat. deciſ. 880. ſub num 6. & in puncto ſtatuti Vrbis in cap. 22. lib. 1. eadem Rot. deciſ. 35. num. 26. poſt Labyrint. creditor. Salgad.* vbi pariter reſpondet, & declarat deciſiones, quæ in contrarium allegantur, & concludit, quod ſtatutum *Vrbis lib. 1. cap. 22.* diſponens, quod bona emphyteutica poſſint dari in dotem, non comprehendat bona emphyteutica Eccleſiæ, ex quo non habeat verba apta ad ea comprehendenda.

36 In nihilo refragante, quod dominium vtile exiſtens penes Laicum tamquam Laicale, & non Eccleſiaſticum veniat reputandum, quoniam dominium Eccleſiæ, cum ſit connexum, & complicatum, cum vtili, illudque prædominans, cum eodem confunditur, vt vna, & eadem res reputetur, & eandem naturam, qualitates, & prærogatiuas habeat, prout habet dominium directum, cui ſubijcitur, & famulatur, & in ipſa proprietate tanquam in prima cauſa inſeparabiliter inhæreat, ſine qua ſubſiſtere non poteſt, ſed eam ſequitur, ſicuti incrementum alluuionis, & inſulæ, nec poſſeſſio exiſtens penes laicum poteſt alterare, & diuerſam naturam tribuere, ſeu auferre connexionem, & complicationem, quam habet cum ipſo dominio directo, cum propriè laicus non poſſideat nomine proprio, ſed nomine Eccleſiæ, cui inhæret ius recuperationis, & conſolidationis ipſius dominij vtilis cum proprietate, vel ob canones non ſolutos, pacta non ſeruata, alienationem irrequiſito domino factam, vel ob lineam finitam, & ſimiles alias cauſas, propter quas deuoluuntur bona emphyteutica Eccleſię, vt inſigni deciſione comprobauit, *Rot. coram Merlino in recen. dec. 42. a num. 8. vſque ad fin. p. 6.*

37 Amp. 7. vt neque Prælati Eccleſiaſtici auctoritate Eccleſiaſtica poſſint imponere onera Eccleſiaſticis, vel ipſorum bonis, & impoſita, ſi exigant, vel recipiant incidunt in excommunicationem contentam in Bulla Cænæ, quæ etiam expreſsè loquitur de Prælatis Eccleſiaſticis, non minus quam de Principibus, & Magiſtratu laicali ibi *cuiuſcunque ſint præeminentiæ, aut quauis etiam Pontificali dignitate inſigniti Bonacin. de cenſ. in particul. in tit. de cenſ. content. in Bulla Cœna. diſp. 1. quæſt 19. punct. 2. num. 8. verſ. ſecunda ſententia tom. 3. ex Duard. in Bulla Cænæ can. 18. quæſt. 18. num. 1. Alter. de cenſur. diſp. 19. cap. 4. ſub fin. verſ. cuiuſcumque ſint.*

38 Contrarium verò tenet *Filiuc. tract. 16. cap 11. quæſt. 3. ſub fin. num. 300.* diſtinguendo, quod Prælatus non poſſit imponere, & exigere onera ab Eccleſiaſticis auctoritate laica, ſi dignitati annexa ſit iuriſdictio temporalis, ſecus autem auctoritate Eccleſiaſtica, quia hoc caſu licet indebitè grauando Eccleſiaſticos grauiter peccet, contrauenendo diſpoſitioni ſacrorum canonum in *cap. cum Apoſtolus, & cap. prohibemus de cenſ.* non tamen incidit in excommunicationem Bullæ Cænæ latã contra offendentes immunitatem Eccleſiaſticam, quæ non offenditur per actionem, & actum ab Eccleſiaſticis Eccleſiaſtica auctoritate factum.

39 Lim. 1. principalem concluſionem, vt non procedat in Colonis illorum Clericorum, qui in minoribus ordinibus conſtituti, non habent requiſita *Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. de reform.* qui ſicut per ſe ipſos non gaudent fori priuilegio, ita nec ab oneribus poſſunt Colonos eximere, à quibus nec ipſi etiã ſunt exempti, ſecus autem, ſi incipiant habere dicta requiſita Concilij, nam tunc reintegrantur, & recuperant priuilegium, quo ad ſe, eorumque Colonus, vt tradit *Suar. in defenſ. fidei Catholic. lib. 4. de immunit. Eccleſ. cap. 7. de reſor. vſque ad num. 17. & per tot.*

40 Sublim. vt procedat ſi per ſententiam ordinarij conſtet præfatos Clericos requiſita Concilij carere, alias ſecus *Spercl. dec. 42. num. 10. in fin. tom. 1.*

41 Lim. 2. quod non procedat quo ad onera Colonis impoſita reſpectu bonorum patrimonialium, & proprio nomine à Colonis poſſeſſorum, independenter à prædijs Clericorum, quæ colunt *Bart. in l. hi penes quos num. 1. C. de agrig. & cenſ. lib. 11. Surd. conſ. 301. num. 86. Belleti. diſquiſit. Cleric. de exempt. Cleric. & eorum bonor. §. 7. num. 3. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. p. 1. c. 14. ſub num. 6. & p. 3. cap. 38. num. 122. & ſecundum aliam impreſſionem c. 7. Spercl. dec. 42. num. 17. tom. 1.* ſiquidem quoad bona propria veti laici ſubijciuntur dictioni laicali, ac Principum ordinationibus, & impoſitionibus, vnde ſicut alij Ciues concurrere debent ad contributiones, onera, & collectas, in quibus, neque directè, neque indirectè læditur immunitas Eccleſiæ, & Eccleſiaſticarum perſonarum, quæ non poſſunt, niſi prò eorum bonis dumtaxat communicare, & participare exemptionẽ eorum Colonis affictuarijs, & cultiuatoribus, vt ſubdit idem *Spercl. dec. 42. num. 18.*

42 Lim. 3. in dictione eccleſiaſtica, in qua quoad ſolutionem onerum Cameralium, ſicuti non eximuntur Eccleſiæ, aliæque perſonæ eccleſiaſticæ, ſiue ſæculares, ſiue regulares, ita nec eximuntur eorùm Coloni, Affictuarij, & Cultiuatores prò portione colonica, vt pluries à Sac. Congregatione fuiſſe reſolutũ, & ordinatum patet ex reſolutionibus relatis per *Cabel. in ſuo Bullar. in c. 4. de Priuilegiati & eſenti fol. 172. & 173.*

43 Lim 4. in Emphyteuta durante emphyteuſi, ſiue eccleſiaſtica, ſiue laicali, qui pariter in dictione eccleſiaſtica prò dominio vtili tenentur ad collectas, onera, & contributiones impoſitas prò ſolutione onerum Cameralium. vt à *Sac. Cong. ſub die 4. Octob. 1614. reſolutum fuiſſe refert idem Cobel. loco citato fo. 173. verſ. e quanto alli beni emfiteottici.*

44 Lim. 5. in oneribus, quę re vera imponuntur ſuper fructibus à ſolo ſeparatis, quia cum tunc pars colonica non dicatur amplius pars fundi, ſed effecta ſit proprium Coloni patrimonium, & peculium, ideo ſi grauetur, nullum ex hoc grauamine

reſul-

tare videtur Eccleſiæ præiudicium, dum onus non afficit huiuſmodi fructus, tamquam eccleſiaſticos, ſed tamquam quid temporale, nullam cum agris Clericorum habentes dependentiam, & connexionem, *Burſat. conſ.*25. *num.* 13. *& conſ.*42. *num.* 14. *lib.*1. *Natta conſ.* 405. *num.* 6. *vol.* 3. *& conſ.* 419. *vol.* 3. *vbi quod in ijs terminis loquatur Federic. de Sen. conſ.*111. *num.*10. *Surd. conſ.*301. *num.*89. *vol.* 2. *Decian conſ* 51. *num.*4. *&* 5 *lib.*3. *Bott. conſ.*87. *num.*32. *Petrus de Vbald. conſ.* 2. *num.* 19. *inſerto in tract. de collect. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. c.*14. *ſub num.*6. *Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de exempt. Cleric. & eorum bonorum* §. 7. *num.* 4. & ita intelligendi ſunt *Armilla in verbo excommunicatio* 11. *num.* 1. *in fi. Molin. tract.* 2. *de iuſtit. diſ.*663. *num.* 8.

45 Contrarium, quod nec prò parte Colonica à ſolo ſeparata poſſint Coloni eccleſiaſticorum grauari, quia ſi huiuſmodi grauamen poſt factam à ſolo ſeparationem afficeret fructus ab eccleſiarum, & eccleſiaſticorum bonis recollectos, eadem bona vilius locarentur in eorum præiudicium, & damnum, dum ob exemptionem ab oneribus Conductores allecti melioribus pactis, & conditionibus ad conducendum Innitantur, alias immunitas ad nihilum ſuffragaretur, & inſeruiret de vento tempore, quò fructus inhærent ſolo, ſi poſtquam à ſolo ſeparati fuerint, recipere debeant grauamen, ac proindè ſemper viget ratio, quod per indirectum lædatur immunitas Eccleſijs, & eccleſiaſticis conceſſa, vt latè defendit *Lotter. in tract. de re benef. qu.*31. *num.*45. *Sperel. dec.*42. *num.*19. *verſ. cæterum nec quidem*, & contrariam opinionem non eſſe de mente Sac. Congregationis ſuper controuerſijs iuriſdictionalibus ſubdit idem *Sperel. deciſ.* 41. *num.*4. *in fi. tom.* 1.

46 Sublim. etiam omnes ſupradictas limitationes in Colonis Regularium vtriuſq; ſexus mendicantium iuxta formam conſtitutionis *B. Pij V. cum ad Vberes*, eximentes eorum Colonos ab omnibus tributis, gabellis, oneribus &c. *in Bullar. nouo fo.* 191. *to.* 2. *per Quarant. in Summ. bullar. in verb. priuilegia regularium fo. mihi* 547.

47 Lim. 6. in tranſportatione partis Colonicæ de loco ad locum, poſt quam à ſolo ſeparata fuit, prò
48 vt emens fructus bonorum Eccleſię, ſoluere debet gabellam ex tranſitu de loco ad locum, eo quod huiuſmodi gabellam non ſoluitur immediatè ex actu cum Eccleſia initio, ſed ex actu extrinſecus adueniente, & nihil commune, cum bonis Eccleſiaſticis habente, vnde ſuffragari non debet eccleſiaſticorum immunitas, vt arguit *Surd. conſ.*301. *num.* 89. *& ſeq. lib.* 3. iuxta tradita per *Menoch. conſ.* 136. *num.*19. *& per tot. lib.*2. *Siluan. conſ.*9. *ſub nu.* 19. *verſ. & hanc concluſionem Gabr. conſ.*161. *num.* 7. *lib.* 2. & ita ſaluari poſſe tradita per *Theſaur. dec.* 116. *num.* 5. tradit *Sperel. dec.*41. *numer.* 8. *&* 9.

49 Triplex autem Colonorum ſpecies aſſignatur à *Squillan. de priuileg. Cleric. cap.* 8. *num.* 20. *&* 21. alij enim ſunt partiarij, qui pro rata fructuum illis tangentium tenentur, Alij perpetui, & adſcripti, & iſti non tenentur ad ſolutionem collectarum, ſed gaudent immunitate Clericorum, Tertij vero ſunt Coloni conductitij, & iſti non gaudent aliqua immunitate, ita *Cobel. de bono regim. cap.*35. *num.* 91. vbi quod in hac materia habemus integrum *conſi. Eugenij* 96. *præſuppoſito p.* 1. *& Graſſ. de effect. Cleric. effect.*3. *num.*5. *& pluribus ſequen. vbi nu.*146. *affert quatuor limitationes*.

50 Colonorum verò fraudibus ad euitandas collectas, quæ ab Vniuerſitatibus imponuntur ſuper animalibus, ſi per apochas priuatas, ſiue inſtrumenta declararetur animalia ſpectare ad Clericos, ipſos vero Colonos eſſe ſimplices Cuſtodes, prouiſum fuit à Sac. Congregatione boni regiminis ſub die 4. Octobris 1614. in hunc tenorem *Donec Prouinciales oſtendant citata parte iniuſtitiam harum Conuentionum mandauit illas ſeruari, tacito per Eccleſiaſticos eſſe veras, & non fictas in fraudem Communitatū, & onerum partem Colonicam tangentium*, quod iuramentum in foro eccleſiaſtico præſtandum eſt, vt refert *Cobel. de bon. regim. cap.* 35. *num.* 92. vbi ſequentibus numeris multa addit. circa detegendam fraudem.

51 Coloni Commendæ Religionis Ieroſolimitanæ, ſeu equitum Sancti Ioannis ſunt exempti prò portione Colonica, vt cenſuit *Sac. Cong. Immunit. in Imolen.* 23. *Iulij* 1647.

Prætendente Vniuerſitate Vercellæ in Sabaudia eccleſiaſticorum Colonos teneri ad onerum ſolutionem, prò vt ab alijs laicis ſoluebantur, fuerunt in *Sac. Cong. Immunit.* propoſita infraſcripta dubia.

52 1. *Se li Coloni dell'eccleſiaſtici di detta Città, e de Suburbij debbano pagare il peſo del Taſſo riſpetto alli beni proprij. che poſſiedono eſſi Coloni, è non per quelli, che coltiuano delle Chieſe*.

53 2. *Che detti Coloni paghino il peſo d'vn ſoldo per paro di boui proprij deſtinati à beni di laici, è non quando ſono deſtinati alla coltura dell'eccleſiaſtici*.

54 3. *Che ciaſcheduno di eſſi Coloni paghi il peſo de danari ſei per l'induſtria, & eſercitio, è trafico, che hanno in coltiuare li beni proprij, e de laici, è non delli beni eccleſiaſtici*.

Sac. Cong. Ad 1. *Reſpondit Colonos perſonarum eccleſiaſticarum teneri ad ſolutionem oneris nuncupati del taſſo pro proprijs bonis dumtaxat*.

Ad 2. *eoſdem Colonos teneri ad ſolutionē oneris vnius ſolidi pro bobus tantum proprijs, & non deſtinatis ad culturam bonorum perſonarum eccleſiaſticarum*.

Ad 3. *non teneri ad ſolutionem oneris ſex denariorum ratione induſtriæ, & ſeruitij, quod habent ratione culturæ bonorum earundem perſonarum eccleſiaſticarum, an autem teneantur ad ſolutionem oneris quatuor denariorum pro habitatione in Suburbijs ratione ciuilitatis concordato facto circa huiuſmodi ciuilitatis priuilegia, an ſit de competentibus Colonis eccleſiaſticorum, & an perſonalia, poterit de nouo proponi* 29. *Maij* 1646.

55 Et quod famuli eccleſiaſticorum, dum permanēt in eorum ſeruitio, non teneantur ſoluere gabellam macinę, prò quantitate competente Clericis dominis prò ſe, & famulis etiam ſi poſtea indicta fuerit taxa à tanto per teſta declarauit Sac Congregatio Immunitatis in vna *Roſſanen. in qua cenſuit famulos Clericorum, & inſeruientes in cultura bonorum viuentes expenſis eorundem Clericorum eſſe immunes ab impoſitione, vt dicitur della teſta ſubrogata loco gabella della macina die* 24. *Ianuarij* 1645.

56 Sindici verò, & Procuratores Conuentuum Ordinis Sancti Franciſci gaudent tantum priuilegio fori, tum in ciuilibus, tum in criminalibus, & mixtis

mixtis vigore *Bullæ Clementis VII. incip. dum conſideramus emanatæ die 16. Aprilis* 1526. & dictam conſtitutionem eſſe ſeruandam cenſuit *Sac. Cong. Immunit. in Faven. die* 31. *Maij* 1639. & inſtante Commiſſario Generali Curię Ordinis Minorum de Obſeruantia Sancti Franciſci, prò declaratione, an debeant gaudere hac exemptione, etiam prò cauſis motis ante inſtitutionem ad officium eadem *Sac. Congr. cenſuit Sindicos Conuentuum Fratrum Ordinis Minorum Obſeruantiæ S. Franciſci ex bulla felicis record. Clementis VII. gaudere priuilegio fori, tam in cauſis ciuilibus, quam in criminalibus, & mixtis, etiam motis ante tamen deputationem, ſeu inſtitutionem ad officium ſindicatus die* 23. *Maij* 1645. & *in alia Maceraten.* 8. *Martij* 1644.

57 Non tamen eximuntur à iuriſdictione Epiſcopi, vbi non adeſt legitimus conſeruator Religionis, vt in *Aſſiſien.* inſtante Epiſcopo cenſuit *Sac. Cong. Immunitatis nempè, Sindicum Monaſterij fratrum Sancti Franciſci de Bettona eſſe ſubiectum iuriſdictioni Epiſcopi non exiſtente legitimo Conſeruatore Religionis die* 21. *Aprilis* 1643.

58 Colonorum menſę Epiſcopalis filios pariter gaudere priuilegio fori cenſuit *Sac. Cong. Immunit. in Vrbeuetana*, nempe *filios Colonorum partiariorum Menſę Epiſcopalis, & alios de eorum familia inhabitantes cum eiſdem Colonis, & bona eiuſdem Menſæ colentes gaudere priuilegio fori, prout gaudent ipſi Coloni* 6. *Martij* 1635.

59 Quinimò Epiſcopus poteſt procedere in cauſa inſultus facti eius colonis, vt cenſuit eadem Sacr. Congregatio *in Montis Alti* ſcilicet *cauſam homicidij commiſſi in perſonam Alexandri Calani partiarij menſæ Epiſcopalis Montis Alti in loco nuncupato Ructino ſpectare ad curiam Eccleſiaſticam, etiamſi dictus locus eſſet territorium alienum præſertim concurrente conſuetudine* 28. *Nouemb.* 1634.

60 Verum quod Coloni Eccleſiarum, quo ad eorum perſonam, cum laici ſint, ſubijciuntur ſæculari iuriſdictioni, ſecus autem ratione bonorum Eccleſiæ, prò quibus, ſi conueniantur, aut aliquid eis præcipiatur, ſubiacent foro Eccleſiaſtico, ſicut, & ipſa bona *Gab. conſ.* 37. *num.* 4. hincque ſequitur quod, vt inquilinus bonorum Eccleſiæ ligetur ſtatuto formam certam ædificij præſcribente, adeo vt contraueniens, per ſæcularem puniri poteſt, *Salycet. in Auth. caſſa, & irrita num* 12. & famulus Eccleſię damnum inferens cum ſuis animalibus ſubiacet ſtatuto de damnis datis, & punitur iuxta eius diſpoſitionem, *Gramat. conſ.* 104. *num.* 14. & 15. Iacob. Pignatel. conſult. *canon.* 165. *num.* 15. & 16. & confert *reſolutio Sac. Cong. Immunit. in vna Terracinen.* in puncto damnorum datorum relata per *Aldan. in compend. canon. reſol. tit.* 8. *num.* 12. & *per Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 20. *num.* 13. & *per Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap.* 7. *dub.* 9. *per tot.*

S V M M A R I V M.

1 In Eccleſiæ reparatione eſt attendenda conſuetudo.
2 Circumſcripta conſuetudine Eccleſia ex proprijs redditibus, ſi habeat, eſt reparanda.
3 Eccleſia Cathedralis ſi non habeat proprios redditus eſt reparanda ab Epiſcopo de quarta ſuorum redditnum.
4 In ſubſidium tenentur etiam Canonici, poſtea Clerus, alijque obtinentes beneficia, demum Parochi.
5 Epiſcopus poteſt applicare fabricæ Eccleſiæ redditus beneficiorum vacantium.
6 Poteſt etiam applicare diſtributiones quotidianas deficientium.
7 Eccleſiæ inferioris reparatio, ſi non adſit conſuetudo, & redditus deſtinati, eſt facienda a Rectore de redditibus Eccleſiæ, detractis neceſſarijs ad honeſtam ſubſtentationem.
8 Amp. vt Rector. & alij qui in ea beneficia obtinent, teneantur contribuere pro rata, ſi quarta pars, vel alia portio deputata ad ſumptus non adſit.
9 Amp. vt pariter teneantur prouidere de neceſſarijs pro cultus diuini miniſtratione.
10 Reparatio Eccleſiæ in ſubſidium facienda eſt à Parochianis, ſi beneficij redditus ſint tenues.
11 Eccleſia, vbi indotata remanet cogendus eſt populus ad integrandam dotem.
12 Ad Eccleſiæ reparationem compellere poteſt Epiſcopus defectu propriorum redditutum Rectores, patronos, & Parochianos omni appellatione remota.
13 Amp. vt poſſit etiam Iudex laicus procedere impedito Epiſcopo, ad eius requiſitionem.
14 Patroni de iure communi non tenentur reparare Eccleſiam, ſecus ex diſpoſitione Sac. Concil. Trid.
15 Patrono poteſt fieri præceptum de reparando, vel prouidendo Eccleſiam, vel altare de neceſſarijs ſub pæna priuationis.
16 Contrarium quod Patronus non teneatur, ſed Rector prouidere de neceſſarijs, & reparare Eccleſiam, vel Altare.
Lim. procedere ſi patronus aſſignauerit dotẽ ſufficientem prò manutentione Sacerdotis, & neceſſariorum. num. 19.
17 Clericus habens beneficium æquiparatur vſufructuario.
18 Vſufructuarius tenetur conſeruare bona.
19 Conſtruens Capellam tenetur eam dotare, ſicut Pater filiam num. 20.
21 Epiſcopus tenetur dotare Eccleſiam, quam ſine dote ædificari permiſit.
22 Dos Eccleſiæ conſtituenda, quando dicatur congrua.
23 Eccleſia, ſi ob inopiam refici nequeat, deſtruenda, & ad matricem transferenda.
24 Eccleſiæ deſtructæ lapides ab Epiſcopo vendi poſſunt.
25 Pro reparatione Eccleſiæ in ſubſidium alienari poteſt aliquid ſuperfluum opulentæ dotis Inte l. vt num. 26.
27 Forma ſeruanda pro reparatione Eccleſiæ, ſeruari etiam debet pro eius ampliatione.
28 Amp. idem ſeruandum prò reſtauranda domo Rectoris.
29 Quibus remedijs cogendi ſunt, qui tenentur ad reparandam Eccleſiam num. 30.
31 Cæmeterium conſtrui, & refici debet expenſis Populi. Lim. vt ibidem.
32 Eccleſia prouideri, & manuteneri debet, de ornamentis, & neceſſarijs ſumptibus eorum, qui tenentur eandem reficere.
33 Eccleſia polluta, cuius expenſis veniat reconcilianda.
34 Qualis ordo, & graduatio facienda ſit in exigenda contributione prò Eccleſię reparatione nu. 35.
36 Canonici, & cæteri beneficiati ad hoc, vt cogi poſſint ad contribuendum prò Eccleſiæ reparatione, quæ requirantur.
37 Taxa prò reparanda Eccleſia imponenda eſt per æs, & libram.
38 Includendi ſunt in ea Ciues, & exempti, & etiam Clerici num. 39.
40 Iudicium prò exigenda taxa prò reparanda Eccleſia dirigendum eſt contra ſingulos.
41 Interdici poteſt Eccleſia, vt Parochiani ſe diſponant ad contribuendum eius reparationi.
42 Conſuetudo quo ad Eccleſiæ reparationem non præſumitur, niſi in ſpecie probetur.
43 Conſuetudo eſt probanda cum ſuis requiſitis cum num. ſequen.
44 Obſeruantia decennalis conſtituit ius.
45 Conſuetudo quæ non ſit contra ius ſpatio decem annorum inducitur, licet etiam ſit præter ius, quadraginta verò ſi ſit contra ius.

46 Con-

46 Conſuetudo intra quantum temporis ſpatium dicatur introducta relinquitur arbitrio iudicis.
47 Conſuetudo per quot actus introducta dicatur, eſt Iudici arbitrarium.
48 Conſuetudo taxandi Populum prò reparanda, & manutenenda Eccleſia ceſſare debet, ſi augeantur, & fiant deinde ſufficientes redditus Eccleſiæ.
49 Eccleſiæ reparationi ad euitandas lites cautela eſt, vt cogatur etiam Parochus non obſtante conſuetudine cogendi populum.
50 Epiſcopus non poteſt fructos ſuperfluos vnius Eccleſiæ applicare fabricæ alterius indigentis.
51 Deſtinata ad particularem cauſam piam, in aliam cauſam conuerti nequeunt.
52 Epiſcopus ſine auctoritate S. Pontificis, etiam in caſu licito non poteſt alienare bona ſuæ Eccleſiæ.
53 Penſionarius tenetur pro rata penſionis concurrere ad Eccleſiæ reparationem.

ADNOTATIO VIII.

Eccleſiaſtici, & Laici quomodo collectari, & contribuere teneantur prò Eccleſiæ reparatione, & manutentione.

1 IN Eccleſiæ reparatione eſt attendenda conſuetudo, quæ vti laudabilis, & Eccleſiæ vtilis, vbi introducta reperitur, ſeruanda eſt, propterea compellendi veniunt, qui ad huiuſmodi expenſas concurrere debent, *Hoſtien. & Ancaran in cap. 1. nu. 2. de Eccleſ. ædif. ibique Butr. num. 6. verſ. 1. igitur. & Abb. num. 3. & communiter Canoniſtæ Bero. conſ. 3. num. 1. & 2. vol. 1. Surd. conſ. 62. num. 16. vol. 1. Federic. de ſen. conſ. 224. Campanil. in diuerſ. iur. can. rub. 12. cap. 13. ſub num. 19. Genuen. in prax. Archiepiſc.* Neapol. *cap. 91. num. 13. Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de Clerico debitore cap. 13. num. 3. & 4. Anfer. de poteſt. Eccleſ. ſuper Laic. num. 23. cum alijs per Sperel. deciſ. 67. num. 3. tom. 1. Rot. deciſ. 627. num. 1. p. 1. recen.*

2 Circumſcripta verò conſuetudine, ſi Eccleſia habeat proprios fructus, & redditus, prò fabrica deſtinatos iuxta diſpoſitionem *c. vnici 10. q. 3. & cap. quatuor 12. q. 12.* & tunc ex illis reparatio fieri debet, quibus ſufficientibus nullus eſt moleſtandus, *glo. in cap. 1. de Eccleſ. ædif. vbi communiter Canoniſtæ Federic. de ſen, conſ. 224. per tot. Bero conſ. 3. n. 6. late Lamb. de iurepatron. lib. 3. qu. 7. per totam Cittadin. tract. eod. p. 6. art. 5. q. 3. n. 3. & ſequen. Anfer. in addit. ad Capel. Tholoſ. deciſ. 500. ſub num. 2. Surd. conſ. 62. num. 22. lib. 1. Ric. in prax. reſol. 476. nu. 3. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 64. num. 1. & ſeq. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 9. cap. 3. qu. 10. cum alijs per Sperel. deciſ. 67. num. 1.*

3 Si vero Eccleſia non habeat proprios redditus, & tunc ſi Eccleſia Cathedralis indigeat reparatione, onus reparandi ſpectat ad Epiſcopum de quarta ſuorum reddituum, & fructuum non ſolum futurorum, ſed etiam preteritorum, quos ad hunc effectum conſeruare tenetur, & non in alios vſus conuertere, *cap. 1. de Eccleſ. ædif. Bero. conſ. 3. num. 5. & 7. Surd. conſ. 62. num. 23. vol. 5. Fuſch. de viſit. Eccleſ. cap. 10. num. 15. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 64. num. 5.* Rot. *deciſ. 627. num. 3. p. 1. recen. & deciſ. 501. num. 3. p. 3, recen. Sperel. deciſ. 67. num. 58. to. 1.*

4 Et ſi quarta Epiſcopi non ſufficiat, vt ſi Eccleſia magna indigeat reparatione, & redditus menſæ Epiſcopalis ſint tenues, tenetur ſupplere Capitulum, & Canonici, & alij, qui in Eccleſia poſſident beneficia, & poſtea in ſubſidium totus Clerus, & alij, qui in inferioribus Eccleſijs obtinent beneficia, demum vero Parochi, & ſuper hoc Epiſcopus poteſt facere ſtatutum, vt dixit *Rot. deciſ. 627. num. 4. p. 1. recen. & tradit Bero. conſ. 3. num. 6. & 7. & ſeq. vol. 1. Fuſcus de viſit. & regim. Eccleſ cap. 10. nu. 15. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg 64 nu. 5.*

5 vbi quod ſi redditus Epiſcopi, & Canonicorum non ſufficiant, poterit Epiſcopus accedentibus Canonicis redditus beneficiorum vacantium applicare fabricæ Eccleſiæ Cathedralis.

6 Et vlterius ſtante dicto defectu poteſt etiam Epiſcopus aſſignare fabricæ diſtributiones quotidianas deficientium, *Rot. deciſ. 325. per tot. p. 2. diuerſ.* ſecus autem non facta diſcuſſione iuris ordine ſeruato de ſufficientia quartæ Epiſcopalis, & aliorum Canonicorum, & beneficiatorum, vt ita declarando dictam deciſionem 325. *p. 2. diuerſ. dixit Rot. dec. 627. num. 5. p. 1. recen.*

7 Si autem aliæ Eccleſiæ inferiores reparatione indigeant, & tunc ſiue ſint Parochiales, ſiue non Parochiales, ſi non adſit conſuetudo, nec redditus deſtinati pro fabrica, & manutentione Eccleſiæ beneficium ſit pingue, tenetur Parochus, vel Clericus beneficiatus, vel titularis, ſiue Rector ad huiuſmodi reparationem non quidem de eorum proprio patrimonio, ſed de redditibus Eccleſiæ detractis neceſſarijs ad eorum honeſtam ſubſtentationem, & quatenus beneficij redditus ad vitæ ſubſtẽtationem ſuperſint, quamuis ad tuendam conditionem, ſeu ſtatum non ſufficiant, cum beneficij fructus non ad creſcendus, aut augendos, ſeu fouendos mundanos titulos, & luxum, ſed ad pauperes alendos, & diuinum cultum inſtituendum, ſint conceſſi, *cap. 1. & 4. de Eccleſ. ædif. iuncto cap. de ijs tit. eod. cap. ſi. 12. qu. 1. Ancar. in dicto cap. 1. num. 2. Bero conſ. 3. num. 10. & 13. Surd. conſ. 62. num. 1. & plurib. ſequen. vol. 1. Nauar. in tract. de reddit. Eccleſ. qu. 1. monit. 36. num. 4. Capel. Tholoſ. deciſ. 500. ibiq; Anfer. in addit. num. 2.* vbi ita in praxi ſeruari, *Guttier. alleg. 10. & pract. quaſt, lib. 1. qu. 18. nu. 15. Lambertin. de iurepatron. lib. 3. qu. 7. art. 2. ſub num. 4. & 7. Paul. Cittadin. eod tract. diſ. 7. art. 5. num. 6 Piaſec. in prax. Epiſcop. p. 2. cap. 3. fo. 141. verſ. quis autem cum alijs per Sperel. deciſ. 67. num. 3. & ſequen. tom. 1.*

8 Quando autem Eccleſia ad cuius reparationem quartam partem, aut aliam portionem deputatam ad ſumptus non habeat, Rector, & alij, qui in ea beneficia obtinent conferre, et contribuere debent pro rata redditutum, vt probat text. *in cap. ſi. de ijs, quæ fiunt à maior. part. capit. cap. vobis 12. qu. 2. & notatur in cap. decernimus 10. qu. 1. Archidiac. in cap. ſi Monachus 26. qu. 1. Fuſch. de viſit. & regim. Eccleſ. cap. 10. num. 16.* Cepol. *de ſeruit. Vrban. prædior. cap. 59. num. 14. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 3. qu. 15. num. 1. Aloy. Ric. in prax. reſol. 476. num. 4. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 9. cap. 3. qu. 10. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg 64. num. 4.*

9 Et non ſolum Rectores Eccleſiarum tenentur illas reparare, verum etiam inſtruere altare paramentis, Mappis, alijſque neceſſarijs ad ſacrificium Miſſæ, quia fabricatio, reparatio, et Eccleſiæ manutentio,

ac prouiſio, & præparatio ornamentorum, vel prò
ſacrificio Miſſæ, vel prò ipſius Eccleſiæ decore, vel
prò cultus diuini miniſtratione à pari procedunt,
& à iure parificantur. *Gennen. in prax. Archiepiſc.
Neapol. cap. 19. num. 11.*

10 Sed ſi beneficium ſit adeo tenue, vt vltra con-
gruam, & neceſſariam beneficiati ſubſtentationem,
nihil, vel parum ſuperſit, hoc caſu in ſubſidium
compellendi ſunt Parochiani, omneſque alij diuina
in Eccleſia audientes, & Sacramenta ſuſcipientes
ad Eccleſiæ reſtaurationem, eiuſque fabricam,
vel per contributionem pecuniarum, vel per
præſtationem operum manualium, vel per ſub-
miniſtrationem calcis, & cæmentorum cum equis,
plauſtris, vel per traditioné aliorum neceſſariorum
vſque ad finem perfectæ reſtaurationis, *Abb. in cap.
1. num. 4. de Eccleſ. ædif. ibiq. Ancar. in prin. Fuſeb.
de viſit. & regim. Eccleſ. cap. 16. ſub num. 16. Ca.
pol. de ſeruit. Vrban. prædior. cap. 51. num. 22. Gut-
tier. in ſua alleg. 10. & pract. quæſt. lib. 1. qu. 18.
num. 15. Coſta de ratione rata qu. 157. num. 10. &
11. Anſer. in addit. ad Capel. Tholoſ. deciſ. 500. cir-
ca med. vbi ita practicari vidiſſe, cum alijs per Sperel.
deciſ. 67. num. 8. tom. 1.* arguendo à ſimili, vbi
11 adeo imminuti ſint redditus beneficij, vt Eccleſia
ferè indotata remaneat, quod populus cogendus
ſit ad integrandam dotem, vſque ad eius congrui-
tatem, & ſufficientiam, propter neceſſitatem ad-
miniſtrationis Sacramentorum *iuxta canon. ſi plures
il primo 16. qu. 7.*

12 Quæ comprobantur ex diſpoſitione *Sac. Concil.
Trid. ſeſſ. 21. de reform. cap. 7.* vbi enixè Epiſcopos
admonet, vt collapſas Eccleſias refici, & inſtaurari
procurent ex fructibus, & prouentibus quibuſ-
cunque ad eaſdem Eccleſias quomodolibet perti-
nentibus, qui ſi non fuerint ſufficientes omnes pa-
tronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Ec-
cleſijs prouenientes percipiunt, aut illorum defe-
ctu Parochianos omnibus remedijs opportunis ad
prædicta cogant, quacunque appellatione, exemp-
tione, & contradictione remota, quod ſi nimia
egeſtate omnes laborent ad matrices, ſeu vicinio-
res Eccleſias transferantur, cum facultate, tam
Parochiales, quam alias Eccleſias dirutas in pro-
phanos vſus nó ſordidos, erecta tamen ibi cruce, con-
uertendi, hæc Concil. Trident. ex cuius diſpoſitio-
13 ne tota facultas, & auctoritas Epiſcopo demanda-
ta fuit, licet ante Concilium, vel etiam poſt Con-
cilium prò meliori prædictorum executione, vel
impedito Epiſcopo, vel ad eius requiſitionem poſ-
ſit quo ad laicos Parochianos etiam Iudex ſæcula-
ris procedere, vt concurrant ad Eccleſiæ repara-
tionem tradit *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. al-
leg. 64. num. 8. verſ. ex quo conſtat Sperel. deciſ. 67.
num. 53. tom. 1. Valaſcb. conſult. 91. num. vltim.*

14 Patroni vlterius Eccleſiarum, & Altarium, licet
de iure communi non poſſint cogi ad eorum repa-
rationem iuxta *cap. decernimus 10. qu. 1. Citadin.
de iurepatron. in 5. art. num. 173. Surd. conſ. 62.
num. 6. vol. 1. Lambert. de iurepatron. lib. 3. qu. 7.
art. 2. num 5.* Secus autem ex diſpoſitione Sacri
Concilij, etenim cum Patronus habeat ius honori-
cum præſentandi, quod æquipollet perceptioni
fructuum, vtique ad hanc reparationem compelli
15 debet, vnde poteſt Epiſcopus in actu viſitationis
facere præceptum Patrono de reparanda, ſeu pro-
uidenda Eccleſia, vel altare de neceſſarijs, ſub pœ-
na priuationis iuriſpatronatus, & ius alijs conce-
dendi, niſi infra competentem terminum deueniat
ad dictam reparationem, *Gennen. in manual. Paſtor.
cap. 36. ſub num. 1. in fi. & rurſus Gennen. in prax.
Archiepiſcop. Neapol. cap. 91. num. 10. verſ. itaque
poteſt fieri præceptum Lambert. de iurepatron. qu. 7.
art. 5. num. 1. Zerol. in prax. Epiſc. p. 2. verſ. Pa-
rochi §. 6. Sperel. deciſ. 67. num. 10. & ſeq. tom. 1.
Barboſ. de offic. Paroch. alleg. 64. num. 16. in fi.*

16 Contrarium quod Patronus non teneatur Eccle-
ſiam reparare, & inſtruere altare paramentis, map-
pis, & alijs neceſſarijs ad celebrationem Miſſæ, ſed
Rectori Eccleſiæ, vel Capellæ tale onus incumbat
tradunt *Doctores in cap. 1. & cap. de hiſ. de Eccleſ.
ædifican. Genuen. in Prax. Archiepiſcop. Neapol. cap.
91. num. 13.* vbi quia Clericus habens beneficium
17 æquiparatur vſufructuario iuxta notata in *c. præ-
ſenti de offic. ordin. in 6.* & vſufrúctuarius tenetur
18 conſeruare in bono ſtatu bona ſibi conceſſa ad vten-
dum, & fruendum ex eorum fructibus *l. 1. §. hac-
tenus ff. de vſufr.*

19 Quæ contraria opinio procedit, quando Patro-
nus aſſignauit dotem ſufficientem pro mercede Sa-
cerdotis, & paramentis, ſecus autem ſi non aſſi-
gnauit dictam dotem, quo caſu poteſt compelli ad
faciendam dictam aſſignationem, & interim ad
prouidendum Altare de neceſſarijs, nam ædificans
Altare ſacerdotale, videtur ſe obligaſſe ad dotem
dandam, pro neceſſarijs ad Miſſarum ſolemnia,
20 *Abb. conſ. 89. p. 2.* vbi quod ſicut Pater tenetur
dotare filiam, ita conſtruens capellam, *glo. in cap.
nemo Eccleſiarum in figuratione caſus de conſecrat. di-
ſtin. 1.* & expreſſe cauetur *in cap. cum ſicut de conſe-
crat. Eccleſ. vel Altar. Gennen. in prax. Epiſcop.
Neapol. cap. 91. num. 13. verſ. & hæc eſt veritas,*
vbi quod communiter reprobatur *glo. in dicto cap.
cum ſicut* quatenus dicit prius eſſe compellendum
21 Epiſcopum poſtea fundatorem ad dotem præſtan-
dam, bene tamen verum eſt, quod Epiſcopus per-
mittens ædificari Eccleſiam ſine dote, ad dotan-
dam de proprio obligetur in defectum Patroni, fa-
cta prius eiuſdem Patroni diſcuſſione, iuxta diſpo-
ſitionem dicti *cap. cum ſicut de conſecrat. Eccleſ. iun-
cta glo. vt tradit Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop.
alleg. 67. num. 2. & 3. iuncto num. 16. Sperel. deciſ.
64. num. 11. & deciſ. 68. num. 14. tom. 1. Leo in
Theſ. for. Eccleſ. p. 2. cap. 16. num. 18. Rot. deciſ.
141. num. 5. p. 2. diuerſ.*

22 Dos autem ad hunc effectum dicitur ſufficiens, ſi
correſpondeat oneri Miſſarum, & paramentis ne-
ceſſarijs ſecundum *Gennen. in prax. Archiepiſcop.
Neapol. cap. 91. num. 13. ſub verſ. itaque poterit,*
Et quod debeat eſſe tanta, quanta requiritur, vt
ex ea commodè viuere poſſit vnus Presbyter cum
Clerico habita ratione obuentionum ſpiritualium,
& quod ſufficiat ad luminaria, ac ad ſacrum mini-
ſterium ſubdit *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. al-
leg. 64. num. 3. p. 3.*

23 Quod ſi ob inopiam ipſius Eccleſiæ, tam Recto-
ris, quam Patroni, & Parochianorum Eccleſia
refici minimè valeat, Epiſcopus tamquam Sedis
Apoſtolicæ delegatus eandem etiam ſi iuriſpatro-
natus, & licet Parochialis exiſtat, deſtruere, & ad
matricem eiuſdem iura, onera, & redditus tranſ-
ferre, & applicare poteſt, cum facultate ſic illam

ditu-

dirutam in prophanos vſus non ſordidos, etepta ta-
men ibidem cruce, conuertendi iuxta diſpoſitionem
Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 7. §. Parochiales
vero de refarm. Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop. al-
24 leg. 64. num. 13. vbi ſubdit quod poteſt etiam
Epiſcopus vendere lapides Altarium, vel Eccleſia-
rum deſtructarum, dummodo illos conuertere non
faciat in ſordidos vſus, vt reſolutum a Sac. Cong.
refert Alay. Ric. in prax. aurea reſol. 201. Sperel.
dec. 67 num. 14. & dec. 68. nu. 11. to. 1.

25 Amp. 1. principalem concluſionem, vt deficiente
quarta, ſeù Eccleſiæ fabrica, redditibus beneficiorũ
ob eorum tenuitatem, contributione populi ob eius
impotentiam, & conſuetudine, ſi Eccleſia ipſa opu-
lentem habeat dotem pro eiuſdem reparatione, vel
domus Rectoris, licita eſt alienatio bonorum ſuper
abundantium ſuæ opulentæ dotis, vt probat text. in
Clem. 1. de reb. Eccleſ. non alien. ibi niſi neceſſitas, aut
vtilitas Prioratus Monaſterij, vel Eccleſia hoc expoſcat
Sperel. dec. 67. num. 13. tom. 1. vbi ſubdit hoc proce-
26 dere in foro fori, ſecus in foro poli, ſi Clericus, &
Rector ſit patrimonio diues, licet habeat exiguos
redditus ex beneficio D. Thomæ 2. 2. qu. 187. art. 7.
circa fi. per text. in cap. de ijs de Eccleſ. ædif. Mantic.
de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 27. num. 24.

27 Amp. 2. vt ſupradicta graduatio ſeruanda prò
reparatione Eccleſiæ pariter leuari debeat in eiuſ-
dẽ ampliatione ob populi excreſcentiam ex identi-
tate rationis Sperel. dec. 68. num. 1. 2. & 3. tom. 1.
vbi quod ita ſit intelligendus Rip. conſ. 1. num. 10.
de conſecrat. Bellet. diſquiſit. Cleric. in tit. de Cleric.
debitor. §. 53. ſub num. 1. & Surd. conſ. 62. num. 7.
vol. 1.

28 Amp. 3. vt ſupradicta etiam procedant vbi agi-
tur de reſtauranda domo Rectoris, quę tamquam
Eccleſiæ acceſſoria ſapit eiuſdem naturæ, eademq;
ratio militare debet prò domo Sacerdotali, quam
de ipſa Eccleſia, quæ ſtare non poteſt abſque Sa-
cerdote miniſtrante, & ſacerdos ſeù miniſter abſq;
habitatione, & ita declaraſſe Sac. Congregationem
refert Bellet. diſquiſit. Cleric. in tit. de Cleric. debi-
tore §. 14. num. 4. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop.
c. 14. §. 1. num. 5. Surd. conſ. 62. num. 8. lib. 1. & in
29 facti contingentia, parochianos pignoribus captis,
ac per cenſuras eccleſiaſticas ad domum collapſam
reſtaurandam coegiſſe etiam ſub pæna alteri Eccle-
ſiæ vniendi, tradit Sperel. dec. 68. num. 4. & 5. tom. 1
30 vbi num. 7. ſubdit ſupradicta intelligenda eſſe, in
caſu, quo onus conſtruendi, ſeù reficiendi ſpectet
ad Parochianos, nam ſi ſpectaret ad Parochum per
ſubtractionem fructuum cogendus eſt, & alijs re-
medijs à iure permiſſis.

31 Amp. 4. quoad reparationem Cæmeterij, eiuſq;
reſtaurationem, quæ cum concernat pręciſam, &
immediatam vtilitatem ipſorum Parochianorum,
quo ad eorum ſepulcra, ipſorum quoque ſumpti-
bus venit conſtruendum, & reficiendum, & non
ſumptibus Parochi, quamuis beneficium eſſet di-
ues, ſecus vero in caſu neceſſitatis, nam tunc etiam
ſumptibus Eccleſiæ cæmeteria veniunt ædificanda
iuxta text. in c. [illegible] rum Eccleſiæ 12. qu. 2. ita Sperel.
dec 68. num. 8. tom. 1.

32 Amp. 5. vt eadem graduatio, & diſtinctio pro-
cedat quoad paramenta, ornamenta, calices, pate-
nas, luminaria aliaque neceſſaria pro ipſius Eccle-
ſiæ decore, & Cultus diuini, ac Sacramentorum
miniſtratione, quæ pariter veniunt pręſtanda ſum-
ptibus eorum, qui ad ipſam Eccleſiæ conſtructio-
nem, & reparationem contribuere debent cap. ſi. de
teſtam. ibi in ornamentis, ſeu fabrica, Surd. conſ. 62.
ſub nu. 4. & 5. Vol. 1. Bertrand. conſ. 53 num. 3. &
ſeq. lib. 1. p. 2. Bellet. diſq. Cleric. in tit. de Cleric.
debit. §. 13. num. 4. Genuen. in prax. Archiepiſcop.
Neapol. cap. 109. ſub num. 13. vbi ita dixiſſe Rot in
Aegipianen. fabrica 15. Decembr. 1539. coram
Orano.

33 Amp. 6. ſupradicta procedere etiam ſi agatur de
expenſis prò reconcilianda Eccleſia, ad quas, licet
teneatur huius ſacrilegij reus, & qui violationis
crimen perpatrauit, tamen ſi ſit incognitus, vel non
ſoluendo, tunc ſi adeſt conſuetudo, vel ſtatutum
ſeruari debet, in cuius defectum tenetur Parochus,
cuius redditus, ſi non ſuppetunt, in ſubſidium tene-
tur Populus, & ſi is quoque ob inopiam non poſ-
ſit, vltimo loco tenetur Epiſcopus proprijs ſumpti-
bus Abb. in cap. propoſuiſti num 21. de conſecrat. Ec-
cleſ. vel altar. Leo. in Theſaur. for. Eccleſ. p. 1. c. 5.
num. 18. Ric. dec. 190. num. 2. p. 3. Sperel. dec. 68 nu.
19. tom. 1. Lel. Zanch. de priuil. Eccleſ. num. 19. qui
videtur approbare opinionem affirmantem Epiſco-
pum proprijs ſumptibus teneri ad reconciliandam
Eccleſiam pollutam, quia propter ſimiles cauſas
habet redditus Epiſcopales.

34 Lim. 1. vt in exigenda contributione, ſeù in ex-
penſis faciendis pro Eccleſiæ reparatione, vt nemo
indebitè grauetur primo loco recurrendum eſt ad
quartam, deinde ad legatum, vel ſtatutum, tertio
loco ad conſuetudinem Sperel dec. 67. num. 18. verſ.
nec ſuffragari, & conſuetudine non obſtante, poteſt
etiam Ordinarius ſe interponere, vt Parochus prò
parte contribuat, & prò alia parte ſuppleat Popu-
lus idem Sperel. dec. 68. num. 24. verſ. hac tamen
tom. 1.

35 Et ſi agatur de reſtauratione Eccleſiæ Cathedra-
lis latior diſtinctio, ſeù graduatio facienda eſt, ete-
nim contingente caſu prius recurrendum eſt ad
portionem pro fabrica deſtinatam, deinde ad con-
ſuetudinem, quibus ceſſantibus Epiſcopus tenetur
quartam partem fructuum ſuæ menſæ tam pręſen-
tium, quam præteritorum impendere, quà non ſuf-
ficiente, tenentur Canonici de præbendis deducto
ne egeant, quibus etiam non ſufficientibus, poſſunt
cæteri beneficiati iuxta vires, & deindè totus Cle-
rus ab Epiſcopo, cum conſenſu maioris partis ca-
pituli cogi ad contribuendum, & vltimo loco in
ſubſidium tenetur contribuere populus latiſſimè
Bero. conſ. 1. per tot. vol. 1. Surd. conſ. 22. num. 23.
& 24. vol. 1. Bellet. diſquiſit. Cleric. in tit. de Cle-
ric. debitor. §. 14. num. 12. vſque ad fin. Sperel. dec.
68. num. 20. tom. 1.

36 Lim. 2. quod ad hoc, vt Canonici, & cæteri be-
neficiati cogi poſſint ad huiuſmodi contributionem
tria copulatiuè requiruntur, primo quod fabrica
ſit neceſſaria, ſecundo quod ſit in ſubſidium, tertio
quod coactio, & taxa fiat ab Epiſcopo, cum con-
ſenſu maioris partis capituli, ſecus autem, ſi om-
nes canonici renuerent, nam tunc poteſt Epiſcopus
per ſe ipſum procedere, ad exactionem eoſdem ſol-
uere, & contribuere cogendo Bero. conſ. 3. num. 24.
& 25. & num. 41. vol. 1. Bellet. diſquiſit. Cleric in
tit. de Cleric. debitor. §. 13. num. 18. cum alijs per
Sperel. dec. 68. n. 20. verſ. & ſic ex mente præfatorũ.

37 Lim.3. vt taxa attenta conſuetudine imponenda
ſit per æs, & libram, non autem per Capita *Leo. in
Theſaur. for. Eccleſ. p.2.c.16. num.73. & ſeq* Bellet.
diſquiſit. Cleric. in tit. de Cleric. debitor. §14. *ſub*
38 *num.*11. in qua quidem taxa includendi ſunt ciues,
& exempti, cum hoc ſit opus publicum, & commu-
nem, concernens vtilitatem omnium percipientium
ſacramenta, valdeque conueniat, vt domus Dei in
ſuo decore conſeruetur *Anedan. de exemt. man-
dat. lib.2. cap.14. num.191. Cencd. in collect. iur.ca-
non. 153. num.4. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop.
alleg.64. num 7. p.3.* Ric. *dec.15. num 4. p. 4.* Et ſic
39 etiam Clerici, dummodo non collectentur vigore
taxæ indictæ à Maſſariis Communitatis, ſed ab Or-
dinario Bellet. *diſquiſit. Cleric. in tit. de Cleric. de-
bitor.* §. 14. *num.* 7. *Sperel. dec.* 68. *num.* 54. *& ſe-
quen. & num.* 57. vbi ſubdit, quod cum hoc ſit
40 onus reale, vel mixtum populo ſoluere taxam re-
nuente, non ſatis ſit conuenire maſſarios Commu-
nitatis, ſed libellum, & iudicium dirigi debeat
contra ſingulos *Bero. conſ.19. num. 31. vol. 1.* Rol.
conſ.53. num. 5. & plurib. ſequen. vol. 4.

41 Et ad tollendas lites, & differentias, vbi conſtat
de bono iure Parochi, nè in odium parochianorum
deueniat, interdici poteſt Eccleſia, vt Parochiani
tædio, & incommoditate affecti ad contribuendum
ſe diſponant *Sperel. dec.68. num.57. verſ in praxi ta-
men tom.* 1.

42 Lim. 4. quod conſuetudo, non præſumitur, & ab
allegante, tamquam quid facti probanda eſt *Docto-
res in cap.fi. de conſuetud. Maſcard. de probat. conclu.
423. num.20. Rot. dec. 112. num. 1. p.2. recen.* Et eſt
probanda in ſpecie in caſu, de quo agitur, vt tra-
dunt Doctores relati per *Sperel. dec. 67. à num. 19.
iuncto num.21. & ſeq. vol.1. Dec. conſ 483. num.22.
Gozad. conſ 88. num.16. in fi. Surd conſ.526. nu.16.
& dec.131. num.7. verſ. non obſtat Giouan. reſponſ.94.
num.14 lib.1. Staiban. in. reſol,98. num. 102. Sera-
ph dec. 1159. numer.6. Gregor. XV. dec.45. numer.
6 Cæſar. de Graff dec.6. num. 5. de præben. Canale.
dec.172. num.5. & dec.637. num.13. Duran. dec.453.
num.2. Rot. dec.799. in fi. p.1. diuerſ. dec.422. nu.23.
p.1. dec. 362. num. 4. p.2. recen. & in Calagnritana
Beneficij S. Aſcenſij, & Dauaſillo 17. April.* 1654.
§. nec allegatam coram Zarate.

43 Vlterius eſt probanda, cum tribus ſuis requiſitis,
ſcilicet cum actuum frequentia, temporis diutur-
nitate, & populi conſenſu *Alex. conſ.131. num.9. lib.
2. Afflict dec.321. num.18. Sperel. dec.67. num.30.
tom.1. Rot. dec.255. num.4. p.1. dec.497. nu.2. p.2.
recen.*

34 Diuturnitas temporis ad hunc effectum ſatis re-
ſultat ex lapſu decem annorum *Sperel. dec.67. nn.40.
tom.* 1. etenim per obſeruantiam decennalem con-
ſtituitur ius *glo. in c.fi. in verbo conſuetudo de con-
ſuet. in 6. Abb. in cap. ſtatuimus propè fin. verſ. &
hæc conſuetudo de maiorit. & obedien. Rot. dec.* 279.
num. 2. *dec.* 712. *nu.* 1 *p.1. recen. & in Mediolanen.
ſubſtentationis libis* 30. *Maij* 1650. *§. eoque magis co-
ram Duozet.*

45 Conſuetudo autem, quæ non eſt contra ius ſpa-
tio decem annorum inducitur, & præſcribitur, licet
ſit præter ius, ſi verò ſit contra ius, non præſcribi-
tur minori tempore, quam quadraginta annorum
*Anchar. conſ. 191. in fi. late Cranet. in tract. de an-
tiq tempor. d.4. in prin. num.7. Seraph. dec.1159. nu.
3. Achsl. dec.2. de decim. lib.1.* Rot. *dec.163. num. 4.
p.2. diuerſ. & dec. 375. num.8. p.2. recen. & in pun-
cto Sperel. dec.67. num.40. tom.1. vbi num* 41. ſub-
46 dit in omnem caſum Iudici arbitrarium eſſe per
quantum temporis ſpatium conſuetudo dicatur in-
troducta ex *Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſ. 83.
num.* 6.

47 Prout etiam per quot actus conſuetudo introdu-
cta cenſeatur, pariter eſt Iudici arbitrarium *Iaſ. in
l. de quibus num.51. ff. de leg. Corn. conſ. 179. lib. 3.
Menoch. de arbitrar. caſ.81. num. 4. lib.2. vbi de ve-
rior. opin. Sperel. dec. 67. num. 42. tom. 1. Rot. dec.
72. num.26. p 2. diuerſ.*

48 Lim.5. vt ſi conſuetudo, quæ onus concurrendi
ad Eccleſiæ reparationem tranſtulit in populum,
vel Parochianos, ortum habuit tempore, quo red-
ditus beneficij erant tenues, & populus exiguus,
ſi redditus deinde augeantur, & efficiantur ſuffi-
cientes, tum ad ſubſtentationem Rectoris, tum
ad Eccleſiæ reparationem, & ad eius neceſſaria,
populus non eſt vlterius grauandus, cum huiuſmo-
di onus reuertatur ad ſuum naturale principium,
& ad Rectorem transfundatur, & populus ab eius
obligatione liberetur Nauar. *de ſpol. Cleric.* §. 10.
*ſub num.7. verſ.3. relat. per Sperel. dec.68. num.24.
tom.* 1.

49 Lim.6. vt ad euitandas lites, & manutenendam
concordiam inter Parochum, & Populum, curan-
dum ſit, vt Parochus, conſuetudine non obſtante,
concurrat ad contribuendum prò parte, & prò alia
parte ſuppleat Populus, vt in facti contingentia
ſe interpoſuiſſe, & obſeruaſſe teſtatur *Sperel. dec.*
68. *num.* 24 *in fi. verſ. hæc tamen tom.* 1.

50 Lim.7. quod Epiſcopus, non poſſit de fructibus
ſuperfluis fabricæ vnius Eccleſiæ, aliquid ap-
plicare fabricæ alterius Eccleſiæ pauperis, cauſa
reficiendi eiuſdem parietes, vel emendi ornamenta
abſque auctoritate Pontificis, cum hoc nullo iure
eidem permittatur, etenim relicta donata, data
à fidelibus in vtilitatem alicuius Eccleſię, & ab ea-
dem acquiſita, & incorporata abſque aſſenſu ſeù in-
conſulto Sum. Pontifice ſunt inalienabilia, cum
51 etiam quia ad particularem cauſam piam deſtina
ta, in aliã cauſam piam conuerti, & erogari neque-
unt, tum de iure antiquo in *c.* 1. 12. *qu.*1. *& in Cle-
mentina, quia contingit de religioſ. domib.* tum de iure
nouo *Concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. vltim. de reform. &
ſeſſ. 25. cap.8. de reform.* tum quia non interuenien-
52 te auctoritate Sum. Pontificis Epiſcopus etiam in
caſu licito non poteſt deuenire ad alienationem bo-
norum ſuæ Eccleſiæ, vel eam permittere iuxta *con-
ſtitutionem Pij II. relat. in extrauag.1. de reb Eccleſ.
non alien.* ita Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. al-
leg.64. num. 17. verſ. verius tamen dico ex Nauar.
conſ. 2. in antiquis alias 15. in nouis de reb. Eccleſ.
non alienan.* Contrarium tamen tenet *Marcb. Anton.
Genuens in manual. Paſtorum cap. 36. num. 8. cum
alijs per eum allegatis.*

53 Penſionarius verò ex redditibus penſionis impo-
ſitæ ſuper beneficio, quod teneatur pro rata con-
currere ad Eccleſiæ reparationem, ſicut tenetur ip-
ſe titularis, niſi penſio ita impoſita fuerit, vt ab
omni onere libera ſoluatur, tenet *Nauar. conſ. vni-
co de Eccleſ. ædifican. relat. per Barboſ. eadem alleg.*
64. *num.*18.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Immunitas ſocii eſt conſocio communicabilis
2 Exemptio venditori conceſſa iuuat emptorem.
3 Limp. procedere, quando actus prouenit ex acto connexo, & non ſeparato.
4 Immunitas Eccleſiæ communicatur alteri ex actu connexo, ſecus ex ſeparato.
5 Eccleſiaſtici non poſſunt communicare eorum exemptionem quo ad perſonam, & bona alijs laicis conſanguineis, & in communi viuentibus.
6 Immunes à ſolutione gabellæ alios excuſare nõ poſſunt.
7 Inter Clericum, & laicum in communi viuentes cautela eſt, vt fiat diuiſio, vt pro eius rata laicus collectari poſſit.
8 Emens ab Eccleſia, non gaudet eius immunitate, Contrarium num.28.
9 Mutata perſona, mutatur conditio rei.
10 Gabella eſt ſoluenda, quando bona exiuerunt de manu priuilegiati.
11 Emens à Clericis extra Ciuitatem, in eius ingreſſum tenetur ſoluere gabellam.
12 Lim. procedere ſi priuilegium ſit perſonale, ſecus ſi reale.
Et in dubio priuilegium præſumitur perſonale ibid.
13 Lim.2. in Vectigali ordinario, ſecus in extraordinario.
14 Lim.3. in re empta ab Eccleſia ſi eiuſdem expenſis trãſportetur.
15 Lim.4. ſtante pacto inito, cum venditore exempto de re extrahenda, ſine ſolutione gabellæ.
16 Lim. 5. in gabella, quæ ſoluitur extra locum contractus ſecus in loco.
17 Lim. 6. vt emptor debeat gaudere eadem immunitate vbi concurrit damnum Eccleſiæ ob Gabellæ ſolutionem.
Gabella impoſita emptori vini, non eſt ſoluenda per emptorem ab eccleſiaſticis ibid.
18 Immunitas à Venditore poteſt per viam ceſſionis in emptorem transferri.
19 Collecta non debetur ab emptore, qui emit ab exempto, cum eiuſdem exemptionis ceſſione.
20 Secus ſi exemptus emat à non exempto.
21 Exemptio puta à ſolutione decimarum, Nemorum, & Siluarum intelligitur pro vſu exempti, non autem ſi vendantur.
22 Lim. procedere vbi nullum interuenerit pactum circa exemptionem, ſecus interueniente.
23 Sublim. procedere in priuilegio reali, ſecus in perſonali, quod euaneſcit, cum mutatione perſonæ, & pactum non ſuſtinetur.
24 Bona ſi de laico deueniant ad Eccleſiaſticos efficiuntur immunia, quam immunitatem amittunt ſi ab Eccleſiaſticis deueniant ad laicos.
25 Fiſci immunitas non tranſit ad ſingulares ſucceſſores.
26 Onus ſoluendi gabellam ſi eſt indiuiduum, & annexum contractui, & tunc immunitas vnius ex contrahentibus communicatur alteri, ſecus ſi ſit adiectum actui ſeparato.
27 Clericus, & Laicus ſi rem communem vendant, laicus pro rata tenetur ſoluere gabellam.
28 Laici emptores fructuum Eccleſiaſticorum, ſiue proueniant à bonis patrimonialibus, ſiue beneficiorum ſunt immunes à ſolutione gabellæ, & paſſus, & num.31.
29 Eccleſiaſtici vendentes minutatim vinum recollectum in eorum bonis patrimonialibus, & beneficialibus non tenentur ſoluere gabellam, prò vt etiam ſi emant à laicis num.30.

Immunitas Clericorum, an ſuffragetur laicis, & coniunctis in communione viuentibus, alijſque extraneis.

ADNOTATIO IX.

1 QVamuis immunitas vni ex ſocijs conceſſa alteri videatur communicabilis *glo. in l.ſi.C.de immun. & hon. Ceph. conſ.061. num.78. lib.5.Natta conſ. 65. num. 2. Gratian. conſ. 130. num. 6. cum alijs relatis è Surd. conſ.501. num.80. lib. 1. Scrader. de feud. p.9. cap.4. num.13.* prout etiam exemptio.
2 Venditori conceſſa iuuat emptorem, vt tradunt Doctores relati per *Grotian. diſcept.390. num.1. 2. & ſeq.*

3 Hoc tamen procedit, quando onus propter, quod redditur communicabile priuilegium, ſeu immunitas non contingit ex actu ſeparato, ſed ex connexo, puta ex eodem contractu cum Eccleſia
4 inito, tunc enim ſocius fruitur Eccleſiæ priuilegio *Siluanus conſ. 9. ſub num. 19. verſ. & hanc concluſionem Sperel. dec.41. num.72. & 77. tom. 1. ad tradita per Grotian. diſcept. 390. à numer. 3. & ſequen.*

5 Hinc ſequitur, quod Clerici, & Eccleſiaſtici non poſſunt communicare eorum exemptiones, & immunitates quo ad perſonam, & bona alijs laicis, etiam conſanguineis, & in communione, & pro indiuiſo viuentibus, præcipuè in præiudicium Communitatum, quæ multa onera, tum cameralia, tum communitatiua ſoluere, & ſubire debent iuxta ge-
6 neralem regulam, quod immunes à ſolutione gabellæ alios excuſare nequeant *Curſet. ſingul. 1. in verb. gabella Surd. conſ.307. num.6. vol.3. Cobel. in comment. in Bull. boni regim. cap.47. num.28.* & ita ad fauorem Communitatum Status eccleſiaſtici prouiſum fuiſſe de ordine Sanctiſſimi patet ex ſequentibus literis tranſmiſſis Vicario Archiepiſcopali Ciuitatis Firmi.

Perche alcuni Clerici di Monte Rubino, & in particolare Domenico Segreti, e Concetto Tulij pretendono di partecipare le loro immunità, questo alle Madre per lo datio del foco, è quello à fratelli per la gabella ſopra l'animali in danno di quella communità, che con queſte impoſitioni ſuppliſce à peſi Camerali. N. Signore commanda, che ciaſcheduno paghi li ſuoi peſi, ed ella non permetti, che li Clerici con il manto della loro eſentione fraudino il publico, di quello, che deuono li loro congionti, ſarà però cura ſua di fare che ſijno eſeguiti li commandomenti di N.S. e Dio la conſerui Caſtelcondolfo li 10. Maggio 1634.

Al piacer ſuo
Il Card. Barberino
Giulio Donato Segretario.

7 Ad hoc autem, vt tantum innoteſcat, quæ nam ſint bona laici in communi cum Clerico viuentis cautela eſt, vt ab Ordinario compellantur ad faciendam diuiſionem, vt prò eius rata laicus ſecuta diuiſione poſſit collectari, & prò publicis oneribus, & gabellis contra eoſdem poſſit à Laicis iudicibus deueniri ad executionem, vt ſequentibus literis ordinatum fuit Gubernatori Montis Alti.

Alcuni particolari di Porchio, che viuono in commune con l'eccleſiaſtici, loro congionti ricuſano pagare à quella Communità la gabella del Poſcolo per la rata de loro animali, pretendendo con il manto del eccleſiaſtici andar ancor loro eſenti dal peſo, il che non eſſendo conforme alla giuſtitia, N. Signore commanda, che fatto la diuiſione dell'animali, che hanno in communione, ad effetto di vedere ſolamente quanta ſij la portione loro, paghino per quella quantità, che aſpetta alla ſudetta gobella, ſi compiacerà per tanto V.S. fare eſſeguire la diuiſione predetta, è permettere poi alla Communità, è ſuo giudice l'eſſecutione contro li Laici con-

conforme alla giuſtitia, è dio la conſerui Roma li 7. Luglio 1637.

Come Fratello

Il Card. Barberino.

Giulio Donati Seg.

8 Immunitas autem, quæ competit Eccleſiæ, & fiſco, non eſt extendenda, & communicanda illis, qui ab Eccleſia, & fiſco rem aliquam emunt *Boer. quaſt.* 213. *num.* 19. vbi de emente ſal ab Eccleſia in ſuis ſalinis, ſi exportet ad alia loca vendendi gratia non gaudet immunitate, ſed tenetur ad ſolutionem gabellæ per text. in *l. licitatio ulius locatio* §. *fiſcus ff. de publican.* præcipue ſi emptor nomine
9 ſuo rem emptam exportet, quia mutata perſona, mutatur conditio rei in materia collectarum, & gabellarum *Gutier. de gabel. qu.* 44. *num.* 4. *Rol. conſ.* 61. *num.* 16 *lib.* 4 *Gabr. conſ.* 156. *num.* 3 *Leo in Theſ. for. Eccleſ. p.* 1. *cap* 14. *num.* 14. *Surd. conſ.* 239. *num.* 3. *lib.* 2. *conſ.* 307. *num.* 8. *lib.* 3. *cum alijs per Cobel. de bon. regim. cap.* 47. *num.* 22. *ſub verſ. ſed concordari poſſe*.
10 Semper enim gabella eſt ſoluenda, quando bona exeunt de manu priuilegiati, *Alex. conſ.* 35. *num.* 15. & 16. *lib.* 4. & ſic emens a Clericis, vel alijs
11 priuilegiatis extra Ciuitatem debet ſoluere gabellam in ingreſſu Ciuitatis *Abb. in cap. ſignificante in prin. de appel. Bald. conſ.* 496. *per tot. lib.* 4. *Ferret. de gabel. num.* 293. *Tiraq. de retract. lignag.* §. 1. *glo.* 13. *num.* 11. *Villalob. commun opin. in verb. gabellas* & ita firmaſſe *Sac. Cong. Boniregiminis teſtatur* Cobel. *in coment. in bullam bon. regim. cap.* 47. *nu.*
12 Lim. 1. quod aut priuilegium immunitatis eſt perſonale, aut reale, ſi ſit reale, & rei cohęreat tranſit etiam ad emptorem, ſecus autem, ſi ſit perſonale, nam primo caſu ſequitur ipſam rem quocunque vadit, ſecundo vero caſu, ſi exeat à perſona, amittit priuilegium, quo fruebatur ratione perſonę, et non ratione rei propter rem, vt tradunt Doctores citati per *Cobel. de bon. regim. cap.* 50. *n.* 52. *in fi.* & 53. *Abb. in c. parte il* 1. *n.* 4. *verſ. ſed eſt dubium de decim. Bal. & Caſtr. in l. licitatio* §. *mercatores ff. de publica Tiraquel de retract. lignag.* §. 1. *glo.* 13. *nu.* 12. *cum alijs per Farinac. conſ.* 85. *num* 45. *tom.* 1. & *per Gabr. in tit. de reg. iur. conclu.* 2. *num.* 65. & & 66. *vbi in verſ. declara* ſubdit quod in dubio priuilegium præſumatur perſonale.
13 Lim. 2. quod aut vectigal eſt ordinarium, & ceſſat immunitas, aut eſt extraordinarium, & tranſit immunitas in emptorem *l.* 1. *C. de priuil. Domus Auguſt. lib.* 11. *Cobel. dicto cap.* 50. *num.* 53. & 54.
14 Lim. 3. in re empta ab Eccleſia, ſi expenſis ipſius Eccleſiæ tranſportetur, nam tunc gaudet priuilegijs immunitatis *Surd. conſ.* 307. *num.* 9. & 10. *vol.* 3. *Dec. conſ.* 48. *num.* 5. *verſ. vnde maximè Rol. conſ.* 61. *num.* 20. *Sperel. deciſ.* 41. *num.* 7. *in fin. tom.* 1.
15 Lim 4. quod etiam exemptus à ſolutione gabellæ poſſit granum vendere, & paciſci, quod extrahatur ſine ſolutione gabellæ, cum perinde ſit, ac ſi ipſe extraheret *Rol. conſ.* 61. *num.* 20. *vol.* 4. *Io. de Amic. conſ.* 18. *num* 3. *Bald conſ.* 31. *in fi.* etenim ſtante pacto, factum emptoris non differt à facto venditoris exempti, qui propterea ſi ipſemet extraheret, nihil ſolueret, ita nec ſoluere tenetur emptor, alias venditor teneretur ad reſtitutionem pecuniæ, vt in puncto venditionis frumenti cum tali pacto factæ ab Epiſcopo tradit, *Gab. conſ.* 156. *num.* 3. 4. & 5. *lib.* 2.
16 Lim. 5. conſtituendo differentiam, quando agitur de gabellis, quæ in itinere ſoluuntur, & extra locum contractus, & quando agitur de pedagijs, & gabellis, quæ in loco contractus ſoluuntur, nam primo caſu emptor tenetur ſoluere gabellam, etiam ſi Epiſcopus non ſolueret, ſi ipſemet conducere, & aſportare faceret, quia cum effectu eſt facta mutatio perſonarum, ſecus autem in ſecundo caſu, quid quid dicendum ſit, quando de extractione, & gabella nihil conuentum fuit, eo quod poſſit Epiſcopus vendere frumentum exemptum a gabella, quia ſi non poſſet tanto minoris ſuum frumentum venderet, & conſequenter immunitate fraudaretur. *Gabr. conſ.* 156 *num.* 3. 4. & 5. *lib.* 2.
17 Lim. 6. illatiue ex præcedenti, vt emptor debeat gaudere eadem immunitate, quando Eccleſia propter gabellæ ſolutionem damnum ſentiret, quia vilius venderet, nam tunc eius immunitas per indirectum læderetur, *Surd. conſ.* 301. *num.* 80. *Cobel. de bon. regim. cap.* 47. *num.* 19. *pleniſſime Menoch. conſ.* 136. *per tot. vol.* 2. & *de arbit. iud. caſ.* 562. *num.* 45. & *ſeq. Rol. conſ.* 61. *num.* 18. *vol.* 4. *Bald. conſ.* 31. *lib.* 1. *Dec. conſ.* 48. *num.* 1. & 5. *Bellet. diſquiſit. Clericul. in tit. de exempt. Cleric. & eorum bon. à muner. pub.* §. 8. *num.* 2. & *ſeq. Lotter. de re beneſic. qu.* 31. *num.* 57. *cum alijs per Sperel. deciſ.* 41. *num.* 7. *p* 1. & quod gabella impoſita emptori vini, non ſit ſoluenda per ementem ab Eccleſiaſticis, quia hoc caſu per indirectum læderetur eorum immunitas ob damnum, quod ſentirent, ex quo vilius venderent, vnde immunitas eiſdem non prodeſſet, niſi etiam ad emptorem traheretur, & ſic quando vtilitas Eccleſiæ eſt connexa, cum facto alterius communicatur etiam ſi non adſit pactum, late *Gratian. diſcept.* 390. *a num.* 3. & *per tot.*
18 Lim. 7. vt immunitas a venditore poſſit in emptorem per viam ceſſionis transferri, cum hoc caſu emptor cenſeatur conſtitutus procurator tamquam in rem ſuam, vnde poteſt allegare priuilegium cohærentem perſonæ venditoris. *Aletat. conſ.* 19. *nu.* 9. *lib.* 4. *Surd. conſ.* 525. *num.* 18. & 25. *verſ. non monet etiam Tondut. in ſuis quaſt. ciuil. cap.* 44. *nu.* 11. *lib.* 2. *tom.* 1. Et ſic collecta non debetur ab em-
19 ptore, qui emit prædia a nobili, vel alio, qui illa poſſidebat immunia cum ceſſione eiuſdem immunitatis, cum venditor hoc caſu ponat emptorem in ſui locum, qui propterea eius perſonam repræſentat, adeo vt quo ad dictam immunitatem non cenſeatur facta mutatio perſonarum. *Purpurat. conſ.* 582. *per tot. lib.* 2. *Surd. conſ.* 262. *num.* 30. *lib.* 2. *cum alijs per* Cobel. *de bon. regim. cap.* 55.
20 *num.* 135. Secus autem ſi exemptus emat à non exempto, cum res tranſeat cum ſuo onere, ſcilicet ſoluendi collectas, vt ſubdit *idem Cobel. vt ſupra num.* 136. & *in* §. 19. *glo.* 1. *in verbo exemptiones*.
21 Sublim. ſupradictas limitationes, vt exemptio conceſſa puta a ſolutione decimarum nemorum, ſiluarum, pratorum, hortorum, & ſimilium intelligenda ſit pro vſu exempti, eiuſque animalium, non autem ſi alijs talia vendantur, & arrendentur, vt tradunt *Canoniſtæ in c. licet de decim. Rebuf. de decimis qu.* 14. *num.* 17. *cum ſequen. Gutier. in tract. de gabella qu.* 44. *num.* 3. & 4. *firmanit Rot. deciſ.* 827. *num.* 7. & *per tot. coram Seraph.*

22 Sed

22 Sed hoc videtur procedere, vbi nullum interueniat pactum inter emptorem, & venditorem ſuper exemptione gabellæ, quia ſtante pacto factum emptoris non differt à facto venditoris exempti, cum hoc caſu ob contractus indiuiduitatem, prò vna, & eadem perſona reputentur, vnde ſi emptor ſolueret gabellam, venditor teneretur illi reſtituere, quia tanto minoris emiſſet, & ideo euaneſceret exemptio, & per indirectum læderetur immunitas, *Dec. conſ.* 48. *num.* 5. *Menoch. conſ.* 136. *num.* 16. *&* 19.

23 Verum quando priuilegium eſt perſonale, cum mutatione perſonæ mutetur priuilegium, non videntur huiuſmodi pactiones ſuſtineri poſſe in præiudicium tertij, & conductorum vectigalium, vnde eſt conſideranda qualitas noui poſſeſſoris *l.* 1. *C. de impo. lucra. deſcrip. lib.* 11. qui ob mutationem ſtatus rei venditæ, ex quo exiuit è manu exempti tenetur ſoluere gabellam, & onera, non obſtante pacto, cum exemptus, & Eccleſiaſticus non poſſit facere pactum rei, quæ per venditionem effecta fuerit alterius domini, ac diuerſi ſtatus, & conditio-
24 nis, ac proinde, ſi bona laicalia, de laico deueniant ad Eccleſiaſticos efficiuntur immunia, & exempta, ſi vero ab Eccleſia deueniant ad laicos ſtatim immunitatem amittunt, vt late comprobat *Rol. a Valle conſ.* 61. *a num.* 5. *vſque ad* 17. *& per tot. lib.* 4. *ex Brun. conſ.* 91. *in prin. facit Guid. Pap. deciſ.* 261. *per totam Cephal. conſ.* 57. *num.* 52. *per text. in l. licitatio* 5. *ſi. ff. de publir.* vbi licet fiſcus ſit immunis à
25 ſolutione vectigalium, eius tamen immunitas non tranſit ad ſingulares ſucceſſores habentes cauſam à fiſco.

26 Diſtingue, quod aut onus ſoluendi gabellam eſt adiectum, & annexum contractui, vt ſi edictum, vel ſtatutum diſponat, quod ſoluatur vnum Iulium per emptorem, & venditorem, de rebus, quæ emuntur, & venduntur, & tunc ſi alter contrahentium ſit immunis à ſolutione huiuſmodi vectigalis, vterque ipſorum gaudebit immunitate, cum hoc caſu ratione indiuiduitatis contractus mutatio perſonæ, & ſtatus rei, non ſit conſiderabilis, & ſtatutum defectu poteſtatis, & iuriſdictionis non poteſt comprehendere contractus celebratos cum Eccleſia, quia per indirectum eſſet contra eius libertatem. Si vero onus adijcitur actui ſeparato à contractu, ſcilicet ſi gabella ſoluenda ſit in extractione rei venditæ, vel in exportatione, & tranſitu per loca, vbi ſoluatur, & hoc caſu cum ſolutio non reſpiciat immediate contractum, ſed extractionem, & ſic rem extrinſecam à contractu, emptor non poteſt gaudere beneficio immunitatis venditoris, vel Eccleſiæ venditricis, licet ipſa Eccleſia in extractione eſſet immunis, & conſequenter, neque per pactum immunitatis priuilegium communicari, & participari poteſt à ſingularibus ſucceſſoribus in præiudicium tertij, attenta abdicatione, & amiſſione dominij facti ab Eccleſia, & mutatione poſſeſſoris, & ſtatus rei venditæ. *Bald. conſ.* 31. *vol* 1. *optime Rol. à Valle conſ.* 61. *num.* 18. *&* 19. *vol.* 4. *Gabr. conſ.* 161. *num.* 7. *Surd. conſ.* 301. *num.* 89. *lib.* 3. *Federic. de Sen. conſ.* 181. *num.* 11. *verſ. ideo ſi Clerici Archid. in c. vltim. num.* 1. *de cenſ. in* 6. *Bertrac de gabel. q.* 4. *num.* 17. *Carol. de Graſ. de effect. Cleric.* 3. *num.* 147. *Cobel. de bon. regim. cap.* 47. *num.* 21. *verſ. ſecundus eſt caſus, cum alijs ſupra citatis num.* 2. *& late exornat. Menoch. conſ.* 136. *num.* 19. *& per tot. lib.* 2. *cum alijs per Sperel. deciſ.* 41. *num.* 70. *tom.* 1.

27 Quinimo ſi res communis à Clerico, & laico prò indiuiſo poſſeſſa alteri vendatur, laicus tenetur prò rata pretij ipſum tangente ſoluere gabellam, quamuis pro alia rata Clericus ſit exemptus *Conor. pract. quaſt. c.* 34. *num.* 2. *Molin. de iuſt. tract.* 2. *diſ.* 663. *num.* 7. *Sperel. deciſ.* 41. *nu.* 28. *tom.* 1.

28 Quibus aduerſantur reſolutiones Sact. Congreg. Immunitatis, dum in vna *Ferrarien.* 14. *Martij* 1654. *inſtante Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. Card.* Roſſetto, propoſitum fuit, an laici emptores fructuum bonorum, tam patrimonialium, quam Eccleſiaſticorum ab Eminentia Sua poſſeſſorum exportando illos de vno territorio ad aliud in ſtatu tamen Eccleſiaſtico, nomine, & expenſis eiuſdem Eminentiſſimi ex pacto inter eos inito teneatur ſoluere gabellam à laicis impoſitam extractionis, tranſportationis, vel paſſus, quam alij laici regulariter ſoluunt, vel potius ſint immunes ſicut Eccleſia, & *Sac. Cong cenſuit in caſu propoſito emptores ſupradictorum fructuum non teneri ad ſolutionem gabellæ extractionis, ſeu paſſus.*

29 Et in alia *Nolana ſub die* 26. *Ianuarij* 1644. inſtante Capitulo, & Clero Nolano, propoſito dubio an præfatum Capitulum, & Clerus comprehendatur ſub gabella à laicis impoſita contra emptores vini, quod minutatim venditur, tam ex eorum bonis patrimonialibus, quam ex beneficialibus *Sac. Cong. Eminentiſſ. Card. Controu. Iuriſdictional. præpoſit. reſpondit perſonas Eccleſiaſticas non comprehendi ſub gabella impoſita vendentibus vinum minutatim, ſi vendatur vinum recollectum per eaſdem perſonas Eccleſiaſticas in proprijs bonis.*

30 Verum quia huiuſmodi decretum loquebatur tantum de Eccleſiaſticis vendentibus, & non de ementibus inſtante eodem Capitulo, & Clero prò neceſſaria declaratione, *Sac. Cong. cenſuit decretum, de quo agitur comprehendere ne dum Clericos vendentes, ſed etiam Clericos ementes ratione gabellæ eiuſdem contractus* 12. *Iulij* 1650.

31 Sed quia Magiſtratus, ſeu Domini de regimine dictæ Ciuitatis opponebant Sac. Congregationem Immunitatis tantum declaraſſe eſſe exemptum Capitulum, & Clerum, vti vendentes, non autem Ciues laicos, vti ementes ab eiſdem Eccleſiaſticis, qui propterea ſupplicauerunt eandem Sac. Congregationem prò alia declaratione, quod non ſolum dicti Eccleſiaſtici ſint exempti à ſolutione dictæ gabellæ, verum etiam Ciues laici ementes, vt potè quia ſine huiuſmodi exemptione redderetur inutile, et fruſtratorium priuilegium immunitatis Eccleſiaſticorum ex defectu ementium, et ſic immunitas per indirectum deludatur, *Sac. Cong. cenſuit decretum huius Sac. Cong. de quo agitur obſeruari debere etiam quo ad emptores.*

PRAENESTINA HAEREDITATIS.

ARGVMENTVM.

REnuncians hæreditati paternæ, & maternæ excluditur à ſucceſſione ab inteſtato, non tamen prohibetur capere relictum ex teſtamento, licet etiam hoc caſu renun-

renunciauerit, & Pater, vel Mater conſenſerint, niſi conſenſus durauerit vſque ad obitum, & per teſtamentum non fuerit reuocatum, & annullatum iuramentum. Pactum de hæreditate viuentis eſt omni iure prohibitum, & iuramento validari non poteſt, niſi ipſo conſentiente, & perſeuerante vſque ad mortem i

SVMMARIVM.

1 Immiſſio ex remedio l.fi. C. de edict. Diui Adrian. tollen. datur hæredi in vim teſtamenti non vitiati, nec in aliqua ſua parte ſuſpecti.

2 Renuncians non habet regreſſum ad iura renunciata.

3 Renuncians hæreditati paternæ, & maternæ excluditur tantum à ſucceſſione ab inteſtato, non autem ex teſtamento num. 4.

Amp. etiam ſi fuerit renunciatum ſucceſſioni ex teſtamento num. 5.

Amp. etiam ſi Pater, & Mater conſentiant, niſi conſenſus durauerit vſque ad obitum nu. 6.

7 Libertas teſtandi auferri, aut reſtringi non poteſt quibuſcunque pactionibus.

8 Renuncians hæreditati maternæ, & paternæ, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato deferenda, poteſt ſuccedere ex teſtamento, non obſtante iuramento conſtito de diſſenſu.

Lim. vt num. 16.

Sublim. vt num. 17.

9 Et de diſſenſu dicitur apparere, quando ille, qui conſenſit condidit teſtamentum.

10 Amp. etiam ſi eſſet adiecta pœna, quæ exigi nequit, ſi renuncians ob teſtamentum conditum veniat contra.

11 Pactum de hæreditate viuentis eſt omni iure prohibitũ, nec iuramento firmatur. Secus autem ipſo conſentiente num. 12. & 13. Intel. vt num. 16. & num. 21.

13 Renunciatio facta à filia in manibus, Patris, & Matris ad eorum, & fratrum fauorem adhibitis ſtatutarijs, ſolemnitatibus eſt valida.

14 Amp. præcipuè ſi renunciatio fiat propter dotem habitam, ſiue ante, ſiue poſt renunciationem.

16 Renuncians hæreditati paternæ, & Maternæ, licet poſſit capere ex teſtamento, tenetur tamen reſtituere ei ad cuius fauorem renunciauit, contrarium reprobato *Afflict.* num. 17.

18 Et ex conſenſu pręſtito in huiuſmodi renunciationibus nullum ius parti acquiritur.

19 Et conſenſus cenſetur reuocatus per teſtamentum factum.

20 Et ſufficit tacita reuocatio.

DECISIO VII.

1 DAndam eſſe immiſſionem putaui R. D. Hyeronimo Vitali, & Ioanni Germano fratri æquis portionibus in bonis hæreditarijs, de quibus agitur, quoniam docent hęredes ſcriptos fuiſſe in tabulis teſtamenti conditi à Ioanna eorum Matre non abraſi, non cancellati, neque in aliqua ſua parte vitiati, aut ſuſpecti, quibus concurrentibus huiuſmodi immiſſio impediri non poteſt ex remedio *l.fi. C. de edict. Diui Adrian. tollen. Honded. conſ.64. num.57. lib.1. Menoch. de adipiſcen. remed. 4. num.50. & 56. Papien. in form. libel. quando petat. hæred. ex teſtam. § in omnibus eius bonis num. 3. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.2. tit.12. num.2. Ridolphin. in ſua prax. recen. p.2. cap.7. num.29. & 81. Seraph. dec.828. num.1. Burat. dec.781. num.8. Cauale. dec. 316. & dec. 464. vtrobique num. 1. Rot. dec. 237. num. 1. p.1. dec. 637. num. 1. p. 4. tom. 3. dec. 408. num. 1. p.5. tom. 1. dec. 301. num. 1. & 2. p. 6. recen. & in Romana fideicommiſſi de Zucchariis 4. Febr. 1650. §. nam exiſtentia coram Dunozet.*

2 Neque obſtat Hyeronymum prægnantibus, ampliſſimiſque verbis renunciaſſe hæreditati paternæ, & maternæ ad fauorem dicti Ioannis, & aliorum fratrum ratione patrimonij ſibi conſtituti ad effectum ſe promouendi ad Sacros ordines, adeo vt modo nequeat habere regreſſum ad iura renunciata ad effectum conſequendi huiuſmodi immiſſionem *l.quæritur §. ſi quæritur ff. de edelit. edict. l.ſi maritus la 2. §.ſi negauit ff. de adult. Rot. dec. 433. num. 10. p.1. dec.12. num.3. p.6. recen. & in Viterbien. beneficiorum 23. Iunij 1653. §. cum igitur coram Eminentiſſ. Celſo inter eius impreſ. d 172. n.11. & in Beneuentana dotis 18. Iun. 1655. coram eodem d. 202. n.1. & in Romana domus, ſeù retractus 26. May 1659. coram Priolo, & in Reatina Caſtrorum 9. Iuny 1659. §. iniuſtitia vero coram eodem.*

3 Quia renuncians hæreditati paternæ, vel maternæ excluditur tantum à ſucceſſione ab inteſtato ipſorum parentum *Bald. in l.fi. ſub num.15. verſ. cum dic hoc verum, & ibi Dec. num.25. C. de Pact. Greg. XV. dec. 85. num.13. Rot. dec.160. ſub num. 6. p.3. recen. Rubens in addit. ad dec.523. num.59. p.4. tom. 3. recen.* non autem à ſucceſſione, & hæreditate ex
4 teſtamento delata, vnde renuncians poteſt capere, & petere, id, quod Pater, vel Mater in teſtamento relinquunt *Bart. in l.ſtipulatio hoc modo concepta num. 4. de verb. oblig. Bald. in l.pactum num. 9 C. de col. lat. Ruin. conſ.98. num.8. vol.1. Pariſ. conſ.60. num. 10. & ſeq. vol.3. Gabr. in tit. de iur. dot. conclu. 1. num. 26. & 27. Tiraquel. in tract. le mort. ſaiſit le viſ. declarat. 8. num.1. Felin. in cap. præterea num.34. verſ. & vlterius aduerte de ſponſal. Vaſquez. de ſucceſ. creat. lib.2. requiſit. 18. & 29. lim. 1. num. 182. Gail. lib.2. obſer. 148. num. 11. Myſinger cent. 2. obſer. 7. Paul. de Rubeis in adnot. ad dec.523. n.56. p.4. tom. 3. recen. Rot. dec. 75. num.5. & dec. 408. num. 3. in fi. p.2. dec.160. ſub num.6. p.3. recen.*

5 Minus obſtat fuiſſe etiam expreſsè à Hyeronimo renunciatum in manibus eiuſdem Matris ſucceſſioni ex teſtamento, quia talis renunciatio, tamquam auferens matri liberam teſtandi facultatem non tenet, ac proinde non nocet *Bald. in l.fi. num. 15. C. de pact. & in l.pactum in 6. q. C. de collat. Rom. in l.ſtipulatio hoc modo concepta vbi Iaſ. num. 16. verſ. ſecundo, & ad hoc, & Crot. num. 43. qui de commun. ff. de verb. oblig. Pariſ. conſ.95. num.28. & 29. vol. 3. Beltram. in addit. ad Greg. XV. dec. 85. num. 32. Afflict. dec.350. num.8. Surd. dec.14. ſub num. 8.*

6 Quod procedit, etiam ſi Pater, vel Mater renunciationi de non ſuccedendo, tam ab inteſtato, quam ex teſtamẽto conſenſerint, quia nihilominus renuncians, non prohibetur capere ex teſtamento, vtpote quia ille conſenſus operatur, vt habeat locum, dummodo duret vſque ad obitum, & extremum vitæ ſpiritum, ſecus autem ſi teſtando per actum contrarium reuocauerint, prò vt reuocare poſſunt, cum
7 libertas teſtandi reſtringi, & coarctari nequeat quibuſcunque pactionibus, vnde ius non eſt hoc caſu in voluntate renunciantis, ſed in reſiſtentia legis prohibentis, & huiuſmodi renunciationibus reſiſtentis, quamuis etiam ad fauorem fratrum, & in manibus ipſius patris, vel matris fuerit facta renun-

nunciatio, niſi ipſi in eodem conſenſu perſeuerauerint vſque ad obitum per *text. expreſſum in l. de quæſtione* ibi niſi ipſe forte de eius hæreditate *C. de pact. Bart. in l. ſtipulatio hoc modo concepta num. 4. ff. de verb. oblib. Bald. in c. ad noſtram il 2. num. 7. de iur. iur. Gomez. ad l. Tauri 22. ſub num. 31. ex allegat. per Tiraq. in tract. le mort. ſaiſit le vif. p. 2. declarat. 8. Malfeſ. conſ. 38. num. 18. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 2. cap. 3. num. 4. Beltram. in uddit. ad Greg. XV. dec. 85. num. 32. Paul. de Rub. in adnot ad dec. 523. num. 63. 67. & ſeq. p. 4. to. 3. recen. Surd. dec. 14. num. 7. Rat. dec. 850. num. 2. coram Seraph. & magiſtraliter in Romana donationis coram Bichio dec. 40. à num. 12. vſque ad 15. poſt Michalor. de Fratrib.*

8 Prout nihil facit iuramentum, quo renunciatio firmata fuit, quia hoc ipſo, quod renuncians inſtitutus fuerit in teſtamento, cenſetur à teſtatore remiſſum iuramentum, adeo vt per actum conditi teſtamenti reuocato conſenſu per eum, cuius bonis fuit renunciatum, renuncians remanet penitus liberatus ab obligatione renunciationis, & vinculo iuramenti *Vaſquez de ſucceſ. creat. lib. 2. § 18. requiſit. 29. lim. 1. num. 199. late Paul. de Rub. in addit. ad dec 523. num. 59. & plurib. ſequen. & numer. 78. & 79.*

9 Siquidem conſtito de diſſenſu, de quo ſatis dicitur apparere, quando ille, qui conſenſit condidit teſtamentum, vt in præſenti, & renunciantem inſtituit hæredem, diſponendo contra formam pacti *Cagnol. in l. fi. num. 88. C. de pact. ferentil. ad Burat. dec. 894. num. 13. Aachar. conſ. 404 num. 3. Rot. dec. 33. p. 6. recen.* proculdubio euaneſcit renunciatio, perinde ac ſi facta non fuiſſet, & prorſus infirmatur iuramentum à renunciante præſtitum *Bald. in cap ad noſtrum il 2. num. 7. de iur. iur. Gozad. conſ. 98. num. 3. verſ. ſed clarum Anchar. conſ. 103. num. 3. Bero. conſ. 3. num. 18. & 21. lib. 1. Menoch. conſ. 806. num. 1. vſque ad 13.* qui loquitur in puncto inſtitutionis factæ à Matre *Surd. conſ. 100. num. 18. & conſ. 113. num 34. Ciriac. controverſ. 351. num. 1. Coſt. in tract. de fact. & ſcient. ignorat. tit. vltim. reg. 18. nu. 6. Seraph. de priuil. iuram. 20. num. 6. Paul. de Rub. in adnot. ad dec. 523. num. 65. p 4. tom. 3. recen.*

10 Quinimò ſi vlterius eſſet adiecta pæna, nihilominus reuocato conſenſu eius, de cuius hæreditate agitur, adeò vitiatur renunciatio, vt nec ad fauorem renunciatarij committitur ſtipulatio pænę à renunciante promiſſæ caſu, quo contra renunciationem veniret *Suar. in repet. l. quoniam in prioribus lim. 5 ad legem Regni C. de inof. teſtam. Rot. dec. 40. num. 24. poſt Michalor. de Frat.*

11 Parumque refert, quod in tantum pactum de hæreditate viuentis ſit omni iure prohibitum, vt iuramento validari non poſſit, eo quia iuramentũ, non debet eſſe vinculum iniquitatis, ſiue pactum ſit affirmatiuum, ſiue negatiuum, cum cenſeantur contra bonos mores *Late Surd. conſ 480. nu. 21. conſ. 133. num. 17. Gabr. conſ. 138 num. 11. vol. 1. Peregrin. de fideicom art. 51. num. 24. verſ. hæc autem pacta Viui. dec 578. num. 4. Th ſaur. dec. 225. nu. 6. ferentil. ad Burat. dec. 894. num. 14. Rot. dec. 31. nu. 5. 6. 7. & 8. p. 6 recen. dec. 164. num. 14. poſt Zacch. de oblig. Cameral.*

12 In quantum ipſum pactum, ſeu renunciatio de bonis, & hæreditate materna, & paterna fuerit facta adhuc ipſis viuentibus, & non conſentientibus, nam tunc non ſubſtinetur, licet ſit iuramento vallata *Galerat. de renunciat. lib. 3. cap. 2. num. 58. & Adden. ad Burat. dec. 894. num. 9.* Rot. *in Ferrarien. pratenſa legitima, ſeu pecuniaria 21. April. 1627. coram Merlino.*

13 Secus autem accedente conſenſu ipſius Patris, vel Matris, iuramento, aliiſque ſolemnitatibus ſtatutarijs, (ſi verſemur in muliere.) nam tunc renunciatio facta de bonis maternis & paternis, ſiue ad fauorem ipſius Patris, vel Matris, ſiue fratris, & aliorum, vtiq; ſubſtinetur, iuxta *text. in cap. quamuis de pact. in 6.* qui licet loquatur de renunciatione facta ad fauorem Patris procedere etiam in fratre *tenet. ibidem Franc. in prin. Federic. de Sen. conſ. 136. Surd. conſ. 355. num. 9. Galerat de renunciat. lib. 3. c. 2. num. 58. Viuius dec. 310. num. 4. lib. 4. Paul. de Rub. in adnot. ad dec. 523. num. 55. p. 4 to. 3. recen.* Capel. *Tholoſ. quæſt. 458. Burat. dec. 894. au. 1. vbi Adden. lit. A qui de veriori teſtatur Rot. dec. 40. num. 11. p. 4. tom. 1. dec 33. num. 1. p. 6. recen. & in Romana donationis coram Bichio dec. 40. num. 12. poſt* Michalor. *de Fratrib.*

14 Præcipuè ſi renunciatio emanauerit propter dotem receptam, ſiue dos aſſignata fuerit antea, ſiue poſt renunciationem, vt tradunt Doctores ferè omnes ſupracitati, & ſignanter *Surd conſ. 355. num 9. & alij congeſti per ſere itil. in adnot. ad Burat. dec. 894. num. 5.*

15 Quia nihilominus ſemper vrget, & firma remanet cõcluſio ſupra firmata, quod ſimplex conſenſus viuentis, non ſufficiat, ſed adhuc requiratur perſeuerantia in eodem conſenſu vſque ad mortem, adeo vt non ſuffragetur, ſi expreſsè, vel tacitè fuerit reuocatum per diſpoſitionem contra formam pacti deindè factam, ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate *l. fi. C. de pact. vbi Caſtren. numer. 8. verſ. ſed hic non obligat. Aret. num. 8. Dec. num. 6. Iaſ. nu. 12. Cagnol. num. 88. Adden. ad* Burat. *dec. 894. num. 10. & plurib. ſequen. Rot. dec. 53. num. 1. p. 6. recen. cum alijs ſupra relatis Amat. Dunozet. dec. 205. per tot.*

16 Applicabilis neque viſa fuit diſtinctio illa, quod ſupradicta procedant ex parte Patris, ſecus ex parte inſtituti, qui quidquid ex teſtamento Patris, vel Matris ob reuocatum conſenſum renunciationẽ præſtitum, per contrariam diſpoſitionem acceperit, tenetur nihilominus cedere, & reſtituere fratri, ſeu alteri, ad cuius fauorem renunciauit, vtpote quia libertas teſtandi reſpectu Patris ſuum conſequuta fuerit effectum per liberam inſtitutionem filię, vel filij, perinde, ac ſi non renunciaſſet, vt in ſpecie tenet *Afflict. dec. 350. ſub num. 12. verſ. ſed ego dicebam Theſaur. in quæſt. forenſ. 98. ſub numer. 3. & 9. lib. 1.* vbi vlterius diſtinguit inter renunciationẽ factam ſoli Matri de eius hæreditate, vel ſimul fratribus, quo ſecundo caſu, cum contineatur pactum de non ſuccedendo ad fauorem fratrum, licet reuocato conſenſu per Matris teſtamentum euaneſcat pactum affirmatiuum reſpectu teſtatricis, manet tamen pactum negatiuum reſpectu fratrum, quibus ex eo fuit, ius quæſitum *Ciriac. contron. 351. numer. 11.*

17 Quia verius eſt, quod indiſtinctè condito teſtamento corruat pactum, tam reſpectu eius, cuius bona fuerunt renunciata, quam reſpectu eorum, ad

quorum fauorem tendebat, & dirigebatur ipſa renunciatio, vnica reputatur, tanquam contenta, ſub vno verbo *renunciauit*, vnde vtrumque caſum comprehendit, & quando agitur de renunciatione hæreditatis viuentis, ſemper cenſetur facta ſub virtuali, & ſubintellecta conditione, ſi Pater, aut Mater in eadem voluntate permanſerint, qua mutata, & reuocato conſenſu, deficit prorſus obligatio pacti, & iuramenti, tanquam deficiente conditione, à qua pendebat, & dirigebatur, vt reprobata opinione *Afflicti*, & ſequacium tamquam ſingulari, & contra eum iudicatum docent *Caſt. conſ. 7. num. 15. & 16. Bart. Kellembemb. de renun. ſucceſ. qu. 31. ſub num. 9. Sanchez. in præcep. decalog. lib. 7. cap. 2. nu. 18. Surd. deciſ. 14. num. 5. circa fin. Paul de Rub. in adnot. ad deciſ. 523. à num. 73. verſ. cui obiectioni vſque ad 81. p. 4. tom. 3. recen. Rot. in Romana donationis coram Biebio deciſ. 40. num. 19. vſque ad 24. poſt Michalor. de fratribus.*

18 Hinc eſt quod ex ſupradicto conſenſu nullum ius parti acquiratur, *Iaſ. in l. fi. num. 12. C. de pact. ibique Dec. num. 6. Fulgoſ. num. 12. in 3. notabili Rom. num. 5. verſ. non obligare*. Et conſenſus cenſetur

19 reuocatus, quando ille, qui conſenſit, fecit teſtamentum, & hæredem inſtituit *Bero. conſ. 3. nu. 18. & 21. lib. 3. Gozadin. conſ. 98. num. 3. verſ. ſed clarum Anchar. conſ. 404. num. 3. Bertram. conſ. 197. verſ. neu perſeuerauerit Amat. Dunozet. deciſ. 205. num. 2. & 3. tom. 1.*

20 Et exuberat hoc caſu, etiam tacita reuocatio, quæ inducitur per diſpoſitionem ſubſecutam contra formam pacti, etiam inter viuos, *Cagnol. in dicta l. fi. num. 88. C. de pact.*

21 Pacta enim de hæreditate viuentis ſunt inualida, etiam inter filios, & quo ad filios, quamuis ſint iuramento firmata, quia cenſentur contra bonos mores, & propterea cum huiuſmodi pactum ſit omni iure improbatum, iuramento conualidari non poteſt, eo quia iuramentum non debeat eſſe vinculum malitiæ, & iniquitatis, *cap. cum contingat. de iur. iuran.* & hanc ſententiam communiter comprobant *DD. in l. pactum quod tale, & in l. fin. C. de pact. Vivi. commun. opin. 578. num. 4. Theſaur. dec. 225. num. 1. cum alijs relat. per Amat. Dunozet. deciſ. 205. à num. 4. vſque ad fin. tom. 1.*

SVMMARIVM.

1 Renunciatio prægnantibus verbis facta, ab hæredibus renunciatarij, ſi conſtat de intellectuali ſcientia renunciantis rerum renunciatarum, impugnari nequit.
2 Renunciatio fideicommiſſi non inducitur, ſine eius ſcientia.
3 Iuri, quod quis ſibi competere ignorat, non videtur renunciaſſe.
4 Renunciatio, vt ſubſtineatur requiritur ſcientia ſpecifica teſtamenti, & relictorum.
5 Renunciatio Mulieris iuramento firmata de iure canonico ſubſtinetur.
6 Renunciatio hypothecæ dotalis facta à muliere ſubſiſtit ſi ei remaneat medietas dotis.
7 Facta de vna hæreditate ad aliam non eſt extendenda.
8 In materia renunciationis, ſtrictiſſima facienda eſt interpretatio.
9 Renuncians hæreditati Paternæ, & Maternæ poteſt ſuccedere fratri, licet ſucceſſerit Patri, & Matri nu. 10.
11 Non eſt extendenda ad perſonas, & bona non comprehenſa, & non nominata.
12 In vltimis voluntatibus lata ſit interpretatio.
13 Renunciatio ſtipulata pro hæredibus; & ſucceſſoribus quibuſcunque comprehendit, etiam hæredes extraneos.
14 Facta prò hæredibus, & ſucceſſoribus, intelligitur de ſucceſſoribus ſanguinis. Contrar. nu. 15.
16 Facta de quacunque hæreditate comprehendit hæreditatem cuiuſcunque perſonæ.
17 Renunciatio hæreditatis paternæ facta ab ingreſſura Monaſterium cum verbis omnem, & quamcunque hæreditatem &c. comprehendit hæreditatem cuiuſcunque perſonæ, etiam non ſpecificatæ.
18 Amp. ſi dicatur renunciare quamcunque hæreditatem ab inteſtato deferendam comprehendit hæreditatem, etiam ex cauſa de futuro deuoluendam.
19 Amp. ita etiam ſi adiecta fuerint verba quo vis iure titulo, & cauſa, & nihil excepto.
20 Ampl. vbi adiecta fuerint verba generaliſſima.
21 Verba in omnibus, & per omnia nihil excepto in renunciatione appoſita, quid operentur.
22 facta a filia de hæreditate paterna ex cauſa dotis, ſibi à fratre promiſſa comprehendit, etiam fratris hæreditatem.
23 Facta a filia ingrediente Religionem præſumitur facta de omnibus, & ſingulis hæreditatibus, ſibi deuoluen.
24 Et comprehendit omnia bona ſi cauſa finalis fuit ingreſſus Religionis, & Deo famulandi, præcipuè ſi habuerit dotem, & ſibi reſeruauerit annuam penſionem.
25 In renunciatione, quæ fit ab ingreſſura Monaſterium lata fieri debet interpretatio ad excludendum regreſſum.
26 Amp. vt non conſideretur læſio, licet opul entæ hæreditati renunciauerit.
27 Renunciatio fideicommiſſi inducitur, ex renunciatione cuicunque ſucceſſioni.
28 Generalis comprehendit ea, quæ etiam non fuerint cogitata.
29 Limita ſi fuerit expreſſa cauſa, ad cuius limites verborum generalitas reſtringi debet.
Sublim. ſi cauſa expreſſa ſit generalis apta comprehendere etiam non expreſſa nu. 30.
Præcipuè ſi in renunciatione hæreditatis Paternæ, & Maternæ dictum fuerit aliiſque ſucceſſionibus nu. 31.
32 Dictio *alijs*, licet ſit nota ſimilitudinis, includit diuerſa ab expreſſis.
33 Generalis non ſe extendit ad ea, de quibus non probatur ſcientia.
Limit. ſi fuerit expreſsè cum iuramento renunciatum num. 34.
In dubio verò præſumitur ſcientia num. 35.
36 Sub quacunque vero verborum generalitate in teſtamento non comprehenduntur ea, quæ ex teſtamento pendent.
37 Limit. non procedere, ſi aliundè, quam ex generalitate verborum conſtet de mente renunciantis.
38 Renunciatio iuribus paternis, & actionibus quibuſcunque, prægnantibus verbis concepta, comprehendit etiam bona emphyteutica.
39 Tantum regulariter renunciatum cenſetur, quantum legitur expreſſum.
40 Et refertur ad bona ſpecificata.
41 Et niſi expreſſa legatur, non cenſetur facta.
42 Cauſa finalis renunciationis à proœmio declaratur.
43 Renunciationis materia ſtrictè eſt interpretanda.
44 Et ad impediendam extenſionem, ſufficit quid minimum.
45 Largius interpretanda facta à puella ingreſſura Monaſterium, ſtrictius à muliere remanente in ſæculo.

ADNOTATIO I.

Renunciatio an, & quando impugnari, ampliari, vel reſtringi poſſit.

1 RENUNCIATIO facta prægnantibus verbis, præcipuè iuramento firmatis cuicunque legato, fideicommiſſo purificato, ſeu purificando, & cui-

uis

nis hæreditati, ſucceſſioni, ſubſtitutioni, tam vigore teſtamenti paterni, quam materni, ac aliorum legatorum, teſtamentorum, ſicut impugnari nequit ab ipſo renunciante, ita neque ab eius hæredibus, qui contra eandem, tamquam ab eorum auctore, ſeu auctrice factam venire non poſſunt, ſi conſtet de intellectuali ſcientia renunciantis rerum renunciatarum. *Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres num. 18. ff. de verb. oblig. Peregrin. de fideicom. art. 52. num. 22. Menoch. de adipiſcen. remed. 4. nu. 110. Guttier. de iurament. confirm. 3. p. cap. 2. num. 11. Rot. in Romana fideicommiſſi de Conſciarijs 16. Martij 1648. coram Card. Corrado & in Ceſenaten. bonorum 10. Martij 1649. §. & pro omnibus coram Peutingerio confirmata 15. Maij 1651. §. ſed ex alio cor. Albergato.*

2 Renunciatum, ſeu remiſſum fideicommiſſum dici non poteſt, ſi ignoratum fuerit iuxta diſpoſitionem textus in *l. de his, & l. cum aquiliana ff. de tranſact. ac l. 1. §. 1. ff. quemad. teſt. aper.* Iuri autem,

3 quod quis ſibi competere ignorat non videtur renunciaſſe, *l. qui cum tutoribus l. non eſt ferendus ff. eod. l. mater decedens ff. de inoſ. teſtam. Peregrinus de fideicom. art. 52. num. 20.*

4 Nec ſufficit generalis ſcientia, ſed ſpecialis teſtamenti, & relictorum, quia lex prohibet de his tranſigi, niſi prius inſpectis teſtamenti verbis *l. de his ff. de tranſact.* cuius textus diſpoſitio locum habet inter quaſcunque perſonas tranſigentes, & paciſcentes de contentis in teſtamento, ſeu deuenientes ad quemcunque actum tendentem, ſeu arguentem renunciationem de contentis in teſtamento, vt alijs relatis tradit *Peregrin. de fideicom. art. 52. nu. 21. iuncto nu. 23.*

5 De iure etiam canonico renunciatio facta ſolemniter, & cum iuramento à muliere ſubſtinetur, adeo vt neque ipſa mulier renuncians, neque eius hæredes contrauenire poſſunt *cap. cum contingat 28. de iure iur. cap. licet mulier. 2. eod. tit. in 6. ſpecul. in tit. de empt. & vend. §. tertio loco num 6. verſ. ſecus ſecundum canones Caſtr. conſ. 8. nu. 2. verſ. ſed breuiter p. 2. Alex. conſ. 83. num. 5. verſ. è contra lib. 6. Pariſ. conſ. 75. num. 2. lib. 3. Surd. conſ. 367. nu. 13. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 76. num. 2. Boer. deciſ. 23. num. 9. verſ. niſi iurauerit Theſaur. deciſ. 223. num. 8. Canale. deciſ. 482. num. 2. Duran. deciſ. 153. num. 21. Dunozet. iunior. deciſ 699. num. 4. & 2. Rot. deciſ. 775. num. 2. p. 2. recen.*

6 Prout etiam renunciatio hypothecæ dotalis facta à muliere præſertim cum iuramento ex iuſta cauſa abſque difficultate ſubſtinetur, ſi illi remaneat medietas dotis *Mancin. de iurament. effect. 202. num. 6. Ciriac. controu. 216. num. 20. Theſaur. deciſ. 225. num. 13. verſ. verum cum à tali ſententia Amat. dec. Marcb. 62. num. 14. & 18. Amat. Dunozet. deciſ. 699. num. 8.*

7 Renunciatio verò facta de vna hæreditate non eſt extendenda ad aliam, quamuis ampliſſimis verbis concepta, *Burſat. conſ. 347. num. 49. Surd. dec. 144. num. 15.* Et hæreditati, cuius mentio facta non

8 fuit, in renunciatione, non præſumitur renunciatum fuiſſe, ex quo in hac materia vti odioſa ſtrictiſſima facienda eſt interpretatio, *Surd. conſ. 432. num. 33. & 34. Rot. in Marſicana ſucceſſionis 4. Feb. 1665. §. neque pariter coram Emerix.*

9 Hinc eſt, quod renuncians hæreditati maternæ, & paternæ, non prohibetur ſuccedere hæreditati fraternæ, etiam ſi bona materna, & paterna renunciata poſt renunciationem deuenerint ad fratrem, quia ſtatim quod frater ex paterna, vel materna ſucceſſione præfata bona conſecutus fuit, per actū aditionis hæreditatis deſierunt eſſe materna, vel paterna, & effecta fuerunt proprium filij, & reſpectiuè fratris patrimonium, iuxta *text. in l. 1. §. veteres & ibi glo. in verbo per vnum verſ. & poſt aditum & ibi Iaſ. num. 14. ff. de acquir. poſſeſ.* ac proinde tamquam bona fraterna nullo modo dici poſſunt in renunciatione facta de hæreditate paterna, & materna comprehenſa, vt egregiè, & originaliter firmat *Ang. conſ. 52. quem ſequitur Iaſ. in l. 1. §. veteres num. 23. ff. de acquirend. poſſeſ. Rom. conſ. 168. in prin. Aldob. conſ. 12. num. 11. & plurib. ſeq. Rol. conſ. 45. num. 44. lib. 1. Menoch. conſ. 416. nu. 31. Eugen. conſ. 88. num. 80. & plurib. ſequen. Dec. in l. hæreditas num. 8. & in l. quoties duplici num. 6. & 7. de reg. iur. Alber. in l. ſi quam §. illud num. 7. C. de inoſ. teſtam. Alba conſ. 7. num. 16. Conar. in cap. quamuis p. 3. §. 3. num. 2. de pact. in 6. Craſſ. in §. ſucceſſ. ab inteſt. q. 10. num. 16. Guttier. pract. qu. lib. 5. qu. 80. num. 5. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. glo. 9. num. 45. Caſtil. de vſur. cap. 2. num. 63. & 64. latiſſime comprobat Eugen. conſ. 88. num. 80. & plurib. ſeq. vbi de receptiſſima teſtatur Afflict. deciſ. 178. num. 4. Rot. deciſ. 47. num. 4. & deciſ. 48. num. 1. & plurib. ſeq. poſt Merlin. de legit. & deciſ. 17. num. 4. poſt Michalor. de frat. & deciſ. 125. nu. 93. p. 5. tom. 1. deciſ. 144. num. 4. p. 6. deciſ. 144. num. 16. & 17. p. 8. recen. & deciſ. 62. num. 20. coram Merlino.*

11 Renunciatio autem tamquam odioſa ſtrictè interpretari debet, & ad perſonas, vel bona in ea expreſſe non comprehenſa nullatenus extendi poteſt, nec includit diuerſa ab expreſſis, & nominatis, *l. ita ſtipulatus § Chriſogonus ff. de verb. oblig. l. ad probationem C. de probat. Hunded. conſ. 29. nu. 107. lib. 1. Surd. conſ. 432. num. 32. & 33. Bald. conſ. 437. num. 2. verſ. item iſta Aret. conſ. 161. nu. 5. Hond. conſ. 29. num. 93. 94. & 107. lib. 1. Peregrin. de fideicom. art. 52. num 25. Eugen. conſ. 88. num. 82. Caſtr. conſ. 86. num. 6. lib. 1. Paulus de Rub. in adnot. ad deciſ 543. num 45. p. 5. tom. 2. recen. Rot. deciſ. 47. num 7. poſt Merlin. de legit. & deciſ. 676. num. 14. coram Amat. Dunozet. repetita poſt Michalor. de frat. deciſ. 39. num. 17. & deciſ. 340. num. 1. coram Canale. & dec. 143. num. 1. p. 6. recen.*

12 Ad differentiam vltimarum voluntatum in quibus lata fieri ſolet interpretatio *l. in teſtamentis ff. de reg. iur.* ſecus in renunciatione, cuius verba tamquam ſtricti iuris omninò arctè, & ſecundum propriam eorum ſignificationem accipi debent, *Surd. conſ. 431. num. 20. & 21. Fachine. conſ. 2. num. 34. & 35. lib. 3. Eugen. conſ. 88. num. 82. & plurib. ſequen. & num. 120. 121. & 122. Vincec. de Franc. deciſ. 307. num. 12. in fi. Rot. deciſ. 48. num. 4. & 5. poſt. Merlin. de legit.*

13 Limit. in renunciatione ampliſſima omnium bonorum, paternorum, maternorum, omniumque aliorum iurium, ſibi quomodolibet competentium ad fauorem patris, & fratris, eorumque hæredum, & ſucceſſorum quorumcunque facta a filia, nam tunc tamquam in materia indifferenti veniunt,

etiam extranei, vnde quando renunciatio eſt ſtipulata pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque comprehendit indiſtinctè omnes hæredes etiam extraneos, *Molin. de rit. nuptiar. lib. 3. qu. 85. num. 60. & ſeq. Cutel. de donat. contemp. Matrim. fo.179. num. 127. verſ. ſin autem renunciatio Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 2. tit. 3. definit. 22. verſ. ſed ſi vt plerumque Amat. Dunozet. deciſ. 676. num. 16. repetitu poſt Michalor. de frat. deciſ. 39. num. 19.* vbi de renunciatione facta à filia ad fauorem patris per ingreſſum Monaſterij.

14 Renunciatio vero facta ad fauorem patris, hæredum, & ſucceſſorum intelligitur de ſucceſſoribus ſanguinis, præſertim ſi non adſit verbum quibuſcunque, & ſit materia differens, & fuerit conſiderata conſeruatio familiæ, nam tunc non poteſt intelligi de extraneis *Bart. in l. ſi cognatis ff. de reb. dub. & in l. 1. num. 2. C. de verb. ſignif. vbi* Bald. *num. 4 Rip. in l. filiusf. §. diui nu. 31. ff. de legat. 1. & in l.* Lucius *num. 1. ff. de vulgar. & pupilar. Bero conſ. 176. nu. 64. lib. 2. Rota in Maceraten. pecuniaria 14. Iunij 1641. coram Merlino.*

15 Contrarium quod renuncians excludatur etiam ab hæredibus extraneis, quando renunciatio eſt ſimpliciter ſtipulata, vel pro ſe, & hæredibus ſuis, licet ſine adiectiuo quibuſcunque voluerunt *Pariſ. conſ. 26. num 38. & ſeq. lib. 3. Ronit conſ 42. num. 11. lib. 1. Mart. de ſucceſſ p. 1. q 14. art. 1. num. 11. & ſeq. Sanibez. ad præcept. Decalog. lib. 7. cap. 7. num. 27. Merlin. Pignatel, contro. 5. num. 5. Afflict. deciſ. 161. nu. 3. verſ. eandem limitat. Capic. dec. 190. n. 2. prout etiam videtur ſenſiſſe Rot. deciſ. 894. num. 4. coram Burat. & dec. 587. n 2. & 3. p. 1. rec. & in Peruſina hæreditatis 26. Iunij 1628. cor. Card. Virili relat. per Gilian. poſt compend. ad ſtatut. Peruſin. dec. 96. nu. 7.*

16 Si vero in renunciatione facta puta à filia Ingrediente Monaſterium adiecta fuerint verba, *omnem, & quamcunque hæreditatem, & ſucceſſionem* comprehendit hæreditatem cuiuſcunque perſonæ iuxta ponderata per *Menoch. conſ. 535. nu. 20. & 21. vol. 4. & conſ. 519. num. 21. vol 5. relat. & ſecut per* Rota *dec. 543. nu. 1. p. 5. tom. 2. recen.*

17 Amp. 1. ſi in renunciatione fuerint adiecta verba *Et alterius cuiuſcunque generis, quæ ipſi tam ex teſtamento, quam ex alijs quibuſcunque diſpoſitionibus, etiam ab inteſtato deuolui, & obuenire poſſunt*, nam tunc ponderata generalitate verborum ibi cuiuſcunque generis, procul dubio ſe extendit ad omnia alia genera ſucceſſionum, & ad omnes alias perſonas in renunciatione non ſpecificatas, vt firmat *Menoch. conſ. 335. num. 15. Honded. conſ 49. num. 14. lib. 1. Rot. dec. 714. nu. 5 in fi. p. 2. & dec. 543. nu. 2. p 5. tom. 2. recen.*

18 Amp. 2. ſi fuerit renunciatum cuicunq; hæreditati, quæ ab inteſtato deuolui poſſit, quę verba capiunt quamcunque hæreditatem deuoluendam, etiam ex cauſa de futuro, vt aduertunt *Soccin. ſen. conſ. 34. num. 5. lib. 4. Ruin. conſ. 1. ſub num. 20. lib. 1. Pariſ. conſ. 26 ſub num. 44. lib. 3. Surd. conſ. 267. num. 25. & 27. vol. Menoch. conſ. 335. ſub nu. 29. vol. 4. & conſ 401 num. 29. vol. 5. Rot. deciſ. 543. num. 3. p. 5. tom. 2. recen.*

19 Amp 3. ſi pariter adiecta fuerint verba *quo vis iure, titu o, & cauſa etiam non expreſſis*, prout etiam alia verba *nihil penitus excepto*, quæ verba non poſſunt operare effectum, niſi caperent omnes ſucceſſiones etiam futuras ab inteſtato deuoluendas, *Dec. in l. 1. num. 32. verſ. ſed dubium C. de pact. Pariſ. conſ. 26. num. 44. 45. & 46. & conſ, 69. num. 68. lib. 3. Rot. deciſ. 714. num 6. p. 2. & dec. 543. num. 4. p. 5. tom. 2. recen.*

20 Amp. 4. vbi fuerunt adiecta verba generaliſſima, nam tunc comprehendunt omnem cauſam, ſeu ius ſuccedendi, cuique perſonæ, perinde, ac ſi expreſsè, & nominatim de illa mentio facta fuiſſet, vt tradunt *Doctor. relati per Gutern. de renunciat. cap. 2. num. 33. Rota dec. 714. num. 1. in fi. p. 2. & dec. 543. num. 5. & 6. p. 5. tom 2. recen.*

21 Amp. 5. vt verba in omnibus, & per omnia nihil penitus excepto poſita in renunciatione demonſtrant animum renunciantis fuiſſe renunciandi cuicunque ſucceſſioni, ſibi quauis ex cauſa impoſterum obueniendæ, & nihil amplius præter habitum, vel dotem receptam quęrendi, *Pariſ. conſ. 26. num 46. circa med. & conſ. 69. num. 70. lib. 3. Molph. in Coſtit. Neap. p. 6. qu. 2. num. 13. cum ſeq. & qu. 3. num. 17. Surd. conſ. 244. num. 14. Rot. deciſ. 543. num. 8. p. 5. tom. 2. recen.*

22 Amp. 6. vt renunciatio facta à filia de hæreditate paterna ex cauſa dotis ſibi à fratre promiſſa, tunc dicta renunciatio comprehendit etiam hæreditatem fraternam, perindè ac ſi in eadem hæreditate partem ſuam habuiſſet, *Pariſ. conſ. 26. num. 46. verſ. eo etiam & num. 62. Molpheſ. in conſuet. Neapol. p. 4. tit. de renun. q. 2. num. 13. & 14. & q. 3. num. 12. Ronit. conſ. 42. num. 11. verſ. quod ſi ea intenſione, & conſ. 44. num 14. Cutel. de donat. inter Patrem, & filium fact. contemp. matrim. pract. 6. diſcuſ. 3. nu. 127. verſ. ex quo col. 1. Manans. de ſucceſſ. p. 1. qu. 14. art. 1. num. 11. & 12. Rot. deciſ. 543. num. 7. p. 5. tom. 2. recen.*

23 Amp. 7. in renunciatione facta ex cauſa ingreſſus Religionis, quæ pariter demonſtrat renunciantem omnibus, & quibuſcunque ſucceſſionibus ſe penitus ſpoliare voluiſſe, ita dictante ſtatu Religioſæ paupertatis, & ratione Deo famulandi, & inſeruiendi, & non Mammonæ, mundaniſque opibus, & diuitijs, quæ de facili ab huiuſmodi ſeruitio retrahunt, *Dec. conſ. 31. num. 5. verſ. vltimo non obſtat Ronit. conſ. 42. num. 11. verſ ſecundo Clauſula & conſ. 43. num. 7. verſ. quia ex Religione* Rota *deciſ. 587. num. 4. & 5. p. 1. dec. 714. ſub num. 2. p. 2. & dec. 543. nu. 9. p. 5. tom. 2. recen.*

24 Renunciatio enim comprehendit omnia bona, quando cauſa finalis fuit ingreſſus Religionis, & contemptus omnium bonorum, præcipuè ſi renuncians religionem ingreſſura ſpretis omnibus alijs temporalibus bonis, & nullo præter dotem, & annuam penſionem ſibi iure reſeruato perpetuam Deo paupertatem vouere animo habuit, vt ponderauit *Rota dec. 714. nu. 2. p. 2. recen.*

25 Ac proinde in renunciatione, quæ fit à volente ingredi Religionem ex veriſimili mente renunciantis lata fieri debet interpretatio ad excludendum regreſſum ad bona renunciata, atque hinc in ſimi-
26 libus renunciationibus non conſideratur læſio, etiã quod renuncians modico accepto ſpem opulentiſſimæ hæreditatis, nec non ingens patrimonium pręſens remiſerit, vt inquit *Conur. in cap. quamuis §. 2. num. 5. de pactis poſt Dec. conſ. 31. num. 5. verſ non obſtat. Aym. conſ. 160. num. 1. Rota deciſ. 714. num. 9. p. 2. recen.*

27 Amp.

27 Amp. 8. vt renunciatio fideicommiſſi inducatur vbicunque quis renunciauit cuicunque ſucceſſioni ex teſtamento prouenienti, maximè quando verba renunciationis habeant tractum ſucceſſiuum, nec aliud adſit teſtamentum in quo verificari poſſint, nam tunc dictum teſtamẽtum haberi debet perindè ac ſi nominatim expreſſum fuiſſet *ad text. in l. ſi ita ſcripſiſſet, & ibi DD. ff. de legat. 2. & comprobat, Rota dec. 714. num. 1. & 2. p. 2. recen.* vbi tanto magis ſi renuncians vſa fuerit verbis generalibus, & in ſpecie renunciauerit ſucceſſionibus ex teſtamento deuoluendis, *ad l. labeo §. id Tubero ff. de ſuppel. legat.*

28 Amp. 9. in renunciatione generali, quæ præiudicat renuncianti, & porrigitur propter apertam verborum generalium naturam ad omnia iura renuncianti competentia, etiam ſi de ijs cogitatum non fuiſſet *l. pluribus ff. de acceptil. glo. in l. emptor §. lucius in verbo in ſua cauſa ff. de pact. Bart. in l. ſi certa num. 1. ibique Iaſ. ſub num. 4. C. de tranſact. Bal. in l. tres fratres num. 4. ff. de pact. & in l. ſub prætextu ſub num. 2. verſ. ita dic. C. de tranſact.* vbi quod ſibi imputare debet, qui non cogitauit ſub verbis generalibus omnia comprehendi *Cranet. conſ. 638. num. 14. Gabr. de reg. iur. conclu. 4. nu. 5. Rot. dec. 743. num. 3. & 7. p. 2. recen.*

29 Limit. ſupradictam ampliat. non procedere quãdo fuit expreſſa cauſa, nam tunc verba quamuis generalia reſtringuntur ad rem, vel cauſam expreſſam, cum non poſſint operari vltra intentionem agentis, ſeù contrahentis reſtrictam, & regulatam à cauſa expreſſa, cuius intuitu, & reſpectu verba generalia expreſſa fuerunt *Rot. dec. 714. num. 4. p. 2. recen.*

30 Sublim. non procedere, ſi cauſa expreſſa ſit generalis, & apta comprehendere etiam non expreſſa ex identitate rationis, & veriſimili mente contrahentium, nam tunc ceſſat ratio reſtrictionis, *Bald. in l. ſub prætextu num. 8. C. de tranſact.* præcipuè ſi ratio recti ſermonis non patitur reſtrictionem, nam tunc fieri non poteſt, vt comprobat *Rot. ex Bart. Ang. Caſtr. Pariſ. Gabr. dec. 714. num. 4. p. 2. recen.*

31 Eoque fortius, ſi in renunciatione ſpecificatis puta ſucceſſionibus paternis, maternis, fraternis, vlterius renunciatum fuerit alijs ſucceſſionibus, ipſi quomodolibet deuoluendis, nam tunc dicta verba ex ſui propria natura ampliant, & non reſtringunt diſpoſitionem, nec poſſunt verificari, niſi in iuribus diuerſis à iure competente ſuper bonis renunciatis, alias eſſent fruſtratoria, & inſeruirent de vanto *l. ea tamen adiectio, & ibi DD. ff. de legat. 3. Caſtren. conſ. 333. ſub num. 2. verſ. nam verba illa prope fin. Surd. conſ. 303. num. 35. & ſeq. Rot. dec. 149. num. 3. p. 1. diuerſ. & dec. 714. num. 5. p. 2. recen.* ponderando præſertim dictionem *alijs*, quę licet ſit nota ſimilitudinis includit diuerſa ab expreſſis, vt notat *Socin. conſ. 300. ſub num. 2. verſ. tertio principaliter Natta conſ. 546. num. 2. & 3. Menoch. conſ. 335. nu. 18. & 19.*

32 Limit. 2. quod renunciatio generalis ſe extendat ad ea, de quibus renuncians habet ſcientiam, ſecus ad illa, de quibus non probatur ſcientia *Rot. dec. 714. num. 7. p. 2. recen.*

34 Sublim. vt ſcientia puta contentorum in teſtamento, ſeù de alio iure renuncianti competenti, non eſt neceſſe probanda ad effectum validitatis renunciationis iuris ex teſtamento competenti, vbi fuit expreſsè, cum iuramento renunciatum diſpoſitioni *l. de his ff. de tranſact.* quinimo ſtante generalitate verborum exuberat, quod in genere cogitare potuerit de iure ad ſui fauorem purificaturo, vel poſſe aliquando fideicommiſſum ad ſui fauorem inductum purificari ad tradita per *Bart. & alios in l. ſub prætextu C. de tranſact. Ang. in l. tres fra-*
35 *tres num 4. ff. de pact.* vbi quod in dubio præſumitur ſcientia propter generalitatem verborum *Rot. dec. 714. num. 7. p. 2. recen.*

36 Limit. 3. quod ſub quacunque verborum generalitate, non comprehendantur ea, quæ ex teſtamento pendent, cum non præſumatur de his cogitatum fuiſſe, nec minus potuiſſe cogitari, vt notat *glo. in l. tres fratres in verbo poſſe ibique DD. ff. de pact.*

37 Sublimit. non procedere, quando aliundè, quam ex generalitate verborum conſtet de mente renunciantis, vt ſi omnibus bonis quomodocunque, & qualitercunq; tam ab inteſtato, quam ex teſtamento obueniendis renunciatum fuerit, vt latè probat *Ruin. conſ. 156. num 5. & 6. lib 3. ad tradita per Natta conſ. 546. num. 20. & 21. Menoch. conſ. 335. num. 52. & 53. Rot. dec. 714. num. 8. p. 2. recent.*

38 Amp. 10. vt renunciatio iuribus paternis, & actionibus quibuſcunque prægnantibus verbis concepta etiam bona emphyteutica comprehendit, ex quo renuncians hæreditatem nõ poteſt bona emphyteutica retinere *Iaſ. in l. ſi non ſortem § libertus ſub nu. 35. C. de condit. indeb. Clar. in §. Emphyteuſis qu. 37. verſ. ex hac concluſione ſalgia. de contract. emphyteut. qu. 3. num. 11. & qu. 4. num. 7. Rot. in Anconitana nullitatis concordiæ 4. Decemb. 1647. in prin. coram Arguel. relat. in Caſenaten. emphyteuſis 16. Iunij 1651. §. fi. in fi. coram Albergato.*

39 Regulariter verò renunciatio, non trahitur ad incognita, & vltra expreſſa, ita quod tantum renunciatum cenſeatur, quantum legitur expreſſum, nec poteſt ad alia trahi *Butr. in cap. accidentibus nu. 8. de priuil. Dec. in cap cum acceſſiſſent num. 90. de conſtit. Decian. conſ. 52. num. 23. lib. 1. Natta conſ. 78. num. 5. Bec. conſ. 106. num. 45. & conſ. 111. num. 31. Surd conſ. 431. num. 15. Greg. XV. dec. 15. nu. 3. Rot. dec. 232. num. 4. & 11. p. 6. recen. & in Comen. iuriſpatronatus 7. Febr. 1650. §. quia reſpondetur in fi. coram Arguelles.* & referri tantum debet ad bona,
40 & perſonas ſpecificatas *Surd. conſ. 431. nu. 12. Rot. dec. 144. num. 2. & 9. p. 6. recen.* Et niſi expreſſa le-
41 gatur, non cenſetur facta *Rot dec. 176 num. 12. 13. & 39. p. 5. recen. & in Ariminen. bonorum 18. Iunij 1660. §. non obſtat diuiſio coram Card Cerro.*

42 Cauſa vero finalis renunciationis à proemio declaratur *Dec. conſ. 86. num. 5. ad med. Molin. de rit. nuptiar. lib. 3. qu. 92. num. 33. & 34. Gratian. diſcept. 568. num. 9. verſ. quia verius, & diſcept. 971. nu. 1. & 2. & deciſ. Marcb. 42. num. 1. in fi. Maſtril. dec. 65. num. 12. & 13. Amat. Dunozet. dec. 676. num. 31. tom. 1. repetita poſt Michelor. de Frat. dec. 19 & in Ariminen. ſucceſſionis 23. Ianij 1664. §. in facto ſiquidem coram Emerix.*

43 Strictè igitur renunciationis materia eſt interpretanda *Gab. conſ. 60. num. 6. lib. 1. Surd. conſ. 432. nu. 2. Rot. dec. 340. num 1. coram Canale. & dec. 144. nu. 1. p. 6. recen.* Et reſtringenda ad limites ſecundum ſuam cauſam *Surd. conſ. 431. num. 13 & 14. Natta conſ. 546. num. 10. & 11. Merlin. dec. 62. num. 9. Rot.*

in

in Ariminen. ſucceſſionis 1. Febr. 1644. ſub §. neque vrget in fi. coram Emerix Et ad impediendam exten-
44 ſionem renunciationis ſufficit quid minimum *l. cum de indebito ff. de probat.* Rot. *dec. 549. in fi. p. 1. & dec. 232. num. 12. p. 6. recen.*

45 Largius igitur interpretanda eſt renunciatio facta à Puella ingreſſura in Monaſterium, ſtrictius vero à Muliere remanente in ſæculo, cum in hac non præſumatur animus abdicationis à temporalibus bonis, vt contemptis ſæculi opibus expeditiùs altiſſimo famulari poſſit, ſicut in prima, ita communiter firmant DD. & præcipuè *Donat. Anton. de Marin. var. reſol. lib. 2. cap. 182. num. 22. Merlin. dec. 12. num 14. Card. Ottbabon dec. 10. num 26. & 27. Rot. in Marſicana ſucceſſionis 4. Febr. 1665. §. in quorum ſententiam coram Emerix.*

SVMMARIVM:

1 Ad iura renunciata non datur regreſſus.
Limi. in renunciatione ſub conditione facta num. 2.
3 Renunciatio facta patri, ſi deceſſerit ſine filijs maſculis, habetur prò non facta, ſi decedat relictis tantum fœminis.
4 Facta à filia fauore maſculorum, ſublatis maſculis non nocet filiæ.
5 Facta, vt bona in agnatione conſeruentur, deficientibus agnatis, renunciatio euaneſcit, durante tamen agnatione ſubſiſtetur num. 6. etiam ſi aliæ cauſæ expreſſæ non ſubſiſterent num. 7.
Et licet facta ab ingreſſura Monaſterium tamê deficientibus agnatis reſoluitur num. 8. etiam ſi renunciauerit cauſa liberius Deo inſeruiendi num. 9.
10 Renunciatio cauſa ingreſſus Religionis videtur realis, ac proinde renuncians in omnem euentum ſe ſe, & ſuum monaſterium bonis, & ſucceſſione ſpoliare voluiſſe. Contrarium num. 11. & 12.
Limit. hæc ſecunda ſententia, vt num. 13.
14 Facta ad fauorem fratris ſubintelligitur facta, ſub tacita conditione, dummodo aliquis maſculus, vel deſcendens fratri ſuperuiuat, vel ipſe de bonis renunciatis aliquo modo diſponat.
15 Et hoc procedit, tum ſi renuncians habuerit dotem, tum ſi renuncietur cauſa ingreſſus religionis num. 16.
17 Renuncians debet perpetuo remanere excluſus ab hæreditate renunciatarij, ſi renunciatio ſit realis.
18 Limita procedere durante cauſa ipſius renunciationis, qua ceſſante ad perſonalitatem redit.
19 Non nocet non exiſtentibus perſonis, quorum contemplatione facta cenſetur, & affertur ratio num. 20.
21 Ampl. hoc procedere etiam in concurſu aliarum ſororum, quæ non renunciauerunt.
22 Renunciatio ſimpliciter facta fauore fratris intelligitur ad vitam renunciatarij.
23 Limit. ſi renunciatio emanauerit per viam donationis.
24 Donatio de ſui natura eſt perpetua.
25 Renunciatio per obitum renunciatarij non expirat ſi ſtipulata fuerit prò ſe hæredibus, & ſucceſſoribus, & renunciatarius diſpoſuerit.
Amp. vt num 26. Limit. vt num. 27.
Limit. 2. quãdo renunciatarius decedat inteſtatus, ſuperſtite tamen perſona tacitè, vel expreſſe contemplata, ſecus non exiſtente num. 28.
29 Quotuplex ſit renunciatio. Realis ſimpliciter, & abſoluta eſt quando verba ſunt concepta in rem, quæ ſemper excludit renunciantem.
30 Facta cum pacto, vt cenſeatur diſpoſitum ab inteſtato ad fauorem quarumcumq; perſonarum dicitur realis.
31 Perſonalis eſt quando non ſolum renunciatur bonis, & hæreditatis alicuius certæ perſonæ, ſed etiam certarum perſonarum intuitu, qui ſi prædecedant corruit renunciatio.
32 Mixta eſt quando renunciatur hæreditati alicuius certæ perſonæ ad fauorem hæredum, & ſucceſſorum quorumcumq; quæ per obitum alicuius certæ perſonæ nõ corruit, ſed renuncians perpetuo excluditur, etiam ab extraneis. Amp. vt num. 34.
33 In dubio renunciatio præſumitur potius perſonalis, quam realis.
34 Renunciatio dicitur perſonalis, ſi tantum renunciatum fuerit hæreditati, ac bonis paternis, & maternis, quæ non trahitur ad hæreditatem fratris, niſi fuerit facta ſpecialis mentio num. 35.
36 Eſt interpretanda, vt minus renuncianti noceat.
37 Ingrediens monaſterium, ſi tanquam incorrigibilis reijciatur, non habet regreſſum ad bona renunciata.

An, & quando ad bona renunciata detur regreſſus, & renunciatio ſit realis, perſonalis, & mixta.

ADNOTATIO II.

1 REgula generalis eſt, quod ad iura renunciata, non detur amplius regreſſus *l. quæritur §. ſi quæritur ff. de edilit. edict. l. ſi maritus la 2. §. ſi negauit ff. de adulc. Rot. dec. 433 num. 10. p. 1. dec. 125. num. 4. p. 4. dec. 12. p. 6. recen. & in Viterbien.* Bonorum *23. Iunij 1653. §. cum igitur coram Celſo, & in Beneuentana dotis 18. Iunij 1655. coram eodem, & in Romana domus, ſeù retractus 26. Maij 1659. coram Priolo, & in Reatina Caſtrorum 9. Iunij 1659. coram eodem §. iniuſtitia vero.*

2 Limit. in renunciatione ſub conditione facta, qua non purificata, euaneſcit, & conſequenter, nec renuncianti, nec eius hæredibus obeſſe poteſt *Rot. in* Bononien. *ſucceſſionis* 3. Martij 1651. *coram Eminent. Card. Cerro §. quia non fuit ſimplex, ac iuribus vulgaribus.*

3 Quoties autem renunciatio, non ſit ſimplex, & pura, ſed qualificata, & conditionalis, pura ſi fiat Patri quatenus deceſſerit relictis filijs maſculis, ſi deceſſerit abſque filijs maſculis, relictis tantum fœminis, habetur perinde, ac ſi facta non fuiſſet, nec à dictis filijs fœminis impediri poteſt, quin admittatur ad ſuccedendum, præcipuè ſi adiecta fuerit proteſtatio in caſu contrario reſolutiua renunciationis *l. quod pure ff. quod dies legat. ced. l. item quia ff. de pact. Galerat. de renunciat. cap. 10. nu. 11. Surd. dec. 66. num. 15. Rot. in Bononien. ſucceſſionis 3. Martij 1651. ſub § quia non fuit coram Card. Celſo confirmata 5. Maij 1653. §. conſecutionem coram* Meltio.

4 Ac proinde renunciatio facta à filia fauore maſculorum, ſublatis maſculis, non nocet filiæ renuncianti, quominus ſuccedere poſſit Bart. *in l. pactum, quod dotale qu. 2. num. 5. C.* de *collat. vbi Dec. nu. 9. Imol. Rom. Caſtren. in l. qui ſuperſtis de acquirend. hæred. Alex. in l. ſtipulatio hoc modo concepta nu. 11. ff. de verb. oblig. Ruin. conſ. 204. num 3. vol. 3. Menoch. conſ. 6. num. 2. Rolen. conſ. 26. num. 33. vol. 3. Soccin. iun. conſ. 184. num. 15. vol. 2. Bero. conſ. 170. num. 9. vol. 2. Pariſ. conſ. 26. num. 19. Gabriel. in tit. de iure dot. conclu. 1. num* 35. *Cephal. conſ 62. num. 41. Pedemont. dec. 93. num. 11. Surd. dec. 252. num. 4.*

5 Prout etiam renunciatio facta à filia, vt bona in familia, & agnatione conſeruentur deficientibus agnatis, renunciatio euaneſcit, nec impedit, quo minus renuncians in bonis renunciatis ſuccedere valeat *Bald. conſ. 437. num 2. verſ in contrarium vol. 1. Soc. ſen. conſ. 34. num. 4. lib. 4. Dec.*

conſ.

Digitized by Google

conſ. 553. *num.* 9. *Menoch. conſ.* 335. *nu.* 14. *Cronet. conſ.* 42. *poſt prin. verſ. ſed contrarium in caſu noſtro Pariſ. conſ.* 26. *num.* 19. *lib.* 3. *Io. Franc. de Ponte conſ.* 39. *num.* 1. & 2. *cum alijs congeſtis per Rub. in adnot. ad deciſ.* 543. *num.* 46. *cum ſeq. p.* 5. *tom.* 2. *recen.*

6 Durante tamen agnatione huiuſmodi renunciatio ſubſtinetur, & habetur pro æqua, ſufficienti, & finali prò eius validitate, ſi in diſpoſitiua inſtrumenti renunciationis adiecta fuerit huiuſmodi cauſa iuxta opinionem *Marc. Anton. ver. reſol. lib.* 3. *reſol.* 40. *num.* 40. *Rota deciſ.* 239. *num.* 9. *p.* 8. *recen.*

7 Et reputatur laudabilis, & exuberans prò renunciationis ſubſtentatione, etiam ſi aliæ cauſæ expreſſæ non ſubſtinerentur, *Rota deciſ.* 182. *in fi. coram Card. Ottbaſbono & in Ariminen. ſucceſſionis* 23. *Iunij* 1664. §. *in Fine vero &* §. *fi. coram Emerix.*

8 Renunciatio igitur facta ab ingreſſura Monaſterium ad Fauorem Patris, eiuſque hæredum, & ſucceſſorum, ad effectum bona conſeruandi in agnatione, & prò familiæ decore ſubſtinetur, durante huiuſmodi cauſa, ſi vero decedat Pater ſine filijs, nulluſque amplius extet agnatus, & ſic ceſſet ratio conſeruandæ agnationis, & decoris familiæ, reſoluitur, & renuncianti non nocet, *Bald. in l. pactum ſub num.* 9. *verſ. quarto quæro C. de collat. Alex. conſ.* 29. *ſub num.* 3. *verſ. & quod dictum pactum lib.* 5. *Bero conſ.* 170. *num.* 9. *lib.* 2. *Menoch. conſ.* 6. *num.* 2. *Gennen. in practicabil. Eccleſ. cap.* 30. *qu.* 201. *nu.* 1. *Oſaſch. deciſ.* 98. *num.* 11. Rot. *deciſ.* 48. *poſt Merlin. de legit. & in Maceraten. pecuniaria* 14. *Iunij* 1641. §. *inefficax eſt coram Merlino.*

9 Quod procedit etiam ſi in renunciatione fuerit adiectum, quod renunciauit bonis, vt liberius Deo inſeruiret, quia ſi etiam fiat renunciatio ad fauorem Patris, vt bona conſeruentur in familia, non tamen per hoc renuncians, deficiente familia, & agnatione, priuatur iure ſuccedendi, cum non ſint duę cauſæ diuerſæ, ſed vna, vel duę connexæ, vt ſecunda ſtet conſecutiuè ad primam, ita quod renuncians voluit priuare monaſterium in concurſu ſuæ agnationis, non autem in concurſu extraneorum, vt in ſimili adnotauit *Sanch. in Decalog. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 29. *Molphet. ad conſuet. Neapol. de renunciat. q.* 17. *num.* 26. & 37. *Gennen. in pract. Eccleſ. cap.* 30. *quæſt.* 201. *num.* 3. Rot. *deciſ.* 48. *num.* 16. *poſt Merlin. de legit. & in Maceraten. pecuniaria* 14. *Iunij* 1641. §. *nec obſtat coram Merlino.*

10 Et quamuis renunciatio facta ob cauſam finalem ingrediendi Religionem, videatur eſſe realis, & conſequenter præſumendum renunciantem, mediante reali, & abſoluta renunciatione ſe ſe in omnem euentum bonis temporalibus ſpoliare voluiſſe, vt contemptis ſæculi opibus, & illecebris Chriſti paupertatem in Religione facilius profiteri poſſit, eoque fortius, quia bona renunciata ad Religioſam renunciantem, non ſunt peruentura ad eius priuatum commodum, ſed Monaſterij, de cuius vtilitate, & bonorum incremento parum ſollicita præſumatur, & quamuis fuerit adiecta alia cauſa conſeruandæ agnationis, tamen quod huiuſmodi cauſa cenſeatur potius impulſiua, quam finalis comprobat *Rota deciſ.* 537. *num.* 4. 5. & 6. *p.* 1. *recen. & tradunt Couar. Spino, Mencbaca. Molina relati per Sanchez. ſuper Decalog. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 28. *Panſirol. conſ.* 83. *num.* 16. *Franc. dec.* 375. *num.* 2. *Maſtril. dec.* 65. *num.* 12.

11 Contrarium tamen, quod huiuſmodi concluſio ita ſimpliciter intellecta vera non ſit, ſuadetur, quia licet ingrediens Religionem non præſumatur ſollicitus bonorum temporalium, hoc tamen intelligitur quoad ſe ipſum, ſecus autem quoad Monaſterium, quod ditare velle præſumitur, tum ex coniectura pietatis, tum ex dilectione ſtatus Religioſi, tum ex propria indigentia, vt ſibi abundantius neceſſaria ſuppetat, & minori Religionis incommodo proprijs indigentijs occurrere valeat, quibus non repugnat Religioſa paupertas, cum ſimul ſtare poſſit propoſitum ſeruiendi Deo, & paupertatis votum, vna cum deſiderio acquirendi Monaſterio, & rationi, ac pietati plurimum diſſentaneum videtur, quod Religioſus per realem, & abſolutam renunciationem proprium Monaſterium, quod eſt ſibi loco filij, & in quo perpetuò deget, in omnem caſum excludere voluerit, etiam ab illorum ſucceſſoribus, de quibus nulla expreſſa mentio in renunciatione facta fuerit, ita *Sanchez. ſuper præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 29. *Bero in cap. in præſentia num.* 480. & latè in terminis reſpondendo *deciſ. Vincen. de Franc.* 375. *pluribus comprobat Molpheſ. in tit. de renunciat. qu.* 17. *num.* 37. & 38. *vſque ad fi. vbi num.* 45. *ſubdit ea omnia, quæ ipſe dixit non fuiſſe à Franc. diſcuſſa, nec conſiderato & num.* 26.

12 *generaliter firmat* renunciationem Religionem ingredientium eodem modo regulari, prò vt ſæcularium renunciatio regulatur, & ab hac opinione vti magis rationabili, & religioni propitia non eſſe recedendum firmauit *Rota deciſ.* 48. *num.* 15. & 16. *poſt Merlin. de legit.*

13 Secus autem eſſet, ſi renuncians aperte declarauerit, quod intendebat omnibus, quæ mundi erant penitus renunciare, & nihil, nullumque ius ſuccedendi retinere, quo caſu renunciatio eſt manifeſte realis, quo ad omnia, & cuiuſcunque bona, & ſucceſſionum, vt in caſu *Panſiroli loco citato*, ita etiam ſi renunciatio expreſſe facta fuerit cum illis verbis, quod ſit realis, & per aquilianam ſtipulationem, & cum pacto de aliquid non petendo, & non ſuccedendo, vt in caſu *deciſionis Vincentij de Franc.* 375. prò vt etiam, ſi fuerit concepta cum verbis volens mundum relinquere, & Deo ſeruire, & ſe de omnibus, & ſingulis eius bonis temporalibus vndecunque acquiſitis, & acquirendis ſpoliare, cum aquiliana ſtipulatione, & pacto de aliquid non petendo, vt in caſu *deciſ.* 65. *Maſtrilli.*

14 Ceterum renunciatio facta ad fauorem puta fratrum ſemper præſumitur facta in beneficium deſcendentium Maſculorum de familia, vt bona in eis conſeruentur, vel vt frater liberè de bonis renunciatis diſponere poſſit, tacitamque de iure habet conditionem, dummodo aliquis maſculus, vel deſcendens fratri ſuperuiuat, vel ipſe de bonis renunciatis aliquo modo diſponat, alias ſi nullus fratri ſuperuiuat, & de bonis renunciatis non diſponat, renunciatio non nocet, perinde ac ſi facta non fuiſſet, vt in terminis renunciationis factæ à Moniali ad fauorem fratris tenet *Io. Franciſ. à Ponte conſ.* 39. *num.* 1. 2. & 3. vbi pluribus exornat, contrarijs reſpondet, & hanc ſententiam veram, communem, & iudicatam teſtatur, & latè defendit *Iacob. Cancer. var. reſol. cap* 15. *de renunciat. num.* 17. 24.

17. 24. & 25. vbi dicit hanc concluſionem ſicuti æquam, ita veram, & num. 41. non eſſe ab ea recedendum in iudicando, & conſulendo, *Io. Mar. Nouar. quæſt. forenſ. 67. p. 1. fo. 101. Pariſ. conſ. 3. nu. 27. vſque ad fi. lib. 2. Sulicet. in l. pactum, quod dotali num. 5. verſ. aut paciſcitur filia C. de pact. & hanc ſententiam canonizauit Rota deciſ. 543. num. 31. 32. & 33. p. 5. tom. 2. recen.*

15 Et hæc concluſio procedit, non ſolum quando renuncians recipit dotem, *Canter. loco citato num. 28. Sulicet loco citato num. 5. Sanch. in præcept. Decalog. lib. 7. cap. 7. num. 25. à Ponte conſ. 39. num. 3. verſ. quando ſoror dotata.*

16 Verum etiam, quando renunciatur ex cauſa ingreſſus Religionis, dummodo tamen non adſit perſona, cui præſumatur renuncians, & recipiens potius proſpicere voluiſſe, quam Monaſterio, vt tenet *Sanchez ſuper Decalog. lib. 7. cap. 7. num. 25. Rota dec. 543. num. 34. & 35. p. 5. tom 2. recen. & coram Merlino deciſ. 26. num. 17. & 29. & in Marſicana ſucceſſionis 4. Feb. 1665. §. in quam ſententiam in fi. coram Emerix & comprobat Ciriac. contron. forenſ. 475. num. 6. & 7.*

17 Et quamuis renuncians debeat perpetuo remanere excluſus ab hæreditate renunciatarij, perinde ac ſi eſſet mortuus, ſi fuerit in renunciatione dictum, quod ſit efficax, perpetua, & realis, & realiſſima, omnique tempore valitura, vt ex *Alex. Ruin. Menoch.* dixit Rota *deciſ. 26. num. 11. coram Merlino.*

18 Tamen, etiam ſi dicta verba faciant renunciationem realem, nihilominus huiuſmodi realitas perpetuo durat, ſi durat perpetuo cauſa finalis ipſius renunciationis, ſecus tamen ea ceſſante, ſed extinguitur vna cum perſonis in renunciatione contemplatis, & ad perſonalitatem redit, & ſolum dicitur realis, quouſque extent perſonæ contemplatæ, reducitur verò, & aſſumit naturam perſonalitatis, quando omnes deficiunt in vita renunciatarij, & renunciatarius non diſpoſuerit de ſua hæreditate, vt ex veriſimili mente contrahentium præſumitur, & ita reſpondiſſent, ſi in actu contractus interrogati fuiſſent, alias eſſet abſurdum, & ab omni ratione alienum, & contra veriſimilem mentem vtriuſque contrahentis, ſi admitteretur, quod ſoror renuncians excludatur ab hæreditate renunciatarij propter extraneos, *Io. Franc. Marc. diſcept. 8. num. 15. 16. & 18. lib. 5. Donat. Anton. de Marin. var. reſol. 2. cap. 182. num. 7. & cap. 189. per tot. vbi contrarys reſpondet & magiſtraliter dixit Rot. in Marſicana ſucceſſionis 4. Feb. 1665. §. nec demique, & §. fi. coram Emerix.*

19 Hinc eſt, quod renunciatio non nocet non exiſtentibus perſonis, quarum contemplatione cenſetur facta, puta maſculis de agnatione, nam illis de medio ſublatis, renunciatio euaneſcit, nec renuncianti obeſt, quò minus in eorum hæreditatibus ſuccedere valeat, & conſequenter ab extraneis renuncians non excluditur ab hæreditate, ſeu bonis renunciatis. *Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 15. nu. 24. & 25. Ciriac. contron. forenſ. 475. num. 1. vſque ad fi. Donat. Anton. de Marin. quotid. reſol. lib. 2. cap. 189. num. 26. & 27.* Rota *in Marſicana ſucceſſionis 4. Feb. 1665. §. reſponſum fuit coram Emerix facinus tradita per Gratian. diſcept. 568. num. 8. Surd. deciſ. 252. num. 4.* Rot. *deciſ. 544. num. 39. p. 5. to. 2. recen. cum alys per Paul. de* Rub. *in annot. ad dictam dec. 543. nu. 47.*

20 Siquidem repugnare videtur, & non redditur veriſimile, quod in caſu obitus puta fratris ab inteſtato, nullo exiſtente proximiore renuncians voluerit eius hæreditati renunciare, & verſa vice fratrem renunciatarium voluiſſe ab hæreditate excludere ſororem renunciantem propter remotiores, quos præſumitur minus dilexiſſe, & conſequenter noluiſſe præferri propriæ ſorori magis dilectæ, cui tum ex ſanguinis coniunctione, tum ex antidorali obligatione ob actum renunciationis liberaliter factum ad eius fauorem, tenetur, & non extraneis, in quibus huiuſmodi ratio non concurrit Rota *deciſ. 543. a num. 13. vſque ad 18. p. 5. tom 2. recen. ſecuta ab eadem Rota in Marſicana ſucceſſionis 4. Feb. 1665. §. idque bene coram Emerix.*

21 Amp hoc procedere etiam in concurſu aliarum ſororum, quæ non renunciauerunt, a quibus non excluditur ſoror, quæ renunciauit ad fauorem fratris, quin vna cum eiſdem admittenda ſit ad eius ſucceſſionem, ſi ab inteſtato deceſſerit, quia redditur inueriſimile, quod ſi eam excludere voluiſſet, id expreſſis verbis non ſpecificaſſet, nam ſicut inane eſt dicere quod ſoror in caſu obitus fratris ab inteſtato nullo exiſtente ſuperiore voluerit eius hæreditati renunciare, *Canale. dec. 109. num. 10.* ita ab omni ratione alienum videtur, quod frater voluerit, vt ſoror, quæ illi renunciauit, deterioris conditionis eſſet, quam aliæ in eodem gradu, ſexu, & ſtatu exiſtentes, & ingratitudinis notam non effugeret, ſi voluiſſet alias ſorores, quæ illi non renunciauerunt admittere, & ſororem renunciantem, & donantẽ ab eius hęreditate excludere *Canter. var. reſol. lib. 3. cap. 15. a num. 50. & ſeq Cranet. conſ. 42. num. 1. in fi. & num. 2. facit Surd. conſ. 431. nu. 15. ad fi.* Rota *deciſ. 140. num. 5. coram Card. Canale. & deciſ. 543. a num. 12. vſque ad 18. p. 5. tom. 2. recen.*

22 Renunciatio verò ſimpliciter facta fauore fratris intelligitur ad vitam renunciatarij, & eo defuncto expirat, vt ipſum renunciantem, & cauſam ab eodem habentes non officiat, *Sulicet. in l. pactum quod dotale num. 5. C. de pact. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 15. num. 27. & 33.*

23 Limit ſi renunciatio emanauerit per viam donationis, quæ de ſui natura eſt perpetua, ita vt renunciatario vita functo non expiret, ſed tranſeat ad hæredes donatarij iuxta opinionem Rotę, de qua teſtatur *Achil. deciſ. vnica de donat. Pute. deciſ. 274. num 4. & 5. deciſ. 587. num. 1. p. 1. deciſ. 714. nu. 9. poſt med. p. 2. recen. & in Ceſenaten. bonorum 15. Maij 1651. §. fi. coram Albergato.*

25 Limit. 2. vt per obitum renunciatarij, neque expiret, ſi ſtipulata fuerit pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, ſed ipſe renunciatarius de bonis renunciatis vel ad quoſcunque etiam extraneos tranſitorijs poteſt quomodolibet diſponere *Surd conſ. 144. num. 20. Marta de ſucceſ. legal. p. 1. q. 14. art. 1. num. 11.* Rota *deciſ. 89. num. 4. coram Burat. deciſ. 75. num. 1. in fi. p. 2. recen. & in Aſculana hæreditatis 31. Maij 1649. confirmata 4. Aprilis 1650. coram Card. Celſo relat. & ſecut. in Ceſenaten bonorum 15. Maij 1651. §. fi coram Albergato.*

26 Et ſic renunciatio ſtipulata pro fratribus, & hæredibus, mortuis fratribus, adhuc debet durare ad fauorem hæredum, iuxta opinionem *Alex. conſ. 29. num. 2. & 3. & ſub num. 5. lib. 3. Menoch.*

conſ.

corſ. 6. num. 15. verſ. quinto accedit Afflict. deciſ. 101. nu. 3 Rot. *deciſ. 587. nu. 1. & 7. p. 1. recen.*

27 Limit. hoc procedere, quando recipiens renunciationem decederet teſtatus, instituto certo hærede, qui renunciantem excluderet, *Maranta diſp 10. nu. 14. in fi.* Rota *deciſ. 543. num. 41. par. 4. tom. 2. recen.*

28 Vel procedit quando deceditſinteſtatus, ſuperſtite tamen perſona, cuius contemplatione renunciatio expreſsè, vel tacitè recepta præſumi poſſit, ſecus ſi nulla ſuperſit perſona huius generis, nam tunc ſtipulatio prò hæredibus illis ſuffragari non poteſt, *Rotæ dec. 587. ſub num. 8. p. 1. & deciſ. 543. nu. 42. p. 4. tom. 2. recen.*

29 In quorum corroborationem eſt animaduertendum, quod renunciatio poteſt eſſe realis, vel perſonalis ſecundum quid, ſiue mixta, realis ſimpliciter, & abſolute illa eſt, in qua interuenit pactum reale, & cuius verba ſunt concepta in rem ſimpliciter nulla facta mentione perſonæ, vt puta quando quis feudum, vel aliam rem omninò refutauit, vel renunciauit omnibus, & quibuſcunque bonis, & hæreditatibus in genere præſentibus, & futuris, nam tunc renunciatio afficit rem ipſam, eiuſque jus ſuccedendi, & acquirendi ab inteſtato, & generaliter ſumptum, cuius vigore renuncians remanet perpetuo, & omni caſu excluſus, & haberi debet prò mortuo, perinde, ac ſi renunciaſſet, vnde liberi, vnde agnati, & vnde cognati *Menoch. conſ. 335. num. 30. 31. & 37. verſ aut ſi ..a, & conſ. 401. num. 102. & 103. & 104. Franc. dec. 375. num. 2. Maſtril. deciſ. 65. num. 12.* Rota *deciſ. 48. num. 17. poſt Merlin. de legit.*

30 Pròue etiam renunciatio facta cum expreſſa declaratione vt cenſeatur diſpoſitum ab inteſtato ad fauorem quarumcunque perſonarum, ac ſi ipſa renuncians nunquam fuiſſet in rerum natura dicitur realis, & indiſtinctè excludit renunciantem perindè ac ſi ipſe in rerum natura, nunquam extitiſſet *Gabr. conſ. 89. num. 13. verſ. niſi ex aliis, lib. 1. Molpheſ. in conſuetud. Neapol. tit de renunc. qu. 2. num. 14. Io. Andr de Gior. alleg 33. num. 2.* Merl. *Pignatel. contron. 29. num 14. Amat. Dunozet. deciſ. 676. num. 24. & 25 tom. 1.*

31 Perſonalis autem renunciatio ſimpliciter, & abſolutè eſt quando non ſolum fuit renunciatum bonis, & hereditati alicuius certæ perſonæ, puta Matris, vel Patris, ſed etiam certarum intuitu, & contemplatione puta fratrum, tunc enim eſt adeo perſonalis, vt ſi fratres prædecedant, renunciatio ipſa corruat, nec renuncianti obſtat, quo minus ipſe met Patri, & Matri in eiſdem bonis maternis, & paternis, quibus renunciandum duxerat immediatè valeat ſuccedere, vt firmat *Bal. in l. pactum quod dotali quæſt. 4. num 3. vbi Dec. num 9. C. de collat. Caſtr.* Rom. *& ſcribentes in l. qui ſuperſtitis ff. de acquir. hered. Pariſ. conſ. 26. num 19. lib. 3. Molpheſ. ad conſuet Neapol tit. de renunciat. quæſt. 2. num. 5. 6. & 7. Sanchez ſuper Decalog. lib. 7. cap. 7. num. 17. & 19. Oſaſch. deciſ 98. num. 11. Surd. deciſ. 252. num. 4.* Rota *deciſ. 48. num. 18. poſt Merlin. de legit.*

32 Renunciatio demum perſonalis, vel realis ſecundum quid, ſiue mixta cenſetur illa, per quam fuit renunciatum hæreditati alicuius certæ perſonæ, non autem contemplatione certarum perſonarum, ſed ad fauorem hæredum, ac ſucceſſorum quorumcunque, ex quorum verborum prægnantia per mortem alicuius certæ perſonæ corruere non poteſt, ſed ad inſtar renunciationis, realis renuncians perpetuo excluditur à bonis, & hæreditate puta paterna, & materna fauore quorumcunque hæredum, etiam extraneorum ex teſtamento omniumque agnatorum ab inteſtato iuxta opinionem *Car. Anton. Put. poſt. conſil Oddi conſ. vnico num. 34. & 35. quem refert Sanchez. in Decalog. lib. 7. cap 7. num. 27. &* Rot. *deciſ 48. num. 19. poſt Merlin. de legit.*

33 In dubio verò renunciatio præſumitur potius perſonalis, quam realis, *Bero. conſ 170. num. 9. lib. 2.* Ruin. *conſ. 11. num. 10. lib. 1. vbi de communi teſtatur, Surd. qui alios allegat. conſ. 544 num. 5. verſ. & in dubio, & pluribus comprobat* Molpheſ *ad conſuetud. Neapol. tit. de renunciat quæſt. 3. num. 3. cum plurib. ſeq.* Rota *deciſ. 43. num. 11. poſt* Merlin. *de legit.*

34 Realis igitur, ſeu mixta cenſetur renunciatio ſimpliciter, & abſolutè, quando fuit renunciatum omnibus, & quibuſcunque bonis, vel hæreditatibus, & ſucceſſionibus quorumcunque, propriè vero perſonalis ſi tantum renunciatum fuit hæreditati, ac bonis paternis, & maternis, & cum expreſſa mentione perſonarum Patris, & Matris, quia ipſas perſonas Patris, & Matris non egreditur, & ad fratris hereditatem eiuſque bona trahi nullatenus poteſt, etiam ſi illa fuerint per fratrem habita ex ſucceſſione parentum, vt benè declarat *Menoch. conſ. 335. num. 37. & 38 & conſ. 401. num. 102. & 104.* Rot. *deciſ 48. num. 19. verſ. & in his terminis & 20. poſt* Merlin. *de legit.*

35 Siquidem renunciatio facta ſimpliciter etiam verbis generalibus bonis paternis, & maternis, vt etiam ad fraterna trahatur, requiritur ſpecialis mentio, vel ſaltem, quod id omnino veniat in neceſſariam conſequentiam expreſſorum *Caſſan. conſ. 24. num. 11. verſ. & licet, quem ſequitur Vrſil. ad Afflict. deciſ. 161. num. 4. Rot. deciſ. 48. num. 23. poſt Merl. de legit.*

36 Semper enim renunciatio eſt interpretanda ad fauorem renunciantis, vt illi minus noceat, quam ſit poſſibile *l. ſi domus ff. de ſeruit. vrb. præd. & in ſpecie docet Dec. conſ. 379. num. 4. Soc. ſen. conſ. 33. num 10. lib. 3. Burſ. conſ. 347. num. 44. Honded. conſ. 29. num. 93. & ſeq. lib. 1. Rota deciſ. 48. num. 24. poſt* Merlin. *de legit.*

37 Monaſterium autem ingrediens, quando ampliſſimam bonorum renũciationem fecit poſt emiſſam profeſſionem non poteſt amplius habere regreſſum ad bona renunciata, illorumque immiſſionem petere, etiam ſi poſtea tanquam incorrigibilis reijciatur à Religione, cum ex eius delicto conſequi non poſſit vtilitatem, & adhuc remaneat votum paupertatis, vnde non poteſt recuperare bona renunciata, & alteri acquiſita, *Sanchez ſuper Decalog. lib. 6. c. 9. nu. 34. & 45. Azor. inſtit. moral. lib. 12. cap. 16. qu 4. & firmauit Rota deciſ. 109. num. 4. 5. & ſeq.* vbi quod hoc procedat non obſtante diſpoſitione *Sac. Concil. Trid.* cum loquatur, quando quis ex diſpenſatione de incapaci Religione tranſit ad capacem, quia tunc recuperat ius ſuccedendi *p. 5. tom 1. recent.*

SVMMARIVM.

1 Rrnuncians nullum ius habens in bonis renũciatis, nullum ius tribuere poteſt.
2 Renuncians videtur voluiſſe rennnciare iuribus præſentibus, non autem de futuro præcipuè in dubio.
3 Amp. etiam ſi verba renunciarioois reſpicerent futurũ, quod quomodo procedat declaratur.
4 Limit. in renunciatione puellæ monaſterium ingredientis.
5 Limit. 2. ſi in renunclatione adiecta, ſint verba quandocunque, qualitercunque, & quaeunque cauſa, quæ comprehendunt etiam futura num. 6.
7 Limit. 3. ſi fuerit renunciatum legitimæ, & alijs etiam bonis, quę de futuro competunt, præcipuè ſi poſt hanc renunciationem fuerunt adiecta alia verba ampliſſima num. 8.
9 Limit. 4. in renunciatione rerum, in quibus nullum ius de præſenti renuncianti competit.
10 Limit. 5. ſi renuncians ſibi reſeruauit annuam præſtationem ab hæredibus præſtandam, vnde alijs bonis de futuro obuenien cenſetur renunciaſſe.
11 Renunciatio ex capite læſionis reuocari puteſt.
12 Facta fauore agnationis excludit læſionem. Amp. vt num. 13.
14 Facta de re dependenti à futuro euentu non eſt læſiua
15 Facta cauſa ingreſſus in Religionem, non dicitur læſiua.
16 Facta ex falſa cauſa eſt nulla.
17 Facta de hæreditate viuentis ipſo conſentiente propter dotem habitam, non eſt læſiua.
18 Facta de bonis maternis propter dotem habitam de paternis non eſt læſiua.
19 Non ſeruata forma Statuti Vrbis, quo ad ſolemnitates eſt nulla.
20 Solemnitates ſtatuti ſeruandæ ſunt etiam ſi filius contrahat, cum Patre. Contrar. num. 24. Diſtingue, vt num. 25.
21 Et ſi contrahat, cum conſenſu Patris debent interuenire conſanguinei ex latere Matris, vel Curator eorum defectu.
22 Parentes tranſeuntes ad ſecunda vota à tutela remouentur num 23.
26 Inſinuatio eſt neceſſaria in donatione inter Patrem, & filium.
27 Ampl. etiam in renunciatione.
28 Limit. ſi fuerit renunciatum iuri quærendo.

Rennuciatio, an & quando intelligatur de iuribus de præſenti, vel de futuro, & an in eadem detur læſio.

ADNOTATIO III.

1 RENunciatio facta de bonis, in quibus renunciãti tempore renunciationis nullum ius competebat, nullum pariter ius tribuere poteſt ad illius fauorem cui facta fuit renũciario, vtputa ſi filia ad fauorem fratris viuente Matre faciat renunciationẽ de bonis Maternis, in quibus, cum ea viuente nullũ ius competebat, nullumque pariter ius traſmittere poteſt in fratrem renunciatarium, ad textum expreſſum *in l. 1. § ſi impuberi abrogato verſ. ſed hoc ita demum de collect. & in l. 1. ff. de hæred. vel act. vend. l. 2. §. interdum ff. de vulgar & pupillar. & notat Surd. conſ. 133. num. 18. Cancer. var. reſol. cap. 15. num 49 p. 3. franc dec. 62. num. 3. Rot. in Romana Cambij 19. Iunij 1651. §. nec refert ceram Reyas.*

2 Renonciatio in dubio cenſetur voluiſſe renunciare iuribus præſentibus, non autem de futuro *Felin. in cap. ſi diligenti num. 33. verſ. decimo fallit. de foro competen. Bart. in l. qui Roma §. duo fratres num. 19. ibique Iaſ. num. 69. Rip. num. 47. Bolognet. nu. 110. verſ. quinto ampliat ff de verb. oblig. Dec. in l. 1, nu. 32. vbi etiam Rip. num. 26. C. de pact. Grat. conſ 173. num. 44. lib. 1 pulchre Bald. conſ. 38. num. 1. verſ. tertia ratio, & verſ. quinta. & ſexta ratio lib. 2. Dec. conſ. 86. num. 4. verſ. ſed tantum bis non obſtantibus* Rimin. *iun. conſ. 202. num 79. & ſeq. Boer. dec. 147. num. 12. Rot. dec. 624. num. 2. p. 2. & dec. 523. num. 10. p. 4. tom. 3. recen.*

3 Amp. procedere etiam ſi verba renunciationis reſpicerent futurum, ſcilicet ſi facta fuerit renunciatio omnium iurium, ſibi competentium, & competendorum in futurum, nam tunc nec cenſetur renunciatum iuri acquirendo, ex noua cauſa de futuro, & ignorata, ſed tantum illi iuri, quod tunc ex cauſa, de qua agebatur competebat, vel ex eadem cauſa, quæ de futuro competere poterat, vel intelligitur de iure de futuro habente tamen cauſam de præterito, cum actus non debeat operari vltra intentionem agentis *l. 2. ff. de ſtatu libero, & notatur in l. tres fratres ff. de pact. in l. mater ff. de inof. teſtam. & in l. 1. §. decretalis ff. de ſucceſſ. edict. Bart. in l. qui cum tutoribus ff. de tranſact. & in l. 1. quod ſeruius per illum text. ff. de condit. ob cauſ. & in l. ſi vxor §. diuus ff. de adult. & in l. qui rebus §. duo fratres in 6. qu. ff. de verb. oblig. ibique latè Rip. in eodem §. duo fratres num. 11. Burſat. conſ. 347. nu. 19. & ſeq. Menoch. conſ. 749. num. 11. & ſeq. Aldobr. conſ. 60. num. 2. Surd. conſ. 15. num. 28. & conſ. 418. num. 24. Anton. Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. p. 4. tit. de renunciat. qu. 6. num. 23. Corbul. de iure emphyteut. tit. de cauſ. priuat. ob renunciat. à num. 18. Peregr. de fideicom. art. 52. nu. 35. Cirias. controuerſ. 292. num. 8. Miſſinger. pract. obſer. cent. 2. obſer. 7. ſub num. 4. verſ. etiam ſi renunciauerit iuri, quod habet, vel habere ſperat, quia intelligitur ex cauſa tunc ſubſiſtente Giurba dec. 42. num. 5. verſ. renunciatio non extenditur Boer. dec. 147. ſub num. 12. verſ. licet quis renunciet Viui. dec. 316. num. 11. verſ. renunciatio minimè Afflict. dec. 350. num. 4. verſ. iſta renunciatio Beltram. in adnot. ad dec. 265. Greg XV. lit. A. Paul. de Rub. qui copioſe alios allegat. in adnot. ad dec. 523. num. 3. p. 4. tom. 3. recen. Rot. dec. 549. ſub num. 3. verſ. renunciatio iuri de futuro p. 1. dec. 782. ſub num. 2. verſ. quia illud p. 2. recen. & dec. 340. num. 6. verſ. renunciatio non extenditur coram Caualc. & dec. 543. num. 27. & 28. p. 5. tom. 2. recen.*

4 Limit. in renunciatione puellæ monaſterium ingredientis ad effectum profeſſionis, quæ cum ſoleat de conſuetudine ſucceſſioni parentum ab inteſtato, recepta dote congruente, pro monaſterio, renunciare, oritur præſumptio voluntatis renunciandi ſucceſſioni etiam ex cauſa de futuro *Bellon. ſen. conſ. 15. num. 8. & 9. Pariſ. conſ. 26. num. 45. & conſ 69. num. 70. lib. 3. Vaſquez. de ſucceſ. creat. lib 2. §. 18. num 100. & ſeq. Franc. dec. 375. Panzirol. conſ. 62. num 14. Rot. dec. 714. num. 2. & 9. p. 2. & dec. 141. num. 1. p. 5. tom. 1.*

5 Lim. 2. ſi in renunciatione adiecta fuerunt quandocunque, qualitercunque, & quacunque cauſa, quæ ſunt adeo prægnantia, vt comprehendant futura, etiam ex cauſa de futuro *Bart. in l. ſi de certa C. de tranſact. ibique Iaſ. num. 6. Dec. in l. 1. num. 32. C. de pact. Rip. in l. qui Roma § duo fratres nu. 11. & 77. vbi Bart. num. 19. ff. de verb. oblig. Panzirol. conſ. 62. num. 8. Menoch. conſ. 401. num. 119. Mon-*

del.

Digitized by Google

del. conſ. 11. num. 17. Curt. inn. conſ. 101. num. 8. & 9.

6 Etenim non poſſunt verificari verba ex quacunque cauſa, ſi fieret reſtrictio ex cauſa de præſenti vel de præterito, ac proinde ne reddantur fruſtratoria, ſed operentur ſuum effectum, important etiã ex cauſa de futuro, poſt obitum puta parentum, & renonciatariorum l. ſi ſtipulatus ff. de vſur. Bald. in rub. num. 9. C. de contrahend. empt. Hond. conſ. 49. num. 14. & 15. lib. 1. Rot. dec. 141. num. 3. & 4. p. 5. tom. 1. recen.

7 Lim. 3. ſi fuerit renunciatum legitimæ, quæ cum debeatur de iure naturæ multo magis cenſetur renunciatum alijs bonis, nam ex huiuſmodi renunciatione arguitur mens renunciandi ex cauſa de futuro, cum legitima non in vita parentum, ex quo nullum ius viuente Patre, de præſenti competat, ſed poſt obitum debeatur l. 1. § ſi impuberi ff. de collat. bono Bart. in l. poſt emancipationem § 1. num. 1. ff. de libert. legat. Bec. conſ. 34. num. 17. Paul. de Monte Pic. conſ. 98. in fi. Surd de aliment. tit. 1. qu. 35. num. 14. Rot. dec. 141. num. 5. p. 5. tom. 1. recen.

8 Præcipuè ſi poſt renunciationem legitimæ addãtur verba ampliſſima, & prægnãtia, nempè, ſeu alias quomodocunque, qualitercunque, & quacunque de cauſa, cum dicta verba ex ſui natura amplient diſpoſitionem in iuribus maioribus, & diuerſis à legitima etiam ex cauſa de futuro Soc. ſen. conſ. 300. num. 2. lib. 2. Hond. conſ. 49. num. 14. lib. 1. Aym. conſ. 294. num. 1. & ſeq. Roland. conſ. 27. num. 15. 18. & 19. lib. 4. Rot. dec. 149. num. 3. p. 1. dec. 714. num. 5. p. 2. & dec. 141. num. 7. p. 6. tom. 1. recen.

9 Limit 4. in renunciationibus ampliſſimis factis à filia, quę ne euaneſcant, in ſucceſſione parentum ab inteſtato, ex cauſa de futuro, verificari debent, quia de præſenti in bonis parentum viuentium nullum ius filiæ competit, niſi ex cauſa de futuro, pręcipuè ſi legitimæ augumentatiuè fuerit renunciatum Dec. conſ 288. nu. 16. verſ. tertio quod iure Menoch. conſ. 6. num. 15. & conſ. 335. num. 16. & 17. & conſ. 749. num. 13. & 15. Hond. conſ. 63. num. 88. lib. 1. Pariſ. conſ. 26. num. 44. & 45. & conſ. 69. num. 65. lib. 2. Curt. inn. conſ. 49. num. 14. Rota dec. 714. nu. 9. in fi. p. 2. recen. & dec. 141. num. 7. p. 5. tom. 1. recen.

10 Lim. 5. ſi filia poſt obitum Patris, ad cuius fauorem renunciauit, reſeruauerit ſibi annuam præſtationem faciendam ab hæredibus Patris, à quibus ſe diſtinxit per præſtationem ipſam recipiendam ab ipſis hæredibus, Menoch. conſ. 215. num. 69. & 70. quod ſi habeat tractum ſucceſſiuum ad futurum tempus, renunciatio comprehendit iura etiam ex cauſa de futuro Rot. dec. 714. num. 1. in fi. p. 2. & dec. 142. num. 8. & 9. p. 5. tom. 1. recen. vbi num. 10. animaduertit, quod reſeruatio facta in caſu mortis Patris confirmat renunciationem ad fauorem hæredum in omnibus bonis per textum in l. in his ff. de leg. l. nam quod liquide §. fi. ff. de pen. legat. Pariſ. conſ. 69. num. 58. & 67. lib. 3.

11 Vbi autem renunciatio redditur læſiua reſcindi, & reuocari poteſt, filia igitur ſi per renunciationem factam fuerit enormiter læſa, vt quia pater habet in bonis decem millia, & ipſa habuerit in dotem ducenta, non obſtante dicta renonciatione poteſt ex capite enormiſſimæ læſionis contrauenire, petita prius abſolutione à iuramento plenè Dec. conſ. 281. & conſ. 89. Corn. conſ. 247. vol. 4. relat per Marant. diſ. 10. num. 42. poſt eius prax. Rot. dec. 102. num. 1. & 2. p. 2. diuerſ. dec. 318. num. 1. & 2. p. 8. recen. & in Romana donationis 16. Martij 1643. coram Bichio relat. in Romana renunciationis 23. Maij 1650. § quarto denique coram Card. Cerro.

12 Renunciatio tamen facta fauore agnationis tãquam emanata ex cauſa pia, & laudabili quamcunque remouet læſionis ſuſpicionem Rot. in Romana renunciationis 23. Martij 1650. §. fi. coram Cerro faciunt tradita per Greg. XV. dec. 120. num. 12. & ſeq. & in recen. dec. 74. num. 23. p. 5. tom. 1. recen.

13 vbi quod concordia, ſeù tranſactio facta prò manutenenda mutua fraterna dilectione, & conſeruandis bonis in familia excludit læſionem Honded. conſ. 49. num. 18. & 19. lib. 1. & conſ. 34. num. 46. lib. 2. Greg. XV. dec. 286. num. 11. Rot. dec. 715. num. 6. p. 2. recen.

14 Prout etiam renunciatio iuri non purificato, ſed à futuro euentu dependenti, non poteſt dici læſiua, cum illud ius nihil tribuat actu, ſed tantum tribuat aliquam ſpem remotam, quæ dependet ab incertitudine, quæ excludit læſionem Rot. in Romana renunciationis 24. Ianij 1649. § fi. coram Card. Otthob. confirmata 23. Martij 1650. § fi. coram Card. Cerro.

15 Ita pariter in renonciatione, quæ fit cauſa ingrediendi Religionem Deo famulandi, & perpetuã paupertatem profitendi non conſideratur læſio, etiã quod renuncians modico accepto ſpem opulentiſſimæ hæreditatis, nec non ingens patrimonium præſens remiſerit, alias renunciatio eſſet contraria factis Couar. in cap. quamuis §. 2. num. 5. de pact. poſt Dec. conſ. 31. num 5. verſ. non obſtat Aym conſ. 106. num. 1. Rot. dec. 714. num. 9. circa med. verſ. atque bene in ſimilibus p. 2. recen.

16 Facta verò ex falſa cauſa tamquam erronea remanet nulla, tam ex defectu conſenſus renunciantis, quam ex defectu decreti Iudicis in renunciatione mulieris, vel minoris appoſiti, vti fundati in huiuſmodi falſa cauſa iuxta opinionem, quam paſſim ſequitur Rota, & in ſpecie in dec. 146. nu. 4. p. 8. recen. & in Ariminen ſucceſſionis prima Febr. §. neque putarunt, & 23. Iunij §. ſed obijciebatur 1664. coram Emerix.

17 Si autem fuerit renunciatum bonis, & hæreditati viuentis, ipſo tamen conſentiente, & ſic ſuper iure quæſito, non poteſt impugnari ipſa renunciatio ex capite læſionis, etiam enormiſſimæ, præcipuè, ſi filia renuncians ad fauorem patris fuerit aliunde competenter dotata, vt reprobato Couar. contrariũ ſentiente comprobat Caſtil. contron. quotid p. 3. cap. 2. num 63. & 64. Syluest Aldombran conſ. 26. num. 110. & plurib. ſequen. Corn. conſ. 11. num. 20. verſ. nec ſupradictis deciſionibus lib. 3. Pariſ. conſ. 26. num. 81. & ſeq. lib. 3. Dec. conſ. 6. num. 52. lib. 1. Galerat. de renunciat. lib. 3. cap. 2. num 57. verſ. altero caſu ferentil. in adnot. ad Burat. dec. 894. num. 6.

18 Item filia dotata ex bonis paternis ſi renunciet maternis, cum iuramento valet renunciatio, nec datur læſio Bald. in l. fi. num. 3. C. de Bon. quæ lib. Galerat. de renunciat. qui alios allegat. dicto cap. 2. nu. 67. Ferentil. in addit. ad Burat dec. 894. num 7.

19 Mulieris vero renunciatio non ſeruata forma ſtatuti de contractibus mulierum, eſt nulla, & præſu-

mitur dolo, & fraude contracta, iuxta diſpoſitionem ſtatuti *Vrbis lib.1. cap.151. Cabr. conſ.6. nu.2. lib.2. Bald. conſ.198. num. 1. lib. 5. Pariſ. conſ. 98 num.77. & 78. & conſ. 99. num 25. vol.1. Burat. dec. 120. num. 1. & 2.* vbi quod hoc eſt indubitatum, cum ſtatutum habeat cauſam annullatiuam, ex qua cenſetur data forma, & præſumat iuramentum fraude, & dolo extortum.

20 Et huiuſmodi ſolemnitates requiruntur, etiam quando filius contrahit, cum Patre *Rot. dec. 120. nu. 30. ibique Adden. num. 40. coram Burat. & dec. 177. num. 2. p. 1. recen.* vbi quod hæc ſit magis vera, & recepta, prout etiam teſtatur *Adden. ad Greg. XV. dec. 334. num. 10.*

21 Præcipuè attenta diſpoſitione ſtatuti *Vrbis lib. 1. cap.151.* quod non confidit in patre, dum diſponit, quod ſi mulier, vel minor ſit ſub patria poteſtate vocentur coniuncti proximiores ex latere Matris, ſeu ex linea materna, & in eorum defectum Curator, & nihilominus præſentia patris interueniat, & ſic vltra præſentiam patris requirit propinquos ex latere materno, vel Curatorem, vnde ſi non confidit, quando minor contrahit cum extraneo multo minus, quando cum ipſo Patre *Burat. deciſ. 120. num. 31, 32. & 33.* vbi quod iſta confidentia multo magis ceſſet in Patre, qui tranſiuit ad ſecunda vota cum in eo præſumatur mutata affectio,
22 qua etiam ratione à tutela remouetur, iuxta textum in *l. lex quæ tutores §. fin. C. de adminiſt. tutor. & in §. mater. Auth. de nupt.* quæ licet loquatur in
23 Matre, eadem tamen ratio videtur militare in Patre, qui ſuperinduxit Nouercam, de cuius delinimentis lex ſuſpicatur *l. 4. ff. de inof. teſtam. vbi notant Odophr. Alber. Bart. & Angel.* quam ſententiam amplectitur etiam *Curt. ſen. conſ. 27. num. 36. verſ. tum quia, & conſ. 47. col. 3. in prin. Card. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 23. num. 13. Burat. d. dec. 120. num. 33. & 34.*

24 Contrarium, quod ſtante ſtatuto prohibente minorem, aut mulierem contrahere ſine certa ſolemnitate, non habeat locum quando minor, vel Mulier contrahit cum Patre, *latè Gabr. de ſtatut. conclu. 2. Gregor. XV. deciſ. 334. num. 3. vbi de magis recepta Doctorum ſententia.*

25 Poteſt tamen hæc opinionum contrarietas conciliari, vt prima procedat, quando ſtatutum loquitur generaliter, vel vniuerſaliter, ſi minor, vel mulier contrahat cum quacumque perſona, nam tunc tenetur ſeruare ſolemnitates, licet minor, vel mulier contrahat cum Patre, vel Matre, ſecunda verò procedit, quando ſtatutum ſimpliciter tantum requirat ſolemnitates ſecundum, *Gabr. de ſtatut. concluſ. 2. num. 8. poſt Dec. in l. pactum quod dotali in fi. C. de collat. Gratian. diſcept. 781. num. 11. Ferentil. ad Burat. deciſ. 120. ſub num. 40. Card. Canale deciſ. 442. num. 7.* vbi in puncto de ſtatuto Vrbis, quod loquatur generaliter, & vniuerſaliter

26 Inſinuatio rameo ſemper eſt neceſſaria in donatione inter Patrem, & filium *l. lata C. de donat. l. donationes quas parentes C. de donat. inter virum, & vxorem Pute. deciſ. 136. num. 1. lib. 2. Rota deciſ. 334. num. 4. coram Gregorio XV. & deciſ. 8. nu. 11. poſt Pie. ad ſtatutum Vrbis.*

27 Quod procedit etiam in renunciatione, & donatione facta à filia ad fauorem Patris, *Greg. XV. deciſ. 334. num. 5.*

28 Limita quando fuerit renunciatum iuri quærendo, per quam principio ſolum acquiſitionis obuiatur, itaut renuncians non efficiatur pauperior, nam, tunc cum non poſſit dici vera donatio in ſtatuto comprehenſa, non indiget inſinuatione, cum ad hunc effectum duo copulatiue requirantur, ſcilicet, quod donans fiat pauperior, & donatarius locupletior iuxta textum in *l. ſi ſponſus §. hoc autem & §. fin. & l. quod autem §. 1. ff. de donat. inter virum, & vxorem Mantic. de tacit. & ambig. lib. 21. tit. 4. num. 59. Rota deciſ. 293. num. 18. 19. & 20. p. 6. recen.*

PRAENESTINA FIDEICOMMISSI.

ARGVMENTVM.

CAducato primo ſubſtitutionis gradu ſubſequentes expirant, præcipuè ſi dependent, & reſtringantur in caſu purificationis præcedentis. Dependentia elicitur ſi emanauerint per modum continuati ſermonis, & ſi fuerint adiecta verba reſtrictiua *tunc*, *& eo caſu*, eoque magis ſi fideicommiſſum fuit nominatim relictum, ex veriſimili tamen mente teſtatoris fideicommiſſum extenditur de caſu, ad caſum.

Subſtitutio concepta per verba communia facientia menſionem de morte importat compendioſam, quæ continet vulgarem, cuius vigore, caducato per prædeceſſum gradu antecedenti, ſubintrat ſubſequens maximè fauore piæ cauſæ.

Subſtitutio quando dicatur nominatim facta, & quæ ſit differentia inter vulgarem, & fideicommiſſariam prolixè exaratur;

SVMMARIVM.

1 Perempto primo ſubſtitutionis, grado non habet locum ſecunda ſubſtitutio Contrar. num. 10. & 11.
2 Amp. præcipuè ſi ſecunda ſit reſtricta in euentum purificationis primæ.
3 Amp. etiam ſi fuerit deuentum ad plures ſubſtitutionis gradus, dummodo vna dependeat in caſu purificationis antecedentis.
4 Amp. vt dependentia vnius ſubſtitutionis ab alia eliciatur, ſi emanauerint per modum continuati ſermonis.
5 Amp. eo magis ſi ſubſtitutio fuit concepta per verba reſtrictiua tunc, & eo caſu.
6 Amp. etiam ſi agatur fauore piæ cauſæ.
7 Subſtitutio nomioatim facta ab eo, in cuius perſona fuit facta caduca, non habet locum.
8 Fideicommiſſum ad certos gradus reſtrictum illis deficientibus expirat, & poſſunt bona ab vltimo vocato alienari.
9 Expirat per prædeceſſum vocatorum.
12 In ſubſtitutionibus, ſiue directis, ſiue fideicommiſſarijs, perempto primo gradu, ſubintrat ſecundus.
13 Ampl. præcipuè concurrente veriſimili mente teſtatoris.
14 Fideicommiſſum ex veriſimili mente teſtatoris extenditur de caſu ad caſum.
15 Subſtitutio concepta per verba communia, & indefini-

ta

ta facientia menſionem de morte eſt compendioſa.

16 Subſtitutio compendioſa continet vulgarem.

17 Subſtitutus in vim vulgaris contentæ in compendioſa ſubintrat in locum primi peremptì, & caducati, & num. 18.

19 Siue vnus, ſiue plures gradus caducati fuerint.

20 Fideicommiſſum fauore piæ cauſæ non eſt odioſum, ſed fauorabile.

21 Subſtitutio per prædeceſſum antecedentis gradus non caducatur, licet fuerint adiecta verba tunc, & eo caſu, ſi ex veriſimili mente teſtatoris extendantur de caſu ad caſum.

22 Dictio tunc, & eo caſu non reſtringunt diſpoſitionem, ſed ſtant demonſtratiuè.

23 Subſtitutio concepta per verba tunc, & eo caſu regulatur ſecundum caſum euenientem, ſiue fideicommiſſariæ, ſiue vulgaris.

24 Dictio tunc de ſui natura non eſt reſtrictiua, nec taxatiua, ſed declaratiua, & demonſtratiua.

25 Subſtitutio non caducatur per prædeceſſum anterioris gradus, niſi copulatiuè concurrant verba reſtrictiua, & quod onus reſtitutionis fuerit nominatim iniunctum antecedenti ſubſtitutioni, & nu. 26

27 Subſtitutio quando dicatur nominatim facta.

28 In ſubſtitutione vulgari non procedit diſpoſitio l. Celſus ff. de legat. 2.

29 Compendioſa non continet vulgarem, quando confertur poſt acquiſitam hæreditatem.

30 Subſtitutio fideicommiſſaria non habet locum, niſi impleta conditione, ſub qua vocatur.

31 Differentia inter fideicommiſſariam, & vulgarem, quæ ſit traditur.

32 Reſtituere non grauatur, qui prius non habuit.

33 Subſtitutio facta cum dictione *caſu quo* importat vulgarem, ſed ſi fuerit adiecta dictio in *caſu prædicto* importat fideicommiſſariam.

34 Subſtitutio in dubio intelligitur de vulgari, & non de fideicommiſſaria.

35 Verbum ſubſtituit eſt commune.

36 Et continet vulgarem.

37 Compendioſa inducitur ex verbis facientibus menſionem de morte.

Continet vulgarem, & fideicommiſſariam ibidem.

DECISIO VIII.

TEſtamento, quo deceſſit Alexander Celſus ſuum hæredem vniuerſalem inſtituit Dominicum ex Agabito filio prædefuncto nepotem, & poſt eius obitum ſubſtituit eius filios, & deſcendentes maſculos legitimos, & naturales de vno in alium vſque in infinitum, eoſque ad inuicem ordine ſucceſſiuo vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum ſubſtituit, quibus deficientibus eodem ordine ſucceſſiuo ſubſtituit ex Aſcanio altero germano fratre nepotes, quibus pariter ſubſtituit aliorum fratrum nepotes, & omnium maſculorum defectu vocauit filias fœminas proximiores de domo, & Cyppo ipſius teſtatoris, quibus demum, ſeu vltimæ morienti ſubſtituit Venerabilem Eccleſiam Cathedralem Diui Agabiti Præneſtinæ Ciuitatis.

Mortuo teſtatore obijt etiam Dominicus primo inſtitutus, & vltimo loco præmortuis omnibus alijs inſtitutis, & ſubſtitutis, tam maſculis, quam fœminis R. D. Horatius filius præfati Dominici in ſacerdotali ordine conſtitutus, ob cuius obitum dubitari contingit, an fuerit factus locus ſubſtitutioni, ſeu apertum fideicommiſſum ad fauorem præfatæ Venerabilis Eccleſiæ, vel potius caducata remanſerit huiuſmodi ſubſtitutio ob prædeceſſum antecedẽtis gradus fœminarum, vnde coram me inſtantibus RR. DD. Canonicis introducto iudicio.

1 Magnum prò caducatione conſtituebatur fundamentum pro parte Venerabilis Congregationis Clericorum à Præfato Horatio ſibi hæredis ſcriptæ in regula, quod caducato primo gradu ſubſtitutionis, eoque perempto, ſubſequentes expirent, & locum amittant, vt habeantur prò non ſcriptis, cum deſtructo medio, per quod deuenitur ad finem, deſtruatur etiam ipſe finis, *ad text. in l. penult. ff. de vulgar. & pupillar. late Alex. conſ. 1. nu. 9. & 10. lib. 1. Gabr. conſ. 95. num. 25. lib. 2. & tradunt alij Doctores relati per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 979. num. 3. & plurib. ſequen. tom. 5. Vrgellen. decis* 339. *nu.* 69.

2 Præcipuè in præſenti quia huiuſmodi vltima ſubſtitutio eſt dependens, & reſtricta in euentum, ſeù ſub conditione purificationis caſus præcedentis ſubſtitutionis fœminarum, qui ſubſtitutionis caſus cum non euenerit, ex talis conditionis defectu penitus euaneſcere debet, eo quod ex inutili ſubſtitutione non poſſit aliquid capi, tamquam ſubſtitutio inutilis non faciat aliam vtilem iuxta *conſilium Olrad.* 177. *per textum optimum in l. qui habebat, quæ eſt penultima ff. de vulgar. & pupillar. l. cum in teſtamento in prin. ff. de hæred. inſtit. l. ſi mater. §. fi. vbi Iaſ. in 2. notab. ff. de vulgar. & pupillar. Oſaſch. conſ. 74. num. 20. Ceph. conſ. 649. num. 79. Menoch. conſ. 126. num. 1. & ſeq. Peregrin. conſ. 55. per tot. lib. 2. Burſat. conſ. 19. num. 15. & 22. Honded. conſ. 49. num. 50. Natta conſ. 676. nu. 26. Gratian diſcept. 979. num. 7. & 8.* vbi quod ſi teſtator vocauit vltimum ſubſtitutum ſub conditione obitus primi nominati, & conditio non extiterit, cenſeatur facta ademptio vocationis ſub contraria conditione per *text. in l. ſi alij verſ. ſi legatũ pure ff. de adim. legat. l. pecuniam ff. ſi cert. petat. l. quod pura ff. quando dies legat. ced. Surd. late conſ. 279. nu. 10. & ſeq. Rol. conſ. 58. num. 56. vol. 3. Ancbar. conſ. 137. ſub num. 2. Pariſ. conſ. 87. num. 37. lib. 2. Petra de fideicom. qu. 6. num. 7. Theſaur. deciſ. 86. in fi. optime idem Surd. deciſ. 144. num. 13. & 14. Rota deciſ. 519. num. 2. p. 8. deciſ. 149. nu. 1. p. 7. recen. deciſ. 339. num. 21. & ſeq. coram Durano*, ac proinde vltimus ſubſtitutus non eſt admittendus, ſi in forma ſpecifica adimpleri non potuit conditio, per contrarium euentum, ſeù per talem ordinem mortis conuerſæ, vt ſubdit idem *Gratian. diſcept. 979. num. 11. 12. & 13. tom 5. iuxta text. quem allegat. in l. Meuius in prin. in l. Pater Seuerinam ff. de condit. & demoſt. l. qui hæredi ff. eod. tit.*

3 Nec contrarium ſuadere poſſe videtur quod fuerit deuentum ad plures ſubſtitutionis gradus, quia cum emanauerint ſub illa conditione quatenus antecedens proxima ſubſtitutio locum habuerit, & quælibet dependeat ab immediata præcedenti ſubſtitutione, veniunt propterea intelligendæ retento eodem Themate ſcilicet purificationis præcedentis conditionis *l. ſi mater § 1. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. copioſè Peregrin. de fideicom. art. 15. ſub num. 28. & art. 29. num. 29. Fuſar. de ſubſtit qu. 480. num. 6. ample. Rota dec. 118. per tot. p. 1. deciſ. 830. num. 1. p. 2. diuerſ. deciſ. 486. num. 7. & 9. verſ. & etiam deciſ. 519. num. 2. p. 1. deciſ. 538. num. 5. verſ. ratio autem p. 2. recen.*

4 Dependentia autem ſubſtitutionum, cum reſtrictione cuiuslibet ad proximum immediatum caſum deſumitur ex earum ſerie, totiuſque teſtamenti

con-

Digitized by Google

contextu, vt pote quia emanauerint per modum continuati ſermonis, ac per copulam *&*, cuius natura eſt iniungere copulata cum ſuis qualitatibus, optimè *Ancar. conſ. 137. num. 2. Menoch. conſ. 139. num. 18. lib. 4. Peregr. de fideicom. art. 15. ſub num. 31. Duran. deciſ. 339. num. 33. verſ. & patet ad 2. Rota deciſ. 330. num. 2. p. 2. diuerſ. deciſ. 519. nu. 3. p. 1. recen.*

5 Fulciuntur prædicta fortiſſima quoque ratione, quia qualibet ſubſtitutio fuit concepta per verba *tunc, & eo caſu*, quæ tamquam reſtrictiua, & limitatiua, non recipiunt extenſionem, ſed potius reſtringunt ipſas ſubſtitutiones ad præcedentem caſum; vt non niſi limitatum parere poſſint effectum, vt tradunt *Doctores relati per Gratian. diſcept. 749. nu. 14. 15. & 16. tom. 5. Anchar. conſ. 356. nu. 3. verſ. 3. hoc probatur Rol. a Vall. conſ. 70. num. 13. & ſeq. vol. 3. & conſ. 38. num. 38. ante fi. cum ſeq. & conſ. 39. num. 17. & 18. lib. 4. Pariſ. conſ. 92. nu. 11. vol. Dec. conſ. 336. num. in fi. late Peregrin. de fideicom. art. 29. ſub num. 15. & 28. bene Menoch. conſ. 394. num. 19. lib. 4. Canale. deciſ. 454. ſub num. 7.* Rota *deciſ. 490. ſub num 4. p. 4. diuerſ. deciſ. 519. ſub num. 3. p. 1. & dec. 419. nu. 6. p. 5. tom. 2. recen.*

6 Neque videtur obeſſe, quod agatur fauore piæ cauſæ, quia ſtantibus dictis verbis reſtrictiuis, non eſt admittenda extentio etiam fauore piæ cauſæ, dum eius ſubſtitutio dependet ab antecedentibus, ſuumque debeat ſortiri effectum, quatenus euenerit caſus purificationis, ſeu ſucceſſionis aliorum vocatorum, ac ſubſtitutorum, & non in euentum, ſi omnes ſubſtitutiones euaneſcant, vel quod omnes inſtituti, & ſubſtituti, quandocunque deficiant, vt comprobat *Anchar. conſ. 137. ſub num. 2. & 3. Menoch. conſ. 399. num. 16. 17. & 18. lib 4. Peregr. de fideicom. art. 15. num. 30. & 31. late* Cranet. *conſ. 93. num. 5. & plurib. ſequen. prout etiam ſenſit Rot. dec. 125. num. 4. in fi. p. 1. recen.*

7 Additur vlterius, quod Eccleſia fuit nominatim ſubſtituta fœminis, *ibi tunc vltima morienti ſubſtituit*, & quando fideicommiſſum fuit nominatim relictum ab eo, in cuius perſona ſubſtitutio fuit facta caduca, cui tantum ſecundus fuit ſubſtitutus, non vero primo inſtituto, relictum à primo ſubſtituto, in quo caducitas euenit non cenſetur repetitum ab eius ſubſtituto *l. Celſus § quod alicuius ibi quod alieni hæredis fideicommittitur ff. de legat. 2. l. ſi plures ff. de legat. 3. Peregr. de fideicom. art. 15. num. 26. Fuſar. de ſubſtit. qu. 409. num. 54. Pænia dec. 593. num 7. & 8. & dec 692. num. 2. tom. 1. Rot. dec. 332. num 8. p. 2. recen. in Sabinen. ſeu Farfen. fideicommiſſi 2. Martij 1640. § tota igitur difficultas coram Bichio.*

8 Ex ijs ſequitur dictum Horatium tamquam in eius perſona expirauerit fideicommiſſum, amplam habuiſſe facultatem diſponendi, & alienandi bona, ſibi ex Aui hereditate delata tamquam effecta libera, onerique fideicommiſſi minimè obnoxia, vt diſponit *text in l. cum pater § liberis & l. qui ſolidum §. penult. vbi glo. Bart. & DD. ff. de legat. 2. Soccin. conſ. 63. ſub num. 17. verſ. ex quibus infero lib. 3. Dec. conſ. 182. num. 1. late Surd. conſ. 284. num. 19. lib. 2. & conſ. 305. num. 53. lib. 2. Gabr. conſ. 132. nu. 61. & 62. Peregr de fideicom. art. 72. num. 2. Merlin. dec. 406. num. 12. & 13. Rot. dec. 203. num. 1. verſ. vnde in tract. & num. 8. in fi. p. 2. dec. 286. nu. 12. p. 5. tom. 1. recen.*

9 Fideicommiſſum autem, non eſt dubium, quod expiret per prædeceſſum ſubſtituti, aliorumque vocatorum, & bona remaneant libera in perſona hæredis, & ad quoſcunque tranſmiſſibilia, tamquã de medio ſublatæ perſonæ, quibus reſtitutio fieri deberet *l. qui ſolidum §. prædium. vbi glo. ff. de legat. p. l ſi ab eo ff. de vſufruct. legat. l. 1. §. pro ſecundo C. de Caduc. tollen. l. 1. & ibi DD. C. de his, quæ ante aper. tabul. Dec. conſ. 182. n. 1. Natta conſ. 198. n. 4. & conſ. 551. n. 32. Pariſ. conſ. 63. n. 4. lib. 3. Burſat. conſ. 1. num. 3. lib. 1. Fuſar. de ſubſtit. q. 565. num. 1. Greg. XV. dec. 542. num. 8.*

10 Quę licet valdè vrgeant, contrariam tamen viſum fuit præualere ſententiam, quoniam perempto primo ſubſtitutionis gradu, vel caduco effecto, intrat, & admittitur gradus ſubſequens, & vltimus ſubſtitutus efficitur primus, quando perſona primi quoquomodo de medio ſubducitur, & reputatur perinde, ac ſi in præcedenti gradu facta fuiſſet ſubſtitutio, non quia ſuccedendum ſit ſubſtituto in gradu perempto contento, ſed hæredi, ac ſi illi ſubſtitutus fuiſſet, & præcedens gradus factus, non fuiſſet *ad text. in l. 1. §. pro 2. C. de caduc. tollen. l. Cohæredi in prin ff. de vulgar. & pupillar. l ſi Titius ff. eod. tit. iuxta doctrinam* Bart. *in l. quandiu le 3. qu. 68. num. 10. ff. de acquirend. hæred. vbi tradunt communiter Doctores, & hanc Bart. doctrinam* vti veriorem, & communiter receptam, ſequendam eſſe tradit *Gratian. & DD. per eum relati diſcept. 979. num. 21. vſque ad 26. Gabr. conſ. 155. num. 3. lib. 1.* Rot. *dec. 332. num. 6. & 7. confirmata dec 403. num. 6. p. 2. dec. 185. num. 1. 2. & 3. p. 7. recen. & dec. 113. num. 1. coram Emin. Card. Otthob. dec. 299. num. 19. coram Carillo dec. 339. num. 70. coram Durano & comprobat And. col. controuerſ 46. num. 4.*

11 Caducitas autem antecedentis gradus, non ſolũ non impedit, quominus fideicommiſſum debeatur ſequenti, verum etiam eidem viam aperit, & facit, vt debeatur, cum ſatis ſit ad hunc effectum hæreditatem aditam fuiſſe ab ipſo grauato, vt in præſenti à Dominico, & ab Horatio adita fuit, penes quem fideicommiſſum caducum remanſit, cum onere reſtituendi ſequentibus ſubſtitutis, & ſic Eccleſiæ Diui Agabiti *Gabr. conſ. 125. num. 8. & 10. lib. 1.* Rot. *dec. 332. num. 7. & dec. 403. num. 11. p. 2. dec. 579. num. 1. & plurib. ſeq. p. 4. tom. 3. recen.*

12 Quod procedit, non ſolum in ſubſtitutione directa, quæ fauore teſtamenti ſolet plenius interpretari, ſed etiam in fideicommiſſarijs, in quibus perempto primo gradu ſubintrat ſecundus, & ſequentes ſuccedunt perindè, ac ſi fuiſſent hæredi immediatè ſubſtituti *l. vnica § pro 2. C. de caduc. tollen. l ſi ab eo vbi Bart. & alij ff. de vſu, & vſufruct. legat. l. Gallus §. & quid ſi tantum in verbo emancipatus eſſet in fi. vbi notant Bart. & Doctores ff. de lib. & poſt. late Surd. conſ. 347. ſub num. 23. verſ. tertio reſpondeo, & num. 29. Gabr. conſ. 117. num. 10. lib. 1. Laderch. conſ. 72. num 4. & 7. verſ. quarto, & ſeq. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6 tit 14. nu 21. Peregr. de fideicom. art. 15. num 22. & 23. Vigellen. dec. 267. Rot. dec. 332. num. 6. dec 403. num. 11. p. 2. dec. 149. num. 2. 14. & 15. p. 7. & dec. 12 num. 12. & 13. p. 10. recen. & dec. 593. num 4. 5. & 6. coram Pania tom. 1. dec. 113. num. 2. coram Otthob. dec. 299. num. 19.*

num. 19. *coram Carill. & faciunt egregiè deducta per Rot. dec.* 246. *num.* 50. *vſque ad fin. p.* 4. *tom.* 2. *recen.*

13 Præcipuè ſi non adeſt diuerſa ratio, ſed immo potius illa, quę deſumitur ex veriſimili mente teſtatoris, quæ propterea venit potius fouenda, quam cauillanda, & ad vnguem ſeruanda, & non deſtruenda, alias ſequeretur abſurdum, quod propter extraneos hæredes teſtatori prorſus incognitos, excluderetur ſubſtitutus ſine dubio dilectus, & expreſſe vocatus, & conſequenter, cum in præſenti repugnet menti Alexandri Teſtatoris, quod eius bona hæreditaria deuenirent ad Congregationem Clericorum inſtitutam ab Horatio tamquam eidem incognitam, omnino eſt admittenda Eccleſia D. Agabiti vti dilecta, & expreſsè vocata, vt magiſtraliter tradit *Rot. dec.* 149. *num.* 17. & 18. *p.* 7. *recen.*

14 Ex veriſimili quidem menti teſtatoris non eſt dubium, quod fideicommiſſum extendatur de caſu, ad caſum non expreſſum, vnde ſi Alexander Teſtator de huiuſmodi caſu cogitaſſet, vel interrogatus fuiſſet, hoc idem veriſimiliter reſpondiſſet, vel diſpoſuiſſet, & conſequenter ex hac veriſimili mente teſtatoris, & ex identitate rationis Eccleſia D. Agabiti ſuccedere debet, non obſtante caducatione antecedentis gradus ſubſtitutionis iuxta cõmunem, & veriorem Doctorum ſententiam, vt contra *Oltrad. & ſequaces late tradit. Surd. conſ.* 256. *nu.* 26. & 45. *lib.* 1. & *conſ.* 347. *num.* 8. & *ſeq.* & *dec.* 37. *num.* 26. & 27. *pulchrè Tiraquel. in l. ſi vnquam in verbo liberis num.* 41. *de reuoc. donat. Odd. conſ.* 12. *num.* 27. & 29. *Dec. conſ.* 1. *num.* 1. *vſque ad* 178. *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 432. *num* 9. *verſ.* 5. & *conſ.* 880. *conſ.* 1062. *conſ.* 1088. & *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt* 65. *num.* 2. 3. 15. 20. & 25 *Gratian. qui alios allegat. diſcept.* 979. *num.* 29. *tom.* 5. *Rot. dec.* 579. *num.* 13. & 14. *p.* 4. *tom.* 3. *dec.* 149. *num.* 2. 6. 7. & & 10. *p.* 7. *recen.* & hanc eſſe vnam de pręcipuis, & primis vltimarum voluntatum coniecturis patet ex Doctoribus, & deciſionibus relatis per *Rub. in addit. ad dec.* 632. *num.* 89. & 90 & 97. *p.* 4. *tom.* 3. *recen. plenè Mantic. de coniect. lib.* 3. *tit.* 19. *num.* 4. *cum alijs per Surd. dec.* 288. *num* 7.

15 Comprobatur fuſius, quia huiuſmodi ſubſtitutio, eſt concepta per verba communia, & indefinita facientia mentionem de morte, quę important cõpendioſam *Bart. in l. Centurio num.* 26. & 32. *ff. de Vulgar.* licet non fuerit adiectum verbum quandocunque *glo. cap. ſi pater in verb. abſque deductione de teſtam in* 6. *Giouan. conſ.* 74. *num.* 26. *lib.* 1. *Fuſar. de ſubſtit. q.* 233. 6. 29. & 30 *Ciriac. controuerſ.* 269. *num.* 43. *Gratian. diſcept.* 528. *num.* 1. *Surd. conſ.* 31. *num.* 1. & *dec.* 37. *num.* 8. *ac dec.* 333. *num* 12. *Merlin. dec.* 145. *num* 4. *tom.* 1. *Rot. dec.* 332. *num.* 10. *p.* 2. *dec.* 157. *num.* 2. *dec.* 246. *num.* 1. *p.* 4. *tom.* 2. *dec.* 201. *num.* 6. 7. & 19 & *dec.* 227. *num.* 3. *p.* 8. *recen. dec.* 579. *num.* 7. & 8. *p.* 4. *tom.* 3.

16 Sub qua inter alias ſubſtitutionum ſpecies continetur vulgaris, vel tacita, vel vt alij dicunt expreſſa verbis generalibus *Bart. in l. Centurio nu.* 32. *ff. de vulgar. Caſtr. in l. quandiu la* 3. *num* 7. *ff. de acquirend. hæred. Dec. conſ.* 416. *num.* 6 *Menoch lib.* 4. *præſumpt.* 71. *num.* 12. *Peregr. de fideicom art.* 19. *num.* 19 *Ciriac. controuerſ.* 269. *num.* 20. & 52. *Merlin. dec.* 145. *num.* 4. *tom.* 1. *Rot. dec.* 332. *num* 10. *p.* 2. *dec.* 157. *num.* 2. *dec.* 246. *num.* 3. *p.* 4. *tom.* 2 *dec.* 579. *num.* 8. *p.* 4. *tom.* 3. *dec.* 201. *num.* 8. *p.* 8. *recen.* & *tradunt alij Doctores relati per Surd. dec.* 37. *num.* 9. & 37. vbi quod compendioſa reſoluta in vulgarem operatur tamquam ſimplex, & abſoluta vulgaris *Rot. dec.* 246. *num.* 40. *p.* 4. *tom.* 2. *recen.*

17 Ex ijs ſequitur, quod caducato per prædeceſſum gradu antecedenti, ſubintrat ſubſequens in eius locum per vulgarem contentam in compendioſa, vtpote quia cenſetur facta ſubſtitutio, adita, vel non adita hæreditate, non tam reſpectu inſtituti, qui iam adiuit, ſed reſpectu ſubſtitutorum, qui adire, vel noluerũt, vel ob prędeceſſum ante hæredem grauatum, non potuerunt, vt bene declarat *Aym. conſ* 283. *col.* 2. *verſ. ſed in caſu Surd. conſ.* 347. *num.* 16. *Ruin. conſ.* 168. *num.* 12. *lib.* 2. *conſ.* 142. *num.* 13. *verſ. item ex eadem lib.* 3. *Peregr. de fideicom. art.* 21. *num.* 26. & 29. *Intrigl. de ſubſtit. cent.* 3. *qu.* 87. *num.* 34. *Surd. dec.* 37. *num.* 37. *in fi. Rot. dec.* 403. *num.* 11. *p.* 2. *dec.* 198. *num.* 7. *vſque ad* 15. *p.* 4. *tom* 2. *dec.* 222. *num.* 13. *p.* 5. *dec.* 149. *num.* 3. & 4. *p.* 7. *dec.* 201. *num* 12. *p.* 8. *recen. dec.* 96. *num.* 4. & 5. *poſt Merlin. de legit. dec.* 339. *num.* 74. *coram Vrgellen.* & *in Farfen. fideicommiſſi* 2. *Maij* 1640. §. *cæterum animaduertendum coram Bichio,* & *in Rauennaten. bonorum* 1. *Febr.* 1647. §. *quare,* & *duob. ſequen. coram Eminentiſſ.* Card. Corrado.

18 Vulgaris igitur, ſi in compendioſa continetur, ſeparatur, & efficit, vt caducata prima ſubſtitutione, hæreditas non remaneat libera penes hæredem, ſed obnoxia oneri reſtituendi alijs ſubſtitutis, qui per ſubingreſſum loco prædefuncti veniunt admittendi, ad ſucceſſionem, eo modo, & forma, qua primus ſubſtitutus ſucceſſiſſet, ſi non prædeceſſiſſet *Iaſ. in l.* 1. *num* 29. *ff. de vulgar.* & *pupillar.* & *conſ.* 148. *num.* 15. *verſ. ſexto prò iſta parte lib.* 2. *qui de communi Paul. de Caſtr. conſ.* 207. *num.* 2. *lib.* 2. *Dec. conſ.* 318. *num.* 4. *Soccin. iun. conſ.* 42. *num.* 16. & 20. *conſ.* 94. *num.* 41. *lib.* 1. *Gabr. conſ.* 115. *num.* 12. & 13. *lib.* 1. *Dec. conſ.* 1. *num.* 78. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 375. *num.* 16. *Adden. ad Molin. de primog. Hiſpan lib.* 1. *cap.* 6. *Gratian. diſcept.* 979. *num* 37. *Peregr. de fideicom. art.* 5. *n.* 14. *Fuſar. de ſubſtit. qu.* 469. *n.* 78. *Rota dec.* 374. *num.* 1. *p.* 1. *diuerſ. dec.* 332. *num.* 6. & 7. *dec.* 403. *num.* 6. *dec.* 424. *num* 4 *p* 2. *dec.* 472. *num.* 3. *p.* 4. *dec.* 12. *num.* 23. & 24. *p.* 10. *recen.* & *in Farfen. fideicommiſſi* 2. *Martij* 1640. §. *cum itaque coram Bichio.*

19 Parumq; refert, ſi caducatus fuerit vnus tantum gradus antecedens, ſiue plures, cum vtroque caſu firma remanet ſuprafirmata cõcluſio *Surd. conſ.* 347. *n.* 10. *circa med. Crauet. conſ.* 283. *col.* 2. *verſ. hoc itaq; præſuppoſito,* & aduertunt ferè omnes ſupracitati *Anna conſ.* 9 *num.* 50. & 51.

20 Quæ fortius obtinent fauore piæ cauſæ, tamquam de ſubſtitutione, ſeu fideicommiſſo non abſolutè odioſo, ſed potius fauorabile iuxta tradita per *Rot. dec.* 140. *num.* 1. 2. & 3. *p.* 2. *diuerſ.* & *clarius dec.* 149. *num.* 15. & 16. *p.* 7. & *dec.* 12. *nu* 15. 16 & 19. *p.* 10. *recen.* faciunt tradita *per Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 26. *vſque ad* 30.

21 Nec habenda ſunt in conſideratione verba ſubſtitutionibus adiecta *tunc,* & *eo caſu,* quia quando ex veriſimili teſtatoris voluntate, & rationis identitate diſpoſitio venit extendenda de caſu, ad caſum,

vt

vt ſupra demonſtrauimus, ſupradicta verba non excludunt ſubſtitutum *Surd. conſ. 37. num. 32. verſ. etiam non aduerſatur, & conſ. 347. num. 17. Laderch. conſ. 31. num. 14. Gratian. diſcept. 979. num. 32. & 33. tom. 5. Burat. dec. 379. num. 5. Rota dec. 140. ſub num. 6. verſ. quia pro reſponſione p. 2. diuerſ. dec. 579. num. 12. p. 4. tom. 3. dec. 149. num. 13. p. 7. dec. 12. num 17. & 18. p. 10. recen.*

22 Quinimo dicta verba ſecundum veriorem opinionem, non reſtringunt diſpoſitionem, ſed ſtatue demonſtratiuè *Caſſador. dec. 1. per tot. de teſtam Lader. conſ. 31. num. 14. late Hodiern. ad Surd. dec. 37. num. 51. & ſeq. Bonden. collect. legal. 41. num. 25. Rota dec. 427. num. 66. 67. & 68. p. 5. recen.* in qua fuit receſſum à *dec. 419. eiuſdem p. 5.*

23 Et quia fuerunt adiecta ſubſtitutionibus compendioſis continentibus in ſe vulgarem, regulantur ſecundum caſum euenientem, ſiuè fideicommiſſariæ, ſiue vulgaris, *Surd. conſ. 347. num. 19. verſ. reſpondetur etiam, & num. 20. Bonden. collect. legal. 41. num. 25. Rot. decis. 579. num. 10. p. 4. tom. 3. recen.*

24 Vltra quod in antecedentibus tantum ſubſtitutionibus leguntur verba tunc, & eo caſu, in ſubſtitutione vero facta ad fauorem Eccleſiæ ex teſtamenti contextu non legitur, niſi dictio tunc, quæ de ſui natura non reſtringit diſpoſitionem, nec eſt taxatiua, nec excluſiua, ſed declaratiua, ac demonſtratiua, & temporis extremitatem notans *l. 4. §. ſi ff. de condit. & demoſt. Surd. conſ. 347. num. 19. Caſſador. deciſ. 1. num 3. de teſtam. Rota deciſ. 140. num. 5. p. 2. diuerſ. deciſ. 149. num. 13. p. 4. tom. 3. recen.*

25 Suffragatur etiam, quod Eccleſia non fuit nominatim ſubſtituta antecedenti gradui, ſed ſimpliciter, & abſolute vocata, vnde ſequitur, quod dictio tunc, & verba reſtrictiua, etiam ſi non euenerit caſus antecedentis ſubſtitutionis, non impediant ſubſequentem *Dec. conſ. 1. num. 48. lib. 1. Surd. conſ. 336. num. 24. 41. & 46. conſ. 247. num. 18. & dec. 37. num. 32. Rota deciſ. 140. num. 5. p. 2. diuerſ. dec. 149. num. 11. 12. & 13. p. 7. recen.*

25 Et quoniam teſtator ſubſtituendo fauore piæ cauſæ, cenſetur voluiſſe, vt ſua diſpoſitio, omni ſcrupuloſitate relicta, adimpleatur, niſi copulatiuè concurrant verba reſtrictiua, & quod onus reſtitutionis fuerit nominatim iniunctum antecedenti ſubſtitutionis gradui, nunquam ſubſequens per illius prædeceſſum caducatur, vt benè animaduertit, *Rota deciſ. 692. num. 3. & 4. coram Penia tom. 1.*

27 Excluduntur in præſenti verba reſtrictiua ex ſuperius deductis, nec Eccleſia dici poteſt, nominatim fuiſſe ſubſtitutaio fœminis, cum ad hunc effectum debuiſſet teſtator fœminas nominatim ſubſtituere, & deindè illas proprio nomine deſignando rogare, vt hæreditatem reſtituant Eccleſiæ, & non vti verbis collectiuis, generalibus, & indefinitis, ſimpliciter ſubſtituendo iuxta text in *l. Celſus §. quod alicuius hæredis fidei. nominatim committitur ff. de legat. 2. Cyriac. contron. 269. nu 40. & ſeq. Bonden collect. legal. 41. nu. 19. & 20. Rota deciſ. 332. num. 9. deciſ. 403. num. 7. & 8. p. 2. deciſ. 579. nu. 6. & 7. p 4 tom. 3. recen. & in Sabinen ſeu Farfen. fideicommiſſi 2. Martij 1640. §. neque applicatur cor. Bichio,* & reprobando *Ruin. tradit Peregrin. de fideicom. art. 15. ſub num. 26. verſ. notabilis eſt Giouan. conſ. 76. num. 10. & conſ. 77. num. 38. & rurſus, Rota deciſ. 201. num. 14. p. 8. deciſ. 94. num. 18. p. 11. recen.*

28 Tum etiam quia diſpoſitio dicti textus in *l. Celſus* non procedit in ſubſtitutione vulgari, in qua verſamur, *Fuſar. de ſubſtit. qu. 469. ſub num. 70. Rot. deciſ. 332. num. 9. & 10. p. 2. recen.*

29 Neque ſubſiſtit, quod compendioſa non contineat vulgarem, quando confertur poſt acquiſitam
hæreditatem gradui antecedenti per text. in *l. poſt*
aditam, & l. precibus poſt prin. C. de impuber. &
alijs ſubſtit. tradit. Alex. conſ. 1. num. 15. lib. 1.
Hond. conſ. 49. num. 37. 38. & 39. lib. 1. Peregrin.
conſ. 36. num. 26. & ſeq. lib. 3. Fuſar conſ. 26. ſub
num. 16. Prout prætenditur eſſe præſens caſus in
quo teſtator poſt ſubſtitutionem factam in perſonam Ponponij de Cellis fratris conſobrini ipſius
teſtatoris, & ſi Ponponius, vel eius filij deceſſerint
ſine filijs legitimis, & naturalibus addidit, *Tunc,*
& eo caſu ipſe teſtator voluit, quod eius bona vadant, & perueniant ad filias fœminas de domo, &
Cyppo ipſius teſtatoris proximiores ordine ſucceſſiue,
&c. & caſu quo dictæ fœminæ decederent, tunc vltimæ morienti ſubſtituit Venerabilem Eccleſiam Sancti
Agabiti, quam propterea videtur ſubſtitutam fuiſſe ſub conditione, quod prius ad fœminarum fauorem purificanda eſſet ſubſtitutio, & ſic poſt acquiſitam hæreditatem, & non ſimpliciter in caſu deficientiæ præfatarum fœminarum, accedente vlterius
dictione *Tunc* reſtrictiua, & conditionali, vndè
quod ſubſtitutio redditur tantum fideicommiſſaria
ſub dicta conditione purificationis prioris, & antecedentis gradus, quæ conditio cum per earum
prædeceſſum defecerit, defeciſſe pariter dicendum
30 ſubſtitutionem Eccleſiæ, nam in fideicommiſſaria
impleri debet conditio, ſub qua ſequens gradus eſt
vocatus, ad differentiam vulgaris, in qua teſtator
31 cenſetur cogitaſſe, quod præcedens gradus poſſet
deficere ex capite voluntatis, aut impotentiæ, ſed
in fideicommiſſaria, teſtator non intendit vocare
vltimum ſubſtitutum, niſi ſub conditione ipſa appoſita, & ſic cogitando, quod præcedens gradus
32 ſit prius admittendus, cum non grauetur reſtituere, qui prius non habuit, vt ratiocinatur, *Rota in Bononien. fideicommiſſi de Bargellinis 24. Nouemb. 1651. §. nam vulgarem, & §. ſequen. coram Bichio ex deductis per Gratian. diſcept. 747. num. 22. & ſeq. & per Rota deciſ. 339. num. 74. 75. & 76. cor. Vrgellen.*

33 Non autem applicatur obiectum quia deciſio bon. mem. Bichij loquitur in ſubſtitutione facta non ſimpliciter in caſu, quo ſubſtitutus decederet, ſine filijs, ſed vltra adiectis verbis, *Et caſu prædicto*, ibi *Et caſu, quo dicti eius patrui, in caſu prædicto decederent, ſine filijs eiſdem, & vltimo morienti ſubſtituit &c.* Nos autem verſamur in ſubſtitutione ſimpliciter facta abſque dicta dictione *in caſu prædicto*, quæ tantum operatur, & oſtendit enixam voluntatem teſtatoris non admittendi vltimum ſubſtitutum, niſi ſub conditione purificationis antecedentis ad differentiam, quando tantum fuit dictum, & caſu quo, vt in noſtris terminis prout declarat eadem *Bichij deciſio in dicto §. nam vulgarem in fi.*

34 Et in dubio ſubſtitutio eſt intelligenda de vulgari, & non de fideicommiſſaria Doctor, & maximè

Arct.

Arei Socin in l. Gallus §. quoddam recte de liber. & poſt. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit. 2. num. 1. Rota deciſ. 579. num. 2. p. 1. diuerſ.

35 Ceſſat vlterius obiectum, quia verbum *ſubſtituit* adiectum præſenti ſubſtitutioni eſt commune *l. iam hoc iure §. quod ius ibique Caſtren. num. 4. ff. de vulgar. & pupillar. Craſſ. in §. ſubſtitutio qu. 5. nu. 18. Odd. de compend. p. 4. qu. 2. art. 1. in verbo ſub-*

36 *ſtitutio*. Propterea continet vulgarem, *Surd. deciſ. 37. num. 9. Rota deciſ. 198. num. 9. & 10.* vbi ex hoc infert quod caducato primo gradu, non excluditur ſecundus, ſed ſubintrare debet, non tam ipſe ſecundus, quam deinceps *p. 4. tom. 2. recen.*

37 Tanto magis quia regitur à verbis facientibus menſionem de morte ibi *& caſu quo dictæ fœminæ decederent, tunc vltimæ morienti ſubſtituit &c.* quæ inducunt compendioſam continentem non, tam fideicommiſſariam, quam vulgarem, *Bart. in l. Centurio num. 25. ff. de vulgar. Menoch. lib. 4. præſumpt. 71. ſub num. 2. Gratian. diſcept. 299. num. 1. 2. & 3. tom. 2. Rot. deciſ. 97. num. 7. p. 4. tom. 1. & deciſ. 366. num. 11. & plurib. ſeq. p. 4. tom. 2.* ac proinde cum euenerit caſus vulgaris, per eandem vulgarem procul dubio Eccleſia ſuccedere debet.

S V M M A R I V M.

1 Teſtamentum fit caducum ſi hæres decedat viuo teſtatore.
2 Teſtamentum recipit vires de tempore mortis teſtatoris.
3 Teſtamentum quando habeatur prò non ſcripto.
4 Teſtamentum caducatur ſi hæres non adeat, vel in totum hæreditatem repudiat.
5 Diſpoſitio ridicula, vel impoſſibilis habetur prò non ſcripta.
6 Teſtamentum non ſuſtinetur quoad alios hæredes ſcriptos, ſi vnus præmoriatur ante teſtatorem cum eiſdem oneribus, & prohibitionibus nu. 7. & 8.
Dummodo à coniunctis, & ſubſtitutis impleri poſſunt, num. 11. Declar. vt num. 12.
9 Et pars deficientis accreſcit coniunctis num. 10.
13 Et accreſcit coniunctis pro portionibus hæreditarijs, vel legati.
14 Ius accreſcendi naſcitur ex coniunctione.
15 Deficiente hærede vniuerſali portio deficiens accreſcit cohæredi in re certa inſtituto.
16 Inſtitutus in re certa non dato alio hærede dicitur hæres vniuerſalis.
17 Lim. niſi appareat de voluntate teſtatoris, vt reliquum deberetur venientibus ab inteſtato num. 18.
19 Lim. 2. ſtante clauſula Codicillari, declara vt ibidem.
20 Teſtamentum non fit caducum per prædeceſſum primi ſubſtituti, ſi ſit datus vulgariter ſubſtitutus.
21 Subſtitutio vulgaris comprehendit caſum mortis viuente teſtatore.
22 Vulgaris tacitè in pupillari contenta operatur, vt ab ea teſtamentum incipiat ob prædeceſſum primi ſubſtituti.
23 Amp. etiam ſi mortuo filio Pater ſuperuixerit.
24 Subſtitutio extenditur fauore piæ cauſæ.
25 Subſtitutio ſi tam prima, quam ſecunda ſit vulgaris per prædeceſſum primi admittitur ſecundus, & ſic deinceps nu. 26. & 27.
Limita vt num. 28.
28 Subſtitutio vulgaris pluribus facta non reſoluitur in ſingularitates, ſed portio deficientis accreſcit conſubſtitutis.
29 Subſtituti portio ſi ſit tranſmiſſibilis ad hæredes excluditur ſecundus ſubſtitutus.
30 Subſtitutio fideicommiſſaria hæreditate non adita, vel caducata euaneſcit.
31 Subſtitutus per fideicommiſſum non poteſt ſuccedere, niſi adeatur hæreditas.
32 Quæ differentia ſit inter ſubſtitutionem directam, & fideicommiſſariam.
33 Teſtamentum caducatum per obitum primi hæredis, ſubſtinetur vigore clauſulæ codicillaris ad fauorem ſecundæ hæredis.
34 Clauſula codicillaris ſaluat teſtamentum nullum, tam defectu ſolemnitatum, quam præteritionis num. 35.
Lim. vt num. 38.
36 Non poteſt tamen habere effectum ſi prædecedat inſtitutus nullo dato ſubſtituto.
37 Teſtamentum non poteſt habere effectum à fideicommiſſo.
38 Subſtitutus compendioſè ſuccedit per vulgarem ſi inſtitutus moriatur ante teſtatorem.
39 Clauſula codicillaris, & omni meliori modo nihil operantur ſi extranei ſint inſtituti.
40 Quod etiam procedit ſi eſſet inſtituta turpis perſona.
41 Subſtinet teſtamentum ex capite præteritionis ſcienter facta, ſecus ſi ignoranter.
42 Reſtringitur ex vrgentibus rationibus.
43 Subſtitutus compendioſe ſuccedit ex vulgari in ea contenta, ſi primus ſubſtitutus præmoriatur.
44 Vulgaris, pupillaris, & fideicommiſſaria in compendioſa contenta producunt eorum effectum eorum contingente caſu, etiam ordine ſucceſſiuo, ſi filij in infinitum ſint ſubſtituti 45.
46 Caducato primo gradu pupillaris ſubſtitutionis ſuccedit ſecundus ſubſtitutus compendioſè ex vulgari, num. 47.
48 Limit. in caſibus in quibus vulgaris non continetur in compendioſa, vbi declarantur dicti caſus num. 52.
49 Contrarium ſi pupillos adiuerit hæreditatem:
50 Clauſula codicillaris ſubſtinet teſtamentum, ſi filij in conditione poſiti ſint vocati.
51 Compendioſa concepta cum clauſulis reſtrictiuis non continet vulgarem num. 53.
54 Differentia inter vulgarem, & fideicommiſſariam ſubſtitutionem, quæ ſit.
55 Subſtitutus hæredi, ſi ſine liberis deceſſerit, ſi ſit Titius, cui ſi ſine liberis moriatur datus ſit alter ſubſtitutus, mortuo Titio cum liberis, & poſtea hærede ſine liberis, non admittitur vltimus ſubſtitutus, ſed filij Titij primi ſubſtituti. Contr. 56.
57 Fiſcus ſuccedit deficientibus conſanguineis ſi prædecedat inſtitutus.
58 Sed tenetur præſtare legata, & fideicommiſſa relicta. Amp. vt num. 59.
60 Legata an debeantur ſi hæres repudiat hæreditatem.
61 Hæres poteſt repudiare hæreditatem, & legatum acceptare.

ADNOTATIO I.

Teſtamentum, an & quando fiat caducum.

1 TEſtamentum fit caducum, & annullatur ſi hæres decedat viuo teſtatore, ſeu ante teſtatorem, *l. 1. §. & cum triplici, & §. ſeq. C. de caduc. tollen. l. ſi nemo ff. de teſtam. l. eam C. de fideicom. l. non potuit §. à primo gradu ff. contra tabul. §. 1. inſtit. quibus mod. teſtam. infirmen. Gratian. diſcept. 48. nu. 1. Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 2. art. 6. num. 1. tom. 2.*

2 Et ratio eſt quia teſtamentum, licet fuerit conditum ante mortem teſtatoris, tamen debet recipere vires de tempore mortis eiuſdem teſtatoris, *l. 4. ff. de adimen. legat. l. 1. ff. de teſtam. cap. cum Martæ* de celebrat. *Miſſ. Menoch. conſ. 97. num. 21. & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 122. num. 7. Peregrin. de fideicom art. 40. nu. 62.* Rota *deciſ. 65. nu. 4.*

par. 4. tom. 2. deciſ. 104. nu. 7. & 8. & deciſ. 231. num. 12. p. 7. recen. ſed ſi hæres ſcriptus præmoriatur, teſtamentum non poteſt recipere ſuum effe-
ctum poſt obitum teſtatoris, vnde remanet perinde, ac ſi conditum non fuiſſet, cum homo mortuus capere nequeat *l. ſeruo manumiſſo ff. de condit. indebiti.*

3 Teſtamentum verò prò non ſcripto habetur, quando diſpoſitio in illius beneficium aufertur, qui tempore teſtamenti mortuus erat, *vt ff. de his, quæ pro non ſcript. Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 2. art. 6. nu. 3. tom. 2.*

4 Amp. vt pariter teſtamentum caducatur, ſi hæres ſcriptus in toto, & non in parte non adeat, ſed hæreditatem repudiet, nam ita repudiando iudicium teſtatoris impugnat, & ſuo effectu diſtituit, *l. ſi patroni §. quid ergo, & §. ſeq. ff. ad Trebel. & probat. text. in l. quæſitum ff. de acquirend. hæred. Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. quæſt. 2. art. 6. num. 2. tom. 2.*

5 Amp. 2. vt diſpoſitio ridicula, vel adeo difficilis, vt debeat tamquam impoſſibilis reijci, habetur, ac ſi non eſſet ſcripta, *ex regul. text. in l. obtinuit ff. de condit. & demonſt. Rot. deciſ. 89. num. 17. p. 5. to. 1. recen.*

6 Lim. 1. quando teſtator ſibi plures hæredes ſcripſit, ſeu nominauit, nam tunc vno ex ijs præmoriente ante teſtatorem, teſtamentum non efficitur caducum, cum ſubſtineatur quo ad alios hæredes ſuperſtites, quibus portio deficiens tamquam coniunctis accreſcit, *l. vnica §. pro ſecunda, §. prò nouiſſimo §. ne autem §. his ita C. de cadue. tollen.* ſed accreſcit cum ſuo onere *dicto §. his ita C. de cadue. tollen. l. ſi duobus §. 1. l. Ciuitatibus §. Lucius de leg. 2. l. ſi Titio §. Iulianus l. fi. §. ſeio de legat. 2. l. non iuſtam C. ad Trebel. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 3. num. 17.* vbi quod ſi duobus,
7 vel pluribus eadem res relicta fuerit æquis portionibus, & quilibet ſit prohibitus alienare ſuam partem, vnuſquiſque eorum cenſetur prohibitus alienare etiam eam partem, quam per ius accreſcendi fuiſſet conſecutus, & ita cum hæc quæſtio Florentiæ de facto incidiſſet, iudicatum fuiſſe teſtatur, *Bald. & Imol. in l. ſi in teſtamento de vulgar. & pupil. ſubſtit. Bart. in l. re coniuncti num. 54. & ſeq. ff. de legat. 3. faciunt tradita per Craſ. de ſucceſſ. §. ius accreſcen. qu. 4. num. 2. & ſeq. & bene in noſtris terminis Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 2. art. 6. num. 13. & 14. de fideicom. art. 16. num. 86.* vbi quod in
8 caducis, vel quaſi portio deficiens, tam in hæreditatibus, quam in legatis tranſeat ad ſubſtitutum, & coniunctum cum onere conditionis poteſtatiuæ legatorum, & fideicommiſſorum iniunctorum.

9 Et accreſcit coniunctis prò portionibus hæreditarijs, vel legati, *l. liber homo §. cum quis ff. de hæred. inſtit. l. Mauio in prin. ff. de legat. 2.* quia por-
10 tio accreſcit *portioni l. ſi totam ff. de acquirend. hæred. Bart. in l. re coniunct. num. 56. ff. de legat. 3.* ibique *Ripa num. 197. Peregr. de fideicom. art. 16.*
11 *nu. 87.* vbi quod intelligi debeat, vt tranſeat cum onere poteſtatiuæ conditionis, quæ tamen talis ſit, vt à ſubſtituto, vel coniuncto impleri poſſit, *Marta de ſucceſſione legal. p. 4. qu. 2. art. 6. num. 15. tom. 2.*

12 Sublim. vt portio deficiens accreſcat cum onere, quando ſimpliciter eſt onus iniunctum, vel expreſsè omnibus impoſitum, *l. quæ conditio §. Lucius ff. de condit. & demoſtrat. Crot. in l. re coniuncti nu. 15. ff. de legat. 3. qui de communi teſtatur*, ſecus quando perſonaliter, aut nominatim onus fuiſſet vni ex hæredibus, vel legatarijs iniunctum, tunc enim non accreſcit coniuncto, vel alijs cohæredibus, vel collegatarijs cum illo onere, cum tamquam perſonale ſequatur perſonam, adeo vt ſublata perſona onus pariter auferatur, *eſt caſus in l. Celſus §. quod alicuius ff. de legat. 2.* quem etiam in caducis, & quaſi procedere præſupponit *Bart. ibi Politus in l. re coniuncti num. 85. ff. de legat. 3. Peregr. de fideicom. art. 16. num. 88. Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. q. 2. art. 6. num. 16. tom. 2.*

13 Sublim. 2. vt accreſcat coniunctis portio deficiens pro portionibus hæreditarijs, vel legati, *l. liber homo, §. cum quis ff. de hæred. inſtit. l. Mauio in prin. ff. de legat. 2.* quia portio accreſcit portioni, *l. ſi totam ff. de acquirend. hæred. Bart. in l. re coniuncti num. 56. Crat. num. 107. Ripa num. 197. ff. de legat. 3. Peregr. de fideicom. art. 16. num. 87. Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 2. art. 6. num. 15. tom. 2.*

14 Quæ omnia ſuadentur ex veriſimili mente teſtatoris, quæ ex coniunctione colligitur, & ex coniunctione naſcitur ius accreſcendi, vt animaduertit, *Craſ. de ſucceſſ. §. ius accreſcendi qu. 4. nu. 1.*

15 Lim. 2. principalem concluſionem in caſu, quo hæres vniuerſalis inſtitutus moriatur ante teſtatorem, ſuperſtite cohærede in re certa inſtituto, quia tunc portio deficiens accreſcit hæredi inſtituto in re certa, vnde non remanet teſtamentum caducum, ſed ſubſtinetur reſpectu inſtituti in re certa, qui ceſſante vniuerſali hærede, in totum inſtitutus dicitur, & commodum hæreditatis conſequitur, vt totum capiat per ius accreſcendi, perinde ac ſi à principio fuiſſet hæres ſcriptus, *l. 1. §. ſi ex fundo l. quoties §. ſi duo ff. de hæred. inſtit. Bart. in l. ex facto nu. 2. & col. fi. eod. tit. & in dicta l. quoties §. ſi duo & ibi Paul. de Caſtr. col. 1. de hæred. inſtit.* vbi etiam *Bal. in fi. & Alex. num. 5. verſ. vnde prò faciliori doctrina Conar. in cap. Raynutius §. 1. ſub num. 9. verſ. nam inſtitutus de teſtam. Socin. iun. conſ. 111. num. 10. lib. 1. Rom. conſ. 81. Corn. conſ. 31. vol. 4. Surd. conſ. 439. num. 18. in fi. & 19. Menoch. de recuperand. poſſeſſ. remed. 4. num. 116. & ſeq. Craſ. de ſucceſſ. § hæreditas qu. 3. num. 3. Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 2. art. 6. num. 17. Rota deciſ. 244. num. 7. coram Gregor. XV. & deciſ. 800. num. 4. p. 1. diuerſ.*

16 Quod etiam procedit ſi aliquis fuiſſet hæres inſtitutus in re certa non dato alio cohærede, cum dicatur hæres vniuerſalis, ex quo præfata inſtitutio trahatur ad totam hæreditatem, ideoque, cauſa teſtati ceſſare prorſus faciat cauſã inteſtati *l. quamdiù 39. ff. de acquirend. hæred. l. ante quam 8. C. commun. de ſucceſſ. l. ex teſtamento C. vnde liberi l. quamdiù 90. ff. de reg. iur. Rot. in Romana reſtitutionis dotis 24. Ianuar. 1650. in fi. prin. coram Card. Ottbob. inter eius impreſſ. deciſ.*

17 Sublim. procedere quando non appareat de voluntate teſtatoris, vt reliquum deberetur venientibus abinteſtato, alias debetur tota hæreditas inſtituto in re certa, prout in dubio eſt præſumendum, *Imol. in l. 1. §. ſi ex fundo num. 70. ff. de hæred. inſtit. Aiograd. conſ. 77. nu. 27. & ſeq. Rot. d. dec.*

18 Si-

18 Siquidem hæres inſtitutus in re certa non tenetur hæredibus ab inteſtato reſtituere, niſi euidenter, & manifeſtè conſtet, quod teſtator ad illos reſpexerit, cum reſpicere ad cauſam inteſtati repugnet actui, quem teſtator facit, & in dubio fauendum eſt teſtamento *l. ſi parſ. 10 ff. de inof. teſtam. l. vel negare 5. ff. quemadmod. teſtam. aperiant. Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 22. num. 157. Clar. in §. teſtamentum qu. 74. verſ. ego tamen Altograd. conſ. 77. num. 20. 42. 43. & 55. in fi. Rot. dicta deciſ.*

19 Sublim. 2. ſtante Clauſula Codicillari, quæ operatur fauore venientium ab inteſtato inducendo pro eiſdem fideicommiſſum, & reſtitutionem hæreditatis, non poteſt tamen ad eorum fauorem dicta Clauſula operare, niſi quatenus diſpoſitio detegatur reſtricta, ad certa bona, vel caſus fauore eorūdem *Bart. in l. quoties 9. §. ſi duo in fi. ff. de hæred. inſtit. Pariſ. conſ. 17. num. 43. lib. 3. Simon. de Petr. de interpret. vltim. volunt. lib. 2. interp. 1. dub. 1. ſol. 11. num. 31. fo.* 105. ſecus enim eſt hac probatione ceſſante, & quando contraria probatio omninò militat ad fauorem inſtituti in re certa, nam Clauſula codicillaris nunquam operari poteſt contra voluntatem teſtatoris, quæ venientes ab inteſtato excludere voluit *Gabr. conſ. 129. num. 16. & 17. lib. 2. Fuſar. conſ. 195. num. 31. Menoch. conſ. 326. nu. 40. Bald. conſ. 170. num. 10. lib. 5. Dec. in l. precibus nu. 18. de impuber. & alijs ſubſtit. & conſ. 505. num. 9. conſ. 248. num. 5. 6. & 7. & conſ. 287. num. 3. & 4. conſ. 291. num. 3. & 4. conſ. 384. in fi. & conſ. 394. num. 9. & punctualiter dixit Rota in dicta Romana reſtitutionis dotis 24. Ian. 1650. coram* Card. Ottbob. *§. nec minus inter eius impreſ. deciſ.*

20 Lim. 3. principalem concluſionem, quando vnus ſolus hæres ſit inſtitutus, qui decedat ante mortem teſtatoris, & tunc ſi ſit ei datus vulgariter ſubſtitutus, teſtamentum non caducatur in totum, cum teſtamentum, licet fiat nullum, in primo gradu, poteſt incipere, & habere effectum à ſecundo gradu, & ſic à ſubſtitutione *l. 3. §. ſplendophorus ff. de fideicommiſſar. libert.* vbi moriente inſtituto viuo teſtatore teſtamentum incipit à ſubſtitutione *Aret. in l. quandiù in vltima col. pen. verſ. ſed ad iſtam ff. de acquirend. hæred. Dec. conſ. 529. nu 4.* Menoch. *conſ. 1137. num. 46. & ſeq. vol. 12.* Marta *de ſucceſ. legal. p. 4. qu. 5. art. 6. num. 4. tom. 2. Fuſar. de ſubſtit. qu. 479. num. 1. verſ. ad quod facit.*

21 Et ratio eſt, quia vulgaris in ſua formula habet conditionem impotentiæ, quæ comprehendit caſum mortis viuente teſtatore, *vt eſt textus in l. vnica §. pro ſecundo vbi glo. in verbo ſubſtitutus C. de caduc. tollen. l. Tbnis 41. §. ſplendophorus ff. de fideicom. lib. Bart. in l. 1. num. 28. verſ ſecundo caſu* ibi *ſtnè primus ſit excluſus ff. de vulg.* Caſtr. *conſ. 218. ſub num 1. verſ. ſecundo probatur l. 1. Menoch conſ. 106. num. 364. Surd. conſ. 37. num. 10. & 11. Rota dec. 646. coram Amato Dunozet. num. 10. tom. 1.* vbi
22 exemplificat etiam in terminis vulgaris tacitæ in pupillari ſubſtitutione contentæ, quæ operatur, vt teſtamentum ab ea incipiat moriente hærede viuo teſtatore, vt de veriori, & magis communi teſtatur Couar. *in c. Raynutius §. 5. col. pen. verſ. 3. eſt ſententia de teſtam. Craſſ. §. ſubſtitutio qu. num. 9. poſt. med. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit 6. nu. 11. poſt. med. & ſeq. Facchin. controuerſ. lib. 67. per tot Fuſar. de ſubſtit. qu. 23. num. 4. Vaſquez. de ſucceſ. progreſ. lib. 2. §. 11. num. 38. & de ſucceſ. creat. §. 21. limit. 10. num. 242. Pret. de interpret. vltim. volunt. fo 241. num. 54. fo. 235. num. 21. in fi. Cenal. commun. contra commun. qu. 106. vbi dicit ita obtinuiſſe Coſta Roger. tract. ſubſt. tit. 1. qu. 4. nu. 33. verſ. & præmiſſis Odd. de compen. in pralud. p. 2. qu. 5. ſecundo effectu verſ. item tacita.*

23 Quæ procedunt etiam ſi mortuo filio Pater ſuperuixiſſet tanto tempore, vt aliud teſtamentum commodè condere potuiſſet, quia aliud non condendo præſumitur permanſiſſe in ea voluntate, ex qua ſubſtitutus per tacitam vulgarem admittebatur, & ab ea teſtamentum poteſt incipere. vt reiecta contraria opinione *Bart. in l. 1. num. 32. verſ vlterius quæro ff. de vulg. tenet Alciat. in eadem l. 1. num. 122. verſ. ſubijcit. Bart.* dicens, quod ab omnibus reprobetur Couar. *loco citato verſ. 2. hac dubitatione*, vbi pariter teſtatur ab omnibus reprobari, tamquā manifeſtè contrariam menti teſtatoris, qui cenſetur non mutaſſe voluntatem, & velle ſubſtitutum admitti, & omnibus præfert *Trentacinq. de ſubſtit. cap. 10. num. 20. Intrigl. eod. tract. cent. 1. qu. 37. nu. 21. in fi. qui de comm. Capr. in ſuis Regul. conclu. 113. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit. 6. num. 11. Craſſ. in §. ſubſtitutio qu. 10. num. 4. verſ. tertia opinio Facchin. lib. 4. controuerſ. cap. 67. verſ. cæterum alijs relatis Simon. de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 3. num. 54. verſ. ſiue Teſtator fo. 541. Fuſar. de ſubſtit. qu. 23. num 7. Amat. Dunozet. dec. 646. nu. 10. & 11. tom. 1.*

24 Amp. prædicta tanto magis procedere ſi inſtituta fuerit pia cauſa, cuius fauore extenditur ſubſtitutio *Vaſquez. de ſucceſ tom. 2. lib. 2. §. 11. num. 38. in fi. Fuſar. de ſubſtit. qu. 23. num. 5. Tiraquel. de priuil. piæ cauſæ priuil. 76. Franc. 156. nu. 4. Amat. Dunozet. dec. 646. num. 13. tom primo.*

25 Amp. 2. quando tam prima, quam ſecunda ſubſtitutio ſit vulgaris, quia tunc præ decedente primo ſubſtituto, ſecundus ſubſtitutus admittitur *l. Titius l. Cohæredi in prin. ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit. l. vnica §. pro ſecundo, & §. ſin autem aliquid C. de ca-*
26 *caduc. tollen.* ſiquidem ſecundus ſubſtitutus æquè immediatè ſubſtitutus hæredi ſcripto, quam alter prius ſubſtitutus *Bart. in l. quandiù la prima ff. de acquirend. hæred. Odd. conſ. 56. num. 5. Peregr. conſ. 40. num. 6. lib. 1. & in tract. de fideicom. art. 15. n. 11.*
27 vbi quod euacuato primo, quia noluit, vel quia non potuit, aut ob conditionis defectum res defertur ſecundo per vulgarem ſubſtituto, & ſi ſecundus non capit defertur tertio, & ſic deinceps *Gabr. in tit. de hæred. inſtit. conclu. 2. num. 42. Fuſar. de ſubſtit. qu. 469. num. 11.* Boer. *dec. 38 num. 24.*

28 Sed hoc non procedit, ſi plures ſint ſubſtituti primo loco vulgariter, quo caſu, ſi vnus moriatur alij non excluduntur per ſecundū ſubſtitutum, quia ſubſtitutio vulgaris pluribus facta, non reſoluitur in ſingularitates, ſed ad hoc vt ſubſtitutus admittatur requiritur, vt omnes, vel nolint, vel non poſſint eſſe hæredes, adeo vt quouſque vnus adſit, habeat portionem cohæredis, ſeu conſubſtituti iure accreſcendi *l. quamuis C. de impuber. & alijs ſubſtit. Vaſquez de ſucceſ. progreſ. lib. 2. §. 24.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 11. num. 25. & 26. & lib. 11. tit. 5. num. 3. Peregr. de fideicom. art. 19. num. 16.* qui omnes teſtantur de communi, nec ab ea in conſulendo, & iudicando recedendum,

cum alijs *per Fuſar. de ſubſtit. qu.469. num.6. & 7.*
29 Sublim. 2. in caſu, quo ſubſtitutio poſſit tranſmitti ad hæredes, quia tunc excluditur ſecundus ſubſtitutus, quia tranſmiſſio excludit ſubſtitutum, vulgarem, *Doctores in l. 1. in 2. effectu* ſubſtitutionis vulgaris *ff. de vulgar. & pupillar. Fuſar.* qui alios allegat, *de ſubſtit. quaeſt. 466. numer. 4. & 5.*

30 Sublim. verò principalem limitationem, vt procedat dummodò ſubſtitutio ſit vulgaris, ſecus ſi eſſet fideicommiſſaria, quia fideicommiſſum hæreditate non adita, vel caducata euaneſcit *l. ille à qua §. ſi teſtamento ff. ad Trebel. l. eam quam, vbi Doctores communiter notant C. de fideicom. §. poſteriore verſ. ideòque inſtit. quib. mod. teſtam. infirment Dec. conſ.396. num.3. Burſat. conſ. 262. num. 12. vol. 3. Marta de ſucceſ. legal. p. 4. quaeſt. 2. art. 6. num. 5. tom. 2.*

31 Vnde quando prima ſubſtitutio eſt vulgaris, ſecunda vero fideicommiſſaria, tunc caducata vulgari ſecundus ſubſtitutus per fideicommiſſum non poteſt ſuccedere, niſi adeatur hæreditas *Bart. in l. quandiu ff. de acquirend. hared. Craſſ. in § fideicommiſſ. qu. 66.* per totam *Fuſar. de ſubſtit. qu. 469. nu. 15. Rot. dec. 459. num. 1. p.4. diuerſ.* & ratio eſt,
32 quia fideicommiſſarius hæreditatem ab alio acquiſitam conſequitur, ac de alterius manu illam accipit, ideoque fideicommiſſaria ſubſtitutio tranſitiua, ſeu traſlatiua dicitur, quia transfert hæreditatem, ab vno in alium, ad differentiam directè ſubſtitutus ſine alicuius miniſterio hæreditatem, quam vacantem reperit, accipit, ſic eleganter *Bal. in l. eam quam ſub num. 14. C. de fideicom. & bene comprobat Peregr. de fideicom. art.2. à num.6. vſque ad 10.*

33 Lim. 4. quod licet teſtamentum fiat caducum, per obitum primi hæredis viuente teſtatore, nihilominus vigore Clauſulæ codicillaris in teſtamento adiectæ ſubſtinetur, adeo vt venientes abinteſtato teneantur reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto *l. ex ea §. ex his verbis de teſtam. glo. in l. ex teſtamento C. de fideicom. per doctrinam Bald. in conſ.170. lib. 5. Alex. conſ.42. num. 2. lib. 2. & conſ. 17. num. 19. lib. 3. Soc. conſ.140. num.5. lib.1. Dec. conſ.142. nu. 1. & 2. Pariſ. conſ.60. num.20. & conſ.62. num.20. & conſ.64. num.13. lib. 2. Marſil. ſing. 547. Oltrad. conſ.171. num.18. qu. 7. Corn. conſ.297. lib.1. Gratian. diſcept.48. num.4. Surd. dec.293. num.11. Vincen. de Franc. dec.156. lib.1. Seraph. dec. 943. nu. 2. & ſæpe firmauit Rota, vt patet ex deciſionibus relatis per Marta de Clauſ. lib. 3. Cla. 11. numer. 19. & 20.*

34 Huiuſmodi autem Clauſula, non ſolum ſaluat teſtamentum nullum defectu ſolemnitatum, verum etiam ſi inſtitutus præmoriatur teſtatori, & filius prætereatur, qui propterea deducta ſua legitima integraliter, tenetur iure fideicommiſſi hæreditatem ſcripto hæredi reſtituere, & legatarijs ſatisfacere, quidquid in contrarium aliqui DD. ſenſerint, & hanc eſſe veriorem, & magis receptam teſtatur *Grattan. diſcept.48. num 6. & diſcept. 448. num.9. & 10. tom. 3. Bart. in l. 1. ff. de iure codicil. & conſ. 170. lib.5. Dec. conſ.141. num.2. Alex. conſ.25. n.5. conſ. 27. num. 4 lib. 1. & conſ. 17. verſ. ponderotis, is verſ. nec prædictis obſtat. & verſ. præterea lib. 3. Burſat. conſ.15. num.25. & conſ.92. num.4. Craſſ. de ſucceſ. in §. teſtamentũ q. 50 n.1. & in §. Codicillus q. 1. n.2. Clar. in §. teſtam. q.46.* Cucch. *legit. tit. quo de iur. ſit relinq.* Merlin. *eod. tract. lib.1. tit.3. qu.1. nu.20. lib.5. tit. 2. qu. 4. num. 4. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.6. tit.4. num.16. Menoch. lib. 8. præſ. in pr. 32. Gabr commun. opin. tit. de Clauſ. Cla 8. Sim. de Pret. tract. de interpret. vltim. volunt. lib.2. ſolu. 11. Peregr. de fideicom. art.2. num.16. & 17. Tiraq. de iure primog. q.4. num. 4. Theſaur. dec. 141. nu.9. & dixit* Rata *dec. 671. num. 7. coram Amat. Dunozet. tom. 1. per textum, quia autem in prin. ff. ſi quis omiſ. cauſ teſtam. l. ex ea ſcriptura §.1. ff. de teſtam. l. ex teſtamento C. de fideicom. eodem Rot. dec.95. nu. 24. dec.166. n.62. & 63. p.8. recen. dec. 520. n.9. coram*
35 *Buratt.* vbi quod dicta Clauſula operatur, vt teſtamentum tãtummodo ſubſtineatur iure obliquo, non directo, quia ſcilicet filius præteritus cenſeatur grauatus reſtituere hæredi ſcripto, & ſubſtitutis retenta tamen legitima, prout etiam dictum fuit *dec. 367. num.5. p.2. recen.*

36 Sublim. quando vnus tantum hæres eſt inſtitutus, qui moriatur ante teſtatorem, vnde teſtamentum remanet caducum, & in eo ſit appoſita Clauſula Codicillaris, quod tunc aut nullus alter eſt ſubſtitutus, & clauſula codicillaris, non poteſt ha-
37 bere effectum, quia teſtamentum non poteſt incipere habere validitatem à fideicommiſſo, vt ſupra demonſtraui, cum dicta Clauſula, hoc caſu nihil operetur, puta ſi ſit facta ſubſtitutio fideicommiſſaria filio inſtituto, nam fideicommiſſum vniuerſale deficit, ſi hæres grauatus per fideicommiſſum deceſſit ante aditam hæreditatem *l. ille à quo §. ſi de teſtamento ff. ad trebellian. Alex. conſ. 17. num.19. vol. 3. Speculat. in tit. de inſtrument. edition. §. compendioſæ verſ. ſed pone Oltrad. conſ. 141. prope fin.* Aut
38 alter eſt ſubſtitutus compendioſè, & tunc quia cõpendioſa habet locum per vulgarem, quando inſtitutus præmoritur ante teſtatorem, vt latè docet *Bald conſ.170. num.3. vol.5.* dicta Clauſula nullum effectum habere poteſt, quia teſtamentum non eſt omninò caducum, ſed incipit habere effectum à ſubſtitutione vulgari, vt dixi in limitatione 3. & in ſpecie tradit *Marta de ſucceſ. legal. p.4. qu.2. art. 6. num.6. 7. & 8. tom.2.*

39 Sublim. 2. vt clauſula codicillaris, prout etiam clauſula omni meliori modo nihil operetur, ſi extranei ſint inſtituti hæredes, ſed tantum operatur, quando liberi inſtituuntur, quia ratio, quæ facit præſumere animum Teſtatoris velle teſtari omni meliori modo, & cum clauſula codicillari, eſt ardor naturalis amoris erga filios, quæ ceſſat vbi extranei inſtituti reperiuntur, vt optimè colligitur in *l. in teſtamento ff. de fideicom. hæredit. & eſt glo. ſingularis in l. cohæredi §. cum filio in verbo non valuit ff. de vulgar. & pupillar. & ibi Imol. num. 14. Iaſ. num. 18.* ita docet *Merlin. de legitima lib. 5. tit. 2. qu. 4. num. 8. & 10. Theſaur. deciſ. 141. num. 15. Rot. deciſ. 367. num. 5. in fi. p. 2. & deciſ. 405. nu. 35. p. 9. tom. 2. recen.*

40 Sublim. 3. vt dictæ clauſulæ nihil operentur, quando eſſet inſtituta turpis perſona, cum hoc caſu in totum corruat teſtamentum *Craſſ. de ſucceſſ. in § Codicillus num. 23. Gaſp. Anton. Theſaur. lib. 4. quaeſt. Forenſ. 58. num. 4. & 5. Merlin. de legit. lib 5. tit. 2. qu. 4. num. 7.*

41 Sublim. 4 quando exhæredatio, vel præteritio
eſſet

eſſet ignoranter à Patre facta, vt quia iam filius non eſſet natus, cum hoc caſu clauſula codicillaris nihil operetur, & ſolum teſtamentum ſubſtinetur, ſi filius fuerit ſcienter præteritus, ſecus ſi ignoranter, *Merlin. de legit. lib. 5. tit 2. qu. 4. num. 18. Rot. deciſ. 367. num. 5. p. 2. & deciſ. 405. num. 34. 45. & 53. p. 9. tom. 2. recen. & in Auenionen. Legitima 30. Ianuar. 1654. in ſi. prin. coram Peuting.* & quod
42 clauſula codicillaris non operetur in præiudicium filij, non ſolum quando Pater ignorauit exiſtentiam filij, ſed ex qualiber alia cauſa inducente ignorantiam præteritionis, imo reſtringi debet ex quibuſcunque vrgentibus rationibus dixit *Rot deciſ. 5. num. 7. & 8. p. 4. tom. 2. recen.*

43 Lim 5. in caſu, in quo prima ſubſtitutio ſit vulgaris, ſecunda vero compendioſa, & in ea contineatur vulgaris, quo caſu ſi præmoriatur primus ſubſtitutus, teſtamentum non ſit caducum, ſed ſecundus ſubſtitutus ſuccedit ex hac vulgari in com-
44 pendioſa contenta, quia de vulgari, pupillari, & fideicommiſſaria, ſi eueniat caſus, vel vulgaris, vel pupillaris, vel fideicommiſſaria, idem iudicatur quando in compendioſa continentur, *Bart. in l. hæredes §. cum ita circa ſi. ff. ad Trebel. vbi DD. Gabr. conſ. 130. num. 7. lib. 1. Dec. conſ. 1. num 77. lib. 1. Menoch. conſ. 85. nu. 100. & lib. 4. præſump. 139. num. 144. in ſi. Peregr. de fideicom. art. 15. num. 1. & art. 13. num. 2. Fuſar. de ſuſtitut. qu. 469. num. 13. & 14. Surd. deciſ. 37. num. 37. cum alijs relatis in hac dec. num. 17. & 18.*

45 Amp. hanc limitationem etiam in caſu, in quo ſint ſubſtituti filij in infinitum, & ſic nepotes, pronepotes, & alij, quo caſu cum hac ſubſtitutio dicatur compendioſa, etiam ſi non fuerit adiecta dictio quandocunque, & ſic contineat vulgarem, filij præmortuorum cenſentur poſt eorum parentes ſubſtituti, non ſolum per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſariam, & propterea mortuo vnius filij patre, in eius locum ſubintrat filius, & ſuccedit vna cum patruis, vel auunculis in bonis defuncti, etiam ſi à Teſtatore puta Nepotes vocati fuiſſent ordine ſucceſſiuo, nam parentibus ipſis mortuis, ex eorum perſona concurrunt cum eorum patruis, & Auunculis, *Socein. iun. conſ. 116. num. 17. vol. 1.* vbi quod nepotes, & filius debent pariter admitti non habita diſtinctione prioritatis gradus *Menoch. conſ. 124. num. 78. verſ. 6. accedit lib. 2. & præſumpt. 95. num. 33. in ſi. lib. 4. Peregr. de fideicom. art. 21. nu. 26. & 29. Intrigl. de ſubſtit. cent. 1. qu. 87. num. 34. plene Rota deciſ. 198. a num. 10. vſque ad 15. p. 4. tom. 2. recen.*

46 Amp. 2. ſi primus ſubſtitutus ſit pupillariter, & ſecundus iſti ſit ſubſtitutus compendioſè, nam tunc peremptо antecedenti gradu, ſubſtitutus admittitur ex vulgari in compendioſa comprehenſa, cum idem iudicetur de vulgari in compendioſa contenta, quam de ſimplici vulgari, vndè hoc caſu ſecundus ſubſtitutus per vulgarem in locum primi, tamquam in eius locum ſubrogatus pupillo inſtituto ſuccedit, ſicut ſuccederet primus ſubſtitutus *l. quandiù la 3. ff de acquirend. hæred. vbi DD. Bart. in l. quandiù ad notabilem quæſt. ff. de acquirend. hæred. Fuſar. de ſubſtit. qu. 469. num. 32. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 6. in prin. Pereg. de fideicom. art. 15. num. 14.* vbi ponit caſum ſci-
47 licet, Teſtator inſtituto filio pupillo, eidem pupillariter Titium ſubſtituit, Titio vero quandocunque ſine liberis decedente, ſubſtituit Caium, mortuo Teſtatore pupillus adiuit hæreditatem, & eo ſuperſtite, deceſſit Titius primò ſubſtitutus, deinde moritur pupillus in pupillari ætate, vndè quod Caius ſuccedere debet, quia ſubſtitutio quoad Titium fuit compendioſa, in qua continetur vulgaris, ideo per vulgarem ſuccedit in locum Titij, & vti ſubrogatus in illius locum per pupillarem ſuccedit pupillo, prò vt ille ſucceſſiſſet, & hanc ſententiam veriſſimam dicunt *Angel. Imol. Paul. Aret.* excepto Romano, quem Aret. reprehendit *in dicta l. quandiù ff. de acquirend. hæred. cum alijs DD. relatis per Rot. deciſ. 403. num. 11. & ſeq. p. 2 recen. deciſ. 33. num. 74. coram Vrgellen. & in Bononien. fideicommiſſi de Bargellinis 24. Nouemb. 1651. §. neque obſtat coram Bichio.*

48 Sublim. in caſibus, in quibus vulgaris non continetur in compendioſa, vel quia conditio non eſſet purificata, vel quia facta in vno tempore, & caſu, in alio tempore euenit, vel quando ſubſtitutio vulgaris locum habere non poſſet, vel quia iam hæreditas adita eſſet, *Bart. in l. qui habebat, ibique DD. ff. de vulg Dec. conſ. 81. num. 4. verſ. tertius eſt caſus lib. 2.* Menoch. *conſ. 106. num 386. cum alijs per Fuſar. de ſubſtit. qu. 469. num. 33.*

49 Contrarium tamen magis communiter tenent DD. in caſu, quo hæreditas eſſet adita à pupillo, nam, quod etiam hoc caſu ſecundus ſubſtitutus compendioſè ex vulgari ſuccedat in locum primi ſubſtituti, & ſic ex pupillari admittitur mortuo pupillo in pupillari latè *Pariſ. conſ. 73. lib. 3. Peregr. de fideicom. art. 34. num. 48. verſ. huic obiecto & dicto art. 15. num. 14. Fuſar. de ſubſtit. qu. 469. num. 33. in ſi.*

50 Lim. 6. quando vnus tantum filius fuerit inſtitutus, & ſi deceſſerit ſine filijs, Titius fuerit ei ſubſtitutus, & clauſula codicillaris reperiatur appoſita, & verſemur in caſibus, in quibus filij poſiti in conditione cenſentur tacitè vocati, vel ex coniecturis, vel ex diſpoſitione ſtatuti, pro vt diſponitur per *ſtatutum Vrbis lib. 1. cap. 142.* & hoc caſu decedente inſtituto, teſtamentum non remanet omninò caducum, eò quia cum filij cenſeantur vocati, ab illis poteſt deſumere initium validitas teſtamenti, & tunc clauſula codicillaris operatur, vt venientes ab inteſtato cenſeantur rogati reſtituere hæreditatem primo nepotibus Teſtatoris in conditione poſitis, & deinde Titio ſubſtituto *Turret. in tract. de clauſ. codicil. qu. 50. & tradit. Mart. de ſucceſ. legal. p. 4. qu. 2. art. 6. num. 8. verſ. tertius caſus & num. 9. tom. 2.*

51 Sublim. ſi ſubſtitutio eſſet facta cum clauſulis reſtrictiuis, & conditionem importantibus, qua non purificata ſubſtitutio ſuum non poſſit ſortiri effectum, vt ſi Teſtator poſt ſubſtitutum Titium, & ſi ſine filijs deceſſerit ſubſtituat Caium, *caſu quo Titius in caſu prædicto deceſſerit ſine filijs*, nam hoc caſu cum teſtator non ſubſtituerit ſimpliciter in caſu quo Titius deceſſerit ſine filijs, ſed vltro adiecerit verba *in caſu prædicto*, eaque non ſint appoſita ſubſtitutioni, ſed conditioni purificandæ ante quam eueniat caſus ſubſtitutionis Caij, perinde eſt, ac ſi Caius ſubſtituiſſet ſub conditione, quod prius ad Titij fauorem purificari debeat præſens ſubſtitutio, ac proinde admittendus non eſt Caius, ſi ob Titij

præ-

prædeceſſum caducata fuerit eius ſubſtitutio, hic namque euentus habetur pro expreſſo per viam cōditionis in ſequenti ſubſtitutione, vigore clauſulæ *in caſu prædicto*, quæ reſpicit euentum, & qualitates omnes præcedentis ſubſtitutionis, vnde dicta clauſula ne ſuperflua reddatur, operare debet ſuum effectum bene *Honded. conſ.49 num.20.& 21. lib. 2. cum alijs per Rot. in Bononien. fideicom. de Bargellinis 24 Nouemb. 1651. §. nam vulgarem coram Bichio*,

52 vbi redditur ratio, quia vulgarem non continet compendioſa. quando conſetur poſt acquiſitam hæreditatem gradui antecedenti, *vt ex textu in l. poſt aditam. & l. præcipuus poſt prin. C. de impuber. & alijs ſubſtit. tradit Alex. conſ 1 num. 15. lib. 1. Hond. conſ. 49. num. 37. & ſeq. lib. 2. Peregr. conſ. 36. nu. 26. & ſeq. lib. 3. Fuſar. conſ. 26. ſub nu. 16.*

53 Nunquam autem admitti debet vltimus ſubſtitutus, quando percipi poteſt Teſtatorem ſub aliqua conditione eum vocaſſe, & admitti voluiſſe, vt in ſupradicto caſu, in quo Caius ſubſtitutus fuit Titio per fideicommiſſariam tantum, ſub conditione quod prius purificata fuiſſet ſubſtitutio ad fauorem Titij & cum conditio hæc per eius prædeceſſum defecerit, debet etiam deficere ſubſtitutio, nam in fideicommiſſaria attenditur, & impleri debet conditio, ſub qua ſequens gradus eſt vocatus, ad differen-

54 tiam vulgaris ſubſtitutionis, in qua cogitauit Teſtator, quod præcedens gradus poteſt deficere ex capite voluntatis, vel impotentiæ, ſed in fideicommiſſaria Teſtator non intendit vocare vltimum ſubſtitutum, niſi ſub ipſa conditione appoſita, quia cogitauit quod præcedens gradus eſſet admittendus, cum non grauetur reſtituere, qui prius non habuit. *Hond. conſ. 49. num. 35. & 36. Gabr. conſ. 95. ſub num. 21. & 22. lib. 1. Fuſar. conſ. 26. num. 26. Gratian. diſcept. 747. num. 22. & 23.* vbi ita conciliat opiniones contrarias *Seſſe decſ. Aragoniæ 50. num. 50. & bene explicat* Rota *deciſ. 339. num. 74. & ſeq. coram Vrgellen. & in* Bononien. *fideicom. de Bargellinis 24.* Nouemb. *1651. §. vnde cum filij coram Bichio*.

55 Hinc eſt, quod ſi Teſtator inſtituerit filium, & ſi filius ſine liberis deceſſerit, ſubſtituerit Titium, & ſi Titius ſine liberis deceſſerit ſubſtituerit Caium, ſi Titius primo moriatur relictis liberis, poſtea inſtitutus ſine liberis, verior opinio eſt, quod vltimus ſubſtitutus ſit excluſus, vna cum hæredibus primi grauati, & filij primi ſubſtituti admittuntur, cum habeant voluntatem Teſtatoris prælatiuam aduerſus ſecundum ſubſtitutum, & tamquam poſiti in conditione cenſentur vocati, *Bero. conſ. 128. num. 21. lib. 2. Socin. iun. conſ. 106. num. 24. lib. 1. Gabr. conſ. 95. num. 2. & conſ. 115. lib. 1. Peregr. conſ. 54. num. 2. & 3. lib. 4. Anton. Gab. in tit. de fideicom concl. 4. num 33. late Fuſar. de ſubſtit. qu. 470. num. 1. 6. & 7.* vbi quod ab hac opinione non ſit recedendum.

56 Contrarium quod vltimus ſubſtitutus admittatur, cum hoc caſu huiuſmodi ſubſtitutio videatur compendioſa, quæ continet vulgarem *DD. in l. Centurio ff. de vulg.* & ſic vltimus ſubſtitutus per vulgarem dicatur ſubſtitutus primo ſubſtituto, qui cum mortuus ſit, onus fideicommiſſi, quod erat penes filium inſtitutum, mortuo illo remanere debet cum eodem onere reſtituendi ſecundo, *Bart. in l. quandiu in vltimo in fi. ff. de acquirend. hæreditate, Dec. conſ. 427. per tot. Peregr. de fideicom. art. 15. num. 32. & 33.*

57 Lim. 7. quando teſtator non habens conſanguineos, ſeu hæredes quibus ab inteſtato deferatur hæreditas, & ſuccedere poſſint, ſi vnum tantum hæredem inſtituerit, qui ante Teſtatorem mortuus fuerit, & ita caducum teſtamentum remanſerit, & tunc fiſcus ſuccedit, quia bona ob defectum legitimi hæredis vacant, & in eis à priuato nullum ius prætendi poteſt, vnde ius quæritur fiſco, qui ne rerum dominium ſit in incerto loco hæredum venientium ab inteſtato ſubrogatur, *vt toto tit. C de bon. vacantib. lib. 10. & l. ſancimus §. cum autem C. ad Trebel. & l. cum fiſco ff. ad Syllanian.* vbi quod fiſco bona caduca defuncti adiudicantur *Io. de Plat. in l. 1. num. 3. C. de bon. vacant. lib. 10. plene Lanarius conſ. 74. num. 10. Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 2. art. 6. num. 29. tom. 2.*

58 Declar. quod licet huiuſmodi teſtamentum hoc caſu remaneat caducum quo ad hæredis inſtitutionem, ſubſtinetur tamen quoad legata in eodem contenta, & fideicommiſſa relicta, quæ à fiſco debentur, cum bona tranſeant ad fiſcum cum ſuo onere, & tenetur adimplere voluntatem defuncti, quem repręſentat, vti eius hæres, ſeu vti ſucceſſor loco hęredis per textum clarum *in l. quidam teſtamento §. quoties de legat. 1. l. vnica § penult C. de caduc. tollen. in verſ. tantum enim nobis ſupereſt clementia, quod ſcientes etiam fiſcum noſtrum vltimum ad caducorum vendicationem, nec illi pepercimus & ibi glo. in verb. pepercimus*, & probat text. *in l. pen. C. de caduc. tollen. Boſſ. de public. bonor. num. 13. & 21. Peregr. de priuil. fiſci lib. 5. tit 1. num. 66. & de receptiſſima ſententia Honded. conſ. 95. num. 108. vol. 1. Menoch. conſ. 409. num. 1. & 93. vol. 5.*

59 Hinc eſt quod fiſcus tamquam hæres cogi poteſt adire hæreditatem, & fideicommiſſarijs reſtituere, ſi clauſula codicillaris in præfato teſtamento caducato appoſita fuerit *Bald. in l. cum quam num. 5. C. de fideicom. late Turret. in tract. de Clauſ. codicil qu. 33. & 44. Cenal. inter ſuas commun. cont. commun. qu. 144. Fachin. in ſuis controu. iur. lib. 6. cap. 22. Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 2. art. 6. num. 29. vſque ad 37. tom. 2.*

60 Limit. 8. quando hæres inſtitutus repudiauit hęreditatem, nam licet ſi nullus alius cohæres datus fuerit legata non debeantur, quia teſtamentum irritatur, *l. ſi Patroni §. quid ergo ff ad Trebel. Bart. in l. qui filiabus §. fi. in fi. ff. de legat 1. Bald. conſ. 328. num 1. vol. 4.* Tamen ſi fuerit appoſita clauſula codicillaris, cuius reſpectu, cum legata conſeruentur, à venientibus ab inteſtato ſunt pręſtanda, *l. ex ea §. ex ijs verbis ff. de teſtam. Bart. & alij ſcribentes in auth ex cauſa C. de liber. præter & in l. querebatur num 2. ff. de milit. teſtam. Oldrad. conſ. 171. num. 18. Ang. conſ. 108. num. 1. Corn. conſ. 118. num. 3. & 17. vol. 2. & conſ. 307. num. 15. vol. 3. Dec. conſ. 242. num. 5. & conſ. 320. nu. 1. & 2. & conſ. 369. num. 7. Alex. conſ. 26. num. 8. & 10. vol. 1. & conſ. 50. num. 3. vol. 6. Dilet. de arte teſtandi tit. 5. caut. 3. num. 3.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 4. num. 16.* Marta *de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 2. art. 6. a num. 21. vſque ad 28. tom. 2.*

61 Adeo vt ſi hęredi, qui hæreditatem repudiauit, fuerit in eodem teſtamento aliquid relictum titulo

lega-

legati, & clauſula codicillaris in eodem teſtamento adiecta fuerit, dictum legatum præſtandum erit a venientibus ab inteſtato, quia hæres repudiata hæreditate poteſt legatum acceptare, *l. cum reſponſo C. de legat. l. ſi qua ff. de famil. erciſcund. l. qui filiabus §. fi. ff. de legat. 1. l. apud Celſum §. ſi quis ex vnica ff. de except. doli Surd. conſ. 107. num. 10. vol. 1. Marta loco citato num. 22. & 23.*

NEPESINA IVRISPATRONATVS.

ARGVMENTVM.

IVſpatronatus tribus modis acquiritur, fundatione, dotatione, & constructione, verba enim Sacr. Concil. Tridentini *ex fundatione, & dotatione* accipienda ſunt diſiunctiue, neque ad hunc effectum eſt neceſſaria expreſſa reſeruatio. Patronis, & Benefactoribus competit ius apponendi inſignia, & memoriam iuriſpatronatus in Eccleſia fundata.

SVMMARIVM.

a Patronus, & Benefactor poteſt apponere inſignia, & memoriam in Eccleſia, & Capella fundata, dotata, vel conſtructa.
2 Statuæ, & Arcus Triumphales eriguntur perſonis, qui facta egregia, & honores geſſerunt.
3 Iuſpatronatus acquiritur fundatione, dotatione, & conſtructione num. 6. Amp. vt nu. 7.
4 Fundare Eccleſiam quando quis dicatur.
5 Dotare, & conſtruere Eccleſiam, quando quis dicatur.
7 Verba Sacri Concilij Tridentini, ex fundatione, & dotatione accipienda ſunt diſiunctiue,
8 Eccleſia fundata in fundo alieno inſcio Domino, ſi ratum habeat efficitur patronus.
9 Iuſpatronatus à fundatore, dotante, vel conſtruente acquiritur abſque expreſſa reſeruatione.
10 Benefactor non efficitur patronus nu. 12. & 13.
11 Benefactor poteſt in Eccleſia habere inſignia, & memoriam collati beneficij.
14 Iuſpatronatus ex conſtructione, vt acquiratur, quid requiratur.
15 Patronus ſi non præſentauerit intra tempus à iure ſtatutum amittit huiuſmodi ius. Lim. vt nu. 16.
17 Iuſpatronatus eſt tranſitorium ad quoſcunque hæredes etiam extraneos.
18 Deficiente familia effectiua, acquiritur contentiue.
19 Iuriſpatronatus pertinentia præſcribitur inter Compatronos ſpatio 40. annorum. Limit. vt nu. 20.
21 Malafides reſultat ex ſcientia, quæ præſcriptionem impedit.
22 Mala fides ex quocunque actu introducitur, & quocunque modo ſuperueniat interrumpit præſcriptionem.
23 Mala fidès ſufficit ſi colligatur, ex præſumptionibus & coniecturis.

DECISIO IX.

REſolutum fuit pro appoſitione Inſignium, & memoriæ fundationis Oratorij bonæ mortis de quo agitur, quoniam ex teſtium depoſitionibus, & publicis inſtrumentis conſtat de collatione fundi facta a DD. de Veſtrijs pro eiuſdem ædificatione, cuius reſpectu ex inferius dicendis ſicut fuit eiſdem quæſitum iuſpatronatus, ita multo magis compe-
1 tit ius ad præfatæ memoriæ appoſitionem, vt defunctorum pietas, & deuotio ad alios ad ſimilia pia opera incitandos in Oratorijs aſpectu appareat iuxta diſpoſitionem optimi textus in *l. legatum in fi. ff. de adminiſtr. rerum ad Ciuitat. pertinen. ibi vt in eo munificentia eius, qui legauit inſcriptione notetur,* & in terminis Patroni, & Benefactoris Eccleſiæ, vel Capellæ, latè tradit, *Ancar. conſ. 115. Cenuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 91. num. 5. & 6. Cepol. de ſeruit. vrban. præd. de picturis cap. 71. nu. 11. & 12.* qui teſtatur de communi obſeruantia, & allegat textum, *in l. 2. in l. opuſ. in fi. & in l. fi. de op. pub.*
2 Vnde ad hunc finem Arcus triumphales, & ſtatuæ marmoreæ ſculpebantur in vrbe, prout etiam modernis temporibus per omnes ferè Eccleſias circumſpicitur, vt eorum memoria, qui pium opus præſtauerunt, aut glorioſe vixerunt, & honores geſſerunt, ſeu ob benemerita in perpetuum haberetur, *l. fi. & tot. tit. C. de ſtat. & imagin.*
3 De acquiſitione verò iuriſpatronatus Oratorij facta à Veſtrijs non eſt dubium, pro cuius intelligentia firmandum eſt, quod iuſpatronatus, tam per Laicos, quam per Clericos tribus potiſſimis modis acquiratur, fundatione ſcilicet, conſtructione, & dotatione, *glo. in cap. pia mentis 16. quæſt. 7. Rocc. de iurepatronat. in verb. Eccleſiã fundauit, verb. conſtruxit, & verb. dotauit, Lambert. tract. eod. p. 1. lib. 1. qu. 2. & ſeq. Paul. de Cittadin. eod tract. p. 1. lib. 1. q. 2. cum ſeq. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. num. 33. Garz. de benef. p. 5. cap. 9. num. 36. tom. 1. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 70. num. 1. Vgolin. tract. eod. cap. 51. num. 6. Vinian. de iurepatronat. lib. 2. cap. 1. num. 5. Rot. deciſ. 269. num. 2. p. 2. diuerſ.*
4 Fundare autem dicitur Eccleſiam ad effectum acquirendi iuſpatronatus, quando quis aſſignat fundum, vbi conſtrui debet, *cap. nobis, vbi communiter ſcribentes de iurepatronat. cap. Abbat. 2. 18. qu. 2. Garz. de benef. p. 5. cap. 9. num. 39. & ita ſæpe firmaſſe Rot.* patet ex deciſionibus relatis per *Vinian. de iurepatronat. p. 1. lib. 2. cap. 1. num. 2. Iacob. Pignatel. Conſult. Conon. 113. ſub num. 5.* vbi quod hoc nemo eſt qui neget.
5 Conſtruere verò dicitur, quando quis facit expenſas in conſtruenda Eccleſia *c. Monaſterium 16. q. 6. cap. 3. & c. nobis de iurepatr.* & dotare, quando Eccleſiam fundatam, & conſtructam ſine dote, dotat ſufficienter, ſiue ante Eccleſiæ conſecrationem, ſiue poſt conſecrationem, *cap. filius eodemque*, & docent ſupracitati DD. & eleganter *Vinian. lib. 2. dicto cap. 1. num. 2. 3. & 4. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 70. nu. 2. 5. & 9.*
6 Iuſpatronatus itaque creatur non minus ex fundi collatione, quam ex conſtructione, & dotatione, adeo vt vnum ex prædictis faciens, acquirat iuſpatronatus, cuius titulus exuberat ſi ſit, vel ex fundatione, vel dotatione, vel conſtructione, non ſolum de iure communi, ſed etiam ex diſpoſitione *Sac. Concilij Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 9. ſub prin. & tradunt relati DD. ac alij congeſti per Vinian. de iurepatr. p. 1. lib. 2. cap. 1. num. 5. Zabarel. conſ. 132. num. 2. Anan. conſ. 24. num. 4. Abb. conſ. 44.*

lib.

lib. 1. Pignatel. Conſult. Canon. 113. *ſub nu.* 5. *Caſſador. deciſ 6. num* 5. *de iurepatr.*

7 Siquidem verba Sacri Concilij Tridentini, *ex fundatione, & dotatione* accipienda ſunt diſiunctiuè, vt ſufficiat alterum probare, & ita cenſuiſſe Sacr. Congreg. teſtatur *Garg. de benef. p.* 5. *cap.* 9. *num.* 141. *Barboſ. in dictum Concil ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 9. *num.* 1. *verſ. ex fundatione, & dotatione Vinian. de iurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 2. Rot. *dec.* 517. *ſub num.* 2. *p.* 1. *recen.*

8 Quæ adeò certa redduntur, vt ſi Eccleſia ſit conſtructa in fundo meo, me inſcio, ſi poſtea ſim contentus dominium fundi in Eccleſiam transferre, efficior Patronus, *vt ex Cardin. in cap. nobis In* 3. *oppoſit.* 4. *de iurepatr.* tradit Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 70. *num.* 3. *Vinian. de iurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 10. *&* 11.

9 Neque ad hunc effectum eſt neceſſaria expreſſa reſeruatio iuriſpatronatus, adeout etiam ſi fundans nihil dixerit in ipſa fundi præſtatione de reſeruatione iuriſpatronatus, nihilominus eidem quæritur huiuſmodi ius, dummodo expreſsè non fuerit remiſſum, vt eſt communis opinio, de qua *Lambert. de iurepatronat. lib.* 1. *p.* 1. *qu.* 2. *art.* 4. *num.* 12. *& docent ſcribentes in cap. nobis de iurepatr. Garg de benef. p.* 5. *cap.* 9 *num.* 62. *Vinian. de iurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 9. & ita contra antiquas deciſiones requirentes expreſſam reſeruationem, Rota ſæpius iudicaſſe ſubdit *Iacob. Pignatel. Conſult. Canon.* 113. *ſub num.* 5. & dictam opinionem non eſſe vetam dixit eadem *Rot. deciſ.* 5. *de iurepatr. in antiq. dec.* 167. *num* 4. *p.* 2. *diuerſ. dec.* 517. *ſub nu.* 2. *p.* 1. *& dec.* 421. *ſub nu* 2. *p.* 2. *recen.*

10 Hinc eſt quod Veſtrij ex fundi collatione, vbi fuit ædificatum Oratorium, verè dicuntur fundatores, & Patroni eiuſdem Oratorij, & non ſimplices Benefactores, quibus non competit iuſpatronatus, *cap. filijs* 16. *qu.* 7. *Vinian. de iurepatr. p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 2. *&* 3.

11 Sed quatenus etiā eſſent ſimplices Benefactores, poſſunt nihilominus habere, & retinere in Eccleſia arma, & memoriam collati beneficij, vt ex *Ancar. & Lambert comprobat Gennen. in prax. Archiepiſc. Neapol. cap* 91. *nu.* 5.

Quibus non aduerſatur, quod Oratorium conſtructum fuerit ex piorum æleemoſinis, & oblationibus, quia ex hoc non ſequitur, nec vllo iure probatur, quod præſtans fundum non efficiatur patronus, & non poſſit apponere memoriam ſuæ fundationis, ex iuribus ſupra deductis, tanto magis quia ex hoc capite nemini fuit quæſitum iuſpatronatus, vt concurrere poſſit cum Veſtrijs, & dici compatronus titulo collati fundi, cum iura non indul-
12 geant iuſpatronatus fidelibus præſtantibus eleemoſinas, & oblationes, ſed tantum fundi, collatori, dotanti, & conſtruenti, *Vinian. de iurepatron. p.* 1.
13 *lib.* 2. *c.* 5. *nu.* 4. & ratio eſt, quia fideles præſtando æleemoſinas, & oblationes non intendunt acquirere iuſpatronatus, vt ex *Abb. in c. quarelam nu.* 9. *in fi. de elect. ſubdit idem Vinian dicto tract. p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 58 Neque acquiri poteſt, cum ad hunc
14 effectum debeat quis ſufficienter conſtruere Eccleſiam, nam ſi vnus nunc partum tribuat, nunc alter, dicuntur Benefactores, non conſtructores, ita *Vinian. ſæpe citatus p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 4.

Nec alicuius ponderis viſa fuit prætenſa præſcriptio, quia non verſamur in iurepatronatus ha-
15 bente annexum Ius preſentandi, vt patronus amittat huiuſmodi Ius, ſi preſentauerit poſt lapſum temporis à iure ſtatuti, ſaltem pro illa vice, iuxta *text. in cap ſi vero de iurepatr* Sed in iurepatronatu merè honorifico ratione collati fundi, abſque
16 alio iuris exercitio, quo caſu nulla conſiderari poteſt præſcriptio, quoniam ſemper, & quandiu Oratorium erit in rerum natura, ſemper, & tandiu permanebit dicta collatio fundi, in quo ædificatum exiſtit, & conſequenter iuſpatronatus in eodem fundo adhæren. à quo abeſſe non poteſt præter ipſius fundi corruptionem, alias ſequeretur maximum abſurdum, quod fundatores poſt lapſum temporis priuarentur beneficio iuriſpatronatus, quod à iure ſicut benignè conceditur, ita preſeruari debet, ac proindè prò vt ſemper, & perpetuò remanet in ſuo robore iuſpatronatus, ſic ſemper competit ius ad apponendam memoriam omni-
17 bus heredibus, & ſucceſſoribus, cum iuſpatronatus ſit tranſitorium ad quoſcunque hæredes ſiue conſanguineos, ſiue extraneos, *cap. cum ſeculum de iurepatr. Clement pænes eodem tit. Crauet. conſ.* 37. *num.* 4. *Menoch. lib.* 4. *præſumpt.* 99. *numer.* 3. *Azor. inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 20. *q.* 19. *circa med.* Rot. *deciſ.* 96. *num.* 8. *p.* 6. *recen.*

18 Immò deficiente familia effectiua, hoc eſt deſcendentes, acquiritur familiæ contentiuæ, hoc eſt tranſuerſalibus, *Ancar. conſ.* 27. *Ruin. conſ* 120. *num.* 14. *lib.* 2. *Card. Muntic. de coniect. vltim. volunt. lib* 1. *tit* 15. *nu.* 11. Rot. *deciſ.* 362. *num.* 13.

19 Nec infringit, quod pertinentia iuriſpatronatus quadraginta annorum ſpatio contra Laicum preſcribatur, *cap. de quarta de præſcript.* Capra *conſ.* 47. *num.* 5. *lib* 3. *Vinian. de iurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *cap* 9. *n.* 26. *verſ. quando agitur Rot. deciſ.* 229. *num.* 1. *dec.* 407. *num.* 1. *p.* 1. *diuerſ.*

20 Quia concluſio procedit in iurepatronatus, quo ad ius præſentandi inter ipſos patronos Laicos, vt loquuntur citatæ deciſiones, non autem in merè honorifico ex ſupra deductis, vltra quod penitus corruit obiectum, cum vſque de annò 1643. conſtet ex publico documento Confratres proceſſionaliter inceſſiſſe, Crucem in fundo donato poſuiſſe, & Te Deum decantaſſe ob gratiarum actionem prò dicta donatione, à quò tempore non effluxit quadrageñaria, quinimò cum adhuc viuat maior pars Confratrum, qui proceſſionaliter interfuerunt, & alijs nouiſſimis ſit notiſſimum, & non controuertatur fundi collatio, ex huiuſmodi ſcientia reſultat
21 mala fides, quæ præſcriptionem impedit *c. vltim. de præſcript. c. poſſeſſor. de reg iur. in* 6. *Gabr. in tit. de præſcript. concl.* 1 *n.* 57. *verſ. contrarium, quod bona fides Surd dec.* 240 *n.* 17. *Rot. dec.* 91. *n.* 10. *&* 11. *coram Cauale. dec.* 685. *n.* 4. *coram Burat.* & in puncto *iuriſpatr. dec.* 149. *n.* 21. *p.* 10. *recen.*

22 Mala autem fides ex quocunque actu apto eam inducere introducitur, & quocunque modo ſuperueniat ſemper de iure canonico interrumpit præſcriptionem *Barboſ. in l. ſicut nu.* 275. *C. de præſcript. cum alijs per Merlin. dec.* 702. *nu.* 22.

23 Et ſufficit, vt colligatur ex præſumptionibus, & coniecturis, cum in animo conſiſtat, *Abb conſ.* 19. *n.* 2. *verſ nam malafides lib.* 2. *Ruin conſ.* 170. *in fi. lib.* 1. *Vaſq illuſt. qu. c.* 73. *n.* 18. *Barboſ. in rub. de præſcript. n.* 252. *&* 337. *Merlin. dec.* 702. *nu.* 23.

Et ita &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Iuſpatronatus ex fundatione, conſtructione, & dotatione, quando acquiratur.
2 Plures fundum, vel dotem dantes, vel conſtruentes efficiuntur patroni in ſolidum. Amp. vt num. 3. & 4.
5 Iuſpatronatus quo ad ſe, eſt indiuiſibile, ſecus quo ad exercitium.
6 Apud vnumquemque hæredem eſt in ſolidum prò rata verò quo ad ius præſentandi.
7 Relinquens domum prò conſtruenda Eccleſia quomodo acquirat iuſpatronatus.
8 Iuſpatronatus acquiritur Eccleſiæ, cuius eſt fundus.
9 Dominus directus, & vtilis conferentes fundum pro Eccleſia ædificanda efficiuntur compatroni.
10 Eccleſia ſi ædificetur in fundo ſubiecto fideicommiſſo Iuſpatronatus, an acquiratur hæredi, an fideicommiſſario, & num 11. vſque ad 17.
11 In fideicommiſſarium, non tranſeunt iura honorifica, ſed quæ reſpiciunt commodum pecuniarum.
18 Ex fundi collatione, quando acquiratur iuſpatronatus, & an patronus poſſit ſibi reſeruare cenſum, vel Canonem 19. & 20.
21 Ad acquirendum iuſpatronatus requiritur conſenſus Epiſcopi, & debet eſſe expreſſus & num. 22.
23 Ex lapſu temporis præſumitur.
24 Et ſufficit, vt interueniat ex poſt facto.
25 Et ſi plures fundauerint, vel dotauerint, qui tantum conſenſum obtinuit erit patronus.
26 Conſenſus Epiſcopi ad acquirendum iuſpatronatus, ſine actu fundationis, vel conſtructionis, vel dotationis, non ſufficit.
27 Si Diœceſanus renuat conſenſum præſtare, quid agendum.
28 Tenetur dictum conſenſum præſtare etiam ſi in limine fundationis apponatur conditio contra ius.

Quomodo acquiratur iuſpatronatus per fundantes, dotantes, & conſtruentes.

ADNOTATIO I.

1 IVſpatronatus ex fundatione, dotatione, & conſtructione acquiritur, ſi hæc fiant proprijs expenſis, ſecus verò ſi fiant animo, vel cum proteſtatione recuperandi ab Eccleſia, iuxta terminos *cap. ad audientiam il primo cum ibi notat. de Eccleſ. ædif.* nam tunc iuſpatronatus acquiritur Eccleſiæ, ex cuius bonis fuit Eccleſia conſtructa, vel dotata *glo. in cap. Apoſtolicos in verb. conſtruxiſſe 17. qu. 2. cum alijs congeſtis per Viuian. de iurepatronat. p. 1. lib. 2. cap. 1. num. 5.*

2 Amp. vt ſi vnus, vel plures fundum darent, conſtruerent, vel dotem conſtituerent omnes efficiuntur patroni in ſolidum, dummodo dent fundum pro Eccleſia ſufficientem, vel conſtituant congruã dotem, vel faciant neceſſarias, & requiſitas expenſas prò eiuſdem conſtructione, & perfectione *Abb. in rub. de iurepatronat. vere per tot. Lambert. de iurepatronat. p. 1. lib. 1. qu. 3. art. 1. iuncto art. 3. Viuian. tractat. eodem p. 1. lib. 2. cap. 2. num. 3. & 4. & 5.*

3 vbi ſubdit, quod ſi faber dederit operam ſuam abſque pretio, & mercede, alter ligna, alter cæmenta, alius pretium, ſi ita præuio tractatu inter ſe conuenerint, omnes erunt patroni in ſolidum, cum fundante, & dotante.

Ita pariter, ſi plures conuenerint æqualiter, vel inæqualiter ſufficientem tamen dotem conſtituere, omnes erunt patroni in ſolidum, cum fundante, & conſtruente *Abb. in cap. 3. num. 4. de Eccleſ. ædific. & in rub. de iurepatronat. Lambertin. de iurepatronat. p. 1. lib. 1. q. 3. art. 5. Viuian. de iurepatronat. p. 1.*
5 *lib. 2. cap. 2. num. 6.* & ratio eſt, quia iuſpatronatus eſt indiuiduum, ſeu indiuiſibile in abſtracto, ſed quo ad exercitium eſt diuiduum, & diuiſibile, & ſic quo ad ius præſentandi eſt diuiduum, vnde ſi vnus fundauit, & conſtruxit habebit duas voces, & ſi alius dotauit habebit vnam vocem *Lambert. de iurepatronat. p. 1. lib. 1. qu. 3. art. 8. num. 8. & 10. Viuian. de iurepatronat. p. 1. lib. 1. cap. 2. num. 7. & lib. 2. cap. 2. num. 7. & 8.*

6 Iuſpatronatus autem eſt quid incorporale, & incorporalia diuidi nequeunt *l. 1. § ſi vſusfructus ff. ad l. falcid.* propterea eſt indiuiduum in ſubſtantia, & apud vnumquemque hæredem eſt in ſolidum *glo. in cap. 1. verb. non debeat de iurepatronat.* ſed quo ad ius præſentandi reſidet penes hęredes prò rata, vt in ſimili de iuriſdictione, quę aliquando eſt apud plures in ſolidum, ſed exercitium eſt pro parte *cap. prudentium in prin. de offic. deleg. ita ex Cardinal. in Clement. plures num. 3. verſ. quia verò ad hoc de iurepatronat. tradit Viuian. de iurepatronat. p. 1. lib. 1. cap. 2. num. 7.*

7 Amp. principalem concluſionem, vt acquiratur iuſpatronatus ab eo, qui domum ſuam pro Eccleſia ædificanda relinquit, & ſi domus relicta ſit apta ſine noua conſtructione ad diuina peragenda, & ad ſacrorum adminiſtrationem, efficitur patronus, tum ratione fundi collati, tum ratione conſtructionis, alias ſi egeret conſtructione erit tantum patronus pro fundo dato, vt ex *Lambert. tradit Viuian. de iurepatronat. p. 1. lib. 2. cap. 2. num. 10.*

8 Amp. 2. quod ſi Epiſcopus pro noua Eccleſia ædificanda aſſignet fundum alicuius Eccleſiæ, tunc iuſpatronatus acquiritur ratione dicti fundi illi Eccleſiæ, cuius antea erat fundus *Lambert. de iurepatronat. p. 1. lib. 1. qu. 3. art. 8. Viuian. de iurepatronat. p. 1. lib. 2. cap. 2. num. 18.*

9 Amp. 3. quod ſi plures ſint domini fundi, nempe ſi vnus directum, alter vtile dominium habeat, omnes erunt compatroni ſi in dicto fundo Eccleſia conſtruatur, vt ex *Abb. & Lambert. tradit idem Viuian. de iurepatronat p. 1. lib. 2. cap. 2. num 20.*

10 Amp. 4. quod ſi Eccleſia fundetur in fundo ſubiecto fideicommiſſo reſtituendo, cum vniuerſa hæreditate, & tunc iuſpatronatus acquiritur vtrique hæredi. ſcilicet ipſi hæredi, & fideicommiſſario, ſi hæredi competat detractio quartę trebellianicæ in fundo reſtituendo, cum tunc, ex quo fundus dicitur communis, etiam iuſpatronatus ex communi fundatione communiter ab vtroque acquiritur, ſed ſi fundus ſit reſtituẽdus per hæredem fideicommiſſario, & habeat quartam totius hæreditatis ex alijs rebus, vel ſi fideicommiſſum eſſet particulare de huiuſmodi fundo reſtituendo, & non de tota hæreditate, quo caſu hæres non ſubtrahit quartam, tunc iuſpatronatus pertinet in totum fideicommiſſario, & non hæredi, vt comprobat *Maſſobr. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. tit. de Eccleſ. Patronat. prælad. 7. dub. 12. per tot.*

11 Contrarium, quod iuſpatronatus non tranſeat ad fideicommiſſarios, ſed remaneat penes hæredes inſtitutos, eiuſque ſucceſſores etiam reſtituta hæreditate, ita reprobato *Romano in l. Titius nu. 3. ff. ad*

Digitized by Google

Trebel. ex Bart. tenet Lambert. de iurepatronat. lib. . p.2. qu.2. art.35. num.1. verſ. tamen prædictis, & hanc ſententiam vti veriorem ſecuti ſunt Didac. de teſtam §.9. num.8. & var. reſol. lib.2. cap.18. nu. 8. Emanuel. à Coſta in cap ſi Pater p.2. verſ. trebellianica num. 4. de teſtam. in 6. Peregr. de fideicom. art 6. num 37. Mantic. de coniect vltim. voluar. lib. 4. tit.12. num. 6. & 15. Garz. de benef. p.5. cap. 9. num 17. Lotter. de re benef. lib.2. qu.11. num.29. & ſeq. Viuian. de iurepat. p.1. lib.4. cap. 2. num 76. Fuſar. de ſubſtit. qu. 634. num. 2 Fachin. controuerſ. iur. lib. 10. cap. 94. & lib.13. cap 90. Sanchez. reſpenſ. moral. dub.94. nu.2. Anton. Gomez. var. reſol. tom.1. p.5. num 29. Cenal. in ſpecul. commun. opin. q.717. num. 4. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.71. num.9. Craſſ. de ſucceſ. in §. fideicom. qu.52. & hanc opinionem continuo Rotam amplexilse, & in cauſis decidendis ſemper fuiſſe receptam dixit in Bononien. iuriſpatr. 23. Ian.1640. § nam licet coram Bichio.

12 Et ratio eſt, quia in fideicommiſſarium tranſeunt ea ſolum, quæ commodum pecuniarum reſpiciunt, ſed iuſpatronatus eſt quid Religioſum, & commodum pecuniarum non reſpicit, & tantum reputatur inter iura directa, & mera honorifica, cap. quando de iudic. Lambert. in tit. de iurepatronat. lib.1. p.2. qu.2. art.35. num.1. verſ. ego magis clare, ea autem, quæ concernunt commodum honorarium remanent penes hæredem latè Peregr. de fideicom. art 6. num. 18.

13 Sed contra hanc ſecundam contrariam opinionẽ valdè viget, quod ſicut fundus ſpectat ad fideicommiſſarium, & concernit commodum pecuniarum, ita etiam ad eundem ſpectare debet iuſpatronatus, loco fundi ſubrogati, alias eſſet in facultate hæredis euertendi bona fideicommiſſaria, ad effectum acquirendi huiuſmodi iura honorifica, in præiudicium vocatorum, vt benè ratiocinatur Maſſob. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. tit. de Eccleſ. Patronat. prælud.7. dub. 13. num. 9. & ſeq.

14 Eliditur tamen hoc motuum, quia non ex natura, nec ex diſpoſitione legis procedit, quod iuſpatronatus non ſit tranſmiſſibile ad fideicommiſſariũ, cum etiam titulo legati, & fideicommiſſi relinqui poſſit Molin. de primog. lib.1. cap.24. num. 13. Rota dec.675. num. 2. p. dec. 267. num. 4. p. 6. recen. Sed

15 ex præſumpta voluntate teſtatoris, vt apud primũ hæredem honorificum iuſpatronatus remaneat, & quod fideicommiſſario reſtitui debeant bona, & iura afferentia commodum pecuniarum, non autem ea, quæ ad honorem dumtaxat pertinent docet Conar lib.2. cap.12. ſub num.8. verſ. poſterioris; ibi id enim à teſtatoris voluntate iure præſumpta deducitur Montic. de tacit. lib.4. tit.12. num.15. Lotter. de re benef. lib.2. qu.11. num.37. Rota poſt Viuian. de iurepatronat dec. 24. num. 4. & in Bononien. iuriſpatronatus 23. Ianuar. 1640. §. quia tamen coram Bichio.

16 Lim.1. quod ex voluntate, aut expreſſa diſpoſitione teſtatoris iuſpatronatus poteſt tranſire in fideicommiſſarium Conar. var. reſol. lib.2. c.146. nu. 6. Garz. de benef. p 5. cap. 9. num. 19. Lambert. de iurepatr. lib. 1. qu. 2. art. 35. ad finem Viuian. tract. eod. lib.4. cap 2. num.77.

17 Lim.2 ſi fideicommiſſum ſit factum Eccleſiæ, quo caſu nulla detrahitur quarta Trebellianica, vt per Tiraquel. in tract. de priuil. pia cauſ. priuileg. 27. Vel quando à teſtatore Trebellianicæ detractio prohibita fuerit, nam tunc iuſpatronatus tranſit ad fideicommiſſarium ſecundum Lambert. de iurepatronat lib.1. qu.2. art.35. num. 8. ſed hanc opinionem eſſe ſingularem, & pati multas difficultates tradit Viuian. de iurepatronat. p.1. lib.3. cap.2. num.78.

18 Non autem ex qualibet fundi collatione acquiritur iuſpatronatus, ſed ex ipſa fundi collatione, eiuſque dominij tranſlatione in totum ad fauorem Eccleſiæ, adeo vt fundi collatio, & dotis conſtitutio debeat eſſe, & dari non repetitiua, nam ſi dominus fundi vellet retinere penes ſe aliquod dominium puta directum, Eccleſia non eſſet ibidem ædificanda, & ſi de facto conſtrueretur Dominus fundi nullatenus acquireret iuſpatronatus, prout etiã neque acquireret, ſi in limine fundationis, ſeu erectionis reſeruaret ſibi cenſum, ſeu certum canonem ſuper Eccleſia, cum huiuſmodi reſignatio deſignet rationem diuerſi dominij, ſcilicet lucratiui, & non honorifici iuriſpatronatus, Lambert. de iurepatr. lib. 1. p.1. qu.2. art. 2. num. 2. ex Gail. in repetit. cap. ſi dilecti in 6. Maſſobr. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. tit. de Eccleſ. patronat prælud.7. dub.13. per tot.

19 Sed quod Patronus poſſit in limine fundationis reſeruare ſibi aliquem cenſum, cum conſenſu Epiſcopi, vel quid aliud temporale exigendum ab ipſa Eccleſia tradit gloſ. & omnes ſcribentes in cap. præterea 13. de iurepatr. latè Rocch. de iurepatr. in verb. & vtile num.6.

20 Concorda has DD. diſcordantes ſententias, doctrinam Roc. ac textum in cap. præterea 13. de iurepatr. locum ſibi vendicare, quando patronus dotauit ſufficienter, doctrinam vero Gail. ac aliorum procedere quando fundator dotauit inſufficienter ita Maſſobr. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. tit. de Eccleſ. patronat. prælud. 7. dub. 13. num. 7.

21 Animaduertendum tamen eſt, quod ad acquirendum iuſpatronatus quamuis non requirantur copulatiuè illa tria media nempe fundatio, dotatio, & ædificatio, vt ſimul ab vno, eodemque fiant, ſed poſsint à pluribus ſupradicta præſtare, ita quod quilibet, ex qualibet concurrentia efficiatur patronus, nihilominus nequit acquiri iuſpatronatus, niſi ad huiuſmodi dotationem, conſtructionem & fundationem accedat conſenſus Epiſcopi iuxta text. in cap. nemo de conſecrat. diſ. 1. cap. nobis vbi glo.1. de iurepatr. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.70. num.20. Garz. de benef p.5. c. 9. num. 71. Lambert. de iurepatron. p.1. lib.1. qu.3. art.7. Viuian. tract. eod. p.1. lib.2. cap.1. num.8. in fi. & cap.2. nu. 7. in fi. Maſſob. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. tit. de Eccleſ. patronat. prælud.7. dub.6. num.6. Rota dec.517. num. 3. p. 1. recen. Et ratio eſt quia cum hoc ius ſit ſpirituale, non poſſunt laici ſpiritualia propria auctoritate tractare, vndè neceſſaria eſt auctoritas Epiſcopi, vt ratiocinatur Viuian. dicto cap.1. nu.11. & ſeq ex Lambert. de iurepatr. p.1 lib.1. qu. 3. art. 5.

22 Huiuſmodi verò conſenſus debet eſſe expreſſus, nec ſufficit tacitus; præſumitur tamen interueniſſe ſtante lapſu longi temporis à die fundationis, ſeu conſtructionis, maximè cum diu Eccleſia prò Eccleſia fuerit habita, & in ea celebrata fuerint diuina, quæ non niſi de ſcientia, & conſenſu Epiſcopi celebrari poſſunt, Archidiac. in cap. nemo, verſ. vbi autem

autem dubium de conſecrat. diſtin. 1. Lambert. *vbi ſupra art.* 6. *&* 7. *nu.* 2. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſ. alleg.* 70. *num.* 21. *late Gabr. de præſumpt. conclu.* 1. *num* 9. *Viuian. de iurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 12. *&* 13. *Caputaquen. deciſ.* 185. *p.* 2. *Seraph. deciſ.* 871. *num.* 3. *Rot. dec.* 517. *nu.* 3. *p.* 2. *recen.*

24 Qui quidem conſenſus ſufficit, quod interueniat ex poſt facto, cum retrotrahatur perinde ac, ſi ab initio interueniſſet, *Garc. de benef. p.* 12. *cap.* 2. *num.* 209. *ſub prin. Aloyſ.* Ric. *in prax for. Eccleſ. reſol.* 123. *num.* 3. *Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop. alleg.* 70. *nu.* 21. *& ita dixiſſe* Rot. *coram Lancellotto patet ex deciſ. per eum relata.*

25 Et adeo eſt neceſſarius Diœceſani conſenſus, vt ſi plures concurrant in dotatione, & fundatione, & aliquis petat conſenſum, alter non, qui conſenſum obtinet, erit patronus, & non alter, qui non obtinet, vnde ſi quis, puta primo loco dotauerit, & non petierit Ordinarij conſenſum, ſi poſtea alij fundum contulerint, vel ædificauerint, & obtinuerint Diœceſani conſenſum, acquirunt priuatiuè iuſpatronatus, *Lambert. de iurepatr. lib.* 1. *p.* 1. *qu.* 3. *art.* 7. *Maſſob. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. prælud.* 7. *dub.* 6. *num.* 9.

26 Verum ſicut non ſufficit fundatio, dotatio, vel conſtructio ad acquirendum iuſpatronatus ſine Epiſcopi conſenſu, ita nec ſufficit Epiſcopi conſenſus ſine actu fundationis, dotationis, vel conſtructionis, quia non poteſt Epiſcopus rei ſacræ abſque legitima cauſa hanc ſeruitutem iuriſpatronatus imponere, *Abb. conſ.* 106. *num.* 4. *vol.* 2. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 70. *num.* 25. *par.* 3.

27 Et ſi Diœceſanus ſine legitima cauſa renuat conſenſum præſtare, poteſt ad eum præſtandum compelli, auctoritate ſuperioris Antiſtitis, nempe Metropolitani, Archiepiſcopi, vel Primatis, ſecus autem, ſi renuſet cum cauſa, vt ſi dos non ſufficeret, vel aliquid aliud neceſſarium deficeret, *Card. in cap. nobiſ.* 25. *de iurepatr. in* 6. *Lambert. in tract. de iurepatr. lib.* 1. *p.* 2. *qu.* 1. *art.* 26. *Abb. conſ.* 59. *verſ. tertio principaliter conſidero p.* 2. *Viuian. de iurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 19. *Maſſob. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. tit. de Eccleſ. Patronat. prælud.* 7. *dub.* 7. *per tot.*

28 Amp. vt diœceſanus compelli poſſit ad præſtandum huiuſmodi conſenſum, etiam ſi Patronus in limine fundationis vellet apponere aliquam conditionem contra ius commune, nempe quod inſtitutio non ſpectet ad Epiſcopum, quam, & aliam conditionem, ſeu reſeruationem vtique apponere poſſe, etiam ſi aduerſetur diſpoſitioni iuris communis docet *Fehn. in cap. cum venerabilis in prin.* 6. *de except. Lambert. de iurepatr. lib.* 1. *p.* 2. *qu.* 5. *art.* 20. *verſ.* adduco vigeſimo tertio, *num.* 5. *& eodem lib.* 1. *p.* 1. *qu.* 9. *art.* 1. *ampliat.* 19. *num* 84. Et ratio eſt, quia non agitur de præiudicio iuris Eccleſiæ iam quæſiti *Maſſobr. dicto prælud.* 7. *dub.* 8. *per tot.*

SVMMARIVM.

1 Dos ad effectum acquirendi iuſpatronatus debet eſſe ſufficiens, & perpetua.
2 Quando dicatur ſufficiens, & congrua & nu. 3.
4 Conſenſus debet ante conſtructionem Eccleſiæ.
5 Epiſcopus conferens Eccleſiam non acceptata dote de ſuo dotare tenetur.
6 Eccleſia ſi abſque dote conſtructa reperiatur, quomodo cogendus ſit fundator.
7 Dotans Eccleſiam iam fundatam, quomodo acquirat iuſpatronatus.
8 Dotans Eccleſiam, quæ in totum dotem amiſit, acquirit iuſpatronatus, ſecus ſi ſuppleat dotem depauperatam.
9 Dos poſt conſecrationem aſſignata, retrotrahitur ante dictam conſecrationem.
10 Conſenſus Epiſcopi ſuper dotatione poſt conſtructionem, non eſt priuilegiatiuus.
11 De iure communi licet dotare Eccleſiam conſtructam, & conſecratam, ſi ſit indotata, vel dotem amiſerit.
12 Dos ad effectum acquirendi iuſpatronatus conſtitui poteſt in re Emphyteutica.
13 An in vſufructu conſtitui poſſit.
14 Redotans Eccleſiam, quæ in totum dotem amiſit, efficitur patronus priuatiuè quo ad primum.
15 Supplens dotem Eccleſiæ depauperatam, non efficitur patronus, niſi de conſenſu Diœceſani, & primi patroni.
16 Patronus ratione fundi, vel dotis, vel conſtructionis, ſi Eccleſia diruta reædificetur an ſint patronus cum reædificante.
17 Patronus Monaſterij ſi alteri vniatur, an remaneat patronus.

ADNOTATIO II.

Dos Eccleſiæ aſſignanda, an & quando dicatur congrua ad effectum acquirendi iuſpatronatus.

1 DOs ſufficiens, & perpetua eſt Eccleſiæ aſſignanda, & tradenda in limine fundationis ad effectum acquirendi iuſpatronatus, *cap. nemo il* 1. *de conſecrat. diſ.* 1. *Zecch. de benef. & penſion. cap.* 12. *num.* 3.

2 Debet præterea eſſe congrua, adeo vt eius redditus ſufficiant pro ſubſtentatione Rectoris, Clerici, & prò luminaribus, alijſque neceſſarijs pro Eccleſiæ manutentione, ſcilicet pro Sacerdotum veſtibus, ornamentis Altaris, alijſque opportunis prò miſſarum, diuinorumque celebratione, vt tradunt *DD. in cap. nemo il* 1. *de conſecrat diſ.* 1. *cap. placuit.* 1. *qu.* 2. *cap. piæ mentis* 16. *qu.* 17. *Maſſobr. in tract. de habend. concurſ. ad Paroch tit. de Eccleſ. patronat. prælud.* 7. *dub.* 14. *num.* 4. *Viuian. de iurepatron. p.* 1. *lib.* 2. *cap* 4. *num.* 3.

3 Vero quia conſtitui nequit certa regula, quæ omnia beneficia comprehendat, ideò vt aliquid certius, & clarius habeatur octo caſus referuntur à *Lambert. de iurepatr. lib.* 1. *qu.* 5. *art.* 21. *num.* 11. 12. *& ſeq. & à Maſſobr. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. tit. de Eccleſ. patronat. prælud.* 7. *dub.* 14. *a num.* 5. *vſque ad fin. & a Viuian. tract. de iurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 31. in quibus deducitur, quæ ſit dos competens Eccleſiarum Cathedralium, Parochialium, ſimplicium Capellarum, Collegiatarum, Monaſteriorum, Beneficiorum in obſtracto, quæ ſcilicet eriguntur cum ſola dotis conſtitutione, abſque Eccleſiæ, vel Capellæ conſtructione, Oratoriorum, & Hoſpitalium, ac Clericorum Seminariorum, vt apud ſupradictos videndum erit, ne alienos labores hic referam.

4 Dos autem conſtitui debet ante conſtructionem Eccleſiæ, & Epiſcopus ante quam præſtet conſen-

ſum ſuper Eccleſię ædificatione debet ex neceſſitate requireret, quod fundans conſtituat cum effectu ſufficientem dotem per publicum inſtrumentum, alias
5 ſi Epiſcopus conſecrat Eccleſiam non acceptata dote, de ſuo eam dotare tenetur, *cap. nemo de conſecrat. diſt. 1. cap. cum ſicut de conſecrat. Eccleſ. vel Altar. ibique glo. in verb. conſecranda, & Abb.* Lambert. *de iurepatr. lib. 1. p. 1. qu. 5. art. 10. Viuian de iurepatr. p. 1. lib. 2. cap. 4. num. 14. & plurib. ſequen.*

6 Sed ſi abſque dote Eccleſia conſtructa, & ædificata reperiatur, cogi poteſt fundator, & conſtructor ad eam dotandam, & directè compelli officio Iudicis Eccleſiaſtici, vel indirectè per ſuſpenſionem conſecrationis, donec dos conſtituatur, alias tenetur conſecrator, *Abb. in cap. cum ſicut num. 3. de conſecrat. Eccleſ. vel Altar. Lambert. de iurepatron. lib. 1. p. 1. qu. 5. art. 18. Viuian. tract. eod. p. 1. lib. 2. cap. 4. num. 25. 26. & 27.* vbi quod idem dicendum ſit de Capella, & Altare.

7 Durans verò Eccleſiam fundaram, & conſtructam ſine dote, de iure communi acquirit iuſpatronatus, dummodò accedat conſenſus Diœceſani, & non contradicatur à Fundatore, & conſtructore, ac ipſa dos conſtituatur titulo dotis, & non ſimplicis donationis, *Lambert. de iurepatr. lib. 1. p. 1. qu. 6. art. 1. num. 5. & ſeq. Viuian. de iurepatr. p. 1. lib. 2. cap. 5. num. 1. vbi ita dixiſſe Rot. in Lucana decanatus 8. Iunij 1576. coram Clemente VIII. §. quo vero.*

8 Vlterius requiritur, quod Eccleſia prorſus indotata exiſtat, vt loquitur, *Rocch. de iurepatr. in verb. & dotauit. quæſt. 2. & Abb. conſ. 28. lib. 2.* quod adeo verum eſt, vt & ſi dos eſſet depauperata, ſi tamen in totum ſublata non eſſet, illam ſupplens non efficitur Patronus, vt reprobato *Hoſtien. & Abb.* tradit *Roc. vbi ſupra qu. 3.* quem refert, & ſequitur *Rot. in dicta Lucana* Decanatus *dicto §. quo vero.*

9 Quinimmo fauore Eccleſiæ dotatio retrotrahitur, & fingitur Eccleſiam dotatam ante conſecrationē, vt quis inducatur ad dotandum propter acquiſitionem iuriſpatronatus, *Io. And. in cap. 1. col. vlt. in prin. verſ. & tunc fauore Eccleſiæ fingamus de iurep. Abb. in cap. 3. num. 9. in fi. & ibi Bero. num. 71. verſ. non obſtat quod res ſacra eod. tit. Abb. conſ. 59. nu. 3. verſ. quod tamen limitauit lib. 2. Roc. in verb. & dotauit num. 4. ad fi. verſ. non obſtat igitur Paul. de Cittadin. de iurep. p. 3. caſ. 2. qu. 1. num. 77. verſ. & fauore Eccleſiæ Lambert. eod. tract. lib. 1. quæſt. 6. art. 1. numer. 6. verſ. non obſtat fundamentum fol. mihi 50.*

10 Nec conſenſus Epiſcopi ſuper dotatione facta poſt conſtructionem, & conſecrationem Eccleſiæ redditur priuilegiatiuus, ita vt dotans efficiatur Patronus, quaſi ex priuilegio, quia ſicut de iure
11 communi, licet dotare Eccleſiam iam conſtructam, & conſecratam, quando dotem non habuit, vel quando dos habita perierit, ita acquiri debet iuſpatronatus, perinde ac ſi ante ipſam conſtructionem, & conſecrationem dos conſtituta fuiſſet, vt reprobaro *Lambert. de iurepat. lib. 1. p. 1. qu. 6. art. 1. num. 8. in fi. verſ. dicerem, & aliud, dixit Roc. in Imolen. Iuriſpatr. 23. Martij 1579. coram Cantuccio relat. per Viuian. de iurepatr. p. 1. lib. 2. cap. 5. ſub num. 1. fo. 77. verſ. nam eius opinio.*

12 Dos autem ad effectum acquirendi iuſpatronatus conſtitui poteſt etiam in re emphyteutica, ſeu feudali, dummodo à Domino directo remittatur dominium, quo caſu vtrique directo, & vtili acquiritur iuſpatronatus, vel poteſt dari res emphyteutica pro dote etiam ſine conſenſu Domini directi, cum hoc vt vendatur vtile dominium, & ex pretij retractu emantur alia bona, vt ex *Lambert. tradit Viuian. de iurepatr. p. 1. lib. 2. cap. 4. num. 6.*

13 Non eſt autem huiuſmodi dos conſtituenda in vſufructu, cum non ſit perpetuus, & multis modis extingui poſſit, vt habetur *in tit. de vſufructu in inſtit. Viuian. dicto cap. 4. num. 7.* & ratio eſt, quia dos debet eſſe perpetua, ſed ſi aliquod pretium eiuſdem vſusfructus conſequi poſſit, vt ex illo emantur alia bona prò dote, eius conſtitutio tenet, *Lambert. de iurepatr. lib. 1. p. 1. art. 5.*

14 Redotans verò Eccleſiam cum conſenſu Diœceſani, quæ in totum dotem amiſit, acquirit iuſpatronatus ratione dictæ redotationis priuatiue quo ad primum patronum, qui primo loco dotem conſtituit, cuius ius reſolutum remanſit, per dotis deſtructionem, & reſolutionem, cum non entis nullæ ſint partes, & à priuatione ad habitum non detur
15 regreſſus, ſed ſi prima dos in totum ab Eccleſia amiſſa non fuerit, tunc ſupplens dotem, vti tantum Benefactor non acquirit iuſpatronatus, niſi volente primo Patrono, & conſentiente Diœceſano, quibus concurrentibus efficitur compatronus, cum primo dotante latè *Lambert. de iurepatr. lib. 1. art. 6. num. 1. Gratian. diſcept. 177. num. 24. Viuian. de iurepatr. p. 1. lib. 2. cap. 5. num. 11. & 12.* alias Eccleſia effecta libera, non eſt in ſeruitutem redigenda ex ſolo augumento dotis.

16 Patronus ratione dotis remanet Patronus in Eccleſia diruta, & reædificata, pro vt etiam Patronus antiquus, qui contulit fundum erit adhuc Patronus, quia ſicut dos, & fundus, quorum reſpectu effecti fuerunt Patroni, remanent in ſuo eſſe, ita quoque remanere debet in ſuo robore iuſpatronatus, Patronus verò ratione conſtructionis pariter erit compatronus cum reædificante, quia ab ipſo primo conſtructore lapides, cæmenta, & fundamenta proueniunt, vnde aliquod ius eidem præſeruatur, *Lambert. de iurepatr. lib. 1. p. 1. art. 4. Viuian. eod. tract. p. 1. lib. 2. cap. 5. num. 7. 8. & 9.*

17 Patronus verò alicuius Monaſterij, ſi ob eius deſolationem alteri vniatur, non efficitur Patronus ſecundi Monaſterij, ſed remanet Patronus primi, ſi primum dotauit, ſecus vero, ſi ſecundum, cui fit vnio, ſit omnino ſine dote, quia cum vnio ſit loco dotationis, Patronus primi erit etiam Patronus ſecundi, *Lambert. de iurepatronat. p. 1. lib. 2. cap. 5. num. 10.*

SVMMARIVM.

1 Iuſpatronatus ex priuilegio eſt reuocatum per Sacrum Concilium Tridentinum.
Amp. etiam cum quaſi poſſeſſione inde ſecuta, ibid.
2 Amp. etiamſi iuſpatronatus ex priuilegio ſpectet ad Duces, & Marchiones.
3 Amp. etiam ſi in priuilegio dicatur competere ex vera, & reali fundatione.
4 Iuſpatronatus ex priuilegio cadit ſub regula de menſibus, nec ſuffragatur immemorabilis nu. 5.
6 Lim. procedere reſpectu priuilegij ex cauſa lucratiua, ſecus ex cauſa oneroſa.

7 Sublim.

7 Sublim. procedere ſi in totum Eccleſia dotetur, ſecus ſi pars dotis ſuppleatur,
8 Iuſpatronatus cenſetur ex mero priuilegio, ſi augumentum dotis non præponderet gratiæ, & quid in dubio.
9 Et quando præponderare dicatur.
10 Commenſuratio cauſæ in priuilegio conceſſo ex cauſa oneroſa, quando ſit facienda.
11 Iuſpatronatus ex augumento dotis ſubiacet diſpoſitioni Regulæ 8. Cancellariæ nu. 13.
12 Regula 8. non tollit iuſpatronatus ex priuilegio, ſeu ex augumento dotis, ſed tantum derogat iuri præſentandi prò illa vice, qua ſuccedit vacatio in menſe reſeruato.
14 Limit. ſi augumentum eſſet notabile, vt ſi ad medietatem aſcenderet, nam tunc non ſubiacet Regulæ 8.
15 Eſt tamen probandum de tempore reſeruationis.
16 Iuſpatronatus, vt ex dotatione acquiratur exigit dotationem formalem.
17 Iuſpatronatus ex augumento dotis quando acquiratur.
18 Augens dotem ad effectum acquirendi iuſpatronatus debet expreſsè ſibi reſeruare.
19 Iuſpatronatus ex augumento dotis non acquiritur abſque beneplacito Apoſtolico.
20 Iuſpatronatus ex augumento dotis non acquiritur.
21 Iuſpatronatus ex redotatione, vt acquiratur, prima dos debet eſſe deperdita.
22 Iuſpatronatus ex priuilegio, & præſcriptione eſt ſublatum per Sac. Concil. Trid.
23 Et à 40. annis citra reuideri poteſt ab Ordinario, & ante 40. annos validum remanet nu. 24.
25 Sed ante quam reuideatur, patronus eſt admittendus ad præſentandum.
26 Ex priuilegio Epiſcopi competere nequit.
27 Etiam ſi patronus reperiatur in poſſeſſione per 100. annos.
28 Epiſcopus non poteſt concedere iuſpatronatus ſuper Eccleſia libera.
29 Etiamſi Eccleſia antea fuiſſet patronata, ſecus autem ex auctoritate Papæ.

ADNOTATIO III.

Iuſpatronatus ex priuilegio, an, & quando competat.

1 IVſpatronatus ex priuilegio in totum eſt renocatum per *Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. de reform. cap. 9.* etiam cum quaſi poſſeſſione inde ſecuta, *Pariſ. de confidentia qu. 28. num. 239. & ſeq. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. num. 18. 19. & ſeq. Garz. de benef. p. 5. cap. 9. num. 115. Viuian. de iurepatr. p. 1. lib. 2. cap. 5. num. 15. Barboſ. in Concil. Trid. dicta ſeſſ. 25. de reformat. cap. 9. num. 68. Seraph. deciſ. 1395. num. 4. Gregor. XV. deciſ. 397. num. 3. vbi Adden. num. 6. Rot. deciſ. 88. num. 2 & 3. p. 1. recen.*

2 Amp. procedere etiamſi iuſpatronatus ex priuilegio ſpectet ad Duces, Marchiones, Comites, niſi ſit iuſpatronatus Regum, ſeu Principum iura regia habentium *Beltram. in addit. ad Greg. XV. dec. 397. num. 6. circa med.*

3 Amp. 2. procedere etiamſi in priuilegio habeatur iuſpatronatus competere, non ſolum ex priuilegio, ſed etiam ex reali, & vera fundatione, & dotatione, quia non ideò deſinit eſſe ex priuilegio, vt quidquid in contrarium teneat *Gonz. ſuper reg. 8. Cancel. glo. 18. num. 92. & 93.* ſæpe firmauit Rota, vt patet ex deciſionibus relatis per *Garz. de benef. p. 5. c. 9. num. 117. & 118. & per Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 9. ſub num. 68.*
bene Rot. dec. 88. num. 2. & 3. p. 1. rec. relat. per adden. ad Greg. XV. dec. 397. num. 6. verſ. etiamſi in priuilegio.

4 Amp. 3. quod iuſpatronatus competens ex priuilegio, & gratia Papæ, etiam cum Clauſula, vt ſit perindè, ac ſi eſſet ex fundatione, & dotatione cadit ſub diſpoſitione regulæ de menſibus, cum non dicatur propriè ex fundatione, & dotatione, & ita declaraſſe *Sac. Cong. Concil. ſuper cap. 9. ſeſſ. 25. de refert Garz. de benef. p 5. cap. 9. n. 118.* quam etiam refert *Maſſobr. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. prælud. 7. dub. 3. num. 85. & 86.* vt ſubdit ne-
5 que adhuc effectum ſuffragari immemorabilem, quando iuſpatronatus præſumitur ex priuilegio ex alia declaratione eiuſdem Sacræ Cõgregationis, quam refert *Barboſ. in Concil. Trid ſeſſ 25. de reform. cap 9. num. 68. verſ aſſerit etiam deciſum Garz. de benef p. 5. c. 9. num. 119.*

6 Limit. ſupradicta procedere reſpectu priuilegij conceſſi ex mera cauſa lucratiua, ſecus ſi fuerit cõceſſum ex cauſa oneroſa, quod non eſt ſublatum à Concilio, quia huiuſmodi conceſſio non poteſt dici mere priuilegium, & ita ſæpè fuiſſe deciſum per Rota *refert Garz. de benef. p. 5. cap. 9. num. 120.* faciunt tradita *per Gonzal. ad reg. 8. Cancel glo. 28. à num. 22. & glo. 36. num. 36. Vian. de iurepatr. p. 1. lib 2. cap. 5. num. 16. adden. ad Greg. XV. dec. 397. num. 6. verſ. prædicta indubitanter Seraph. dec. 499. num. 4. & dec. 518.*

7 Sublim. hoc verum eſſe, ſi in totum Eccleſia dotetur, non autem ſi pars dotis ſuppleatur *Gonzal. dicta glo. 18. num. 53. Garz. dicto cap. 9. num. 122. & 123. Viuian. de iurepatr. p. 1. lib. 2. cap. 4. num. 16. verſ. quod eſt verum.*

8 Augumentum autem dotis debet præponderare gratiæ, alias iuſpatronatus cenſeri debet ex mero priuilegio *Rota dec. 457. num. 17. p. 1. diuerſ. & dec. 58. num. 8. p. 1. recen.* Et præponderare non dicitur,
9 niſi Eccleſia congrua dote deſtituta eſſet, vnde deficerent neceſſaria pro eius ſubſtentatione *Rota dec. 457. num. 17. in fi. & 18. p. 1. diuerſ. relat. per Adden. ad Greg. XV. dec. 397. num. 6. verſ. nec dicatur.* In dubio tamen præſumitur augumentum præponderare gratię *Seraph. dec. 518. num. 4.*

10 Intellige ſupradicta procedere, quando agitur ad effectum cognoſcendi, an Papa derogare poſſit, ſiquidem quando cauſa oneroſa præponderat priuilegium, cenſetur ſapere contractum, qui redditur irreuocabilis, ſed ſi agatur de præſumpta mente Papæ, ſeu cuiuſcunque alterius diſponentis, an ſcilicet voluerit derogare, & tunc non eſt locus præfatę commenſurationi, ſed eo ipſo, quod priuilegiũ eſt conceſſum non merè gratuito, ſed ob aliquam impenſam, non cenſetur cadere ſub diſpoſitione derogatoria ex defectu voluntatis, vt optimè declarauit *Rota dec. 518. num. 4 & 5. coram Seraph. relat. per Adden. ad Greg. XV. dec. 397. num. 6. verſ. nam talis obiectio.*

11 Intellige 2. hæc omnia de plano procedere reſpectu derogationis Concilij Tridentini, ſecus reſpectu derogationis Regulæ 8. cuius diſpoſitioni ſubiacere debet iuſpatronatus ex augumento dotis, tum quia dicta Regula 8. habet clauſulas ampliſſimas, & prægnantiſſimas vt ponderauit *Rota deciſ. 88. num. 9. p. 1. recen.* Tum etiam, quia agitur de minori præiudicio patronorum reſpectu regulæ, quam

reſpe-

Digitized by Google

reſpectu Concilij, quia Concilium tollit in totum
12 iuſpatronatus, regula vero non tollit iuſpatrona-
tus, ſed tantum derogat iuri præſentandi pro illa
vice, in qua ſuccedit vacatio in menſe reſeruato,
in cæteris vero vacationibus ſe motis reſeruationi-
bus patronus habet ius ad præſentandum, vt bene
animaduertit *Adden. ad Greg. XV. dec. 397. ſub nu.
6. verſ. nam talis obiectio, circa med.* & quod iuſpa-
13 tronatus ex augumento dotis ſit ſublatum, & ca-
dat ſub reſeruatione regulæ 8. laté probat *Maſſobr.
in prax. habendi concurſ. ad Paroch. prælud. 7. dub. 3
num. 27. & 28. & per tot. Viuian. de iurepatr. p. 1.
lib. 2. cap. 5. num. 18. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 25.
de reform. cap. 9. num. 71. Rota dec. 58. num. 5. & 6.
confirmata in dec. 88. p. 1. recen. & in Valentina de
Carlet. coram Lancellot. impreſ. penes Garz. de benef.
p. 5. cap. 9. num. 127.*
14 Verum ſi augumentum eſſet notabile, adeo quod
gratiæ præponderaret, ſcilicet ſi ad medietatem
annui valoris fructuum beneficij aſcenderet, tunc
non ſubiaceret Regulæ 8. vt docent *Maſſobr. Viuian.
Barboſ. Adden. ad Greg. XV. in locis ſupra citatis, &
in relatis deciſionibus.*
15 Huiuſmodi tamen augumentum medietatis, aut
alterius partis dotis beneficij probari debet de tem-
pore reſeruationis, alias non poteſt haberi certitu-
do, an augumentum factum fuerit in dicta medie-
tate, vel in tertia parte, vt dixit *Rota in Paduana
iuriſpatronatus coram Corduba impreſ. penes Maſſobr.
in prax. habendi concurſ. ad Paroch. prælud. 7. dub. 3.
num. 40. quæ eſt in recen. deciſ. 46. par. 2. & tradit
Viuian. de iurepatr. p. 1. lib. 2. cap. 5. num. 18. in fi.*
16 Et quia ad acquirendum iuſpatronatus ex do-
tatione exigitur dotatio formalis *cap. filijs 16. qu. 7.
cum alijs allegatis in Cæſarauguſtana coram Coccino
impreſ. penes Maſſobr. in prax. habend. concurſ. ad
Paroch. prælud. 7. dub. 3. num. 48.* ita etiam ex redo-
17 tatione, ſeu ex augumento dotis acquiri nequit,
niſi redotatio, ſeu augumentum ſit tale, quod habi-
to reſpectu ad dotem Eccleſiæ, adeo ſuperet, vt dos
præſens ſit nullius conſiderationis, & ſic priuilegiũ
potius ex iuſtitia, quam ex gratia emanaſſe videa-
tur, quod conſequitur, quando fructus beneficij
augentur ſaltem ad medietatem, alioquin ſi ſit mi-
nus augumentum ſemper iuſpatronatus dicitur ex
gratia, & non ex cauſa oneroſa, & ita firmauit
*Rot. in vna Cæſarauguſt. coram Coccino Decano im-
preſ. penes Maſſobr. in prax. habend. concurſ. ad Pa-
roch. prælud. 7. dub. 3. nu. 50. & 51. & tradit etiam
Viuian. de iurepatr. p. 1. lib. 2. cap. 5. num. 19. verſ. &
ad acquirendum & num. 20.* vbi ſubdit, quod talis
18 augens dotem etiam ad medietatem debeat expri-
mere ſe velle acquirere iuſpatronatus, alioquin
19 diceretur benefactor, vtpote quia nemo poteſt ac-
quirere iuſpatronatus ex augumento dotis ſine
priuilegio Apoſtolico neque induci poteſt ex obſer-
uantia, prout etiam dixit *Rot. in citata Cæſarauguſt.
penes Maſſobr. num. 56.*
20 De iure autem communi certum eſt quod ex
augumento dotis non acquiratur iuſpatronatus
*cap. piæ mentis in verſ. patronum 16. qu. 7. Abb. conſ.
59. lib. 2. Rocch. de iurepatronat. verb. dotauit qu. 2. &
3. & dixit Rot. in cauſa Cæſarauguſt. coram Coccino
impreſ. penes Maſſobr. in prax. habendi concurſ. ad Pa-
roch. prælud. 7. dub. 3. num. 49. & 50.* vbi ſubdit,
21 quod ad acquirendum iuſpatronatus in caſu redo-
tationis neceſſe ſit, quod Eccleſia remanſerit pe-
nitus depauperata, & eidẽ noua dos eſſet conſtituta.
22 Et quoniam iuſpatronatus competens ex priuile-
gio, etiam prægnantiſſimis clauſulis conceſſum fuit
ſubla:um, ſicut illud quod competit ex præſcriptio-
ne *à Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. de reform.* ideo
23 ſi ex augumento dotis competebat ex Papæ priui-
legio, à 40. annis citra ſubijcitur reuiſioni, & exa-
mini Ordinarij ex dicto *cap. 9. Sac. Concil. Trid. Ga-
br. conſ. 195. lib. 1. Viuian. de iurepatronat. p. 1. lib. 2.
cap. 5. num. 17. & ita ſæpe firmaſſe Rot. patet ex deci-
ſionibus relatis per Garz. de benef. p. 5. cap. 9. nu. 125.
126. & 127.*
24 Cætera vero iuſpatronatus ex augumento cõceſ-
ſa ante 40. annos valida remanent, & ita declaraſſe
*Sac. Cong. refert Garz. de benef. p. 5. cap. 9. nu. 124.
& ſeq. Rot. dec. 4. num. 4. p. 2. recen. Adden. ad Greg.
XV. dec. 397. num. 6. in verſ. prædicta indubitanter,*
25 *vbi in fi.* ſubdit, quod etiam iuſpatronatus conceſ-
ſum ex augumento dotis infra 40. annos dicatur
habere implicitum ſtatum validitatis, & donec non
reuideatur, & iudicatũ fuerit Eccleſiæ damnoſum,
& per Ordinarium reuocetur, admitti debent præ-
ſentationes Patronorum *Rot. dicta dec. 4. ſub num. 5.
p. 2. recen.*
26 Ex conceſſione vero, & priuilegio Epiſcopi com-
petere minimè poteſt, iuxta diſpoſitionem *textus in
cap. 2. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. Garz. de benef.
p. 5. cap. 9. num. 128. Viuian. de iurepatronat. p. 1. lib.
2. cap. 5. num. 22. Lambert. eod. tract. par. 1. lib. 1.
quæſt. 10. art. 4. Rocch. eodem tract. in verb. pro eo,
quod de Diœceſani conſenſu num. 34. Staphil. de liter.
gratiæ tit. de modo, & forma impetrandi §. 1. de iuriſ-
patronatus prærogatina num. 3. & 4. Rebuf. in prax. in
in 3. p. ſignaturæ verſ. nec non iuſpatronat. Rot. dec.
197. num. 89. p. 5. tom. 1. recen.*
27 Etiamſi Patronus eſſet in poſſeſſione per centum
annos, & vltra, vel alio longiſſimo tempore, ſi
conſtet de initio tunalico vitioſi tituli, ex quo ma-
la fides reſultat *Gonzal. ad reg. 8. glo. 18. num. 43. Pa-
riſ. de confiden. qu. 28. num. 280. & hanc opinionem
ſequitur Rot. vt in deciſionibus relatis per Garz. de
benef. p. 5. c. 9. num. 128. & pluribus ſequen. & dec.
197. num. 90. p. 5. tom. 1. recen.*
28 Nec Epiſcopus poteſt concedere iuſpatronatus
ſuper Eccleſia libera ſine authoritate Papæ, eamq; in
ſeruitutem redigere *Calderin. conſ. vlt. de iurepa-
tronat. Viuian. de iurepatronat. p. 1. lib. 2. cap. 5.
num. 24.*
29 Etiamſi Eccleſia antea fuiſſet patronata, & po-
ſtea libera effecta propter extinctionem iuriſpatro-
natus, cum nequeat iterum reducere in ſeruitutem,
& alteri ſuper eam iuſpatronatus concedere abſque
authoritate Papæ *Calderin. conſ. vltim. de iurepa-
tronat. Abb. conſ. 106. p. 2. Lambert. de iurepatronat.
lib. 1. p. 1. qu. 10. art. 4. nu. 4. Rocch. de Curt. tract.
eod. verb. pro eo num. 34. Viuian. tract. eod. p. 1. lib. 2.
cap. 5. num. 24. & ita etiam dixiſſe Rot. patet ex deci-
ſionibus per eundem relatis.*

S V M M A R I V M.

1 Beneficij de iurepatronatu laicorum inſtitutio pertinet ad Pontificem.
2 Limit. procedere in dignitatibus, ſecus in minoribus beneficijs.

3 Bene-

3 Beneficium de iurepatronatus ſi ſit Eccleſiaſticum, vel mixtum, vt præualeat pars Eccleſiaſtica ſi vacat in curia collatio ſpectat ad Pontificem, & ſubiacet regulis Cancellariæ nu 4. abſque alia derogatione nu. 6.

5 Iurepatronatus ex priuilegio conſuetudine, & præſcriptione ſunt ſublata per Concil. Trid.

7 Si ſit merè Laicale, vel mixtum prò æquali parte non vacat in Curia num. 8. & non cadit ſub generalibus reſeruationibus num. 10.

9 Socius ratione ſocietatis in re indiuidua non debet recipere præiudicium reſpectu alterius ſocij.

11 Iuſpatronatus mixtum ſi pars Eccleſiaſtica ſit potentior ſubijcitur regulis Cancellariæ.

12 Denominatio fit à potentiori.

13 Iuſpatronatus Eccleſiaſticum tamquam dignius trahit ad ſe laicale mixtum.

14 Ad hoc vt non ſubiaceat Regulis Cancellariæ debet eſſe ex fundatione, vel dotatione, aut conſtructione.

15 Eſt iuſtificandum iuxta formam Concil. Trid. non obſtante quaſi poſſeſſione.

16 Quando ad effectum præſentandi ſufficiat ſola quaſi poſſeſſio.

17 Iuriſpatronatus laicalis collatio per dimiſſionem ex conſecutione alterius incompatibilis ſpectat ad Summum Pontificem accedente Patronorum conſenſu.

18 In beneficijs incompatibilibus, cum obtentis de ſtylo Datariæ apponitur Clauſula de dimittendo primum etiam ſi ſit de iurepatronatus laicorum.

19 Iuſpatronatus laicale ſi vacat in Curia curare debet Ordinarius, & Patronus præſentare, & inſtituere, & præuenire Pontificem.

20 De ſtylo Dataria ſolet apponere datam gratiæ prouiſionis beneficij ſub die obitus ad occurrendum ordinariorum prouiſionibus.

21 Beneficia de iurepatronatus Laicorum generaliter non comprehenduntur in reſeruationibus. Amp. vt n. 22.

23 Iuſpatronatus competit Clerico ratione bonorum patrimonialium.

24 Iuſpatronatus Laicale ex fundatione, & dotatione ſemel approbatum præuia cauſæ cognitione, non indiget alia iuſtificatione, dummodò probatio ſit facta poſt concilium, & num. 25.

Iuſpatronatus ſi vacat in Curia eius inſtitutio ad quem ſpectet.

ADNOTATIO IV.

1 Eccleſia patronata, vel beneficium de iurepatronatus laicorum] ſi vacauerit in Curia, ita vt impediantur Patroni præſentare coram Ordinarijs, indiſtinctè quod Papa videatur reſeruare, quo ad ſe illud, quod pertinet ad inferiores Prælatos, nempè inſtitutionem docet *Alphonſus de Sata antiquus gloſſator nuncupat. Regular. Cancellar. in reg. 40. verſ. verum eſt tamen num.* 12.

2 Cuius ſententia declaratur procedere ſolum in Epiſcopatibus, & Abbatijs, ac alijs dignitatibus, quæ comprehenduntur in Regulis reſeruatorijs Patriarchalium Eccleſiarum, nec non, & maiorum dignitatum poſt Pontificales, ac principalium in Collegiatis, non autem in minoribus beneficijs, quorum præſentatio ad laicos ſpectat *Couar. pract. quaſt. cap. 36. §. cæterum verſ. ſed quamuis num. 35. Leſsius de iuſt. & iur. cap. 34. dub. 9. num. 37. Io. à Kochier. in Comment. ad Alphonſ. de Soto. in reg. 40. num.* 26. & ita practicari quotidiè vidiſſe teſtatur *Maſſobr. in prax. ad habend. concurſ. ad Paroch. prælud. 7. dub. 2. num. 1. in fi.*

3 Eſt tamen animaduertendum, quod ſi beneficiũ, quòd vacat, ſit merè eccleſiaſticum, vel mixtum, ita tamen, vt maior pars ſit Eccleſiaſtica, & laicis præponderet, ſcilicet ſi ſpectaret ad vnum laicum, & ad duos Clericos, aut non competeret laicis ratione fundationis, aut dotationis, ſed ex priuilegio, vel præſcriptione, aut vſurpatione tunc enim, cum ſubiaceat regulis Cancellariæ, etiam ſub reſeruatione regulæ de menſibus, vtique dicitur vacare in curia, & collatio, ſeu inſtitutio ſpectat ad Summum Pontificem *Gonzal. ad reg. 8. Cancel glo. 18. num 6. & num. 17. verſ. & quod reſeruatia Couar. practic. q. q. cap. 36. num. 5. poſt med. verſ. quod ſi iuſpatronatus. & colligitur ex deciſ. 574. num. 7. 8. & 9. p. 1. diuers Petrus And. Gamb. de poteſt. legat. lib. 3. num. 368. Creſcen. de iurepatronat. deciſ. 3. in princ. late Maſſobr. in prax. habend. concurſ. ad Paroch. prælud. 7. dub. 2. n. 3.*

4 Et ratio, eſt quia facile huic iuripatronatus Eccleſiaſtico, & mixto præiudicatur *cap. cum dilectus de iurepatronat. cap. dilectus, ibique Abb. & reliqui de offic. delegat. Mandaſ. in reg. 1. qu. 8. num. 5. Couar. pract. quaſt. cap. 36. num. 5. cum alijs per Gonzal. loco citato.*

5 Tum, quia alia patronatus ex priuilegio conſuetudine, & præſcriptione ſunt hodie prorſus ſublata, & abrogata per *Sac. Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 9. de reform.* vnde ſubijciuntur regulis Cancellariæ, & ita ſępe firmaſſe *Rot. patet ex deciſionibus relatis per Gonzal. ad reg. 8. glo. 18. à num. 18. vſque ad 21. Garz. de benef. p. 5. cap. 9. num. 573. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 57. num.* 28.

6 Neque ad hunc effectum exigitur ſpecialis derogatio, quia per ſolam ſimplicem collationem factã à Papa derogatum cenſetur ipſi iuripatronatus *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. num. 7. Maſſabr. in prax. habend. concurſ. ad Paroch. prælud. 7. dub. 2. nu. 4. Caſſad. in tit. de probat. dec. 4. num. 11. & dec. fi. in fi. de iurepatronat.*

7 Si verò ſit mere laicale, vel alias etiam mixtum, ita tamen, vt laici ſuperent, vel ſaltem habeaut æqualem partem beneficium patronatus, non vacat in curia, etiam ſi Papa, ſi vacaſſet per obitum, & non alio modo derogare in totum conſueuiſſet *Pariſ. de reſignat. lib. 2. qu. 4. num. 45. & ſeq. Staphil. de lit. grat. in rub. de modo, & form. impetrand. §. ſequitur videre de iurepatronat. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 57. num. 25. p. 3.*

8 Siquidem, quando iuſpatronatus, eſt mixtum,
& præponderet pars laicalis, tunc potius attendenda eſt qualitas laicalis, ne laicus propter Clericum
9 perdat ſuum priuilegium, cum æquum ſit, quod in
re indiuidua, non patiatur quis præiudicium ratione ſocietatis, & communionis, & benè animaduertit *Ganzal. ad reg. 8. Cancel. gla 18. n. 12.* vbi ſubdit,
10 quod tale iuſpatronatus mixtum, nõ cadat ſub generalibus reſeruationibus, vt expreſsò tenet *Geminian. in c. vnico in final. verb de iurepatr. lib. 6. Felin. in c. multorum n. 3. verſ. & ideo ſingulariter de Iudæis Abb. in cap. dilectus num. 5. verſ. ſed circa prædicta de offic. delegat. Silua de benef. p. 3. qu. 11. num. 11. verſ. duodecima qualitas*, ibi, *licet illud ius præſentandi ſpectaret ad Laicos, & Clericum ſimul Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 3. qu. 9. art. 13. num. 2. Rocch. de Curte eod. tract. in verbo ius in 1. qu. acceſſaria 7. qu. prin. num. 23. verſ. cantra iſtam concluſionem Simonetta de reſeruat. beneſ. qu. 9. num. 6. qui de ſtylo, & practica Curiæ teſtatur, Lap. alleg. 96. verſ. veritatem puto num. 3. & ibi Mandoſ. in addit. verſ. re-*

tra:

cum alijs per *Fuſar. de ſubſtit. qu.469. num.6. & 7.*

29 Sublim. 2. in caſu, qno ſubſtitutio poſſit tranſmitti ad hæredes, quia tunc excluditur ſecundus ſubſtitutus, quia tranſmiſſio excludit ſubſtitutum, vulgarem, *Doctores in l. 1. in 2. effectu* ſubſtitutionis vulgaris *ff. de vulgar. & pupillar. Fuſar.* qui alios allegat. *de ſubſtit. quæſt. 466. numer. 4. & 5.*

30 Sublim. verò principalem limitationem, vt procedat dummodò ſubſtitutio ſit vulgaris, ſecus ſi eſſet fideicommiſſaria, quia fideicommiſſum hæredirate non adita, vel caducata euaneſcit *l. ille à quo §. ſi teſtamento ff. ad Trebel. l. eam quam. vbi Doctores communiter notant C. de fideicom. §. poſteriore verſ. ideòque inſtit. quib. mod. teſtam. infirment Dec. conſ.396. num.3. Burſat. conſ. 262. num. 12. vol. 3. Marta de ſucceſ. legal. p. 4. quæſt. 2. art. 6. num. 5. tom. 2.*

31 Vnde quando prima ſubſtitutio eſt vulgaris, ſecunda vero fideicommiſſaria, tunc caducata vulgari ſecundus ſubſtitutus per fideicommiſſum non poteſt ſuccedere, niſi adeatur hæreditas *Bart. in l. quandiu ff. de acquirend. hæred. Craſſ. in § fideicommiſſ. qu. 66. per totam Fuſar. de ſubſtit. qu. 469. nu. 15. Rot. dec. 459. num. 1. p.4. diuerſ.* & ratio eſt,
32 quia fideicommiſſarius hæreditatem ab alio acquiſitam conſequitur, ac de alterius manu illam accipit, ideoque fideicommiſſaria ſubſtitutio tranſitiua, ſeu traſlatiua dicitur, quia transfert hæreditatem, ab vno in alium, ad differentiam directè ſubſtitutus ſine alicuius miniſterio hæreditatem, quam vacantem reperit, accipit, ſic eleganter Bal. in *l. eam quem ſub num. 14. C. de fideicom. & benè comprobat Peregr. de fideicom. art.2. à num.6. vſque ad 10.*

33 Lim. 4. quod licet teſtamentum fiat caducum per obitum primi hæredis viuente teſtatore, nihilominus vigore Clauſulæ codicillaris in teſtamento adiectæ ſubſtinetur, adeo vt venientes abinteſtato teneantur reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto *l. ex ea §. ex his verbis de teſtam. glo. in l. ex teſtamento C. de fideicom. per doctrinam Bald. in conſ.170. lib. 5. Alex. conſ.42. num.2. lib. 2. & conſ. 17. num. 19. lib.3. Soc. conſ.140. num.5. lib.1. Dec. conſ.142. nu. 1. & 2. Pariſ. conſ.60. num.20. & conſ.62. num.20. & conſ.64. num.13. lib. 2. Marſil. ſing. 547. Oltrad. conſ.171. num.18. qu. 7. Corn. conſ.297. lib.1. Gratian. diſcept.48. num.4. Surd. dec.293. num.11. Vincen. de Franc. dec.156. lib.1. Seraph. dec. 943. nu. 2. & ſæpe firmauit Rota, vt patet ex deciſionibus relatis per Marta de Clauſ. lib. 3. Cla. 11. numer. 19. & 20.*

34 Huiuſmodi autem Clauſula, non ſolum ſaluat teſtamentum nullum defectu ſolemnitatum, verum etiam ſi inſtitutus præmoriatur teſtatori, & filius prætereatur, qui propterea deducta ſua legitima integraliter, tenetur iure fideicommiſſi hæreditatem ſcripto hæredi reſtituere, & legatarijs ſatisfacere, quidquid in contrarium aliqui DD. ſenſerint, & hanc eſſe veriorem, & magis receptam teſtatur *Gratian. diſcept.48. num 6. & diſcept. 448. num.9. & 10. tom. 3. Bart. in l. 1. ff. de iure codicil. & conſ. 170. lib.5. Dec. conſ.141. num.2. Alex. conſ.25. n.5. conſ. 27. num. 4 lib. 1. & conſ. 17. verſ. ponderatis his verſ. nec prædictis obſtat. & verſ. præterea lib. 3. Burſat. conſ.15. num.25. & conſ.92. num.4. Craſſ. de ſucceſ. in § teſtamentū q. 50 n.1. & in § Codicillus q.1. n.2. Clar. in § teſtam. q.46.* Cucch. *legit. tit. quo de iur. ſit relinq. Merlin. eod. tract. lib.1. tit.3. qu.1. nu.20. lib.5. tit. 2. qu. 4. num. 4. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.6. tit.4. num.16. Menoch. lib. 8. præſ. in pt.32. Gabr commun. opin. tit. de Clauſ. Cla 8. Sim. de Pret. tract. de interpret. vltim. volunt. lib.2. ſolu. 11. Peregr. de fideicom. art.2. num.16. & 17. Tiraq. de iure primog. q.4. num. 4. Theſaur. dec.141. nu.9. & dixit* Rota. *dec. 671. num. 7. coram Amat. Dunozet. tom. 1. per textum, quia autem in prin. ff. ſi quis omiſ. cauſ teſtam. l. ex ea ſcriptura §.1. ff. de teſtam. l. ex teſtamenta C. de fideicom. eodem Rot. dec.95. nu. 24. dec.166. n.62. & 63. p.8. recen. dec. 520. n.9. coram*
35 *Buratt.* vbi quod dicta Clauſula operatur, vt teſtamentum tāntummodo ſubſtineatur iure obliquo, non directo, quia ſcilicet filius præteritus cenſeatur grauatus reſtituere hæredi ſcripto, & ſubſtitutis retenta tamen legitima, prout etiam dictum fuit *dec. 367. num. 5. p.2. recen.*

36 Sublim. quando vnus tantum hæres eſt inſtitutus, qui moriatur ante teſtatorem, vnde teſtamentum remanet caducum, & in eo ſit appoſita Clauſula Codicillaris, quod tunc aut nullus alter eſt ſubſtitutus, & clauſula codicillaris, non poteſt ha-
37 bere effectum, quia teſtamentum non poteſt incipere habere validitatem à fideicommiſſo, vt ſupra demonſtraui, cum dicta Clauſula, hoc caſu nihil operetur, puta ſi ſit facta ſubſtitutio fideicommiſſaria filio inſtituto, nam fideicommiſſum vniuerſale deficit, ſi hæres grauatus per fideicommiſſum deceſſit ante aditam hæreditatem *l. ille à quo §. ſi de teſtamento ff. ad trebellian. Alex. conſ.17. num.19. vol. 3. Speculat. in tit. de inſtrument. edition. §. compendioſe verſ. ſed pone Oltrad. conſ. 141. prope fin.* Aut
38 alter eſt ſubſtitutus compendioſè, & tunc quia cōpendioſa habet locum per vulgarem, quando inſtitutus præmoritur ante teſtatorem, vt latè docet *Bald conſ.170. num.3. vol.5.* dicta Clauſula nullum effectum habere poteſt, quia teſtamentum non eſt omninò caducum, ſed incipit habere effectum à ſubſtitutione vulgari, vt dixi in limitatione 3. & in ſpecie tradit *Marta de ſucceſ. legal. p.4. qu.2. art. 6. num.6. 7. & 8. tom.2.*

39 Sublim. 2. vt clauſula codicillaris, prout etiam clauſula omni meliori modo nihil operetur, ſi extranei ſint inſtituti hæredes, ſed tantum operatur, quando liberi inſtituuntur, quia ratio, quæ facit præſumere animum Teſtatoris velle teſtari omni meliori modo, & cum clauſula codicillari, eſt ardor naturalis amoris erga filios, quæ ceſſat vbi extranei inſtituti reperiuntur, vt optimè colligitur in *l. in teſtamenta ff. de fideicom. hæredit. & eſt glo. ſingularis in l. cohæredi §. cum filio in verbo non valuit ff. de vulgar. & pupillar. & ibi Imol. num. 14. Iaſ. num. 18.* ita docet *Merlin. de legitima lib. 5. tit. 2. qu. 4 num. 8. & 10. Theſaur. deciſ.141. num.15. Rot. deciſ. 367. num. 5. in fi. p. 2. & deciſ. 405. nu. 35. p. 9. tom. 2. recen.*

40 Sublim. 3. vt dictæ clauſulæ nihil operentur, quando eſſet inſtituta turpis perſona, cum hoc caſu in totum corruat teſtamentum *Craſſ. de ſucceſſ. in § Codicillus num. 23. Gaſp. Anton. Theſaur. lib. 4. quæſt. Forenſ. 58. num. 4. & 5. Merlin. de legit. lib 5. tit. 2. qu. 4. num. 7.*

41 Sublim. 4 quando exhæredatio, vel præteritio

eſſet

eſſet ignoranter à Patre facta, vt quia iam filius
non eſſet natus, cum hoc caſu clauſula codicillaris
nihil operetur, & ſolum teſtamentum ſubſtinetur,
ſi filius fuerit ſcienter præteritus, ſecus ſi ignoran-
ter, *Merlin. de legit. lib. 5. tit 2. qu. 4. num. 11. Rot.
deciſ. 367. num. 5. p. 2. & deciſ. 405. num. 34. 45.
& 53. p. 9. tom. 2. recen. & in Auenionen. Legitima
30. Iannar. 1654. in fi. priu. coram Peuting.* & quod
42 clauſula codicillaris non operetur in præiudicium
filij, non ſolum quando Pater ignorauit exiſtentiam
filij, ſed ex qualibet alia cauſa inducente ignotan-
tiam præteritionis, imo reſtringi debet ex qui-
buſcunque vrgentibus rationibus dixit *Rot deciſ. 5.
num. 7. & 8. p. 4. tom. 2. recen.*

43 Lim 5. in caſu, in quo prima ſubſtitutio ſit vul-
garis, ſecunda vero compendioſa, & in ea conti-
neatur vulgaris, quo caſu ſi præmoriatur primus
ſubſtitutus, teſtamentum non ſit caducum, ſed ſe-
cundus ſubſtitutus ſuccedit ex hac vulgari in com-
44 pendioſa contenta, quia de vulgari, pupillari,
& fideicommiſſaria, ſi eueniat caſus, vel vulgaris,
vel pupillaris, vel fideicommiſſaria, idem iudica-
tur quando in compendioſa continentur, *Bart. in
l. heredes §. cum ita circa fi. ff. ad Trebel. vbi DD.
Gabr. conſ. 130. num. 7. lib. 1. Dec. conſ. 1. num 77.
lib. 1. Menoch. conſ. 85. nu. 100. & lib. 4. præſump.
189. num. 144. in fi. Peregr. de fideicom. art. 15. num.
1. & art. 13. num. 2. Fuſar. de ſuſtitut. qu. 469. num.
13. & 14. Surd. deciſ. 37. num. 37. cum alÿs relatis
in hac dec. num. 17. & 18.*

45 Amp. hanc limitationem etiam in caſu, in quo
ſint ſubſtituti filij in infinitum, & ſic nepotes, pro-
nepotes, & alij, quo caſu cum hac ſubſtitutio di-
catur compendioſa, etiam ſi non fuerit adiecta
dictio quandocunque, & ſic contineat vulgarem,
filij præmortuorum cenſentur poſt eorum parentes
ſubſtituti, non ſolum per vulgarem, ſed etiam per
fideicommiſſariam, & propterea mortuo vnius filij
patre, in eius locum ſubintrat filius, & ſuccedit
vna cum patruis, vel auunculis in bonis defuncti,
etiam ſi à Teſtatore puta Nepotes vocati fuiſſent
ordine ſucceſſiuo, nam parentibus ipſis mortuis,
ex eorum perſona concurrunt cum eorum patruis,
& Auunculis, *Soccic. iun. conſ. 116. num. 17. vol. 1.*
vbi quod nepotes, & filius debent pariter admitti
non habita diſtinctione prioritatis gradus *Menoch.
conſ. 124. num. 78. verſ. 6. accedit lib. 2. & præſumpt.
95. num. 33. in fi. lib. 4. Peregr. de fideicom. art. 51. nu.
26. & 29. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. qu. 87. num. 34.
plene Rota deciſ. 198. a num. 10. vſque ad 15. p. 4.
tom. 2. recen.*

46 Amp. 2. ſi primus ſubſtitutus ſit pupillariter, &
ſecundus iſti ſit ſubſtitutus compendioſè, nam
tunc peremptò antecedenti gradu, ſubſtitutus ad-
mittitur ex vulgari in compendioſa comprehenſa,
cum idem iudicetur de vulgari in compendioſa
contenta, quam de ſimplici vulgari, vndè hoc ca-
ſu ſecundus ſubſtitutus per vulgarem in locum
primi, tamquam in eius locum ſubrogatus pupil-
lo inſtituto ſuccedit, ſicut ſuccederet primus ſub-
ſtitutus *l. quandiù la 3. ff de acquirend. hæred. vbi DD.
Bart. in l. quandiù ad notabilem quæſt. ff. de acquirend.
hæred. Fuſar. de ſubſtit. qu. 469. num. 32. Mantic. de
coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 6. in prin. Peregr.
de fideicom. art. 15. num. 14.* vbi ponit caſum ſci-
47 licet, Teſtator inſtituto filio pupillo, eidem pupil-
lariter Titium ſubſtituit, Titio vero quandocun-
que ſine liberis decedente, ſubſtituit Caium, mor-
tuo Teſtatore pupillus adiuit hæreditatem, & eo
ſuperſtite, deceſſit Titius primò ſubſtitutus, deinde
moritur pupillus in pupillari ætate, vndè quod
Caius ſuccedere debet, quia ſubſtitutio quoad
Titium fuit compendioſa, in qua continetur vul-
garis, ideo per vulgarem ſuccedit in locum Titij,
& vti ſubrogatus in illius locum per pupillarem
ſuccedit pupillo, prò vt ille ſucceſſiſſet, & hanc
ſententiam veriſſimam dicunt *Angel. Imol. Paul.
Aret.* excepto Romano, quem Aret. reprehendit *in
dicta l. quandiù ff. de acquirend. hæred. cum alÿs DD.
relatis per Rot. deciſ. 403. num. 11. & ſeq. p. 2. recen.
deciſ. 33. num. 74. coram Vrgellen. & in Bononien. fi-
deicommiſſi de Bargellinis 24. Nouemb. 1651. §. neque
obſtat coram Bichia.*

48 Sublim. in caſibus, in quibus vulgaris non conti-
netur in compendioſa, vel quia conditio non eſſet
purificata, vel quia facta in vno tempore, & caſu,
in alio tempore euenit, vel quando ſubſtitutio vul-
garis locum habere non poſſet, vel quia iam hære-
ditas adita eſſet, *Bart. in l. qui habebat, ibique DD.
ff. de vulg Dec. conſ. 81. num. 4. verſ. tertius eſt
caſus lib. 2. Menoch. conſ. 106. num. 386. cum alÿs
per Fuſar. de ſubſtit. qu. 469. num. 33.*

49 Contrarium tamen magis communiter tenent
DD. in caſu, quo hæreditas eſſet adita à pupillo,
nam, quod etiam hoc caſu ſecundus ſubſtitutus
compendioſè ex vulgari ſuccedat in locum primi
ſubſtituti, & ſic ex pupillari admittitur mortuo pu-
pillo in pupillari latè *Pariſ. conſ. 73. lib. 3. Peregr.
de fideicom. art. 34. num. 48. verſ. huic obiecto & di-
cto art. 15. num. 14. Fuſar. de ſubſtit. qu. 469. num.
33. in fi.*

50 Lim. 6. quando vnus tantum filius fuerit inſtitu-
tus, & ſi deceſſerit ſine filijs, Titius fuerit ei ſubſti-
tutus, & clauſula codicillaris reperiatur appoſita,
& verſemur in caſibus, in quibus filij poſiti in con-
ditione cenſentur tacitè vocati, vel ex coniectura,
vel ex diſpoſitione ſtatuti, pro vt diſponitur per
ſtatutum Vrbis lib. 1. cap. 142. & hoc caſu deceden-
te inſtituto, teſtamentum non remanet omninò ca-
ducum, eò quia cum filij cenſeantur vocati, ab il-
lis poteſt deſumere initium validitas teſtamenti, &
tunc clauſula codicillaris operatur, vt venientes ab
inteſtato cenſeantur rogati reſtituere hæreditatem
primo nepotibus Teſtatoris in conditione poſitis, &
deinde Titio ſubſtituto *Turret. in tract. de clauſ. co-
dicil. qu. 50. & tradit. Mart. de ſucceſ. legal. p. 4.
qu. 2. art. 6. num. 8. verſ. tertius caſus & num. 9.
tom. 2.*

51 Sublim. ſi ſubſtitutio eſſet facta cum clauſulis re-
ſtrictiuis, & conditionem importantibus, qua non
purificata ſubſtitutio ſuum non poſſit ſortiri effe-
ctum, vt ſi Teſtator poſt ſubſtitutum Titium, & ſi
ſine filijs deceſſerit ſubſtituat Caium, *caſu quo Ti-
tius in caſu prædicto deceſſerit ſine filijs*, nam hoc ca-
ſu cum teſtator non ſubſtituerit ſimpliciter in caſu
quo Titius deceſſerit ſine filijs, ſed vltro adiecerit
verba *in caſu prædicto*, eaque non ſint appoſita ſub-
ſtitutioni, ſed conditioni purificandæ ante quam
eueniat caſus ſubſtitutionis Caij, perinde eſt, ac ſi
Caius ſubſtituiſſet ſub conditione, quod prius ad
Titij fauorem purificari debeat præſens ſubſtitutio,
ac proinde admittendus non eſt Caius, ſi ob Titij

præ-

prædeceſſum caducata fuerit eius ſubſtitutio, hic namque euentus habetur pro expreſſo per viam conditionis in ſequenti ſubſtitutione, vigore clauſulæ *in caſu prædicto*, quæ reſpicit euentum, & qualitates omnes præcedentis ſubſtitutionis, vnde dicta clauſula ne ſuperflua reddatur, operare debet ſuum effectum bene *Honded. conſ. 49 num. 20. & 21. lib. 2. cum alijs per Rot. in Bononien. fideicom. de Bargellinis 24 Nouemb. 1651. §. non vulgarem coram Bichio*,

52 vbi redditur ratio, quia vulgarem non continet compendioſa, quando confertur poſt acquiſitam hæreditatem gradui antecedenti, *vt ex textu in l. poſt aditam. & l. precipuus poſt prin. C. de impuber. & alijs ſubſt. tradit Alex. conſ. 1 num. 15. lib. 1. Hond. conſ. 49. num. 37. & ſeq. lib. 2. Peregr. conſ. 36. nu. 26. & ſeq. lib. 3. Fuſar. conſ. 26. ſub nu. 16.*

53 Nunquam autem admitti debet vltimus ſubſtitutus, quando percipi poteſt Teſtatorem ſub aliqua conditione eum vocaſſe, & admitti voluiſſe, vt in ſupradicto caſu, in quo Caius ſubſtitutus fuit Titio per fideicommiſſariam tantum, ſub conditione quod prius purificata fuiſſet ſubſtitutio ad fauorem Titij & cum conditio hæc per eius prædeceſſum defecerit, debet etiam deficere ſubſtitutio, nam in fideicommiſſaria attenditur, & impleri debet conditio, ſub qua ſequens gradus eſt vocatus, ad differen-

54 tiam vulgaris ſubſtitutionis, in qua cogitauit Teſtator, quod præcedens gradus poteſt deficere ex capite voluntatis, vel impotentiæ, ſed in fideicommiſſaria Teſtator non intendit vocare vltimum ſubſtitutum, niſi ſub ipſa conditione appoſita, quia cogitauit quod præcedens gradus eſſet admittendus, cum non grauetur reſtituere, qui prius non habuit. *Hond. conſ. 49. num. 35. & 36. Gabr. conſ. 95. ſub num. 21. & 22. lib. 1. Fuſar. conſ. 26. num. 26. Gratian. diſcept. 747. num. 22. & 23.* vbi ita conciliat opiniones contrarias *Seſſe deciſ. Aragoniæ 50. num. 20. & bene explicat Rota deciſ. 339. num. 74. & ſeq. coram Vrgellen. & in Bononien. fideicom. de Bargellinis 24.* Nouemb. 1651. *§. vnde cum filij coram Bichio*.

55 Hinc eſt, quod ſi Teſtator inſtituerit filium, & ſi filius ſine liberis deceſſerit, ſubſtituerit Titium, & ſi Titius ſine liberis deceſſerit ſubſtituerit Caium, ſi Titius primo moriatur relictis liberis, poſtea inſtitutus ſine liberis, verior opinio eſt, quod vltimus ſubſtitutus ſit excluſus, vna cum hæredibus primi grauati, & filij primi ſubſtituti admittuntur, cum habeant voluntatem Teſtatoris prælatiuam aduerſus ſecundum ſubſtitutum, & tamquam poſiti in conditione cenſentur vocati, *Bero. conſ. 128. num. 21. lib. 2. Socin. iun. conſ. 106. num. 24. lib. 1. Gabr. conſ. 95. num. 2. & conſ. 115. lib. 1. Peregr. conſ. 54. num. 2. & 3. lib. 4. Anton. Gab. in tit. de fideicom conclu 4. num 33. late Fuſar. de ſubſtit. qu. 470. num. 1. 6. & 7.* vbi quod ab hac opinione non ſit recedendum.

56 Contrarium quod vltimus ſubſtitutus admittatur, cum hoc caſu huiuſmodi ſubſtitutio videatur compendioſa, quæ continet vulgarem *DD. in l. Centurio ff. de vulg.* & ſic vltimus ſubſtitutus per vulgarem dicatur ſubſtitutus primo ſubſtituto, qui cum mortuus ſit, onus fideicommiſſi, quod erat penes filium inſtitutum, mortuo illo remanere debet cum eodem onere reſtituendi ſecundo, *Bart. in l. quandiu la vltima in ſi. ff. de acquirend. hæreditate, Dec. conſ. 427. per tot. Peregr. de fideicom. art. 15. num. 32. & 33.*

57 Lim. 7. quando teſtator non habens conſanguineos, ſeu hæredes quibus ab inteſtato deferatur hæreditas, & ſuccedere poſſint, ſi vnum tantum hæredem inſtituerit, qui ante Teſtatorem mortuus fuerit, & ita caducum teſtamentum remanſerit, & tunc fiſcus ſuccedit, quia bona ob defectum legitimi hæredis vacant, & in eis à priuato nullum ius prætendi poteſt, vnde ius quæritur fiſco, qui ne rerum dominium ſit in incerto loco hæredum venientium ab inteſtato ſubrogatur, *vt toto tit. C de bon. vacantib. lib. 10. & l. ſancimus §. cum autem C. ad Trebel. & l. cum fiſco ff. ad Syllanian.* vbi quod fiſco bona caduca defuncti adiudicantur *Io. de Plat. in l. 1. num. 3. C. de bon. vacant. lib. 10. plene Lazarius conſ. 74. num. 10. Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 2. art. 6. num. 29. tom. 2.*

58 Declar. quod licet huiuſmodi teſtamentum hoc caſu remaneat caducum quo ad hæredis inſtitutionem, ſubſiſtitur tamen quoad legata in eodem contenta, & fideicommiſſa relicta, quæ à fiſco debentur, cum bona tranſeant ad fiſcum cum ſuo onere, & tenetur adimplere voluntatem defuncti, quem repræſentat, vti eius hæres, ſeu vti ſucceſſor loco hęredis per textum clarum in *l. quidam teſtamento §. quoties de legat. 1. l. vnica § penult C. de caduc. tollen. in verſ. tantum enim nobis ſupereſt clementiæ, quod ſcientes etiam fiſcum noſtrum vltimum ad caducorum vendicationem, nec illi pepercimus & ibi glo. in verb. pepercimus*, & probat text. *in l. pen. C. de caduc. tollen. Boſſ. de public. bonor. num. 13. & 21. Peregr. de priuil. fiſci lib. 5. tit. 1. num. 66. & de receptiſſima ſententia Honded. conſ. 95. num. 108. vol. 1. Menoch. conſ. 409. num. 1. & 93. vol. 5.*

59 Hinc eſt quod fiſcus tamquam hæres cogi poteſt adire hæreditatem, & fideicommiſſarijs reſtituere, ſi clauſula codicillaris in præfato teſtamento caducato appoſita fuerit *Bald. in l. eam, quam num. 5. C. de fideicom. late Turret. in tract. de Clauſ. codicil qu. 33. & 44. Ceual. inter ſuas commun. cont. commun. qu. 144. Fachin. in ſuis contron. iur. lib. 6. cap. 22. Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 2. art. 6. num. 29. vſque ad 37. tom. 2.*

60 Limit. 8. quando hæres inſtitutus repudiauit hęreditatem, nam licet ſi nullus alius cohæres datus fuerit legata non debeantur, quia teſtamentum irritatur, *l. ſi Patroni §. quid ergo ff ad Trebel. Bart. in l. qui filiabus §. ſi. in ſi. ff. de legat 1. Bald. conſ. 328. num 1. vol. 4.* Tamen ſi fuerit appoſita clauſula codicillaris, cuius reſpectu, cum legata conſeruentur, à venientibus ab inteſtato ſunt pręſtanda, *l. ex ea §. ex ijs verbis ff. de teſtam. Bart. & alij ſcribentes in auth. ex cauſa C. de liber. præter & in l. querebatur num 2. ff. de milit. teſtam. Oldrad. conſ. 171. num. 18. Ang. conſ. 108. num. 1. Corn. conſ. 118. num. 3. & 17. vol. 2. & conſ. 307. num. 12. vol. 3. Dec. conſ. 242. num. 2. & conſ. 320. nu. 1. & 2. & conſ. 369. num. 7. Alex. conſ. 26. num. 8. & 10. vol. 1. & conſ. 50. num. 3. vol. 6. Dilet. de arte teſtandi tit. 5. caut. 3. num. 3.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 4. num. 16.* Marta *de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 2. art. 6. a num. 21. vſque ad 28. tom. 2.*

61 Adeo vt ſi hęredi, qui hæreditatem repudiauit, fuerit in eodem teſtamento aliquid relictum titulo

lega-

legati, & clauſula codicillaris in eodem teſtamento adiecta fuerit, dictum legatum præſtandum erit a venientibus ab inteſtato, quia hæres repudiata hæreditate poteſt legatum acceptare, *l. cum reſponſ. C. de legat. l. ſi qua ff. de famil. erciſcund. l. qui filiabus §. fi. ff. de legat. 1. l. apud Celſum §. ſi quis ex unica ff. de except. doli Surd. conſ.* 107. *num.* 10. *vol.* 1. *Marta loco citato num.* 22. & 23.

NEPESINA IVRISPATRONATVS.

ARGVMENTVM.

IVſpatronatus tribus modis acquiritur, fundatione, dotatione, & conſtructione, verba enim Sacr. Concil. Tridentini *ex fundatione, & dotatione* accipienda ſunt diſiunctiue, neque ad hunc effectum eſt neceſſaria expreſſa reſeruatio. Patronis, & Benefactoribus competit ius apponendi inſignia, & memoriam iuriſpatronatus in Eccleſia fundata.

SVMMARIVM.

1 Patronus, & Benefactor poteſt apponere inſignia, & memoriam in Eccleſia, & Capella fundata, dotata, vel conſtructa.
2 Statuæ, & Arcus Triumphales eriguntur perſonis, qui facta egregia, & honores geſſerunt.
3 Iuſpatronatus acquiritur fundatione, dotatione, & conſtructione num. 6. Amp. vt nu. 7.
4 Fundare Eccleſiam quando quis dicatur.
5 Dotare, & conſtruere Eccleſiam, quando quis dicatur.
7 Verba Sacri Concilij Tridentini, ex fundatione, & dotatione accipienda ſunt diſiunctiue,
8 Eccleſia fundata in fundo alieno inſcio Domino, ſi ratum habeat efficitur patronus.
9 Iuspatronatus à fundatore, dotante, vel conſtruente acquiritur abſque expreſſa reſeruatione.
10 Benefactor non efficitur patronus nu. 12. & 13.
11 Benefactor poteſt in Eccleſia habere inſignia, & memoriam collati beneficij.
14 Iuſpatronatus ex conſtructione, vt acquiratur, quid requiratur.
15 Patronus ſi non præſentauerit intra tempus à iure ſtatutum amittit huiuſmodi ius. Lim. vt nu. 16.
17 Iuſpatronatus eſt tranſitorium ad quoſcunque hæredes etiam extraneos.
18 Deficiente familia effectiua, acquiritur contentiuę.
19 Iuriſpatronatus pertinentia præſcribitur inter Compatronos ſpatio 40. annorum. Limit. vt nu. 20.
21 Malafides reſultat ex ſcientia, quæ præſcriptionem impedit.
22 Mala fides ex quocunque actu introducitur, & quandocunque modo ſuperueniat interrumpit præſcriptionem.
23 Mala fides ſufficit ſi colligatur, ex præſumptionibus & coniecturis.

DECISIO IX.

REſolutum fuit pro appoſitione Inſignium, & memoriæ fundationis Oratorij bonæ mortis de quo agitur, quoniam ex teſtium depoſitionibus, & publicis inſtrumentis conſtat de collatione fundi facta a DD. de Veſtrijs prò eiuſdem ædificatione, cuius reſpectu ex inferius dicendis ſicut fuit eiſdem quæſitum iuſpatronatus, ita multo magis compe-
1 tit ius ad præfatæ memoriæ appoſitionem, vt defunctorum pietas, & deuotio ad alios ad ſimilia pia opera incitandos in Oratorijs aſpectu appareat iuxta diſpoſitionem optimi textus in *l. legatum in fi. ff. de adminiſtr. rerum ad Ciuitat. pertinen. ibi vt in eo munificentia eius, qui legauit inſcriptione notetur,* & in terminia Patroni, & Benefactoris Eccleſiæ, vel Capellæ, latè tradit, *Ancar. conſ.* 115. *Cennen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap.* 91. *num.* 5. & 6. *Cepol. de ſeruit. vrban. præd. de picturis cap.* 71. *nu.* 11. & 12. qui teſtatur de communi obſeruantia, & allegat textum, in *l.* 2. *in l opuſ. in fi. & in l. fi. de op. pub.*
2 Vnde ad hunc finem Arcus triumphales, & ſtatuæ marmoreæ ſculpebantur in vrbe, prout etiam modernis temporibus per omnes ferè Eccleſias circumſpicitur, vt eorum memoria, qui pium opus præſtauerunt, aut glorioſe vixerunt, & honores geſſerunt, ſeu ob benemerita in perpetuum haberetur, *l. fi. & tot. tit. C. de ſtat. & imagin.*
3 De acquiſitione verò iuriſpatronatus Oratorij facta à Veſtrija non eſt dubium, prò cuius intelligentia firmandum eſt, quod iuſpatronatus, tam per Laicos, quam per Clericos tribus potiſſimis modis acquiratur, fundatione ſcilicet, conſtructione, & dotatione, *glo. in cap. pia mentis* 16. *quæſt.* 7. *Rocc. de iurepatronat. in verb. Eccleſiã fundauit, verb. conſtruxit, & verb. dotauit, Lambert. tract. eod. p.* 1. *lib.* 1. *qu.* 2. & *ſeq. Paul. de Cittadin. eod tract. p.* 1. *lib.* 1. *q.* 2. *cum ſeq. Ganzal. ad reg.* 8. *Cancel. glo.* 18. *num.* 33. *Garz. de benef. p.* 5. *cap.* 9. *num.* 36. *tom.* 1. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 70. *num.* 1. *Vgolin. tract. eod. cap.* 51. *num.* 6. *Viuian. de iurepatronat. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 5. Rot. *deciſ.* 269. *num.* 2. *p.* 2. *diuerſ.*
4 Fundare autem dicitur Eccleſiam ad effectum acquirendi iuſpatronatus, quando quis aſſignat fundum, vbi conſtrui debet, *cap. nobis, vbi communiter ſcribentes de iurepatronat. cap. Abbat.* 2. 18. *qu.* 2. *Garz. de benef. p.* 5. *cap.* 9. *num.* 39. & *ita ſæpe firmaſſe Rot.* patet ex deciſionibus relatis per *Viuian. de iurepatronat. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 2. *Iacob. Pignatel. Conſult. Conon.* 113. *ſub num.* 5. vbi quod hoc nemo eſt qui neget.
5 Conſtruere verò dicitur, quando quis facit expenſas in conſtruenda Eccleſia c. *Monaſterium* 16. *q.* 6. *cap.* 3. & *c. nobis de iurepatr.* & dotare, quando Eccleſiam fundatam, & conſtructam ſine dote, dotat ſufficienter, ſiue ante Eccleſiæ conſecrationem, ſiue poſt conſecrationem, *cap. filius eodemque,* & docent ſupracitati DD. & eleganter *Viuian. lib.* 2. *dicto cap.* 1. *num.* 2. 3. & 4. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 70. *nu.* 2. 5. & 9.
6 Iuſpatronatus itaque creatur non minus ex fundi collatione, quam ex conſtructione, & dotatione, adeo vt vnum ex prædictis faciens, acquirat iuſpatronatus, cuius titulus exuberat ſi ſit, vel ex fundatione, vel dotatione, vel conſtructione, non ſolum de iure communi, ſed etiam ex diſpoſitione *Sac. Concilij Trid. ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 9. *ſub prin.* & *tradunt relati DD ac alij congeſti per Viuian. de iurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 5. *Zabarel. conſ.* 122. *num.* 2. *Anan. conſ.* 24. *num.* 4. *Abb. conſ.* 44.

lib.

lib. 1. *Pignatel. Conſult. Canon.* 113. *ſub nu.* 5. *Caſſador. deciſ* 6. *num* 2. *de iurepatr.*

7 Siquidem verba Sacri Concilij Tridentini, *ex fundatione, & dotatione* accipienda ſunt diſiunctiuè, vt ſufficiat alterum probare, & ita cenſuiſſe Sacr. Congreg. teſtatur *Garg. de benef. p.* 5. *cap.* 9. *num.* 141. *Barboſ. in dictum Concil ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 9. *num.* 1. *verſ. ex fundatione, & dotatione Viuian. de iurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 2. *Rot. dec.* 517. *ſub num.* 2. *p.* 1. *recen.*

8 Quæ adeò certa redduntur, vt ſi Eccleſia ſit conſtructa in fundo meo, me inſcio, ſi poſtea ſim contentus dominium fundi in Eccleſiam transferre, efficior Patronus, *vt ex Cardin. in cap. nobis in* 3. *oppoſit.* 4. *de iurepatr. tradit* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 70. *num.* 3. *Viuian. de iurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 10. *&* 11.

9 Neque ad hunc effectum eſt neceſſaria expreſſa reſeruatio iuriſpatronatus, adeout etiam ſi fundans nihil dixerit in ipſa fundi præſtatione de reſeruatione iuriſpatronatus, nihilominus eidem quæritur huiuſmodi ius, dummodo expreſsè non fuerit remiſſum, vt eſt communis opinio, de qua *Lambert. de iurepatronat. lib.* 1. *p.* 1. *qu.* 2. *art.* 4. *num.* 12. *& docent ſcribentes in cap. nobis de iurepatr. Garg de benef. p.* 5. *cap.* 9 *num.* 62. *Viuian. de iurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 9. & ita contra antiquas deciſiones requirentes expreſſam reſeruationem, Rota ſæpius iudicaſſe ſubdit *Iacob. Pignatel. Conſult. Canon.* 113. *ſub num.* 5. & dictam opinionem non eſſe veram dixit eadem *Rot. deciſ.* 5. *de iurepatr. in antiq. dec.* 167. *num* 4. *p.* 2. *diuerſ. dec.* 517. *ſub nu.* 2. *p.* 1. *& dec.* 421. *ſub nu* 2. *p.* 2. *recen.*

10 Hinc eſt quod Veſtrij ex fundi collatione, vbi fuit ædificatum Oratorium, verè dicuntur fundatores, & Patroni eiuſdem Oratorij, & non ſimplices Benefactores, quibus non competit iuſpatronatus, *cap. filijs* 16. *qu.* 7. *Viuian. de iurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 2. *&* 3.

11 Sed quatenus etiã eſſent ſimplices Benefactores, poſſunt nihilominus habere, & retinere in Eccleſia arma, & memoriam collati beneficij, vt ex *Ancar. & Lambert comprobat Gennen. in prax. Archiepiſc. Neapol. cap* 91. *nu.* 5.

Quibus non aduerſatur, quod Oratorium constructum fuerit ex piorum ælemoſinis, & oblationibus, quia ex hoc non ſequitur, nec vllo iure probatur, quod præſtans fundum non efficiatur patronus, & non poſſit apponere memoriam ſuæ fundationis, ex iuribus ſupra deductis, tanto magis, quia ex hoc capite nemini fuit quæſitum iuſpatronatus, vt concurrere poſſit cum Veſtrijs, & dici compatronus titulo collati fundi, cum iura non indul-
12 geant iuſpatronatus fidelibus præſtantibus elemoſinas, & oblationes, ſed tantum fundi, collatori, dotanti, & conſtruenti, *Viuian. de iurepatron. p.* 1.
13 *lib.* 2. *c.* 5. *nu.* 4. & ratio eſt, quia fideles præſtando ælemoſinas, & oblationes non intendunt acquirere iuſpatronatus, vt ex *Abb. in c. querelam nu.* 9. *in fi. de elect. ſubdit idem Viuian dicto tract. p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 58 Neque acquiri poteſt, cum ad hunc
14 effectum debeat quis ſufficienter conſtruere Eccleſiam, nam ſi vnus nunc parum tribuat, nunc alter, dicuntur Benefactores, non conſtructores, ita *Viuian. ſæpe citatus p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 4.

Nec alicuius ponderis viſa fuit prætenſa præſcriptio, quia non verſamur in iurepatronatus ha-
15 bente annexum Ius præſentandi, vt patronus amittat huiuſmodi Ius, ſi præſentauerit poſt lapſum temporis à iure ſtatuti, ſaltem pro illa vice, iuxta *text. in cap ſi vero de iurepatr* Sed in iurepatronatu merè honorifico ratione collati fundi, abſque
16 alio iuris exercitio, quo caſu nulla conſiderari poteſt præſcriptio, quoniam ſemper, & quandiu Oratorium erit in rerum natura, ſemper, & tandiu permanebit dicta collatio fundi, in quo ædificatum exiſtit, & conſequenter iuſpatronatus in eodem fundo adhæren. à quo abeſſe non poteſt præter ipſius fundi corruptionem, alias ſequeretur maximum abſurdum, quod fundatores poſt lapſum temporis priuarentur beneficio iuriſpatronatus, quod à iure ſicut benignè conceditur, ita præſeruari debet, ac proindè prò vt ſemper, & perpetuò remanet in ſuo robore iuſpatronatus, ſic ſemper competit ius ad apponendam memoriam omni-
17 bus hæredibus, & ſucceſſoribus, cum iuſpatronatus ſit tranſitorium ad quoſcunque hæredes ſiue conſanguineos, ſiue extraneos, *cap. cum ſeculum de iurepatr. Clement penes eodem tit. Crauet. conſ.* 37. *num.* 4. *Menoch. lib.* 4. *præſumpt.* 99. *numer.* 3. *Azor. inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 20. *q.* 19. *circa med.* Rot. *deciſ.* 96. *num.* 8. *p.* 6. *recen.*

18 Immò deficiente familia effectiua, hoc eſt deſcendentes, acquiritur familiæ contentiuæ, hoc eſt tranſuerſalibus, *Ancar. conſ.* 27. Ruin. *conſ* 120. *num.* 14. *lib.* 2. *Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib* 1. *tit* 15. *nu.* 11. Rot. *deciſ.* 362. *num.* 13.

19 Nec infringit, quod pertinentia iuriſpatronatus quadraginta annorum ſpatio contra Laicum præſcribatur, *cap. de quarta de præſcript.* Capra *conſ.* 47. *num.* 5. *lib* 3. *Viuian. de iurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *cap* 9. *n.* 26. *verſ. quando agitur Rot. deciſ.* 229. *num.* 1. *dec.* 407. *num.* 1. *p.* 1. *diuerſ.*

20 Quia concluſio procedit in iurepatronatus, quo ad ius præſentandi inter ipſos patronos Laicos, vt loquuntur citatæ deciſiones, non autem in merè honorifico ex ſupra deductis, vltra quod penitus corruit obiectum, cum vſque de annò 1643. conſtet ex publico documento Confratres proceſſionaliter inceſſiſſe, Crucem in fundo donato poſuiſſe, & Te Deum decantaſſe ob gratiarum actionem prò dicta donatione, à quò tempore non effluxit quadragenaria, quinimò cum adhuc viuat maior pars Confratrum, qui proceſſionaliter interfuerunt, & alijs nouiſſimis ſit notiſſimum, & non controuertatur fundi collatio, ex huiuſmodi ſcientia reſultat
21 mala fides, quæ præſcriptionem impedit *c. vltim. de præſcript. c. poſſeſſor. de reg iur. in* 6. *Gabr. in tit. de præſcript. conclu* 1 *n.* 57. *verſ. contrarium, quod bona fides Surd dec.* 240 *n.* 17. *Rot. dec.* 91. *n.* 10. *&* 11. *coram Canale. dec.* 685. *n.* 4. *coram Burat.* & in puncto *iuriſpatr. dec.* 149. *n.* 21. *p.* 10. *recen.*

22 Mala autem fides ex quocunque actu apto eam inducere introducitur, & quocunque modo ſuperueniat ſemper de iure canonico interrumpit præſcriptionem *Barboſ. in l ſicut an.* 275. *C. de præſcript. cum alijs per Merlin. dec.* 702. *nu.* 22.

23 Et ſufficit, vt colligatur ex præſumptionibus, & coniecturis, cum in animo conſiſtat, *Abb. conſ.* 19. *n.* 2. *verſ nam malafides lib.* 2. Ruin *conſ.* 170. *in fi. lib.* 1. *Vaſq illuſt. qu. c.* 73. *n.* 18. *Barboſ. in rub. de præſcript. n.* 252. *&* 337. *Merlin. dec.* 702. *nu.* 23.

Et ita &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Iuſpatronatus ex fundatione, conſtructione, & dotatione, quando acquiratur.
2 Plures fundum, vel dotem dantes, vel conſtruentes efficiuntur patroni in ſolidum. Amp. vt num. 3. & 4.
5 Iuſpatronatus quo ad ſe, eſt indiuiſibile, ſecus quo ad exercitium.
6 Apud vnumquemque hæredem eſt in ſolidum prò rata verò quo ad ius præſentandi.
7 Relinquens domum prò conſtruenda Eccleſia quomodo acquirat iuſpatronatus.
8 Iuſpatronatus acquiritur Eccleſiæ, cuius eſt fundus.
9 Dominus directus, & vtilis conferentes fundum pro Eccleſia ædificanda efficiuntur compatroni.
10 Eccleſia ſi ædificetur in fundo ſubiecto fideicommiſſo Iuſpatronatus, an acquiratur hæredi, an fideicommiſſario, & num 11. vſque ad 17.
12 In fideicommiſſarium, non tranſeunt iura honorifica, ſed quæ reſpiciunt commodum pecuniarum.
11 Ex fundi collatione, quando acquiratur iuſpatronatus, & an patronus poſſit ſibi reſeruare cenſum, vel Canonem 19. & 20.
21 Ad acquirendum iuſpatronatus requiritur conſenſus Epiſcopi, & debet eſſe expreſſus & num. 22.
23 Ex lapſu temporis præſumitur.
24 Et ſufficit, vt interueniat ex poſt facto.
25 Et ſi plures fundauerint, vel dotauerint, qui tantum conſenſum obtinuit erit patronus.
26 Conſenſus Epiſcopi ad acquirendum iuſpatronatus, ſine actu fundationis, vel conſtructionis, vel dotationis, non ſufficit.
27 Si Diœceſanus renuat conſenſum præſtare, quid agendum.
28 Tenetur dictum conſenſum præſtare etiam ſi in limine fundationis apponatur conditio contra ius.

Quomodo acquiratur iuſpatronatus per fundantes, dotantes, & conſtruentes.

ADNOTATIO I.

1 IVſpatronatus ex fundatione, dotatione, & conſtructione acquiritur, ſi hæc fiant proprijs expenſis, ſecus verò ſi fiant animo, vel cum proteſtatione recuperandi ab Eccleſia, iuxta terminos *cap. ad audientiam il primo cum ibi notat. de Eccleſ. ædif.* nam tunc iuſpatronatus acquiritur Eccleſiæ, ex cuius bonis fuit Eccleſia conſtructa, vel dotata *glo. in cap. Apoſtolicos in verb. conſtruxiſſe 17. qu. 2. cum alijs congeſtis per Viuian. de iurepatronat. p. 1. lib. 2. cap. 1. num. 5.*

2 Amp. vt ſi vnus, vel plures fundum darent, conſtruerent, vel dotem conſtituerent omnes efficiuntur patroni in ſolidum, dummodo dent fundum pro Eccleſia ſufficientem, vel conſtituant congruã dotem, vel faciant neceſſarias, & requiſitas expenſas prò eiuſdem conſtructione, & perfectione *Abb. in rub. de iurepatronat. vere per tot. Lambert. de iurepatronat. p. 1. lib. 1. qu. 3. art. 1 iuncto art. 3. Viuian. tractat. eodem p. 1. lib. 2. cap. 2. num. 3. & 4. & 5.*

3 vbi ſubdit, quod ſi faber dederit operam ſuam abſque pretio, & mercede, alter ligna, alter cæmenta, alius pretium, ſi ita præuio tractatu inter ſe conuenerint, omnes erunt patroni in ſolidum, cum fundante, & dotante.

4 Ita pariter, ſi plures conuenerint æqualiter, vel inæqualiter ſufficientem tamen dotem conſtituere, omnes erunt patroni in ſolidum, cum fundante, & conſtruente *Abb. in cap. 3. num. 4. de Eccleſ. ædific. & in rub. de iurepatronat. Lambertin. de iurepatronat. p. 1. lib. 1. q. 3. art. 5. Viuian. de iurepatronat. p. 1.*
5 *lib. 2. cap. 2. num. 6.* & ratio eſt, quia iuſpatronatus eſt indiuiduum, ſeu indiuiſibile in abſtracto, ſed quo ad exercitium eſt diuiduum, & diuiſibile, & ſic quo ad ius præſentandi eſt diuiduum, vnde ſi vnus fundauit, & conſtruxit habebit duas voces, & ſi alius dotauit habebit vnam vocem *Lambert. de iurepatronat. p. 1. lib. 1. qu. 3. art. 8. num. 8. & 10. Viuian. de iurepatronat. p. 1. lib. 1. cap. 2. num. 7. & lib. 2. cap. 2. num. 7. & 8.*

6 Iuſpatronatus autem eſt quid incorporale, & incorporalia diuidi nequeunt *l. 1. § ſi vſusfructus ff. ad l. falcid.* propterea eſt indiuiduum in ſubſtantia, & apud vnumquemque hæredem eſt in ſolidum *glo. in cap. 1. verb. non debeat de iurepatronat.* ſed quo ad ius præſentandi reſidet penes hæredes prò rata, vt in ſimili de iuriſdictione, quæ aliquando eſt apud plures in ſolidum, ſed exercitium eſt pro parte *cap. prudentium in prin. de offic. deleg. ita ex Cardinal. in Clement. plures num. 3. verſ. quia verò ad hoc de iurepatronat. tradit Viuian. de iurepatronat. p. 1. lib. 1. cap. 2. num. 7.*

7 Amp. principalem concluſionem, vt acquiratur Iuſpatronatus ab eo, qui domum ſuam pro Eccleſia ædificanda relinquit, & ſi domus relicta ſit apta ſine noua conſtructione ad diuina peragenda, & ad ſacrorum adminiſtrationem, efficitur patronus, tum ratione fundi collati, tum ratione conſtructionis, alias ſi egeret conſtructione erit tantum patronus pro fundo dato, vt ex *Lambert. tradit Viuian. de iurepatronat. p. 1. lib. 2. cap. 2. num. 10.*

8 Amp. 2. quod ſi Epiſcopus pro noua Eccleſia ædificanda aſſignet fundum alicuius Eccleſiæ, tunc iuſpatronatus acquiritur ratione dicti fundi illi Eccleſiæ, cuius antea erat fundus *Lambert. de iurepatronat. p. 1. lib. 1. qu. 3. art. 8. Viuian. de iurepatronat. p. 1. lib. 2. cap. 2. num. 18.*

9 Amp. 3. quod ſi plures ſint domini fundi, nempe ſi vnus directum, alter vtile dominium habeat, omnes erunt compatroni ſi in dicto fundo Eccleſia conſtruatur, vt ex *Abb. & Lambert. tradit idem Viuian. de iurepatronat p. 1. lib. 2. cap. 2. num 20.*

10 Amp. 4. quod ſi Eccleſia fundetur in fundo ſubiecto fideicommiſſo reſtituendo, cum vniuerſa hæreditate, & tunc iuſpatronatus acquiritur vtrique hæredi. ſcilicet ipſi hæredi, & fideicommiſſario, ſi hæredi competat detractio quartæ trebellianicæ in fundo reſtituendo, cum tunc, ex quo fundus dicitur communis, etiam iuſpatronatus ex communi fundatione communiter ab vtroque acquiritur, ſed ſi fundus ſit reſtituẽdus per hæredem fideicommiſſario, & habeat quartam totius hæreditatis ex alijs rebus, vel ſi fideicommiſſum eſſet particulare de huiuſmodi fundo reſtituendo, & non de tota hæreditate, quo caſu hæres non ſubtrahit quartam, tunc iuſpatronatus pertinet in totum fideicommiſſario, & non hæredi, vt comprobat *Maſſobr. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. tit. de Eccleſ. Patronat. prælud. 7. dub. 12. per tot.*

11 Contrarium, quod iuſpatronatus non tranſeat ad fideicommiſſarios, ſed remaneat penes hæredes inſtitutos, eiuſque ſucceſſores etiam reſtituta hæreditate, ita reprobato *Romano in l. Titius nu. 3. ff. ad*

 Trebel.

Trebel. ex Bart. tenet Lambert. de iurepatronat. lib.. p.2. qu.2. art.35. num.1. verſ. tamen prædictis, & hanc ſententiam vti veriorem ſecuti ſunt *Didac. de teſt. in §.9. num.8. & var. reſol. lib.2. cap.18. nu. 8. Emanuel. à Coſta in cap ſi Pater p.2. verſ. trebellianica num. 4. de teſtam. in 6. Peregr. de fideicom. art 6. num 37. Mantic. de coniect vltim. volunt. lib. 4. tit.12. num. 6. & 15. Garz. de benef. p.5. cap. 9. num 17. Lotter. de re benef. lib.2. qu.11. num.29. & ſeq. Viuian. de iurepat. p.1. lib.4. cap. 2. num 76. Faſar. de ſubſtit. qu. 634. num. 2 Fachin. controuerſ. iur. lib. 10. cap. 94. & lib.13. cap 90. Sanchez. reſponſ. moral. dub.94. nu.2. Anton. Gomez. var. reſol. tom.1. p.5. num. 29. Cenal. in ſpecul. commun. opin. q.717. num. 4.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.71. num.9.* Craſſ. *de ſucceſ. in §. fideicom. qu.52.* & hanc opinionem continuo Rotam amplexiſſe, & in cauſis decidendis ſemper fuiſſe receptam dixit in *Bononien. iuriſpatr. 23. Ian.1640. § nam licet coram Bichio*.

12 Et ratio eſt, quia in fideicommiſſarium tranſeunt ea ſolum, quæ commodum pecuniarum reſpiciunt, ſed iuſpatronatus eſt quid Religioſum, & commodum pecuniarum non reſpicit, & tantum reputatur inter iura directa, & mera honorifica, *cap. quando de iudic. Lambert. in tit. de iurepatronat. lib.1. p.2. qu.2. art.35. num.1. verſ.* ego magis clare, ea autem, quæ concernunt commodum honorarium remanent penes hæredem latè *Peregr. de fidei. com. art. 6. num. 18.*

13 Sed contra hanc ſecundam contrariam opinionẽ valdè vrget, quod ſicut fundus ſpectat ad fideicommiſſarium, & concernit commodum pecuniarum, ita etiam ad eundem ſpectare debet iuſpatronatus, loco fundi ſubrogati, alias eſſet in facultate hæredis euertendi bona fideicommiſſaria, ad effectum acquirendi huiuſmodi iura honorifica, in præiudicium vocatorum, vt benè ratiocinatur *Maſſob. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. tit. de Eccleſ. Patronat. prælud.7. dub. 13. num. 9. & ſeq.*

14 Eliditur tamen hoc motiuum, quia non ex natura, nec ex diſpoſitione legis procedit, quod iuſpatronatus non ſit tranſmiſſibile ad fideicommiſſariũ, cum etiam titulo legati, & fideicommiſſi relinqui poſſit *Molin. de primog. lib.1. cap.24. num. 13. Rota dec.675. num. 2. p. dec. 267. num. 4. p. 6. recen.* Sed
15 ex præſumpta voluntate teſtatoris, vt apud primũ hæredem honorificum iuſpatronatus remaneat, & quod fideicommiſſario reſtitui debeant bona, & iura afferentia commodum pecuniarum, non autem ea, quæ ad honorem dumtaxat pertinent docet *Couar lib.2. cap.12. ſub num.3. verſ. poſterioris; ibi id enim à teſtatoris voluntate iure præſumpta deducitur Mantic. de tacit. lib.4. tit.12. num.15. Lotter. de re benef. lib.2 qu.11. num.37. Rota poſt Viuian. de iurepatronat. dec. 24. num. 4. & in Bononien. iuriſpatronatus 23. Ianuar. 1640. §. quia tamen coram Bichio.*

16 Lim.1. quod ex voluntate, aut expreſſa diſpoſitione teſtatoris iuſpatronatus poteſt tranſire in fideicommiſſarium *Couar. var. reſol. lib.2. c.146. nu. 6. Garz. de benef. p 5. cap. 9. num. 19. Lambert. de iurepatr. lib. 1. qu. 2. art. 35. ad finem Viuian. tract. eod. lib.4. cap 2. num.77.*

17 Lim,2 ſi fideicommiſſum ſit factum Eccleſiæ, quo caſu nulla detrahitur quarta Trebellianica, vt per *Tiraquel. in tract. de priuil. piæ cauſ. priuileg. 27.* Vel quando à teſtatore Trebellianicæ detractio prohibita fuerit, nam tunc iuſpatronatus tranſit ad fideicommiſſarium ſecundum *Lambert. de iurepatronat lib.1. qu.2. art.35. num. 8.* ſed hanc opinionem eſſe ſingularem, & pati multas difficultates tradit *Viuian. de iurepatronat. p.1. lib.3. cap.2. num.78.*

18 Non autem ex qualibet fundi collatione acquiritur iuſpatronatus, ſed ex ipſa fundi collatione, eiuſque dominij tranſlatione in totum ad fauorem Eccleſiæ, adeo vt fundi collatio, & dotis conſtitutio debeat eſſe, & dari non repetitiua, nam ſi dominus fundi vellet retinere penes ſe aliquod dominium puta directum, Eccleſia non eſſet ibidem ædificanda, & ſi de facto conſtrueretur Dominus fundi nullatenus acquireret iuſpatronatus, prout etiã neque acquireret, ſi in limine fundationis, ſeu erectionis reſeruaret ſibi cenſum, ſeu certum canonem ſuper Eccleſia, cum huiuſmodi reſignatio deſignet rationem diuerſi dominij, ſcilicet lucratiui, & non honorifici iuriſpatronatus, *Lambert. de iurepatr. lib. 1. p.1. qu.2. art. 2. num. 2. ex Gail. in repetit. cap. ſi dilecti in 6. Maſſobr. in prax. babendi concurſ. ad Paroch. tit. de Eccleſ. patronat prælud.7. dub.13. per tot.*

19 Sed quod Patronus poſſit in limine fundationis reſeruare ſibi aliquem cenſum, cum conſenſu Epiſcopi, vel quid aliud temporale exigendum ab ipſa Eccleſia *tradit gloſ. & omnes ſcribentes in cap. præterea 13. de iurepatr. latè* Rocch. *de iurepatr. in verb. & vtile num.6.*

20 Concorda has DD. diſcordantes ſententias, doctrinam *Roc. ac textum in cap. præterea 13. de iurepatr.* locum ſibi vendicare, quando patronus dotauit ſufficienter, doctrinam vero *Gail.* ac *aliorum* procedere quando fundator dotauit inſufficientẽ ita *Maſſobr. in prax. babendi concurſ. ad Paroch. tit. de Eccleſ. patronat. prælud. 7. dub. 13. num. 7.*

21 Animaduertendum tamen eſt, quod ad acquirendum iuſpatronatus quamuis non requirantur copulatiuè illa tria media nempe fundatio, dotatio, & ædificatio, vt ſimul ab vno, eodemque fiant, ſed poſſint à pluribus ſupradicta præſtare, ita quod quilibet, ex qualibet concurrentia efficiatur patronus, nihilominus nequit acquiri iuſpatronatus, niſi ad huiuſmodi dotationem, conſtructionem & fundationem accedat conſenſus Epiſcopi iuxta *text. in cap. nemo de conſecrat. diſ. 1. cap. nobis vbi glo.1. de iurepatr. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.70. num.20. Garz. de benef p.5. c. 9. num. 71. Lambert. de iurepatron. p.1. lib.1. qu.3. art.7. Viuian. tract. eod. p.1. lib.2. cap.1. num.3. in fi. & cap.2. nu. 7. in fi. Maſſob. in prax. babendi concurſ. ad Paroch. tit. de Eccleſ. patronat. prælud.7. dub.6. num.6. Rota dec.517. num. 3. p. 1. recen.* Et ratio eſt quia cum hoc ius ſit ſpirituale, non poſſunt laici ſpiritirituália propria auctoritate tractare, vndè neceſſaria eſt auctoritas Epiſcopi, vt ratiocinatur *Viuian. dicto cap.1. nu.11. & ſeq ex Lambert. de iurepatr. p.1. lib.1. qu. 3. art. 5.*

22 Huiuſmodi verò conſenſus debet eſſe expreſſus, nec ſufficit tacitus; præſumitur tamen interueniſſe ſtante lapſu longi temporis à die fundationis, ſeu conſtructionis, maximè cum diu Eccleſia prò Eccleſia fuerit habita, & in ea celebrata fuerint diuina, quæ non niſi de ſcientia, & conſenſu Epiſcopi celebrari poſſunt, *Archidiac. in cap. nemo, verſ. vbi*

autem

Digitized by Google

autem dubium de conſecrat. diſtin. 1. *Lambert. vbi ſupra art.* 6. *&* 7. *nu.* 2. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſ. alleg.* 70. *num.* 21. *late Gabr. de præſumpt. conclu.* 1. *num.* 9. *Viuian. de iurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 12. *&* 13. *Capntaquen. deciſ.* 185. *p.* 2. *Seraph. deciſ.* 871. *num.* 3. *Rot. dec.* 517. *nu.* 3. *p.* 2. *recen.*

24 Qui quidem conſenſus ſufficie, quod interueniat ex poſt facto, cum retrotrahatur perinde ac, ſi ab initio interueniſſet, *Garc. de benef. p.* 12. *cap.* 2. *num.* 209. *ſub prin. Aloyſ. Ric. in prax for. Eccleſ. reſol.* 123. *num.* 3. *Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop. alleg.* 70. *nu.* 21. *& ita dixiſſe Rot. coram Lancellotto patet ex deciſ. per eum relata.*

25 Et adeo eſt neceſſarius Diœceſani conſenſus, vt ſi plures concurrant in dotatione, & fundatione, & aliquis petat conſenſum, alter non, qui conſenſum obtinet, erit patronus, & non alter, qui non obtinet, vnde ſi quis, puta primo loco dotauerit, & non petierit Ordinarij conſenſum, ſi poſtea alij fundum contulerint, vel ædificauerint, & obtinuerint Diœceſani conſenſum, acquirunt priuatiuè iuſpatronatus, *Lambert. de iurepatr. lib.* 1. *p.* 1. *qu.* 3. *art.* 7. *Maſſob. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. prælud.* 7. *dub.* 6. *num.* 9.

26 Verum ſicut non ſufficie fundatio, dotatio, vel conſtructio ad acquirendum iuſpatronatus ſine Epiſcopi conſenſu, ita nec ſufficit Epiſcopi conſenſus ſine actu fundationis, dotationis, vel conſtructionis, quia non poteſt Epiſcopus rei ſacræ abſque legitima cauſa hanc ſeruitutem iuriſpatronatus imponere, *Abb. conſ.* 106. *num.* 4. *vol.* 2. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 70. *num.* 25. *par.* 3.

27 Et ſi Diœceſanus ſine legitima cauſa renuat conſenſum præſtare, poteſt ad eum præſtandum compelli, auctoritate ſuperioris Antiſtitis, nempe Metropolitani, Archiepiſcopi, vel Primatis, ſecus autem, ſi recuſet cum cauſa, vt ſi dos non ſufficeret, vel aliquid aliud neceſſarium deficeret, *Card. in cap. nobiſ.* 25. *de iurepatr. in* 6. *Lambert. in tract. de iurepatr. lib.* 1. *p.* 2. *qu.* 1. *art.* 26. *Abb. conſ.* 59. *verſ. tertio principaliter conſidero p.* 2. *Viuian. de iurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 19. *Maſſob. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. tit. de Eccleſ. Patronat. prælud.* 7. *dub.* 7. *per tot.*

28 Amp. vt diœceſanus compelli poſſit ad præſtandum huiuſmodi conſenſum, etiam ſi Patronus in limine fundationis vellet apponere aliquam conditionem contra ius commune, nempe quod inſtitutio non ſpectet ad Epiſcopum. quam, & aliam conditionem, ſeu reſeruationem vtique apponere poſſe, etiam ſi aduerſetur diſpoſitioni iuris communis docet *Felin. in cap. cum venerabilis in prin.* 6. *de except. Lambert. de iurepatr. lib.* 1. *p.* 2. *qu.* 5. *art.* 20. *verſ.* adduco vigeſimo tertio, *num.* 5. *& eodem lib.* 1. *p.* 1. *qu.* 9. *art.* 1. *ampliat.* 19. *num* 84. Et ratio eſt, quia non agitur de præiudicio iuris Eccleſiæ iam quæſiti *Maſſobr. dicto prælud.* 7. *dub.* 8. *per tot.*

SVMMARIVM.

1 Dos ad effectum acquirendi iuſpatronatus debet eſſe ſufficiens, & perpetua.
2 Quando dicatur ſufficiens, & congrua & nu. 3.
4 Conſtitui debet ante conſtructionem Eccleſiæ.
5 Epiſcopus conferens Eccleſiam non acceptata dote de ſuo dotare tenetur.
6 Eccleſia ſi abſque dote conſtructa reperiatur, quomodo cogendus ſit fundator.
7 Dotans Eccleſiam iam fundatam, quomodo acquirat iuſpatronatus.
8 Dotans Eccleſiam, quæ in totum dotem amiſit, acquirit iuſpatronatus, ſecus ſi ſuppleat dotem depauperatam.
9 Dos poſt conſecrationem aſſignata, retrotrahitur ante dictam conſecrationem.
10 Conſenſus Epiſcopi ſuper dotatione poſt conſtructionem, non eſt priuilegiatiuus.
11 De iure communi licet dotare Eccleſiam conſtructam, & conſecratam, ſi ſit indotata, vel dotem amiſerit.
12 Dos ad effectum acquirendi iuſpatronatus conſtitui poteſt in re Emphyteutica.
13 An in vſufructu conſtitui poſſit.
14 Redotans Eccleſiam, quæ in totum dotem amiſit, efficitur patronus priuatiuè quo ad primum.
15 Supplens dotem Eccleſiæ depauperatam, non efficitur patronus, niſi de conſenſu Diœceſani, & primi patroni.
16 Patronus ratione fundi, vel dotis, vel conſtructionis, ſi Eccleſia diruta reædificetur an ſint patronus cum reædificante.
17 Patronus Monaſterij ſi alteri vniatur, an remaneat patronus.

ADNOTATIO II.

Dos Eccleſiæ aſſignanda, an & quando dicatur congrua ad effectum acquirendi iuſpatronatus.

1 DOs ſufficiens, & perpetua eſt Eccleſiæ aſſignanda, & tradenda in limine fundationis ad effectum acquirendi iuſpatronatus, *cap. nemo il* 1. *de conſecrat. diſ.* 1. *Zecch. de benef. & penſion. cap.* 12. *num.* 3.

2 Debet præterea eſſe congrua, adeo vt eius redditus ſufficiant pro ſubſtentatione Rectoris, Clerici, & prò luminaribus, alijſque neceſſarijs pro Eccleſiæ manutentione, ſcilicet pro Sacerdotum veſtibus, ornamentis Altaris. alijſque opportunis prò miſſarum, diuinorumque celebratione, vt tradunt *DD. in cap. nemo il* 1. *de conſecrat diſ.* 1. *cap. placuit.* 1. *qu.* 2. *cap. piæ mentes* 16. *qu.* 17. *Maſſobr. in tract. de habend. concurſ. ad Paroch tit. de Eccleſ. patronat. prælud.* 7. *dub.* 14. *num.* 4. *Viuian. de iurepatron. p.* 1. *lib.* 2. *cap* 4. *num.* 3.

3 Vero quia conſtitui nequit certa regula, quæ omnia beneficia comprehendat, ideò vt aliquid certius, & clarius habeatur octo caſus referuntur à *Lambert. de iurepatr. lib.* 1. *qu.* 5. *art.* 21. *num.* 11. 12. *& ſeq. & à Maſſobr. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. tit. de Eccleſ. patronat. prælud* 7. *dub.* 14. *a num.* 5. *vſque ad fin. & a Viuian. tract. de iurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 31. in quibus deducitur, quæ ſit dos competens Eccleſiarum Cathedralium, Parochialium, ſimplicium Capellarum, Collegiatarum, Monaſteriorum, Beneficiorum in obſtracto, quæ ſcilicet eriguntur cum ſola dotis conſtitutione, abſque Eccleſiæ, vel Capellæ conſtructione, Oratoriorum, & Hoſpitalium, ac Clericorum Seminariorum, vt apud ſupradictos videndum erit, ne alienos labores hic referam.

4 Dos autem conſtitui debet ante conſtructionem Eccleſiæ, & Epiſcopus ante quam præſtet conſen-

 ſum

ſum ſuper Eccleſię ædificatione debet ex neceſſitate requiri, quod fundans conſtituat cum effectu ſufficientem dotem per publicum inſtrumentum, alias
5 ſi Epiſcopus conſecrret Eccleſiam non acceptata dote, de ſuo eam dotare tenetur, *cap. nemo de conſecrat. diſt. 1. cap. cum ſicut de conſecrat. Eccleſ. vel Altar. ibique glo. in verb. conſecranda, & Abb. Lambert. de iurepatr. lib. 1. p. 1. qu. 5. art. 10. Viuian de iurepatr. p. 1. lib. 2. cap. 4. num. 14. & plurib. ſequen.*
6 Sed ſi abſque dote Eccleſia cõſtructa, & ædificata reperiatur, cogi poteſt fundator, & conſtructor ad eam dotandam, & directè compelli officio Iudicis Eccleſiaſtici, vel indirectè per ſuſpenſionem conſecrationis, donec dos conſtituatur, alias tenetur conſecrator, *Abb. in cap. cum ſicut num. 3. de conſecrat. Eccleſ. vel Altar. Lambert. de iurepatron. lib. 1. p. 1. qu. 5. art. 18. Viuian. tract. eod. p. 1. lib. 2. cap. 4. num. 25. 26. & 27.* vbi quod idem dicendum ſit de Capella, & Altare.
7 Dotans verò Eccleſiam fundatam, & conſtructam ſine dote, de iure communi acquirit iuſpatronatus, dummodò accedat conſenſus Diœceſani, & non contradicatur à Fundatore, & conſtructore, ac ipſa dos conſtituatur titulo dotis, & non ſimplicis donationis, *Lambert. de iurepatr. lib. 1. p. 1. qu. 6. art. 1. num. 5. & ſeq. Viuian. de iurepatr. p. 1. lib. 2. cap. 5. num. 1. vbi ita dixiſſe Rot. in Lucana decimatus 8. Iunij 1576. coram Clemente VIII. §. quo vero.*
8 Vlterius requiritur, quod Eccleſia prorſus indotata exiſtat, vt loquitur, *Rocch. de iurepatr. in verb. & dotauit. quæſt. 2. & Abb. conſ. 28. lib. 2.* quod adeo verum eſt, vt & ſi dos eſſet depauperata, ſi tamen in totum ſublata non eſſet, illam ſupplens non efficitur Patronus, vt reprobato *Hoſtien. & Abb.* tradit *Rot. vbi ſupra qu. 3.* quem refert, & ſequitur *Rot. in dicta Lucana Decimatus dicto §. quo vero.*
9 Quinimmo fauore Eccleſiæ dotatio retrotrahitur, & fingitur Eccleſiam dotatam ante conſecrationẽ, vt quis inducatur ad dotandum propter acquiſitionem iuriſpatronatus, *Io. And. in cap. 1. col. vlt. in prin. verſ. & tunc fauore Eccleſiæ fingamus de iurep. Abb. in cap. 3. num. 9. in fi. & ibi Bero. num. 71. verſ. non obſtat quod ver ſacra eod. tit. Abb. conſ. 59. nu. 3. verſ. quod tamen limitauit lib. 2. Roc. in verb. & dotauit num. 4. ad fi. verſ. non obſtat igitur Paul. de Cittadin. de iurep. p. 3. caſ. 2. qu. 1. num. 77. verſ. & fauore Eccleſiæ Lambert. eod. tract. lib. 1. quæſt. 6. art. 1. numer. 6. verſ. non obſtat fundamentum fol. mihi 50.*
10 Nec conſenſus Epiſcopi ſuper dotatione facta poſt conſtructionem, & conſecrationem Eccleſiæ redditur priuilegiatiuus, ita vt dotans efficiatur Patronus, quaſi ex priuilegio, quia ſicut de iure
11 communi, licet dotare Eccleſiam iam conſtructam, & conſecratam, quando dotem non habuit, vel quando dos habita perierit, ita acquiri debet iuſpatronatus, perinde ac ſi ante ipſam conſtructionem, & conſecrationem dos conſtituta fuiſſet, vt reprobato *Lambert. de iurepat. lib. 1. p. 1. qu. 6. art. 1. num. 8. in fi. verſ. dicerem, & aliud, dixit Rot. in Imolen. Iuriſpatr. 23. Martij 1579. coram Cantuccio relat. per Viuian. de iurepatr. p. 1. lib. 2. cap. 5. ſub num. 1. fo. 77. verſ. nam eius opinio.*
12 Dos autem ad effectum acquirendi iuſpatronatus conſtitui poteſt etiam in re emphyteutica, ſeu feudali, dummodo à Domino directo remittatur dominium, quo caſu vtrique directo, & vtili acquiritur iuſpatronatus, vel poteſt dari res emphyteutica pro dote etiam ſine conſenſu Domini directi, cum hoc vt vendatur vtile dominium, & ex pretij retractu emantur alia bona, vt ex *Lambert. tradit Viuian. de iurepatr. p. 1. lib. 2. cap. 4. num. 6.*
13 Non eſt autem huiuſmodi dos conſtituenda in vſufructu, cum non ſit perpetuus, & multis modis extingui poſſit, vt habetur *in tit. de vſufructu in inſtit. Viuian. dicto cap. 4. num. 7.* & ratio eſt, quia dos debet eſſe perpetua, ſed ſi aliquod pretium eiuſdem vſusfructus conſequi poſſit, vt ex illo emantur alia bona prò dote, eius conſtitutio tenet, *Lambert. de iurepatr. lib. 1. p. 1. art. 5.*
14 Redotans veró Eccleſiam cum conſenſu Diœceſani, quæ in totum dotem amiſit, acquirit iuſpatronatus ratione dictæ redotationis priuatiue quo ad primum patronum, qui primo loco dotem conſtituit, cuius ius reſolutum remanſit, per dotis deſtructionem, & reſolutionem, cum non entis nullæ ſint partes, & à priuatione ad habitum non detur
15 regreſſus, ſed ſi prima dos in totum ab Eccleſia amiſſa non fuerit, tunc ſupplens dotem, vel tantum Benefactor non acquirit iuſpatronatus, niſi volente primo Patrono, & conſentiente Diœceſano, quibus concurrentibus efficitur compatronus, cum primo dotatore larè *Lambert. de iurepatr. lib. 1. art. 6. num. 1. Gratian. diſcept. 177. num. 24. Viuian. de iurepatr. p. 1. lib. 2. cap. 5. num. 11. & 12.* alias Eccleſia effecta libera, non eſt in ſeruitutem redigenda ex ſolo augumento dotis.
16 Patronus ratione dotis remanet Patronus in Eccleſia diruta, & reædificata, pro vt etiam Patronus antiquus, qui contulit fundum erit adhuc Patronus, quia ſicut dos, & fundus, quorum reſpectu effecti fuerunt Patroni, remanent in ſuo eſſe, ita quoque remanere debet in ſuo robore iuſpatronatus, Patronus verò ratione conſtructionis pariter erit compatronus cum reædificatore, quia ab ipſo primo conſtructore lapides, cæmenta, & fundamenta prouenerunt, vnde aliquod ius eidem præſeruatur, *Lambert. de iurepatr. lib. 1. p. 1. art. 4. Viuian. eod. tract. p. 1. lib. 2. cap. 5. num. 7. 8. & 9.*
17 Patronus veró alicuius Monaſterii, ſi ob eius deſolationem alteri vniatur, non efficitur Patronus ſecundi Monaſterij, ſed remanet Patronus primi, ſi primum dotauit, ſecus vero, ſi ſecundum, cui fit vnio, ſit omnino ſine dote, quia cum vnio ſit loco dotationis, Patronus primi erit etiam Patronus ſecundi, *Lambert. de iurepatronat. p. 1. lib. 2. cap. 5. num. 10.*

SVMMARIVM.

1 Iuſpatronatus ex priuilegio eſt reuocatum per Sacrum Concilium Tridentinum.
Amp. etiam cum quaſi poſſeſſione inde ſecuta, ibid.
2 Amp. etiamſi iuſpatronatus ex priuilegio ſpectet ad Duces, & Marchiones.
3 Amp. etiam ſi in priuilegio dicatur competere ex vera, & reali fundatione.
4 Iuſpatronatus ex priuilegio cadit ſub regula de menſibus, nec ſuffragatur immemorabilis nu. 5.
6 Lim. procedere reſpectu priuilegij ex cauſa lucratiua, ſecus ex cauſa oneroſa.

7 Sublim.

7 Sublim. procedere ſi in totum Eccleſia dotetur, ſecus ſi pars dotis ſuppleatur.
8 Iuſpatronatus cenſetur ex mero priuilegio, ſi augumentum dotis non præponderet gratiæ, & quid in dubio.
9 Et quando præponderare dicatur.
10 Commenſuratio cauſæ in priuilegio conceſſo ex cauſa oneroſa, quando ſit facienda.
11 Iuſpatronatus ex augumento dotis ſubiacet diſpoſitioni Regulæ 8. Cancellariæ nu. 13.
12 Regula 8. non tollit iuſpatronatus ex priuilegio, ſeu ex augumento dotis, ſed tantum derogat iuri præſentandi prò illa vice, qua ſuccedit vacatio in menſe reſeruato.
14 Limit. ſi augumentum eſſet notabile, vt ſi ad medietatem aſcenderet, nam tunc non ſubiacet Regulæ 8.
15 Eſt tamen probandum de tempore reſeruationis.
16 Iuſpatronatus, vt ex dotatione acquiratur exigit dotationem formalem.
17 Iuſpatronatus ex augumento dotis quando acquiratur.
18 Augens dotem ad effectum acquirendi iuſpatronatus debet expreſsè ſibi reſeruare.
19 Iuſpatronatus ex augumento dotis non acquiritur abſque beneplacito Apoſtolico.
20 Iuſpatronatus ex augumento dotis non acquiritur.
21 Iuſpatronatus ex redotatione, vt acquiratur, prima dos debet eſſe deperdita.
22 Iuſpatronatus ex priuilegio, & præſcriptione eſt ſublatum per Sac. Concil. Trid.
23 Et à 40. annis citra reuideri poteſt ab Ordinario, & ante 40. annos validum remanet nu. 24.
25 Sed ante quam reuideatur, patronus eſt admittendus ad præſentandum.
26 Ex priuilegio Epiſcopi competere nequit.
27 Etiam ſi patronus reperiatur in poſſeſſione per 100. annos.
28 Epiſcopus non poteſt concedere iuſpatronatus ſuper Eccleſia libera.
29 Etiamſi Eccleſia antea fuiſſet patronata, ſecus autem ex auctoritate Papæ.

ADNOTATIO III.

Iuſpatronatus ex priuilegio, an, & quando competat.

1 IVſpatronatus ex priuilegio in totum eſt reuocatum per *Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. de reform. cap. 9.* etiam cum quaſi poſſeſſione inde ſecuta, *Pariſ. de confidentia qu. 28. num. 239. & ſeq. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. num. 18. 19. & ſeq. Garz. de beneſ. p. 5. cap. 9. num. 115. Vivian. de iurepatr. p. 1. lib. 2. cap. 5. num. 15. Barboſ. in Concil. Trid. dicta ſeſſ. 25. de reformat. cap. 9. num. 68. Seraph. deciſ. 1395. num. 4. Gregor. XV. deciſ. 397. num. 3. vbi Adden. num. 6. Rot. deciſ. 88. num. 2 & 3. p. t. recen.*

2 Amp. procedere etiamſi iuſpatronatus ex priuilegio ſpectet ad Duces, Marchiones, Comites, niſi ſit iuſpatronatus Regum, ſeu Principum iura regia habentium *Beltram. in addit. ad Greg. XV. dec. 397. num. 6. circa med.*

3 Amp. 2. procedere etiamſi in priuilegio habeatur iuſpatronatus competere, non ſolum ex priuilegio, ſed etiam ex reali, & vera fundatione, & dotatione, quia non ideò deſinit eſſe ex priuilegio, vt quidquid in contrarium teneat *Ganz. ſuper reg. 8. Cancel. glo. 18. num. 92. & 93.* ſæpe firmauit Rota, vt patet ex deciſionibus relatis per *Garz. de beneſ. p. 5. c. 9. num. 117. & 118. & per Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 9. ſub num. 68. bene Rot. dec. 88. num. 2. & 3. p. t. rec. relat. per adden. ad Greg. XV. dec. 397. num. 6. verſ. etiamſi in priuilegio.*

4 Amp. 3. quod iuſpatronatus competens ex priuilegio, & gratia Papæ, etiam cum Clauſula, vt ſit perindè, ac ſi eſſet ex fundatione, & dotatione cadit ſub diſpoſitione regulæ de menſibus, cum non dicatur propriè ex fundatione, & dotatione, & ita declaraſſe *Sac. Cong. Concil. ſuper cap. 9. ſeſſ. 25. de refert Garz. de beneſ. p. 5. cap. 9. n. 118.* quam etiam refert *Maſſobr. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. prælud. 7. dub. 3. num. 85. & 86.* vt ſubdit ne-
5 que adhunc effectum ſuffragari immemorabilem, quando iuſpatronatus præſumitur ex priuilegio ex alia declaratione eiuſdem Sacræ Cògregationis, quam refert *Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 9. num. 68. verſ. aſſerit etiam deciſum Garz. de beneſ. p. 5. c. 9. num. 119.*

6 Limit. ſupradicta procedere reſpectu priuilegij conceſſi ex mera cauſa lucratiua, ſecus ſi fuerit cóceſſum ex cauſa oneroſa, quod non eſt ſublatum à Concilio, quia huiuſmodi conceſſio non poteſt dici mere priuilegium, & ita ſæpè fuiſſe deciſum per *Rota refert Garz. de beneſ. p. 5. cap. 9. num. 120.* faciunt tradita per *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 28. à num. 22. & glo. 36. num. 36. Vivian. de iurepatr. p. 1. lib. 2. cap. 5. num. 16. adden. ad Greg. XV. dec. 397. num. 6. verſ. prædicta indubitanter Seraph. dec. 499. num. 4. & dec. 518.*

7 Sublim. hoc verum eſſe, ſi in totum Eccleſia dotetur, non autem ſi pars dotis ſuppleatur *Gonzal. dicta glo. 18. num. 53. Garz. dicto cap. 9. num. 122. & 123. Vivian. de iurepatr. p. 1. lib. 2. cap. 4. num. 16. verſ. quod eſt verum.*

8 Augumentum autem dotis debet præponderare gratiæ, alias iuſpatronatus cenſeri debet ex mero priuilegio *Rota dec. 457. num. 17. p. 1. diuerſ. & dec. 58. num. 8. p. t. recen.* Et præponderare non dicitur,
9 niſi Eccleſia congrua dote deſtituta eſſet, vnde deficerent neceſſaria pro eius ſuſtentatione *Rota dec. 457. num. 17. in fi. & 18. p. t. diuerſ. relat. per Adden. ad Greg. XV. dec. 397. num. 6. verſ. nec dicatur.* In dubio tamen præſumitur augumentum præponderare gratię *Seraph. dec. 518. num. 4.*

10 Intellige ſupradicta procedere, quando agitur ad effectum cognoſcendi, an Papa derogare poſſit, ſiquidem quando cauſa oneroſa præponderat priuilegium, cenſetur ſapere contractum, qui redditur irreuocabilis, ſed ſi agatur de præſumpta mente Papæ, ſeu cuiuſcunque alterius diſponentis, an ſcilicet voluerit derogare, & tunc non eſt locus præfatę commenſurationi, ſed eo ipſo, quod priuilegiū eſt conceſſum non merè gratuito, ſed ob aliquam impcauſam, non cenſetur cadere ſub diſpoſitione derogatoria ex defectu voluntatis, vt optimè declarauit *Rota dec. 518. num. 4. & 5. coram Seraph. relat. per Adden. ad Greg. XV. dec. 397. num. 6. verſ. nam talis obiectio.*

11 Intellige 2. hæc omnia de plano procedere reſpectu derogationis Concilij Tridentini, ſecus reſpectu derogationis Regulæ 8. cuius diſpoſitioni ſubiacere debet iuſpatronatus ex augumento dotis, tum quia dicta Regula 8. habet clauſulas ampliſſimas, & prægnantiſſimas vt ponderauit *Rota deciſ. 88. nu. 9. p. t. recen.* Tum etiam, quia agitur de minori præiudicio patronorum reſpectu regulæ, quam

reſpe-

reſpectu Concilij, quia Concilium tollit in totum
12 iuſpatronatus, regula vero non tollit iuſpatrona-
tus, ſed tantum derogat iuri præſentandi pro illa
vice, in qua ſuccedit vacatio in menſe reſeruato,
in cæteris vero vacationibus ſemotis reſeruationi-
bus patronus habet ius ad præſentandum, vt bene
animaduertit *Adden. ad Greg. XV. dec. 397. ſub nu.*
6. verſ. nam talis obiectio, circa med. & quod iuſpa-
13 tronatus ex augmento dotis ſit ſublatum, & ca-
dat ſub reſeruatione regulę 8. laté probat *Maſſobr.*
in prax. habendi concurſ ad Paroch. præſud. 7. dub. 3
num. 27. & 28. & per tot. Vivian. de iurepatr. p. 1.
lib 2. cap. 5. num. 18. Barboſ. in Concil Trid. ſeſſ. 25.
de reform. cap. 9. num. 71. Rota dec 58. num. 5. & 6.
confirmata in dec. 88. p. 1. recen. & in Valeotina de
Carlet. coram Lancellot. impreſ. penes Garz. de beneſ.
p. 5. cap. 9. num. 127.
14 Verum ſi augmentum eſſet notabile, adeo quod
gratiæ præponderaret, ſcilicet ſi ad medietatem
annui valoris fructuum beneficij aſcenderet, tunc
non ſubiaceret Regulæ 8. vt docent *Maſſobr. Vivian.*
Borboſ. Adden. ad Greg. XV. in locis ſupra citatis, &
in relatis deciſionibus.
15 Huiuſmodi tamen augumentum medietatis, aut
alterius partis dotis beneficij probari debet de tem-
pore reſeruationis, alias non poteſt haberi certitu-
do, an augumentum factum fuerit in dicta medie-
tate, vel in tertia parte, vt dixit Rota *in Paduana*
iuriſpatronatus coram Corduba impreſ penes Maſſobr.
in prax habendi concurſ. ad Paroch. præſud. 7. dub. 3.
num. 40. quę eſt in recen. deciſ. 46. par. 2. & tradit
Vivian. de iurepatr. p. 1. lib. 2. cap. 5. num. 18. in fi.
16 Et quia ad acquirendum iuſpatronatus ex do-
tatione exigitur dotatio formalis *cap. filiys 16. qu. 7.*
cum alijs allegatis in Cæſaraugustana coram Coccino
impreſ. penes Maſſobr. in prax habend. concurſ. ad
Paroch. præſud. 7. dub. 3. num. 48. ita etiam ex redo-
17 tatione, ſeu ex augumento dotis acquiri nequit,
niſi redotatio, ſeu augumentum ſit tale, quod habi-
to reſpectu ad dotem Eccleſiæ, adeo ſuperet, vt dos
pręſens ſit nullius conſiderationis, & ſic priuilegiũ
potius ex iuſtitia, quam ex gratia emanaſſe videa-
tur, quod conſequitur, quando fructus beneficij
augentur ſaltem ad medietatem, alioquin ſi ſit mi-
nus augumentum ſemper iuſpatronatus dicitur ex
gratia, & non ex cauſa oneroſa, & ita firmauit
Rot. in vna Cæſarauguſt. coram Coccino Decano im-
preſ. penes Maſſobr. in prax. habend. concurſ. ad Pa-
roch. præſud. 7. dub. 3. nu. 50. & 51. & tradit etiam
Vivian. de iurepatr. p. 1. lib. 2. cap. 5. num. 19. verſ. &
ad acquirendum & num. 20. vbi ſubdit, quod talis
18 augens dotem etiam ad medietatem debeat expri-
mere ſe velle acquirere iuſpatronatus, alioquin
19 diceretur benefactor, vtpote quia nemo poteſt ac-
quirere iuſpatronatus ex augumento dotis ſine
priuilegio Apoſtolico neque induci poteſt ex obſer-
uantia, prout etiam dixit *Rot. in citata Cæſarauguſt.*
penes Maſſobr. num. 56.
20 De iure autem communi certum eſt quod ex
augumento dotis non acquiratur iuſpatronatus
cap. pie mentis in verſ. patronum 16. qu. 7. Abb. conſ.
59. lib. 2. Rocch de iurepatronat. verb dotauit qu. 2. &
3. & dixit Rot. in cauſa Cæſarauguſt. coram Coccino
impreſ. penes Maſſobr. in prax. habendi concurſ. ad Pa-
roch. præſud. 7. dub. 3. num. 49 & 50. vbi ſubdit,
21 quod ad acquirendum iuſpatronatus in caſu redo-
tationis neceſſe ſit, quod Eccleſia remanſerit pe-
nitus depauperata, & eidẽ noua dos eſſet conſtituta.
22 Et quoniam iuſpatronatus competens ex priuile-
gio, etiam prægnantiſſimis clauſulis conceſſum fuit
ſublatum, ſicut illud quod competit ex præſcriptio-
ne à *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. de reform.* idem
23 ſi ex augumento dotis competebat ex Papæ priui-
legio, à 40. annis citra ſubijcitur reuiſioni, & exa-
mini Ordinarij ex dicto *cap. 9. Sac. Concil. Trid. Ga-*
br conſ. 195. lib. 1. Vivian. de iurepatronat. p. 1. lib. 2.
cap. 5. num. 17. & ita ſæpe firmaſſe Rot. patet ex deci-
ſionibus relatis per Garz. de beneſ. p. 5. cap. 9. nu. 115.
126. & 127.
24 Cætera vero iuſpatronatus ex augumento cõceſ-
ſa ante 40. annos valida remanent, & ita declaraſſe
Sac. Cong refert *Garz. de beneſ. p. 5. cap. 9. nu. 124.*
& ſeq. Rot. dec. 4. num. 4. p. 2. recen. Adden. ad Greg.
XV. dec. 397. num. 6. in verſ. prædicta indubitanter,
25 *vbi in fi.* ſubdit, quod etiam iuſpatronatus conceſ-
ſum ex augumento dotis infra 40. annos dicatur
habere implicitum ſtatum validitatis, & donec non
rẽuideatur, & iudicatũ fuerit Eccleſiæ damnoſum,
& per Ordinarium reuocetur, admitti debent pręſ-
ſentationes Patronorum *Rot dicta dec. 4. ſub num. 5.*
p. 2. recen.
26 Ex conceſſione vero, & priuilegio Epiſcopi com-
petere minimé poteſt, iuxta diſpoſitionem *textus in*
cap. 2. de reb. Eccleſ. non alien. in 6 Garz. de beneſ.
p. 5. cap. 9. num. 128. Vivian. de iurepatronat. p. 1. lib.
2. cap. 5. num. 22. Lambert. eod. tract. par. 1. lib. 1.
quæſt. 10. art. 4. Rocch. eodem tract. in verb pro eo,
quod de Diœceſani conſenſu num. 34. Staphil. de liter.
gratiæ tit. de modo, & forma impetrandi §. 1. de iuriſ-
patronatus pręrogatiua num. 3. & 4. Rebuf. in prax. in
in 3. p. ſignaturæ verſ. nec non iuſpatronat. Rot. dec.
197. num. 89. p. 5. tom. 1. recen.
27 Etiamſi Patronus eſſet in poſſeſſione per centum
annos, & vltra, vel alio longiſſimo tempore, ſi
conſtet de initio inualido vitioſi tituli, ex quo ma-
la fides reſultat *Gonzal. ad reg. 8. glo. 18. num. 48. Pa-*
riſ. de confiden. qu. 28. num. 280. & hanc opinionem
ſequitur Rot. vt in deciſionibus relatis per Garz. de
beneſ. p. 5. c. 9. num. 128. & pluribus ſequen. & dec.
197. num. 90. p. 5. tom. 1. recen.
28 Nec Epiſcopus poteſt concedere iuſpatronatus
ſuper Eccleſia libera ſine authoritate Papæ, eamq; in
ſeruitutem redigere *Calderin. conſ. vlt. de iurepa-*
tronat. Vivian. de iurepatronat. p. 1. lib. 2. cap. 5.
num. 24.
29 Etiamſi Eccleſia antea fuiſſet patronata, & po-
ſtea libera effecta propter extinctionem iuriſpatro-
natus, cum nequeat iterum reducere in ſeruitutem,
& alteri ſuper eam iuſpatronatus concedere abſque
authoritate Papæ *Calderin. conſ. vltim. de iurepa-*
tronat. Abb. conſ. 106. p 2. Lambert. de iurepatronat.
lib. 1. p. 1. qu. 10. art. 4. nu. 4 Rocch. de Curt. tract.
eod. verb. pro eo num. 34. Vivian. tract. eod. p. 1. lib. 2.
cap 5. num. 24. & ita etiam dixiſſe Rot. patet ex deci-
ſionibus per eundem relatis.

S V M M A R I V M.

1 Beneficij de iurepatronatus laicorum inſtitutio pertinet ad Pontificem.
2 Limit. procedere in dignitatibus, ſecus in minoribus beneficiis.

3 Bene-

3 Beneficium de iurepatronatus ſi ſit Eccleſiaſticum, vel mixtum, vt præualeat pars Eccleſiaſtica ſi vacat in curia collatio ſpectat ad Pontificem, & ſubiacet regulis Cancellariæ nu 4. abſque alia derogatione nu. 6.

5 Iurepatronatus ex priuilegio conſuetudine. & præſcriptione ſunt ſublata per Concil. Trid.

7 Si ſit merè Laicale, vel mixtum prò æquali parte non vacat in Curia num. 8. & non cadit ſub generalibus reſeruationibus num. 10.

9 Socius ratione ſocietatis in re indiuidua non debet recipere præiudic ium reſpectu alterius ſocij.

11 Iuſpatronatus mixtum ſi pars Eccleſiaſtica ſit potentior ſubijcitur regulis Cancellariæ.

12 Denominatio fit à potentiori.

13 Iuſpatronatus Eccleſiaſticum tamquam dignius trahit ad ſe laicale mixtum.

14 Ad hoc vt non ſubiaceat Regulis Cancellariæ debet eſſe ex fundatione, vel dotatione, aut conſtructione.

15 Eſt iuſtificandum iuxta formam Concil. Trid. non obſtante quaſi poſſeſſione.

16 Quando ad effectum præſentandi ſufficiat ſola quaſi poſſeſſio.

17 Iuriſpatronatus laicalis collatio per dimiſſionem ex conſecutione alterius incompatibilis ſpectat ad Summum Pontificem accedente Patronorum conſenſu.

18 In beneficijs incompatibilibus, cum obtentis de ſtylo Datariæ apponitur Clauſula de dimittendo primum etiam ſi ſit de iurepatronatus laicorum.

19 Iuſpatronatus laicale ſi vacat in Curia curare debet Ordinarius, & Patronus præſentare, & inſtituere, & præuenire Pontificem.

20 De ſtylo Dataria ſolet apponere datam gratiæ prouiſionis beneficij ſub die obitus ad occurrendum ordinariorum prouiſionibus.

21 Beneficia de iurepatronatus Laicorum generaliter non comprehenduntur in reſeruationibus. Amp. vt n. 22.

23 Iuſpatronatus competit Clerico ratione bonorum patrimonialium.

24 Iuſpatronatus Laicale ex fundatione, & dotatione ſemel approbatum præuia cauſæ cognitione, non indiget alia iuſtificatione, dummodò probatio ſit facta poſt concilium, & num. 25.

Iuſpatronatus ſi vacat in Curia eius inſtitutio ad quem ſpectet.

ADNOTATIO IV.

1 Eccleſia patronata, vel beneficium de iurepatronatus laicorum] ſi vacauerit in Curia, ita vt impediantur Patroni præſentare coram Ordinarijs, indiſtinctè quod Papa videatur reſeruate, quo ad ſe illud, quod pertinet ad inferiores Prælatos, nempè inſtitutionem docet *Alphonſus de Soto antiquos gloſſator nuncupat. Regular. Cancellar. in reg. 40. verſ. verum eſt tamen num. 12.*

2 Cuius ſententia declaratur procedere ſolum in Epiſcopatibus, & Abbatijs, ac alijs dignitatibus, quæ comprehenduntur in Regulis reſeruatorijs Patriarchalium Eccleſiarum, nec non, & maiorum dignitatum poſt Pontificales, ac principalium in Collegiatis, non autem in minoribus beneficijs, quorum præſentatio ad laicos ſpectat *Couar. pract. quæſt. cap. 36. §. cæterum verſ. ſed quamuis num. 35. Leſsius de iuſt. & iur. cap. 34. dub. 9. num. 37. Io. à Kochier. in Comment. ad Alphonſ. de Soto. in reg. 40. num. 26.* & ita practicari quotidiè vidiſſe teſtatur *Maſſobr. in prax. ad habend. concurſ. ad Paroch. prælud. 7. dub. 2. num. 3. in fi.*

3 Eſt tamen animaduertendum, quod ſi beneficiū, quód vacat, ſit merè eccleſiaſticum, vel mixtum, ita tamen, vt maior pars ſit Eccleſiaſtica, & laicis præponderet, ſcilicet ſi ſpectaret ad vnum laicum, & ad duos Clericos, aut non competeret laicis ratione fundationis, aut dotationis, ſed ex priuilegio, vel præſcriptione, aut vſurpatione tunc enim, eum ſubiaceat, regulis Cancellariæ, etiam ſub reſeruatione regulæ de menſibus, vtique dicitur vacare in curia, & collatio, ſeu inſtitutio ſpectat ad Summum Pontificem *Gonzal. ad reg. 8. Cancel glo. 18. num 6. & num. 17. verſ. & quod reſeruatio Couar. practic. q. q. cap. 36. num. 5. poſt med. verſ. quod ſi iuſpatronatus, & colligitur ex deciſ. 574. num. 7. 8. & 9. p. 1. diuerſ Petrus And. Gamb. de poteſt. legat. lib. 3. num. 368. Creſcen. de iurepatronat. deciſ. 3. in princ. late Maſſobr. in prax. habend. concurſ. ad Paroch. prælud. 7. dub. 2. n. 3.*

4 Et ratio, eſt quia facile huic iuripatronatus Eccleſiaſtico, & mixto prçiudicatur *cap. cum dilectus de iurepatronat. cap. dilectus, ibique Abb. & reliqui de offic. delegat. Mandoſ. in reg. 1. qu. 8. num. 5. Couar. pract. quæſt. cap. 36. num. 5. cum alijs per Gonzal. loco citato.*

5 Tum, quia alia patronatus ex priuilegio conſuetudine, & præſcriptione ſunt hodie prorſus ſublata, & abrogata per *Sac. Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 9. de reform.* vnde ſubijciuntur regulis Cancellariæ, & ita ſçpe firmaſſe *Rot. patet ex deciſionibus relatis per Gonzal. ad reg. 8. glo. 18. à num. 18. vſque ad 21. Garz. de benef. p. 5. cap. 9. num. 573. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 57. num. 28.*

6 Neque ad hunc effectum exigitur ſpecialis derogatio, quia per ſolam ſimplicem collationem factā à Papa derogatum cenſetur ipſi iuripatronatus *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. num. 7. Maſſobr. in prax. habend. concurſ. ad Paroch. prælud. 7. dub. 2. num. 4. Caſſad. in tit. de probat. dec. 4. num. 11. & dec. fi. in fi. de iurepatronat.*

7 Si verò ſit mere laicale, vel alias etiam mixtum, ita tamen, vt laici ſuperent, vel ſaltem habeant æqualem partem beneficium patronatus, non vacat in curia, etiam ſi Papa, ſi vacaſſet per obitum, & non alio modo derogare in totum conſueuiſſet *Pariſ. de reſignat. lib. 2. qu. 4. num. 45. & ſeq. Staphil. de lit. grat. in rub. de modo, & form. impetrand. §. ſequitur videre de iurepatronat. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 57. num. 25. p. 3.*

8 Siquidem, quando iuſpatronatus, eſt mixtum, & præponderet pars laicalis, tunc potius attendenda eſt qualitas laicalis, ne laicus propter Clericum
9 perdat ſuum priuilegium, cum æquum ſit, quod in re indiuidua, non patiatur quis prçiudicium ratione ſocietatis, & communionis, & benè animaduertit *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo 18. n. 12.* vbi ſubdic,
10 quod tale iuſpatronatus mixtum, nō cadat ſub generalibus reſeruationibus, vt expreſsò tenet *Geminian. in c. vnico in final. verb de iurepatr. lib. 6. Felin. in c. multorum n. 3. verſ. & ideo ſingulariter de Iudæis Abb. in cap. dilectus num. 5. verſ. ſed circa prædicta de offic. delegat. Silua de benef. p. 3. qu. 11. num. 11. verſ. duadecima qualitas*, ibi, *licet illud ius præſentandi ſpectaret ad Laicos, & Clericum ſimul Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 3. qu. 9. art. 13. num. 2. Rocch. de Curte eod. tract. in verbo ius in 1. qu. acceſſoria 7. qu prin. num. 23. verſ. contra iſtam concluſionem Simonetta de reſeruat. benef. qu. 9. num. 6. qui de ſtylo, & practica Curia teſtatur, Lap. alleg. 96. verſ. veritatem puto num. 3. & ibi Mandoſ. in addit. verſ. re-*

tra-

*traherentur glo. & ſcribentes in cap. 2. de preben. in
6. Rebuſ. in tract. de nominationibus qu. 15. num. 7.
Couar. pract. qq cap. 30. ſub num. 5. verſ. 3. oppor-
tunè Spinus de teſtam. glo. 4. prin. num. 44. Mandoſ.
in reg. 1. Cancellar. qu. 8. num. 6. Gambar. de Le-
gat. lib. 3. num. 260. Honda de incompatibilit. beneſ.
p. 1. cap. 24. num. 114. Caſſiador. deciſ. ſi. ante num.
11. de probat. & deciſ. 7. de iurepatr. Seraph. deciſ.
719. num. 4. deciſ. 1232. num.... deciſ. 1597. nu.
5. Rot. deciſ. 574. num. 10. & per tot. p. 1. diuerſ.*
Et in puncto Regulæ de reſeruatione menſium, &
alternatiua Epiſcoporum firmauit *Rot. deciſ. 3. per
totam de iurepatr. coram Achil. de Graſſis & dec. 157.
num. 1. & per totam lib. 3. vbi reſpondet ad aliam
Rot. deciſ. 36. de conceſ. prabend. in antiq. & dec. 3.
de iurepatr. per totam coram Creſcentio.*

11 Lim. non procedere in iurepatronatus mixto,
vbi pars vocum patronorum Eccleſiaſticorum eſſet
maior, & potentior, ac præponderaret vocibus
Laicorum, nam hoc caſu ſubijcitur regulis Can-
cellariæ, cum attendatur maior pars prædominans
iuxta text. *in l. quod maior ff. ad municipalem cap. ſe-*
12 *des de reſcriptis*, & ſemper à potentiori fit deno-
minatio *l. quæritur ff. de ſtat. hom.* tum etiam quia
13 iuſpatronatus Eccleſiaſticum tamquam dignius
trahit ad ſe laicale minus dignum, & pars Clerici
trahit ad ſe partem Laici, *cap. per tuas, cap. con-
tingit de arbitris cap. 2. de conſecrat. Eccleſ. vel Al-
tar. ita Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. num. 9.
iuncto nu. 15. 16. & 17.*

14 Lim. 2. quod ad excludendam reſeruationem
Regulæ de Menſibus, & alternatiuæ, & ſimilium
aliarum regularum Cancellariæ ratione iuriſpa-
tronatus laicalis, ſeu mixti, vbi præponderat, &
eſt potens pars Laicalis oportet docere de iurepa-
tronatus ex fundatione, vel conſtructione, aut do-
tatione, *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 57.*
15 *num. 25.* cum hodie poſt *Concilium Trident. ſeſſ. 25.
de reform. cap. 9.* iuſpatronatus ſit iuſtificandum
iuxta eius formam, adeo vt ad nihilum releuet do-
cere de quaſi poſſeſſione, niſi doceatur de legitimo
titulo, quoniam per idem Concilium derogatur
non ſolum titulo, ſed etiam quaſi poſſeſſioni cu-
juſcunque iuriſpatronatus aliter acquiſiti, quam
ex fundatione, conſtructione, vel dotatione, ac
proinde, niſi quaſi poſſeſſio à legitimo titulo quali-
ficationem recipiat, redditur nullius roboris, &
momenti, & ita declaraſſe Sac. Congregationem
Concilij teſtatur *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18.
num. 23.*

16 Sublim. ad effectum præſentandi, vt ſufficiat ſo-
la quaſi poſſeſſio, ſi agatur inter Patronos, & Or-
dinarius non ſit in cauſa, *cap. conſultationibus de
iurepatr. cap. querelam de elect. cap. cum olim de cauſ.
poſſeſſ. ita ſæpe firmaſſe Rot. patet. ex deciſionibus re-
latis per Gonzal. dicta glo. 18. num. 22.*

17 Lim. 3. quando beneficium de iurepatronatus
Laicorum vacaret vigore decreti de dimittendo,
ſcilicet quando poſſidens beneficium patronatus
Laicale prouideatur de alio beneficio incompatibi-
li per Summum Pontificem, nam tunc eum primum
dicatur vacare in Curia, ſeu potius apud Sedem,
ad eandem etiam ſpectat collatio, ſeu inſtitutio,
Simonet. de reſeruat. beneſ. qu. 26. num. 1. non ta-
men hoc caſu Papa confert cum derogatione, ſed
planè cum Clauſula accedente Patronorum con-
ſenſu, & ita practicari vidiſſe teſtatur *Maſſobr. in
prax. habendi concurſ. ad Paroch. prælud. 7. dub. 2.
num. 9.* ad tradita per *Kochier. in glo. 6. num. 4. &
5. ſuper reg. 8.*

18 Solet autem de ſtylo Dataria apponere decretũ
in prouiſionibus, quæ fiunt Apoſtolica auctoritate
de incompatibilibus cum obtentis, vt prouiſus vbi
primùm poſſeſſionem ſecundi adeptus fuerit, vel
per ipſum ſteterit, quo minus illa adipiſcatur dimit-
tere teneatur primum in manibus Rom. Pontificis,
cum mentione huiuſmodi decreti, & aliquando
huiuſmodi decretum appoſitum vidiſſe, non ob-
ſtante, quod beneficia, quæ erant dimittenda eſſent
de iurepatronatus Laicorum teſtatur, *Maſſob. in
prax. habendi concurſ. ad Paroch. requiſit. 8. dub. 10.
num. 16.*

19 Curare vtique debet Epiſcopus quandocunque
contigerit vacatio alicuius beneficij patronatus in
Curia, præcipuè ſi vacet per obitum, vt ſtatim at-
que de huiuſmodi vacatione notitiam habuerit ip-
ſe conferat, & præuenire Pontificem in conferendo,
quia tunc teneret eius collatio, immo teneret in-
ſtitutio, etiam ſi eſſet poſterior collationi Papali, ſi
tamen præueniſſet Patronus in præſentando, quo
caſu, etiam ſi in gratia prouiſi Apoſtolici adſit de-
rogatio in totum iuripatronatus, ad nihil tamen
ſuffragatur ob ius quęſitum pręſentato ante dictam
gratiam, vt firmauit *Rot. deciſ. 1263. per totam, &
deciſ. 1232. coram Seraph. Maſſobr. in prax. habend.
concurſ. ad Paroch. prælud. 7. dub. 2. num. 24.*

20 Verum ad occurrendum Ordinariorum præuen-
tionibus, ſolet de ſtylo Dataria, ſeu Cancellaria
Apoſtolica ponere datam gratiæ, ſub data eiuſdem
diei obitus, quamuis poſtea non expediantur li-
teræ, niſi aliquot poſt menſes *Gonzal. ad reg. 8. Can-
cellar. §. 3. proœm. nu. 82. Maſſobr. in prax. habend.
concurſ. ad Paroch prælud. 7. dub. 2. num. 11. & 12.*

21 Generaliter tamen beneficia de iurepatronatus
Laicorum non comprehẽduntur in reſeruationibus,
etiam ſi ſint generales, & in corpore iuris clauſæ,
vnde nec Legatus a Latere illa poteſt conferre,
*Hoieda de incompatibilit. beneſ. cap. ſi nu. 109. Re-
buſ. de nominat. qu. 8. num. 28. & qu. 15. num. 2.
Cabed. de patronat. Regiæ Coronæ cap. 35. num. 2. &
4. Couar. pract. qq. cap. 36. num. 2. & 5. Ioſeph.
Ludou. tom. 3. commun. opin. tit. de iurepatr. conclu.
vnic. amp. 19. verſ. declaratur 12. pag. 531. Rocch.
de iurepatr. verb. competens qu. 24. num. 54. Lam-
bert. tract. eod. p. 1. lib. 2. qu. 6. art. 3. & p. 3. qu.
9. art. 16. Spin. in ſpecul. teſtam. glo. 4. num. 44.
Ceual. commun. contra commun. qu. 897. nu. 452. cum
ſeq. Alyſ. Ric. in prax. aura reſol. 236. verſ. tertio
late Moneta de option. cap. 3. qu. 3. a num. 113. Gaſ-
par. de Peruſ. in tract. de reſeruationibus §. quæ autem
beneficia reſeruantur num. 5. Aeneas de Falcon. de
reſeruat. qu. 9. per totam Gomezius in reg. de annali
qu. 7. ante num. 5. Simonet. de reſeruat. qu. 9. per
totam Anton. Gabr. de clauſ. conclu. 2. illation. 5. nu.
32. Mandoſ. in reg. 1. Cancellar. qu. 8. a num. 6. cum
ſequent. Silua de beneficio 3. p. qu. 21. Gonzal. ad
reg. 8. Cancel. glo. 18. num. 2. Barboſ. de offic. &
poteſt. Epiſcop. alleg. 57. num. 26. Caſſad. deciſ. 6. nu.
5. de iurepatr. Rot. deciſ. 304. num. 1. p. 2. diuerſ.*
& in puncto Regulę de menſibus, & alternatiua,
Achil. de Graſ. deciſ. 3. de iurepatr. & ratio deſumi-
tur ex *Sac. Concilio Trident. ſeſſ. 25. cap. 9. in prin.*

ibi

Digitized by Google

ibi *Patronorum iura tollere piaſque fidelium voluntates in eorum institutione violare æqum non eſt*, alias enim Laici retraherentur, à fundatione, conſtructione, vel dotatione Eccleſiarum, ſeù beneficiorum.

22 Quod procedit etiamſi in reſeruatione adſint illa verba ad cuiuſcunque collationem, prouiſionem, electionem, præſentationem, & quamuis aliam diſpoſitionem pertineant, *Mandoſ. ad reg.* 1. *Cancellar. qu.* 10. *num.* 2. *Gigas de penſion. qu.* 19. *num.* 7. aut etiam ſi adſit Clauſula motu proprio,

23 & licet eſſent de iurepatronatus competente Clericis ratione bonorum Patrimonialium, cum tamquam laicale cenſeatur, *Barboſ. de offic. & poteſt. Episcop. alleg.* 57. *num.* 27.

24 Diximus iuſpatronatus ad hoc vt non ſubiaceat regulis Cancellariæ, vti merè Laicale iuſtificandum eſſe ad formam Sacri Concilij Tridentini, ſcilicet ex fundatione, & dotatione, vel ex conſtructione, eſt tamen animaduertendum, quod ſi ſemel vacatio contigerit, & patronus Laicus, ſeu mixtus præſentauit, & coram Ordinario docuit de ſuo iurepatronatus iuxta formam dicti Concilij, & præuia cauſæ cognitione, ac ſeruatis, ſeruandis Ordinarius ſemel approbauit dictum iuſpatronatus, & instituit præſentatum, quoties poſtea vacare contingat, non tenetur amplius de titulo ſaltim in poſſeſſorio iudicio docere, ſi in controuerſiam deducatur, ſed ſufficit Patrono, quaſi poſſeſſio, quam habet, & ita cenſuiſſe Eminentiſſ. Patres Concilij Trident. Interpretes refert *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. glo.* 18. *num.* 25. *verſ. ſi vero & num.* 26. *&* 27. aliter Patronus valde graue ſubiret onus, & nunquam daretur litium finis, ſi in quacunque vacatione teneretur de nouo ſuum iuſpatronatus iuſtificare.

25 Quod procedit dummodo probatio; & iuſtificatio emanauerit poſt Concilium, à quo cum tradita fuerit forma, ac proinde eius probatio aliter facta redditur nullius releuantiæ, & non attendenda, & ita pariter dixiſſe Sac. Congregationem Concilij teſtatur *Gonzal. dicta glo.* 18. *num.* 29.

IMOLEN. MANVTENTIONIS.

ARGVMENTVM.

EXiſtenti in poſſeſſione de tempore motæ litis debetur manutentio, præcipuè non habenti sè prò ſpoliato, & etiam ſi agatur contra turbantem. Eccleſia manutenenda etiam ſi Prælatus habuerit ſe pro ſpoliato. Poſſeſſio capta non citato anteriori poſſeſſore dicitur clandeſtina, & non manutenibilis. In viſitatione Diœceſana proceditur abſque citatione. Epiſcopus inuito Rectore non poteſt transferre deuotas Imagines de vno in aliud altare. Patroni ſunt manutenendi in iuribus ſuis. Iuſpatronatus inter priuatos quomodo probetur, & præſentationes quando dicantur effectum ſortitæ, abbunde explanatur.

SVMMARIVM.

1 Eccleſiæ, eiuſque Rectori competit manutentio.
2 Manutentio competit exiſtenti in poſſeſſione de tempore motæ litis.
3 Amp. præcipuè non habenti ſe prò ſpoliato.
4 Amp. Etiam ſi agatur contra turbantem num. 5. & 6.
5 Poſſeſſio ciuilis ſemper animo retineri præſumitur.
6 Poſſeſſio ciuilis animo retenta trahit ad ſe naturalem, & ſufficit ad effectum manutentionis.
7 Eccleſiæ competit manutentio licet Prælatus habuerit ſe pro ſpoliato num. 8.
8 Poſſeſſio ciuilis reſidet penes Eccleſiam, naturalis penes Rectorem.
9 Manutentio denegatur Rectori habenti ſe pro ſpoliato, & agenti nomine proprio, ſecus nominè Eccleſiæ.
10 Manutentio danda poſſeſſori anteriori.
11 Poſſeſſio capta non citato anteriori poſſeſſore eſt clandeſtina, & non manutenibilis.
12 Liber viſitationis Diœceſanæ plenè probat.
13 Teſtes ad perpetuam rei memoriam examinati in iudicio manutentionis probant, licet non fuerint formiter examinati nu. 14.
15 In iudicio manutentionis ſufficit probatio minor, & leuior ſemiplena.
16 Sententia defectu citationis eſt nulla.
17 In viſitatione Diœceſana proceditur de plano abſque citatione.
18 Scientia indubitata requiritur in eo, cui ius aliquod auferri debet.
19 Scientia indubitata haberi non poteſt niſi ex citatione.
20 Citatio in præiudicialibus debet eſſe perſonalis.
21 Translatio piæ Imaginis de vna in aliam Capellam inuito Rectore Epiſcopus non poteſt facere.
22 Patronis ſpectat defenſio iurium ſui iuriſpatronatus.
23 Epiſcopus non poteſt præiudicare Eccleſiæ de iurepatronatus.
24 Patronum ſpoliare ſua poſſeſſione iniquum reputatur.
25 Epiſcopus habet fundatam intentionem ſuper omnibus Eccleſijs ſuæ Diœceſis circa exercitium iuriſdictionis Declar. vt ibid.
26 Iuriſpatronatus pertinentia probatur ex enunciatiuis Ordinarij emiſſæ in actu viſitationis.
27 Iuſpatronatus inter perſonas priuatas probatur ex præſentationibus ſuum effectum ſortitis ſpatio 40. annorum cum fama.
28 Quoad probationem iuriſpatronatus quo ad perſonas priuatas Sac. Concil. Trid. nihil innouauit.
29 Iuſpatronatus præcipuè probatur ex fundationis, & dotationis inſtrumento.
Iuſpatronatus probatur ex inſtitutione facta ab Ordinario ad præſentationem Patroni ibid.
30 Iuſpatronatus præſumitur ex fundatione, & dotatione, niſi contrarium probetur.
31 Amp. præcipuè accedente obſeruantia ex ſubſecutis præſentationibus.
32 Amp. eo magis, ſi de eo incidenter agatur.
33 Iuſpatronatus probatur ex centenaria poſſeſſione, ſi non agatur de familia potenti.
Tempus centum annorum in materia Iuriſpatronatus habet vim immemorabilis, & ſufficit etiam in terminis Concilij ibidem.
34 Præſentationes quando dicantur effectum ſortitæ, & num. 35.
36 Iuriſpatronatus pertinentia probatur ex quaſi poſſeſſione præſentandi.
37 Iuſpatronatus ex leui probatione iuſtificatur ſi incidenter de eo diſputari contingat.
38 Iuſpatronatus de antiquo etiam coniecturis probatur
39 Qui ſeminat in alieno ſolo, vel pingit in aliena tabula cedit ſolo.
40 Altare non debet nudari, vt alterum operiatur.
41 Rector nec tacitè, nec expreſsè poteſt præiudicare Eccleſiæ, licet agatur ad fauorem alterius Eccleſiæ.
42 Patronus non poteſt præiudicare ſucceſſoribus ſi non ſit primus acquirens num. 44.
43 Eccleſiæ competit manutentio ſi cadat à ſuo iure facto Rectoris.

45 Oblationes vbicunque fuerint factæ intra limites Parochiales ſpectant ad Parochum.
46 Parochus habet iuris aſſiſtentia exercendi iura Parochialia intra limites ſuæ Parochiæ.
47 Actus geſtus ſecundum vnam cauſam non eſt extendendus ſed ſecundum eam determinandus.
48 Oblationum pars eſt eroganda à Parocho pro Eccleſiæ manutentione.
49 Patronus ſi non prouideat de neceſſarijs, vel non reficiat Capellam eſt monendus ſub pæna priuationis, & ius alijs concedendi.

DECISIO X.

IN medio proſpectus Sacelli Diui Stephani de antiquiſſimo iurepatronatus familiæ de Blondis exiſtentis in Eccleſia Parochiali Beatæ Mariæ Terræ Lugi, opportuno foroice deuotum ſimulacrum eiuſdem B. M. longo annorum interuallo collocatum permanſit, cuius fortaſſe initij memoria non adeſſet, niſi publica vox, & fama circonferret ibidem à Beato Mariano eiuſdem familiæ iam diù repoſitum fuiſſe.

In eodem Sacello vſque de anno 1638. erecta fuit confraternitas B. Mariæ de Centura per modū tamen prouiſionis, dum ſucceſſiue ædificatum fuit nouum Altare ad effectum ibidem transferendi, quę translatio in Diœceſana viſitatione habita ab Eminentiſſimo Cardinali Donghio de anno 1656. decreta fuit ad formam perfectam redacto Altari, prę uiaque præcedente licentia in precibus ab Ordinario obtinenda. Et in alia nouiſſima Modernus Epiſcopus dixit hoc translationis negotium requirere altiorem indaginem, & propterea per R. Archipresbyterum exponendum eſſe factum ad effectum prouidendi prout iuris, & dictamen rationis ſuadebit.

Non tamen ſeruata forma præfatorum decretorum, nullis ſcilicet porrectis precibus ad formam decreti Eminentiſſ. Donghij, nec expoſita facti ſerie ad formam alterius moderni Epiſcopi, Ren. D. Franciſcus Lugareſius Archipresbyter de facto à ſuo veteri loco dictum Simulacrum abduxit, & in recenti poſuit, ſucceſſiue ab Ordinario porrecto ſupplici libello non obſtantibus ſupradictis decretis huius translationis confirmationem in precibus obtinuit.

Hinc orta lite inter præfatum Archipresbyterum, & Reuerend. D. Thomam de Blondis Rectorem, & Patronum dicti Altaris ſuper nullitate, & iniuſtitia huius translationis, & Imaginis manutentione, controuerſiaque ad me pro veritate delata, manutenſionem Altari Diui Stephani, ſiue eius Rectori dandam eſſe reſpondendum duxi.

1 Etenim Eccleſiæ, Capellæ, eiuſque Rectores ſunt
manutenendi in ſuis iuribus *Rot. decis.* 224. *num.* 6.
& decis. 226. *num.* 44. *p.* 6. *recen. cum alijs per Sperel. decis.* 96. *num.* 18. *tom.* 1. iuxta vulgarem, ſed
certiſſimam regulam quod exiſtenti in poſſeſſione
2 de tempore motæ litis manutentio non denegatur,
*§. retinendę § hodie inſtit. de interdict. l. prædia vbi
Bart. ff de acquirend. poſſeſſ. Neuiz. conſ.* 81. *num.*
16. *&* 17. *Cauale. decis.* 228. *num.* 5. *in fi. & decis.*
565. *num.* 1. *Seraph. decis.* 1213. *num.* 5. *Veral. dec.*
198. *p.* 2. *Ceſar. de Graſſ. decis.* 4. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Greg. XV. decis.* 160. *num.* 1. *Coccin. decis.*
40. *num.* 1. *& decis.* 452. *num.* 2. *Burat. decis.* 263.
num. 1. *Rot. decis.* 80. *num.* 1. *dec.* 641. *num.* 8. *p.* 1.
diuerſ. decis. 41. *num.* 9. *&* 10. *decis.* 50. *num.* 1. *p.* 2.
diuerſ. decis. 396. *ſub num.* 5. *p.* 3. *decis.* 93. *num.* 1.
& 2. *dec.* 106. *num.* 1. *dec.* 249. *num.* 1. *decis.* 563.
num. 1. *p.* 4. *decis.* 13. *num.* 8. *decis.* 72. *num.* 1. *dec.*
123. *num.* 1. *decis.* 156. *num.* 1. *p.* 7. *decis.* 419. *nu.*
11. *p.* 9. *tom.* 2. *recen.*

3 Præcipuè non habenti ſe prò ſpoliato *Seraph. dec.*
1041 *num.* 3. *decis.* 1089. *num.* 3. *decis.* 1127. *num.*
5. *Burat. decis.* 590. *num.* 16. *Rot. decis.* 129. *nu.* 5.
4 *p.* 3. *recen.* Etiam ſi agatur contra turbantem, cum
ſit in poteſtate illius, qui turbatur in ſua poſſeſſione, vel habere ſe prò ſpoliato, & intentare remedium recuperandæ, vel non habere ſe prò ſpoliato, & intentare remedium manutentionis latè *Poſt. de manuten. obſer.* 57. *num* 40. *Ciarlin. controu. forenſ.* 119. *num.* 38. *&* 39. *Seraph. decis.* 277. *num.* 1. *Rot. decis.* 180. *num.* 2. *p.* 4. *diuerſ. decis.* 35. *num.* 3. *in fi. p.* 2. *recen.*

5 Nam ſemper animo retineri præſumitur ciuilis
poſſeſſio *l. clam poſſidere §. qui nundinas ff. de acquirend. poſſeſſ. Giunan. conſ.* 40. *num.* 10. *lib.* 2. Quæ
6 ciuilis poſſeſſio animo retenta, cum trahat ad ſe na-
turalem, exuberat ad manutentionem obtinendam contra eum, qui naturalem occupauit, *Poſt. de manuten. obſeru.* 16. *a num.* 31. *vſque ad* 43. *& obſeru.* 57. *num.* 41. *Ciarlin. controu. forenſ. cap.* 119. *num.* 45. *&* 46. *& controu.* 210. *num.* 47. *Cauale. decis.* 531. *num.* 4. *in fi. Rot. decis.* 239. *num.* 3. *poſt Pacif. de Saluian. decis.* 106. *num.* 3. *decis.* 135. *num.* 3. *dec.* 476. *num.* 4. *p.* 1. *decis.* 196. *num.* 4. *p.* 3. *decis.* 78. *num.* 38. *decis.* 139. *num.* 15. 16. *&* 17. *p.* 6. *dec.* 165. *num.* 39. *p* 7. *recen.*

7 Quinimo Eccleſiæ, & Capellæ competit manutentio, non obſtante quod Prælatus, vel Rector habuerit ſe prò ſpoliato, cum non poſſit præiudicare Eccleſiæ, nec etiam in poſſeſſione per doctrinam, *Bart in l. ſi vir. vxori num.* 3. *ff. de acquirend. poſſeſſ. Seraph. decis.* 1417. *num.* 3. *cum alijs per Beltram. in addit. ad Gregor. XV. decis.* 116. *nu.* 5.

8 Et quamuis naturalis, ſeu corporalis poſſeſſio reſideat penes Prælatum, ſeu Rectorem, ciuilis tamen ſemper reſidet pænes Eccleſiam ipſam, ſeu Capellam tamquam perſonam fictam, & rapreſentatam, quæ nunquam mutatur, ac proinde venit proculdubio manutenenda, vt bene ratiocinatur *Sperel. decis.* 96. *num.* 19. *tom.* 1. *per text. quem allegat. in cap. liberti* 12. *qu.* 2. *Abb. in cap. cum ſemper nu.* 20. *de cauſ. poſſeſſ. Pariſ. conſ.* 24. *num.* 7. *vol.* 5. *Beccius. conſ.* 77. *num.* 3. *Surd. conſ.* 183. *num.* 37. *& ſeq. vol.* 2. *Guid. Pap. decis.* 355. *per tot. faciunt tradita in decis.* 1. *num.* 4. *&* 5. *de reſt. ſpoliat. in nouiſ.*

9 Vnde licet manutentio eſſet deneganda Capellano agenti nomine proprio, & ſe pro ſpoliato habenti, ſecus autem, quando Capellanus agit etiam nomine Capellæ, vt in præſenti, cuius reſpectu amiſſa non fuit poſſeſſio iuxta doctrinam *Bart. in l.* 1. *§. ſi vir vxori num.* 3. *ff. de acquir. poſſeſſ. Seraph. decis.* 1417. *num.* 3. *& ita ſæpe firmaſſe Rot patet ex decis. relat. per Sperel. decis.* 96 *num.* 20. *tom.* 1.

10 Propterea impediri non debet per huiuſmodi translationis actum turbatiuum, nullum clandeſtinum, & attentatum, qui dedit cauſam liti, & conſequenter non manutenibilem in præiudicium præfatæ Capellæ, eiuſque Rectoris docentis de ſua anteriori poſſeſſione, & manuteneri petentis in poſ-
ſeſſio-

Digitized by Google

ſeſſione retinendi Simulacrum in ſuo antiquo, & veteri loco l. 3. §. ex contrario & §. ſeq. ff. de acquir. poſſeſſ. remed. cap. licet cauſam §. ex præmiſſis de probat. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 740. verſ. non vero loquitur Ciarlin. controu. 119 num. 5. p. 2. Poſt. de manuten. obſer. 42. num. 162. Vrgellen. deciſ. 4. nu. 6. Andr. deciſ. 61. num. 5. Barat. dec. 306 nu. 2. Cauale. dec. 2. num. 3. dec. 44. num. 5 dec. 522. num. 1. & deciſ. 629. num. 8. Greg. XV. dec. 31. num. 1. Rot. dec. 27 nu. 39. dec 612. num. 4 p. 1. dec. 187. num. 1. dec. 562. num. 3. p. 4. diuerſ. dec. 660. num. 4. deciſ. 974. num 1. p. 1. deciſ. 539. num. 5. p. 3. recen. deciſ. 496. num. 5. poſt Poſt. de manuten. & in Bituntina Theſ. 5. Decemb. 1650. §. non obſtat coram Veroſpio & in Piſaurea. Parochialis 11. Febr. 1650. § neque poterit coram eodem & in Salernitana Beneficij 1. Feb. 1651. coram Emin. Celſo in Romana Legati 29. Ianuar. 1652. §. minus habitus coram Zarate & in Cotronen. Cantoratus 10. Maij 1652. §. non obſtat coram Albergato.

11 Actus enim tendens in præiudicium partis, ſicut poſſeſſio capta non citato anteriore poſſeſſore dicitur clandeſtina, & non manutenibilis Greg. XV. deciſ. 6. num. 3. Rot. deciſ. 139. num. 5. p. 7. recen. & in Viterbien. Beneficiorum 23. Iunij 1653. §. fi. coram Eminen. Card. Celſo in Piſaurea. adminiſt. Montis 27. Iunij 1650. §. non obſtat coram R. p. d. Cerro Decano & in Leodien Præpoſitura de Naaſinnes 4. Maij 1650. §. fi. coram eodem.

Poſſeſſio, ſeu exiſtentia Imaginis in dicta Capella iuſtificantur ex viſitationibus Apoſtolicis, & Diœceſanis, in quibus deſcribitur in Icona eiuſ-
12 dem Capellæ adeſſe præfatam Imaginem Summ. nu. 3. & 4. quæ plenam inducunt probationem latè, Mar. Anton. var. reſol. lib. 1. reſol. 110. à prin. & deciſum refert Aloy. Ric. in prax. for. Eccleſiaſt. deciſ. 611. in p. edit. & reſol. 535. in 2. editione, cum alijs per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 73. nu. 43.

Comprobatur ex ſuperabundanti ex atteſtationibus plurimorum teſtium Summ. num. 5. & ſeq. deponentium de viſu, & de auditu à maioribus idem ſimulacrum ab antiquiſſimo tempore in eodem Sacello collocatum, & retentum fuiſſe, & nihil in
13 contrarium vidiſſe, vel audiuiſſe, qui licet non fuerint formiter examinati in iudicio tamen manutentionis exuberant Seraph. deciſ. 585. in prin. Burat. dec. 720. nu. 2. & 3. Rot. in Cremonen. funeralium 7. Iunij 1651. ſub §. Accedit demum coram Meltio in Parmen. ſeudi 23. Martij 1662. §. non obſtat quod teſtes coram R. p. d. Cerro Decano & in Vaſcoen. Prioratus ſuper manutentione 21. Iunij 1666. in prin. coram R. p. d. Albergato.

14 In nihilo refragante quod fuerint tantum examinati ad perpetuam rei memoriam, ſine citatione partis, quia cum adminiculentur ex ſupradictis viſitationibus, in hoc ſummariſſimo manutentionis plenè probant Rol. à Valle conſ. 8. num. 30. & 31. lib. 4. Rota dec. 269. num 4. apud Poſt. de manuten. & in Viterbien. manutentionis 4. Iulij 1664. §. tertio ex inſtrumento coram Emerix.

15 Immo ſufficit qualis probatio etiam minor, & leuior ſemiplena Neuiz. conſ. 400. num. 11. Menoch. de retinen. remed. vltim. num. 34. & 39. Poſt. de manuten. obſer. 38. num. 31. Dec. conſ. 56. num. 1. Caputaquen. dec. 382. p. 2. Mantic. deciſ. 172. num. 2. Rot in Romana Legati 29. Ianuar. 1652. §. hæc omnia coram Zarate. Et admittitur quoque poſſeſſio probata per præſumptiones Rota deciſ. 375. num. 1. p. 3. lib. 3. diuerſ. deciſ. 323. num. 2. poſt 2. vol. conſ. Farinac. & in Ampurien. ſeu Ciuitaten. deputationis Vicarij 13. Ianuar. 1651. §. rationes autem in fi. cor. Meltio.

16 Nullitas præfatæ abductionis eſt manifeſta defectu citationis omninò neceſſariæ ad effectum, vt Capella, eiuſque Rector eſſet audiendus in ſuis iuribus. ad text. in l. vnoquoque ff. de re iud. l. ſi cum vno harede ff. de except. rei iud. l. 1. & 2. C. quibus reſ. iud. non nocet Clement. Paſtoral. de re iud. Vantia de nullit. defectu citat. num. 9. & ſeq. Caputaquen. dec. 190. p. 2. Montic. deciſ. 66. ſub num. 1. & ſeq. Surd. dec. 256. num 4. verſ. in contrarium Seraph. dec. 1477. num. 2. & 6. Duran. deciſ. 80. nu. 1. deciſ. 163. num. 1. & deciſ. 185. num. 14. Rot. dec. 98. num 7. p. 1. deciſ. 474. num. 1. p. 2. dec. 302. num. 6. p. 6. dec. 38 num. 4. dec. 247. num. 14. p. 7. recen. & in Reatina Caſtrorum 9. Iunij 1659. §. deficit autem cor. R. p. d. Priolo.

17 Nec infringit, quod fuerit actum vigore decreti Eminentiſſ. Donghij emanati in Diœceſana viſitatione, in qua proceditur ſummariè, de plano, & ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, & ſine viſitandorum citatione, cum ſaltem virtualiter citati cenſeantur per edictum generale, quo omnes intereſſe habentes monentur ad intereſſendum, latè Mar. Anton. lib. 1. var. reſol. 110. num. 13. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 73. num 43. in fi. p. 3.

18 Quia hoc procedit in ijs, quæ concernunt correctionem, & prouiſionem ex ipſa rei inſpectione, ſecus autem in contentioſis concernentibus ius tertij, & diſcuſſionem requirentibus, cum ſcientia indubitata, & certa requiratur in eo, cui ius aliquod auferri debet Veral. deciſ. 110. p. Mohed. dec. 4. alias 160. num 1. de probat. Rot. in Theatina Beneficij 10. Maij 1652. §. nullitas vero in fi coram Veroſp.

19 Vera autem, & indubitata notitia nunimè haberi poteſt, niſi ex citatione Rot. in Bononien. vſufructus 20. Iunij 1550 ſub §. non obſtat coram Rojas,

20 Quæ vlterius in præiudicialibus debet eſſe perſonalis cap. cauſam vbi Abb. num. 5. de dol. & contum. Ancar. in Clem. 1. num. 5. in fi. de Iud. Vantius de nullit. defectu citat. num 83. & 84. Rot. deciſ. 7. num 5. & 6. poſt Zacch. de ſociet offic. in Meliten. Parochialis 28. Ianij 1649. §. nec ſufficit citatio confirmata 31. Iunij ſequentis anni in §. citatio autem coram Bichio, & in Theatina Beneficij 10. Maij 1652. §. nullitas vero coram Veroſpio.

21 Iniuſtitia verò eſt incontrouertibilis, cuius reſpectu, ex duplici capite D. Thoma efficitur legitimus contradictor, vti quidem Rector, & vti Patronus eiuſdem Sacelli Diui Stephani, vti Rector, quia Rectoribus, & beneficiatis reclamantibus nulla præcipuè vrgenti, legitimaque concurrente cauſa neque Parochus, neque Epiſcopus habet facultatem deuotas Imagines de eorum in aliam Capellam transferendi, vt egregiè tradit, Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 42. num. 10. Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol cap. 91. num. 11. & magiſtraliter Rot. ab vtroque relata in Hiſpalen. translationis 9. Martij 1598. coram Card. Pamphilio.

22 Vti quidem Patronus, quia Patronis conuenit prouidere, conſulere, & defendere iura eorum iuriſpatronatus Lambert. de iurepatr. art. 2. quæſt. 11. princ. prim. part. 1. lib. 1. nu. 12. Ciarlin. controu. forenſ. 67 num. 3. & 4. lib. 1. Rot. dec 321. num. 1. coram Canale. dec. 73. num. 4. dec. 218. in 2. num. 3. p. 9. tom. 1.

recen. & in Taurinen. Scanni 26. Feb. 1666. in prin. coram R. p. d. Cerro Decano.

23 Et Epiſcopus Eccleſiæ, ſeu Capellæ de iurepatronatus eiuſque patronis nullo modo valet præiudicare *cap. Monaſterium 16. q. 2. cap. decern. 16. q. 7. fa. cit gloſ. in c. vobis 25. verb. in capella de iurepatr. Rota deciſ. 152. nu. 10. p. 5. tom. 1. recen. Ric. deciſ. Cur. Archiep. Neapol. dec. 37. nu. 5. p. 2* Vtpotè quia Patroni

24 ſunt potius inuitandi, & non retrahendi à fundatione Eccleſiarum, Capellarum, & beneficiorum, vt diuinus cultus in dies feliciter augeatur, & non minuatur, ac proinde patronos ſua quaſi poſſeſſione ſpoliare iniquum eſſe dixit *Rot. dec. 217. num. 53. poſt Poſſ. de manuten. ex Hoſtien. in cap. cum vos verſ. inſtituere & ibi Ancar. nu. 1.* vnde in concurrentibus Patroni piæ ſolitum conſenſus, decreta, & ordinationes Epiſcopi ad nihilum ſuffragantur, nam licet Epiſcopus habeat intentionem fundatam circa exercitium iuriſdictionis in omnibus Eccleſijs, & Capellis propriæ Diœceſis, id enim reſtringitur ad

25 meram ſpiritualitatem, & ſic in noſtris terminis, an piæ Imagines ſint decentes, an falſum, inordinatum, profanumque contineant iuxta *decret. Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de ſacr. imagin.* non autem extenditur quo ad eá, quæ reſpiciunt meram temporalitatem, prout reputatur eorum ſituatio, collocatio & translatio per textum expreſſum *in cap. cum venerabilis de relig. dom. in §. quia vero ibi vos ab impetitione ipſius, quo ad temporalia eiuſdem Eccleſiæ duximus abſoluendos,* vt pulchrè in ſimilibus terminis firmauit *Rot. in d. Thaurinen. Scanni 26. Feb. 1666. per tot. coram R. p. d. Cerro Decano.*

26 Le exiſtentia, & pertinentia iuriſpatronatus Sacelli, & beneficij Diui Stephani ad familiam de Blondis pleniſſimè conſtat ex enunciatiuis Ordinariorum emiſſis in actu Diœceſanorum viſitationum *vt in d. ſum.* quibus Rota multum deferre ſolet, cum agatur de eorum præiudicio *Gratian. diſcept. 597. n. 13. Achil. de Graſſ. dec. 7. de iurepatr. Merlin. deciſ. 4. nu. 6. verſ. quibus non obſtat. Caputaquen. dec. 158. p. 2. Coccin. dec. 229. nu. 1. Rot. dec. 11. de iurepatr. in nouiſ. Mantic. dec. 350. nu. 3. Burat. dec. 111. nu. 7. ibique Add. lit. C. nu. 15. Pute. dec. 243. lib. 2. Seraph. dec. 1141. n. 8. Rot. dec. 567. nu. 2. p. 4. diuerſ. dec. 548. nu. 2. dec. 694. num. 4. p. 2. dec. 166. num. 12. p. 6. recen. dec. 26. num. 12. poſt Vinian. de iurepatr. in Bononien. iuriſpatr. 1. Iulij 1654. §. præſertim attenta coram Emin. Card. Celſo in Praneſtina Iuriſpatran. 17. Martij 1666. §. abeſſent vlterius coram R. p. d. Beuilaqua,* & in aſſertione facta in Apoſtolica inſtitutione vltra *Merlin. d. dec. 4.* dixit etiam *Rot. in Aquilana Capellæ 7. May 1590. coram Orano relat. per Spad. conſ. 13. nu. 4. lib. 3.*

27 Comprobatur fuſius ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum longè vltra centum annorum ſuum effectum ſortitis, quamuis quando agitur de Ordinaria probatione ex præſentationibus ſuum effectum ſortitis ſpatio 40. annorum concurrente fama remaneat inter perſonas priuatas concludenter probatum iuſpatronatus, *Federic. de ſen. conſ. 234. num. 4. Maſcard. de probat. lib. . . . concluſ. 956. num. 20. Menoch. lib. 3. præſumpt. 90. ex nu. 10. Garz. de Beneſ. p. 5. cap. 9. nu. 83. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. nu. 30. & ſeq. vſque*

28 *ad 54.* vbi quod *Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 9. de reform.* nihil immutauit, nec innouauit quo ad modum probandi titulum iuriſpatronatus in perſonis priuatis, *& alijs ſeq. vſque ad 62. Caſſad. dec. 3. de prob. Achil. de Graſſ. dec. 7. & 8. per tot. de iurepatr. Pute. dec. 140. lib. 1. Greg. XV. dec. 452. nu. 1. Merl. dec. 4. nu. 1. & 2. cum alijs per Ferentil. in adnot. ad Burat. d. 142. num. 16. vbi ita ſæpe firmaſſe Rot. idem Burat. dec. 172. nu. 18. & 19. dec. 338. nu. 1. dec. 552. nu. 2. & 5. Rota dec. 792. nu. 1. & ſeq. p. 1. diuerſ. dec. 77. num. 1. 2. & 5. in fi. dec. 312. nu. 3. dec. 518. num. 1. p. 1. dec. 360. nu. 5. & 6. p. 2. dec. 172. num. 4. p. 3. dec. 176. num. 2. & 3. deciſ. 332. nu. 1. p. 4. tom. 1. dec. 482. nu. 3. ead. p. 4. tom. 2. dec. 290. nu. 4. dec. 401. num. 1. p. 5. dec. 19. num. 5. p. 9. to. 1. & in Compoſtellana Parochialis 10. Feb. 1645. in §. 1. verſ. hoc vero coram Veroſpia impreſ. poſt 8. p. Diana reſol. moral. fo. 638.*

29 Quinimo ex Bulla inſtitutionis factæ ad fauorem prætati Thomæ de anno 1621. iuſtificatur vlterius huiuſmodi iuſpatronatus etiam ex fundatione, & dotatione ibi *viſa inſtrumenta dotationis d. Capellæ, & Altaris de anno Domini 1481.* qui modus probationis ſuperat omnes alios tamquam directè, & in ſubſtantia fundatus, ad formam *Sac. Concil. Trid. in d. ſeſſ. 25. c. 9. de reform. c. præ mentis 16. qu. 7. vbi glo. & Doctor. communiter cap. nobis de iurepatr. Lotter. de re benef. lib. 2. q. 7. nu. 27. & qu. 8. nu. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. num. 34. Rot. in Bononien. Beneficij 26. Feb. 1652. §. exiſtentia vero coram Albergato,* non enim redditur veriſimile, quod Ordinarius de cuius intereſſe agitur atteſtatus fuerit de huiuſmodi dotatione, & fundatione, & quod contulerit ad præſentationem, niſi extitiſſet iuſpatronatus, *Rota dec. 615. num. 2. p. 1. dec. 170. nu. 1. dec. 510. num. 2. p. 3. dec. 152. nu. 2. dec. 232. num. 1. & 4. p. 5. cum 1. recen. & in Regien. Beneficij 27. Iunij 1653. §. pertinentia coram Beuilaqua.*

30 Et niſi contrarium probetur iuſpatronatus præſumitur potius ex fundatione, & dotatione, quam ex alia cauſa *Rota dec. 273. num. 6. dec. 275. num. 3.*

31 *p. 3. recen.* Accedente præcipuè obſeruantia ex ſubſecutis præſentationibus *Gratian. diſcept. 521. num. 17. & 19. Rot. dec. 482. num. 6. p. 1. dec. 100. num. 9. &*

32 *dec. 218. num. 38. p. 6. recen.* Et ſi de eo incidenter agatur, vt in præſenti *Rot. dec. 288. num. 6. p. 4. tom. 1. per text. in c. querelam de elect. vbi Abb. nu. 4. circa fi. & conſ. 76. ante nu. 1. Caſſad. dec. 7. nu. 6. & 7. de iurepatr.*

33 Eoque fortius concurrente centenaria poſſeſſione, cuius vigore allegari poteſt quilibet titulus poſſibilis, & fauorabilis non tam ex fundatione, & dotatione, quam etiam ex priuilegio Apoſtolico eo quod non verſemur in familia potenti, in qua adſit ſuſpicio vſurpationis, vt paſſim firmauit *Rot. deciſ. 547. nu. 1. & dec. 625. nu. 4. coram Canale. dec. 1141. nu. 1. & 10. coram Seraph. Burat. dec. 142. nu. 2. & 3. vbi Add. nu. 15. dec. 172. nu. 1. vbi Add. lit. A. & dec. 875. nu. 1. 2. & 6. Merlin. dec. 45. nu. 3. Duran. dec. 87. num. 21. Caſſador. dec. 2. nu. 7. de probat. Add. ad Greg. XV. dec. 222. num. 11. Rot. dec. 221. nu. 1. dec. 312. nu. 4. dec. 560. nu. 2. p. 1. dec. 235. num. 2. dec. 541. nu. 1. p. 2. deciſ. 275. nu. 1. p. 3. & in Bonon. iuriſpatr. 1. Iulij 1654. §. Iuriſpatr. vero coram Emin. Celſo iuxta conſ. Federic. de ſen. 234. num. 3.* Tempus autem centum annorum in materia iuriſpatronatus habet vim immemorabilis, & propterea inducit verum titulum *Rot. dec. 141. num. 1. p. 6. & dec. 29. num. 1. dec. 87. num. 6. p. 7. recen.* Et eſt ſufficiens etiam attento Concil. Trid. *Rot. dec. 674. nu. 2. p. 2. recen.* & quod non requiratur

poſi-

poſitiua probatio dotationis, et fundationis, ſed ſufficiat illa, quæ reſulcat ex centenaria dixit *Rot. dec. 18 nu.22. & 52. & dec.241. nu.1. dec.267. num. 10. p. 6 recen.*

Præſentationes vero deducuntur ex publicis inſtrumentis, & bullis inſtitutionum ad nominationẽ dominorum de Blondis emanatis ab anno ſcilicet 1499. quo tempore per obitum Baldinucij vltimi Rectoris præſentatus, & inſtitutus fuit Euangeliſta de Beccaronibus *ſum. nnmer.7.* per obitum Franciſci de Blondis de anno 1518. pręſentatus fuit Antonius Maria Blondus, vt ex Bulla *ſum num.8.* per obitum Gini Gaſparis de Blondis de anno 1556. præſentatos fuit Gaſpar Io:Pauli de Blondis ex alia Bulla *ſum. num.* 9. decedente poſtmodum Gaſpare de anno 1573. præſentatus, & inſtitutus fuit Baldaſſar de Blondis, vt ex alia Bulla *ſum num.* 10. demum de anno 1621. per obitum dicti Baldaſſarris præſentatus, & inſtitutus fuit Thomas ad præſens Rector, & Patronus eiuſdem Sacelli tamquam à fundatoribus deſcendens *ſum. n.11.* Quæ præſenta-
34 tiones, cũ emanuerint ob ſucceſſiuam vacationem per obitũ præſentatorum, & vnius Clerici ob morrem alterius nominationem, vtique effectum ſortitæ dicuntur iuxta celebre *conſ. Oltrudi 229. approbatũ paſſim à Rota in dec. 147. & 167. vtrubique num. 1. dec.598. num.1. p.1. diuerſ. dec.86. num.24. dec.103. num.2. poſt Viuian. de iurepatr. dec. 136. num. . . coram Burat. d.4. n.1. coram Merlinu d.1141. n.2. coram Seraph. d.215. nu.1. coram Greg. XV. ibiq; Add. nu.8. d.541. n.2. dec.370. n.7 p 2. dec.401. n. 2. p.5. tom 1. dec.13. num. 3. p.9. rec. in Compoſtellana Parochialis 10. Feb. 1645. in § 1. coram Veroſp. impreſ. poſt 8. p. reſ. moral. Dian. fol. 638. in Praneſtina iuriſpatr. 17. Martij 1666. § altero requiſito coram R. p. d. Beuilaqua* prò vt etiam in terminis Sac. Concil. Trid. dixit *Rot. dec. dec. 545. num. 2. & 3. verſ. non obſtat diſpoſitio Sac. Concil. p. 1. diuerſ.*

35 Et cum vigore præfatarum præſentationum obtentæ fuerint ab Ordinario prò tempore inſtitutiones, vt demonſtratum fuit, cum pręſentati, & inſtituti ſucceſſiua acceptatione mediante poſſeſſione ſubſecuta earum effectuatio eo fortius comprobata remanet, vt tradunt *Doctores relati per Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo.18. num.85. iuxta conſ. Oltrud.22. num.2. Rota dec.147. num.1. dec.167. nu.1. dec.598. num.9. p 1. diuerſ. & dec.176. n.4 p.4. tom.1. rec.* Ex
36 quaſi poſſeſſione præſentandi optimè probatur iuriſpatronatus pertinentia *Burat. dec. dec.919. nu.8. Greg. XV. dec. 349. num. 1. ibique Adden.* qui alias *deciſiones cumulat num.6.*

37 Vltra quod cum inc dẽter de iurepatronatus diſceptari contingat, neque Ordinarius, nec aliquis prouiſus tamquam de beneficio libero ſit in cauſa leuis, & non tam exacta probatio exigitur *Merlin. dec.40. num.9. Rota dec.409. num.9. p.4. tom.2. dec. 397. num.77. p.5. tom. 1. dec. 542. num. 3. ead. p.5. tom. 2. rec.*

38 Tanto magis, quia verſamur in iurepatronatus de antiquo difficilis probationis, & ideo etiam leniora ſufficiunt, & præſumptiones, & coniecturæ admittuntur *Rot. dec.374. num.1. p.2. dec.2. num. 3. p.4. tom.1. recen. & comprobat Lambert. de iurepatr. in 2. p.2. lib. q.10. art.4. ſub num. 11.*

39 Hincque patet ſimulacrum Beatæ Mariæ ſpectare ad huiuſmodi iuſpatronatus, ſicut ſpectat, & pertinet ipſum ſacellum Diui Stephani, tum quia pręſumptio appoſitionis militat pro Patronis: tum quia ex depoſitionibus plurimorum teſtium *ſum num 1. 2. & ſequen.* apertè probatur ibidem poſitum fuiſſe à Beato Mar ano de eadem familia de Blondis, tum quia debet cedere altari vbi ab antiquiſſimo tempore permanſit iuxta diſpoſitionem *text. in §. ſi quis in aliena Tabula inſtit. de rerum diuiſion. l. in rem §. & id quod in cartu de rei vindic.*

Ex quibus penitus corruit decretum applicationis Imaginis nouo Altari ab Ordinario vltimo loco extortum, tum defectu citationis, tum quia Ordinarius non poteſt deuenire ad huiuſmodi actum, & inferre talia præiudicia, Rectoribus, & patronis inuitis, & reclamantibus ex ſuperius deductis.

Nec infringit, quod tranſlatio in actu viſitationis antecedenter decreta fuerit ab Eminentiſſ. Card. Donghio, quia dictum decretum concernit tantum tranſlationem altaris Confraternitatis B. Mariæ de Centura, quam non impugnatur à Thoma Rectore, & Patrono altaris Sancti Stephani, ſed ſolum dicitur, quod fieri non debeat, cum dicta Imagine in deſtructionem, & depręadationem Iconæ Altaris Diui Stephani, non autem vnum Altare debet nudari,
40 vt alterum operiatur, ita in ſimilibus terminis dixit *Surd. dec.86. num.13. per text. in l. aſſiduis § exemplis C. qui potior. in pign. habeant. vbi Bart. num.4. Crau. alios citans conſ.328. num.34.*

Nullum propterea Thomam ſibi præiudicium intuliſſe videtur, ex quo viderit conſtrui nouum Altare, & non reclamauerit, quia non impugnante dicta tranſlatione nullam habuit cauſam reclamandi, niſi à die recepti grauaminis, mediante clandeſtina abductione Imaginis, cum ipſa tranſlatione ſecu-
41 ta; & in omnem caſum certum eſt nec Rectorem, ſiue tacitè, ſiue expreſsè poſſe præiudicare Eccleſiæ, ſuæque Capellæ, licet agatur ad fauorem alterius
42 Eccleſię, nec Patronum ſuis ſucceſſoribus, ſi non ſit primus fundator, vt de Rectore dixit *Rot. dec. 601. n.9. coram Buratto dec. 291. nu. 5. 6. & p.6. recen.* vbi
43 ſubdit, quod quando agitur de priuanda Eccleſia ſuo iure ex facto Rectoris, vel alterius, Eccleſia non dicitur priuata, ſed manutentio ſemper poteſt intentari, & illi eſt danda *Caputaquen. dec.170. num. 18. p.3. Greg XV. dec.116. num.1. & in Cracouien donationis 26. Nouemb. 1650. §. ijs conſequens eſt coram Bichio.* Et de Patronis tradit *Ferret. conſ.134. nu.12.*
44 *& ſeq. Puriſ. conſ.48. num 7. lib. 4. Gurz. de beneſ. p. 5. cap. 5. ſub num.142. Rot. dec.166. num.8. p.6. recen.*

Neque pariter valet obeſſe deputationem Sacriſtę factam per Lugareſium præfatę Imagini, vt poſſeſſio, quam ſuper eadem habere contendit comprobata dicatur, quia vltra quod emanauit occaſione erectionis Confraternitatis Centuræ, poteſt nihilominus Parochus huiuſmodi Miniſtros deputare cauſa percipiendi oblationes, & alia ſimilia peragendi, licet Imagines ſint de iurepatronatus laicorũ
45 cum huiuſmodi oblationes ſpectent ad eundem vbicunque fuerint factæ intra limites ſuæ Parochiæ, vt latè alijs congeſtis comprobat *Barboſ. de offic. & poteſt Paroch. cap. 24. à num. 24. & plurib. ſequen. Borgnin. dec.17. in ordine 63. num. 71. p. 2. Rot. dec. 256. num. 1. p 1. dec. 37. num. 3. p.5. recen. & dec. 402. num.10. eod. p. 5.* Non tamen per hac acquirit ius transferendi Imaginem de loco, ad locum

in

Digitized by Google

in præiudicium tertij, vt pulchrè declarat *Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 42. num. 10. iuncto num. ſequen.*

45 Minus officit licentia per eundem data, Imaginem exponendi, & proceſſionaliter circumferendi, quia huiuſmodi actus ſpirituales cum ſpectent ad iura Parochialia, Parochus ſolus non eſt dubiũ, quod debeat exercere priuatiuè quo ad alios inferiores ob aſsiſtentiam Iuris, quam habet iura parochialia exercendi intra limites ſuæ Parochiæ *Rot. dec. 37. num 6. p. 5. tom. 1. dec. 552. num. 22. ead p. 5. tom. 2. & in Romana iurium funeralium 4. Iunij* 1653. §. 1. *coram Zarate.*

47 Et cum huiuſmodi actus ſint reſtricti, & limitati ad certas, & particulares functiones, non ſunt extendendi vltra quod actum fuit, ſed determinandi ſecundum earum cauſam, vt comprobat *Paul. de Rub. in adnot. ad dec. 543. num. 47. p. 5. tom. 2. recen.*

Pro vt nec aduerſatur præſtatio neceſſariorum pro manutentione Imaginis, vt prætenditur à Lugarello facta, quia huiuſmodi ſubminiſtratio, ſiuè fecerit cauſa deuotionis, ſiue occaſione erectionis dictæ ſocietatis, ſiue ratione oblationum Imagini

48 factarum, quarum pars in hoc opus vtique erogare tenebatur, vt latè tradit *Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 29. ſub num. 30. paulo ante fin.* non eſt retorquenda in odium Rectoris, & Patroni, qui vel ipſe quoque ſubminiſtrauit, vel ſemper ſubminiſtrare paratus fuit.

Demum non obſtat ſimulacrum poſitum fuiſſe in loco decentiori, quia Altare diui Stephani, nunquam habitum fuit prò indecenti, vt patet ex viſitationibus diœceſanis, & in viſitatione Apoſtolica de anno 1574. ſolum fuit dictum *locus vbi retinetur Beata Maria ex relevio pictura ornari mandauit,*

49 quod fuit executum, & dato etiam, quod eſſet indecens, neque eſt cauſa ſufficiens deueniendi ad hunc actum, niſi ſaltem præuio præcepto de opportunè prouidendo, ſub pœna alibi transferendi, vel ius alijs concedendi, vt paſſim in viſitationibus diœceſanis, & Curijs eccleſiaſticis practicatur teſte *Genuen. in prax. Archiepiſcopal. Neapol. cap. 91. nu. 10. verſ. itaque poteſt fieri præceptum Sperel. dec. 67. num. 10. in fi. verſ. quo circa tom.*

S V M M A R I V M.

1 Iuſpatronatus eſt probandum iuxta formam Sac. Concil. Trid. præcipuè in potentibus, in quibus præſumitur vſurpatio, & quæ ſit dicta forma num. 2. 29. 30.

3 Amp. etiam in pauca Vniuerſitate ob ſuſpicionem vſurpationis num. 51.

4 Amp. vt præſumatur ex vſurpatione, ſtante etiam potentia perſonæ in loco beneficij. Quomodo probetur, dicta præſumptio remiſsiuè num 5.

6 Amp. vt multo magis præſumatur ex vſurpatione in eo, qui habet iuriſdictionem tẽporalem in loco beneficij.

7 Iuſpatronatus quo ad perſonas priuatas quomodo probetur, quorũ reſpectu S. Cõcil. nihil innouauit n. 8. 28.

9 Iuſpatronatus quo ad Magiſtratus ob præſumptionem vſurpationis eſt probandum ad formam Concilij.

10 Præcipuè ſi ordinarius ſit in cauſa, ſecus autem contra tertium, & Ordinarius non diſsentiat, nec agatur contra prouiſum tanquam de libero num. 12.

13 Iuſpatronatus vbi cadit ſuſpicio vſurpationis eſt probandum ad formam Concilij, tam in poſſeſſorio, quam in petitorio, etiam ad effectum manutentionis numer. 38. 86.

14 Quæ ſint perſonæ, in quibus cadit ſuſpicio vſurpationis iuriſpatronatus.

15 Iuſpatronatus vbi agitur inter perſonas priuatas, quadragenaria poſſeſſione vna cum fama probatur.

16 Non præſumitur per vſurpationem ex ſola potentia, niſi etiam probetur iuriſdictio in loco beneficij.

17 Capitulum, & Collegium, ſi non habeant iuriſdictionem non præſumuntur poſſidere iuſpatronatus per vſurpationem.

18 In Confraternitatibus laicorum ceſſat præſumptio vſurpationis iuriſpatronatus.

19 Iuriſpatronatus vſurpationis præſumptio procedit, vbi Magnatis potentia ſit maior Epiſcopali, ſed contrarium verius.

20 Ceſſat dicta præſumptio, vbi concurrit immemorabilis iunctis præſentationibus effectum ſortitis.

21 Iuſpatronatus non præſumitur per vſurpationem, nec probandum ad formam Concilij, ſi poſſideatur a familia priuata, cum potenti.

22 Probatur in perſonis priuatis poſſeſſione quadragenaria iuncta fama, præcipuè ſi concurrat titulus coloratus num. 23. Declara vt num. 27.

24 Quaſi poſſeſſio præſentandi ex vnico actu acquiritur. Contrarium num. 26.

25 Præſcriptio inducitur ex vnico actu habẽte cauſam ſucceſſiuam, & continuationem temporis.

31 Præſentationes effectum ſortitæ iuſtificari debent per authenticas ſcripturas, vbi agitur de perſonis ſuſpectis.

Contrar. ſi probetur per teſtes deperditas fuiſſe ſcripturas num. 32.

33 Neque iuſtificantur ex enunciatiuis Ordinariorum, ſi agatur de perſonis ſuſpectis num 34.

35 Iuſpatronatus priuatorum in antiquis probatur per teſtes de fama, dum concurrat longiſſima quaſi poſſeſſio præſentandi num 36.

Lim. procedere ſi lis ſit cum Ordinario, ſecus vbi ſufficiunt leuiores probationes num. 37.

38 Patrono potenti eſt deneganda manutentio ex ſola quaſi poſſeſſione præſentandi num. 41.

Lim. procedere ſi controuertatur exiſtentia, ſecus ſi tantum pertinentia num. 39.

Lim. 2. vt ſi manutentio non detur patrono, datur tamen præſentato poſt adeptam poſſeſſionem.

42 Poſſeſſio præſentandi non tranſit in ſucceſſorem, nec de Patre in filium.

43 Iuriſpatronatus qualitas deducitur ex vltimo ſtatu.

44 Iuriſpatronatus ſtatus præteritus præſumitur ex præſenti.

Amp. etiam ſi non probetur continuatiò præſentationum de vno, in alium num. 45.

46 Præſentationes probantur ex inſtitutionibus Ordinarij etiam contra tertium.

Lim. ſi agatur de perſonis ſuſpectis, & non adhibita fuerit cauſæ cognitio num. 47.

48 Iuſpatronatus probatur ex ſententia Ordinarij ſuper eius canonizatione.

49 Probatur etiam per aſſertionem Ordinarij emiſſa in inſtitutione.

Lim. procedere in perſonis priuatis, ſecus in ſuſpectis de vſurpatione, niſi ſententia iuſtificetur ex actis numer. 50.

52 Lim. 2. ſi adiectę fuerunt dictiones puta, *vt aſſeritur,* & ſimilia tendentes in diſſenſum.

53 Lim. ſi aſſertio facta fuerit a Vicario Generali non habente ſpeciale mandatum.

Sublim. ſtante curſu 100. annorum, & obſeruantia ſubſecuta num. 54.

55 Enunciatiuæ plurimum conferunt ad probandum iuſpatronatus præcipue ſi ſint antiquæ num. 56. & fortius iuncta poſſeſſione præſentandi num. 57. & ſi excedunt centum annorum metam num. 58.

59 Lim. ſi debilitentur per contrarias probationes.

60 Lim. 2. quod enunciatiuæ, cum tantũ famę probationem inducant, non probant, niſi concurrat longiſſima poſſeſſio præſentandi.

61 Sublim. concurrentibus ſucceſſiuis præſentationibus, & inſtitutionibus, ex quibus plenè probatur iuſpatronatus.

62 Lim. 3. in enunciatiuis factis ab Ordinarijs in viſitatio-

nibus

nibus ſi appareat emanaſſe ad interrogationem Rectoris.

63 Sublim. in enunciatiuis emanatis tempore proximo publicationi Concilij.

64 Enunciatiuis Ordinarii affirmantis iuſpatronatus de iure, & antiqua conſuetudine ſpectare ad aliquem Rota multum deferri ſolet.

65 Iuriſpatronatus probatio coadiuuatur ex inſcriptionibus, armis, & inſignibus in Eccleſia ſculptis.

66 Lim. procedere ſi appareat fuiſſe appoſita in fundatione Eccleſiæ, ſeu Capellæ. Contrar num. 67.

68 Inſignia fundatorum non ſunt auferenda, & qua actione, & pæna talia attentantes puniantur num. 69.

70 Iuſpatronatus probatur ſi repeciatur deſcriptus in libris Epiſcopatus.

71 Probatur etiam ex partis confeſsione.

72 Lim. procedere in præiudicium tantum ipſius confitentis, ſecus ad alium effectum.

73 Lim. 2. ſi confeſſio detegatur erronea.

74 Exiſtentia iuriſpatronatus probatur ex prouiſione Apoſtolica, cum derogatione iuriſpatronatus.

75 Collationes Sum. Pontificis non mutant ſtatum beneficij in præiudicium patronorum. Et quid in collationibus Ordinariorum num. 76.

77 Iuſpatronatus ad effectum iuſtificandi narratiuam gratiæ leuioribus probatur.

78 Ita etiam ſi agatur inter compatronos.

79 Ex pluribus ſimul iunctis ſufficienter probatur.

80 Non probatur ex ſolutione alicuius emolumenti facta Parocho ab aliqua Vniuerſitate.

81 In materia iuriſpatronatus tempus 100. annorum habet vim immemorabilis, in familia priuata, & quod etiam in familia potenti num. 82.

83 Conſuetudo immemorabilis probatur etiam per ſcripturas.

84 Iuſpatronatus ſi ſemel iuſtificatum fuerit, non eſt amplius iuſtificandum, etiam in perſona potenti nu. 85.

Iuſpatronatus quomodo probetur, & quando præſumatur, vel excludatur vſurpatio.

ADNOTATIO I.

1 IVſpatronatus eſt probandum iuxta formam præſcriptam à Sac. Concil. Trident. ſcilicet quod titulus iuriſpatronatus ſit ex dotatione, & fundatione, quę ex authentico inſtrumento, & alijs iuris requiſitis oſtendantur, ſiue etiam ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, aliaſue ſecundum iuris diſpoſitionem, in ijs verò perſonis, ſeu Communitatibus, vel Vniuerſitatibus; in quibus huiuſmodi ius plerumque ex vſurpatione potius quęſitum præſumi ſolet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiritur, nec immemorabilis temporis probatio aliter eis ſuffragatur, quam ſi pręter reliqua ad ea neceſſaria præſentationes etiam continuatę non minori ſaltem, quam quinquaginta annorum ſpatio, quæ omnes effectum ſortitæ ſint authenticis ſcripturis

2 comprobetur, ac proindè perſonis, in quibus cadit ſuſpicio vſurpationis ad hoc vt competat iuſpatronatus, eſt iuſtificandum, vel ex inſtrumento fundationis, & dotationis, vel ex Immemorabili cum præſentationibus effectum ſortitis per ſpatium 50. annorum iuxta diſpoſitionem *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. de reform. vbi latè Barboſ. in collect. ad idem Cocil. Franciſc. Salern. conſ. 49. num. 3. ſect. 1. lib. 1. fol. 545. Mareſcot. var. reſ. lib. 2. cap. 52. nu. 1. Federic. de Sen. conſ. 234. num. 3. verſ. ſic ad propoſitum Pariſ. de confiden. benef. qu. 28. num. 141. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 23. num. 132. & qu. 38. nu. 35. Putc. dec. 55. num. 1. dec. 199. lib. 1. in correct. Mantic. dec. 234. num. 1. & dec. 253. num. 1. 2. & 3. Burat. dec. 551. num. 8. & deciſ. 911. num. . . Penia dec. 395. num. 1. & dec. 628. num 8. Seraph. dec. 1141. num. 9. Mohed. dec. 10. num. 2. de iurepatr. Greg XV. dec. 222. num. 1. & 2. Rota dec. 4. num. 2. dec. 87. nu. 3. poſt Vinian. de iurepatr. dec. 199. num. 2. & 3. p. 2. diuerſ. dec. 481. num. 1. p. 1. dec. 59. num. 11. & 12. dec. 220. num. 9. dec. 275. num. 2. & 3. p. 4. tom. 2. dec. 126. num 30. & dec. 197. num. 36. dec. 290. num. 16. p. 5. rec. dec. 468. num. 7. & 8. p. 9. rec. in Nouarien. iuriſpatr. 10. Decemb. in prin. coram Peuting in Bononien. iuriſpatr. 1. Iulij 1654. §. iuriſpatr. coram Eminentiſſ. Celſo in Lucana iuriſpatr. 26. Iunij 1662. §. fi. coram R. p. d. Albergato in Comen. Parochialis 23. Ian. 1666. §. maximè, quia coram R. p. d. Beuilaqua, & in Prœneſtina iuriſpatr. 17. Martij 1666. in prin. coram eodem.* Et hoc multo magis procedere in Italia, in qua per Receſſum Curię omnes Domini, & Populi iura Eccleſiæ eorum modo, & pro libito tractare cœperunt, vt animaduertit *Addit. marginalis ad Put. dec. 199. num. 1. lib. . . relat. per Roc. dec. 360. num 80. & 81. p. 4. tom. 3. & lata Garz. qui alios allegat. de benef. p. 5. c. 3. num. 98. & 113.*

3 Amp. procedere etiam in parua vniuerſitate, in qua etiam cadit vſurpationis præſumptio *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. num. 64. & 68. Mareſcot. var. reſ. lib. 2. cap. 52. num. 3. Mantic. dec. 234. & dec. 253. num. 3. Coccin. dec. 25. num. 4.* Rota dec. 48. *num. 1. p. 1. dec. 197. num. 36. dec. 477. num. 14. p. 5. dec. 301. num. 7. p. 3. dec. 302. num. 7. p. 7. rec cum alijs per Adden. ad Greg. XV. dec. 222. ſub num. 11. in Nouarien. iuriſpatr. 10. Decemb. 1649. §. quam quidem formam coram Peuting. in Comen. Parochialis 23. Ian. 1666. §. maximè quia coram R. p. d.* Beuilaqua.

4 Amp. vt iuſpatronatus præſumatur ex vſurpatione ſtante potentia perſonarum in loco, vbi ſitum eſt beneficium *Pariſ. de confiden. qu. 28. num. 243. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 28. num. 63. Adden. ad Burat. dec. 142. lit. A. & dec. 832. num. 6.* Rot. dec. 191. *num. 1. p. 3.* vbi etiam quomodo probetur hæc potentia *dec 282. num. 23. p. 7. rec. & in Balneorigen. iuriſpatr. 5. Iunij 1650. ſub §. penul. coram Eminentiſſ. Otthobono.*

6 Amp. 2. vt etiam iuriſpatronatus vſurpatio præſumatur in eo, qui habet iuriſdictionem temporalē in loco beneficij *Gonzal ad reg. 8. Cancel. glo. 18. nu. 63. Menoch. de præſumpt. lib. 3. qu. 4. num. 2. Pariſ. de confiden. qu. 28. num. 242. Veral. dec. 228. num. 1. p. 2. Greg. XV. dec. 222. num. 1. Rot. dec. 421. nu. 1. p. 2. rec. dec. 756. num. 3. ead. p. 2.*

7 Amp. 3. vt iuriſpatronatus titulus ex diſpoſitione *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 9. de reform.* quo ad perſonas priuatas tripliciter probetur, primo ex authenticis documentis fundationis, & dotationis 2. per multiplicatas præſentationes à tempore immemorabili, ſiue per pręſcriptionem immemorabilem præſentandi, qua probata poteſt allegari fundatio, & dotatio, & alius melior titulus de mūdo, 3. modus elicitur ex verbis *Cōcilij in dicto c. 9. ibi alias ſecundum iuris diſpoſitionem,* ſcilicet de alijs legitimis modis probandi titulum, non tam per fundationem, & dotationem, quam etiam per constru-

ctionem

ctionem, & ſimilea, *latè Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. a nu. 30. vſque ad 54.* vbi quod Conciliom
8 nihil innouauit, vel immutauit quo ad modum probandi titulum iuriſpatronatua in perſonis priuatis, & pluribus ſequen. vſque *ad 62. Rot. dec. 275. num. 1. p. 4. tom. 2. recen. dec. 630. num. 51. p. 4. 10. 3. dec. 290. nu. 10. p. 5. tom. 1. recen. iuxta alias deciſ.* antea emanatas *coram Canale dec. 30. num. 1. & deciſ. 798. num. 4. p. 1. diuerſ. deciſ. 374. num. 1. p. 2. recen.*

9 Quando verò agitur de Vniuerſitatibua, Communitatibus, Magiſtratibus, Magnatibua, alijſque, in quibus cadit ſuſpicio, & præſumptio vſurpationis, pariter excluditur pertinentia iuriſpatronatus, ſi per eos non doceatur de fundatione, & dotatione per authentica inſtrumenta, ſeu documenta, vel vltra immemorabilem præſcriptionem, ſeu conſuetudinem, de præſentationibua continuatis, & effectum ſuum ſortitis per tempus continuatum quinquaginta annorum pariter per publicas, & authenticas ſcripturas, & Sac. Concil. in hac parte addidit iuri communi, illudque immutauit, cum ſola probatione immemorabilis non contentetur latè *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 18. a num. 63. vſque ad 85. Rot. deciſ. 199. num. 5. dec. 331. num. 2. p. 2. diuerſ. deciſ. 197. num. 20. p. 5. recen. & num. 26.* vbi quod non poſſit adimpleri per æquipollens.

10 Amp. 4. præcipuè procedere, quando agitur contra Ordinarium, qui de iure communi habet intentionem fundatam ſuper libertate, & collatione omnium beneficiorum intra limites ſuæ Diœceſis, *cap. regula 10. qu. 1. cap. omnis Baſilica 16. quæſt. 7.* Ac proinde ob reſiſtentiam iuris communia non ordinaria, ſed exacta, & concludens requiritur probatio, præcipuè ad effectum inſtitutionis in præiudicium, libertatis Eccleſiæ, *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 18. num. 59. Rot. deciſ. 246. num. 1. & 2. dec. 301. num. 8. & 9. p. 1. dec. 197. num. 78. deciſ. 277. num. 9. p. 5. recen. deciſ. 1120. num. 1. coram Seraph. & latè dec. 59. num. 10. p. 4. tom. 2. recen.*

11 Secus autem, ſi agatur contra tertium prætendentem ad ſe ſpectare iuſpatronatus, vel inter plures præſentantes, vel præſentatos, & Ordinarius non diſſentiat, vel non ſit in cauſa, nec agatur contra alium prouiſum de beneficio tamquam de libero, non exigitur, tam exacta probatio *Ripa in cap. cum Eccleſia Sutrina num. 93. verſ. ſexto quæritur in fi. de cauſ. poſſeſſ. Gonzal. dicta glo. 18. num. 59. Mohed. deciſ. 5. num. 3. de appel. Caputaquen. deciſ. 137. nu. 1. & 2. p. 1. Canale. deciſ. 159. num. 1, Gregor. XV. dec. 452. num. 3. Rot. deciſ 301. num. 8. p. 3. deciſ. 15. num. 10. p. 5. & deciſ. 302. num. 8. p. 7. recen.*
12 vbi quod hoc caſu etiam in perſonis, in quibua cadit ſuſpicio vſurpationis non requiratur, tam exacta probatio *& dec. 87. num. 8. ead. p. 7. & dec. 244. num. 5. coram Mantica.*

13 Amp. 5. vt huiuſmodi probatio requiratur, tam in poſſeſſorio, quam in petitorio *Greg. XV. deciſ. 222. num. 2. ibique Add. num. 11. Rot. deciſ. 197 nu. 41. p. 5. recen.* vbi loquitur de perſona potenti, & vbi adeſt ſuſpicio vſurpationis, *& deciſ. 468. num. 9. p. 9. recen.* & ita declaraſſe Sacram Congregationem Concilij refert *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. num. 23. Rot. dec. 756. num. 31. verſ. vnde ſequitur p. 2. recen.*

14 Amp. 6. vt perſonæ, in quibua cadit præſumptio vſurpationia ſunt Vniuerſitates, Communitates, Domini Ciuitatis, Caſtrorum, aut locorum Duces, Marchionea, Comites, Barones, & alij Domini perpetuam iuriſdictionem habentea in loco beneficij, etiamſi iſti Domini recognoſcant ſuperiores. *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 18. num. 66. & 67. Rot. deciſ. 89. num. 1. coram Canale. deciſ. 219. num. 1. p. 1. dec. 412. num. 4. dec. 756. num. 3. p. 2. deciſ. 275. num. 5. p. 4. tom. 2. deciſ. 197. num. 22. p. 5. recen. dec. 174. num. 1. eadem p. 5.*

15 Lim. 1. ſupradictas ampliationes non procedere in illis perſonis, & Vniuerſitatibua, quæ non habent exercitium iuriſdictionis, nec potentiam in loco beneficij, quo caſu iuſpatronatus ordinaria probatione iuſtificatur, nempè quaſi poſſeſſione quadragenaria, vna cum fama, quæ exuberat, vbi agitur de perſonis priuatis *Bald. in l. cum ſemper nu. 2. & 3. C. de rei vindic. Ferret. conſ. 293. num. 3. & 4. Adden. ad Burat. deciſ. 55. num. 16. Caſſador. dec. 2. num. 5. de probat. Achil. dec. 6. de iurepatr. Card. Mantic. dec. 318. num. 5. Card. Seraph. dec. 1103. in fi. & deciſ. 1141. num. 6. Merlin. deciſ. 407. num. 3. & 17. Rot. dec. 77. num. 2. dec. 312. num. 3. p. 1. recen. & in Bononien. iuriſpatr. 1. Iulij 1654. §. fi. cor. Emin. Celſo & latius deciſ. 172. num. 6. p. 3. & dec. 290. num. 3. & 4. p. 5. tom. 1. recen.*

16 Quinimò ex ſola potentia iuſpatronatus non præſumitur per vſurpationem acquiſitum, niſi etiam probetur eiuſdem temporalis iuriſdictio, *Rot. deciſ. 172. num. 10. p. 3. recen.* & de hac potentia ſaltem debet conſtare, vt ex reſultantibus circumſtantijs menſurari poſſit Iudicis arbitrio *Rot. in Mediolanen. Prioratus 14. Martij 1646. §. prædicta verò coram Emin. Corrado & in Balneoregien. Iuriſpatr. 15. Iunij 1650. §. penult. coram Emin. Octob. cum alijs relatis per Adden. ad Greg. XV. dec. 222. num. 11. ſub verſ. & hac forma.*

17 Lim. 2. vt dicta diſpoſitio Concilij non procedat in Capitulo, vel Collegio iuriſdictione carente, ex cumulatis per *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. num. 69. verſ. nec procedit.*

18 Limit. 3. in Congregatione priuata, ſeu Laicorum Confraternitate, & perſonarum ſodalitate ad exercitium pietatis inſtituta, cum non ſit vniuerſitas, nec conſtituat aliquod Collegium publicum cum potentia, & iuriſdictione, nec vtatur publica auctoritate præcipuè, ſi viſitetur, & corrigatur ab Ordinario, cuius vigore apparet non pollere auctoritate, vt eidem formidinem incutere poſſit, & quin idem haud difficulter libertatem beneficij vindicare valeat, vnde excluditur timor vſurpationis, vt latè comprobat *Rot. deciſ. 290. a num. 16. vſque ad fi. p. 5. tom. 1. recen.*

19 Lim. 4. vt Concilij Tridentini diſpoſitio in dicto *cap. 9. ſeſſ. 25.* ſibi locum vindicet, quando Magnatis potentia, & auctoritas ſit maior, ſecus autem, ſi ſit minor, vel æqualis auctoritatis, & potentiæ Ordinarij, vel Rectoris, quo caſu pariter timor vſurpationis excluditur, vt animaduertit *Rot. deciſ. 578. num. 2. p. 4. diuerſ.*

Contrarium, quod forma Concilij ſit ſeruanda, etiam ſi concurrat maior, vel æqualis potentia in Ordinario reprobata dicta *deciſione coram Blanchetto firmant aliæ deciſiones relatæ per Adden. ad Greg. XV. deciſ. 222. num. 11. verſ. & hac forma Rot. dec. 197. nu. 29. p. 5. tom. 1.*

20 Lim.

20 Lim.5. vt præſumptio vſurpationis ceſſet, ſi concurrat immemorabilis iunctis præſentationibus cõtinuatis, & effectum ſortitis, etiam ex diſpoſitione Sacri Concilij Tridentini *Gabriel. conſ. 192. nu. 3. & 4. lib. 2. Rota dec. 409. in fi. p. 1. diuerſ. dec. 277. num. 3. & dec. 349. num. 2. coram Merlino, & in Boanien. iurispatr. 1. Iulij 1654. §. vnde non refert coram Emin. Celſo.*

21 Lim.6. quod iuriſpatronatus vſurpatio non præſumatur, quando vna illius pars ſpectet ad vniuerſitatem Parochianorum, & alia pars ad alias priuatas perſonas, vnde Sagram Congregationem declaraſſe Concilium non intrare vbi non tota Vniuerſitas, ſed certa pars dumtaxat prætenderet teſtatur *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 18. num. 69. relat. per Rota dec. 290. num. 19. p. 5. tom. 1. rec.* in puncto Capituli Eccleſiæ Terraſonen dixit etiam *Rota dec. 798. num. 4. p. 1. diuerſ.* & in puncto iuriſpatronatus prò parte ſpectantis ad vniuerſitatem parochianorum *dec. 219. num. 2. p. 1. rec.* vnde ſi priuata familia habeat iuſpatronatus, ſimul cũ familia potenti, vel Vniuerſitate quod tunc non ſit neceſſaria probatio præſcripta à Concilio dixit *Rota dec. 154. ſub n. 7. p. 2. rec. & in alijs relatis per Adden. ad Greg. XV. dec. 222. num. 11. verſ. habet etiam.*

22 Ceſſante igitur ſuſpicione vſurpationis, pluribus modis probatur iuſpatronatus, & quidem in perſonis priuatis ſufficienter iuſtificatur ex quaſi poſſeſſione quadragenaria præſentandi, vna cum fama *Bald. in cap. cum ſemper num. 2. & 3. C. de rei vindic. Garz. de beneſ. p. 5. cap. 9. num. 83. & 86. Gonzal. ad reg. 8.* Cancel. *glo. 18. num. 56. Caſſad. dec. 2. num. 5. de probat. Achil. dec. 6. de iurepatr. Mantic. dec. 318. num. 5. Seraph. dec. 1103. in fi. & dec. 1141. num. 6. Barat. dec. 172. num. 18. Rota dec. 77. num. 2. dec. 312. num. 3. p. 1. dec. 290. num. 4. p. 5. tom. 1. rec.*

23 Et ſi cum iſta quadragenaria præſcriptione concurrat titulus coloratus, quod tantum valeat, quantum immemorabilis ſubdit *Gonzal. loco proximè citato num. 57. & alleg. text. in c. 1. de præſcript. in 6. & cap. 2. de reſtit. ſpoliat. eod. lib. 6.*

24 Amp. vt ad hunc effectum ſufficiat etiam vnica præſentatio, vt acquiſita dicatur quaſi poſſeſſio præſentandi, ſi præſentatus per 40. annos poſſederit, nec vnquam venerit caſus nouæ præſentationis *glo. in cap. cum de beneficio in verb. vno, vel pluribus de preben. in 6. & ibi Franc. num. 3. Felin. in cap. in noſtra num. 41. verſ. certum de reſcript. Federic. de Sen. conſ. 234. num. 4. in prin. verſ. ad id, quod quæritur Dec. conſ. 134. num. 1. ante fin. verſ. & in caſu Achil. dec. 5. num. 1. de iurepatr. Rota dec. 290. num. 7. & 8. p. 5. tom. 1. rec.*

25 Et ratio eſt quia quando aliquis actus habet cauſam ſucceſſiuam, & permanentem, nec non continuationem temporis requiſiti, inducit præſumptionem ſufficientem, quamuis ſit vnicus, vt comprobat eadem *Rota eadem dec. 290. num. 9. p. 5. tom. 1.*

26 Contrarium, quod vnica præſentatio non ſufficiat, etiam admiſſa probatione famæ cum Conciliũ non contenetur vnica præſentatione, ſed exigat plures, effectum ſortitas tenet *Garz. de beneſ. p. 5. c. 9. num. 97.* vbi reprobat *Zerolam in verbo iuſpatr. §. 5.* tenentem primam opinionem tamquam loquentem, ſine fundamento *Adden. ad Burat. dec. 139. nu. 12. Rot. dec. 557. ſub num. 1. verſ. hic autem talis p. 4. diuerſ.* & in hac etiam opinione videtur reſediſſe *Rota coram Burat. dec. 178. num. 17.*

27 Diſting. pro concordia, vt prima opinio procedat, & ſit admittenda, quando agitur de probando iurepatronatus in perſonis priuatis, cum nullo iure cautum reperiatur in patronatu priuatorum requiri de neceſſitate multiplicatas præſentationes, vtq; o-
28 re quia Sac. Concil. Trid nihil immutauit circa probationes in patronatu priuatorum, vt benè animaduertit *Rota dicta dec. 290. num. 7. 8. 9 & 10. p. 5.*
29 *tom. 1. rec.* Si verò agatur de probando iurepatronatus perſonarum ſuſpectarum de vſurpatione ratione potentiæ, & iuriſdictionis in loco Beneficij, & tunc procedit ſecunda opinio, cum Concilium hoc caſu non contentetur ordinaria, ſed extraordinariam, exactiorem, & magis rigoroſam exigat probationem, & in ijs terminis loquitur *Adden. ad Burat.* & ſunt intelligendæ auctoritates prò 2. opi-
30 nione allegatę ac proindè iuxta diſpoſitionẽ eiuſdẽ Concilij, hoc caſu non ſufficit vnica præſentatio, ſed plures concurrere debent, effectum ſortitę *Rota dec. 557. ſub num. 1. verſ. hic autem talis p. 4. diuerſ. & benè in puncto Adden. ad Burat. dec 139. num. 12.*

31 Pręſentationes verò effectuatæ, cum Concilium requirat prò forma debet de illis conſtare per authenticas ſcripturas, & non ſufficit ſi probentur per teſtes, vel per aliquod æquipollens deficientibus ſcripturis, quia Concilium teſtibus non confidit, quando agitur de perſonis ſuſpectis de vſurpatione, vt ſæpè firmauit *Rota in deciſionibus relatis per Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 18. num. 79 80. & ſeq. & num. 84. Pariſ. de confiden qu. 28. num. 147. & ſeq. Gratian. diſcept. 168. num. 21. vſque in fin. Garz. de beneſ. p. 5. c. 9. num. 113. Adden. ad Greg. XV. dec. 222. ſub num. 11. Adden. ad* Burat. *dec. 139. num. 13. Pute. dec. 325. lib. 3. Capuaquen. dec. 134. p. 1.* Rota *dec. 199. num. 4. p. 2. diuerſ.* & ita reſpondiſſe Sac. Congregationem Eminentiſſ. Card. Sacr. Concil. Trid. interpretum teſtatur *Ric. in prax. for. Eccleſ. tit. de iurepatr. num. 4. & Mantic. dec. 89. nu. 2. cum alijs copiosè deductis per Garz. de beneſ. p. 5. c. 13. num. 113. & per* Rota *dec 197. num 12. & plurib. ſequen. p. 5. tom. 1 rec.*

32 Contrarium, quando per teſtes probetur eſſe deperditas ſcripturas, ac deponant de tenore illarum, in quibus continebantur continuatæ præſentationes, quod tunc eſſet ſatisfactum menti Concilij tenet *Prax. Archiepiſcopal. in c. 63. num 12. Menoch. conſ. 241. num. 28. & ſeq. Gennen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. c. 63. num. 12* & in hanc opinionem etiam reſidet *Garz. de beneſ loco proximè citato num. 113. verſ. ſed quid, quid Gonzal. dicat.* ſed de hac opinione valdè dubitat *Gonzal. dicta glo. 18. numer. 82.* & cauendum eſſe à dicto *conſ.* Menoch. admonet *Adden. ad Greg. XV. dec. 222. num. 11. in fi. prin.*

33 Amp. primam opinionem, vt præſentationes huiuſmodi, neque iuſtificentur ex enunciatiuis Ordinariorum ad effectum, vt ſatisfactum dicatur formæ traditæ per Sacrum Concilium exigens authenticas ſcripturas, etiamſi in collationibus emanatæ, quæ nihil aliud videntur eſſe, nec magis operari, quam teſtium depoſitiones, alias de facili redderetur eluſoria diſpoſitio Concilij, quę reijcit teſtes *Seraph. dec. 1367. num. 5. & magiſtraliter firmauit* Rota *coram Pamphilio, &* Merlino. *vt in dec. relat. per Adden. ad Burat. dec. 139. num. 14. 15. & ſeq.*

34 Lim. procedrre ſupradicta ſi agatut de perſonis
ſuſpectis de vſurpatione,in quibus terminis loquũ-
tur Doctores tuenies primam opinionem, & com-
probatur ex ſuperius deductis, ſecus autem ſi aga-
tur de perſonis priuatis, in quibus poteſt habere
locum ſecunda opinio, præcipuè in antiquis, quo
caſu iuſparronatus priuatorum probatur etiam per
35 teſtes de fama, & antiqna reputatione, & hoc pro-
bandi modus non cenſetur reuocatus à Sacro
Tridentino Concilio, quadragenaria pręcipuè
iuncta quaſi poſſeſſione *Crau. conſ. 322. nu... Fer-
vet. conſ. 293. num. 3. & 4. Achil. dec. 5. & 6. de iu-
repatr. Seraph. dec. 1141. num. 6 Merlin. dec. 4. nu. 4.
Pute. dec. 56. num. 4. dec. 135. num... in fi. lib. 1. dec.
346. num. 2. lib. 2.* Rata *dec. 292. num. 1. & 2. p. 1. di-
nerſ. Rata dec. 548. num. 2. dec. 694. num. 6. p. 2. dec.
172. num. 6. p. 3. dec. 219. num. 13. dec. 332. num. 4.
p. 4. tom. 2. rec.* & quod huiuſmodi probatio habea-
tur prò plena, & concludenti dixit *Rata dec. 172.
num. 6. & dec. 275. num. 2. p. 3. rec. & dec. 59. nu. 2.
caram Pena* & ita declaraſſe Sac. Congregationem
Concilij Trid. *refert. Rot. dec. 250. nu. 3. p. 4. tom. 2.
recen.*

Et in antiquiſſimis fama iuriſpatronatus habe-
tue prò titulo *Bald. in l. cum ſuper num 4 C. de rei
vindic. Federic. de Sen. conſ. 234. ſub num. 3. verſ.
quis enim diceret, & de mente Concilij Tridentini c. 9.
ſeſſ. 25. de reform. Menoc. cauſ. 336. in prin. Maſcard.
de prabat. concl. 103. num. 9. Gonzal. ad reg. 8. glo. 18.
num. 44. Caſſad. dec. 2. num. 6. de probat. dec. 541. nu.
2. p. 2. dec. 101. num. 6. p. 6. rec. & in Compoſtellana
Parcchialis 10. Feb. 1645. ſub §. 1. coram Veroſpio
poſt 8. p. reſ. moral. Diane fol. 638.*

36 Sublim. quod ex ſola fama non probetur iuſpa-
tronatus, niſi concurrat etiam longiſſima quaſi
poſſeſſio præſentandi *Garz. de benef. p. 5. cap. vltim.
num. 87. & p 12. cap. 2. num. 269. & ſeq. Adden. ad
Burat. dec. 111. num. 20. Pute. dec. 56. num. 4. Man-
tic. dec. 198. num. 4. Rota dec. 195. num. 1. dec. 333.
num. 5. p. 1. dec. 235. num. 2. p. 2. rec.* Etiamſi verſe-
mur in antiquis *Canale. dec. 159. num. 5. Rota d. 235.
num. 2. p. 2. rec.*

37 Quod intellige procedere quoad plenam peoba-
tionem eiuſdem iuriſpatronatus, vt ſi eſſet contro-
uerſia cum Ordinario, ſecus autem quando ſuffi-
ciunt leuiores probationes *Adden. ad Burat. d. 111.
num. 21. Mantic. dec. 318. num. 5. verſ. nec obſtat.*

38 Sublim. 2. quod nec fama, nec ſola quaſi poſſeſ-
ſio præſentandi attenditur, aut ſuffragatur præten-
dentibus iuſpatronatua, in quibus vti potentibus
cadit pręſumptio vſurpationis, neque ad effectum
manutentionis, niſi probatis requiſitis per Sacrum
Concilium Tridentinum, quę iuſtificari debent tam
in poſſeſſorio, quam in petitorio, & ideo dene-
ganda eſſe patrono manutentionem ex ſola quaſi
poſſeſſione præſentandi ſæpe firmauit *Rota dec. 139. à
num. 4. vſque ad fin. coram Burat. dec. 1395. num. 4.
coram Seraph. dec. 197. num. 42. p. 5. tom. 1.* vbi quia
Concilium ſuſtulit omnem poſſeſſionem *& in alijs
relatis per Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gla. 18. num. 23.*
vbi quod hodie ex diſpoſitione Sac. Concilij Tridē-
tini *dicto c. 9. ſeſſ. 25.* non ſufficiat docere de quaſi
poſſeſſione, niſi doceatue de legitimo titulo, quo
deficiente dicta quaſi poſſeſſio ad nihilum ſuffraga-
tur iuxta declarationem factam per Sac. Congre-
gationem Concilij, quidquid ſit de iure diſpoſitum
in cap. conſultatiambus de iurepatr.

39 Intellige hanc ſublimationem procedere, quando
agitur de exiſtentia iuriſpatronatua, ſecus quando
illa non controuertitur, ſed tantum agatur de per-
tinentia, cum hoc caſu non requiratur probatio
iuxta formam Concilij, ſed ſufficiat quaſi poſſeſſio
*iuxta text. in cap conſultationibus de iurepatr. & di-
xit Rota in Piſana Capellania coram Card. Blanchet-
to inter impreſ. penes Marcheſ. de commiſ. p. 1. fo. 134.
& in alijs relatis per Ferentil. in adnot. ad Burat. dec.
139. num. 17.*

40 Intellige 2. quod licet non detur manutentio in
poſſeſſione iuriſpatronatus patrono ſuſpecto de
vſurpatione, niſi probatis requiſitis per Concilium
*Burat. dec. 139. à num. 3. vſque ad fin. Canale. d. 609.
num. 5.* datue tamen præſentato ab ipſo patrono,
qui poſſeſſionem poſt præſentationem accepit, do-
nec de iure præſentationis diſcutiatue, quia nemo
ſua poſſeſſione priuari debet, vt declarauit *Rota
dec. 609. num 6. caram Card. Canale. Ferentil. ad Bu-
rat. dicta dec. 139. num. 18.*

41 Et de iure communi quod in perſonis ſuſpectis
de vſurpatione, nec ſuffragetur poſſeſſio præſentan-
di, niſi probetue ſimul titulua, vel ex fundatione,
& dotatione, vel ex immemorabili *Rata dec. 360. nu.
82. & 88. p. 4. tom. 3. rec.*

42 Poſſeſſio verò præſentandi non tranſit in ſucceſ-
ſorem, nec de Patre in filium non obſtante ſtatuto
loci de continuanda poſſeſſione defuncti in hære-
dem, quod non habet locum in quaſi poſſeſſione
præſentandi peo vt reprobata *deciſ. Caputaquen. di-
xit* Rat. *dec. 260. num. 4. p. 2. rec. & dec. 357. nu. 3.
eadem p. 2. & in alijs congeſtis per Beltram. ad Greg.
XV. dec. 222. num. 12.*

43 Iuriſpatronatus autem qualitas bene deducitur
ex vltimo ſtatu, in quo reperitur *cap. cum Eccleſia
Sutrina de cauſ. poſſeſ. & propriet. Caſar. de Graſſ.
dec. 5. num. 5. tit. eod.* Rata *dec. 390. num. 1. p. 1. dec.
251. num. 3. p. 2. dec. 336. num. 21. p. 5. tom. 1.
recen.*

44 Et iuriſpatronatus ſtatus præteritus præſumitur
ex præſenti, maximè ſi non detur ſtatus contrarius
*Caſſad. dec. 4. de probat. quæ eſt etiam 7. de iurepatr.
num. 7. verſ. item tollitur coniectura Burat. dec. 142.
num. 7.*

45 Immo etiam ſi non probetue continuatio præſen-
tationum de vno in alium, ſi tamen concurrant
primæ, & vltimæ effectum ſortitæ, mediæ quoque
præſumuntue, dum non docetur de ſtatu liberta-
tis intermedio *Alciat. de præſumpt. 2. reg. 2. verſ ſed
mihi videtur Tiraq. de præſumpt. §. 1. glo 5. per tot.
faciunt lata tradita per Menoch. præſumpt. 64. lib 6.
Boer. dec. 239. num. 5. Afflict. dec. 325. num. 2. Seraph.
dec. 1141. num. 3. Burat. dec. 172. num. 10. ibique
Adden. num. 32. dec. 884. num. 3. dec. 934. num. 5.*
Rota *dec. 545. num. 1. p. 1. diuerſ. dec. 275. ſub num.
4. p. 3. rec. & in Bononien iuriſpatr. 1. Iulij 1634.
§. non obſtat coram Emin. Celſa.*

46 Præſentationes vero probantur ex inſtitutionibus
ab Ordinarijs factis, cum aſſertione inſtitutos à pa-
tronis pręſentatos fuiſſe *Felin. in capi poſt ceſſionem
num. 13. verſ. & hoc intellige de probat.* Roc. *de iure-
patr. in verb honorificum n. 82.* Rebuf. *in prax. p. 3. ſi-
gnat. in verſ. nec non iuriſpatr. num. 14. Rota dec. 11.
de iurepatr. in nouiſ.* & etiam contra tertium præci-
puè concurrente antiquitate *Aym. de antiq. tem-
por.*

Digitized by Google

por. p.2. num.61. Achil.deciſ.3. num 1. *de fid.inſtrum. Rot. dec.*545. *num.*2. *verſ. etiam p.*1. *diuerſ. late dec.* 172. *num.*3. *coram Burat.*

47 Lim. quod ſola inſtitutio, cum huiuſmodi aſſertione non ſufficiat, ſed requiratur quod Ordinarius, quando agitur de perſonis ſuſpectis de vſurpatione adhibeat cauſæ cognitionem, vel cognoſcendo ſuper immemorabili, vel priuilegio Apoſtolico, & ſimilibus, adeo vt, neque ſufficiat qualibet cauſæ cognitio, niſi adhibita, & ſeruata forma Sacri Concilij vt dixit, *Rot. dec.*630. *num.*83. & 84. *p.*4. *tom.* 3. *recen.* vbi ita alias declaraſſe Sac. Congreg. & alias firmaſſe Rotam, & magiſtraliter *dec.* 197. *a num.* 50. *vſque ad* 67. *p.* 5. *tom.*1.

48 Probatur vlterius iuſpatronatus ex ſententia Ordinarij ſuper eiuſdem canonizatione emanata, cui plurimum eſt deferendum, ex quo cum agatur de præiudicio ipſorum Ordinariorum, difficiles exiſtũt in admittendo patronatu, donec de eo plene non doceatur, *Gabr. conſ.*198. *nu.*4. *vol.* 2. *Ancar. conſ.* 336. *num.*2. *Cephal. conſ* 180. *num.* 2. *Lotter. de re benef. lib.*2. *qu.* 13. *num.* 142. & 152. *Mantica deciſ.* 350. *num.* 3. & 4. *Pute. dec.* 237. *lib.* 2. *in nouis Seraph. dec.*1142. *num.*8. & *dec.*1232. *num.*1. & 2. *Canaler. dec.*378. *num.*3. *Coccin. dec.*229. *nu.* . . *Burat. dec.*142. *num.*12. *dec.*219. *num.*6. & *dec.*518. *num.*3. *Rot. dec.*21. *de iurepatr. in nouiſ. dec.*376. *num.*2. *p.*3. *lib.*3. *diuerſ. dec.*413. *num.*1. *dec.*518. *num.*4 *p.*1. *dec.* 674. *num.*2. *p.*2. *dec.*172. *num.*2. *dec.* 316. *num.*2. *p.*3. *dec.*471. *num.*1. *p.*4. *tom.*2. vbi præcipuè ſi ſententia ſit antiqua *dec.*87. *num.*7. *p.*7. & *dec.*11. *num.*11. vbi eo magis ſi in iudicatum tranſierit *dec.*19. *num.* 10. *p.*9. *eod. tom.* & *in Compoſtellana Parochialis* 10. *Feb.*1645. §. 1. *circa fi. coram Veroſpia impreſ. penes Dian. reſol. moral. p.*8. *fo.*638. *in Mediolanen. Prioratus* 14. *Martij* 1646. § *tertio dicitur ſententia coram Emin. Corrado*, & *in Praneſtina Iuriſpatronatus* 17. *Martij* 1666. §. *comprobatur ſuſius coram Beuilaqua*.

49 Probatur etiam per confeſſionem, & aſſertionem Ordinarij emiſſa puta in inſtitutione, quod ſpectet ad aliquem, cui aſſertioni ſolet multum deferri, ob difficultatem Ordinariorum in huiuſmodi admiſſionibus, & inſtitutionibus faciendis, *Seraph. dec.* 1141. *num.* 5. & *dec.* 1232. *num.*2. *Puteus dec.* 172. & *dec.* 237. *lib.* 1. *Mantic. deciſ.* 318. *num.* 2. *dec.* 350. *num.* 3. *Merlin. dec.* 4. *num.*6. *verſ. quibus non obſtat Achil. de Graſſ. dec.* 7. *de iurepatr. Burat. dec.* 919. *num.* 6. & *dec.* 111. *num.*7. *ibique Add. num.* 15. *Rot. deciſ.* 224. *num.*4. & 5. *deciſ.*518. *nu.* 3. *p.* 1. *deciſ.*735. *num.* 5. *p.* 4. *tom.* 1. *recen. in Mediolanen. Prioratus* 14 *Martij* 1646. §. *ſententia*, & §. *quarta concurrunt coram Emin. Corrado* & *in Praneſtina iuriſpatronatus* 17. *Martij* 1666. §. *addebatur vlterius coram R.p.d. Beuilaqua*.

50 Lim. procedere in perſonis priuatis, ſecus ſi agatur de Vniuerſitatibus alijſque ſuſpectis de vſurpatione, nam tunc neque enunciatiuæ, neque ſententiæ Epiſcoporum ſuffragantur, niſi adhibita cauſę cognitione ad formam Concilii, & ex actis iuſtificentur pro ſententiæ validitate iuxta tradita in ſuperiori proxima limitatione, & fuit dictum in *Hyeracen. iuriſpatr.* 27. *Iunij* 1614. *coram Eminen. Card. Veroſpia apud Viuian. de iurepatr. deciſ.* 9. *ſub num.* 20. & *nu.* 4. vbi quod Epiſcopi aſſertio non poſſit Eccleſiæ, vel ſucceſſoribus præiudicare & *in Cuſentina Abbatia* 20. *Decemb.* 1627. *coram Emin. Virili apud eundem Viuian. deciſ.* 53. *num.* 8. *relat* & *ſecut. in Nouarien. Iuriſp.* 10. *Decemb.* 1649. *in fi. prin. coram Peutingerio, late Rot. dec.* 197. *num.* 50. *vſque ad* 67. *p.*5. *tom.* 1. *recen.*

51 Quod procedit etiam in parua vniuerſitate, in qua cum etiam cadere poſſit præſumptio vſurpationis ſeruanda eſt forma Sacri Concilij Tridentini ad tradita per *Gonzal. ad reg* 8. *Cancel. glo.* 18. *nu.* 68. *Garz. de beneſ. p.* 5. *cap.* 9. *num.* 102. *Mareſcot. var. reſol. lib.* 2. *cap* 52. *num.* 1. *Adden. ad Gregor. XV. deciſ.* 222. *num.*11 *verſ. habet etiam locum Rot. deciſ.* 25. *num.* 4. *coram Caccino deciſ* 234. *num.* 3. & *deciſ.* 253. *num.* 1. vbi quod intrat forma Concilij *coram* Mantica *dec.* 418. *nu.* 1. *p.*1. *dec.* 197. *num.* 36. *dec.* 477. *nu.*14. *p.*5. *tom.*1. & 2. *dec.* 82. *nu.* 17. & *dec* 302. *num.*7. *p.* 7. *recen. cum alijs in Nouarien. iuriſpatr.* 10. *Decemb.* 1649. §. *quam quidem coram Peuting. in Camen. Parochialis* 22. *Ianuarij* 1666. §. *maximè quia coram* R. *p* d. *Beuilaqua*.

52 Lim. 2. ſi Ordinarius in enunciatiua iuriſpatronatus vſus fuiſſet verbis, vel aliquo termino, qui tenderet potius in negatiuam, quam in affirmatiuam, vel denotet incertitudinem, vt ſi fuerit adiecta dictio vt prætenditur, vel prætenſum, vel vt aſſeritur, & ſimilia, vt ſæpe firmauit Rot. *vt in deciſ. relatis per Ferentil. in addit. ad Burat. dec.* 111. *num.* 16. & *coram Durano dec.* 71. *num.* 4. & *in Aſſiſien. Beneficij* 26. *Iunij* 1585. *coram Card. Pamphilio*.

53 Lim. 3. in aſſertionibus factis a Vicario Generali, qui abſque ſpeciali Epiſcopi facultate, neque poteſt reſeruare, neque approbare iuſpatronatus *ad text. in cap. nobis* 25 *de iurepatr. comprobat Franc. in cap. cum in generali num.* 5. *de offic. Vicar. in* 6. *Calder. tit. eodem conſ.* 3. *num.* 1. *Ferret. conſ.* 327. *num.*4. & 7. & *conſ.*343. *num.*10. *Lambert. de iurep. lib.* 1 *p.*1. *qu.*9. *prin. art.* 1. *num.* 5. *Garz. de Beneſ. p.*5. *cap.* 9. *num.*75. *Zerol. in prax.* 1. *p. in verbo Vicarius* §. 11. & 13. Rota *dec.* 87. *num.* 9. *p.* 7. *recen.* & *in Nouarien. Iuriſp.* 10. *Decemb.* 1649. §. *fi. coram Peutingerio*.

54 Sublim. ſtante curſu centum annorum cum obſeruantia, cuius, vigore nedum præſumitur ſufficiens mandatum Vicarij *Caſſad. deciſ.* 3. *de procur. Mantic. dec.*86. *num.*10. *Rot dec.* 593. *num.* 3. *p.* 1. *diuerſ.* Sed confirmatio, & ratificatio Epiſcopi, *Rota deciſ.* 598. *num.*8. *p.*1. *diuerſ. deciſ.*707 *p.* 1. & *dec.*87. *nu.* 11. *p.*7. *recen.*

55 Enunciatiuę autem ad effectum probandi quaſi poſſeſſionem iuriſpatronatus plurimum conferunt, licet non ſint annorum centum, *Aym. de antiq temp. in prax. num.* 5. *verſ. placet tamen Burat. deciſ.* 142. *num.* 11.

56 Et quod ex enunciatiuis antiquiſſimis reſultet vehemens probatio iuriſpatronatus, & validum ipſius adminiculum notat *Abb. in conſ.* 54. *num.* 3. *lib.* 1. *Burſat. conſ.* 324. *num.* 6. *lib.* 3. *Ferret. conſ.* 293. *num.* 6. *lib.* 2. *Felin. in c. cum cauſam num.* 4. *de probat. Caſſad. dec.*1. & 2. *de probat. Burat. deciſ.* 142. *num.*11. *dec.*172. *num.*12. *vbi Adden. num.*33. & *dec.*919. *num.*2. *Merlin. dec.* 45. *num.* 2. *Rot. dec.* 518. *num.* 2. *p.*1. *dec.* 360. *num.*3. *dec.* 674. *ſub nu.* 2. *dec* 753. *num.* 1. *p.*2. *dec.* 348. *num.*6. *p.* 5. *tom.* 1. *recen. dec.* 684. *num.* 1. *p.* 1. *diuerſ.* & *in Bononien. iuriſp.* 1. *Iulij* 1654. §. *quæ omnia coram Emin. Celſo* & quod iuſpatronatus cenſeatur probatum etiam ex pluribus enunciatiuis diuerſorum notariorum

 dixit

Digitized by Google

trahere*n*tur glo. & ſcribentes in cap. 2. de praeben. in
6. Rebuſ. in tract. de nominationibus qu. 15. num. 7.
Couar. pract. qq cap. 30. ſub num. 5. verſ. 3. oppar-
tunè Spinus de teſtam. glo. 4. prin. num. 44. Mandoſ.
in reg. 1. Cancellar. qu. 8. num. 6. Gambar. de Le-
gat. lib. 3. num. 260. Hoieda de incompatibilit. beneſ.
p. 1. cap. 24. num. 114. Caſſador. deciſ. ſi. ante num.
11. de probat. & deciſ. 7. de iurepatr. Seraph. deciſ.
719. num. 4. deciſ. 1232. num. . . . deciſ. 1597. nu.
5. Rat. deciſ. 574. num. 10. & per tot. p. 1. diuerſ.
Et in puncto Regulæ de reſeruatione menſium, &
alternatiua Epiſcoporum firmauit Rat. deciſ. 3. per
totam de iurepatr. coram Achil. de Graſſis & dec. 157.
num. 1. & per totam lib. 3. vbi reſpondet ad aliam
Rot. deciſ. 36. de conceſ. prabend. in antiq. & dec. 3.
de iurepatr. per totam coram Creſcentio.

11 Lim. non procedere in iurepatronatus mixto,
vbi pars vocum patronorum Eccleſiaſticorum eſſet
maior, & potentior, ac præponderaret vocibus
Laicorum, nam hoc caſu ſubijcitur regulis Can-
cellariæ, cum attendatur maior pars prædominans
iuxta text. in l. quod maior ff. ad municipalem cap. ſe-
12 des de reſcriptis, & ſemper à potentiori fit deno-
minatio l. quæritur ff. de ſtat. hom. tum etiam quia
13 iuſpatronatus Eccleſiaſticum tamquam dignius
trahit ad ſe laicale minus dignum, & pars Clerici
trahit ad ſe partem Laici, cap. per tuas, cap. con-
tingit de arbitris cap. 2. de conſecrat. Eccleſ. vel Al-
tar. ita Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. num. 9.
iuncto nu. 15. 16. & 17.

14 Lim. 2. quod ad excludendam reſeruationem
Regulæ de Menſibus, & alternatiuæ, & ſimilium
aliarum regularum Cancellariæ ratione iuriſpa-
tronatus laicalis, ſeu mixti, vbi præponderat, &
eſt potens pars Laicalis oportet docere de iurepa-
tronatus ex fundatione, vel conſtructione, aut do-
tatione, Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 57.
15 num. 25. cum hodie poſt Concilium Trident. ſeſſ. 25.
de reform. cap. 9. iuſpatronatus ſit iuſtificandum
iuxta eius formam, adeo vt ad nihilum releuet do-
cere de quaſi poſſeſſione, niſi doceatur de legitimo
titulo, quoniam per idem Concilium derogatur
non ſolum titulo, ſed etiam quaſi poſſeſſioni cu-
iuſcunque iuriſpatronatus aliter acquiſiti, quam
ex fundatione, conſtructione, vel dotatione, ac
proinde, niſi quaſi poſſeſſio à legitimo titulo quali-
ficationem recipiat, redditur nullius roboris, &
momenti, & ita declaraſſe Sac. Congregationem
Concilij teſtatur Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18.
num. 23.

16 Sublim. ad effectum præſentandi, vt ſufficiat ſo-
la quaſi poſſeſſio, ſi agatur inter Patronos, & Or-
dinarius non ſit in cauſa, cap. conſultationibus de
iurepatr. cap. querelam de elect. cap. cum olim de cauſ.
poſſeſſ. ita ſæpe firmaſſe Rot. patet ex deciſionibus re-
latis per Gonzal. dicta glo. 18. num. 22.

17 Lim. 3. quando beneficium de iurepatronatus
Laicorum vacaret vigore decreti de dimittendo,
ſcilicet quando poſſidens beneficium patronatus
Laicale prouideatur de alio beneficio incompatibi-
li per Summum Pontificem, nam tunc cum primum
dicatur vacare in Curia, ſeu potius apud Sedem,
ad eandem etiam ſpectat collatio, ſeu inſtitutio,
Simonet. de reſeruat. beneſ. qu. 26. num. 1. non ta-
men hoc caſu Papa confert cum derogatione, ſed
planè cum Clauſula accedente Patronorum con-
ſenſu, & ita practicari vidiſſe teſtatur Maſſobr. in
prax. habendi concurſ. ad Paroch. prælud. 7. dub. 2.
num. 9. ad tradita per Kochier. in glo. 6. num. 4. &
5. ſuper reg. 8.

18 Solet autem de ſtylo Dataria apponere decretũ
in prouiſionibus, quæ fiunt Apoſtolica auctoritate
de incompatibilibus cum obtentis, vt prouiſus vbi
primum poſſeſſionem ſecundi adeptus fuerit, vel
per ipſum ſteterit, quo minus illa adipiſcatur dimit-
tere teneatur primum in manibus Rom. Pontificis,
cum mentione huiuſmodi decreti, & aliquando
huiuſmodi decretum appoſitum vidiſſe, non ob-
ſtante, quod beneficia, quæ erant dimittenda eſſent
de iurepatronatus Laicorum teſtatur, Maſſob. in
prax. habendi concurſ. ad Paroch. requiſit. 8. dub. 10.
num. 16.

19 Curare vtique debet Epiſcopus quandocunque
contigerit vacatio alicuius beneficij patronatus in
Curia, præcipuè ſi vacet per obitum, vt ſtatim at-
que de huiuſmodi vacatione notitiam habuerit ip-
ſe conferat, & præuenire Pontificem in conferendo,
quia tunc teneret eius collatio, immo teneret in-
ſtitutio, etiam ſi eſſet poſterior collationi Papali, ſi
tamen præueniſſet Patronus in præſentando, quo
caſu, etiam ſi in gratia prouiſi Apoſtolici adſit de-
rogatio in totum iuripatronatus, ad nihil tamen
ſuffragatur ob ius quæſitum præſentato ante dictam
gratiam, vt firmauit Rot. deciſ. 1263. per totam, &
deciſ. 1232. coram Seraph. Maſſobr. in prax. habend.
concurſ. ad Paroch. prælud. 7. dub. 2. num. 24.

20 Verum ad occurrendum Ordinariorum præuen-
tionibus, ſolet de ſtylo Dataria, ſeu Cancellaria
Apoſtolica ponere datam gratiæ, ſub data eiuſdem
diei obitus, quamuis poſtea non expediantur li-
teræ, niſi aliquot poſt menſes Gonzal. ad reg. 8. Can-
cellar. §. 3. proœm. nu. 82. Maſſobr. in prax. habend.
concurſ. ad Paroch prælud. 7. dub. 2. num. 11. & 12.

21 Generaliter tamen beneficia de iurepatronatus
Laicorum non comprehẽduntur in reſeruationibus,
etiam ſi ſint generales, & in corpore iuris clauſæ,
vnde nec Legatus a Latere illa poteſt conferre,
Hoieda de incompatibilit. beneſ. cap. ſi nu. 109. Re-
buſ. de nominat. qu. 8. num. 22. & qu. 15. num. 2.
Cabed. de patronat. Regiæ Coronæ cap. 35. num. 2. &
4. Couar. pract. qq. cap. 36. num. 2. & 5. Ioſeph.
Ludou. tom. 3. commun. opin. tit. de iurepatr. conclu.
vnic. amp. 19. verſ. declaratur 12. pag. 531. Rocch.
de iurepatr. verb. competens qu. 24. num. 54. Lam-
bert. tract. eod. p. 1. lib. 2. qu. 6. art. 3. & p. 3. qu.
9. art. 16. Spin. in ſpecul. teſtam. glo. 4. num. 44.
Cenal. commun. contra commun. qu. 897. nu. 452. cum
ſeq. Alyſ. Ric. in prax. aurea reſol. 236. verſ. tertio
late Moneta de option. cap. 3. qu. 3. a num. 113. Gaſ-
par. de Peruſ. in tract. de reſeruationibus §. qua autem
beneficia reſeruantur num. 5. Aeneas de Falcon. de
reſeruat. qu. 9. per totam Gomezius in reg. de annali
qu. 7. ante num. 5. Simonet. de reſeruat. qu. 9. per
totam Anton. Gabr. de clauſ. conclu. 2. illation. 5. nu.
32. Mandoſ. in reg. 1. Cancellar. qu. 8. a num. 6. cum
ſequent. Silua de beneficia 3. p. qu. 21. Gonzal. ad
reg. 8. Cancel. glo. 18. num. 2. Barboſ. de offic. &
poteſt. Epiſcop. alleg. 57. num. 26. Caſſad. deciſ. 6. nu.
5. de iurepatr. Rot. deciſ. 304. num. 1. p. 2. diuerſ.
& in puncto Regulæ de menſibus, & alternatiua,
Achil. de Graſ. deciſ. 3. de iurepatr. & ratio deſumi-
tur ex Sac. Concilio Trident. ſeſſ. 25. cap. 9. in prin.

ibi

Digitized by Google

ibi *Patronorum iura tollere piaſque fidelium voluntates in rerum inſtitutione violare æquum non eſt*, alias cum Laici retraherentur, à fundatione, conſtructione, vel dotatione Eccleſiarum, ſeù beneficiorum.

22 Quod procedit etiamſi in reſeruatione adſint illa verba ad cuiuſcunque collationem, prouiſionem, electionem, præſentationem, & quamuis aliam diſpoſitionem pertineant, *Mandoſ. ad reg. 1. Cancellar. qu. 10. num. 2. Gigas de penſion. qu. 19. num. 7.* aut etiam ſi adſit Clauſula motu proprio,
23 & licet eſſent de iurepatronatus competente Clericis ratione bonorum Patrimonialium, cum tamquam laicale cenſeatur, *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 57. num. 27.*

24 Diximus iuſpatronatus ad hoc vt non ſubiaceat regulis Cancellariæ, vti merè Laicale iuſtificandum eſſe ad formam Sacri Concilij Tridentini, ſcilicet ex fundatione, & dotatione, vel ex conſtructione, eſt tamen animaduertendum, quod ſi ſemel vacatio contigerit, & patronus Laicus, ſeu mixtus præſentauit, & coram Ordinario docuit de ſuo iurepatronatus iuxta formam dicti Concilij, & præuia cauſæ cognitione, ac ſeruatis, ſeruandis Ordinarius ſemel approbauit dictum iuſpatronatus, & inſtituit præſentatum, quoties poſtea vacare contingat, non tenetur amplius de titulo ſaltim in poſſeſſorio iudicio docere, ſi in controuerſiam deducatur, ſed ſufficit Patrono, quaſi poſſeſſio, quam habet, & ita cenſuiſſe Eminentiſſ. Patres Concilij Trident. Interpretes refert *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. num. 25. verſ. ſi vero & num. 26. & 27.* aliter Patronus valde graue ſubiret onus, & nunquam daretur litium finis, ſi in quacunque vacatione teneretur de nouo ſuum iuſpatronatus iuſtificare.

25 Quod procedit dummodo probatio, & iuſtificatio emanauerit poſt Concilium, à quo cum tradita fuerit forma, ac proinde eius probatio aliter facta redditur nullius releuantiæ, & non attendenda, & ita pariter dixiſſe Sac. Congregationem Concilij teſtatur *Gonzal. dicta glo. 18. num. 29.*

IMOLEN. MANVTENTIONIS.

ARGVMENTVM.

EXiſtenti in poſſeſſione de tempore motæ litis debetur manutentio, præcipuè non habenti sè prò ſpoliato, & etiam ſi agatur contra turbantem. Eccleſia manutenenda etiam ſi Prælatus habuerit ſe pro ſpoliato. Poſſeſſio capta non citato anteriori poſſeſſore dicitur clandeſtina, & non manutenibilis. In viſitatione Diœceſana proceditur abſque citatione. Epiſcopus inuito Rectore non poteſt transferre deuotas Imagines de vno in aliud altare. Patroni ſunt manutenendi in iuribus ſuis. Iuſpatronatus inter priuatos quomodo probetur, & præſentationes quando dicantur effectum ſortitæ, abbunde explanatur.

SVMMARIVM.

1 Eccleſiæ, eiuſque Rectori competit manutentio.
2 Manutentio competit exiſtenti in poſſeſſione de tempore motæ litis.
3 Amp. præcipuè non habenti ſe prò ſpoliato.
4 Amp. Etiam ſi agatur contra turbantem num. 5. & 6.
5 Poſſeſſio ciuilis ſemper animo retineri præſumitur.
6 Poſſeſſio ciuilis animo retenta trahit ad ſe naturalem, & ſufficit ad effectum manutentionis.
7 Eccleſiæ competit manutentio licet Prælatus habuerit ſe pro ſpoliato num. 8.
8 Poſſeſſio ciuilis reſidet penes Eccleſiam, naturalis penes Rectorem.
9 Manutentio denegatur Rectori habenti ſe pro ſpoliato, & agenti nomine proprio, ſecus nominè Eccleſiæ.
10 Manutentio danda poſſeſſori anteriori.
11 Poſſeſſio capta non citato anteriori poſſeſſore eſt clandeſtina, & non manutenibilis.
12 Liber viſitationis Diœceſanæ plenè probat.
13 Teſtes ad perpetuam rei memoriam examinati in iudicio manutentionis probant, licet non fuerint formaliter examinati nu. 14.
15 In iudicio manutentionis ſufficit probatio minor, & lenior ſemiplena.
16 Sententia defectu citationis eſt nulla.
17 In viſitatione Diœceſana proceditur de plano abſque citatione.
18 Scientia indubitata requiritur in eo, cui ius aliquod auferri debet.
19 Scientia indubitata haberi non poteſt niſi ex citatione.
20 Citatio in præiudicialibus debet eſſe perſonalis.
21 Translatio piæ Imaginis de vna in aliam Capellam inuito Rectore Epiſcopus non poteſt facere.
22 Patronis ſpectat defenſio iurium ſui iuriſpatronatus.
23 Epiſcopus non poteſt præiudicare Eccleſiæ de iurepatronatus.
24 Patronum ſpoliare ſua poſſeſſione iniquum reputatur.
25 Epiſcopus habet fundatam intentionem ſuper omnibus Eccleſijs ſuæ Diœceſis circa exercitium iuriſdictionis Declar. vt ibid.
26 Iuriſpatronatus pertinentia probatur ex enunciatiuis Ordinarij emiſſæ in acto viſitationis.
27 Iuſpatronatus inter perſonas priuatas probatur ex præſentationibus ſuum effectum ſortitis ſpatio 40. annorum cum fama.
28 Quoad probationem iuriſpatronatus quo ad perſonas priuatas Sac. Concil. Trid. nihil innouauit.
29 Iuſpatronatus præcipuè probatur ex fundationis, & dotationis inſtrumento.
Iuſpatronatus probatur ex inſtitutione facta ab Ordinario ad præſentationem Patroni ibid.
30 Iuſpatronatus præſumitur ex fundatione, & dotatione, niſi contrarium probetur.
31 Amp. præcipuè accedente obſeruantia ex ſubſecutis præſentationibus.
32 Amp. eo magis, ſi de eo incidenter agatur.
33 Iuſpatronatus probatur ex centenaria poſſeſſione, ſi non agatur de familia potenti.
Tempus centum annorum in materia Iuriſpatronatus habet vim immemorabilis, & ſufficit etiam in terminis Concilij ibidem.
34 Præſentationes quando dicantur effectum ſortitæ, & num. 35.
36 Iuriſpatronatus pertinentia probatur ex quaſi poſſeſſione præſentandi.
37 Iuſpatronatus ex leni probatione iuſtificatur ſi incidenter de eo diſputari contingat.
38 Iuſpatronatus de antiquo etiam coniecturis probatur
39 Qui ſeminat in alieno ſolo, vel pingit in aliena tabula cedit ſolo.
40 Altare non debet nudari, vt alterum operiatur.
41 Rector nec tacitè, nec expreſsè poteſt præiudicare Eccleſiæ, licet agatur ad fauorem alterius Eccleſiæ.
42 Patronus non poteſt præiudicare ſucceſſoribus ſi non ſit primus acquirens num. 44.
43 Eccleſiæ competit manutentio ſi cadat à ſuo iure facto Rectoris.

45 Oblationes vbicunque fuerint factæ intra limites Parochiales ſpectant ad Parochum.

46 Parochus habet iuris aſſiſtentia exercendi iura Parochialia intra limites ſuæ Parochiæ.

47 Actus geſtus ſecundum vnam cauſam non eſt extendendus ſed ſecundum eam determinandus.

48 Oblationum pars eſt eroganda à Parocho pro Eccleſiæ manutentione.

49 Patronus ſi non prouideat de neceſſarijs, vel non reficiat Capellam eſt monendus ſub pæna priuationis, & ius alijs concedendi.

DECISIO X.

IN medio proſpectus Sacelli Diui Stephani de antiquiſſimo iurepatronatus familiæ de Blondis exiſtentis in Eccleſia Parochiali Beatæ Mariæ Terræ Lugi, opportuno fornice deuotum ſimulacrum eiuſdem B. M. longo annorum interuallo collocatum permanſit, cuius fortaſſe initij memoria non adeſſet, niſi publica vox, & fama circonferret ibidem à Beato Mariano eiuſdem familiæ iam diù repoſitum fuiſſe.

In eodem Sacello vſque de anno 1638. erecta fuit confraternitas B. Mariæ de Centura per modũ tamen prouiſionis, dum ſucceſſiue ædificatum fuit nouum Altare ad effectum ibidem transferendi, quę translatio in Diœceſana viſitatione habita ab Eminentiſſimo Cardinali Donghio de anno 1656. decreta fuit ad formam perfectam redacto Altari, pręuiaque præcedente licentia in precibus ab Ordinario obtinenda. Et in alia nouiſſima Modernus Epiſcopus dixit hoc translationis negotium requirere altiorem indaginem, & propterea per R. Archipresbyterum exponendum eſſe factum ad effectum prouidendi prout iuris, & dictamen rationis ſuadebit.

Non tamen ſeruata forma præfatorum decretorum, nullis ſcilicet porrectis precibus ad formam decreti Eminentiſſ. Donghij, nec expoſita facti ſerie ad formam alterius moderni Epiſcopi, Reu. D. Franciſcus Lugarſius Archipresbyter de facto à ſuo veteri loco dictum Simulacrum abduxit, & in recenti poſuit, ſucceſſiue ab Ordinario porrecto ſupplici libello non obſtantibus ſuptadictis decretis huius translationis confirmationem in precibus obtinuit.

Hinc orta lite inter præfatum Archipresbyterum, & Reuerend. D. Thomam de Blondis Rectorem, & Patronum dicti Altaris ſuper nullitate, & iniuſtitia huius translationis, & Imaginis manutentione, controuerſiaque ad me pro veritate delata, manutenſionem Altari Diui Stephani, ſiue eius Rectori dandam eſſe reſpondendum duxi.

1 Etenim Eccleſiæ, Capellæ, eiuſque Rectores ſunt
manutenendi in ſuis iuribus *Rot. deciſ. 224. num. 6.
& deciſ. 226. num. 44. p. 6. recen. cum alijs per Spe-
rel. deciſ. 96. num. 18. tom. 1.* iuxta vulgarem, ſed
certiſſimam regulam quod exiſtenti in poſſeſſione
2 de tempore motæ litis manutentio non denegatur,
*§. retinendę § hodie inſtit. de interdict. l. prædia vbi
Bart. ff. de acquirend. poſſeſſ. Neuiz. conſ. 81. num.
16. & 17. Cauale. deciſ. 228. num. 5. in fi. & deciſ.
565. num. 1. Seraph. deciſ. 1213. num. 5. Veral. dec.
198. p. 2. Ceſar. de Graſſ. deciſ. 4. de cauſ. poſſeſſ. &
propriet. Greg. XV. deciſ. 160. num. 1. Coccin. deciſ.
40. num. 1. & deciſ. 452. num. 2. Burat. deciſ. 263.
num. 1. Rot. deciſ. 80. num. 1. dec. 641. num. 8. p. 1.
diuerſ. deciſ. 41. num. 9. & 10. deciſ. 50. num. 1. p. 2.
diuerſ. deciſ. 396. ſub num. 5. p. 3. deciſ. 93. num. 1.
& 2. dec. 106. num. 1. dec. 249. num. 1. deciſ. 563.
num. 1. p. 4. deciſ. 13. num. 8. deciſ. 72. num. 1. dec.
123. num. 1. deciſ. 156. num. 1. p. 7. deciſ. 419. nu.
11. p. 9. tom. 2. recen.*

3 Præcipuè non habenti ſe prò ſpoliato *Seraph. dec.
1041. num. 3. deciſ. 1089. num. 3. deciſ. 1127. num.
5. Burat. deciſ. 590. num. 16. Rot. deciſ. 129. nu. 5.
4 p. 3. recen.* Etiam ſi agatur contra turbantem, cum
ſit in poteſtate illius, qui turbatur in ſua poſſeſſione, vel habere ſe prò ſpoliato, & intentare remedium recuperandæ, vel non habere ſe prò ſpoliato, & intentare remedium manutentionis latè *Poſt. de manuten. obſer. 57. num. 40. Ciarlin. controu. forenſ. 119. num. 38. & 39. Seraph. deciſ. 277. num. 1. Rot. deciſ. 180. num. 2. p. 4. diuerſ. deciſ. 35. num. 3. in fi. p. 2. recen.*

5 Nam ſemper animo retineri præſumitur ciuilis
poſſeſſio *l. clam poſſidere §. qui nundinas ff. de acqui-
rend. poſſeſſ. Giouan. conſ. 40. num. 10. lib. 2.* Quæ
6 ciuilis poſſeſſio animo retenta, cum trahat ad ſe naturalem, exuberat ad manutentionem obtinendam contra eum, qui naturalem occupauit, *Poſt. de manuten. obſeru. 16. a num. 31. vſque ad 43. & obſeru. 57. num. 41. Ciarlin. controu. forenſ. cap. 109. num. 45. & 46. & controu. 210. num. 47. Cauale. deciſ. 531. num. 4. in fi. Rot. deciſ. 239. num. 3. poſt Pacif. de Saluian. deciſ. 106. num. 3. deciſ. 135. num. 3. dec. 476. num. 4. p. 1. deciſ. 196. num. 4. p. 3. deciſ. 78. num. 38. deciſ. 139. num. 15. 16. & 17. p. 6. dec. 165. num. 39. p. 7. recen.*

7 Quinimo Eccleſiæ, & Capellæ competit manutentio, non obſtante quod Prælatus, vel Rector habuerit ſe prò ſpoliato, cum non poſſit præiudicare Eccleſiæ, nec etiam in poſſeſſione per doctrinam, *Bart in l. ſi vir. vxori num. 3. ff. de acquirend. poſſeſſ. Seraph. deciſ. 1417. num. 3. cum alijs per Beltram. in addit. ad Gregor. XV. deciſ. 116. nu. 5.*

8 Et quamuis naturalis, ſeu corporalis poſſeſſio reſideat penes Prælatum, ſeu Rectorem, ciuilis tamen ſemper reſidet penes Eccleſiam ipſam, ſeu Capellam tamquam perſonam fictam, & repreſentatiuam, quæ nunquam mutatur, ac proinde venit proculdubio manutenenda, vt bene ratiocinatur *Sperel. deciſ. 96. num. 19. tom. 1. per text. quem allegat. in cap. liberti 12. qu. 2. Abb. in cap. cum ſemper nu. 20. de cauſ. poſſeſſ. Pariſ. conſ. 24. num. 7. vol. 5. Beccius. conſ. 77. num. 3. Surd. conſ. 183. num. 37. & ſeq. vol. 2. Guid. Pap. deciſ. 355. per tot. faciunt tradita in deciſ. 1. num. 4. & 5. de reſt. ſpoliat. in nouiſ.*

9 Vnde licet manutentio eſſet deneganda Capellano agenti nomine proprio, & ſe pro ſpoliato habenti, ſecus autem, quando Capellanus agit etiam nomine Capellæ, vt in præſenti, cuius reſpectu amiſſa non fuit poſſeſſio iuxta doctrinam *Bart. in l. 1. §. ſi vir vxori num. 3. ff. de acquir. poſſeſſ. Seraph. deciſ. 1417. num. 3. & ita ſæpe firmaſſe Rot. patet ex deciſ. relat. per Sperel. deciſ. 96 num. 20. tom. 1.*

10 Propterea impediri non debet per huiuſmodi translationis actum turbatiuum, nullum clandeſtinum, & attentatum, qui dedit cauſam liti, & conſequenter non manutenibilem in præiudicium præfatæ Capellæ, eiuſque Rectoris docentis de ſua anteriori poſſeſſione, & manutereri petentis in poſ-

ſeſſio-

Digitized by Google

ſeſſione retinendi Simulacrum in ſuo antiquo, & veteri loco l. 3. §. ex contrario & §. ſeq. ff. de acquir. poſſeſſ. remed. cap. licet cauſam §. ex præmiſſis de probat. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 740. verſ. non vero loquitur Ciarlin. controu. 119 num. 5. p. 2. Poſt. de manuten. obſer. 42. num. 162. Vrgellen. deciſ. 4. nu. 6. Andr. deciſ. 61. num. 5. Burat. dec. 306 nu. 2. Canale. dec. 2. num. 3. dec. 44. num. 5 dec. 522. num. 1. & deciſ. 629. num. 8. Greg. XV. dec. 31. num. 1. Rot. dec. 27 nu. 39. dec 612. num. 4 p. 1. dec. 187. num. 1. dec. 562. num. 3. p. 4. diuerſ. dec. 660. num. 4. deciſ. 974. num 1. p. 1. deciſ. 539. num. 5. p. 3. recen. deciſ. 496. num. 5. poſt Poſt. de manuten. & in Bituntina Theſ. 5. Decemb. 1650. §. non obſtat coram Veroſpio & in Piſauren. Parochialis 11. Febr. 1650. § neque poterit coram eodem & in Salernitana Beneficij 1. Feb. 1651. coram Emin. Celſo in Romana Legati 29. Ianuar. 1652. §. minus habitus coram Zarate & in Catronen. Cantoratus 10. Maij 1652. §. non obſtat coram Albergeto.

11 Actus enim tendens in præiudicium partis, ſicut poſſeſſio capta non citato anteriore poſſeſſore dicitur clandeſtina, & non manutenibilis Greg. XV. deciſ. 6. num. 3. Rot. deciſ. 139. num. 5. p. 7. recen. & in Viterbien. Beneficiorum 23. Iunij 1653. §. fi. coram Eminen. Card. Celſo in Piſauren. adminiſt. Montis 27. Iunij 1650. §. non obſtat coram R. p. d. Cerro Decano & in Leodien Præpoſituræ de Nanſinnes 4. Maij 1650. §. fi. coram eodem.

Poſſeſſio, ſeu exiſtentia Imaginis in dicta Capella iuſtificantur ex viſitationibus Apoſtolicis, & Diœceſanis, in quibus deſcribitur in Icona eiuſ-
12 dem Capellæ adeſſe præfatam Imaginem Summ. nu. 3. & 4. quæ plenam inducunt probationem latè, Mar. Anton. var. reſol. lib. 1. reſol. 110. à prin. & deciſum refert Aloy. Ric. in prax. for. Eccleſiaſt. deciſ. 611. in p. edit. & reſol. 535. in 2. editione, cum alijs per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 73. nu. 43.

Comprobatur ex ſuperabundanti ex atteſtationibus plurimorum teſtium Summ. num. 5. & ſeq. deponentium de viſu, & de auditu à maioribus idem ſimulacrum ab antiquiſſimo tempore in eodem Sacello collocatum, & retentum fuiſſe, & nihil in
13 contrarium vidiſſe, vel audiuiſſe, qui licet non fuerint formiter examinati in iudicio tamen manutentionis exuberant Seraph. deciſ. 585. in prin. Burat. dec. 720. nu. 2. & 3. Rot. in Cremonen. funeralium 7. Iunij 1651. ſub §. Accedit demum coram Meltio in Parmen. feudi 21. Martij 1662. §. non obſtat quod teſtes coram R. p. d. Cerro Decano & in Vaſionen. Prioratus ſuper manutentione 21. Iunij 1666. in prin. coram R. p. d. Albergato.

14 In nihilo refragante quod fuerint tantum examinati ad perpetuam rei memoriam, ſine citatione partis, quia cum adminiculentur ex ſupradictis viſitationibus, in hoc ſummariſſimo manutentionis plenè probant Rol. à Valle conſ. 8. num. 30. & 31. lib. 4. Rota dec. 269. num 4. apud Poſt. de manuten. & in Viterbien. manutentionis 4. Iulij 1664. §. tertio ex inſtrumento coram Emerix.

15 Immo ſufficit qualis probatio etiam minor, & leuior ſemiplena Neuiz. conſ. 400. num. 11. Menoch. de retinen. remed. vltim. num. 34. & 39. Poſt. de manuten. obſer. 38. num. 31. Dec. conſ. 56. num. 1. Caputaquen. dec. 382. p. 2. Mantic. deciſ. 172. num. 2. Rot in Romana Legati 29. Ianuar. 1652. §. hæc omnia coram Zarate. Et admittitur quoque poſſeſſio probata per præſumptiones Rota deciſ. 375. num. 1. p. 3 lib. 3. diuerſ. deciſ. 323. num. 2. poſt 2. vol. conſ. Farinac. & in Amputien. ſeu Ciuitaten. deputationis Vicarij 13. Ianuar. 1651. §. rationes autem in fi. cor. Meltio.

16 Nullitas præfatæ abductionis eſt manifeſta defectu citationis omninò neceſſariæ ad effectum, vt Capella, eiuſque Rector eſſet audiendus in ſuis iuribus. ad text. in l. vnoquoque ff. de re iud. l. ſi cum vno hærede ff. de except. rei iud. l. 1. & 2. C. quibus reſ. iud. non nocet Clement. Paſtoral. de re iud. Vantia de nullit. defectu citat. num. 9. & ſeq Caputaquen. dec. 190. p. 2. Mantic. deciſ. 66. ſub num. 1. & ſeq. Surd. dec. 256. num 4. verſ. in contrarium Seraph. dec. 1477. num. 2. & 6. Duran. deciſ. 80. nu. 1. deciſ. 163. num. 1. & deciſ. 185. num. 14. Rot. dec. 98. num 7. p. 1. deciſ. 474. num. 1. p. 2. dec. 302. num. 6. p. 6 dec. 38 num. 4. dec. 247. num. 14. p. 7. recen. & in Reatina Caſtrorum 9. Iunij 1659. §. deficit autem cor. R. p. d. Priolo.

17 Nec infringit, quod fuerit actum vigore decreti Eminentiſſ. Donghij emanati in Diœceſana viſitatione, in qua proceditur ſummariè, de plano, & ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, & ſine viſitandorum citatione, cum ſaltem virtualiter citati cenſeantur per edictum generale, quo omnes intereſſe habentes monentur ad intereſſendum, latè Mar. Anton. lib. 1. var. reſol. 110. num. 13. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 73. num 43. in fi. p. 3.

18 Quia hoc procedit in ijs, quæ concernunt correctionem, & prouiſionem ex ipſa rei inſpectione, ſecus autem in contentioſis concernentibus ius tertij, & diſcuſſionem requirentibus, cum ſcientia indubitata, & certa requiratur in eo, cui ius aliquod auferri debet Veral. deciſ. 110. p. Mohed. dec. 4. alias 160. num 1. de probat. Rot. in Theatina Beneficij 10. Maij 1652. §. nullitas vero in fi coram Veroſp.

19 Vera autem, & indubitata notitia minimè haberi poteſt, niſi ex citatione Rot. in Bononien. vſufructus 20. Iunij 1650 ſub §. non obſtat coram Rojas,

20 Quæ vlterius in præiudicialibus debet eſſe perſonalis cap. cauſam vbi Abb. num. 5. de dol. & contum. Ancar. in Clem. 1. num. 5. in fi. de Iud. Vantius de nullit. defectu citat. num 83. & 84. Rot. deciſ. 7. num. 5. & 6. poſt Zacch. de ſociet offic. in Meliten. Parochialis 28. Iunij 1649. §. nec ſufficit citatio confirmata 31. Iunij ſequentis anni in §. citatio autem coram Bichio, & in Theatina Beneficij 10. Maij 1652. §. nullitas vero coram Veroſpio.

21 Iniuſtitia verò eſt incontrouertibilis, cuius reſpectu, ex duplici capite D. Thoma efficitur legitimus contradictor, vti quidem Rector, & vti Patronus eiuſdem Sacelli Diui Stephani, vti Rector, quia Rectoribus, & beneficiatis reclamantibus nulla præcipuè vrgenti, legitimaque concurrente cauſa neque Parochus, neque Epiſcopus habet facultatem deuotas Imagines de eorum in aliam Capellam transferendi, vt egregiè tradit, Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 42. num. 10. Gennen. in prax. Archiepiſcop. Neapol cap. 91. num. 11. & magiſtraliter Rot. ab vtroque relata in Hiſpalen. tranſlationis 9. Martij 1598. coram Card. Pamphilio.

22 Vti quidem Patronus, quia Patronis conuenit prouidere, conſulere, & defendere iura eorum iuriſpatronatus Lambert. de iurepatr. art. 2. quæſt. 11. princ. prim part. 1. lib 1. nu. 12. Ciarlin. controu. forenſ. 67 num. 3. & 4. lib. 1. Rot. dec 321. num. 4. coram Canale. dec. 73. num. 4. dec. 218. la 2. num. 3. p. 9. tom. 1.

recen. & in Taurinen. Scanni 26. Feb. 1666. in prin. coram R p d. Cerro Decano.

23 Et Epiſcopus Eccleſiæ, ſeu Capellæ de iurepa-
tronatus eiuſque patronis nullo modo valet præiu-
dicare *cap. Monaſterium 16.q.2.cap.decern.16. q.7.fa-
cit glo.in c. vobis 25. verb.in capella de iurepatr.Rota
decis. 152.nu.10.p.5.tom.1. recen Ric. decis. Cur. Ar-
chiep Neapol dec.37 nu.5. p.2* Vtpotè quia Patroni
24 ſunt potius inuitandi, & non retrahendi à funda-
tione Eccleſiarum, Capellarum, & beneficiorum,
vt diuinus cultus in dies feliciter augeatur, & non
minuatur, ac proinde patronos ſua quaſi poſſeſſio-
ne ſpoliare iniquum eſſe dixit *Rot.dec.217. num.53.
poſt Poſſ.de manuten.ex Haſtien.in cap cum vos verſ.
inſtruere & ibi Ancar. nu.1.* vnde in concernentibus
Patroni piæ eorum conſenſus, decreta, & ordi-
nationes Epiſcopi ad nihilum ſuffragantur, nam
licet Epiſcopus habeat intentionem fundatam cir-
ca exercitium iuriſdictionis in omnibus Eccleſijs,
& Capellis propriæ Diœceſis, id enim reſtringitur ad
25 meram ſpiritualitatem, & ſic in noſtris terminis,
an piæ Imagines ſint decentes, an laſciuium, inor-
dinatum, profanumque contineant iuxta *decret Sac.
Concil. Trid. ſeſſ. 25. de ſacr. imagin.* non autem ex-
tenditur quo ad ea, quæ reſpiciunt meram tempo-
ralitatem, prout reputatur eorum ſituatio, collo-
catio & translatio per textum expreſſum *in cap.cum
venerabilis de relig dom.in §. quia vero ibi vos ab im-
putatione ipſius, quo ad temporalia eiuſdem Eccleſiæ du-
ximus abſoluendos*, vt pulchrè in ſimilibus terminis
firmauit *Rot. in d. Thaurinen. Scanni 26. Feb. 1666. per
tot coram R.p.d. Cerro Decano*.

26 De exiſtentia, & pertinentia iuriſpatronatus Sa-
celli, & beneficij Diui Stephani ad familiam de
Blondis pleniſſimè conſtat ex enunciatiuis Ordina-
riorum emiſſis in actu Diœceſanorum viſitationum
vt in d. ſum. quibus Rota multum deferre ſolet, cum
agatur de eorum præiudicio *Gratian. diſcept 597. n.
13. Achil. de Graff. dec. 7. de iurepatr. Merlin. decis. 4.
nu.6. verſ quibus non obſtat. Caputaquen dec. 158. p. 2.
Coccin dec. 229. nu. 1. Rot. dec. 11. de iurepatr. in nonis
Mantic. dec. 350 nu.3. Burat. dec. 111. nu. 7. ibique Add.
lit. C. nu 15. Pute. dec. 243. lib. 2. Seraph dec. 1141. n. 8.
Rot. dec. 567. nu. 2. p 4. diuerſ. dec. 948. nu. 2. dec 694.
num. 4. p. 2. dec 166. num. 12. p. 6. recen dec. 26. num. 12.
poſt Viuian. de iurepatr. in Bononien. iuriſpatr. 1. Iulij
1654. §. præſertim attenta coram Emin Card. Celſo in
Pranceſtina Iuriſpatron. 17. Martij 1666. §. abebant
vlterius coram R.p.d Beniaqua*, & in aſſertione facta
in Apoſtolica inſtitutione vltra *Merlin. d. dec. 4. dixit
etiam Rot. in Aquilana Capellæ 7. Maij 1590. coram
Orano relat per Spad. conſ. 13. nu. 4. lib. 3.*

27 Comprobatur fuſius ex multiplicatis præſenta-
tionibus per antiquiſſimum temporis curſum lon-
gè vltra centum annorum ſuum effectum ſortitis,
quamuis quando agitur de Ordinaria probatione
ex præſentationibus ſuum effectum ſortitis ſpatio
40. anno tm concurrente fama remaneat inter per-
ſonas priuatas concludenter probatum iuſpatrona-
tus, *Federic de ſen. conſ 234. num. 4. Maſcard. de pro-
bat lib. . . . conclu. 956. num. 20. Menoch. lib. 3. præ-
ſumpt 90. ex nu 10 Garz. de Beneſ. p. 5. cap. 9. nu. 83.
Gonzal. ad reg 8. Cancel. glo. 18. nu. 30. & ſeq. vſque
28 ad 54.* vbi quod *Concil. Trid. ſeſſ. 25. c 9. de reform.*
nihil immutauit, nec innouauit quo ad modum
probandi titulum iuriſpatronatus in perſonis pri-
uatis, *& alijs ſeq. vſque ad 62. Caſſad. dec. 3. de prob.
Achil. de Graff dec. 7. & 8. per tot. de iurepatr Pute.
dec. 140. lib. 1. Greg. XV. dec. 452. nu. 1. Merl dec. 4. nu.
1. & 2. cum alijs per Ferentil. in adnot. ad Burat. d. 141.
num. 16. vbi ita ſæpe firmaſſe Rot idem Burat. dec. 172.
nu. 18. & 19. dec. 338. nu. 1. dec. 552. nu. 2. & 5. Rota
dec. 792 nu. 1. & ſeq. p. 1 diuerſ. dec 77. num. 1. 2. & 5. in
fi. dec. 312. nu. 3. dec. 518. num. 1. p. 1. dec. 360. nu. 5. &
6. p. 2. dec. 172. num. 4. p. 3. dec. 176. num. 2. & 3. decis.
332. nu. 1. p. 4. tom. 1. dec 482. nu. 3. ead. p. 4. tom. 2. dec.
290. nu. 4. dec. 401 num 1. p. 5. dec. 19. num. 5. p. 9. to. 1.
& in Compoſtellana Parochialis 10. Feb. 1645. in §. 1.
verſ. hoc vero coram Veroſpia impreſ poſt 8. p. Diana
reſol moral fo. 638.*

29 Quinimo ex Bulla inſtitutionis factæ ad fauorem
præfati Thomæ de anno 1621. iuſtificatur vlterius
huiuſmodi iuſpatronatus etiam ex fundatione, &
dotatione ibi *viſo inſtrumenta dotationis d. Capellæ,
& Altaris de anno Domini 1481.* qui modus proba-
tionis ſuperat omnes alios tamquam directè, & in
ſubſtantia fundatus, ad formam *Sac Concil. Trid. in
d. ſeſſ. 25. c. 9. de reform. c. pia mentis 16 qu. 7. vbi glo.
& Doctor communiter cap. nobis de iurepatr. Lotter. de
re beneſ lib. 2 q. 7. nu. 27. & qu. 8. nu. 1. Ganzal ad reg.
8. Cancel. glo. 18. num. 34. Rot. in Bononien Beneficij 20.
Feb. 1652. §. exiſtentia vero coram Albergato*, non
enim redditur veriſimile, quod Ordinarius de cu-
ius intereſſe agitur atteſtatus fuerit de huiuſmodi
dotatione, & fundatione, & quod conruleerit ad
præſentationem, niſi extitiſſet iuſpatronatus, *Rota
dec. 615. num. 2. p 1. dec. 170. nu. 1. dec. 510. num. 2. p. 3.
dec 152. nu. 2. dec 232. num. 1. & 4. p. 5. tom 1. recen.
& in Regien. Beneficij 27. Iunij 1653. §. pertinentia
coram Beniaqua*.

30 Et niſi contrarium probetur iuſpatronatus præ-
ſumitur potius ex fundatione, & dotatione, quam
ex alia cauſa *Rota dec 273. num. 6. dec. 275. num. 1.
31 p. 3. recen.* Accedente præcipuè obſeruantia ex ſub-
ſecutis præſentationibus *Gratian. diſcept. 521. num.
17. & 19. Rot. dec. 482. num. 6. p. 1. dec. 160 num. 9. &
32 dec. 218. num. 38. p. 6. recen.* Et ſi de eo incidenter
agatur, vt in præſenti *Rot. dec. 288. num 0. p. 4. tom.
1. per text. in c. querelam de elect. vbi Abb. nu. 4. circa
fi. & conſ 76. ante nu. 1 Caſſad. dec. 7. nu. 6. & 7. de iu-
repatr.*

33 Eoque fortius concurrente centenaria poſſeſſio-
ne, cuius vigore allegari poteſt quilibet titulus
poſſibilis, & fauorabilis non tam ex fundatione, &
dotatione, quam etiam ex priuilegio Apoſtolico eo
quod non verſemur in familia potenti, in qua adſit
ſuſpicio vſurpationis, vt paſſim firmauit *Rot decis.
547. nu. 1. & dec. 625. nu. 4. coram Canale. dec 1141. nu.
1. & 10. coram Seraph. Burat. dec. 142. nu. 2. & 3. vbi
Add. nu. 15. dec. 172. nu. 1. vbi Add. lit. A. & dec. 875.
nu. 1. 2. & 6. Merlin. dec. 45. nu. 3. Dutan. dec. 87. num.
21. Caſſadar. dec. 2 nu. 7. de probat. Add. ad Greg. XV.
dec. 222. num. 11. Rot. dec. 221. nu 1. dec 312. nu 4 dec.
560 nu. 2. p. 1. dec. 235 num. 2. dec. 41. nu. 1. p. 2. decis.
275. nu. 1. p. 3. & in Bonon. iuriſpatr. 1. Iulij 1654 §.
Iuriſpatr vero coram Emin. Celſo iuxta conſ. Federic.
de ſen. 234 num. 3.* Tempus autem centum annorum
in materia iuriſpatronatus habet vim immemora-
bilis, & propterea inducit verum titulum *Rot. dec.
141 num. 1 p. 6. & dec. 29. num. 1. dec 87. num. 0. p. 7.
recen.* Et eſt ſufficiens etiam attento *Concil. Trid.
Rot. dec. 674. nu. 2. p. 2. recen.* & quod non requiratur

poſi-

poſitius probatio dotationis, et fundationis, ſed
ſufficiat illa, quæ reſultat ex centenaria dixit *Rot.*
dec. 18 *nu.*22. *&* 52. *& dec.*541. *nu.*1. *dec.*267. *num.*
10. *p.* 6 *recen.*

Præſentationes vero deducuntur ex publicis in-
ſtrumentis, & bullis inſtitutionum ad nominationē
dominorum de Blondis emanatis ab anno ſcilicet
1499. quo tempore per obitum Baldinucij vltimi
Rectoris præſentatus, & inſtitutus fuit Euangeliſta
de Beccaronibus *ſum. numer.*7. per obitum Franci-
ſci de Blondis de anno 1518. pręſentatus fuit An-
tonius Maria Blondus, vt ex Bulla *ſum. num.*8. per
obitum Gini Gaſparis de Blondis de anno 1556.
præſentatus fuit Gaſpar Io:Pauli de Blondis ex alia
Bulla *ſum. num.* 9. decedente poſtmodum Gaſpare
de anno 1573. præſentatus, & inſtitutus fuit Bal-
daſſar de Blondis, vt ex alia Bulla *ſum num.* 10. de-
mum de anno 1621. per obitum dicti Baldaſſarris
præſentatus, & inſtitutus fuit Thomas ad præſens
Rector, & Patronus eiuſdem Sacelli tamquam à
fundatoribus deſcendens *ſum. n.*11. Quæ præſenta-
34 tiones, cū emanauerint ob ſucceſſiuam vacationem
per obitū præſentatorum, & vnius Clerici ob mor-
tem alterius nominationem, vtique effectum ſortitæ
dicuntur iuxta celebre *conſ. Oltradi* 529. *approbatū*
paſſim à Rota in dec. 147. *&* 167. *vtrubique num.* 1.
*dec.*598. *num.* 1. *p.*1. *diuerſ. dec.*86. *num.*24. *dec.*103.
*num.*2. *poſt Viuian. de iurepatr. dec.* 136. *num.* . . *co-*
*ram Burat. d.*4. *n.*1. *coram Merlino d.*1141. *n.*2. *coram*
*Seraph. d.*215. *nu.*1. *coram Greg. XV. ibiq; Add. nu.*8.
*d.*541. *n.*2. *dec.*370. *n.*7 *p* 2. *dec.*401. *n.* 2. *p.*5. *tom* 1.
*dec.*13. *num.* 3. *p.*9. *rec. in Compoſtellana Parochialis*
10. *Feb.* 1645. *in* § 1. *coram Veroſp. impreſ. poſt* 8. *p.*
reſ. moral. Dian. fol. 638. *in Prænrſtina iuriſpatr.* 17.
Martij 1666. §. *altero requiſito coram R. p. d. Benila-*
qua prò vt etiam in terminis Sac. Concil. Trid. di-
xit *Rot. dec. dec.* 545. *num.* 2. *&* 3. *verſ. non obſtat*
diſpoſitio Sac. Concil. p. 1. *diuerſ.*

35 Et cum vigore præfatarum præſentationum ob-
tentæ fuerint ab Ordinario prò tempore inſtitutio-
nes. vt demonſtratum fuit, cum pręſentati, & inſti-
tuti ſucceſſiua acceptatione mediante poſſeſſione
ſubſecuta earum effectuatio eo fortius comprobata
remanet, vt tradunt *Doctores relati per Gonzal. ad*
reg. 8. *Cancel. glo.*18. *num.*85. *iuxta conſ. Oltrad.*22.
*num.*2. Rota *dec.*147. *num.*1. *dec.*167. *nu.*1. *dec.*598.
*num.*9. *p* 1. *diuerſ. & dec.*176. *n.*4 *p.*4. *tom.* 1. *rec.* Ex
36 quaſi poſſeſſione præſentandi optimè probatur iu-
riſpatronatus pertinentia *Burat. dec. dec.*919. *nu.*8.
Greg. XV. dec. 349. *num.* 1. *ibique Adden.* qui alias
*deciſiones cumulat num.*6.

37 Vltra quod cum incidēter de iurepatronatus di-
ſceptari contingat, neque Ordinarius, nec aliquis
prouiſus tamquam de beneficio libero ſit in cauſa
lænis, & non tam exacta probatio exigitur *Merlin.*
*dec.*40. *num.*9. *Rota dec.*409. *num.*9. *p.*4. *tom.*2. *dec.*
197. *num.*77. *p.*5. *tom.* 1. *dec.* 542. *num.* 3. *ead. p.*5.
tom. 2. *rec.*

38 Tanto magis, quia verſamur in iurepatronatus
de antiquo difficilis probationis, & ideo etiam le-
uiora ſufficiunt, & præſumptiones, & coniecturæ
admittuntur *Rot. dec.*374. *num.*1. *p.*2. *dec.*2. *num.* 3.
*p.*4. *tom.* 1. *recen. & comprobat Lambert. de iurepatr.*
in 2. *p.*2. *lib. q.*10. *art.*4. *ſub num.* 11.

39 Hincque patet ſimulacrum Beatæ Mariæ ſpectare
ad huiuſmodi iuſpatronatus, ſicut ſpectat, & perti-
net ipſum Sacellum Diui Stephani, tum quia pręſ-
ſumptio appoſitionis militat pro Patronis tum quia
ex depoſitionibus plurimorum teſtium *ſum num* 1.
2. *& ſequen.* apertè probatur ibidem poſitum fuiſſe
à Beato Mariano de eadem familia de Blondis, tum
quia debet cedere altari vbi ab antiquiſſimo tem-
pore permanſit iuxta diſpoſitionem *text. in* §. *ſi quis*
in aliena Tabula inſtit. de rerum diuiſion. l. in rem §. *&*
id quod in carta de rei vindic.

Ex quibus penitus corruit decretum applicatio-
nis Imaginis nouo Altari ab Ordinario vltimo loco
extortum, tum defectu citationis, tum quia Ordi-
narius non poteſt deuenire ad huiuſmodi actum, &
inferre talia præiudicia, Rectoribus, & patronis in-
uitis, & reclamantibus ex ſuperius deductis.

Nec infringit, quod tranſlatio in actu viſitatio-
nis antecedenter decreta fuerit ab Eminentiſſ. Card.
Donghio, quia dictum decretum concernit tantum
tranſlationem altaris Confraternitatis B. Mariæ de
Centura, quam non impugnatur à Thoma Rectore,
& Patrono altaris Sancti Stephani, ſed ſolum dici-
tur, quod fieri non debeat, cum dicta Imagine in
deſtructionem, & depręedationem Iconæ Altaris Di-
ui Stephani, non autem vnum Altare debet nudari,
40 vt alterum operiatur, ita in ſimilibus terminis dixit
*Surd. dec.*86. *num.*13. *per text. in l. aſſiduis* §. *exemplis*
*C. qui potior. in pign. habeant. vbi Bart. num.*4. *Crau.*
*alios citans conſ.*328. *num.*34.

Nullum propterea Thomam ſibi præiudicium
intuliſſe videtur, ex quo viderit conſtrui nouum
Altare, & non reclamauerit, quia non impugnante
dicta tranſlatione nullam habuit cauſam reclaman-
di, niſi à die recepti grauaminis, mediante clandeſti-
na abductione Imaginis, cum ipſa tranſlatione ſecu-
41 ta; & in omnem caſum certum eſt nec Rectorem,
ſiue tacitè, ſiue expreſsè poſſe præiudicare Eccleſiæ,
ſuæque Capellæ, licet agatur ad fauorem alterius
42 Eccleſię, nec Patronum ſuis ſucceſſoribus, ſi non ſit
primus fundator, vt de Rectore dixit *Rot. dec.* 601.
*n.*9. *coram Buratto dec.* 291. *nu.* 5. 6. *& p.*6. *recen.* vbi
43 ſubdit, quod quando agitur de priuanda Eccleſia
ſuo iure ex facto Rectoris, vel alterius, Eccleſia non
dicitur priuata, ſed manutentio ſemper poteſt inten-
tari, & illi eſt danda *Caputaquen. dec.*170. *num.* 181.
*p.*3. *Greg XV. dec.*116. *num.*1. *& in* Cracouien *dona-*
tionis 20. *Nouemb.* 1650. §. *ijs conſequens eſt coram*
Bichio. Et de Patronis tradit *Ferret. conſ.*134. *nu.*12.
44 *& ſeq. Pariſ. conſ.*48. *num* 7. *lib.* 4. *Garz. de beneſ.*
p. 5. *cap.* 5. *ſub num.*142. *Rot. dec.* 166. *num.*8. *p.*6.
recen.

Neque pariter valet obeſſe deputationem Sacri-
ſtę factam per Lugareſium præfatę Imagini, vt poſ-
ſeſſio, quam ſuper eadem habere contendit compro-
bata dicatur, quia vltra quod emanauit occaſione
erectionis Confraternitatis Centuræ, poteſt nihilo-
minus Parochus huiuſmodi Miniſtros deputare
cauſa percipiendi oblationes, & alia ſimilia pera-
gendi, licet Imagines ſint de iurepatronatus laicorū
45 cum huiuſmodi oblationes ſpectent ad eundem
vbicunque fuerint factæ intra limites ſuæ Parochiæ,
vt latè alijs congeſtis comprobat *Barboſ. de offic. &*
poteſt Paroch. cap. 24. *à num.* 54. *& plurib. ſequen.*
*Borgnin. dec.*17. *in ordine* 63. *num.* 71. *p.* 2. *Rot. dec.*
256. *num.* 1. *p* 1. *dec.* 37. *num.* 3. *p.*5. *recen. & dec.*
402. *num.* 10. *eod. p.* 5. Non tamen per hae acquirie
ius transferendi Imaginem de loco, ad locum

in

in pręiudicium tertij, vt pulchrè declarat *Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 42. num. 10. iuncto num. ſequen.*

45 Minus officit licentia per eundem data, Imaginem exponendi, & proceſſionaliter circumferendi, quia huiuſmodi actus ſpirituales cum ſpectent ad iura Parochialia, Parochus ſolus non eſt dubiũ, quod debeat exercere priuatiuè quo ad alios inferiores ob aſsiſtentiam Iuris, quam habet iura parochialia exercendi intra limites ſuæ Parochiæ *Rot. dec. 37. num 6. p. 5. tom. 1. dec. 552. num. 22. ead p. 5. tom. 2. & in Romana iurium funeralium 4. Iunij 1653. §. 1. coram Zarate.*

47 Et cum huiuſmodi actus ſint reſtricti, & limitati ad certas, & particulares functiones, non ſunt extendendi vltra quod actum fuit, ſed determinandi ſecundum earum cauſam, vt comprobat *Paul. de Rub. in adnot ad dec. 543. num. 47. p. 5. tom. 2. recen.*

Pro vt nec aduerſatur pręſtatio neceſſariorum prò manutentione Imaginis, vt prætenditur à Lugarelio facta, quia huiuſmodi ſubminiſtratio, ſiuè fecerit cauſa deuotionis, ſiue occaſione erectionis dictæ ſocietatis, ſiue ratione oblationum Imagini
48 factarum, quarum pars in hoc opus vtique erogare tenebatur, vt latè tradit *Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 29. ſub num. 30. paulo ante fin.* non eſt retorquenda in odium Rectoris, & Patroni, qui vel ipſe quoque ſubminiſtrauit, vel ſemper ſubminiſtrare paratus fuit.

Demum non obſtat ſimulacrum poſitum fuiſſe in loco decentiori, quia Altare diui Stephani, nunquam habitum fuit prò indecenti, vt patet ex viſitationibus diœceſanis, & in viſitatione Apoſtolica de anno 1574. ſolum fuit dictum *locus vbi retinetur Beata Maria ex relenio pictura ornari mandauit,*
49 quod fuit executum, & dato etiam, quod eſſet indecens, neque eſt cauſa ſufficiens deueniendi ad hunc actum, niſi ſaltem præuio præcepto de opportunè prouidendo, ſub pæna alibi transferendi, vel ius alijs concedendi, vt paſſim in viſitationibus diœceſanis, & Curijs eccleſiaſticis practicatur teſte *Genuen. in prax. Archiepiſcopal. Neapol. cap. 91. nu. 10. verſ. itaque poteſt fieri praeceptum Sperel. dec. 67. num. 10. in fi. verſ. quo circa tom 1.*

SVMMARIVM.

1 Iuſpatronatus eſt probandum iuxta formam Sac. Concil. Trid. præcipuè in potentibus, in quibus præſumitur vſurpatio, & quæ ſit dicta forma num. 2. 29. 30.

3 Amp. etiam in pauca Vniuerſitate ob ſuſpicionem vſurpationis num. 51.

4 Amp. vt præſumatur ex vſurpatione, ſtante etiam potentia perſonæ in loco beneficij. Quomodo probetur, dicta præſumptio remiſsiuè num. 5.

6 Amp. vt multo magis præſumatur ex vſurpatione in eo, qui habet iuriſdictionem tẽporalem in loco beneficij.

7 Iuſpatronatus quo ad perſonas priuatas quomodo probetur, quorũ reſpectu S. Cõcil. nihil innonauit n. 8. 28.

9 Iuſpatronatus quo ad Magiſtratus ob præſumptionem vſurpationis eſt probandum ad formam Concilij.

10 Præcipuè ſi ordinarius ſit in cauſa, ſecus autem contra tertium, & Ordinarius non diſſentiat, nec agatur contra prouiſum tanquam de libero num. 12.

13 Iuſpatronatus vbi cadit ſuſpicio vſurpationis eſt probandum ad formam Concilij, tam in poſſeſſorio, quam in petitorio, etiam ad effectum manutentionis numer. 38. 86.

14 Quæ ſint perſonæ, in quibus cadit ſuſpicio vſurpationis iuriſpatronatus.

15 Iuſpatronatus vbi agitur inter perſonas priuatas, quadragenaria poſſeſſione vna cum fama probatur.

16 Non præſumitur per vſurpationem ex ſola potentia, niſi etiam probetur iuriſdictio in loco beneficij.

17 Capitulum, & Collegium, ſi non habeant iuriſdictionem non præſumitur poſſidere iuſpatronatus per vſurpationem.

18 In Confraternitatibus laicorum ceſſat præſumptio vſurpationis iuriſpatronatus.

19 Iuriſpatronatus vſurpationis præſumptio procedit, vbi Magnatis potentia ſit maior Epiſcopali, ſed contrarium verius.

20 Ceſſat dicta præſumptio, vbi concurrit immemorabilis iunctis præſentationibus effectum ſortitis.

21 Iuſpatronatus non præſumitur per vſurpationem, nec probandum ad formam Concilij, ſi poſſideatur a familia priuata, cum potenti.

22 Probatur in perſonis priuatis poſſeſſione quadragenaria iuncta fama, præcipuè ſi concurrat titulus coloratus num. 23. Declara vt num. 27.

24 Quaſi poſſeſſio præſentandi ex vnico actu acquiritur. Contrarium num. 26.

25 Præſcriptio inducitur ex vnico actu habẽte cauſam ſucceſſiuam, & continuationem temporis.

31 Præſentationes effectum ſortitæ iuſtificari debent per authenticas ſcripturas, vbi agitur de perſonis ſuſpectis.

Contrar. ſi probetur per teſtes deperditas fuiſſe ſcripturas num. 32.

33 Neque iuſtificantur ex enunciatiuis Ordinariorum, ſi agatur de perſonis ſuſpectis num 34.

35 Iuſpatronatus priuatorum in antiquis probatur per teſtes de fama, dum concurrat longiſſima quaſi poſſeſſio præſentandi num 36.

Lim. procedere ſi lis ſit cum Ordinario, ſecus vbi ſufficiunt leuiores probationes num. 37.

38 Patrono potenti eſt deneganda manutentio ex ſola quaſi poſſeſſione præſentandi num. 41.

Lim. procedere ſi controuertatur exiſtentia, ſecus ſi tantum pertinentia num. 39.

Lim. 2. vt ſi manutentio non detur patrono, datur tamen præſentato poſt adeptam poſſeſſionem.

42 Poſſeſſio præſentandi non tranſit in ſucceſſorem, nec de Patre in filium.

43 Iuriſpatronatus qualitas deducitur ex vltimo ſtatu.

44 Iuriſpatronatus ſtatus præteritus præſumitur ex præſenti.

Amp. etiam ſi non probetur continuatio præſentationum de vno, in alium num. 45.

46 Præſentationes probantur ex inſtitutionibus Ordinarij etiam contra tertium.

Lim. ſi agatur de perſonis ſuſpectis, & non adhibita fuerit cauſæ cognitio num. 47.

48 Iuſpatronatus probatur ex ſententia Ordinarij ſuper eius canonizatione.

49 Probatur etiam per aſſertionem Ordinarij emiſſa in inſtitutione.

Lim. procedere in perſonis priuatis, ſecus in ſuſpectis de vſurpatione, niſi ſententia iuſtificetur ex actis numer. 50.

52 Lim. 2. ſi adiectę fuerunt dictiones puta, *vt aſſeritur*, & ſimilia tendentes in diſſenſum.

53 Lim. ſi aſſertio facta fuerit a Vicario Generali non habente ſpeciale mandatum.

Sublim. ſtante curſu 100. annorum, & obſeruantia ſubſecuta num. 54.

55 Enunciatiuæ plurimum conferunt ad probandum iuſpatronatus præcipue ſi ſint antiquæ num. 56. & fortius iuncta poſſeſſione præſentandi num. 57. & ſi excedunt centum annorum metam num. 58.

59 Lim. ſi debilitentur per contrarias probationes.

60 Lim. 2. quod enunciatiuæ, cum tantũ famę probationem inducant, non probant, niſi concurrat longiſſima poſſeſſio præſentandi.

61 Sublim. concurrentibus ſucceſſiuis præſentationibus, & inſtitutionibus, ex quibus plenè probatur iuſpatronatus.

62 Lim. 3. in enunciatiuis factis ab Ordinarijs in viſitationibus

Digitized by Google

nibus ſi appareat emanaſſe ad interrogationem Rectoris.

63 Sublim. in enunciatiuis emanatis tempore proximo publicationi Concilij.

64 Enunciatiuis Ordinarii affirmantis iuſpatronatus de iure, & antiqua conſuetudine ſpectare ad aliquem Rota multum deferri ſolet.

65 Iuriſpatronatus probatio coadiuuatur ex inſcriptionibus, armis, & inſignibus in Eccleſia ſculptis.

66 Lim. procedere ſi appareat fuiſſe appoſita in fundatione Eccleſiæ, ſeu Capellæ. Contrar num. 67.

68 Inſignia fundatorum non ſunt auferenda, & qua actione, & pæna talia attentantes puniantur num. 69.

70 Iuſpatronatus probatur ſi reperiatur deſcriptus in libris Epiſcopatus.

71 Probatur etiam ex partis confeſsione.

72 Lim. procedere in præiudicium tantum ipſius confitentis, ſecus ad alium effectum.

73 Lim. 2. ſi confeſſio detegatur erronea.

74 Exiſtentia iuriſpatronatus probatur ex prouiſione Apoſtolica, cum derogatione iuriſpatronatus.

75 Collationes Sum. Pontificis non mutant ſtatum beneficij in præiudicium patronorum. Et quid in collationibus Ordinariorum num. 76.

77 Iuſpatronatus ad effectum iuſtificandi narratiuam gratiæ leuioribus probatur.

78 Ita etiam ſi agatur inter compatronos.

79 Ex pluribus ſimul iunctis ſufficienter probatur.

80 Non probatur ex ſolutione alicuius emolumenti facta Parocho ab aliqua Vniuerſitate.

81 In materia iuriſpatronatus tempus 100. annorum habet vim immemorabilis, in familia priuata, & quod etiam in familia potenti num. 82.

83 Conſuetudo immemorabilis probatur etiam per ſcripturas.

84 Iuſpatronatus ſi ſemel iuſtificatum fuerit, non eſt amplius iuſtificandum, etiam in perſona potenti nu. 85.

Iuſpatronatus quomodo probetur, & quando præſumatur, vel excludatur vſurpatio.

ADNOTATIO I.

1 IVſpatronatus eſt probandum iuxta formam præſcriptam à Sac. Concil. Trident. ſcilicet quod titulus iuriſpatronatus ſit ex dotatione, & fundatione, quę ex authentico inſtrumento, & alijs iuris requiſitis oſtendantur, ſiue etiam ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, aliaſue ſecundum iuris diſpoſitionem, in ijs verò perſonis, ſeu Communitatibus, vel Vniuerſitatibus; in quibus huiuſmodi ius plerumque ex vſurpatione potius quęſitum præſumi ſolet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiritur, nec immemorabilis temporis probatio aliter eis ſuffragatur, quam ſi pręter reliqua ad ea neceſſaria præſentationes etiam continuatę non minori ſaltem, quam quinquaginta annorum ſpatio, quæ omnes effectum ſortitæ ſint authenticis ſcripturis
2 comprobentur, ac proindè perſonis, in quibus cadit ſuſpicio vſurpationis ad hoc vt comperat iuſpatronatus, eſt iuſtificandum, vel ex inſtrumento fundationis, & dotationis, vel ex Immemorabili cum præſentationibus effectum ſortitis per ſpatium 50. annorum iuxta diſpoſitionem *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. de reform. vbi latè Barboſ. in collet. ad idem Cocil. Franciſc. Salern. conſ. 49. num. 3. ſect. 1. lib. 1. fol. 545. Mareſcot. var. reſ. lib. 2. cap. 52. nu. 1. Federic. de Sen. conſ. 834. num. 3. verſ. ſic ad propoſitum Pariſ. de confiden. benef. qu. 28. num. 141. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 23. num. 132. & qu 38. nu. 35. Putc. dec. 55. num. 1. dec. 199. lib. 1. in correct. Mantic. dec. 234. num. 1. & dec. 253. num. 1. 2. & 3. Burat. dec. 551. num. 8. & deciſ. 911. num. .. Penia dec. 395. num. 1. & dec. 628. num 8. Seraph. dec. 1141. num. 9. Mohed. dec. 10. num. 2. de iurepatr. Greg XV. dec. 222. num. 1. & 2. Rota dec. 4. num. 2. dec. 87. nu. 3. poſt Viuian. de iurepatr. dec. 199. num. 2. & 3. p. 2. diuerſ. dec. 481. num. 1. p. 1. dec. 59. num. 11. & 12. dec. 220. num. 9. dec. 275. num. 2. & 3. p. 4. tom. 2. dec. 126. num 30. & dec. 197. num. 36. dec. 290. num. 16. p. 5. rec. dec. 468. num. 7. & 8. p. 9. rec. in Nonarien. iuriſpatr. 10. Decemb. in prin. coram Penting in Bononien. iuriſpatr. 1. Iulij 1654. §. iuriſpatr. coram Eminentiſſ. Celſo in Lucana iuriſpatr. 26. Iunij 1662. §. fi. coram R. p. d. Albergato in Comen. Parochialis 23. Ian. 1666. §. maximè, quia coram R. p. d. Beuilaqua, & in Praneſtina iuriſpatr. 17. Martij 1666. in prin. coram eodem.* Et hoc multo magis procedere in Italia, in qua per Receſſum Curię omnes Domini, & Populi iura Eccleſiæ eorum modo, & pro libito tractare cæperunt, vt animaduertit *Addit. marginalis ad Put. dec. 199. num. 1. lib. .. relat. per Roe. dec. 360. num 80. & 81. p. 4. tom. 3. & lata Garz. qui alios allegat. de benef. p. 5. c. 3. num. 98. & 113.*

3 Amp. procedere etiam in parua vniuerſitate, in qua etiam cadit vſurpationis præſumptio *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. num. 64. & 68. Mareſcot. var. reſ. lib. 2. cap. 52. num. 3. Mantic. dec. 234. & dec. 253. num. 3.* Coccin. *dec. 25. num. 4.* Rota *dec. 48. num. 1. p. 1. dec. 197. num. 36. dec. 477. num. 14. p. 5. dec. 301. num. 7. p. 3. dec. 302. num. 7. p. 7. rec cum alijs per Adden. ad Greg. XV. dec. 222. ſub num. 11. in Nonarien. iuriſpatr. 10. Decemb. 1649. §. quam quidem formam coram Peuting. in Comen. Parochialis 23. Ian. 1666. §. maximè quia coram R. p. d. Beuilaqua.*

4 Amp. vt iuſpatronatus præſumatur ex vſurpatione ſtante potentia perſonarum in loco, vbi ſitum eſt beneficium *Pariſ. de confiden. qu. 28. num. 243. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 28. num. 63. Adden. ad Burat. dec. 142. lit. A. & dec. 832. num. 6.* Rot. *dec. 191. num. 1. p. 3.* vbi etiam quomodo probetur hæc potentia *dec 282. num. 23. p. 7. rec. & in Balneorigen. iuriſpatr. 5. Iunij 1650. ſub §. penul. coram Eminentiſſ. Otthobono.*

6 Amp. 2. vt etiam iuriſpatronatus vſurpatio præſumatur in eo, qui habet iuriſdictionem temporalē in loco beneficij *Gonzal ad reg. 8. Cancel. glo. 18. nu. 63. Menoch. de præſumpt. lib. 3. qu. 4. num. 2. Pariſ. de confiden. qu. 28. num. 242. Veral. dec. 228. num. 1. p. 2. Greg. XV. dec. 222. num. 1. Rot. dec. 421. nu. 1. p. 2. rec. dec. 756. num. 3. ead. p. 2.*

7 Amp. 3. vt iuriſpatronatus titulus ex diſpoſitione *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 9. de reform.* quo ad perſonas priuatas tripliciter probetur, primo ex authenticis documentis fundationis, & dotationis 2. per multiplicatas præſentationes à tempore immemorabili, ſiue per pręſcriptionem immemorabilem præſentandi, qua probata poteſt allegari fundatio, & dotatio, & alius melior titulus de mūdo, 3. modus elicitur ex verbis *Cōcilij in dicto c. 9. ibi alias ſecundum iuris diſpoſitionem*, ſcilicet de alijs legitimis modis probandi titulum, non tam per fundationem, & dotationem, quam etiam per constructionem

Digitized by Google

ctionem, & ſimiles, *latè Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. a nu. 30. vſque ad* 54. vbi quod Concilium

8 nihil innouauit, vel immutauit quo ad modum probandi titulum iurispatronatus in perſonis priuatis, & pluribus ſequen. vſque *ad* 62. *Rot. dec.* 275. *num.* 1. *p.* 4. *tom.* 2. *recen. dec.* 630. *num.* 51. *p.* 4. 10. 3. *dec.* 290. *nu.* 10. *p.* 5. *tom* 1. *recen. iuxta alias deciſ.* antea emanatas *coram Canale. dec.* 20. *num.* 1. *& deciſ.* 798. *num.* 4. *p.* 1. *diuerſ. deciſ.* 374. *num.* 1. *p.* 2. *recen.*

9 Quando verò agitur de Vniuerſitatibus, Communitatibus, Magiſtratibus, Magnatibus, alijſque, in quibus cadit ſuſpicio, & præſumptio vſurpationis, pariter excluditur pertinentia iurispatronatus, ſi per eos non doceatur de fundatione, & dotatione per authentica inſtrumenta, ſeu documenta, vel vltra immemorabilem præſcriptionem, ſeu conſuetudinem, de præſentationibus continuatis, & effectum ſuum ſortitis per tempus continuatum quinquaginta annorum pariter per publicas, & authenticas ſcripturas, & Sac. Concil. in hac parte addidit iuri communi, illudque immutauit, cum ſola probatione immemorabilis non contentetur latè *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancellar. glo.* 18. *a num.* 63. *vſque ad* 85. *Rot. deciſ.* 199. *num.* 5. *dec.* 331. *num.* 2. *p.* 2. *diuerſ. deciſ.* 197. *num.* 20. *p.* 5. *recen. & num.* 26. vbi quod non poſſit adimpleri per æquipollens.

10 Amp. 4. præcipuè procedere, quando agitur contra Ordinarium, qui de iure communi habet intentionem fundatam ſuper libertate, & collatione omnium beneficiorum intra limites ſuæ Diœceſis, *cap. regula* 10. *qu.* 1. *cap. omnis Baſilica* 16. *quaſt.* 7. Ac proinde ob reſiſtentiam iuris communis non ordinaria, ſed exacta, & concludens requiritur probatio, præcipuè ad effectum inſtitutionis in præiudicium, libertatis Eccleſiæ, *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancellar. glo.* 18. *num.* 59. *Rot. deciſ.* 246. *num.* 1. *&* 2. *dec.* 301. *num.* 8. *&* 9. *p.* 1. *dec.* 197. *num.* 78. *deciſ.* 277. *num.* 9. *p.* 5. *recen. deciſ.* 1120. *num.* 1. *coram Seraph. & latè dec.* 59. *num.* 10. *p.* 4. *tom.* 2. *recen.*

11 Secus autem, ſi agatur contra tertium prætendentem ad ſe ſpectare iuſpatronatus, vel inter plures præſentantes, vel præſentatos, & Ordinarius non diſſentiat, vel non ſit in cauſa, nec agatur contra alium prouiſum de beneficio tamquam de libero, non exigitur, tam exacta probatio *Ripa in cap. cum Eccleſia Sutrina num.* 93. *verſ. ſexto quaritur in fi. de cauſ. poſſeſſ. Gonzal. dicta glo.* 18. *num.* 59. *Mohed. deciſ.* 5. *num.* 3. *de appel. Caputaquen. deciſ.* 137. *nu.* 1. *&* 2. *p.* 1. *Canale. deciſ.* 159. *num.* 1, *Gregor. XV. dec.* 452. *num.* 3. *Rot. deciſ* 301. *num.* 8. *p.* 3. *deciſ.* 15. *num.* 10. *p.* 5. *& deciſ.* 302. *num.* 8. *p.* 7. *recen.*

12 vbi quod hoc caſu etiam in perſonis, in quibus cadit ſuſpicio vſurpationis non requiratur, tam exacta probatio *& dec.* 87. *num.* 8. *ead. p.* 7. *& dec.* 244. *num.* 5. *coram Mantica.*

13 Amp. 5. vt huiuſmodi probatio requiratur, tam in poſſeſſorio, quam in petitorio *Greg. XV. deciſ.* 222. *num.* 2. *ibique Add. num.* 11. *Rot. deciſ.* 197 *nu.* 41. *p.* 5. *recen.* vbi loquitur de perſona potenti, & vbi adeſt ſuſpicio vſurpationis, *& deciſ.* 408. *num.* 9. *p.* 9. *recen.* & ita declaraſſe Sacram Congregationem Concilij refert *Gonzal. ad reg* 8. *Cancel. glo.* 18. *num.* 23. *Rot. dec.* 756. *num.* 31. *verſ. unde ſequitur p.* 2. *recen.*

14 Amp. 6. vt perſonæ, in quibus cadit præſumptio vſurpationis ſunt Vniuerſitates, Communitates, Domini Ciuitatis, Caſtrorum, aut locorum Duces, Marchiones, Comites, Barones, & alij Domini perpetuam iuriſdictionem habentes in loco beneficij, etiamſi iſti Domini recognoſcant ſuperiores, *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancellar. glo.* 18. *num.* 66. *&* 67. *Rot. deciſ.* 89. *num.* 1. *coram Canale. deciſ.* 219. *num.* 1. *p.* 1. *dec.* 412. *num.* 4. *dec.* 756. *num.* 3. *p.* 2. *deciſ.* 275. *num.* 5. *p.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 197. *num.* 22. *p.* 5. *recen. dec.* 174. *num.* 1. *eadem p.* 5.

15 Lim. 1. ſupradictas ampliationes non procedere in illis perſonis, & Vniuerſitatibus, quæ non habent exercitium iuriſdictionis, nec potentiam in loco beneficij, quo caſu iuſpatronatus ordinaria probatione iuſtificatur, nempè quaſi poſſeſſione quadragenaria, vna cum fama, quæ exuberat, vbi agitur de perſonis priuatis *Bald. in l. cum ſemper nu.* 2. *&* 3. *C. de rei vindic. Ferret. conſ.* 293. *num.* 3. *&* 4. *Adden. ad Burat. deciſ.* 55. *num.* 16. *Caſſador. dec.* 2. *num.* 5. *de probat. Achil. dec.* 6. *de iurepatr. Card. Mantic. dec.* 318. *num.* 5. *Card. Seraph. dec.* 1103. *in fi. & deciſ.* 1141. *num.* 6. *Merlin. deciſ.* 407. *num.* 3. *&* 17. *Rot. dec.* 77. *num.* 2. *dec.* 312. *num.* 3. *p.* 1. *recen. & in* Bononien. *iuriſpatr.* 1. *Iulij* 1654. *§. fi. cor. Emin. Celſo & latius deciſ.* 172. *num.* 6. *p.* 3. *& dec.* 290. *num.* 3. *&* 4. *p.* 5. *tom.* 1. *recen.*

16 Quinimò ex ſola potentia iuſpatronatus non præſumitur per vſurpationem acquiſitum, niſi etiam probetur eiuſdem temporalis iuriſdictio, *Rot. deciſ.* 172. *num.* 10. *p.* 3. *recen.* & de hac potentia ſaltem debet conſtare, vt ex reſultantibus circumſtantijs menſurari poſſit Iudicis arbitrio *Rot. in Mediolanen. Prioratus* 14. *Martij* 1646. *§. prædicta verò coram Emin. Corrado & in Balneoregien. Iuriſpatr.* 15. *Iunij* 1650. *§. penult. coram Emin. Ottob. cum alijs relatis per Adden. ad Greg. XV. dec.* 222. *num.* 11. *ſub verſ. & hac forma.*

17 Lim. 2. vt dicta diſpoſitio Concilij non procedat in Capitulo, vel Collegio iuriſdictione carente, ex cumulatis per *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. glo.* 18. *num.* 69. *verſ. nec procedit.*

18 Limit. 3. in Congregatione priuata, ſeu Laicorum Confraternitate, & perſonarum ſodalitate ad exercitium pietatis inſtituta, cum non ſit vniuerſitas, nec conſtituat aliquod Collegium publicum cum potentia, & iuriſdictione, nec vtatur publica auctoritate præcipuè, ſi viſitetur, & corrigatur ab Ordinario, cuius vigore apparet non pollere auctoritate, vt eidem formidinem incutere poſſit, & quia idem haud difficulter libertatem beneficij vindicare valeat, vnde excluditur timor vſurpationis, vt latè comprobat *Rot. deciſ.* 290. *a num.* 16. *vſque ad fi. p.* 5. *tom.* 1. *recen.*

19 Lim. 4. vt Concilij Tridentini diſpoſitio in dicto *cap.* 9. *ſeſſ.* 25. ſibi locum vindicet, quando Magnatis potentia, & auctoritas ſit maior, ſecus autem, ſi ſit minor, vel æqualis auctoritatis, & potentiæ Ordinarij, vel Rectoris, quo caſu pariter timor vſurpationis excluditur, vt animaduertit *Rot. deciſ.* 578. *num.* 2. *p.* 4. *diuerſ.*

Contrarium, quod forma Concilij ſit ſeruanda, etiam ſi concurrat maior, vel æqualis potentia in Ordinario reprobata dicta *deciſione coram Blanchetto firmant aliæ deciſiones relatæ per Adden. ad* Greg. *XV. deciſ.* 222. *num.* 11. *verſ. & hac forma Rot. dec.* 197. *nu.* 29. *p.* 5. *tom.* 1.

20 Lim.

20 Lim.5. vt præſumptio vſurpationis ceſſet, ſi con-
currat immemorabilis iunctis præſentationibus cō-
tinuatis, & effectum ſortitis, etiam ex diſpoſitio-
ne Sacri Concilij Tridentini *Gabriel. conſ.192. nu.3.
& 4. lib.2. Rota dec.409. in fi. p.1. diuerſ. dec. 277.
num.3. & dec.349. num. 2. coram Merlino, & in Bo-
nonien. iuriſpatr. 1. Iulij 1654. §. vnde non refert
coram Emin. Celſo.*

21 Lim.6. quod iuriſpatronatus vſurpatio non præ-
ſumatur, quando vna illius pars ſpectet ad vniuer-
ſitatem Parochianorum, & alia pars ad alias priua-
tas perſonas, vnde Sagram Congregationem de-
claraſſe Concilium non intrare vbi non tota Vni-
uerſitas, ſed certa pars dumtaxat prætenderet te-
ſtatur *Gonzal. ad reg.8. Cancellar. glo. 18. num. 69.
relat. per Rota dec. 290. num.19. p. 5. tom. 1. rec.* in
puncto Capituli Eccleſiæ Tirraſonen dixit etiam
Rota dec.798. num. 4. p.1. diuerſ. & in puncto iuriſ-
patronatus prò parte ſpectantis ad vniuerſitatem
parochianorum *dec.219. num.2. p.1. rec.* vnde ſi pri-
uata familia habeat iuſpatronatus, ſimul cū familia
potenti, vel Vniuerſitate quod tunc non ſit neceſſa-
ria probatio præſcripta à Concilio dixit *Rota dec.
154. ſub n.7. p.2. rec. & in alijs relatis per Adden. ad
Greg. XV. dec.222. num 11. verſ. habet etiam.*

22 Ceſſante igitur ſuſpicione vſurpationis, pluribus
modis probatur iuſpatronatus, & quidem in per-
ſonis priuatis ſufficienter iuſtificatur ex quaſi poſ-
ſeſſione quadragenaria præſentandi, vna cum fama
*Bald. in cap. cum ſemper num. 2. & 3. C. de rei vin-
dic. Garz. de benef. p.5. cap.9. num. 83. & 86. Gon-
zal. ad reg.8.* Cancel. glo.18. num. 56. *Caſſad. dec.2.
num. 5. de probat. Achil. dec.6. de iurepatr. Mantic.
dec.318. num.5. Seraph. dec.1103. in fi. & dec. 1141.
num.6. Burat. dec.172. num.18. Rota dec.77. num. 2.
dec.312. num.3. p.1. dec.390. num.4. p.5. tom.1. rec.*

23 Et ſi cum iſta quadragenaria præſcriptione con-
currat titulus coloratus, quod tantum valeat, quan-
tum immemorabilis ſubdit *Gonzal. loco proximè ci-
tato num. 57. & alleg. text. in c.1. de praſcript. in 6.
& cap.2. de reſtit. ſpoliat. eod. lib. 6.*

24 Amp. vt ad hunc effectum ſufficiat etiam vnica
præſentatio, vt acquiſita dicatur quaſi poſſeſſio
præſentandi, ſi præſentatus per 40. annos poſſede-
rit, nec vnquam venerit caſus nouæ præſentationis
*glo. in cap. cum de beneficio in verb. vno. vel pluribus
de preben. in 6. & ibi Franc. num. 3. Felin. in cap. in
noſtra num.41. verſ. certum de reſcript. Federic. de
Sen. conſ.234. num.4. in prin. verſ. ad id. quod quæri-
tur Dec conſ. 134. num 1. ante fin verſ. & in caſu
Achil. dec.5. num.1. de iurepatr. Rota dec.290. num.
7. & 8. p.5. tom 1. rec.*

25 Et ratio eſt quia quando aliquis actus habet
cauſam ſucceſſiuam, & permanentem, nec non con-
tinuationem temporis requiſiti, inducit præſum-
ptionem ſufficientem, quamuis ſit vnicus, vt com-
probat eadem *Rota eadem dec.290. num.9. p.5. tom. 1.*

26 Contrarium, quod vnica præſentatio non ſuffi-
ciat, etiam admiſſa probatione famæ cum Conciliū
non contenetur vnica præſentatione, ſed exigat
plures, effectum ſortitas tenet *Garz. de benef. p. 5.
c.9. num. 97.* vbi reprobat *Zerolam in verbo iuſpatr.
§.5.* tenentem primam opinionem tamquam loquen-
tem, ſine fundamento *Adden. ad Burat. dec.139. nu.
12. Rot. dec. 557. ſub num. 1. verſ. hic autem talis
p. 4. diuerſ.* & in hac etiam opinione videtur reſe-
diſſe *Rota coram Burat. dec. 178. num.17.*

27 Diſting. pro concordia, vt prima opinio proce-
dat, & ſit admittenda, quando agitur de probando
iurepatronatus in perſonis priuatis, cum nullo iure
cautum reperiatur in patronatu priuatorum requi-
ri de neceſſitate multiplicatas præſentationes, vt po-
28 te quia Sac. Concil. Trid nihil imminutauit circa
probationes in patronatu priuatorum, vt benè ani-
maduertit *Rota dicta dec.290. num.7. 8.9 & 10. p.5.
29 tom. 1. rec.* Si verò agatur de probando iurepatro-
natus perſonarum ſuſpectarum de vſurpatione ra-
tione potentiæ, & iuriſdictionis in loco Beneficij,
& tunc procedit ſecunda opinio, cum Concilium
hoc caſu non contentetur ordinaria, ſed extraordi-
nariam, exactiorem, & magis rigoroſam exigeat
probationem, & in ijs terminis loquitur *Adden. ad
Burat.* & ſunt intelligendæ auctoritates prò 2. opi-
30 nione allegatę ac proindè iuxta diſpoſitionē eiuſdē
Concilij, hoc caſu non ſufficit vnica præſentatio, ſed
plures concurrere debent, effectum ſortitę *Rota dec.
557. ſub num.1. verſ. hic autem talis p. 4. diuerſ. &
benè in puncto Adden. ad Burat. dec.139. num. 12.*

31 Pręſentationes verò effectuatæ, cum Concilium
requirat prò forma debet de illis conſtare per au-
thenticas ſcripturas, & non ſufficit ſi probentur
per teſtes, vel per aliquod æquipollens deficientibus
ſcripturis, quia Concilium teſtibus non confidit,
quando agitur de perſonis ſuſpectis de vſurpatio-
ne, vt ſæpè firmauit *Rota in decisionibus relatis per
Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 18. num. 79 80. &
ſeq. & num.84. Pariſ. de confiden qu. 28. num.147.
& ſeq. Gratian. diſcept. 168. num. 21. vſque in fin.
Garz. de benef. p.5. c. 9. num. 113. Adden. ad Greg.
XV. dec.222. ſub num.11. Adden. ad Burat. dec.139.
num.13. Pute. dec.325. lib. 3. Caputaquen. dec 134.
p.1.* Rota *dec.199. num.4. p.2. diuerſ.* & ita reſpon-
diſſe Sac. Congregationem Eminentiſſ. Card. Sacr.
Concil. Trid. interpretum teſtatur *Ric. in prax. for.
Eccleſ. tit. de iurepatr. num.4. & Mantic. dec.89. nu.
2. cum alijs copiosè adductis per Garz. de benef. p. 5.
c.3. num.113. & per* Rota *dec 197. num 92. & plu-
rib. ſequen. p. 5. tom. 1 rec.*

32 Contrarium, quando per teſtes probetur eſſe de-
perditas ſcripturas, ac deponant de tenore illorum,
in quibus continebantur continuatæ præſentatio-
nes, quod tunc eſſet ſatisfactum menti Conci-
lij tenet *Prax. Archiepiſcopal. in c. 63. num 12. Me-
noch. conſ.241. num. 28. & ſeq. Genuen. in prax. Ar-
chiepiſcop. Neapol. c.63. num 12* & in hanc opinio-
nem etiam reſidet *Garz. de benef loco proximè cita-
to num.113. verſ. ſed quid, quid Gonzal. dicat.* ſed de
hac opinione valdè dubitat *Gonzal. dicta glo.18. nu-
mer. 82.* & cauendum eſſe à dicto *conſ. Menoch.* ad-
monet *Adden. ad Greg. XV. dec. 222. num. 11. in fi.
prin.*

33 Amp. primam opinionem, vt præſentationes hu-
iuſmodi, neque iuſtificentur ex enunciatiuis Ordi-
nariorum ad effectum, vt ſatisfactum dicatur for-
mæ traditæ per Sacrum Concilium exigens au-
thenticas ſcripturas, etiamſi in collationibus ema-
natæ, quæ nihil aliud videntur eſſe, nec magis ope-
rari, quam teſtium depoſitiones, alias de facili red-
deretur eluſoria diſpoſitio Concilij, quę reijcit te-
ſtes *Seraph. dec.1367. num. 5. & magiſtraliter firma-
uit* Rota *coram Pamphilio, & Merlino, vt in dec. re-
lat. per Adden. ad Burat. dec.139. num.14.15. & ſeq.*

por. p.2. num.61. Achil.deciſ.3. num 1. de fid.inſtrum. Rot. dec.545. num.2. verſ. etiam p.1. diuerſ. late dec. 172. num.3. coram Burat.

47 Lim. quod ſola inſtitutio, cum huiuſmodi aſſertione non ſufficiat, ſed requiratur quod Ordinarius, quando agitur de perſonis ſuſpectis de vſurpatione adhibeat cauſæ cognitionem, vel cognoſcendo ſuper immemorabili, vel priuilegio Apoſtolico, & ſimilibus, adeo vt, neque ſufficiat qualibet cauſæ cognitio, niſi adhibita, & ſeruata forma Sacri Concilij vt dixit, *Rot. dec.630. num.83. & 84. p.4. tom.3. recen.* vbi ita alias declaraſſe Sac. Congreg. & alias firmaſſe Rotam, & magiſtraliter *dec. 197. a num.50. vſque ad 67. p.5. tom.1.*

48 Probatur vlterius iuſpatronatus ex ſententia Ordinarij ſuper eiuſdem canonizatione emanata, cui plurimum eſt deferendum, ex quo cum agatur de præiudicio ipſorum Ordinariorum, difficiles exiſtũt in admittendo patronatu, donec de eo plene non doceatur, *Gabr. conſ.198. nu.4. vol. 2. Anear. conſ. 336. num.2. Cephal. conſ 180. num. 2. Lotter. de re benef. lib.2. qu. 13. num. 142. & 152. Mantica deciſ. 350. num. 3. & 4. Pute. dec. 237. lib. 2. in nouis Seraph. dec.1141. num.8. & dec.1232. num.1. & 2. Canaler. dec.378. num.3. Coccin. dec.229. nu... Burat. dec.142. num.12. dec.219. num.6. & dec.518. num.3. Rot. dec.11. de iurepatr. in nouiſ. dec.376. num. 2. p.3. lib.3. diuerſ. dec.413. num.1. dec.518. num.4. p.1. dec. 674. num.2. p.2. dec.172. num.2. dec. 316. num.2. p.3. dec.471. num.1. p.4. tom.2.* vbi præcipuè ſi ſententia ſit antiqua *dec.87. num.7. p.7. & dec.11. num.11.* vbi eo magis ſi in iudicatum tranſierit *dec.19. num. 10. p.9. eod. to.1. & in Compoſtellana Parochialis 10. Feb.1645. §.1. circa fi. coram Veroſpio impreſ. penes Dian. reſol. moral. p.8. fo.638. in Mediolanen. Prioratus 14. Martij 1646. § tertio dicitur ſententia coram Emin. Corrado, & in Præneſtina Iuriſpatronatus 17. Martij 1666. §. comprabatur fuſius coram Beuilaqua.*

49 Probatur etiam per confeſſionem, & aſſertionem Ordinarij emiſſa puta in inſtitutione, quod ſpectet ad aliquem, cui aſſertioni ſolet multum deferri, ob difficultatem Ordinariorum in huiuſmodi admiſſionibus, & inſtitutionibus faciendis, *Seraph. dec. 1141. num. 5. & dec. 1232. num.2. Puteus dec. 172. & dec. 237. lib. 1. Mantic. deciſ. 318. num. 2. dec. 350. num. 3. Merlin. dec. 4. num.6. verſ. quibus non obſtat Achil. de Graſſ. dec. 7. de iurepatr. Burat. dec. 919. num. 6. & dec. 111. num. 7. ibique Add. num. 15. Rot. deciſ. 224. num.4. & 5. deciſ. 518. nu. 3. p. 1. deciſ. 735. num. 5. p. 4. tom. 1. recen. in Mediolanen. Prioratus 14 Martij 1646. §. ſententia, & §. quarto concurrunt coram Emin. Corrado & in Præneſtina iuriſpatronatus 17. Martij 1666. §. addebatur vlterius coram R.p.d. Beuilaqua.*

50 Lim. procedere in perſonis priuatis, ſecus ſi agatur de Vniuerſitatibus alijſque ſuſpectis de vſurpatione, nam tunc neque enunciatiuæ, neque ſententiæ Epiſcoporum ſuffragantur, niſi adhibita cauſæ cognitione ad formam Concilii, & ex actis inſtificentur pro ſententiæ validitate iuxta tradita in ſuperiori proxima limitatione, & fuit dictum in *Hyeraren. iuriſpatr. 27. Iunij 1614. coram Eminen. Card. Veroſpio apud Vinian. de iurepatr. deciſ. 9. ſub num. 20. & nu. 4.* vbi quod Epiſcopi aſſertio non poſſit Eccleſiæ, vel ſucceſſoribus præiudicare *& in Caſentina Abbatia 20. Decemb. 1627. coram Emin. Virili apud eundem Vinian. deciſ. 53. num. 8. relat & ſecut. in Nouarien. Iuriſp. 10. Decemb. 1649. in fi. prin. coram Peutingerio, late Rot. dec. 197. a num. 50. vſque ad 67. p.5. tom. 1. recen.*

51 Quod procedit etiam in parua vniuerſitate, in qua cum etiam cadere poſſit præſumptio vſurpationis ſeruanda eſt forma Sacri Concilij Tridentini ad tradita per *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. nu. 68. Garz. de benef. p. 5. cap. 9. num. 102. Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap 52. num. 2. Adden. ad Gregor. XV. deciſ. 222. num. 11 verſ. habet etiam locum Rot. deciſ. 25. num. 4. coram Coccino deciſ 234. num. 3. & deciſ. 253. num. 3.* vbi quod intrat forma Concilij *coram Mantica dec. 418. nu. 1. p. 1. dec. 197. num. 36. dec. 477. nu.14. p.5. tom.1. & 2. dec. 82. nu. 17. & dec 302. num.7. p.7. recen. cum alijs in Nouarien. iuriſpatr. 10. Decemb. 1649. §. quam quidem coram Peuting. in Comen. Parochialis 22. Ianuarij 1666. §. maximè quia coram R.p.d. Beuilaqua.*

52 Lim. 2. ſi Ordinarius in enunciatiua iuriſpatronatus vſus fuiſſet verbis, vel aliquo termino, qui tenderet potius in negatiuam, quam in affirmatiuam, vel denotet incertitudinem, vt ſi fuerit adiecta dictio vt prætenditur, vel prætenſum, vel vt aſſeritur, & ſimilia, vt ſæpe firmauit Rot. *vt in deciſ. relatis per Ferentil. in addit. ad Burat. dec. 111. num. 16. & coram Durano dec. 71. num. 4. & in Aſſiſien. Beneficij 26. Iunij 1585. coram Card. Pamphilio.*

53 Lim. 3. in aſſertionibus factis a Vicario Generali, qui abſque ſpeciali Epiſcopi facultate, neque poteſt reſeruare, neque approbare iuſpatronatus *ad text. in cap. nobis 25 de iurepatr. comprobat Franc. in cap. cum in generali num. 5. de offic. Vicar. in 6. Calder. tit. eodem conſ. 3. num. 1. Ferret. conſ. 327. num. 4. & 7. & conſ. 343. num. 10. Lambert. de iurep. lib. 1 p.1. qu.9. prin. art. 1. num. 5. Garz. de Benef. p.5. cap. 9. num.75. Zerol. in prax. 1.p. in verbo Vicarius §. 11. & 13. Rota dec. 87. num. 9. p. 7. recen. & in Nouarien. Iuriſp. 10. Decemb. 1649. §. fi. coram Peutingerio.*

54 Sublim. ſtante curſu centum annorum cum obſeruantia, cuius vigore nedum præſumitur ſufficiens mandatum Vicarij *Caſſad. deciſ. 3. de procur. Mantic. dec.86. num.10. Rot dec. 598. num. 3. p. 1. diuerſ.* Sed confirmatio, & ratificatio Epiſcopi, *Rota deciſ. 598. num.8. p.1. diuerſ. deciſ.707 p.1. & dec.87. nu. 11. p.7. recen.*

55 Enunciatiuæ autem ad effectum probandi quaſi poſſeſſionem iuriſpatronatus plurimum conferunt, licet non ſint annorum centum, *Aym. de antiq temp. in prax. num. 5. verſ. placet tamen Burat. deciſ. 142. num. 11.*

56 Et quod ex enunciatiuis antiquiſſimis reſultet vehemens probatio iuriſpatronatus, & validum ipſius adminiculum notat *Abb. in conſ. 54 num. 3. lib. 1. Barſat. conſ. 324. num. 6. lib. 3. Ferret. conſ. 293. num. 6. lib. 2. Felin. in c. cum cauſam num. 4. de probat. Caſſad. dec.1. & 2. de probat. Burat. deciſ. 142. num.11. dec.172. num.12. vbi Addit. num.33. & dec.919. num.2. Merlin. dec. 45. num. 2. Rot. dec. 518. num. 2. p.1. dec. 360. num.3. dec.674. ſub nu. 2. dec 753. num. 1. p.2. dec.348. num.6. p. 5. tom. 1. recen. dec. 684. num. 1. p. 1. diuerſ. & in Bononien. iuriſp. 1. Iulij 1654. §. quæ omnia coram Emin. Celſo* & quod iuſpatronatus cenſeatur probatum etiam ex pluribus enunciatiuis diuerſorum notariorum

dixit *Rota dec.172. num.3.p.3.*

57 Immo enunciatiuæ antiquiſſimæ, iuncta poſſeſſione longiſſima præſentandi ſufficientem iuriſpatronatus probationem inducunt etiam contra tertium *Achil. 7. num.1. de iurepatr. Comitol. dec.60. num.6. & ſeq* Rot. *dec.13. num.1. dec.211. num.1. in fi. dec. 312. num.6. p 1. recen. & in Balneoregien. Iuriſpatr. 15. Iunij* 1650. §. *fama vero in fi. coram Eminentiſſ. Ottobono inter eius impreſſ.*

58 Præcipuè ſi excedant centum annorum metam, & ſint plures, *Felin. in cap. cauſam ſub num 7 verſ. neque puto de præſcript. Bal. in l. cum ſemper num.4. C. de rei vindic.* vbi ſubdit quod fama iuriſpatronatus antiquiſſima habeatur ad hunc effectum pro titulo, *Federic. de Sen. conſ.* 234. *ſub num. 3. verſ. quis enim diceret*, & quod etiam ſit de mente *Sacr. Concil. Trid. cap 9. ſeſſ. 25. de reform. Menoch. conſ. 330. in prin. Maſcard. de probat. conclu. 103. num. 9. Gonzal. ad reg. 8. Cancel glo.18 num.44. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 13. num. 141. Cuſſad. dec. 2. num. 6. de probat. Achil. dec.7. num.5. de iurepatr. Seraph. deciſ.474. num.... dec.1141. num. 5. & dec. 1334. num.2. Burat. dec.172. num.22. & dec. 636. num. 4. Rot. dec.224. num.4. & 5. p.1. dec. 360. num.5. dec. 541. num.2. dec.753. num.1. & 2. p.2. dec.101. nu.5. 6. & 7. p 6. recen.*

59 Lim. quod iuſpatronatus non dicatur plene probatum, per enunciatiuas, quæ non ſint inconcuſſæ, & debilitentur per contrarias probationes, *Rot. dec. 333. num.3. p.1. diverſ.*

60 Lim. 2. quod cum ex enunciatiuis non reſultet, niſi ſola probatio famæ, quæ ſola in antiquis non probat iuſpatronatus, niſi concurrat longiſſima poſſeſſio præſentandi effectuata, vt tenent ferè omnes ſupra citati, & dixit *Rot. dec. 333. num. 5.*
61 *p. 5. recen.* Etenim ea ſucceſſiuis præſentationibus, & inſtitutionibus plena deſumitur iuriſpatronatus probatio *Rot. dec.101. num.10. p.6. recen.*

62 Lim. 3. in enunciatiuis, & aſſertionibus Ordinarij factis in viſitationibus, licet antiquis, ſi ex earum contextu appareant eſſe potius aſſertiones Rectorum Eccleſiæ ad interrogationem Ordinarij viſitantis, qui cum in viſitatione procedat de plano non adhibita cauſæ cognitione, vt plurimum ſcribere, & adnotare ſolet in actis viſitationis prout oretenus informatur, & à Rectoribus aſſeritur, vt ego ſæpius in viſitationibus à me factis a diuerſis Ordinarjis pro viſitatore adhibitus expertus fui, & animaduertit *Rot. dec. 333. num.4. p. 1. recen.*

63 Sublim. in enunciatiuis factis ab Ordinarijs tempore proximo publicationi Sacri Concilij Tridentini ſecutæ ſub Pio IV. de anno 1564. antea ſub Paulo III. vſque de anno 1545. inchoati, vt potè quia prorſus inuerisſimile reddatur, quod huiuſmodi Conciliaris diſpoſitio neglecta fuerit, niſi ex tunc conſtiterit, quod beneficium eſſet de iurepatronatus, ponderando Conciliarem diſpoſitionem recenter emanaſſe ad fauorem Ordinariorum, qui propterea præſumendum eſt propentius pro eiuſdem obſeruantia ſtetiſſe, & ſedulo ſtuduiſſe, vt in puncto Magnaris, & perſonæ ſuſpectæ de vſurpatione dixit *Rota in Præneſtina Iuriſpatr. 17. Martij* 1666. §. *addebatur vlterius coram Beuilaqua.*

64 Ex antiquis enunciatiuis, vti factis ab Ordinarijs, affirmantibus iuſpatronatus de iure, & antiqua conſuetudine ſpectare ad aliquam familiam, Rota interpretatur ex fundatione, & dotatione, & multum deferri ſolet, quia ſi veritas aliter ſe habuiſſet ipſi non inſtituiſſent, nec tanto tempore tolerasſent, vt fuit dictum *dec. 172. num. 24. 25. & ſeq. coram Buratto* vbi aliæ deciſiones allegantur.

65 Coadiuuatur inſuper probatio iuriſpatronatus ex inſcriptionibus, armis, & inſignibus familiæ inſculptis in marmoreis lapidibus, vel Eccleſiæ, ſeu Capellæ pariete, quæ regulariter eum apponi non ſoleant ſuper re aliena *L.1. C. vt neminem liceat.* propterea licet non faciant plenam probationem, concurrentibus tamen alijs adminiculis, præcipuè in materia antiquiſſima demonſtrant fundationem, *Ripa in c. cum Eccleſia Sutrina num.17. de cauſ. poſſeſ. & proprietat. Ancar. conſ.113. nu.4. Gabr. conſ. 196. num 10. lib.2. Dec. conſ.135. num. 1. Ia. Anan. conſ. 86. circa fi. Bald. conſ. 110. lib. 5. Ferret. conſ. 293. num 9. lib.2. Lambert. de iurepatr. lib.2. p.2. qu.10. art.9. & lib.3. qu.5. art.4. num.2. Roman. ſing. 480. Menoch. de præſumpt. lib.3. præſumpt.90. num.10. & præſumpt. 130. num.31. Marc. Anton. Maceraten. var. reſol. lib. 2. reſol. 119. num. 51. Seraph. deciſ. 552. nu. 2. & dec.1141. num 7. Comitul. dec.327. num.10. & 11. Coccin. deciſ.230. num. 1. Burat. dec. 323. nu. 17. ibique Add. num.20. & dec.919. nu.4. vbi Add. num. 9. Rot. dec.13. ſub num.3. ad fi. dec.518. num. 5. p.1. dec.548. num.7. p.2. deciſ.172. nu.5. p.3. dec. 472. num. 11. p.4. tom.2. recen. in Mediol. Prioratus 14. Martij 1646. §. ſexto Inſignia coram Emin. Corrada & in Præneſtina iuriſp. 17. Martij 1666. §. addebatur vlterius in fi. coram Beuilaqua.*

66 Lim. procedere quando appareat, ſeu probetur inſignia, appoſita fuiſſe in fundatione Eccleſiæ, ſeu Capellæ ratione eiuſdem fundationis, & non ex alia cauſa, vel eſſe ita antiqua, prout eſt ipſa Eccleſia, & propterea faciunt tantum indicium, & non plenam probationem, vt concludant iuſpatronatus, cum potuerint apponi, vel ob reſtaurationem, vel ob eleemoſinam, vel ob meliorationem, & aliquando etiam ob nimiam perſonarum ambitionem, & ad oſtentationem, ex quibus non acquiritur iuſpatronatus *ad gla. in cap. pia mentis 16. qu.7. Cugnol. in l.1. n.177. ff. ſi cert. petat*, vbi quod inſignium probatio ſit fallax ad probandum iuſpatronatus *Coccin. dec.230. ſub num.1. Card. Caualc. dec.159. num.8. & 9. bene Rot. dec.333. num. 7. p.1. recen. cum alijs per Ferentil. ad Burat. in adnot. deciſ. 323. num.22. & dec. 919. nu.9.*

67 Verum, quod licet inſignia non appareant, ita antiqua, vt dici poſſit appoſita fuiſſe in fundatione, quod nihilominus ſuffragantur ad probationem iuriſpatronatus, quia præſumuntur per Patronos appoſita ad conſeruationem ſui iuris dixit *Rot. dec. 13. ſub num.1. p.1. recen.* faciunt tradita *per Genuen. in prax. Archiepiſ. Neapol. c.91. nu.4.*

68 Nemini tamen licet, neque Rectoribus abradere arma, ſeu inſignia fundatorum Capellæ, vel cauſa abolendi memoriam, vel alterius inſignia, vel nomina ponendi, immò puniri debent arbitrio Iudicis talia attentantes *Cepol. de ſeruit vrban. prædior. c. 71. de picturis per text. in l. qui liberalitatem ad fi ff. de*
69 *oper. public.* & propterea contra euellentem ſtatuā de monumento datur actio ſepulchri violati, *Genuen. in prax Archiepiſc. Neapol. cap. 91. num.3.*

70 Iuſpatronatus probatur etiam ex libris Epiſcopatus, in quibus Eccleſia ſit deſcripta de iurepatronatus

natus alicuius familiæ, glo. in cap. cum audientiam
in verbo librum cenſualem vbi Abb. nu. 4. Felin. nu.
16. de præſcript. Menoch. lib. 3. præſum. 90. num 42.
faciunt tradita per Boer. dec. 105. num. 11. & dixit
Rot. dec. 172. num. 7. p. 3. recen.

71 Iuſtificatur quoque ex partis confeſſione in eius
præiudicium facta, vel in ſupplicatione, vel in nar-
ratiua, quod beneficium ſit de iurepatronatus alicu-
ius familiæ alijs concurrentibus adminiculis, & co-
niecturis, Garz. de Benef. p. 11. cap. 2 num 276. Caſ-
ſador. dec. 7. num. 7. & 8. de iurep. Pute. dec. 310. lib.
2. dec. 36. lib. 3. Greg. XV. dec. 452. num 3. & 52.
Burat. dec. 183. num. 2. & 3. Rot. dec. 697. num. 2. p.
1. dec. 274. num. 1. p. 2. deciſ. 172. num. 1. p. 3. deciſ.
542. nu. 1. & 2. p. 5. tom. 2. recen. dec. 573. num. 6.
p. 4. diuerſ.

72 Lim. procedere in præiudicium ipſius confiten-
tis, ſecus autem ſi agatur de probando iurepatro-
natu ad effectum illud canonizandi in præiudiciũ
libertatis Eccleſiaſticorum beneficiorum, vel quan-
do Ordinarius ſit in cauſa, vel tractetur de perſonis
ſuſpectis de vſurpatione, & quandocunque ſubie-
cta materia exigat probationem ad formam Sacri
Concilij Tridentini, vt firmaſſe Sacram Congrega-
tionem Eminentiſſimorum Cardinalium Sacri Con-
cilij interpretum teſtatur, Garz. de Benef. p. 11. cap.
2. num. 275. vbi ita etiam ſæpe firmaſſe Rot. in deciſ.
per eum relatis num. 276. & duobus ſeq. Adden. ad
Burat. dec. 183. num. 25. Pute. dec. 225. lib. 2. & dec.
36. lib. 3. Mantic. dec. 318. num. 3. Achil. dec. 1. de
confeſ. Rot. dec. 176. num. 1. in fi. p. 4. tom. 1. recen.

73 Lim. 2. vt huiuſmodi confeſſio ſi erronea dete-
gatur, non noceat, & reuocari poteſt, etiam non
docto de errore, ſiue fuerit facta à Procuratore,
ſiue à principali iuxta deciſ. Bellam. 692. in fi. Papaz-
zon. in addit. ad 16. in fi. de reſcript. in nouis, & ita
alias dixiſſe Rot. patet ex deciſ. relat. per Ferentil. ad
Burat. dec. 183. num. 26.

74 Exiſtentia pariter iuriſpatronatus probatur ex
prouiſione Apoſtolica, in qua eidem derogatum
fuit, cuius vigore neceſſario fatendum eſt extitiſſe
iuſpatronatus Burſat. conſ. 324. num. 3. verſ. rurſus
Lambert. de iurepatr. p. 3. qu 7. art. 7. num. 1. Caſſador.
dec. 20. num. 2. de conceſ. præben. Canale. dec. 60. nu.
4. & dec. 69. num. 13. Burat. dec. 172. num 14. Rot.
dec. 172. num. 9. in fi. p. 3. recen. & in Balneorigien.
iuriſp. 15. Iunij 1650. §. neque ad elidendum coram
Emin. Card. Otthobono & in §. dicta derogatio exem-
plificat.

75 Collationes tamen Sum. Pontificis non mutant
ſtatum beneficij in præiudicium Patronorum, præ-
ſertim ſi in eis adſit derogatio iuriſpatronatus, Dec.
conſ. 126. num 4. Pute dec. 32. lib. 2. Achil. d. vnica
de ſtat. benef. Burat. dec. 172. num 14. vbi alia alleg.
Rot. dec. 172. num. 9. p. 3. vbi quod nec etiam colla-
76 tiones Ordinariorum, niſi in conferentibus con-
currat animus præiudicandi, & in Patronis ſcien-
tia, & patientia, vt fuit deciſum in cauſis in ea-
dem deciſione relatis.

77 Iuſpatronatus leuioribus probationibus compro-
batur, quando agitur de iuſtificanda narratiua
contenta in gratia Apoſtolica, quia regulariter,
quando de articulo non principaliter, ſed inciden-
ter dubitari contingat, ſufficit minor, & ſemiple-
na probatio Rot. dec. 3. de probat. in nouis Caſſador.
dec. 7. de iurepatr. Rot. dec. 803. num. 1. p. 1. diuerſ.
cum alijs congeſtis per Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo.
18. num 60. & dec. 471. num. 5. p. 4. tom. 2. recen.

78 Prout etiam quando agitur inter compatronos
non requiritur exacta probatio, Gonzal ad reg. 8.
Cancel. glo. 18. num. 59. Garz. de benef. p. 5. cap. 9.
num. 68. Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina nu. 93. verſ.
ſexto quæritur in fi. de cauſ. poſſeſſ Caſſad. dec. 1. de
probat. Mantic. dec. 244. num 5. Mohed. dec. 5. de
appel. num. 3. poſt med. Rot. dec. 211. num. 1. dec. 224.
num. 7. & 8. dec. 312. num. 7. & ſeq. p. 4. diuerſ dec.
251. num. 1. p 1. dec. 181. num. 2. p. 2. dec. 471. nu. 4.
p. 4. tom. 2. recen.

79 Et ex pluribus ſimul iunctis, licet ſingula de
per ſe non ſufficerent probatur ſufficienter iuſpa-
tronatus iuxta vulgare dictum, quod quæ non
proſunt ſingula, iuncta iuuant, & quod plures im-
perfectæ probationes iunguntur ad faciendum ple-
nam, & perfectam probationem ad text in cap. cum
cauſam de probat. cum alijs latiſſimè cumulatis per
Gabr. in tit. de probat. conclu. 1. per totam, & in
puncto iuriſpatronatus Rot. dec. 172. num. 8. par. 3.
recen.

80 Titulus dotationis præuia actuali aſſignatione
à principio facta ad fauorem Eccleſiæ non reſultat,
nec inferri poteſt ex quo aliqua Vniuerſitas ſoluat
aliquod emolumentum Parocho prò eius mercede,
Rot. in Comen. Parochialis 23. Ian. 1666. §. ceterum
corã R. p. d. Beuilaqua, vbi licet Vniuerſitas ſe obli-
gauiſſet ad dotandum, cum ex huiuſmodi præſta-
tione arguatur promiſſionem non fuiſſe effectua-
tam iuxta alias firmata in Nouarien. iuriſp. 1. Iulij
1650. §. omnis quoque & 16. Ianuar. 1654. §. tertia
quia coram Pentingeria & coram Durano deciſ. 122.
num. 4.

81 In materia quoque iuriſpatronatus tempus cen-
tum annorum habet vim immemorabilis, & indu-
cit verum titulum meliorem de mundo, & magis
bene viſum centenario poſſeſſori ad probandum
iuſpatronatus ex dotatione, & fundatione, vbi non
agitur de familia potenti, Federic de Sen. conſ. 134.
num. 3. verſ. ad propoſitum Gabr. conſ. 198. num. 5.
lib. 2. Pariſ. conſ. 14. num. 4. lib. 4. Dec. conſ. 174.
num. 4. & hanc opinionem eſſe veriſſimam, com-
munem, & vſu receptam, ſecundum, quam
Rotam iudicaſſe, & iudicare, & ita pluries decla-
raſſe Sacram Congregationem Concilij fuit dictum
in dec. 29. num. 1. & 2. d. 62. & 63. p. 7. recen. iuxt.
dec. 2. num. 5. & 6. & deciſ. 4. de probat. coram Caſ-
ſadoro, dec. 254. num. 10. vſque ad fin. lib. 3. p. 3. di-
uerſ. dec. 211. num. 1. & dec. 312. num. 4. & ſeq. p. 1.
recen.

82 Contrarium quod ad probandum iuſpatronatus,
etiam in perſona, in qua cadit præſumptio vſurpa-
tionis, ſufficiant præſentationes 100. annorum con-
tinuatæ, & ſortitæ effectum, ac probatæ authenti-
cis ſcripturis, quia ex ſcripturis huiuſmodi ſatis
videtur probata immemorabilia requiſita à Conci-
lio tradit Flamin. Pariſ. de confiden. benefic. qu. 28.
num. 260. relat. per Garz. de benef. p. 5. cap. 9. num.
107. vbi in vna Cæſarauguſtana Capel. de anno 1573.
fuiſſe pronunciatum conſtare de immemorabili ex
præſentationibus 130. annorum facit dec. 4. Achil.
de iurepatr. & Putei. dec. 106. num. 5. lib. 1. quibus
addo Seraph. dec. 1141. num. 9. & 10. quæ deciſio-
nes cum emanauerint non multo poſt publicatio-
83 nem Concilij ſecutam de anno 1564. videntur
atten-

Digitized by Google

attendendæ, cum conſuetudo immemorabilis probetur etiam per ſcripturas, vt tradunt Doctores per eundem *Pariſ. & Garz.* relatos in locis ſupra citatis.

84 Si autem ſemel iuſpatronatus à Patrono laico, vel mixto iuſtificatum fuerit ad formam Concilij præuia cauſę cognitione ſeruatis, ſeruandis, & Ordinarius ſemel approbauerit idem iuſpatronatus, & inſtituerit præſentatum, licet poſtea vacare contigerit, non tenetur amplius de titulo ſaltem in poſſeſſorio iudicio docere, quamuis de eodem iurepatronatus controuerteretur, cum ſufficiat Patrono quaſi poſſeſſio, alias, ſi in quacunque vacatione teneretur Patronus de nouo de ſuo iurepatronatus docere, nunquam daretur litium finis *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 18. nu. 26. & ſeq.*

85 Quod etiam procedit in perſona, ſeu Patrono potenti, qui ſi ſemel docuerit de iurepatronatus iuxta formam Concilij Tridentini, non eſt repellendus à quaſi poſſeſſione præſentandi *Seraph. deciſ. 1395. num. 7. & ita declaraſſe etiam Sac. Congregationem dixit Rot. dec. 197. nu. 43. & ſeq p. 5. tom. 1. recen.*

86 Vnde non eſt deneganda manutentio, ſi ſemel iuſtificatum fuerit titulum iuriſpatronatus etiam in poſſeſſorio, prout requiritur, quia Concilium præſcribit certam formam probandi iuſpatronatus, & ſi eo modo non probetur, abrogat, & irritat iuſpatronatus, cum quaſi poſſeſſione ſubſecuta, ac proinde, ne iuſpatronatus cadat ſub hoc decreto, illius probatio debet fieri, ſiue agatur poſſeſſorio, ſiue petitorio ſeruata forma Concilij, cum in hac parte Concilium adhæreat opinioni, quod ex præſentatione facta ſine titulo. Patronus cenſeatur in mala fide vera, & propterea non acquirere aliquod ius in poſſeſſione *Alex conſ. 75. num. 47. & ſeq. vol. 4.* non autem illi opinioni, quod quaſi poſſeſſio veniat attendenda, ſi fuerit bona fide quæſita *Dec. conſ. 117. num. 2. verſ. vnde ex iſta Creſcen. dec. 2. de iurepatr. Pute. dec. 56. in Apoſtilla marginali lib. 1. in correct.* quæ bona fides præſumebatur ſi præſentatus ſpatio 20. annorum poſſederat *Puteus loco citato & dec. 237 lib. 2. in correct.*, vnde Concilium tollit iſtam præſumptionem bonæ fidei ex poſſeſſione longi temporis, niſi vlterius iuſtificetur iuxta formam ab eodem præſcriptam, ſiue ex priuilegio, ſiue quocunque alio titulo prætendatur iuſpatronatus.

S V M M A R I V M.

1 Iuſpatronatus a familia potenti, & Magnatibus, & à Dominis habentibus iuriſdictionem temporalem in loco beneficii probari debet ad formam Sac. Concil. Trident.

2 Et ad hunc effectum ſufficit potentia in loco, licet non ſit coniuncta cum iuriſdictione.

3 Iuſpatronatus vniuerſitatis, etiam paruæ præſumitur ex vſurpatione etiam ſine iuriſdictione.

4 Potentia ad hunc effectum ex quibus deducatur, & relinquitur arbitrio Iudicis.

6 Præſumptio vſurpationis inducitur ex ſola potentia, licet non habeat annexam iuriſdictionem.

7 Iuſpatronatus perſonæ potentis non canonizatur per aſſertionem, & ſubſecutam inſtitutionem Ordinarij, niſi prima inſtitutio facta fuerit cauſa cognita.

8 Iuriſpatronatus poſſeſſio, vt legitime acquiratur, quæ requirantur.

9 Iuſpatronatus in perſona potenti, an, & quando ex Papæ enuociatiua iuſtificetur. & quid in perſona priuata.

Sublim. vt num. 10.

Lim. quod admittatur probatio in contrarium quod Papa fuerit male informatus num. 11.

12 Præſumptio vſurpationis non cadit in Eccleſia Domini Caſtri, vel iuriſdictionis.

13 Iuriſpatronatus vſurpationis vitium, quando dicatur purgatum.

14 Præſumptio vſurpationis iuriſpatronatus cadit etiam in perſona priuata ſi haberet cauſam a perſona potenti.

15 Iuſpatronatus etiam in potentibus leuioribus iuſtificatur ſi inter alios, & non Epiſcopum agatur.

16 Præſumptio vſurpationis ceſſat in familia priuata, licet ſit potens in Ciuitate, contr. num. 17.

18 Iuſpatronatus familiæ priuatæ, ſimul cum potenti, vel Vniuerſitate non eſt probandum ad formam Concilij.

An potentia ſine iuriſdictione ſufficiat ad inducendam præſumptionem vſurpationis iuriſpatronatus.

ADNOTATIO II.

1 IVſpatronatus ſi prætendatur à familia potenti, & magnatibus, probandum eſſe eodem modo, & forma, qua à Sacro Concilio Tridentino coarctatur Dominus Caſtri, alijque iuriſdictionem temporalem exercentes in loco beneficij ſæpiſſimè fuiſſe reſolutum magiſtraliter dixit, *Rot. deciſ. 197. num. 30. p. 5. tom. 1. recen. & ſignanter deciſ. 104. lib. 2. alias 1273. lib. 3. p. 3. diuerſ.* vbi ſimpliciter loquitur de iurepatronatus Magnatum, *Achil. deciſ. 4. numer. 10. de iurepatron Creſcen. deciſ. 1. eod. tit. Rot. dec. 843. lib. 3. p. 3. diuerſ.* vbi in fin. ita fuiſſe tentum in familia Vrſinorum, eo quia in familia potenti militat eadem ratio potentiæ, quam in Vniuerſitate, ac proinde, quod iuſpatronatus præſumatur ex vſurpatione, nedum in Dominis, ſed etiam in familia potenti, & ita pluries reſolutum fuiſſe concludit adnotaſſe D. Simonettam, dum erat auditor, *& deciſ. 31. poſt Viuian. de iurepatr.* & de familia Columnenſium *Caputaquen. deciſ. 128. p. 2. dec. 199. lib. 2. diuerſ. late Adden. ad Burat. deciſ. 832. num. 7. & 8.* vbi etiam de familia de Sabellis *Cotta dec. 356. Peregrin. dec. 5. lib. 2. Seraph. deciſ. 952. num. 6.* vbi de Nobilibus Venetis in ſtatu Venetorum, & de familia Caraccioli fuit pariter reſolutum in cauſa *Neapolitana Capellaniæ 29. Ianuarij 1579. coram Eminentiſſ. Card. Lancellotto Seniore,* & de familia Eſtenſi, ſiue de Sereniſſimo Duce Mutinę *Rot. in d. dec. 197. per tot. p. 5. tom. 1.*

2 Et quod ad hunc effectum ſufficiat potentia in loco, quamuis non ſit coniuncta cum iuriſdictione ſatis deprehenditur ex eo quod Sacra Congregatio, pro vt etiam Rota ſæpe cenſuerunt iuſpatronatus

3 vniuerſitatis etiam paruæ, & ſine iuriſdictione in loco, ac etiam Parochianorum præſumitur ex vſurpatione iuxta decretum Sacr. Concilij Trident. *ſeſſ. 25. cap. 9. de reform verſ. in ijs vero*, quia illa dictio plerumque non ſtat reſtrictiuè, vt animaduertit, *Garz. de benef. p. 5. cap. 9. num. 102. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. nu. 63. verſ. quod etiam Pute. dec. 55. & dec. 199. lib. 1. in correct. Mohed. dec. 2. in fin.*

fin. de iurepatr. Creſcen. dec. 1. num. 2. eod. tit. Chiſſanen. dec. 67. in prin. Mantic. dec. 234. & 253. num. 1. Rot. dec. 431. num. 1. p. 1. dec. 199. p. 2. recen. & hoc etiam procedere, etiamſi iuſpatronatus prætendatur à paucis Patnchianis, ſiue vicinis, dixit Rota dec. 196. ſub nu. 36. iuxta reſolutiones in alijs deciſionibus in eadem relatis, facit doctrina Speculat. in tit. de iurepatr. num. 11. late Ferentil. in addit. ad Burat. dec. 832. num. 6.

4 Potentia autem in propoſito caſu deducitur ex diuitijs, amicis, numeroſitate perſonarum, ac familiarium, ac populari exiſtimatione, prout volunt Doctores in l. 1. ne liceat in poten. & in cap. fin. vbi Card. nu. 3. & 5. de alien. iud. mut. cauſ. fact. Rota dec. 197. num. 33. p. 5. tom. 1. vbi nu. 34. quod etiam
5 in indicanda potentia plurimum ſit tribuendum religioni iudicantis, ſeu potius arbitrio Iudicis relinquendum, vt etiam voluit, Bald. conſ. 151. ſub num. 1. verſ. nam illa lex lib. 1. late Ferentil. in adnot. ad deciſ. Burat. 832. num. 7.

6 Ac proinde etiamſi cum potentia non ſit coniuncta iuriſdictio, non tamen excluditur præſumptio vſurpationis arbitrio Iudicis, nam licet verum ſit, quod in habente iuriſdictionē in loco intret præſumptio vſurpationis, non tamen per hoc eſt inferendū, nec eſt vera conſequentia, non habet iuriſdictionem in loco, ergo non intrat præſumptio vſurpationis, niſi quando ceſſante iuriſdictione, ex alijs ceſſat quoque potentia in loco beneficij, ſi æque bene reſultet ex magnitudine perſonæ, diuitiarum copia, familiarium numero, amicorum adhærentia, Populique exiſtimatione, quæ equiualent, ſeu non ſunt minoris efficaciæ, quam ſit ipſa iuriſdictio, vt pulchrè animaduertit, Rot. deciſ. 197. num. 33. & duobus ſeq. p. 5. tom. 1. recen.

7 Amp. vt perſonæ potenti, neque ſuffragetur aſſertio, ac inſtitutio Ordinarij ad eius nominationem ſecuta, neque quaſi poſſeſſio præſentandi quæſita ex præſentatione effectum ſortita, niſi oſtendatur primam inſtitutionem fuiſſe factam cum cauſæ cognitione, vt ex illa bona fides reſultet, & inde ſubſequi poſſit ſecunda inſtitutio in forma valida ob reſiſtentiam Sacri Concilij, & iuris communis, ex quo Eccleſia regulariter libera præſumatur iuxta text. in cap. quoniam de iurepatr. cap. omnes Baſilicæ 16. qu. 7. & in puncto Didacus Spino de teſtam. glo. 4. in fi. bene Valaſch. conſult 163. num. 9. cum ſeq. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. num 48.

8 Ad acquirendam autem poſſeſſionem iuriſpatronatus plura requiruntur, primo quod ille, qui vult præſentare bona fide præſentet, ſecundo quod præſentatio admiſſa fuerit, tertio quod inſtitutus fuerit habitus tamquam Rector in poſſeſſione rectoriæ, quarto quod præſentans credat vti iure ſuo, quinto quod ille, in cuius præiudicium poſſeſſio quæritur, hoc ſciat, & patiatur Calder. conſ. 12. de iurep. Dec. conſ. 129. num. 3. Gig. conſ. 48. num. 42. & conſ. 49. num. 79. & 80. Lambert. de iurepatr. lib. 2. p. 1. qu. 3. art. 10. Paleot. conſ. 680. lib. 3. p. 3. Rot. dec. 687. num. 1. p. 1. diuerſ. deciſ. 197. num. 40. p. 5. tom. 1. recen.

9 Amp. vt neque in perſona potenti iuſtificetur iuſpatronatus ex enunciatiua Papæ in literis expreſſa, quod de iurepatronatus alicuius exiſtat, ſi emanauerit ad ſupplicationem partis, cum hoc caſu, nec tribuat aliquod ius, nec probet iuſpatronatus, de quo principaliter dubitari contingat, ſecus autem ſi facta fuerit motu proprio, & contineat factum proprium ipſius Summi Pontificis ad text. in Clem. fi. in fi. de ſent. excom. Pariſ. conſ. 128. nu. 22. verſ. inſuper lib. 4. Aret. conſ. 23. nu. 8. & ſeq. vbi dicit hoc procedere, etiam ſi ſuper ea fundetur intentio Papæ Dec. conſ. 602. num. 15. late Aymo de antiq. temp p. 1. §. 1 nu. 9. præſertim ſi concurrat intereſſe partis Caputaquen. dec. 337. nu. 5. p. 3. Rot dec. 197. num 70. & ſeq. p. 5. tom. 1. recen. vbi num. 73. & pluribus ſequentibus contrarijs reſpondet prout ſecus etiam eſt in perſona priuata, in quibus enunciatiuę Pontificum in hac materia probant iuxta communem opinionem, de qua pluribus teſtatur Gabr. de probat. concl. 2. nu. 59. Rot. dec. 312. num. 5. vſque ad 18. p. 1. deciſ. 29. nu. 19. p. 7. recen.

10 Sub. vbi agitur de aſſertione Papæ facta motu proprio, & ſuper facto, quod ſibi cauſa cognita innotuerat, & ſuper ea fundatur intentio Papæ, eiuſdem aſſertioni ſtandum eſt, immo ex atteſtatione facta motu proprio à Papa, tamquam plenè informato reſultat probatio plena iuriſpatronatus competentis, etiam habenti dominium in loco beneficij, vt poſt gloſ. tradunt omnes in Clem. 1. de probat. Soc. conſ. 266. nu. 22. vol. 2. Rot. dec. 524. nu. 1. & ſeq. p. 4. diuerſ. & tradunt Doctores plene relati per Gabr. in tit. de probat. conclu. 2. num. 60.

11 Lim. quod contra iſtam probationem, & atteſtationem Papæ factam motu proprio admittatur probatio in contrarium, oſtendendo quod Papa fuerit malè informatus, vt per gloſ. quam ibi omnes Doctores ſequuntur in Clem. 1. verſ. feciſſe narramus de probat. Soc. conſ. 266. nu. 27. vol. 2. Caputaquen. deciſ. 77. p. 3. Rot. dec. 523. nu. 7. & dec. 514. nu. 3. vbi ſubdunt, quod ad hūc effectum afferri debeat probatio certa, & concludens, p. 4. diuerſ. Gabr. in tit. de probat. conclu 2. nu. 61.

12 Lim. verò principalem concluſionem, quod præſumptio vſurpationis non cadat in Eccleſia domina Caſtri, aut iuriſdictionis temporalis, cum ſit iuſtitiæ cultrix, nec connumeranda inter Magnates, quibus cum Ordinarius ob illorum potentiam contradicere non poſſit, oritur præſumptio vſurpationis, quod oppont non poreſt Eccleſię, cum ſemper ſubiecta permaneat ſuo ſuperiori abſque aliqua cōtradictione, nec acquirendo iuſpatronatus bona Eccleſiæ vſurpare præſumitur, prout contra Laicum ſuſpicari poteſt, ex quo eidem Eccleſiæ acquiratur iuſpatronatus, non autem hæredibus Fundatoris, Abb. in c. ad audientiam nu. 12 de Eccleſ. ædif. Felin. in c. cum venerabilis nu. 32. de exempt. Roc. de iurepatr. in verbo & dotauit. qu. 17. nu. 26. & ita etiam reſpondit Sac. Cong. Concil in cauſa Sublacen. Iuriſpatr. ad interrogationem illius Abbatis Domini temporalis iuriſdictionis, quam refert, & ſequitur Rot. deciſ. 401 nu. 7. & plurib. ſeq. p. 5. tom. 1. recen. & comprobat Ferentil. ad Burat. dec. 832. num. 5.

13 Lim. 2. vt iuriſpatronatus vſurpationis vitium ceſſet, ſi quis continuauerit in quaſi poſſeſſione præſentandi ſpatio tanti temporis, quo potuit illa ſuſpicio vſurpationis Ordinariorum diligentia in ſucceſſiuis vacationibus purgari, ceſſante potentia Laicorum, & ſuccedente libera Ordinariorum facultate contradicendi poſſeſſoribus, vt conſiderauit Rot. dec. 401. nu. 12. p. 5. tom. 1. recen.

14 Præſumptio vſurpationis cadit etiam in perſona

priuata

Digitized by Google

priuata, ſi habeat cauſam, a perſona potenti, à qua habuerit iuſpatronatus, cum tranſierit cum ſuo vitio, adeout huiuſmodi titulus neque ratione mutationis ſtatus perſonæ, nec curſu temporis conualidari poſſit, vnde nec ſuffragetur immemorabilis, licet legitimè probata fuerit, ſi conſtet de iniuſto, ac inualido titulo, & infecto principio, vt cenſuit *Sac. Concilij Trid.* Cong. 2. *Aprilis* 1572. *teſte Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. nu. 48. & 49. & tradit Flamin. Pariſ. de confiden. qu. 28. ſub nu. 240. verſ. & illud non prætermittam Molin. de primog. Hiſpanorum lib. 2. cap. 6. a num. 60. vſque ad 74. Caputaquen. dec. 28. p. 1. Greg XV. dec. 410. nu. 0. Rot. dec. 401. num. 11. p. 5. tom. 1. recen.*

15 In probatione iuriſpatronatus non eſt de neceſſitate ſeruanda forma Sacri Concilij, etiam ſi verſemur in potentibus, ſed leuiores ſufficiunt, quando non agitur inter Epiſcopum, & patronum ad effectum conferendi, ſed inter ipſos laicos ad effectum præeminentiarum, vt dixit *Rota dec. 543. num. 2. præcipuè in fi. p. 2. rec.*

16 Ceſſat vlterius præſumptio vſurpationis iuriſpatronatus in perſonis priuatis, non quamuis ſint familiæ potentes in Ciuitate, quia ad hunc effectum ſola potentia prætendentium iuſpatronatus non habetur in conſideratione in priuatis, deficiente iuriſdictione *Gabr. conſ. 192. num. 1. lib. 2. Caualc. d. 89. num. 1. Rota dec* 374. *p. 2. rec.* & ita alias fuiſſe ſæpè reſolutum teſtatur *Ferentil. in adnot. ad Burat. d. 142. num.* 13. & in ſimilibus terminis Dominos de Rangonibus in Ciuitate Mutinæ non eſſe talis potentiæ, vt eis obſtet pactum, quod Emphyteuſis alienari poſſit in nobilem potentem dixit *Rota in Mutinen. Emphyteuſis coram Durano relat. per eundem Adden. ad Burat. dec. 832. num. 7. in fi.* ac proindè, quod hoc caſu non requiratur probatio iuxta formam præſcriptam à Sacro Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. de reform. cap. 9.* ex quo in perſonis priuatis nihil alterauit circa huiuſmodi probationem *Burat. dec. 142. nu. 2. vbi Adden. num.* 14.

17 Verum, quod Rota receſſerit ab hac opinione, & poſtea firmauerit ſufficere ſolam potentiam in loco, licet non ſit coniuncta, cum iuriſdictione, patet ex deciſionibus relatis per *Ferentil. in adnot. ad Burat. dec.* 832. *num.* 6. & ex alijs in principio huius adnotationis *num.* 1. & 2.

18 Si tamen perſona, vel familia priuata haberet iuſpatronatus ſimul cum familia potenti, vel Vniuerſitate non eſſet neceſſaria probatio præſcripta à Sacro Concilio *Menoch. lib. 3. præſumpt. 99. num 15. & 16. Rota dec. 154. num. 7. p. 2. rec. dec. 89. num. 2. coram Card. Caualc. cum alijs per Ferentil. ad Burat. dec.* 142. *num.* 14. *verſ. pratcrea nec etiam.*

SVMMARIVM.

1 Iuriſpatronatus pertinentia probatur ſi quis ſemel admiſſus fuerit ad præſentandum, præcipue ſi non controuertatur exiſtentia num. 2.
3 Iuſpatronatus leuioribus probatur, ſi Epiſcopus non dubitet de eius exiſtentia.
4 Eſt plene probandum contra prouiſum Apoſtolicum.
5 Prout etiam contra Ordinarium, ſecus ſi agat cum perſona priuata.
6 Iuriſpatronatus pertinentia probatur probata deſcendentia à fundatore, cum titulo hæreditario.
7 Iuſpatronatus tranſit cum hæreditate ad quoſcunq; hæredes, & etiam extraneos ſucceſſores; & fæminas num. 10.
8 Iuſpatronatus hæreditarium, non poteſt conuenire, niſi habentibus qualitatem hæreditariam, ſecus ſi non relinquatur cum hæreditate, ſed alteri perſonæ nu. 9.
11 Non eſt tranſitorium ad extraneos, niſi deficientibus vocatis.
12 Extinguitur extincta familia, cui fuit relictum, contrarium quod hoc caſu tranſeat ad alios ſucceſſores num. 13.
14 Fundator iuriſpatronatus nominando extraneos, non cenſetur excludere voluiſſe proprios hæredes, licet expreſsè non fuerit reſeruatum num. 15. ſecus ſi prouiſio ſit facta taxatiuè num. 16.
17 Iuriſpatronatus beneficium reſeruatum ad fauorem certarum perſonarum, eis deficientibus remanet liberum.
18 Fundator poteſt in præiudicium hæredum limitare, & remittere iuſpatronatus.
Lim. procedere ſi vſus fuerit verbis excluſiuis, vel taxatiuis num. 19.
20 Iuſpatronatus familiare, finita familia tráſit ad hæredes, & ſucceſſores extraneos.
21 Pertinet omnibus prouenientibus ex eodem iure. Amp. vt num. 22.
23 Hæredes extranei ad iuſpatronatus quando non admittantur.
24 Pertinentia iuriſpatronatus probatur per confeſſionem partis aduerſæ.
25 Iuſtificatur etiam ſi quis ſit, vel deſcendat ab eo, qui erat in quaſi poſſeſſione præſentandi, Lim. vt num. 29.
26 Iuſtificatur etiam ex præſentationibus effectum ſortitis, præcipuè ſi lis non ſit cum Ordinario num. 27. & ſufficit probare deſcendentiam ab eo, qui erat in poſſeſſione num. 28.
29 Iuriſpatronatus quaſi poſſeſſio in iudicio petitorio ad probandam pertinentiam debet eſſe quadragenalis.
30 Iuriſpatronatus quaſi poſſeſſio defuncti non tranſit in hæredes abſq; apprehenſione.
31 Iuſpatronatus ex fundatione probatur, ſi reperiatur conſtructa Capella in executionem teſtamenti defuncti.
32 Eccleſia fundata ex piorum Aelemoſynis, eſt libera, & non de iurepatronatus, vel Vniuerſitatis, vel ſingulorum.
33 Iuſpatronatus non probatur ex decreto Ordinarii cum Clauſula dummodo conſtituatur dos, ſi de eius conſtitutione non doceatur.
34 Conſenſus Epiſcopi requiſitus ad iuſpatronatus 30. annorum ſpatio præſumitur.
35 Iuſpatronatus Eccleſiæ Collegiatæ, vel Conuentualis non acquiritur, ſine titulo Apoſtolico.
36 Iuſpatronatus quando importet ſucceſſiuum fideicommiſſum inter collectiuè vocatos.
37 Iuſpatronatus fundatum prò proximioribus, non competit, niſi probata proximitate per gradus diſtinctos.
38 Nec ſufficit quaſi poſſeſſio, ſi in petitorio controuertatur. Amp. vt num. 39.
40 Iuſpatronatus relictum ſeniori de familia decedente ſeniori poſſeſſore, non remanet in eius linea, ſed recurritur ad alium de familia ſeniorem.
41 Iuſpatronatus reputatur inter iura honorifica.
42 Non tranſit ad fideicommiſſarios, ſed remanet penes hæredes inſtitutos, & ſucceſſores ex præſumpta mente teſtatoris num. 43.
Lim. ex voluntate teſtatoris num 44.
Lim. procedere in iurepatronatus perſonali, ſecus in reali. & bonis annexo num. 45.
46 Iuſpatronatus tranſit in vſufructuarium omnium bonorum.
Lim. procedere ſi ſit reale, ſecus ſi hæreditarium nu. 49.
47 Præſentatus ab vſufructuario præfertur præſentato ab hærede.
48 Præſentatus ab vxore præfertur præſentato à Marito, ſi rebus dotalibus ſit iuſpatronatus annexum.
50 Præſentatus à Pupillo præfertur præſentato à Tutore.
51 Creditor, qui retinet pignus Vniuerſitatis bonorum non poteſt præſentare, ſi habeat iuſpatronatus.
52 Iuſpatronatus ex priuilegio Apoſtolico, & non Epiſcopi competere poteſt non obſtante poſſeſſione centenaria num. 53.
54 Epiſcopus nõ poteſt beneficium liberum efficere de iurepa-

iurepatronatus. Amp. vt num. 55.

56 Iuſpatronatus ex priuilegio abrogatum fuit à Sac. Concilio Tridentino, exceptis pertinentibus ad Reges, ac Supremos.
Amp. licet in priuilegio dicatur ex fundatione, & dotatione num. 57.
Lim. quod ſupremi Principes non propterea eximantur quin probare teneantur iuſtum titulũ inductiuum iuriſpatronatus num. 58.

59 Iuriſpatronatus pertinentia, an & quomodo præſcriptione acquiratur num. 60. 61.
Amplia quod ex continuatis præſentationibus pèr centum annos acquiritur ex præſumpto titulo fundationis, & dotationis num. 63.
Diſtin. quando agatur inter ſupremos Principes exceptis per Concil. inter magnates ſuſpectos de vſurpatione, & inter priuatos vt num. 64. 65. & 66,
Lim. vt num. 69. & ſequen.

67 Compatronus, vt præſcribat ius alterius Compatroni quid probare debeat.

68 Quaſi poſſeſſio præſentandi deperditur, ſi per decenniũ alium præſentare permittatur.

69 Iuſpatronatus gentilitium in præiudicium ſucceſſorum præſcribi non poteſt, & vnus non poteſt nocere alteri.

70 Amp. procedere etiam ſi ſit ex pacto, & prouidentia.
Lim. ſi ſit hæreditarium, quo caſu anteceſſores poſſunt præiudicare ſucceſſoribus num. 71.

72 Iuſpatronatus in totum per ius accreſcendi acquiri poteſt.
Amp. vt alijs deficientibus totum ius ad ſuperſtitem deuoluatur num. 73.
Amp. vt adeuntibus hæreditatem accreſcat ius non adeuntium num. 74.

75 Iuſpatronatus mixtum non eſt tranſmiſſibile ad nepotes, ſeù ad maſculos ex fæminis.

76 Iuſpatronatus reſeruatum prò ſucceſſoribus de Domo ſua non comprehendit deſcendentes ex fæminis.

77 Lim. ſi primordialiter vocatæ eſſent etiam fæminæ.
Deſcendentes maſculi ex fęminis, quando admittendi ad iuſpatronatus conceptum prò maſculis ibidem.

78 Approbatio iuriſpatronatus ab Ordinario obtenta non facta mentione gentilitię qualitatis non præiudicat.

79 Relatio operatur indiuiduam, expreſſionem omnium contentorum in termino relato.

80 Deſcendentes ex fæminis admittuntur ad iuſpatronatus ſi maſculi ex maſculis, non extent, ſecus extantibus, & concurrentibus num. 81.

82 Amp. vt etiam admittantur ſtante onere iuncto à fundatore deferendi cognomen, & arma.

83 Iuſpatronatus includitur in venditione, ſeu alia diſpoſitione omnium bonorum.
Amp. ita etiam in donatione vniuerſali num. 84. Contra 85. ſed reijcitur num. 86.

87 Ius præſentandi poteſt donari, cedi, & alienari abſq; conſenſu Epiſcopi num. 88.

89 Iuſpatronatus vendita hæreditate tranſit in Emptorem, pro vt etiam ſi vendatur pars num. 90.
Lim. ſi adhæreat rebus vniuerſaliter venditis, vt in venditione Caſtri, ſecus ſi ſit perſonale, & diſtinctum à rebus num. 91.

92 In ſimplici venditione mobilium, & ſtabilium quando comprehendatur iuſpatronatus.

93 Iuſpatronatus, an titulo particulari, vel vniuerſali expreſsè vendi poſſit.

94 Iuſpatronatus eſt indiuiduum, & eſt apud quemcunque in ſolidum.

95 Iuſpatronatus gentilitium in vltimum ſuperſtitem in totum conſolidatur, & efficitur hæreditarium tranſmiſſibile ad eius hęredem num. 96.

97 Lim. ſi in fundatione adiecta eſſent verba taxatiua, cum hoc caſu acquirat libertatem.

98 Sublim. ſi verba taxatiua eſſent reſtricta durantibus agnatis, nam tunc tranſit etiam ad extraneos.

99 Patronus vltimus iuriſpatronatus gentilitij poteſt de eo liberè diſponere.

100 Iuſpatronatus acquiritur tranſuerſalibus, ſi deficiant deſcendentes.

101 Lim. ſi ſit reſtrictum ad deſcendentes tantum, cum vltimus poſſit de eo diſponere num. 103.

102 fideicommiſſarius vltimus de familia poteſt de rebus fideicommiſſarijs liberè diſponere.

104 In iurepatronatus ſuccedere volens, non eſt neceſſe, vt ſit hæres vltimi defuncti, ſed de ſucceſſoribus fundatoris.

105 In iurepatronatus ſucceditur in ſtirpes, & non in capita.

106 Datur repræſentatio, ſi hæreditario iure ſuccedatur, ſecus ſi iure legati, vel gentilitio, ſeu familiari n. 107.
Lim. 2. procedere ſi iuſpatronatus competat ſingulis, vti ſingulis, ſecus ſi vti vniuerſis num. 108.
Lim. 3. procedere niſi obſeruantia ſit in contrarium num. 109.
Lim. 4. ſi omnes de vna ſtirpe vocati ſint vti ſinguli numer. 110.

Pertinentia iuriſpatronatus, an & quomodo probetur.

ADNOTATIO III.

1 PErtinentia iuriſpatronatus redditur facilis, quando de eius exiſtentia conſtat, & ſufficit quod quis ſemel admiſſus fuerit ad præſentandum ab alijs compatronis, tamquam vnus ex illis, per quem ſolum actum effectuatum, ita eidem cenſetur acquiſita poſſeſſio, vt in poſterum poſſit præſentare *Ruin. conſ. 50. num. 10. in fi. lib. 5. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 18. num. 62. verſ. ſeptimo infertur, vbi ita firmaſſe Rot. in Centen. iuriſpatronatus coram Marcomontio.*

2 Amp. præcipuè ſi exiſtentia, & iuriſpatronatus ſubſtantia non controuertatur, ſed ſolum pertinentia, nam hoc caſu leuiores ſufficiunt probationes *Gemin. conſ. 38. num. 3. Rota dec. 675. num. 3. p. 1. deciſ. 548. num. 2. p. 2. dec. 166. num. 11. p. 6. rec.*

3 Pro vt quando Epiſcopus non dubitat de exiſtentia iuriſpatronatus, leuiores probationes admittuntur *Caſſad. dec. 1. num. 7. de probat. Mantic. dec. 244. num. 5. Greg. XV. dec 452. num. 5.* Rot. *dec. 301. num. 9. p. 3. dec. 166. num. 11. p. 6. rec.*

4 Contra tamen prouiſum Apoſtolicum iuſpatronatus eſt plenè probandum Rot. *dec 333. num. 2. p. 1. dec. 224. num. 5. p. 8. rec* & non ſufficit hoc caſu quaſi poſſeſſio præſentandi *Rot. dec. 222. num. 1. & 2. p. 1. rec.*

5 Et licet contra Ordinarium ſit pariter concludenter iuſtificandum, tamen, quod in perſonis priuatis, etiam contra eundem probetur coniecturis, & adminiculis vna cum fama tradit *Ferentil. in adnot. ad Burat. dec. 552. lit. B vbi ita dixiſſe* Rot. *dec. 360. num. 5. p. 2. rec. & in alijs per eundem allegatis.*

6 Rurſus pertinentia iuriſpatronatus bene probatur probata deſcendentia à fundatore cũ titulo hæreditario Rot. *dec. 146. n. 2. p. 2. rec. dec. 152. nu. 4. p. 5. rec.* Siquidem iuſpatronatus tranſit cum hære-
7 ditate, ita vt qui ſuccedit in hæreditate conſequatur etiam iuſpatronatus hæreditarium, ſiue ſit conſanguineus, ſiue extraneus ex ipſa natura iuriſpatronatus tranſeundi ad quoſcunque ſucceſſores, & hæredes, quamuis extraneos *Ancar. conſ. 81. num. 2. Ferret. conſ. 131. circa fin. per text. in cap. cum ſaeculum. de iurepatr. Clement. plures tit. eod. Abb. in cap. 1. tit. eod. Peregr. de fideicom. art. 32. num. 84. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 18. num. 6. & ſeq. Menoch. lib. 4. præſumpt. 99. numer. 3. Azzor. inſtit. moral. p. 6. lib. 6. cap. 20. qu. 19. in medio Caſtr. Palao*

de Relig. p. 2. tract. 13. diſ. 2. punct. 4. num. 2. Seraph. dec. 364. num. 3. & deciſ. 378. num. 1. in fin. Achil. dec. 1. de iurepatr. Penia dec 254. nu. 2. Franc. dec. 60. nu. 10. Rot. *dec. 96 num. 8. p. 6. recen. iuxta aliam dec. 53. num. 3. p. 1. recen.*

8 Ac proindè iuſpatronatus quando eſt hæreditarium, non poteſt conuenire ei, nec eius hæredi, quando in eis deficit qualitas hæreditaria, *Card. in Clem. 2. qu. 7. num. 7. de iurepatr. Dec. conſ. 149. num. 1. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 18. num. 7. Achil. dec. 9. de iurepatr. Lambertin. tract. eod. lib. 1. p. 2. qu. 2. art. 1. num. 22. Decian. conſ. 107. num. 8. lib. 3. Rot. dec 96. num. 1. & 16. p. 6. recen.*

9 Sed hoc limita, quod ad hunc effectum requiratur, vt iuſpatronatus vna cum hæreditate relinquatur, ſecus autem ſi fundator alium hæredem inſtituerit, alijs verò iuſpatronatus reliquerit, nam tunc cum, cohæreat perſonæ, non poteſt tranſire cum hæreditate, cui non cohæret ad notata per *Dec. conſ. 119. col. 1. & 2. & in ſimili animaduertit Pariſ. conſ. 48. num. 6. lib. 4. Seraph. dec. 364. num. 2. & dec. 378. num. 5.*

10 In iuriſpatronatus fundatione, quando nihil eſt dictum, exemptum, vel reſeruatum, vel prohibitum, tunc eſt tranſitorium, & pertinet ad quoſcunque hæredes, & ſucceſſores, etiam fœminas, cum talis ſit natura iuriſpatronatus ſcilicet tranſire ad quoſcunque ſucceſſores, *Anchar. conſ. 81. nu. 2. Ferret. conſ. 131. circa fin. Penia dec. 254. num. 2.*

11 Si verò fuerit conceſſum prò ſe, filijs, & nepotibus, donec ex perſonis vocatis aliquis ſuperſit, ita ad illos pertinet, vt in extraneos alienari non poſſit, ſecus verò deficientibus in eius fundatione cõtemplatis, *Didac. var. reſol. lib. 2. cap. 12. num. 10. Seraph. dec. 378. num. 8.*

12 Quando autem iuſpatronatus ſit familiæ relictũ ea extincta, extinctum quoque cenſetur ius, ſeu pertinentia eiuſdem iuriſpatronatus, *Gemin. conſ. 45. in 3. dub. Roc. de iurepatr. in verb. ipſe viliſ. qu. 33. in fi. Lambert. tract. eod. lib. 1. p. 2. art. 2. & art. 4. num. 6. qu. 2. princ. fol. 132. cum alijs per Seraph. dec. 364. num. 1.* vbi præcipuè ſi Teſtator ſe reſtrinxerit ad familiam, relinquendo illis de familia, nam tunc non poteſt competere alijs non habentibus hanc qualitatem.

13 Sed quod fundans iuſpatronatus prò ſe, & tali familia, non cenſeatur, ex hoc à ſe ipſo, & eius hæredibus abdicaſſe iuſpatronatus, ſaltem præmorientibus omnibus de familia vocata, *Calderin. conſ. 4. de iurep. Garz. de benef. p. 5. cap 9. num. 64. & 67. Rot. dec. 385. nu. 14. p. 1. diuerſ.*

14 Adeout ſi fundator beneficii, ſeu Eccleſiæ, ſi nominet extraneum in Patronum, talis nominatio intelligatur accumulatinè cum ſe ipſo, & hæredibus proprijs, & non priuatiuè, cum non cenſeatur ſe ipſum, proprioſque hæredes excludere voluiſſe, cum prima Charitas incipiat à ſe ipſo, *Ancar. conſ. 81. num. 3. & per tot. Calderin. de iurep. conſ. 4. Lambertin. tract. eod. lib. 1. p 2. qu. 2. art. 4. num. 1. & 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 1. proem. num. 34. Rot. dec. 385. num. 14. & 17. p. 1. diuerſ. dec. 124. num. 10. & 11. poſt Viuian. de iurep. & in Bononien. Beneficij 26. Feb. 1652. §. nec dicatur coram Albergato.*

15 Amp. hoc procedere etiam ſi hoc expreſsè non fuerit reſeruatum, dummodo expreſsè non fuerit remiſſum *per text. in cap. nobis de iurep Staph. de grat. expect. in tit. de modo, & forma impetran. §. de iurep. prærogat. num. 5. Pariſ. de confiden. qu. 28. nu. 231. Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 61. num 14. Garz. de Benef. p. 5. cap. 9. num. 62. Rot. dec. 5. de iurep. in antiq.*

16 Quoniam prouiſio hominis hoc caſu non tollit prouiſionem legis, vnde cum iuſpatronatus de ſui natura ſit tranſitorium ad hæredes extraneos, prouiſio facta de iurepatronatus ſibi, filijs, & certis perſonis, eis deficientibus non excludit eorum hæredes, dummodo non ſit facta taxatiuè, *Ancar. conſ. 81. Calderin. conſ 4. de iurep. Dec. conſ. 149. num. 2. Didac. var. reſol. lib. 2. cap. 18. num. 7. Caſſad. dec. 1. num. 3. de iurep. Seraph. dec. 364. num. 3. Rot. dec. 385. num. 17. p. 1. diuerſ.*

17 Vnde ſi in eius conſtitutione tantum reſeruatum fuerit ad fauorem certarum perſonarum, eis deficientibus, vel non exiſtentibus beneficium remanet liberum, vt dixit *Rot. dec. 254. num. 1. coram Penia.*

18 Poteſt tamen in totum, vel pro parte fundator remittere iuſpatronatus, & limitatè illud inducere in præiudicium hæredum, vel deſcendentium *cap. ſignificauit de teſt. cap. 1. de iurep. in 6. Garz. de Benef. p. 5. cap. 9. num. 63. Rot. deciſ. 385. num. 14. p. 1. diuerſ.*

19 Lim. procedere, ſi Teſtator expreſsè excludat hæredes, vel limitatè, & taxatiuè induxerit ſolummódo pro talibus, ſecus autem quando ſimpliciter expreſſerit, vel nominauerit aliquos Patronos, cum ex hoc non inferatur ſe ipſum ſuoſque hæredes excludere voluiſſe, *Garz. de Benef. p. 5. cap. 9. num. 63. Rot. dec. 385. num. 14. p. 1. diuerſ.*

20 Vnde licet, a Teſtatore fuerit iuſpatronatus relictum illis de familia non tamen per hoc ſequitur, quod veniant excludendi alij hæredes, licet extranei, nam illa verba *de familia* ſtant demonſtratiuè, & non taxatiuè, & quatenus aliquam importarent taxationem, intelligi debet durante familia nominata, ſcilicet vt quandiu fuerit aliquis de dicta familia, ſit Patronus, alias iuſpatronatus reſeruatum prò ſe, & filijs non tranſiret ad hæredes extraneos, ſi non haberent qualitatem filiationis, quod eſt falſum, nam deficiente familia incipit caſus omiſſus a Teſtatore, ſeu Fundatore regulandus iuxta iuris diſpoſitionem ad tradita per *Dec. conſ. 386. num. 6. Seraph. dec. 364. num. 7. vſque ad fin. & dec. 378. num. 5.* vbi Teſtatorem ita diſponendo prouidiſſe vnum caſum tantum, ſcilicet exiſtentiæ familiæ, caſum verò familiæ deficientiæ non conſideraſſe, vnde eſt relinquendum diſpoſitioni iuris communis, *Garz. de benef. p. 5. cap. 9. num. 66. vbi alios allegat. late Genuen. in prax. Archiepiſc. Neapol. cap. 83. num. 1. & 2.*

Amp. vt iuſpatronatus relictum alicui titulo particulari eo extincto non extinguitur, ſed tranſit ad eius hæredes, cum de natura iuriſpatronatus ſit, vt non extinguatur *Seraph. dicta deciſ. 378. num. 4. & 5.*

21 Amp. vt iuſpatronatus pertineat omnibus prouenientibus ex eodem iure *Bellam. dec. 268. num.... Mantic. deciſ. 132. num. 1. in Mutinen. Beneficij 27. Martij 1648. coram Arguelles relat. & ſecut. in Auerſana iuriſpatr. 14. May 1653. §. de vacatione coram Zarate.*

22 Et ſic iuſpatronatus conceſſum Vniuerſitati non poteſt

potrſt tranſire io eos, qui ſunt extra vniuerſitatem, cum non veniant ex eodem iure *Seraph.dec. 364.nu. 2. verſ quarto quia.*

23 Amp. vt hæredes extranei non poſſint admitti ad iuſpatronatus, donec extet aliquis hæres ex familia Teſtatoris, quando vtraque qualitas, nempè quod ſit hæres, & agnatus ex præcepto Teſtatoris requiratur bene *Pariſ. conſ 48. num. 8. & ſeq. lib. 4. Roc. de iurep. verbo ipſe, vel is quæſt. 33. num.73. Lambert. eod. tract. lib. 1. p.2. art. 8. qu. 2. nu.1. & ſeq.Gabr. conſ. 196. num. 2. lib.2. Seraph. dec. 578. nu.8. Rot. dec. 96. num. 16. 17. & 18. p. 6. recen.*

24 Probatur etiam pertinentia iuriſpatronatus per confeſſionem partis aduerſæ, quæ bene probat contra confitentem, eiuſque hæredes, præcipue ſi concurrat quaſi poſſeſſio præſentandi, *Garz. de beneſ. p. 11. c. 2. num. 276. & ſeq. vbi ita firmaſſe Rot. in deciſionibus per eum relatis Pute. dec. 325. num.1.lib. 2. Caſſadar. dec. 7. de iurepatr. Mantic. dec. 350. nu. 10. Rot. dec. 697. num. 2. p. 1. dec. 174. num.1.dec. 349. num. 2. p. 2. deciſ.96. num. 14. & 15. p. 6. recen.*

25 Iuſtificatur etiam, ſi quis deſcendat ab eo, qui
reperiebatur in quaſi poſſeſſione præſentandi, *Vrgellen. deciſ.100. num. 4. Rot. dec. 146. num. 2. p. 2.
dec. 606. num. 5. p. 3. recen. in Florentina Capellæ
26. Aprilis 1619. in prin. coram Pitonano impreſ. poſt
Vinian. de iurepatron. dec. 65. & in Hortana iuriſp.
5. Iannar. 1649. §. cum enim & §. iuſtificatas autem*
26 *circa med. coram Veroſpio*, & ex præſentationibus
antiquiſſimis effectum ſortitis pertinentiam iuriſpa-
tronatus indubitanter probari tradit *Dec. 126. nu.3.*
27 tanto magis, ſi lis non agatur cum Ordinario, ſed
inter ipſos præſentatos, quo caſu leuiores probationes ſufficiunt, *Rot. dec. 176. num. 2. p.4. tom.1. recen. vbi aliæ allegantur.*

28 Amp. procedere abſque eo, quod Patronus arctetur ad vlteriorem verificationem propriæ deſcendentiæ à Fundatore, ſiue ab antiquioribus Patronis *Card. Seraph. dec.1334. num. 8.* Gregor.*XV. dec. 349. num. 1. vbi Add. num. 6.* vbi quod ſufficiat probare tantum deſcendentiam ab eo, qui fuit in quaſi poſſeſſione præſentandi *Rot. dec. 146. num. 2. dec. 224. num. 8. p. 1. dec.274. num.8. p.2. dec.275. nu.7. in fi. p.3. recen. in Hortana Iuriſpatronatus 15. Ianuarij 1649. §. cum enim & ſub §. iuſtificatur autem coram Veroſpio & in Tiraſonen. Cepellaniæ 14. Decemb. 1602. coram Pamphilio.*

29 Lim. quod iuriſpatronatus quaſi poſſeſſio in iudicio petitorio, & pertinentiæ non ſit conſiderabilis niſi fuerit continuata ſaltem ſpatio 40. annorum iuxta text. *in cap. de quarta cum ibi notat de præſcrip. Gemin. conſ. 123. num.3. Paul. de Citad. de iurepatr. p. 6. art. 3. qu. 17.* Lambert. *tract. eod. p. 2. qu. 11. art. 5. nu.1. Rot. dec. 228. num. 3. p. 1. diuerſ. deciſ. 284. num. 8. & 9. p. 1. recen. vbi quod non ſufficit poſſeſſio decennalis.*

30 Lim. 2. in hæredibus, in quibus poſſeſſio defuncti non tranſit abſque apprehenſione, qua non ſecuta, defuncti poſſeſſio ad nihilum ſuffragatur, præcipue ſi abſque eorum interuentu factæ fuerint plures præſentationes, vnde arguitur animus, & voluntas non apprehendendi, *vt l.mitans conſ.Caldar. 10. de iurepatr. tradit Rip. in cap. cum Eccleſia num. 11. in fi. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Rot. dec. 284. num. 9. p. 1. recen. vbi in fi. ſubdit.* quod ſi hæredes non fuerint admiſſi, in omnem euentum remaneat interrupta præſcriptio.

31 Exiſtentia, & pertinentia iuriſpatronatus ex fundatione, & dotatione comprobatur ex teſtamento, vbi teſtator de proprijs pecunijs Capellam conſtrui, & dotari mandauit, cum expreſſa reſeruatione iuris præſentandi ad fauorem ſuorum filiorum, & hæredum, cum exinde in executionem teſtamenti conſtructa, & dotata præſumatur, vt notat *Felin. in c. poſt ceſſionem num. 35. de ſent. & re iudic. Abb. conſ. 54. num.2. lib. 1. Rot. dec. 694. num.1. p.2. recen.& in Hortana iuriſp. 15. Iannar. 1649. §. iuſtificatus autem coram Veroſpio.*

32 Quando vero ex piorum ælemoſinis, & oblationum particularium per ſingulares de Vniuerſitate, Eccleſia fundata fuerit, hoc caſu neque ad ſingulares, neque ad Vniuerſitatem pertinet, ſed Eccleſia remanet libera, *Lambert. de iurepatr. lib.1. p 1.q.7. art. 15. num. 8. & 9. Sanchez. moral. lib. 2. cap. 3. dub.70. num. 6. Coccin. deciſ. 105. num. 7. & 12. Creſcen. dec. 1. de iurepatr. num. 3.* Rot. *deciſ. 609. num. 9. p. 4. tom. 2. recen.* & ratio eſt, quia neque Vniuerſitas, neque ſinguli hoc caſu dici poſſunt dotatores, aut fundatores, ſed benefactores *Abb. in c. 3.n.10.de iurep.Lambert.tit.eod.lib.1.t.1.q.5.art.12. num.2. & qu.6. art.1. nu. 9. & 10. eod. lib. & parte Coccin. dicta deciſ.106. num. 12. in fi.* Et ad hoc vt Vniuerſitati, vel ſingulis de eadem Vniuerſitate acquiratur iuſpatronatus exigitur vt Eccleſia, vel Capella fuerit conſtructa, fundata, vel dotata nomine Vniuerſitatis, aut ſingulorum, vt animaduertit *Rot. dicta deciſ.609. num.8. p.4. tom.2. recen.*

33 Nec ad hunc effectum ſufficit, ſeu ſuffragatur decretum Ordinarij, in quo reſeruetur Vniuerſitati, vel priuatis iuſpatronatus, cum facultate nominandi, dummodo conſtituatur dos ſufficiens, cum ex eo non reſultet probatio effectiuæ dotationis ex publico inſtrumento deſumpta, ſed tantum oſtendatur Epiſcopi conſenſus in reſeruatione iuriſpatronatus neceſſarius iuxta text. *in cap nobis de iurepatr. cap. vero de conſecrat. diſt.1. Coccin. deciſ. 106. num 10. Cauale dec. 265. num. 5. & dec. 336. num. 4. Rot. dec. 311. num. 1. in fi. p. 2. recen. & pulchre fuit dictum in Comen. Parochialis 23. Iannar. 1666. §. nec pro huiuſmodi coram Beuilaqua.*

34 Conſenſus tamen Epiſcopi requiſitus ad iuriſpatronatus reſeruationem, ſpatio triginta annorum præſumitur, *Archid. in cap. nemo verſ. vbi autem dubium de conſecrat. diſt. 1. Roc. de iurepatr. in verb. pro eo quod Diæceſani qu.7. num. 19. Lambert. tract. eod. p. 1. lib. 1. qu. 2. art. 7. num. 2. & ſeq. Coccin. dec.106. num.11. Cauale. dec.265. num.5.*

35 In iurepatronatus Eccleſiæ Collegiatæ, vel Conuentualis, vt acquiratur, non ſufficit docere de fundatione, & dotatione cum licentia Ordinarij, ſed oportet, vt etiam probetur titulus Apoſtolicus ſuper fundatione huius Eccleſiæ neceſſarius, nec ſufficit ſi poſtea à Papa concedatur, nam conceſſio erit merum priuilegium, ex quo à principio tale iuſpatronatus non competebat, & ſic tamquam ex priuilegio erit ſublatum per *Concilium Trident ſeſſ. 25. cap. 9. de reform. ſecundum Gunzal. ad reg. 8. Cancel.glo. 18. num. 92. verſ. neque eſt admittendum facit Rot. deciſ.268. num 7. p. 1.diuerſ.*

36 Iuſpatronatus fundatum cum expreſſa conditione, vt non exeat, vel remaneat, vel conſeruetur in

ſamilia, pertinet tamquam comprehenſiuum omnium de familia, ita vt omnes ab eadem originem habentes vocati cenſeantur, cum dicta verba importent ſucceſſiuum fideicommiſſum inter collectiuè vocatos vt probat Fuſar de ſubſtit. qu. 382. num. 59 ex allegatis per Vinian. de iurep. lib. 4. cap 9. nu. 35. & in puncto Rot. in Bononien. beneficij 26. Feb. 1652. §. nec dicatur coram Albergato.

37 Et quando in iurepatronatu vocati ſint proximiores non poteſt ab aliquo prætendi, qui ſe eiuſdem fundatoris proximiorem non probet per gradus diſtinctos cap. licet ex quadam de teſt. Anchar. conſ 52. num. 7. & 8. Alex. conſ. 82. in prin. lib. 1. Natta conſ. 388. num. 3. lib. 2. Alciat. præſumpt. 8. num. 9. reg. 1. Cephal. conſ. 143. num. 3. & 4. Dec. conſ. 321. num. 161. Tiraq. de retract. lignag §. 1. glo. 16. num. 4. Rota dec. 234 num. 1. p. 1. recen.

38 Amp. præcipuè ſi in iudicio petitorio controuertatur iuſpatronatus, nam tunc proximitas eſt probanda non per quaſi poſſeſſionem proximitatis, ſed plene, & concludenter per gradus diſtinctos Bald. in cap. per tuas num. 4. verſ. item hoc operatur de probat Iaſ. in l. neque poſſeſſio num. 2. C. de teſtam. & de magis communi teſtatur Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 38. num. 2. & 3. Roland. conſ. 49. nu. 48. lib. 4. Rot. dec. 284. num. 2. p. 1. recen. vbi num. 3. & 4. ſubdit quod proximitas ad hunc effectum
39 probata ex parte vnius fratris cenſetur etiam probata reſpectu aliorum fratrum in eodem gradu exiſtentium maximè per ſententiam declaratoriam, quæ ſolet conſtituere ius inter partes, & præiudicate l. ingenuum de ſtatu homin. Surd. dec. 160. nu. 22.

40 Quinimò iuſpatronatus relictum ſeniori de parentela, licet competat parentelæ, tamen quia requirit hanc qualitatem ſenioris, ſi decedat ſenior in quo ſemel habuit effectum, non tranſit ad eius deſcendentes, ſed reuertitur ad alium de parentela, in quo concurrat illa qualitas ſenioris iuxta conſ. Calderin. 48. de quo Lambertin. de iurep. lib. 1. p. 2. art. 33. qu. 2. prin. in fi. ſecutum per Rot. vt in deciſ. relat. per Grattan. diſcept. 218. num. 82. tom. 2.

41 Iuſpatronatus cum reputetur inter iura directa, & merè honorifica cap. quando de iudi. Lambert. de iurep. lib. 1. p. 2. qu. 2. art. 35. num. 1. verſ. ego ma-
42 gis clare, non tranſit ad fideicommiſſarios, ſed remanet penes hæredes inſtitutos, eiuſque ſucceſſores etiam reſtituta hæreditate, & hanc ſententiam vti veriorem ſecuti ſunt Didac. de teſtam. §. 9. num. 8. & var. lib. 2. cap. 18. num. 8. Emanuel. a Coſta in cap. ſi pater p. 2. verſ. Trebellianica num. 4. de teſtam. in 6. Peregrin. de fideicom. art. 6. nu. 37. Anton. Gomez. var. tom. 1. p. 5. num. 29. Ceual. in Specul. commun. opin. qu. 717. num. 4. Craſſ. in §. fideicommiſſum q. 52. Facchin. controu. iur. lib. 10. cap. 94. & lib. 13. cap. 90. Mantic de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 12. num. 6. & 15. Sanchez. reſponſ. moral. dub. 94. num. 2. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 71. num 9. p. 3. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 11. num. 29. & ſeq. Fuſar. de ſubſtit. qu. 634. num. 2. Garz. de benef. p. 5. cap. 9. num 17. & 20. & reprobato Roman. in l. Titius nu. 5. ff ad Trebel. tenet Lambert. de iurep. 2. p. 1. lib. art. 35. num. 1. verſ. tamen prædictis, & hanc opinionem continuo Rota amplexiſſe dixit in Bononien. iuriſp. 23. Ianuary 1640. §. nam licet coram Bubio.

43 Et ratio eſt, quia in fideicommiſſarium tranſeunt ea ſolum, quæ commodum pecuniarum, & bonorum reſpiciunt, non autem ea, quæ reſpiciunt commodum religioſum, & iura honorifica, quæ tantum reſpiciuntur a iurepatronatus, quod procedit non ex ſpeciali natura iuriſpatronatus, & quod ex diſpoſitione legis non ſit tranſmiſſibile ad fideicommiſſarium, cum etiam titulo legati, & fideicommiſſi relinqui poſſit, Merlin. de pignor. lib. 1. cap. 24. num. 13. Rot. deciſ. 675. num. 2. p. 1. dec. 267. num. 4. p. 6. recen. Sed ex præſumpta voluntate Teſtatoris, nempe voluiſſe reſtituere fideicommiſſario bona, & iura afferentia commodum pecuniarum, non autem quæ ad honorem dumtaxat pertinent, Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 12. ſub num. 8. verſ. poſterioris ibi id enim à Teſtatoris voluntate iure præſumpta deducitur Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 12. num. 15. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 11. nu. 17. Viuian. de iurepatr. p. 1. lib. 4. cap. 2. num. 77. & poſt eundem Rot. dec. 24. num. 4. & in Bononien. iuriſp. 23. Ianuary 1640. §. quia tamen coram Bubio.

44 Lim. 1. quod iuſpatronatus ex voluntate Teſtatoris tranſit etiam in fideicommiſſarium, Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 18. num. 6. Lambert. de iurep. lib. 1. par. 2. art. 35. ad fin. Garz. de benef. p. 5. cap. 9. num. 19.

45 Lim. 2. procedere in iurepatronatus perſonali, ſecus autem in reali, & bonis annexo, quia cum tunc ſequatur ipſa bona, & ab eiſdem ſit inſeparabile, tranſit ad fideicommiſſarios, ad quos etiam bona peruenerunt, vt de communi teſtatur, Garz. de benef. p. 5. cap 9. num. 18.

46 Inſuper iuſpatronatus tranſit in vſufructuarium omnium bonorum, quia huiuſmodi legatum intelligitur vniuerſale Lambert. de iurep. lib. 1. p. 2. q. 10. prin. art. 3. in fi. Garz. de benef. p. 5. cap. 9. num. 21. Mantic. deciſ. 141. nu. 13. vnde præſentatus ab vxore
47 relicta vſufructuaria omnium bonorum à marito, eſt præferendus præſentato ab hærede, quia iuſpatronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum, etiam ſine conſenſu Epiſcopi cap. ex literis, cap. cum ſeculum de iurep. & hanc ſententiam poſt longam diſputationem tuetur, Lambert. in tract. de iurep. lib. 1. p. 2. qu. 10. prin. art. 3. & 22. verſ. poſſet etiam dici cum ſeq. Rot. dec. 140. num. 1. & per totam coram Mantica & quamuis Rot. dec. 10. de iurep. in nouis, teneat
48 quod ſi Villa data fuerit in dotem, in qua ſit iuſpatronatus, & maritus, & vxor concurrant in præſentando, præſentatus ab vxore debeat præferri præſentato à viro, licet vir debeat percipere fructus dotis, iuxta text in cap. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. cap. ſalubriter de vſur. l. dotis fructus in prin. ff. de iur. dot. tamen hanc opinionem non eſſe Rotæ deciſionem, ſed opinionem Collectoris animaduertit eadem Rot. d. dec. 140. num. 9. 10. & 11. coram Mantica vbi verſ. ſi propterea ſubdit, quod ſi hæc collectoris opinio eſſet admittenda, vtique poſſet habere locum quo ad maritum, ad quem fructus dotis ſpectant ratione ſuſtentationis onerum Matrimonij, cap. ſalubriter de vſur. l. prò oneribus C. de iur. dot. fructus autem præſentationis ad ſuſtinenda onera matrimonij non pertinent, & ideo ius præſentandi ad maritum non tranſit, ſed apud vxorem debet permanere, Anton. de Butr. in cap. vltim. num. 12. Abb. num. 8. in fi de conceſ præbend. quæ ratio non militat in vſufructuario omnium bonorum, cui generaliter omnes fructus pertinent abſ-

que

que aliqua reſtrictione, ſeu onere alimentorum.
49 Limit. hanc opinionem procedere, quando iuſ-
patronatus eſt bonis annexum, tunc enim vſufru-
ctuario bonorum, quibus iuſpatronatus eſt anne-
xum competit ius præſentandi, & non hæredi, ſeu
Domino, ſecus autem ſi iuſpatronatus eſſet hæredi-
tarium, perſonale, & de perſe, nam tunc non po-
teſt tranſire in vſufructuarium bonorum, quam-
tumuis legatum eſſet vniuerſale, ſicut non tranſit
in fideicommiſſarium vniuerſalem bene *Garz. de
benef. p. 5. c. 9. num. 22. & 24. ex Roccbo, quem al-
legat in verbo ipſe, vel is qu. 28. in fi. num. 64. in
tract. de iurep. Lambert. tract. eod. 2. p. 1. lib. qu. 10.
art. 3. Molin. de Hiſpan. primog lib. 1. cap. 24. nu. 4.
Io. Guttier. de tutelis 3. p. cap. 29. num. 6.*
50 Præſentatus verò à pupillo præferri debet præ-
ſentato à tutore ad notata *per Io. Andream in cap. ex
eo de Cleric. in 6.* in nouella, quia tutor non eſt Do-
minus, nec vſufructuarius bonorum pupilli, nec
ſibi ipſi poſſidet, ſed pupillo *l. 1. §. adipiſcimur, &
ibi Bart. & alij ff. de acquirend. poſſeſſ. ita Rot. dec.
140. num. 11. coram Card. Mantica.*
51 Creditor, cui datum eſt pignus vniuerſitatis bo-
norum, in quo exiſtat iuſpatronatus, licet habeat
facultatem fructus percipiendi, non tamen habet
facultatem præſentandi, quæ ſemper remanet penes
debitorem *cap. cum Bertoldus & ibi not. glo. vlt. de
re iudic.* quia creditor percipit fructus nomine de-
bitoris, eoſque, ſoluto debito, tenetur reſtituere, vel
in ſortem imputare, ſeu cum credito compenſare,
cap. 1. & 2. de vſur. l. 1. & 2. C. de pignorat. action.
fructus autem, qui conſiſtunt in præſentatione, nec
debitori poſſunt reſtitui, nec cum credito compen-
ſari, vt dixit *glo. in d. cap. cum Bertoldus, & ani-
maduertit Rot. dec. 140. nu. 12. cor. Card. Mantica.*
52 Ex priuilegio Epiſcopi iuſpatronatus non poteſt
competere, ſed tantum ex priuilegio Apoſtolico,
*cap. 2. de reb. Eccleſ. non alien. Rebuf. in prax. 3. p.
ſignatura verſ. nec non iuſp. Staphil. de lit. gratiæ de
mod. & form. impetr. §. 1. de iuriſpatr. prærogatina
num. 3. & 4. Roc. de iurep. in verbo pro eo, quod de
diœceſani conſenſu num. 34. Lambert. tract. eod. 1. p.
lib. 1. qu. 10. art. 4. Garz. de benef. p. 5. cap. 9. nu.
128. Rot. dec. 197. num 89. p. 5. tom 1. recen.*
53 Amp. etiam ſi Patronus reperiretur in poſſeſſio-
ne per centum quadraginta annos, vel alio longiſ-
ſimo tempore, cum attento titulo reſultante ex pri-
uilegio inualido centenaria, & longiſſima poſſeſſio
prodeſſe non poteſt ob malam fidem, adeo vt nec
ſuffragetur immemorabilis, quando conſtat de ini-
tio inualido vitioſi tituli, & ita cenſuiſſe *Sac. Cong.
Concilij 2. Aprilis 1573. refert Garz. de benef. p. 5.
cap. 9. nu. 128. & ſeq. Calderin. conſ. vltim. de iurep.
Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. num. 48. Pariſ. de
confiden. qu. 28. num. 280. Rot. dec. 197. num. 90.
p. 5. tom. 1. recen.*
54 Præcipuè ſi beneficium eſſet liberum, vel reuer-
ſum ad priſtinam libertatem, cum nequeat Epiſco-
pus per ſuam donationem, vel conceſſionem redi-
gere in ſeruitutem iuriſpatronatus *Abb. conſ. 106.
num. 4. p. 2. Bero conſ. 4. num. 33. lib. 1. Roc. de iu-
repatr. in verb. prò eo qu. 16. num. 34. Staphil. de
liter. Grat. tit. de modo, & form. impetran. §. ſequi-
tur videre num. 3. & 4. Rot. dec. 318. nu. 7. p. 5. recen.
per textum optimum in cap. 2. ibi bona immobilia, ſeu
iura ipſarum Laycis ſubmittere ſubicere, ſeu ſuppo-
nere abſque Capituli ſui conſenſu, & Apoſtolica Sedis
licentia ſpeciali de reb. Eccleſ. non alien. lib. 6. & ita*
55 *alias firmaſſe Rot.* non obſtante, quod in donatio-
ne fuerit dictum donatarium debere ædificare, ſeu
depingere Capellam, ſi non conſtet antiquam Ca-
pellam eſſe in totum deſtructam prout conſtare de-
bet, vt ex reædificatione dici poſſit acquiſitum iuſ-
patronatus patet *ex deciſionibus relatis per Garz. de
benefic. p. 5. c. 9. num. 130.*
56 Iuſpatronatus verò ex mero priuilegio prorſus
abrogatum fuit à Sacro Concilio *ſeſſ. 25. cap. 5. de
reform.* exceptis patronatibus ſuper Cathedralibus,
alijſque ad Imperatorem, & Reges, ſeu Regna
poſſidentes, alioſque ſublimes, ac ſupremos Prin-
cipes iura Imperij in eorum dominijs habentes per-
tinent, & ita ſæpe declaraſſe Sac. Congregationem,
& firmaſſe Rotam patet ex declarationibus, & de-
ciſionibus relatis per *Garz. de benef. p. 5. cap. 9. nu.
115. & ſeq.* vbi ex Rotę auctoritate comprobat hoc
57 procedere etiam ſi in priuilegio habeatur iuſpa-
tronatus competere non ſolum ex priuilegio, ſed
ex vera, & reali fundatione, & dotatione, cum
non ideo deſinat eſſe ex priuilegio, cum hæc qua-
litas inſit in priuilegio, *& num. 118. Pariſ. de con-
fiden. qu. 28. num. 239. in fi. & 240. Gonzal. ad reg.
8. Cancel. glo. 18. num. 18. 19. & 20. cum alijs per
Beltram. ad Gregor. XV. dec. 397. num. 6. Rot. deciſ.
88. num. 2. & 3. p. 1. in recen.*
Lim. ſi priuilegium fuit conceſſum ex cauſa
onerosa, de quibus Concilium non loquitur, vt ſi
fuerit obtentum ratione ædificationis Eccleſię pe-
nitus dirutæ *Rot. dec. 687. in fi. p. 1. diuerſ. cum alijs
relatis per* Garz. *de benef. p. 5. cap. 9. num. 120. &
ſeq. ſecus autem ex cauſa lucratiua Adden. ad Greg.
XV. dec. 397. num. 6. Seraph. dec. 499. num. 4. &
deciſ. 518.*
58 Lim. 2. quod Concilium præſeruando iuſpatro-
natus præfatorum ſupremorum principum ex pri-
uilegio, licet non ſint ex fundatione, & dotatione
præſumit, quod nihilominus de iurepatronatus
conſtare debeat, ſecundum diſpoſitionem iuriſ
communis, quod non corrigitur quo ad dictos
principes, qui propterea prętendentes iuſpatrona-
tus eſſe ad eorum fauorem præſeruatum per Con-
cilium, etiam quod non eſſet ex fundatione, & do-
tatione, tenentur probare aliquem titulum, de iure
ſufficientem ad inducendum iuſpatronatus, vt be-
ne animaduertit Rot. *dec. 197. num. 86. & 87. p. 5.
tom. 1. recen.*
59 Iuriſpatronatus pertinentia etiam præſcriptione
competere poteſt, *Federic. de Sen. conſ. 134. quem
refert., & exornat Paul. de* Citadin. *de iurepatr. p. 3.
cauſ. 5. num. 5. cum plurib. ſeq. fo. mihi 58.* Rota
dec. 197. num. 87. p. 5. tom. 1. recen. & quod quadra-
60 genaria ſufficiat ad præſcribendum iuſpatronatus
eſt text in *cap. de quarta de præſcript. Couar. in regu-
la poſſeſſor p. 2. cap. 18. Purpurat. conſ. 560. num. 10.*
Rot. *dec. 407. num. 1. p. 1. diuerſ. & dec. 191. nu. 13.
p. 5. recen.* Imo quod iuſpatronatus remaneat præ-
61 ſcriptum, prout aliæ actiones perſonales ſpatio 30.
annorum dixit Rot. *dec. 267. num. 9. p. 6. recen per
text. in l. omnes l. ſicut l. acutiſſimi C. de præſcript.
30. annorum* Gabr. *de præſcript. conclu. 6. nu. 7. Pere-
regr. conſ. 34. num. 14. lib. 1.*
62 Et ex pręſentationibus continuatis per centum
annos acquiſitum remanet iuſpatronatus cum ti-
tulo

ıtio ſecundum tenorem, & vſum præſentationum, ac ſi conſtaret de fundatione, & priuilegio, ex quo ille centenarius decurſus præbet titulum *Caſſad. dec. 7. de probat. Peregr. conſ. 33. num. 12. vol. 1.* Rota *dec. 211. num. 1. dec. 312. num. 4. p. 1. dec. 267. num. 10. p. 6. recen.* & efficit centenarium poſſeſſorem
63 verum Patronum, etiam ſi non fundauerit, neque dotauerit, tum ex præſumpta voluntate ædificantis, tum ex conſenſu, Epiſcopique auctoritate *Calder. conſ. vltim. in fi. de iurep. ſecutum per Lambert. eod. tit. lib. 1. qu. 10. art. 4. in fi.* Rot. *dec. 101. num. 12. p. 6. recen.*

64 Lim. diſtinguendo, quod, aut agitur de perſonis potentibus, ſeu ſuſpectis de vſurpatione, aut de Regibus, & Principibus exceptis per Concilium Tridentinum quo ad iuſpatronatus ex priuilegio competen. aut de perſonis priuatis, ſeu inter compatronos, ſi enim agatur de Magnatibus, & ſuſpectis, de vſurpatione, eis non ſuffragatur præſcriptio 30. vel 40. annorum, ſed requiritur immemorabilis cum præſentationibus effectum ſortitis per ſpatium 50. annorum, vt expreſsè diſponit *Concilium Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. de reform.* & ſupra latè deductis, & infra proximè deducendis.

65 Si verò agatur de Regibus, & alijs perſonis exceptis per eundem Sacrum Concilium, qui ſi nitantur ſola præſcriptione, vt iſto capite poſſint iuuari, debent docere de immemorabili, quæ requiritur in perſona potenti, etiam de iure communi ad effectum allegandi titulum ſufficientem quo ad iuriſpatronatus exiſtentiam, & pertinentiam, vt magiſtraliter dixit, *Rot. deciſ. 197. num. 87. & 88. p. 5. tom. 1. recen. ex ſententia Butr. in cap. dilectus ſub nu. 12. verſ. ſolue dic contrarium, vbi etiam Card. ſub num. 2. qu. 41. præcipue ibi Populus autem de offic. leg. Mohed. dec. 10. num. 1. & 2. de iurep. Achil. dec. 4. num. 4. eod. tit. Pute. dec. 55. dec. 56. & dec. 199. in prin. lib. 1. in correct. Caputaquen. dec. 128. num. 1. & 4. in fi. & num. 5. p. 2. Chiſſunen. dec. 67. incip. Iuſpatr. in magnis Card. Mantic. dec. 89. num. 3. verſ. ſed neque, & dec. 234. num. 1.*

66 Si demum agatur inter perſonas priuatas, ſeu inter compatronos, & tunc procedit concluſio probata tamen ſcientia Patronorum, ſeu aliorum Compatronorum, & docto de præſentatione facta priuatiue quo ad alios compatronos *Calderin. conſ. 12. & conſ. 15. per tot. de iurep. Vrgellen. deciſ. 125. num. 12. & 13. Greg. XV. dec. 452. num. 12. Rota in Bononien. Beneficij 26. Feb. 1652. §. & hoc verſ. ex qua proinde coram Albergato.*

67 Quinimo etiam ad hunc effectum requiritur, quod alij compatroni voluerint præſentare, & quod fuerint reiecti, *Ferret. conſ. 132. num. 3. lib. 1. Rot. deciſ. 30. num. 7. poſt Viuian. de iurpatr. & in Lucanu iuriſp. 29. Ianuar. 1664. coram Ghislerio, cum alijs relatis in Bononien. Beneficij 26. Feb. 1652. §. & hoc verſ. ad hunc enim effectum coram Albergato.*

68 Concurrente tamen acquieſcētia, & patientia Patroni permittentis alium præſentare, quo caſu, quaſi poſſeſſio præſentandi, ſeu nominandi deperditur, & amittitur per decennium, vt egregie firmauit *Rot. in Aſculana iuriſpatr. 7. Iunij 1638. §. vltra corum Card. Panzirolo relat. & ſecut. in Bononien. Parochialis 24. Aprilis 1651. §. ponderatum fuit in fin. coram Meltio.*

69 Lim. in iurepatronatus gentilitio, in quo in præiudicium ſucceſſiuè vocatorum nulla cadit præſcriptio, etiam centum annorum, cum nequeant anteceſſores præiudicare ſucceſſoribus non dum natis, tamquam non currat præſcriptio actioni non dum ortæ, vt animaduertit *Gratian. diſcept. 577. nu. 43. & 44. tom. 3. Peregr. de fideicom. art. 41. num. 16. & 17. Ciarlin. contron. forenſ. 107. num. 61. & 62. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 4. cap. 16. num. 3. fo. 514. poſt Caſtr.* qui fuit auctor huius opinionis *conſ. 465. lib. 2.* Rot. *in Bononien. Beneficij 26. Feb. 1652. §. & hoc in fi. coram Albergato.*

70 Lim. 2. quod aut iuſpatronatus eſt ex pacto, & prouidentia, aut hæreditarium, ſi ex pacto, & prouidentia, vt ſi ſit acquiſitum pro ſe filijs, nepotibus, & alijs de familia, & tunc Patroni, qui neglexerunt præſentare, non poſſunt aliquod præiudicium facere ſucceſſoribus, ſi non ſit primus acquirens *Ferret. conſ. 134. num. 12.* ſi vero ſit hæreditarium ac-
71 quiſitum pro ſe, & hæredibus, & tunc anteceſſores poſſunt præiudicare ſucceſſoribus, præcipuè ſi iuſpatronatus ſit tranſitorium ad hæredes extraneos *Gratian. qui alios allegat. diſcept. 577. num. 41. 42. & 43. tom. 3.*

72 Pertinere etiam poteſt iuſpatronatus per ius accreſcendi, per quod ius in alium transferre poteſt, nam portio portioni accreſcit, & non perſonæ per *text. in l. ſi totum ff. de acquirend. hæred. Corn. conſ. 131. num. 6. lib. 1. Gratian. diſcept. 347. num. 12. Rot. dec. 96. num. 6. & 7. p. 6. recen.* Vnde Iuſpatronatus quando eſt penes duos, vno deficiente totum acquiritur alteri, eique vniuerſum ius deuoluitur per ius accreſcendi, ſeu non decreſcendi *l. commun. liberto ff. de bon. libert. glo. in l. ſi duo Patroni in prin. ff. de bon. libert. Alex. in l. mihi, & Titio ſub num. 5. verſ. ſed contra iſtam fallentiam vbi etiam Iaſ. num. 5. verſ. nec huic fallentiæ ff. de verb. oblig. Pariſ. conſ. 49. num. 20. lib. 4. Rot. dec. 207. num. 1. p. 3. recen.*

73 Prout ſi Teſtator velit, vt præſentatio ad iuſpatronatus relictum familiæ fieri debeat per duos, aut tres de familia, ſi familia reducatur ad vnum tātum, non propterea extinguitur iuſpatronatus, ſed penes dictum vltimum tranſmittitur, & reſidet ius omniū, vt potè quia, licet hoc caſu deficiat prouiſio Teſtatoris, tamen ſubintrat prouiſio legis *Dec. conſ. 386. num. 6. verſ. ſecundo reſpondetur Seraph. deciſ. 378. num. 6. & 7.*

74 Ita etiam ſi aliqui adierint hæreditatem, alij non, ius nominandi reſidet penes illos, à quibus hæreditas adita fuit, tamquam hæreditas non adita remaneat ſopita, quo ad vocem præſentationis ſuæ, & per ius non decreſcendi alijs augetur *Lambert. de iurepatr. art. 5. qu. 4. prin. 2. p. lib. 1. cum alijs relatis per Briſcien. in repert. ad deciſ. Borgnin. verb. Iuſpatr. poteſt ſtare ſub num. 5.*

75 Et quando iuſpatronatus eſt mixtum non comprehendit, nec tranſmittitur ad nepotes, ſeu maſculos ex fœmina, tamquam alterius familiæ, & agnationis, ſed per ius accreſcendi, accreſcit alijs de familia re, & verbis coniunctis ex diſpoſitione Teſtatoris latè Rot. *in Aquilana iuriſpatronatus 1. Februarij 1651. confirmata 12. Iunij eodem anno in prin. & per totam coram Meltio.*

76 Præcipue ſi fundator reſeruauerit iuſpatronatus ad fauorem ſucceſſorum de domo ſua, cum iſtorum appellatione non veniant deſcendentes ex fœminis

§. 1. in-

Digitized by Google

§. 1. inſtit. de legit. agnat. tutel. §. cæterum verſ. ideo
nos de legit. agnat. ſucceſſ. l. pronunciatio §. familiæ ap-
pellatio in fi. §. item appellatur l. familiæ ff. de verb.
ſignif. Surd. conſ. 96. num. 29. verſ. primo quia, Rot.
in citata Aquilana Iuriſp. 12. Iunij 1651. §. aeque
viſa circa med. coram Meltio.

77 Sed hoc limita ſi primordialiter vocatæ eſſent
etiam fœminæ, & deinde deſcendentes maſculi, quo
caſu maſculi quoque ex fœminis venire poſſunt,
ſecus ſi fœminæ vocatæ ſint in defectum maſculorũ
tantum, nam ex tali vocatione elicitur enixa vo-
luntas teſtatoris, ſeu fundatoris, quod extantibus
maſculis familiæ, tamquam magis aptis ad conſer-
uandam agnationem veniant fœminis præferendi,
excluſis maſculis ex fœminis, tamquam de aliena
agnatione bene *Gabr. conſ. 116. num. 12. lib. 2. Dec.*
conſ. 127. num. 10. 17. & 25. lib. 3. Bellon. iun. conſ.
73. num. 4. in fi. & nu. 5. & 6. vt comprobauit Rot.
in dicta Aquilana Iuriſpatr. 12. Iunij 1651. §. neque
ex eo coram Meltio.

78 Si vero in erectione, & approbatione Iuriſpatro-
natus ab Ordinario facta, nulla gentilitiæ qualita-
tis, aut maſculinitatis mentio expreſſa fuerit, ſed
tantum prò hæredibus, & ſucceſſoribus emanaue-
rit confirmatio, non tamen per hoc alteratur vo-
luntas Teſtatoris, ſeu fundatoris quo ad fundatio-
nem iuriſpatronatus gentilitij, præcipuè ſi appro-
batio facta fuerit in executionem dotationis, ac
fundationis cum relatione ad illam, cuius vigore
dicendum eſt factam quoque fuiſſe cum omnibus
qualitatibus in dotatione contentis, & à fundato-
re expreſſis, ex natura relationis, quę operatur in-
79 diuiduam, & propriam expreſſionem omnium con-
tentorum in termino relato *l. toto ff. de hered. inſtit.*
cum alijs deductis per Rot. in Aquilana Iuriſpatr. 12.
Iunij 1651. §. non obſtat coram Meltio.

80 Lim. quod etiam deſcendentes ex fœmina ſunt
admittendi ſi maſculi ex maſculis non extent, ne-
que concurrant, *Rum. conſ. 120. num. 9. lib. 1. Mo-*
lin. de iis nupt. lib. 3. p. 24. num. 213. Mantic. de ta-
cit. lib. 28. tit. 16. num. 13. verſ. item illa regula Rot.
in Hortana fideicom. 22. Iunij 1661. §. eoque fortius
coram R. p. d. Cerro Decano.

81 Secus autem extantibus, & concurrentibus ma-
ſculis, ex maſculis, quia cum deſcendentes ex fę-
mina dicantur de linea fœminina, & non maſculi-
na, non ſunt admittendi *Gratian. diſcept. 902. num.*
22. & ſeq. Rot. in Bononien. fideicommiſſi de Marinis
30. Maij 1659. §. quia propter quod verſ. verum etiã
coram Meltio & 22. Maij 1662. § nam quo ad pri-
mam coram Priolo in Ariminen. Caſtrorum 29. Maij
1665. coram R. p. d. Cerro Decano, & in Bononien.
fideicom. 1. Feb. 1666. in fi. prin. coram Albergato.

82 Lim. 2. quod maſculi ex fœmina non cenſentur
excluſi propter onus iniunctum à Teſtatore deferen-
di, ſeu ſuſcipiendi eius cognomen, & arma, quia
ciuilis agnatio à Teſtatore conſiderata, æque bene
poſſit etiam per alios deſcendentes ex fœmina con-
ſeruari, *Peregr. conſ. 1. num. 11. lib. 5. Larea deciſ.*
Granaten. 34. num. 49. Rot. dec. 6. num. 1. verſ. con-
firmatur hoc p. 1. diuerſ. & in Hortana fideicom, 22.
Iunij 1661. §. fi. coram R. p. d. Cerro Decano.

83 In venditione, ceſſione, ſeu alia qualibet diſpo-
ſitione omnium bonorum, iurium, & actionum
includitur, & venit iuſpatronatus, & in emptorem
tranſit, quamuis eſſet Eccleſiaſticum, vt tradunt
communiter Doctores in *cap. cum ſeculum, c. ex li-*
teris de iurep. Viuian. de iurep. p. 1. lib. 4. cap. 4. ex
num. 16. & ſeq. Roc. de Curt. tract. eod. in verbo ip-
ſe, vel is qu. 22. & verb. ipſe velis qu. 23. Ferret.
conſ. 179. num. 2. Thuſc. in liter. L. conclu. 612.
num. 1. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 13. num. 3. &
4. Faſcus ſingul. 115. Lit. I. Molin. de Hiſpan. pri-
mog. lib. 1. cap. 28. num. 8. Ric. in prax. for. Eccleſ.
dec. 179. in prin. Tiraquel de primog qu. 30. Mantic.
de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 9. a num. 22.
Garz. de benef. p. 5. c. 9. num. 10. cum alijs per Sal-
gad. in laberint. creditor. p. 3. cap. 5. num. 1. & 19.

84 Amp. vt etiam in donatione omnium, & quo-
rumcunque bonorum mobilium, & immobilium,
iurium, & actionum comprehendatur etiam iuſ-
patronatus *Abb. in cap. ex literis num. 12. de iurep.*
Dec. conſ. 127. num. 2. vbi de communi Ferret. conſ.
179. num. 2. Puteus dec. 341. lib. 3. Seraph. dec. 725.
num. 1.

85 Contrarium tenet *Innocen. in cap. ex literis nu. 2.*
& ibi Card. qu. 11. de iurep. Dec. in cap. ſedes num.
3. de reſcript. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 13. num.
4. Lambert. de iurep. lib. 1. p. 2. qu. 5. art. 14. per
tot.

86 Sed hanc contrariam opinionem Innocentij, &
ſequacium communiter eſſe reprobatam ex *Abb. in*
dicto cap. ex literis num. 12. de iurep. dixit *Rot. deciſ.*
725. ſub prin. coram Seraph. vbi quod opinio *Dec.*
loquatur quo ad iura ad certum locum reſtricta,
prout etiam Doctores relati a *Couar.* & opinionem
Lambert. non eſſe veram, & hæc valde notanda eſſe
propter auctoritatem Rotæ Romanæ concludit,
Gennen. in prax. for. Archiepiſc. Neapol. cap. 83. nu.
3. præcipue in fi. Salgad. in Laberint. creditor. p. 3. c. 5.
num. 20. & 21.

87 Et quod ius præſentandi poſſit expreſsè cedi, &
donari, & in genere alienari titulo, etiam onero-
ſo, cum vniuerſitate bonorum, & cum eadem tran-
ſit ad eum, in quo tota hæreditas, vel vniuerſitas
bonorum traſfertur *Lambert. de iurep. in 2. p. lib. 1.*
88 *art. 21. qu. 2. prin. num. 18.* & hoc procedere etiam
abſque conſenſu Epiſcopi tradit *Borgnin. in tit. de*
delict. dec. 31. nu. 15. p. 5.

89 Amp. vt hæreditate vendita iuſpatronatus in
emptorem tranſit iuxta diſpoſitionem textus *in cap.*
ex literis, & cap. cum ſeculum de iurep. quia hære-
ditas eſt quid vniuerſum *l. bonorum 2. ff. de verb.*
ſignif. l. hæreditas ff. de petition. hæredit. ita Hoſtien.
in cap. ex literis de iurep. quem Abb. nu. 13. & com-
muniter Doctores ſequuntur Felin. in cap. cauſam quę
num. 8. de præſcript. & in cap. cum Bertoldus in fin.
de re iudic. Roc. de iurep. in verbo ipſe, vel is q. 22.
num. 40. Couar. lib. 2. var. reſol. quæſt. 18. num. 8.
Ferret. conſ. 179. num. 2. Molina de Hiſpan. primog.
lib. 1. cap. 24. num. 25. Ioſeph. Ludou. in commun.
concluſ. tit. de iurep. concl. 3. Garz. de benef. p. 5. cap.
9. num. 11. Borgnin. in tit. de delict. dec 31. num. 16.
p. 5. fo. mihi 106. vbi quod vendens partem hęre-
90 ditatis, quod tranſeat iuſpatronatus, adeout ius
nominandi faciat tranſitum in ementem, & reci-
pientem partem illius fundi, aut hæreditatis *Iaſ.*
conſ. 431. num. 1. vol. 2.

91 Lim. quod licet iuſpatronatus veniat quando fit
ceſſio, vel alienatio vniuerſalis reſpectu rei, vt quia
fiat venditio de Caſtro, feudo, hæreditate, & ſimi-
libus, quæ ſub ſè verè vniuerſitatem continent,

non tamen tranſit mediante ceſſione, ſeu venditione omnium bonorum iurium, & actionum verbis generalibus, & vniuerſalibus facta, niſi ſub tali ceſſione tale quid vniuerſale vere comprehendatur, cui adhæreat ipſum iuſpatronatus, vt puta villæ Caſtri, ſeu hæreditatis, & ratio eſt, quia quando ſit ceſſio, & alienatio vniuerſalis reſpectu verborum reſoluitur in ſingularitates, & in ſuas ſpecies *Rot. dec.* 1152. *num.* 4. *lib.* 3. *tom.* 3. *diuerſ. & ita etiam firmaſſe Rot. in Lucana iuriſp. coram Litta refertur per Garz. de benef. p.* 5. *cap.* 9. *num.* 12.

92 Vnde quando iuſpatronatus eſt de per ſe principale, & diſtinctum, ſeù perſonale, ſi in hæreditate, ſeu bonis hæreditarijs eſſet villa, ſeu Caſtrum, cui iuſpatronatus adhæreat, & annexum exiſtat, tunc ratione dictæ villæ, ſeù Caſtri in conſequentiam transiret in emptorem hæreditatis iuſpatronatus annexum habentis, vt alijs relatis tradit *Garz. de benef p* 5. *c.* 9. *nu.* 16. *Salgad. in laberint. creditor. p.* 3. *cap.* 5. *num.* 6.

92 Lim. 2. quod in ſimplici venditione bonorum mobilium, & ſtabilium non comprehenditur iuſpatronatus, niſi vlterius proceſſum fuerit ad iura, & actiones vniuerſas, ſub quibus venit, & comprehenditur etiam iuſpatronatus vt comprobat, *Rot. dec.* 725. *num.* 2. & 3. *coram Card. Seraph.*

93 Lim. 3. quod iuſpatronatus de per ſe, & titulo particulari vendi nequeat, quia cum ſit ſpirituali annexum, venditio redditur ſimoniaca, & propterea nulla, quod etiam procedit, ſi in venditione generali eſſet facta ſpecialis mentio de iurepatronatus, ſecus vero ſi in ipſa venditione generali fieret mentio de iurepatronatus per modum declarationis, vt ſi fuerit dictum vendo tibi hæreditatem cũ omnibus iuribus, videlicet iuriſpatronatus &c. nam tunc tranſit in emptorem, vt probat *Viuian. de iurep.* 1. *p. lib.* 4. *cap.* 5. *nu.* 13. & 14. *Barboſ. in cap. cum ſæculum* 13. *num.* 2. *de iurep. Salgad. in laberint. creditor. p.* 3. *cap.* 5. *num.* 5. *Garz. de benef. p.* 5. *c.* 9. *num.* 9. *Borgnin. in tit. de delict. dec.* 13. *num.* 15. *p.* 5. *fo.* 106.

94 Iuſpatronatus verò eſt indiuiduum, & eſt apud quemcumque in ſolidum *glo. in cap.* 1. *vbi Abb. nu.* 6. & 7. *de iurepatron. Rot. deciſ.* 217. *num.* 17. *p.* 6. *recent.*

95 In vltimum tamen ſuperſtitem ex linea familiæ iuſpatronatus gentilitium in totum conſolidatur per ius accreſcendi, ſeu non decreſcendi, *Pariſ. conſ.* 48. *num.* 20. & 23. *lib.* 4. *Lambertin. de iurep. art.* 5. *qu.* 4. *p.* 2. *lib.* 1. *Roc. eodem tract. in verbo ius qu.* 6. *num.* 10. *Bellon. de iure accreſcen. cap.* 6. *qu.* 48. *nu.* 3. & 10. *Andr. in addit. ad ſpeculat. in rub. de feud. col.* 2. *verſ. propter hoc Garz. de benef. p.* 5. *cap.* 9. *nu.* 69. *Gratian. diſcept.* 521. *ſub num.* 55. *Rot. deciſ.* 61. *ſub num.* 2. *dec.* 75. *num.* 3. & 17. *coram Penia deciſ.* 217. *num.* 18. *p.* 6. *recen.* & *in Bononien. Beneficij* 26. *Feb.* 1652. §. *hoc itaque coram Albergato.*

96 Et iuſpatronatus quod antea erat gentilitium, hoc caſu efficitur hæreditarium, & transfertur in hæredem huius vltimi de familia iuxta celebre *conſilium Ancar.* 81. *per tot. Calderin. conſ.* 4. *de iurep. Lotter. de re beneſic. lib.* 2. *qu.* 11. *num.* 11. *Caſſad. dec.* 1. *num.* 3. *de iurep. Seraph. deciſ.* 364. *num.* 3. *dec.* 378. *num.* 1. *Mellin. dec.* 59. *num.* 5. *Rot. deciſ.* 385. *num.* 1. *p.* 1. *diuerſ. dec.* 362. *num.* 14. *p.* 5. *dec.* 166. *num.* 16. & 17. *p.* 6. *recen.* & *in Bononien. Beneficij* 26. *Feb.* 1652. §. *hoc itaque verſ. inſp. coram R. p. d. Albergato.*

97 Limit. ſi in fundatione adiecta eſſent verba taxatiua reſtringentia iuſpatronatus ad homines de familia tantum, nam illis deficientibus iuſpatronatus acquireret libertatem, *Roc. de Curt. de iurep. in verbo ipſe vel is qu.* 32. *in fi.*

98 Subinde ſi verba ſtent potius demoſtratiuè, quam taxatiuè, & licet inducant taxationem, locum tantum habeant durantibus agnatis, nam hoc caſu illis deficientibus, iuſpatronatus tranſit etiam ad extraneos, & non acquiritur Eccleſiæ, *Seraph. dec.* 364. *num.* 9. & 12. *Rot. in Regien. iuriſp.* 27. *Aprilis* 1640. *coram Ghiſlerio,* & *in Bononien. Beneficij* 26. *Feb.* 1652. §. *nec applicatur coram Albergato.*

99 Hinc eſt quod Patronus vltimus iuriſpatronatus gentilitij, ſi amplius non extent vocati de familia, ex quo gentilitia vocatio expirauit, poterit liberè de eo diſponere, quemadmodum primus fundator facere potuiſſet, cum in vltimo poſſeſſore de familia iuſpatronatus aſſumat qualitatem hæreditariam & liberam, & efficitur tranſitorium in quoſcunque ab ipſo vltimo vocatos iuxta *conſ.* 4. *Calderin. de iurep. Ancar. conſ.* 81. *num.* 2. *Ferret. conſ.* 131. *nu.* 10. *lib.* 1. *Pariſ. conſ.* 47. *num.* 21. *lib.* 4. *Seraph. dec.* 364. & 368. *Caſſad. deciſ.* 1. *num.* 3. *de iurep. Rota dec.* 205. *num.* 1. & *per tot. dec.* 384. *num.* 1. & 2. *p.* 1. *diuerſ. dec.* 12. *ſub num.* 1. *deciſ.* 13. *ſub num.* 4. *dec.* 41. *ſub num.* 18. *poſt Viuian. de iurep. deciſ.* 362. *num.* 14 *p.* 5. *dec.* 166. *num.* 16. & 17. *p.* 6. *recen.*

100 Acquiritur verò iuſpatronatus familiæ contentiuæ, hoc eſt tranſuerſalibus, ſi deficiat effectiua, hoc eſt deſcendentes, *Ruin. conſ.* 110. *num.* 14. *lib.* 2. *Card. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib.* 6. *tit.* 15. *num.* 11. *ad tradita per Ancar. conſ.* 27. *Rot. deciſ.* 362. *num.* 13. *p.* 5. *recen.*

101 Limit. hoc non procedere, ſi iuſpatronatus ſit ſolum reſtrictum ad deſcendentes, nam dictis deficientibus, non erit faciendus tranſitus ad tranſuerſales, quia in poſtremo deſcendente iuſpatronatus gentilitium efficitur hæreditarium, qui propterea poteſt de eo diſponere, vt dixit *Rot. dec.* 362. *num.* 14. *p.* 5. *recen. iuxta celebre conſ. Ancar.* 81. *num.* 2. *Pariſ. conſ.* 45. *num.* 21. *lib.* 4. *Ferret conſ.* 131. *num.* 10. *lib.* 1. *vbi poſt Roc. de Cort. dicit* quod non reperijt aliquem tenere contrarium *Caſſad. deciſ.* 1. *num.* 3. *de iurep. Rot. dec.* 364. *num.* 3. & *ſeq. coram Seraph. dec.* 385. *num.* 1. & *ſeq. p.* 1. *diuerſ.*

102 Sicut etiam vltimus de familia poteſt bona, & iura fideicommiſſo perpetuo ſubiecta extraneo hæredi relinquere, vt tradunt *glo. Bart.* & *Doctores in l. in ſolidum* 88. §. *prædium l. cum Pater* §. *libertis ff. de legat.* 2. *Molin. de primog. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 23. *Peregrin. de fideicom. art.* 52. *num.* 2. *Rota dec.* 203. *num.* 1. *p.* 2. *recen.* & in terminis iuriſpa-

103 tronatus vltra ſupra relatos *Rot dec* 12. *ſub num.* 1. & *dec.* 13. *ſub num.* 4. & *dec.* 41. *ſub num.* 18. *poſt Viuian. de iurep.* & *dec.* 363. *ſub num* 1. *p.* 5. *tom.* 1. *recenſ.*

104 In iurepatronatus ſuccedere volentes, ſufficit, ſi ſint hæredes primi fundatoris, ſeu donatoris, mediante perſona ſuorum anteceſſorum, licet non ſint hæredes vltimo loco defuncti, quando iuſpatronatus conſtitutum reperiatur prò ſe filijs, hæredibus, & ſucceſſoribus *Rot. dec.* 217. *num.* 20. *p.* 6. *recen.* ſecundum magis communem opinionem de qua

Clar.

Digitized by Google

Clar. in §. ſeudum qu. 9. num. 5. in fi. Cephal. conſ.
301. *num.* 140. *Iſernia in cap.* 1. §. *hoc quoque de*
ſucceſſione feudi Intrigliol. de feud. qu. 49. *num.* 178.
Surd. conſ. 63. *num.* 22. *conſ.* 108. *num.* 9. *&* 11.
vol. 1. *conſ.* 417. *num.* 23. *vol.* 3. *cum alijs per Blaſ.*
Robles Salſedo de repræſentatione lib. 3. *cap.* 18. *num.*
111. quidquid contrarium poſt multos dicat ipſe
Surd. conſ. 317. *num.* 9. *& conſ.* 475. *num.* 9. *vol.* 4.
105 Succeditur verò in iurepatronatus hæreditario in
ſtirpes, & non in capita *Burat. dec.* 183. *num.* 4. &
106 quemadmodum in hæreditatibus ab inteſtato da-
tur repræſentatio, ita & in iurepatronatus, adeo vt
ſi plures vni patrono ſuccedant vnius loco habean-
tur Clement. 2. *de iurep. & dixit* Rot. *dec.* 77. *num.* 1.
p. 4. *tom.* 1. *late Robles Salſedo de repræſent. lib.* 3. *c.*
19. *nu.* 74. *&* 75. qui alios allegat *Genuen. in prax.*
Curia Archiepiſc. Neapol. cap. 83. *num.* 2. *Gratian.*
diſcept. 521. *num.* 13. *&* 16. *tom.* 3.
107 Lim. procedere, quando hæreditario iure ſucce-
datur, ſecus ſi iure legati, vel donationis, & in
iurepatronatus familiari, vel gentilitio, quia ſi fa-
miliæ iuſpatronatus donetur, aut conſtituatur om-
nes de familia in capita, & non in ſtirpes ſuccedunt
ita ex doctrina *Bald. in l.* 2. *num.* 4. *C. de ſuis, &*
legit. tenet Alex. de Neuo conſ. 63. *nu.* 3. *&* 4. *Aloy-*
ſius Ricc. in prax. rerum for. Eccleſiaſtici deciſ. 210.
num. 269. *Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol.*
cap. 83. *num.* 2. *Blaſius Robles Salſedo de repræſenta-*
tione lib. 3. *cap.* 19. *num.* 76. *Gratian. diſcept.* 521.
num. 17. *&* 18. *tom.* 3. vbi ita firmaſſe Rot. *in deciſ.*
per eum relatis.
108 Lim. 2. procedere quando iuſpatronatus perti-
neat ad ſingulos vti ſingulos, non vti vniuerſos, ſi-
quidem quando competit alicui collegio, ſeu fami-
liæ, vt vniuerſis, fit præſentatio per capita, & non
per ſtirpes, ita *Lambertin. de iurep.* 2. *p.* 1. *lib.* 25.
art. 1. *q. prin. num.* 17. Ric. *dicta dec.* 210. *num.* 269.
verſ. limit. 2. *Genuen. in prax. Archiepiſ. Neapol. cap.*
83. *num.* 2. *verſ. limitatur etiam*, vbi ita firmaſſe
Rota in deciſionibus per eum relatis *Robles Salſedo*
dicto cap. 19. *num.* 77.
109 Lim. 3. quod in iurepatronatus ſuccedatur in
ſtirpes, & non in capita, niſi obſeruantia ſit in
contrarium, Ric. *in prax. rerum fori Eccleſiaſtici dec.*
310. *num.* 269. *verſ. limit.* 2. *& ſeq. Genuen. d. cap.*
83. *num.* 2. *in fi.* ex Rotæ auctoritate, quam allegat
Robles *Salſedo de repreſent. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 78.
Gratian. diſcept. 521. *num.* 17. *&* 21. *tom.* 3.
110 Lim. 4. quod ad hoc vt in capita in iurepatro-
natus vocati cenſeantur illi, quibus ius præſentan-
di reſeruatum fuit, opus eſt, vt Teſtator adiecerit
verba denotantia, quod ſingulariter ſint patroni
omnes illi, qui ſunt de vna ſtirpe, tunc enim non
habentur pro vno, ſed ſuccedunt in capita, puta ſi
vtatur verbo diſtributiuo quilibet, vel ſimili *Ancar.*
conſ. 355. *in* 1. *dub. cum alijs relatis per Gratian. di-*
ſcept. 521. *num.* 15.

SVMMARIVM.

1 Iuſpatronatus etiam titulo conſtructionis acquiritur, etiam ſi expreſsè à Concilio non fuerit reſeruatum num. 2.
Etiam ſi non concurrat titulus dotationis num. 3.
4 Non acquiritur ex Eccleſiæ reparatione, ſecus ſi egeret noua conſtructione.
5 Eccleſia non indiget noua conſecratione, ſi non ſunt diſtructi parietes.
6 Iuſpatronatus non acquiritur ex Eccleſiæ tecti reparatione, & ſimilium.
7 Ex augumento dotis neque acquiritur, licet eſſet depauperata nu. 8.
Nec ſufficit conſenſus Epiſcopi nu. 9.
Secus de licentia Papæ nu. 10. Contr. num. 12.
11 Nec acquiritur ex dotatione de nouo facta, niſi penitus ſit prima dos deſtructa, vel habeat paruam dotem, num. 13. Declar. vt nu. 14.
15 Nec acquiritur ex modicæ ſummæ conſtitutione, nec ex modico legato num. 16.
17 Nec acquiritur ex reductione nemorum, ſeu Terrarum Eccleſiæ ad culturam.
18 Patroni quando dicantur benefactores, & non fundatores num. 19.
20 Iuſpatronatus non acquiritur ex conſtructione, ſeu dotatione neceſſariè facta.
21 Ex gratia Apoſtolica acquiri poteſt ex augumento dotis, conſtito eum effectu præſtitum fuiſſe num. 22. amp. vt num. 25.
23 Amp. etiam non obſtante obſeruantia ſubſecuta.
24 Implementum conditionis plenè eſt probandum.
26 Iuſpatronatus acquiſitum per augumentum dotis, etiam per Papæ conceſſionem ante 40. annos à die confirmationis Concilij, an, & quando validum, & quid poſt confirmationem.
27 Nec acquiritur ex augumento dotis, perinde ac ex dotatione vbi augumentum non excedit medietatem.
28 Amp. vt nec hoc caſu ſuffragetur quaſi poſſeſſio præſentandi.
29 Nec acquiritur per reſtaurationem ab eo, qui tenetur ad onus fabricæ, præcipue nulla facta declaratione.
30 Nec acquiritur in Eccleſijs Regularium, niſi ex priuilegio Apoſtolico.
Lim. 1. procedere ad effectum præſentandi, ſecus quo ad ius honorificum nu. 31.
Lim. 2. procedere in fundatione Eccleſiæ, in conſtitutione vero dotis primæ æquipollentis ſufficit in eius limine interuenire priuilegium num. 32.
Lim. 3. vt huiuſmodi priuilegium in antiquis, ſtante obſeruantia præſumatur interueniſſe nu. 33.
34 Iuſpatronatus ex augumento dotis dicitur ex priuilegio.
35 De iure communi non competit, niſi ex fundatione, dotatione, & totali refectione.
36 An, & quando ex fundi tantum collatione acquiratur, vſque ad num. 40.
41 Fundans, dotans, & conſtruens fiunt Patroni, licet non ſibi reſeruauerint iuſpatronatus.

Iuſpatronatus, an & quando ex conſtructione, reſtauratione, & augumento dotis acquiratur.

ADNOTATIO IV.

1 IVſpatronatus licet ex diſpoſitione Concilij pro-
betur, vel ex fundatione, vel dotatione, poteſt
etiam probari, nec excluditur quod competat,
etiam ex conſtructione, licet non fuerit expreſsè re-
ſeruatum *Zerula in prax. Epiſcop. p.* 1. *in verb. Iu-*
riſp. §. 2. *verſ.* 3. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. glo.* 18.
num. 50. *Garz. de beneſ. p.* 5. *cap.* 9. *num.* 36. *Bar-*
boſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 25. *cap.* 9. *de reform. num.* 1.
verſ. ex fundatione. Vnde ſi probetur titulus con-
2 ſtructionis, licet expreſsè non exprimatur à Conci-
lio, nihilominus ſufficeret, & ſatisfactum eſſet il-
lius diſpoſitioni ad effectum inducendi ſufficientem
iuriſpatronatus probationem *glo* 1. *in cap. pia men-*
tis 16. *qu.* 7. Lambertin. *lib.* 1. *p.* 1. *qu.* 2. *art.* 2. *nu.*
3. *& ſeq. Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. glo.* 18. *num.* 52.

Caputaquen. dec. 133. p. 2. Caſſador. dec. 6. de iurep. num. 7. & per tot. Rot. deciſ. 598. num. 1. p. diuerſ. dec. 205. num. 2. & 4. dec. 336. num. 2. deciſ. 378. num. 1. coram Card. Cauale. & dec. 674. num. 1. p. 2. dec. 89. num. 2. p. 6. recen. iuxta firmata dec. 75. nu. 3. p 4. tom. 1. deciſ. 630. num. 51. eadem p. 4. tom. 3. deciſ. 510. num. 2. p. 3. recen.

3 Amp. procedere etiamſi non concurrat titulus dotationis, qui prò acquirendo iurepatronatus non eſt neceſſarius, cum etiam ſufficiat conſtructio Capellæ, ſeu altaris *Lambert. de iurep. 3. qu. 1. p. num. 5. Rot. dec. 170. num. 5. p. 3. recen.*

4 Lim. 1. vt ex reparatione, ſeu reædificatione non acquiratur iuſpatronatus, niſi reædificatio eſſet neceſſaria, ex quo Eccleſia eſſet adeo diruta, vt noua egeret conſecratione *glo. in cap. quoniam verb. fundationis de iurep. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18.*
5 *num. 53.* etenim Eccleſia, quæ ob eius deſtructionem non egeat noua conſecratione, non æquiparatur Eccleſiæ deſtructæ, funditusque collapſæ, adeo vt ſi non ſint diruti, & collapſi parietes, licet eſſet deſtructum tectum, noua conſecratio non eſt neceſſaria *cap. ligneis de conſecrat. Eccleſ. vel Altar.* vt in puncto animaduertit *Rot. dec. 306. num. 3. & 4. p. 1.*
6 *diuerſ.* & propterea tecti, & ſimilium reparatio non eſt ſufficiens ad acquirendum iuſpatronatus, vt etiam tenent, *Lambert. de iurep. p. 1. pri. lib. 6. art. 6. quaſt. prin. Roc. de iurep. in verb. & conſtruxit n. 12. Bero in cap. quoniam num. 55. & 56. Cauale. dec. 359. num. 9.* & patet ex alijs deductis per *Garz. de benef. p. 5. cap. 9. num. 127. Rot. dec. 510. num. 4. in fi. p. 3. recen.*

7 Lim. 2. vt iuſpatronatus nec acquiratur ex augumento dotis Eccleſiæ ædificatæ, & conſecratæ etiam cum conſenſu Ordinarij, ſed requiritur quod in totum Eccleſia dotetur *glo. in cap. pia mentis 16. qu. 7. vbi Aucar. num. 3. & 4. Turrecremat. num. 6. Zerula in prax. Epiſcopal. 2. p. verb. inſp. §. 1. Roc. de iurep. verb. & dotabit. qu. 2. num. 4. & quaſt. 3. Lambert. tract. eod. lib. 1. p. 1. qu. 6. art. 1. num. 1. & 2. & art. 2. num. 11. Abb. conſ. 59. num. 3. & conſ. 106. num. 4. lib. 2. Federic. de Sen. conſ. 234. ad fin. Garz. de benef. p. 5. cap. 9. num. 122. Rot. dec. 457. num. 18. & dec. 528. num. 2. p. 1. diuerſ. Rot. deciſ. 75. num. 4. p. 4. tom. 1. dec. 318. num. 5. p. 5. recen.*

8 Quod procedit etiam ſi Eccleſia fuerit depauperata *Card. in cap. quoniam qu. 1. de iurep. Roc. tract. eod. tit. verb. prò eo qu. 3. num. 5. Rot. dec. 528. nu. 2. dec. 457. num. 18. p. 1. diuerſ. deciſ. 318. num. 6. p. 5. recen.*

9 Et ratio eſt, quia non videtur æquum Eccleſiam liberam ex ſolo augumento dotis in ſeruitutem redigere, & ſubijcere iuripatronatus, etiam accedente Epiſcopi conſenſu *Abb. conſ. 106. num. 4. p. 2. Roc. de iurep. qu. 16. num. 34. in verbo pro eo Staph. de lit. gratia tit. de modo, & form. impetran. §. ſequitur videre num. 3. & 4. Bero conſ. 4. num. 33. lib. 1. Rot. dec. 630. num. 59. p. 4. tom. 3. dec. 318. num. 7. p. 5. tom. 1. recen. per text. optimum in cap. 2. de reb. Eccl.*
10 *non alien. in 6. ibi bona immobilia, ſeu iura ipſorum Laicis ſubmittere, ſubicere, ſeu ſupponere abſque Capituli ſui conſenſu, & Apoſtolicæ Sedis licentia ſpeciali.*

11 Lim. 3. vt neque ex dotatione de nouo facta, niſi probetur primam dotem deductam fuiſſe de eſſe, ad non eſſe, & quod Eccleſia penitus remanſiſſet indotata, vt colligitur ex eodem *Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. de reform. in fi. Bero conſ. 4. num. 26. vol. 1. Pariſ. de confiden. qu. 28. num. 240. ad fin. verſ. & illa verba poſita Garz. de benef. p. 5. cap. 9. nu. 122. in fi. ex Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. nu. 53. verſ. pro vt etiam* Rot. *deciſ. 630. num. 60. p. 4. tom. 2. recen.*

12 Contrarium quod ex augumento dotis acquiratur iuſpatronatus, & per Concilium non tollatur præſertim, quando appareat augumentum factum in euidentem vtilitatem, *Rota in Tiraſon. iuriſpreſentandi penes Garz. de benef. p. 5. cap. 9. nu. 84.* prout etiam, quod ex dotatione acquiratur iuſ-
13 patronatus quando Eccleſia parum habeat, & commodè dotata non reperiatur *Abb. conſ. 28. p. 2.* prò qua etiam videtur facere *Concil. Trid. ſeſſ. 14. de reform. cap. 12. ibi ſeu iam erectam &c.* Sed quod
14 hoc intelligi debeat ex priuilegio Apoſtolico tradit idem *Garz. loco citato num. 123. in fi.*

15 Lim. 4. vt ex modica dotis conſtitutione non acquiratur iuſpatronatus, *Rota dec. 630. nu. 61. p. 4. to. 2. recen.* pro vt etiam nec ex legato modicæ ſum-
16 mæ, cum requiratur ſufficiens aſſignatio pro miniſtris, & alijs neceſſarijs, *glo. in cap. ad audientiam il primo num. 4. de Eccleſ. ædiſ. Lambert. de iurep. lib. 1. p. 1. qu. 5. art. 12. num. 1. Rota dec. 101. num. 11. p. 6. recen.*

17 Lim. 5. vt Eccleſia dotata non dicatur ex reductione nemorum, & terrarum Eccleſiæ incultarum ad culturam ad effectum acquirendi iuſpatronatus, ſeù ius præſentandi, *glo. in cap. pia mentis 16. qu. 7. Rota dec. 306. num. 5. p. 1. diuerſ. dec. 510. num. 5. p. 3. recen.*

18 Et ratio eſt quia ſimilia peragentes cenſentur potius benefactores, quam dotatores, *Io. Andreas in cap. 1. ſub num. 8. verſ. alias autem de iurep. Abb. in cap. 3. num. 10. & Bero num. 89.* vbi de magis communi *est. eod. idem Abb. conſ. 59. num. 2. verſ. vnde ſi quis, & conſ. 106. ſub num. 2. verſ. 1. enim p. 2.* Roc. *de iurep. verſ. & dotauit quaſt. 6. num. 9. Lambert. tract. eodem lib. 1. p. 1. qu. 6. art. 1. nu. 9. cum plurib. ſeq. & num. 29. Seraph. dec. 1103. num. 1. Rot. dec. 167. num. 3. p. 2. diuerſ. dec. 630. num. 58. p. 4. tom. 3. recen.* iura enim indulgent iuſpatronatus dotanti non benefactori, *Viuian. de iurep. p. 1. lib. 2. cap. 5. num. 3.*

19 Immò quando non conſtat bona donata Eccleſiæ fuiſſe data pro dote, donans dicitur potius Benefactor quam Patronus, & ditator, quam dotator, *Abb. in cap. quoniam num. 10. de iurep.* Roc. *in verbo & dotauit num. 9. Seraph. dec. 1103. nu. 1.*

20 Lim. 6. vt iuſpatronatus, non acquiratur ex conſtructione, ſeu dotatione neceſſariè, & non voluntariè facta, quia iſta neceſſitas excludit omnem liberalitatem, *l. rem legatam ff. de adimen. legat.* non autem dicitur præſtare beneficium, qui debitum impendit *l. ſi ſeruo ff. de hæred. inſtituen.* etenim iure ſpeciali inductum eſt, vt Laici ſint capaces iuriſpatronatus, nempè vt inuitentur, & alliciantur ad dotandas Eccleſias, cuius reſpectu æquum eſt, vt eiſdem reſeruetur ius honorificum iuriſpatronatus, ſeu iuris præſentandi, quæ ratio ceſſat, & non militat, vbi concurrit neceſſitas ad conſtruendum, & dotandum, ita Lambert. *de iurep. p. 1. lib. 1. 4. q. prin. art. 7.* Rot. *dec. 167. num. 5. & 6. p. 2. diuerſ. Greg. XV. deciſ. 397. num. 2. vbi Add. num. 5. cum*

aliis

clijs per Ferentil. in adnot. ad Burat. deciſ. 21.
num. 26.

21 Lim. 7. vt iuſpatronatus conceſſum ex gratia
Apoſtolica ſub conditione augumenti dotis, non
dicatur acquiſitum, niſi probetur augumentum rea-
liter, & cum effectu præſtitum fuiſſe, cum dicta
conditio inducat formam *Bald. in auth. Matri, &*
Aniæ nu. 8. C. quando mul. tut. offic. fung. poteſt Dec.
conſ. 77. in prin. Neuiz. *conſ. 50. num. 13.* Nec com-
22 probatum remanet, niſi prius iuſtificetur ſtatus de
tempore conceſſionis iuriſpatronatus *Garz. de beneſ.*
p. 5. cap. 9. num. 126. Mantic. dec. 257. num. 1. &
per tot. & dec. 314. nu. 1. & ſeq. Rot. dec. 630. num.
68. & ſeq. p. 4. tom. 2. recen. ex Verol. dec. 330. p. 3.
Seraph. dec. 952. nu. 1. & 2.

23 Nec ad hunc effectum ſuffragatur præſumptio,
quæ poteſt oriri ex obſeruantia ſubſecuta ex dedu-
ctis in *dec. 534. p. 1. diuerſ.* quia quando agitur de
24 implemento conditionis, exigitur plena probatio,
licet ſecus ſit, ſi tantum agatur de iuſtificanda gra-
tia, vt in citata deciſione, vbi non de implemento,
ſed tantū de gratiæ iuſtificatione, controuerſia verte-
25 batur, & hoc præcipuè procedit in perſonis, in qui-
bus ratione potentiæ ceſſet præſumptio in contra-
rium, vt bene ponderauit, *Rot. dec. 630. num. 69.*
& plurib. ſeq. p. 4. tom. 3. recen. Seraph. dec. 952. nu.
1. & 2. & per tot.

26 Iuſpatronatus acquiſitum per augumentum do-
tis etiam per Papæ conceſſionem ante 40. annos à
die confirmationis Concilij numerandos validum
eſt, ſi verò eſt acquiſitum intra annos 40. poſt di-
ctam Concilij confirmationem Epiſcopus vti Apo-
ſtolicæ Sedis delegatus illud examinare poteſt, & ſi
in euidentem vtilitatem factum non inuenerit reuo-
care debet, facta tamen reſtitutione illius, quod hoc
nomine datum fuit, *Gabr. conſ. 195. lib. 1. & ita*
cenſuiſſe Sacram Congregationem Concilij, & ſæpe fir-
maſſe Rot. patet ex declaratione, & deciſionibus rela-
tis per Garz. de beneſ. p. 5. cap. 9. à num. 124. vſque
ad 127. Rot. deciſ. 4. num. 4. p. 2. recen. cum alijs per
Adden. ad Greg. XV. dec. 397. num. 6. ſub verſ. præ-
dicta indubitanter ibi non tamen cadit, vbi in fine
ſubdit quod iuſpatronatus ex augumento conceſ-
ſum etiam infra 40. annos dicatur habere implici-
tam ſtatum validitatis, adeout donec non reuidea-
tur, & iudicatum fuerit Eccleſiæ damnoſum, &
per Ordinarium reuocetur admitti debent præſen-
tationes patronorum *Rot. dec. 4. ſub num. 5. p. 8. in*
recen.

27 Iuſpatronatus non acquiritur ex augumento do-
tis perinde, ac ex dotatione, vbi augumentum non
excedit medietatem *glo. in cap. piæ mentis in verſ. pa-*
tronorum 16. qu. 7. Abb. conſ. 59. lib. 2. Roc. de iu-
repatr. in verſ. dotauit qu. 2. & 3. Rot. dec. 510. nu.
3. p. 3. recen. vbi alia allegantur.

28 Quod adeò verum eſt, vt nec quaſi poſſeſſio præ-
ſentandi vna cum dicto augumento ſuffragetur,
quia huiuſmodi quaſi poſſeſſio nitatur titulo inua-
lido, & inſufficienti, redditur propterea eodem vi-
tio infecta, vt non poſſit plus operare, quam poſ-
ſit cauſa, à qua procedit, vt benè animaduertit,
Rota in d. dec. 510. num. 3. in fin. p. 3. recen. & in
alijs in eadem relatis.

29 Nec iuſpatronatus acquiritur ex reſtauratione,
quando reſtauratio fuit facta per Rectorem, qui te-
netur ad onus fabricæ iuxta diſpoſitionem textus
in cap. de redditibus Eccleſiæ cum duobus ſeq. 12. q. 2.
& ideo de huiuſmodi reſtauratione non eſt habenda
ratio, & quatenus etiam Rector de proprio reſtau-
rauerit, nullamque declarationem fecerit cenſetur
ſolum benefactor, *Abb. in cap. 3. num. 10. de iurep.*
Lambert. eod. tract. lib. 1. p. 1. qu. 5. art. 12. num. 2.
& qu. 6. art. 1. & 10. Rot. *dec. 510. num. 4. par. 3.*
recen.

30 In Eccleſijs Regularibus, ſeu Conuentualibus,
ſiue ex fundatione, & dotatione, ſiue ex conſtru-
ctione non acquiritur iuſpatronatus, niſi quatenus
doceatur de priuilegio Apoſtolico in limine funda-
tionis, cum repugnet mendicitati, & fratres de
Capellis exiſtentibus in eorum Eccleſijs poſſunt ad
libitum diſponere, *late Ancar. conſ. 1 ; t. num. 1. &*
2. per text. in cap. nobis §. cæterum de iurep. & ibi
Abb. num. 9. & alij & ſignanter glo. in verb. de ſua
iuriſdictione Spada conſ. 28. num. . . tom. 2. Tondut.
num. 5. tom. 1. fo. 124. Mobed. dec. 10. num. 5. verſ.
ratio eſt de iurep. Pute. dec. 382. lib. 2. in correct. Se-
raph. dec. 1305. num. 5. Rot. dec. 210. num. 10. p. 5.
tom. 1. dec. 593. num. 6. eadem p. 5. tom. 2. dec. 29.
num. 9. p. 7. recen. & in Pampilonen. Vicariæ 23. Maij
1653. §. ſi. coram Meltio prout etiam ſæpe firmauit
vt patet in alijs *dec. 572. num. 1. & 573. num. 3. p. 4.*
diuerſ. & dec. 218. num. 37. p. 6. recen.

31 Lim. procedere quando agitur de iuriſpatrona-
tus acquiſitione ad effectum præſentandi, ſecus au-
tem ad effectum acquirendi ius tantum honorificū,
Rot. *dec. 210. num. 11. p. 5. tom. 1. dec. 593. num. 6.*
in fi. eadem p. 5. tom. 2. rec.

32 Lim. 2. procedere quando fundatur Eccleſia,
nam tunc exigitur priuilegium Apoſtolicum in
limine fundationis, ſecus verò ſi ex poſt facto Pa-
pa reſeruat iuſpatronatus per priuilegium ex cau-
ſa dotationis æquipollentis primæ dotis, quia tunc
ſatis ſit in limine dotationis interuenire huiuſmodi
priuilegium reſeruationis patronatus, *Rot. dec. 29.*
num. 16. 28. & 29. p. 7. recen.

33 Lim. 3. vt huiuſmodi priuilegium ex obſeruan-
tia, & præſentationibus ſubſecutis præſumatur in-
teruenisse in limine fundationis præcipuè ſtante an-
tiquitate temporis *Angel. & alij in l. ſciendam de*
verb. oblig. Felin. in cap. ſicut de re iudic. Pute. dec.
345. lib. 1. in correct. & in terminis iuriſpatronatus,
Abb. in cap. iura de iurep. Dec. conſ. 135. Rot deciſ.
218. num. 38. p. 6. & dec. 29. num. 10. p. 7. recen.

34 Tanto magis ſi agatur de augumento dotis facto
Eccleſijs, vel Capellis Regularibus, vel Conuen-
tualibus, quia generaliter iuſpatronatus ex augu-
mento dicitur iuſpatronatus ex priuilegio *Seraph.*
dec. 518. num. 1. & 2. Rot. deciſ. 58. num. 5. p. 1.
35 *recen.* cum de iure communi non competat, niſi ex
fundatione, & dotatione, vel ex totali refectione
iuxta tradita *in cap. 3. de iurep. Rot. dec. 311. nu. 1.*
p. 2. recen. Non tamen per hoc cadit ſub derogatio-
ne Concilij *Gabr. conſ. 195. nu. 2. Seraph. dec. 499.*
in fi. & comprobat. Beltram in addit. ad Gregor. *XV.*
dec. 397. num. 6. verſ. prædicta indubitanter.

36 Acquiritur quoque iuſpatronatus ex collatione
fundi pro conſtruenda Eccleſia, vel ædificanda Ca-
pella, dummodo cum ipſo fundo transferatur to-
tum dominium, ſecus autem ſi Dominus fundi
vellet retinere penes ſe aliquod dominium puta di-
rectum, vel in limine erectionis reſeruaret ſibi cen-
ſum ſuper Eccleſia, vel daret fundum in emphy-

tenſim reſeruato ſibi certo canone annuatim ab eadem Eccleſia exigendo, quæ cum deſignent reſeruationem diuerſi dominij, & denotent diuerſum titulum lucratiuum, & Domini fundi liberalitatis penitus excluſiuum, meritò quoque ſequitur, vt à iuriſpatronatus conſecutione excludatur laté, *Maſ-ſebr. in prax. habend. concurſ. ad Paroch prælud. 7. num. 13. per tot. ex Gail. Io. Andr Lambert. & alijs quos allegat. Barboſ. in Concil. Trid ſeſſ. 14. de reform. cap. 12. num. 3. Viuian. de iurep. p. 1. lib. 2. cap. 1. num. 2 & 5. per textum in cap. nobis vbi Doctores de iurep.*

37 Vnde faciens ſuis ſumptibus Eccleſiam, vel Capellam in fundo alterius, vel eiuſdem Eccleſiæ non erit ſolus Patronus, ſed etiam Dominus fundi, vel ipſa Eccleſia eiuſdem fundi Domina erit compatrona, & concurrere debet ad præſentandum ratione fundi collati. ita *Abbas in cap. ad audientiam num. 11. de Eccleſ. ædifican.* dicens non eſſe ab alio tactum, & eſſe notandum, quia in multis locis propter inaduertentiam non ſeruatur cum alijs relatis per *Garz. de benef p. 5. cap. 9. num. 39. & 40. tom. 1. Viuian. de iurep. p. 1. lib. 1. cap. 2. num 46.*

38 Qui autem fundum dat, vel aſſignat, vt Eccleſia conſtituatur, dicitur fundare Eccleſiam conſtruere vero dicitur, qui ipſam conſtruit, vel ædificat, vel ſuis ſumptibus conſtruere, vel ædificare facit, iuxta *text. in cap. Abbatem el 2. 18. qu. 2. cap. nobis 25. de iurep. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 14. de reform. cap. 12. num. 3. Garz. de benef. p. 5. cap. 9. num. 39.*

39 Lim. 1. quod à Domino fundi non acquiratur iuſpatronatus ſi eidem fuerit ſolutum pretium ita *Garz. de benef. p. 5. cap. 9. num. 42.*

40 Lim. 2. ex conſuetudine introducta, vt ſcilicet ponens fundum non ſit Compatronus, ſed ius præſentandi tantum ſpectet conſtruentibus, & dotantibus *Garz. loco proxime citato num. 41.* vbi ita ſeruari in Hiſpania, vt etiam teſtatur *Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 14. de reform. cap. 12. num. 3. circa med.*

41 Fundans verò conſtruens, & dotans quamuis nihil dixerint de reſeruatione iuriſpatronatus, nihilominus acquirunt iuſpatronatus, dummodo expreſſe illud non remiſerint, ſecundum communem opinionem, de qua *Lambert. de iurep. lib. 1. p. 1. q. 2. art. 4. num. 12. & tradunt communiter DD. in cap. nobis de iurep. ibique Barboſ. in collect. num. 1. & de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 70. num. 20. Vgolin. tract. eod. cap. 31. in prin. Aloyſ. Ric. in prax. rerum for. Eccleſiaſt. deciſ. 123. num. 21. & in collectan. dec. p. 5. deciſ. 1646. Viuian. de iurep. p. 1. lib. 2. cap. 1. num. 9. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. num. 62. Rot. deciſ. 5. de iurep. in antiq. & dec. 167. num. 4. p. 2. diuerſ.*

S V M M A R I V M.

1 Immemorabilis ſolet tollere præſumptionem vſurpationis iuriſpatronatus.
2 Facit præſumere iuſpatronatus ex fundatione, & dotatione.
3 Non interrumpitur per collationem factam ab Ordinario cum clauſula præſeruatiua præienſi Patroni.
4 Nec excluditur ſi oſtendatur priuilegium, dummodo non aduerſetur.
5 Immemorabilis affert meliorem titulum de Mundo.
6 Plenam facit probationem, tam in poſſeſſorio, quam in petitorio.
7 Excluditur ex actibus contrarijs.
8 Solus rumor in contrarium reddit improbabilem.
9 Lim. ſi actus in contrarium ſint ſupra centum annos, ſecus ſi infra, ſed hoc ſublim. ſi dicti actus eſſent facti poſt completam immemorabilem nu. 10.
11 Excluditur ſi detur initium.
12 Per tranſactionem remanet ſublata.
13 Non probatur per actus iuriſdictionales, ſi includat initium cuiuslibet actus.
14 An per ſcripturas probari poſſit.
15 Immemorabilis probanda per teſtes cum requiſitis per Gloſſam, & quæ ſint iſta requiſita.
16 Teſtis deponens ſuper immemorabili, cuius ætatis eſſe debeat nu. 19. & 20.
17 Debet deponere de viſu per annos 44. ante litem motam.
18 Immemorabilis interrumpitur per litem motam.
21 Non remanet probata, ſi teſtis deficiat in vno ex requiſitis, præcipuè ſi non ſit conteſtis nu. 22.
23 Lim. ſi teſtes deficiant in requiſito ſe audiuiſſe a maioribus.
24 Lim. 2. vt non ſit neceſſe, vt omnes teſtes deponant de omnibus requiſitis per gloſ. Contr. quod non ſit facienda coniunctio, ſi vnus deponat de vno, & alius de alio num. 25.
26 Teſtis deponens ſuper immemorabili debet explicitè deponere, & non ſe ad articulos referre, ſecus in alia materia num. 27.
28 Teſtis referens ſe ad primum examen, licet nullum probat.

Immemorabilis ad iuſtificandum iuſpatronatus, & ad alios effectus quomodo probetur.

ADNOTATIO V.

1 IMmemorabilis ſolet tollere præſumptionem Vſurpationis iuriſpatronatus, *Achil. de Graſ.*
2 *deciſ. 4. & 5. de iurep* & facit præſumere iuſpatronatus ex dotatione, & fundatione acquiſitum, *Gabr. conſ. 192. num. 2 & conſ. 198. num. 1. & 5. lib. 2. Pute. dec. 56. in prin. lib. 1. Rot. in Prænestina iuriſp. 17. Maij 1066. §. cæterum licet coram R. p. d. Beuilaqua.*

3 Nec interrupta remanet per collationem factam ab Ordinario cum clauſula præſeruatiua iuriſpatronatus Domini in temporalibus quatenus competat, nec per hanc collationem teſtes circa eam deponentes redargui poſſunt de mendacio, quia quando non eſt de mente Collatoris mutare ſtatum beneficij, illudque à patronatu eximendi, tunc dicta collatio non attenditur, tamquam non aduerſatiua, ſed potius præſeruatiua iurium Patroni, ac proinde etiam curſus immemorabilis præſeruatur, ex cumulatis in *Mediolanen. Prioratus 14. Martij 1646. §. penult. coram Eminentiſſ Card. Corrado, & in d. Prænestina iuriſp. 17. Martij 1066. §. ſi cor. Beuilaqua*, vbi concludit, quod ceſſante libera collatione, ac actibus illi omnino contrarijs non interrumpatur immemorabilis, vt pote, quia dicta Clauſula præſeruatiua non cenſeatur actus contrarius, *Rot. dec. 243. num. 19. p. 9. & dec. 63. num. 4. p. 10. recen.*

4 Quinimmò virtus immemorabilis, nec excluditur, ſi oſtendatur priuilegium, ex quo deſumi poſſit initium, dummodo præſumptio, & priuilegium non

ad-

aduerſentur ad inuicem, ſed famulentur, adeoque poteſt vtrumque deduci, & allegari ad text. in cap. auditis de præſcript. cap. cum perſona ibique glo. in verbo monitos de priuileg. in 6. Rot. in Toletana decimarum 16. Martij 1648. §. exhibito vero priuilegiorum coram Emin. Celſo, in Comen. Collationis ordinum 26. Iunij 1654. §. ad eliciendum verſ. exinde vero coram Veroſpio vbi in §. ad eliciendum ſubdit rationem, ex quo ſcilicet priuilegia ad maiorem cautelam cenſentur expedita.

5 Quaſi poſſeſſio, ſeu præſcriptio immemorabilis affert optimum abſolutiſſimum, & meliorem titulum de Mundo cap. ſuper quibuſdam §. præterea, & ibi glo. in verbo non extat memoria de verb. ſignif. Pariſ. conſ. 27. num. 80. lib. 1. Seraph. dec. 433. num. 15. dec. 303. num. 4. Burat. dec. 673. num. 5. Merlin. dec. 795. num. 14. Penia dec. 103. num. 4. & millies firmauit Rota dec. 27. num. 8. p. 4. tom. 2. dec. 150. num. 4. 5. & 6. p. 5. recen. in Placentina decimarum de Alorza 11. Martij 1650. in priu. coram Penting. in Abulen. decimarum 12. Decemb. 1650. & 15. Maij 1651. coram Emin. Celſo in Benonien. iuriſp. 1. Iulij 1654. coram eodem §. & tollitur in Calaguritana decimarum Sancti Aſcenſij, & Danalillo 17. Aprilis 1654. §. & horum verſ. verum etiam coram Zarate, & in Præneſtina Iuriſp. 17. Martij 1666. §. cæterum licet coram Beuilaqua cum alijs per Gratian. diſcept. 871. num. 18.

6 Et ſufficit, tam in petitorio, quam in poſſeſſorio, etiam ad manutentionem, plenamque facit in vtroque iudicio probationem cap. ſuper quibuſdam §. præterea ibique glo. de verb. ſignif. Dec. conſ. 85. ſub num. 2. lib. 1. Pariſ. conſ. 111. num. 43. lib. 1. Gonzal. ſuper reg. 8. Cancel. glo. 18. num. 45. Achil. dec. 4. de surep. Burat. dec. 673. num. . . in fi. Rota in Placentina decimarum de Alorza 11. Martij 1650. §. Immemorabilem verò coram Pentingerio, & in Calaguritana decimarum Sancti Aſcenſij, & Danalillo 17. Aprilis 1654. §. & horum verſ. verum etiam coram Zarate.

7 Excluditur ex actibus in contrarium, nec vmbram contrarij actus admittit, Rota dec. 254. num. 1. & 2. dec. 324. num. 13. p. 1. dec. 248. num. 2. p. 2. recen. Beltram. in addit. ad Gregor. XV. dec. 298. nu. 13. & in Beneuentana iuriſdictionis 27. Ianuarij 1653. § Immemorabilis coram Zarate, & in Calaguritana Decimarum Sancti Aſcenſij, & Danalillo 17. Aprilis 1654. §. neque etiam circa fi. coram eodem, & de ſui eſſentia exigit nihil fuiſſe in contrarium actum, nec auditum ante institutum iudicium cap. illud ibique glo. in verb. inconcuſſe de præſcript. Pute. dec. 426. nu. 3. lib. 2. Andre. dec. 56. num. 4. Seraph. dec. 454. nu. 4. Greg. XV. dec. 51. nu 3. ibique Adden. n. 6. deciſ. 434. num. 10. Adden. ad eundem dec. 298. num. 13. Peuia dec. 261. num. 2. dec. 282. ſub num. 1. Rota dec. 254. ſub num. 3. dec. 324. num 13. dec. 491. num. 11. p. 1. dec. 248. num. 7. p 2. dec. 373. num 6. p. 5. recen. & in Marſicen. iuriſdictionis 26. Maij 1651. §. Porrò concidunt omnes coram Emin. Corrado cum alijs per Gratian. diſcept. 918. num. 40.

8 Quinimo ſolus rumor in contrarium reddit improbabilem immemorabilem, ex quo teſtes deponere debent nihil in contrarium fuiſſe nec viſum, nec auditum, Adden ad Greg. XV. dec. 298. num 13. Rota in Pampilonen. Vicaria 26. Maij 1653. §. redditur etiam coram Meltio, vbi animaduertitur, quod ex litibus, oppoſitionibus, & controuerſijs inter partes excitatis inueriſimile omninò redditur teſtes nihil vidiſſe, aut audiuiſſe in contrarium.

9 Lim. quod actus, qui dantur in contrarium fuerint geſti ſupra centum annos, & tunc non elidunt immemorabilem, ſiquidem cum memoria hominum non præſumatur ſe extendere vltra centum annos, vnde per huiuſmodi actus non ſequitur extare memoriam in contrarium excludentem immemorabilis præſumptionem. ſecus autem ſi actus in contrarium ſint infra centum annos Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 2. cap. 6. num. 60. & 61. Adden. ad Greg. XV. deciſ. 298. num. 13. verſ. aduertendum Rot. dec. 56. num. 18. & 20. p. 7. recen. & in Nullius ſeu Salisburgen. Iuriſd. 22. Maij 1645. §. nec dicatur coram Rojas.

10 Sublim. hanc ſecundam partem limitationis non procedere, ſi actus facti intra centum annos, fuerint geſti poſt completam probationem immemorabilis, quo caſu eandem elidere, & infringere nequeunt Adden. ad Greg. XV. dec. 298. num. 13. in fi.

11 Pariter excluditur, & probari non poteſt, quando vltra centum annos datur verum, & indubitatum immemorabilis præſcriptionis initium, cum de ſubſtantia neceſſario exigat, vt de eius initio non conſtet, Puteus dec. 426. num. 3. lib. 1. in correct. Seraph. dec. 454. num 4. Burat. dec. 551. num. 1. ibique Adden. num. 11. & dec. 831. num. 6. Greg. XV. deciſ. 467. num. 6. quæ eſt in recen. dec. 286. num. 4. p. 2. Rot. dec. 14. num. 2. p. 1. dec. 425. num. 12. p. 4. to. 2. dec. 56. num. 18. dec. 137. num. 6. p. 7. recen. in Nullius ſeu Salisburgen. Iuriſdict. 22. Maij 1645. in §. quia nos in fi. coram Rojas, & in Marſicen iuriſdict. 26. Maij 1651. §. non etiam coram Emin. Corrado, & in Papien. Vicaria 26. Maij 1653. § deficis etiam coram Meltio, & comprobat Molin. de primog. Hiſpan. lib. 2. cap. 6. num. 64. verſ. in 2. ſpecie.

12 Prout etiam immemorabilis per tranſactionem remanet ſublata, prò cuius dumtaxat obſeruantia agi poteſt Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 26. tit. 7. ſub num. 4. Surd dec. 266. num. 12 Rot. deciſ. 464. num. 7. coram Burat. & in Nullius ſeu Salisburgen. iuriſdict 22. Maij 1645. §. nec dicti teſtes in fi. coram Rojas vbi in §. poſt dictam ſubdit eſſe impoſſibilem, dare immemorabilem poſt tranſactionem, dum conſtat de initio, ſcilicet poſt tempus tranſactionis Molin. de primog. lib. 2. cap. 6. num 64. & 66. Valaſq. conſ. 93. num. 17.

13 Immemorabilis non probatur per actus iuriſdictionales, ſi præſeferant, atque includant tempus, ac initium cuiuslibet actus, quod repugnat eſſentiæ immemorabilis, glo. in cap. 1. in verbo memoria verſ. pondera verbum teſtis, ibique Io. Andrea in fi. verſ. in glo. vltima de præſcript. in 6. Oldrad. conſ. 254. ſub num. 15. Decian. conſ. 51. ſub num 35. lib. 2. Cranet. conſ. 111. a num. 21. cum ſeq. Greg. XV. dec. 51. num. 4. Rot. dec. 405. num. 9. dec. 542. nu. 2. p. 4. dec. 126. num. 20. & ſeq. p. 5. recen. in Nomentulana bonorum 18. & 22. Martij 1591. coram Mantica, quæ inter eius deciſiones non fuit impreſſa in §. neque obſtat vſque ad fi. in Pampilonen. decimarum de Viſibil. 1. Iulij 1650. coram Emin. Celſo in Marſicen. Iuriſdict. 26. Maij 1651. §. non etiam coram Emin. Corrado, & in Beneuentana iuriſdict. 13. Maij 1652. §. & circa huiuſmodi coram Zarate.

14 Immemorabilis probari debet per teſtes, & non per

Digitized by Google

per ſcripturas, per quas non poteſt probari, quod nihil vnquam fuerit viſum, vel auditum in contrarium, in quo potiſſimum conſiſtit, vis, & efficacia immemorabilis *Rot. dec. 126. num. 21. & 22. p. 5. tom. 1. recen. dec. 51. num 4. coram Gregor. XV.* niſi dentur ſcripturæ antiquę vltra centum annos, in quibus enuncietur immemorabilis, dummodo ſint ad minus duæ enunciatiuæ, & quod non emanauerint à perſonis ſuſpectis, nam tunc ex dictis ſcripturis probatur immemorabilis *Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 6. verſ. finem. & patet ex deciſ. relat. per Adden. ad Greg. XV. d. dec. 51. num. 11.*

15 Teſtes verò ad hoc, vt concludant, & probent immemorabilem, debent deponere cum requiſitis de quibus *glo. in cap. 1. in verbo memoria de præſcrip. in 6.* Nempe de viſu per 40. annos ante motam litẽ, de auditu a ſuis maioribus, qui ab alijs audiuerunt, & quod ipſi, nec eius maiores vnquam viderint, vel audiuerint contrarium, & de publica voce, & fama per verbum fuit, & eſt, & quod non adſit initij memoria, adeo vt ſi deficiat vnum, ex dictis requiſitis in teſte immemorabilis non probatur, vt dixit *Rot. dec. 557. num. 2. verſ. quantum ad immemorabilem p. 4. diuerſ.* & dictam *gloſ.* eſſe communiter receptam tradit *Gabr. in tit. de præſumpt. conclu. 1. num. 81. Conar. in reg. poſſeſſ. p. 2. §. 3. num. 1. & 7. Rebuf. de decimis quæſt. 13. num. 99. Fontanel. de pact. nuptial. Cla. 4. glo. 17. par. 4. numer. 51. Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 100. numer. 10. Tandut. quæſt. benefic. cap. 104. num. 12. Gratian. diſcept. 918. numer. 39.* & illam paſſim ſequitur *Rot. Greg. XV. dec. 196. num. 1. Cauale dec. 140. ſub prin. verſ. nam quod dicta & deciſ. 174. num. 1. & ſeq. Andrea deciſion. 56. num. 5. & 6. Veral. deciſion. 71. p. 1. Burat. deciſ. 163. num. 8. Seraph. dec. 1102. num 2. Merlin. deciſ. 532. num. 16. Penia dec. 508. num. 1. verſ. nam primum & dec. 641. num. 4. Mantic. dec. 289. num. 2. rurſus Greg. XV. deciſ. 252. num. 3. vbi Adden. num. 15. verſ. in contrariũ, Rota dec. 248. num. 2. 3. & 4. p. 2. dec. 520. num. 1. p. 5. tom. 2. recen. in Bononien. iuriſp. 1. Iulij 1659. §. & tollitur difficultas coram Emin. Celſo in Placen. ſeu Abulen. decimarum 12. Decemb. 1650. in prin. coram eodem in Marſicen. iuriſdict. 26. Maij 1651. §. quia nec iſta coram Emin. Corrado in Leodien. decim. 22. Aprilis 1652. §. hinc reſultat cor. Meltio in Pampilonen. Vicaria 26. Maij 1653. §. præterea admiſſio coram eodem in Calagnritana decimarum Sancti Aſcenſij, & Danalillo 17. Aprilis 1654. §. neque etiam coram Zarate in Tiraſonen. iuriſdict. 14. Decemb. 1663. §. tum quia coram Emin. Vicecomite, & in Romana, ſeu Portnen. ſeruitutis 15. Feb. 1666. §. in prima autem, verſ. quæ probatio coram Albergato & in Preneſtina iuriſp. 17. Martij 1656. §. & quantum coram Beuilaqua.*

16 Requiritur vlterius in teſte deponente ſuper immemorabili ætas 54. annorum, vt pote quia cum deponere debeat de viſu per 40. annos, neceſſe eſt quod de tempore, quo videre cœpit, habuerit perfectum vſum rationis, & doli capax fuerit, ac proinde 14. annorum *Franc in cap. 1. nu. 16. de præſcript. Gabr. tit. eodem concl. 1. nu. 83. facit Couar. in regula poſſeſſ. p. 2. §. 3. num. 8. verſ. teſtes vero de reg. iur. in 6. Caputaquen. dec. 290. p. 3. Greg. XV. dec. 298. nu. 1. vbi Adden. num. 12. Rot. dec. 76. num. 3. dec. 254. num. 2. dec. 445. num. 1. p. 1. dec. 248. ſub num. 2. p. 2. dec. 56. num. 3. 4. & 5. p. 7. recen.* & de dicta ætate
17 debet concludenter apparere, vt ſubdit *Rot. in dicta dec. 298. num. 2. coram Greg. XV.*

18 Et neceſſe eſt, vt deponant de viſu per 44. annos ante litem motam, vnde ſedacto tempore motæ litis, ſi deficiat in huiuſmodi requiſito nihil probat, cum poſt litem motam interrumpatur præſcriptio *cap. illud vbi glo. in verba interruptia de præſcrip.*
19 vnde ſi lis inchoauerit 30. ab hinc annis opus eſſet, vt teſtis haberet ætatem annorum 85. quam ætatem ſi non haberet, ex defectu congruæ ætatis non cenſetur ex eius dictis immemorabilis probata *Couar. in cap. poſſeſſ. 2. p. §. 3. num. 7. de reg. iur. in 6. Caputaquen. dec. 9. & dec. 413. p. 3. Rot. dec. 248. num. 4. p. 2. dec. 142. num. 5. p. 6. dec. 28. num. 15. p. 7. recen. & in Pampilonen. Vicariæ 26. Maij 1653. §. repugnat inquam coram Meltio, & coram Greg. XV. dec. 434. nu. 12. & bene dec. 205. nu. 4. ibique Adden. nu. 6.*

20 Et non habentes dictam ætatem iure merito defectu ætatis reiiciuntur *Rot. in Marſicen. Iuriſdict. coram Patriarcha Hieroſolymitano in recen. dec. 248. num. 3. & 4. p. 2. & in eadem 18. Feb. 1647. §. verum omiſſis teſtibus coram Bichio & 26. Maij 1651. § quia nec iſta in fi. coram Emin. Corrado.*

21 Deficientibus autem aliquibus ex prænarratis requiſitis immemorabilis non remanet probata, *Tondut. quæſt. Beneſ. cap. 104. num. 12. Adden. ad Greg. XV. dec. 252. num. 15. in fi. Rot. dec. 557. in fi. p. 4. diuerſ. Seraph. dec. 1104. num. 2. Burat. dec. 163. nu. 8. & in Marſicen iuriſdict. §. quia nec iſta verſ. cuius requiſita coram Emin. Corrado & in Beneuentana iuriſdictionis 13. Maij 1652. §. nec magis in fi. coram Zarate*, vbi in *§. nec magis* exampliﬁcat eo magis hoc
22 procedere ſi teſtes non ſint conformes, & conteſtes ex *Tondut. loco ſupra citata Mantic. dec. 289. num. 7. Greg. XV. dec. 252. num. 3. dec. 434. num. 11. & dec. 449. num. 9. dec. 298. num. 11.*

23 Lim. quod ſi teſtis deficeret deponere ſuper illo requiſito, quod ſcilicet maiores non viderint, vel audierint contrarium, non excluderetur probatio immemorabilis, nec imperfecta remaneret, tamquam non neceſſarium requiſitum expreſſe requiſitum a *glo. in dicto cap. 1. in verbo memoria de præſcript. in 6. vt animaduertit Couar. in cap. poſſeſſ. 2. p. prælat. §. 3. ſub num. 7. verſ. hoc autem vltimum, & dixit Rot. vt in deciſ. relatis per Beltram. in addit. ad Greg. XV. dec. 196. num. 2. verſ. Rota paſſim.*

24 Lim. 2. quod non eſt neceſſe, vt teſtes omnes deponant de omnibus requiſitis à *glo.* ad probandum immemorabilem, ſed ſufficit vt vnus deponat de vno, & alter de alio requiſito ſecundum *Molin. de primog. Hiſpan. lib. 2. cap. 6. num. 34.*

25 Contrarium nimirum eſſe neceſſe, quod quilibet teſtis deponat de omnibus requiſitis & quod non fiat coniunctio, ſi vnus deponat de vno, & alter de alio requiſito, vt in ſpecie reprobato *Molina* fuit dictum *in Hieracen. iuriſp. 17. Feb. 1617. coram Veroſp. in recen. dec 405. p. 4. & poſt Vintan. de inrep. deciſ. 11. de qua etiam Adden. ad Greg. XV. dec. 252. num. 15. Mantica dec. 289. num. 4. bene Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 10. num. 10.*

26 Lim. 3. quod immemorabilis non probatur per teſtes deponentes contenta in articulis eſſe vera, niſi explicitè, & per extenſum deponant, & cauſam reddant *Veral. dec. 71. in fi. p. 2. & dec. 291. p. 3. & in alijs relatis per Beltram. in addit. ad Greg. XV, dec. 578. nu. 14.*

27 Sub-

27 Sublim. in alijs caſibus, & quando non agitur de probandi immemorabili, ſed de alia materia, alioque genere probationis, nam tunc referentes ſe ad articulum, licet per extenſum, & explicitè non deponant, perindè eſt, ac ſi in indiuiduo ſingulas qualitates in articulo poſitas exprimerent, *Pariſ. conſ. 88. num. 8. & 9. lib. 3.* & hanc ſententiam pluries Rot. *tenuit vt dec. 8. in prin. poſt 2. vol. conſ. Farinac. in Colonien. Canonicatus coram Card. Pamphilio impreſ. penes Garz. de beneſ. p. 10. c. 1. num. 74. in Iacen. Parochialis coram Penia penes Marcheſ. de commiſſion. tom. 1. fol. 462. & ab hac opinione ſæpe per Rot. firmatam non eſſe recedendum tradit Beltram. in addit. ad* Greg. *XV. dec. 578. num. 13. licet plures in contrarium tenentes referat Farinac. de teſt. qu. 80. num.* 100. Et huic opinioni eſt conformis alia Rotæ
28 opinio, quam paſſim Rota ſeruat, ſcilicet quod teſtis ſecundo loco examinatus poſſit, ſe referre ad primum examen, etiam ſi illud ſit nullum, & probat, quamuis in hoc ſecundo examine per extenſum non deponat *Seraph. dec. 1147. Rot. dec. 430. num. 4. p. 1. diuerſ.* & ideo non eſſe tutam deciſionem 720. *ſub num. 4. p. 1. recen.* vbi contrarium fuit dictum ſubdit *Add. ad Greg. XV. loco ſupra citato dicto num. 13. in fi.*

PRAENESTINA AEDIFICATIONIS ECCLESIAE.

ARGVMENTVM.

Eccleſia Parochialis gaudet priuilegio, vt intra ſuos fines alia Eccleſia ædificari nequeat, & ab Eccleſijs Regularium Ordinis Sancti Auguſtini, & Prædicatorum debet diſtare ſpatio trecentarum cannarum.
Interdictum noui operis nunciationis competit tantum tempore operis inchoationis, & non opere perfecto, & datur pro nouo ædificio, ſecus in refectione.

SVMMARIVM.

1 Eccleſia noua ædificari non poteſt intra fines Eccleſiæ Parochialis.
2 Parochialis Eccleſia erecta trahit ad ſe translationem omnium iurium parochialium.
3 Turbare nemo debet alium, & ponere falcem in meſſem alienam.
4 Iuriſdictionem non perdere vnicuique intereſt.
5 Parochus habet iuris aſſiſtentiam quo ad iura parochialia exercenda intra limites tantum ſuæ Parochiæ, & num. 6.
7 Fides extraiudicialis, licet regulariter fidem non faciat, fallit ſi fiat a Magnate, aliaque perſona graui.
8 Epiſcopus vti Sedis Apoſtolicæ delegatus iuſta concurrente cauſa poteſt diſmembrare, & diuidere parochias, etiam Regularibus ſubiectas.
9 Interdictum noui operis nunciationis competit tempore operis inchoationis, & non opere perfecto.
10 Amp. præcipuè vidente, & ſciente vicino, cuius ignorantia non præſumitur.
11 Noui operis nunciatio datur prò ędificio de nouo faciendo, ſecus in veteris reſtauratione.
12 Conſentire præſumitur, qui negocio interfuit.
13 Iuriſdictio per frequentatos actus, & per conſuetudinem acquiritur.
14 In Viſitatione Diœceſana proceditur de plano abſque citatione, & figura Iudicij.
15 Sententia, quæ fecit tranſitum in iudicatum eſt omnino exequenda.
16 Translatio deuotæ Imaginis de loco ad locum inuitis patronis non eſt permiſſa.
17 Translatio Sanctorum Corporum de loco, ad locum iuſta exiſtente cauſa permittitur.

DECISIO XI.

OB imminentem ruinæ periculum Eccleſiæ Parochialis Collegiatæ Beatæ Mariæ Virginis Terræ Canarum funditus vetuſtate collapſæ, a Viſitatore Apoſtolico poſtea S. R. E. Card. de Alterijs vſque de anno 1637. in actu Viſitationis inſtantibus, & conſentientibus Canonicis decreta fuit ædificatio nouæ Eccleſiæ à fundamentis in decentiorem, & aptiorem formam iuxta deſignationem, quæ magis placuerit Excellentiſſ. Principi Magno Comitiſtabili Patrono, vt latius in actis eiuſdem Viſitationis fol. 134. & 159.
Deſignatum fuit nouum ædificium in Platea Columnę eiuſdem Terræ in ædibus veteris Hoſpitalis contigui Eccleſiæ Diui Antonij, & ad hunc effectum ibidem de anno 1640. a bon: mem: Cæſaris Leoncelli Canonici Baſilicæ Lateranenſis, vt ſpecialiter deputati a fel. record. Vrbano Octauo, vt ipſe aſſeruit, & vigore literarum Cardinalis Creſcentij tunc Epiſcopi Præneſtini proceſſionaliter erectum fuit ſignum Sanctæ Crucis, & ſucceſſiue ſolemniori in dicta proceſſione, cum interuentu Laicorum Confraternitatum, Ordinum Regularium Diui Auguſtini, & minorum Conuentualium Diui Franciſci eiuſdem Canonici Lateranenſis, & Vicarij Generalis Præneſtini, totiuſque Cleri ritè proiectus fuit primus lapis, ipſumque ædificium inchoatum, vt latius ex inſtrumento deſuper rogato, & in actis exhibito.

De anno verò 1660. a Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Nazareno Viſitatore Apoſtolico reperta vetere Eccleſia in deteriori ſtatu, maiorique exitij periculo, & nouæ iactis fundamentis cum eleuatione tantum parietum ad aliquam altitudinem ſuper Terram, denuò mandauit eandem nouam Eccleſiam reædificari, vt in actis eiuſdem Viſitationis fol. 237. & pro faciliori operis proſecutione, & reductione ad perfectionem taxauit Canonicos Confraternitates, & exigi mandauit taxas in alia Viſitatione factas, deputauit Miniſtros, & applicauit omnes oblationes legata, & eleæmoſinas factas Beatæ Mariæ Virgini de Campo paulo ante repertæ in campo aratiuo in quadam Cellula ad modum ſepulturæ eiuſque translationem, & collocationem in Altari maiori eiuſdem nouæ Eccleſiæ redacto ad perfectionem decreuit, & authoritate Apoſtolica qua fungebatur, nunc prout ex tunc, & è contra transtulit Collegiatam, & Parochialem cum Archipreſbytero, & Canonicis ad eandem Eccleſiam loco Veteris ſubrogatam cum facultate ibidem diuina perſoluendi, & Sacramenta miniſtrandi prout in alia Collegiata hactenus Canonici perſoluere, & miniſtrare conſueuerunt, & vt latius in eadem Viſitatione fol. 247.

Pa-

Parantibus nouiſſimè Canonicis cæmentis pro
perficiendo opere, inſurrexerunt RR. Fratres Or-
dinis Sancti Auguſtini, & prætendentes hoc nouum
opus tendere in præiudicium eorum Parochialis
Diui Stephani intus eandem Terram Cauarum, &
fieri non poſſe intra eius fines, pro eodem impedien-
do habuerunt recurſum ad Sacram Congregatio-
nem Concilij, ſupplici porrecto libello, quo mihi
tranſmiſſo tempore, quo Eminentiſſ. & Reuerendiſſ.
Card. Antonij Barbarini Epiſcopi Præneſtini Vica-
rij Generalis Vicesgerebam, vt auditis partibus
eandem Sacr. Congregationem plenè inſtructam
redderem, propterea diſceptum fuit, an liceat Ca-
nonicis continuare, & perficere ædificium nouæ
Eccleſiæ; & pro negatiua ad fauorem Parochialis
Eccleſiæ Diui Stephani valdè vrgere videbatur ge-
1 neralis regula, quod Eccleſia Parochialis gaudeat
priuilegio, vt intra ſuos fines alia Eccleſia, vel Ca-
pella non poſſit ædificari, quoniam quodquid eſt
intra fines eiuſdem Parochiæ, totumque eius ſolum
intra limites deſignatum, cum ſpectet ad eandem
Parochiam, & in eius poſſe certo modo reperiri
cenſeatur, contra Parochi voluntatem, non eſt per-
miſſa nouæ Eccleſiæ ædificatio, per *text. in cap. qui-
cumque 16. qu. p. Barboſ. de Officio, & poteſt Paroch.
cap. 1. num. 26. verſ. & iſta Eccleſia ex Hier. Carac.
in opuſ. de Iure Paroch. tit. 2. cap. 1.*

Accedentibus præcipuè Conſtitutionibus Sum-
morum Pontificium ſignanter ad fauorem Religio-
nis Diui Auguſtini emanatis, ſcilicet *Innocentij IV.
ex Ordine Bullatij particularis eiuſdem Religionis
conſt. 4. fol. 66. §. 12. & conſt. 16. num. 12. fol. 181.
eiuſdem Pontificis, necnon alia Vrbani IV. conſt. 9. in
eodem Bull. §. 10. fol. 371.* quibus expreſsè prohi-
bentur huiuſmodi Eccleſiarum Conſtitutiones in-
tra fines Parochialium ſpectantium ad præfatam
Religionem, niſi copulatiue Epiſcopi Diœceſani &
Fratrum accedat conſenſus.

Eoque fortius, quia hoc nouum ædificium non
videbatur diſtare a Parochia D. Stephani in debita
diſtantia tercentarum cannarum iuxta diſpoſitio-
nem, *Conſtitutionis Clementis IV.* æmanatæ ad fa-
uorem PP. Prædicatorum, & minorum, & per
Clementem VII. communicatæ eiſdem Fratribus
Diui Auguſtini *conſt. 1. §. 3. eodem Bull. fol.* 65.

2 Conſiderabam vlterius ſubrogationem nouæ Ec-
cleſiæ, loco veteris Collegiatæ Parochialis trahere
ad ſe translationem omnium Iurium Parochialium
Rot. dec. 682. num. 2. in fin. p. 3. recen. quorum
exercitium experiri nequit abſque turbatione Iuriſ-
dictionis Parochialis Diui Stephani, dum deberent
Canonici non alio modo proceſſiones circumferre,
funera dirigere, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacra-
mentum Infirmis deferre, aliaque Sacramenta mi-
niſtrare, diuinaque perſoluere, niſi eundo, & rede-
undo per fines, & tramites Parochialis Diui Ste-
phani, quod non videtur permittendum, cum nemo
poſſit ponere falcem in meſſem alienam, vt expreſ-
3 sè diſponit *text. & notat. gloſ. in cap. cum ſis de au-
thorit. & vſu Pallij*, etenim vnicuique intereſt iu-
4 riſdictionem ſuam non perdere, *Rot. dec. 456. num.
13. p. 5. tom. 2. recen.*

5 Et certum eſt, quod Parochus habet iuris aſſi-
ſtentiam, quoad iura Parochialia exercenda intra
limites tantum ſuæ Parochiæ *cap. 1. de ſepult. Clem.
dudum §. certum tit. eodem* Gratian. *diſcept. 298. nu.
78. & 79. Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 95. & nu.
9. Barboſ. de off. Paroch. cap. 26. num. 66. Canale.
dec. 101. num. 1. Rot. dec. 256 num. .. dec. 360. nu.
1. p. 1. dec. 37. num. 1. p. 5. tom. 1. dec. 552. nu. 23.
ead. p. 5. tom. 2. recen. & in* Romana *Iurium funera-
lium 4. Iunij 1653. §. 1. coram Zarate.*

6 Adeo vt in alienis Eccleſijs, earumq; Territorijs,
nihil agere debeat, pedeſque figere nequeat, *ad
text. in cap. placuit 7. qu. 2. cap. Epiſcopus in Diœceſ.
7. qu. 1. cap. nullus de Parochis* Rot. *dec. 552. num.
25. p. 5. tom. 2. recen.*

7 Quibus non obſtantibus quod licita reddatur
proſequutio fabricæ huius Eccleſiæ demonſtratur,
quia fuit inchoata non ſolum vigore Decreti inter-
poſiti à Viſitatore Apoſtolico authoritate fulgente,
amplamque habente facultatem derogandi, etiam
Conſtitutionibus, & Regularium Priuilegijs, om-
nibuſque contrarijs, verum etiam cum aſſiſtentia
in erectione Crucis, & proiectione primi lapidis
Cæſaris Leoncelli ſpecialiter deputati ab Vrbano
VIII. ad hunc actum, vt Notario atteſtatus fuit,
cui ratione perſonæ Religioſæ admodum grauis,
& dignitatis Canonicatus Baſilicæ Lateranẽ plena
videtur adhibenda fides *Rot. dec. 235. num. 1. in fi.
coram* Mantic. *dec. 181. num. 14. poſt Zach. de oblig.
Cam. dec. 11. num. 9. p. 7. recen.*

8 Tum quia deuentum fuit ad hunc actum neceſ-
ſitate vrgente ob imminentem veteris Eccleſiæ rui-
nam, & opportunitatem ſiti, ob loci anguſtiam
fabricæ recentis ædificii, quo caſu licet Iura tranſ-
gredi, & recedere ab apicibus Iuris, ſicut in ſimili
concurrente iuſta cauſa permittitur etiam Epiſco-
po tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato deuenire
ad diſmembrationem, & diuiſionem Parochiæ, etiã
ſi Eccleſia Regularibus ſubiecta eſſet, vt cenſuiſſe
Sac. Congregationem, refert *Barboſ. de offic. &
poſt Epiſcopi alleg. 68. num. 6. ex Leon. in Theſaur.
for Eccleſ. p. 2. c. 2. num. 09.*

Tum etiam quia redditur irrationabilis, & non
æquitati conſona Fratrum Diui Stephani reclama-
tio, & contradictio poſt notabiles expenſas factas,
re non amplius integra, & poſt redactum opus ad
bonum ſtatum, interdictum autem noui operis nun-
9 ciationis competit tantum debito tempore operis
inchoationis, & non opere perfecto *l. de Pupillo §.
in rem ex in præſenti ff. de noui operis nunciat. vbi
DD. Borgnin. dec. 5. & 24. p. 5.*

10 Maximè quando fuit ædificatum vidente, ſcien-
te, & non contradicente vicino, cuius ignorantia
tanquam de re publicè, & palam peracta non præ-
ſumitur, nec allegari poteſt *Borgnin. dec. 3. num. 38.
par. 5.*

11 Tum demum quia huiuſmodi ædificium non po-
teſt dici ædificatio nouæ Eccleſiæ, ſed ampliatio, &
reductio, ad ampliorem formam Eccleſiæ Diui An-
tonij, in eodem loco exiſtentis, quo caſu non com-
petit edictum nunciationis noui operis *l. penult. §.
fin. ff. de re iud. Carpan. ad ſtat. Mediolanen. c. 340.
num. 48. p. 2. Menoch. de action. remed. 7. num 26.
Pract. Papien. in form. libell. noui operis nunciat. gloſ.
quodam pariet. num. 1. Gratian diſcept. 84. num. 9.
Poſt. reſol. 130. num. 52. Vermigliol. conſ. 435.
num. 10.*

12 Quinimo cum Fratres proceſſionaliter interfue-
rint ſolemnitati proiectionis primi lapidis cenſetur
conſenſiſſe, ſicut generaliter conſentire præſumitur,
qui

Digitized by Google

qui negotio interfuit, & celebrationi actus præſentiam præſtitit, *gloſ. in l. Caius in verbo non abeſſe verſ. tu autem dicas ff. de pignor. vbi Bart. num. 1. verſ. fin. Bald. in prin. Burat. dec.566. num. 19.* Accedente vlterius curſu longi temporis vltra decennium *Rot. deciſ.264. num.10. p. 6. recen.*

Qua ratione corruit videtur motiuum deſumptũ ex SS. Pontificum Conſtitutionibus, in quo Fratres vim faciunt, vt putè quia loquantur, & prohibeant ædificationem nouæ Eccleſiæ, vbi deficit conſenſus Ordinarij, & Fratrum, ſecus autem vtroque concurrente, vt in pręſenti, ex ſuperius deductis, & in omnem caſum ſunt ſanè, & deſcretiuo modo interpretandæ iuxta veriſimilem Sum. Pontificis mentem, quando ſcilicet aliter neceſſitas non expoſcat, & ob loci amplitudinem poſſit abſque ſingulorum incommodo ſeruari debitam diſtantiam, ſpatiumque tercentum cannarum inter vnam, & aliam Eccleſiam, non autem ſi aliter ex loci anguſtia eſſet conſulendum, ne cultus diuinus detrimentum patiatur, vel cum maiori incommoditate eſſet miniſtrandus, quo caſu non eſt inconueniens, ſi vna Eccleſia non diſtet ab alia debita diſtantia, & benignè pro faciliori cultus diuini miniſtratione præſtet ſeruitutem tranſitua, eoque magis in præſenti, quia Canonici reperiuntur in poſſeſſione ob ineptitudinem veteris Eccleſiæ functiones Parochiales, & diuina peragere in Eccleſia Diui Antonij, quæ deſeruire debet pro Sacriſtia nouę Eccleſiæ ad perfectionem redactæ, vt eſt publicum, & notorium in Terra Canarum, & per te-
13 ſtium depoſitiones comprobatur: Iuriſdictio autem non eſt dubium, quod per frequentatos actus, & ſic per introductam conſuetudinem acquiratur, *plenè Surd. conſ. 465. num.4. & ſeq. lib 4. Rota dec. 577. num.10. & dec.584. num.34. p. 4. tom. recen.*

Hinc patet nec refragari decretam fuiſſe ædificationem nouæ Eccleſiæ à Viſitatore non auditis, nec vocatis Fratribus, quia ſibi imputare debent, ſi non comparuerunt ſaltem poſt habitam notitiam, & præcipuè in ſecunda Viſitatione, immo non habuiſſe animum contradicendi, patet, ex interuen-
14 tu præſtito in ædificij inchoatione, & in Viſitatione, certum eſt, quod proceditur de plano ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, & ſine viſitandorum citatione, cum ſaltem virtualiter citati cenſeantur per ædictum generale, quo omnes intereſſe habentes mouentur ad intereſſendum, & per ipſius Viſitatoris publicum acceſſum, latè *Mar. Anton. lib. 1. var. reſol. 110. num.13. Barboſ. de officio, & poteſt. Epiſcopi alleg. 7. num. 43. in fi. p.2.*

Prout pariter ſubſtineri non valet prætéſa donatio deuotæ Imaginis B. Marię de Campo a Fratribus ad eorum fauorem allegata, tanquam facta ab aſſerto Patrono ſitus, vbi reperta fuit, recenter de menſe Iunij proximi præteriti in fraudem, & longe poſt Decretum translationis, & applicationis nouæ Eccleſiæ à Viſitatore Apoſtolico interpoſitum, ac publicatum, ſciente, & patiente, & non reclamante eodem Patrono, ac proinde cum fece-
15 rit tranſitum in iudicatum eſt omninò exequendum *l. poſt rem Iudicatam ff. de re iudic. l. 1. C. eod. tit. l. fin. C. de execut. rei Iudic. Rot. dec. 601. nu. 2. verſ. & conſequenter p. 4. tom. 3. recen. & in Romana locorum montium 3. Iunij 1650. ſub prin. coram Reu. Meltio, & deciſ. 36. num. 2. poſt labirint. creditor. Salgad.*

16 Et quamuis inuitis, & reclamantibus Patronis; non ſit permiſſa translatio deuotæ Imaginis de loco ad locum, ſeu de vna Eccleſia, vel Capella ad aliam, *Genuen. in praxi Archiepiſcop. Neapol. cap. 91. num. 11. Mareſcot. var. reſol. lib. 2. c. 42. num. 10.* tamen hoc procedit re integra, & non poſt decretam, & acceptatam translationem; immo iuſta
17 exiſtente cauſa, vt in præſenti, non interdicitur Piarum Imaginum, & Sanctorum Corporum tranſlatio de loco ad locum, vt comprobat *Aloy. Ric. collect. 640. in fin. p. 3. & d. Curiæ Archiepiſcop. Neapol. 70.*

Et quod deuotæ Imagines noniter repertæ in ruſticis Prædijs, extra Vrbanum commercium, ſoleant transferri, & applicari arbitrio, & Prudentię Ordinariorum ſæpiſſimè contingentibus caſibus practicari vidimus. Vnde propoſito dubio, an ædificatio nouæ Eccleſiæ in caſu, & ad effectum de quo agitur ſit ſubſtinenda, *die* 16. Maij 1669. *Sacr. Congreg. Eminentiſſ. S. R. E. Card. Concil. Trid. interpretum audita relatione Vicarij General. Præneſtrini, & vtraque parte informante reſpondit affirmatiuè, eſſe ſubſtinendam.*

SVMMARIVM.

1 Nunciatio noui operis etiam extraiudicialis habet vim inhibitionis inducens priuilegium attentatorum.
2 Ædictum noui operis nunciatione non indiget, vt iudicialiter fiat, & Prætoris aditio.
3 Poſt denunciationem noui operis quidquid iure, vel iniuria ædificatum fuerit eſt demoliendum.
4 Eccleſia ædificata poſt noui operis nunciationem eſt deſtruenda ſiue iure, ſiue iniuria conſtructa fuerit.
5 Inhibitio ſpecialis de non ædificando habet vim nunciationis noui operis.
6 Nunciatio noui operis habet vim impediendi, licet nuncians non doceat de iure ſuo.
7 Poteſt fieri etiam diebus feriatis, & etiam fabris, & pupillis.
8 A ſententia demolitionis noui operis non datur appellatio.
9 Nunciatio noui operis non datur, niſi in noua ædificatione.
10 Vbi non eſt facta non competit demolitio, ſed tantum actio ad intereſſe Amp. vt num. 11.
12 Præceptum noui operis nunciationis per comparitionem rei, an reſoluatur in ſimplicem citationem referuntur DD. ſententiæ.
13 Reuocatur ſi offeratur cautio de demoliendo in caſu ſuccumbentiæ.
14 Præcipue ſi à nunciato fuerint parata cæmenta.
15 Limit. ſi nuncians ſit paratus in continenti docere de ſuo iure, nam tunc cautio non debet admitti, niſi elapſo trimeſtri, tam de iure ciuili, quam canonico, nu. 16. 18. 20. & 21.
17 Vigore verò ſtatuti Vrbis intra ſex dies nuncians debet docere de ſuo iure.
18 In cauſis ſummarijs exceptio requirens altiorem indaginem admittitur, ſi in continenti probari poſſit.
19 Exceptio incontinenti probata impedit executionem ſententiæ.
22 Spatium trium menſium datur denuncianti probare volenti de ſuo iure, nec datur cautio de demoliendo, etiam ſi agatur de loco pio, & Eccleſia.
23 Tranſactis tribus menſibus etiam ſi lis non ſit terminata admittendus eſt ædificans ad præſtandam cautionem de demoliendo ad effectum continuandi ædificium.
24 Terminus trium menſium competens denuncianti ad effectum docendi de ſuo iure poteſt arbitrio Iudicis minui.
25 In noui operis nunciatione, an ſit in arbitrio denuncia-

toris, vel denunciari velle ſatiſdationem recipere, vel dare referuntur hinc inde opiniones.
26 Sed verior eſt, vt ſit in arbitrio denunciantis.
27 Affertur diſtinctio in hac materia.
28 Satiſdatio non admittitur in denunciatione noui operis, ſi unicum periculum ſit in mora.
29 Neque eſſet admittenda, ſi nunciator dicat hodie conſtat, hodie agatur, etiam quando immineret damnum.
30 Nunciatio noui operis ſtatim remitti debet, ſi ex oculari inſpectione appareat de bono iure denunciati, vel de non iure denunciantis.
31 Pro vt etiam ſi denunciatio haberet præſumptionem Calumniæ.

De noui operis nunciatione Notabilia.

ADNOTATIO I.

1 NOui operis nunciatio, licet extraiudicialiter intimata, efficit, & operatur, vt ſuperſederi debeat in ædeficij continuatione, & proſecutione adeout quidquid poſtea ædificatum fuerit ſit reuocandum, ac demoliendum per viam, & modum
2 attentati, nec in hoc ædicto neceſſaria eſt Prætoris aditio, vt ad literam diſponit *textus in l. 1. § nunciatio ff. de noui oper. nunciat. Iaſ. in l. nunciatio num. 1. ff. eod. Bart. in l. fi num. 4. verſ. ſolum in nunciatione ff. de appel. recipien. Bald. conſ. 245. ſub num. 2. verſ. natura noui operis lib. 2. Surd. conſ. 154. ſub num. 9. verſ. quia ad demolitionem agitur Lancellot. de attentat. p. 3. cap. 28. num. 63.* vbi, quod per ta-
3 lem nunciationem dicitur inducta inhibitio, vt ſiue iure, ſiue iniuria ædificetur, quidquid poſt enunciationem ædificatum eſt, ſit reuocandum, & demoliendum & *num. 78.* Gratian. *diſcept. 84. ſub num. 7.* dicens hoc ſpeciale in noui operis nunciatione *Seraph. dec. 834. num 1. & 4. Rot. in Anglonen. Territorij 17. Iunij 1650. coram Melzo §. nam electio jarginum.*
4 Amp. vt etiam Eccleſia ædificata poſt nunciationem noui operis veniat deſtruẽda expenſis conſtruẽtis vigore legalium conſtitutionum, ſiue iure, ſiue iniuria conſtructa fuerit, cum Eccleſiæ conſtructio in alterius præiudicium tendere, & redundare non debeat, vt ad literam diſponit *text. in cap. 1. & 2. de noui oper. nunc.*
5 Amp. vt etiam inhibitio habeat vim nunciationis noui operis, ſed ad hunc effectum debet eſſe ſpecialis de non ædificando, alias non poteſt habere vim nunciationis *Seraph. dec. 834. num. 3. 4. & 5.*
6 Amp. procedere etiam, ſi nuncians de nullo ſuo iure prohibendi, & impediendi ædificij proſecutionem doceret, cum talis ſit effectus, efficacia, ac potentia noui operis nunciationis *Poſtius reſol. 130. num. 5. ex Gratian. & Thomat. quos allegat in deciſ. 54. num. 27.*
7 Amp. vt nunciatio noui operis celeritatem deſideret, & ideo omnibus diebus etiam feriatis, & omnibus perſonis etiam fabris, & pupillo fieri poteſt *ad l. 1. §. nunciatio, & ſeq. ff. de noui oper. nunciat Lancellot. de attentat. p. 3. cap 28. num. 63.*
8 Quinimo à ſententia demolitionis noui operis non datur appellatio, & denegatur audientia *l. 1. §. ſed & ſi ijs vbi Iaſ. in prin. & num. 2. ff. de noui oper. nunciat. Lancellot. de attentat. p. 3. cap. 28. num. 79. Gratian. diſcept. 384. num. 27. tom. 2.*
9 Amp. vt nunciatio noui operis, licet non detur quando non agitur de noua conſtructione, nihilominus etiam militare poteſt in noua refectione, ſeu reædificatione operis iam in totum demoliti, ſeu deſtructi *Carpan. ad ſtatut. Mediolan. cap. 340 num. 50. p. 2. Gratian. diſcept. 84. num. 16. & ſeq. Poſt reſol. 130. num. 53.*
10 Lim. vt noui operis nunciatio, ſi quis non fecerit, non debet, nec petere poteſt opus nouum demoliri, & tollere, ſed tantum agere ad intereſſe, *l. 1. ff. de noui oper. nunciat l. de pupillo §. in rem enim præſentis ff. eod. Borgnin. dec. 33. num. 58. p. 5.* vbi
11 ampliat maximè procedere, vidente, ſciente, & non contradicente vicino, pro vt præſumitur ex vicinitate loci, & conuerſatione ex *Bart. quem allegat in l. ſient in prin. ff. de accaſut.*
12 Lim. 2. vt præceptum noui operis nunciationis cum clauſula iuſtificatiua per ipſius rei comparitionem reſoluatur in vim ſimplicis citationis, vt latè defendit Gramaticus *in conſilio tit. 73. & hanc opinionem magis æquam dicit Borgn. dec. 53. num. 9. p. 2. & æquiorem, & veriorem profitetur Carac. deciſ 19. num. 25. Alexand. Rauden. in tract. de Anologis cap. 7. num. 13. cum alijs per Sperel. dec. 53. num. 10. tom. 1.* contrariam tamen fatetur communẽ *Vinian. opin. 229. par. 1. & opin. 554. num. 2. in fi.* & veriorem *dicit Gratian. diſcept. 384. num. 25. & 29.* vbi ſubdit quod opinio *Gramat. & aliorum* poſſit habere locum, quando agitur de aliqua pœna incurrenda, ſecus autem, quando tantum agatur, an debeat dari ſatiſdatio, quam nuncians non tenetur acceptare, ſed eſt admittendus ad ſuas probationes.
13 Lim. 3. vt nunciatio noui operis remittatur, & præceptum reducatur ad viam iuris, præſtita cautione de demoliendo, & reducendo in priſtinum ſuis ſumptibus in caſu ſuccumbentiæ, *l. prætor §. deinde. & l. pupillo §. ijs cui dict. ff. de oper. noui nunciat Poſtius reſol. 130. nu. 53.* præcipuè ſi fuerint ab
14 ædificare volente præparata cæmenta, vnde eidem mora præiudicium afferat iuxta *deciſ. theſaur. 24. relat. per Sperel. deciſ. 53. num. 11. & 12. late Gratian. diſcept. 384. num. 1.*
15 Sublim. vt Iudex non poſſit ſtatim remittere nunciationem noui operis, & præceptum deſuper emanatum reuocare, minuſque cautionem admittere, ſi nuncians contradicat, & paratus ſit de ſuo iure, & intereſſe docere in continenti, ſed eſt audiendus, & cauſa cognoſcenda, & infra tres menſes terminanda, quod ſi infra dictum tempus expediri nequeat, eo elapſo admitti debet ædificator ad dictã fideiuſſionem de demoliendo iuxta clariſſimum textum *in l. 1. C. de noui oper. nunciat.* quo Iuſtinianus Imperator limitauit, & correxit ius pandectarum, quæ lex canonizata fuit *in cap. ſi. extra eod. tit. de noui oper. nunciat. Bart. in l. prætor ait §. ſi quis paratus ante num. 1. ff. eod. tit. ibique Imol. ad fi. num. 14. Iaſ. in l. 1. ſub num. 19* vbi de communi *opinione teſtatur, & ibidem late Ruin. num. 54. & ſeq. Salycet. in l. 1. ad fin. verſ aut ille ſatiſdationem nu. 3. & ibi Aloy. de Leo ſub nu. 6. C. de oper. noui nunciat. Ancar. in c. ſignificantibus num. 5. notab. 5. de noui. oper. nunciat. Caſtren. in l. de pupillo §. ſi quis riuus. ad fin. num. 5. tit. eod. Gail. pract. obſer. 16. num. 17. lib. 1. Papien. in form. libel. in action. noui oper. in glo. ante aliquam num. 3. ibique Adden. Carpan. ad ſtatut. Mediolanen. cap. 340. num. 53. & 54.*

in

Digitized by Google

in fi. p. 2. Gratian. diſcept. 384. *num.* 2. 3. & 4. vbi hoc procedere, tam de iure ciuili, quam canonico *Verſen. ad ſtatut. Vrbis cap.* 148. *ſub num.* 2. *Adden. ad Magon. d. Lucen.* 29. *lit. A. Poſtius reſol.* 130. *nu.* 1. *Theſaur. filius in addit. ad deciſ.* 264. *ſui Patris Sperel. dec.* 53. *num.* 13. 14 & 15. *tom.* 1. *Creſcen. dec.* 1. *de noui oper. nunciat. Pute. deciſ.* 229. *lib.* 2. *Thomat. deciſ.* 33. *num.* 4. & *deciſ.* 34. *num.* 27. & 28.

16. Quod etiam procedit de iure canonico ſecundũ, quod non eſt admittenda cautio, quando nuncians vult in continenti probare, *glo. in cap. vltim. in verbo non obſtante in fin. verſ. ſed contrarium de noui oper. nunciat, & ibi Io. Andr. in prin.* vbi quod iſta prouiſio ſit vtilis etiam ei, cui denunciatur, quaſi poſtea probato præiudicio denunciantis perderet expenſas factas in conſtruendo, & faciendas in demoliendo, vt ex *Abb. Butr. Hoſtien. Card. Ancar.* tradit Gratian. *diſcept.* 384. *num.* 4. & 5. vbi quod ita obſeruantia, & praxis obtineat *tom.* 2.

17. Et ita etiam diſponit *ſtatutum Vrbis cap.* 148. *lib.* 1. vbi ſolum abbreuiatur terminus ad ſex dies vtiles, vt notat *Gratian. diſcept.* 384. *num.* 6. & *in ſimili Carpan. ad conſtit. Mediolanen. cap.* 141. *num.* 58. *par.* 2.

18 Ratio autem huiuſmodi axiomatis eſt, quia in caufis ſummarijs exceptio, etiam ſi requirat altiorem indaginem admittitur, ſi excipiens ſit paratus in continenti probare *l.* 3. *in prin. ff. vt in poſſeſſ. legat. & ibi glo. in verb. hodie*, vnde ſicut exceptio in
19 continenti probata impedit executionem ſententię *l.* 4. §. *condemnatum ff. de re iudic.* ita etiam debet
20 impedire volentem ędificare non obſtante oblatione cautionis de demoliendo in caſu ſuccumbentiæ, vt bene ratiocinatur Gratian. *diſcept.* 384. *num.* 9. & *ſeq.*

21 Et vltra hanc rationem allegatam à *Gratiano* colligitur, etiam ex verbis Imperatoris *in d. l.* 1. *C. de oper. noui. nunciat,* ibi *ſic enim & opera non per inanes denunciationes probibentur, & rectè denunciantibus conſuletur*, qua ratione vtrique parti melius conſultum arbitratur Imperator, cum denunciato magis expediat expectare per tam breue tempus, quã periculo, & ſumptibus demolitionis ſubiacere in vim præſtitæ cautionis, & obligationis de demoliendo in caſu ſuccumbentiæ, vt conſiderauit *Io. Ander. in cap. fi. in prin. & ibi* Butr. *de noui. oper. nunciat. relat. per Sperel. dec.* 53. *num.* 16. *tom.* 1. vbi *in verſ. & quamuis hac ratio* ſubdit, hanc eſſe optimam rationem, tamquam æquitati conſonam, licet inſulſa viſa fuerit *Theſauro dec.* 204. *ſub nu.* 3.

22 Sublim. vt etiam in opere pio, & in Eccleſia ædificanda non ſit admittenda cautio de demoliendo, ſi nuncians nouum opus ſit paratus in continenti docere de ſuo iure, & gaudere termino trium menſium ad idem deducendum, & iuſtificandum *Creſcen. dec.* 1. *de noui oper. nunciat.* vbi notabiliter ſubdit, quod tranſactis tribus menſibus vltra cautionem de demoliendo ab ędificante dandam, licentiam ædificandi eſſe concedendam cum decreto, vt lite durante non cenſeatur Eccleſia, nec prò tali habeatur, cum rei ſacræ demolitio permittenda non videatur, *Sperel. dec.* 53. *num.* 19. *tom.* 1.

23 Tranſactis verò tribus menſibus in quocunque, ſiue ſacro, ſiue prophano ædificio non impeditur ædificans dictam cautionem præbens in proſecutione ædificij, etiam ſi nuncians ſe offerat in continenti docere de non iure ipſius ędificantis, cum nihilominus poterit admitti ſatiſdatio de demoliendo, non obſtante quod lis pendeat, & non ſit terminata, & ſic interim non impedienda venit conſtructio *Azor. in ſum. C. de ædif. priuat. in fi. ſub num.* 9. *Gail. obſer.* 16. *num.* 17. *lib.* 1. *Lancellot. de attentat. poſt inhibitionem cap.* 20. *limit.* 2. *num.* 14. *Gratian. diſcept.* 384. *num.* 14. *Caroc. dec.* 19. *num.* 24. *Creſcen. d. vnica de noui oper. nunciat.* & ita deciſum refert *Sperel. dec.* 53. *num* 20. *in fi. tom.* 1.

24 Et licet nuncians nouum opus habeat terminum trium menſium ad docendum de ſuo iure, poteſt tamen minus tempus Iudicis arbitrio aſſignari, *Gratian. diſcept.* 384. *num.* 2. & *ſeq. Poſt. reſol.* 130. *num.* 3.

25 An verò ſit in arbitrio denunciatoris, vel denunciati velle ſatisdationem recipere, vel dare, & de ſuo iure in continenti docere, alij tenent quod ſit electio actoris, alij verò quod ſit electio rei, vt per
26 *Bald. in l.* 1. *C. de noui oper. nunciat.* Sed vera, & magis communis opinio eſt, vt ſit in arbitrio nunciantis, an velit ſatiſdationem recipere, quando vult in continenti probare, quo caſu Iudex non debet admittere dictam cautionem, vt concludunt omnes in *cap. vlt. de noui oper. nunciat. Gratian. qui alios allegat. diſcept.* 384. *num.* 13. *tom.* 2.

27 Alij verò diſtinguunt, ſi ædificator poſſideat, & quod hoc caſu eius ſit optio, aut non, & erit electio nunciantis, verior tamen eſt opinio, vt prædicta habeant locum, etiam quando ille, cui nunciatur ædificaret in ſolo à ſe poſſeſſo, vt potè quia iura de hoc loquentia generaliter loquantur nulla facta diſtinctione, an nunciatus poſſideat nec ne, cum in hoc caſu non dicatur turbari poſſeſſor, neque nuncians ad hoc tendat, ſed ſolum agere cenſeatur ad ius ſuum tuendum, quod per ædificium videbatur diminui, & turbari *Soccin. iun. in l.* 1. *nu.* 253. *vſque ad nu.* 256. *de oper. noui nunciat. relat. per Gratian. diſcept.* 384. *num.* 15. & 16. *Poſtius reſol.* 130. *num.* 4.

28 Sublim. vt neque ſatisdatio ſit admittenda in nunciatione noui operis, ſi nullum periculum ſit in mora, vel non poſſit conſiderari ſuſpicio calumniæ *Imol. in l. Prætor. ait* 20. §. *ſi quis paratus fuerit ad fin. num.* 15. *ff. de noui oper. nunciat Theſaur deciſ.* 204. *num.* 5. *Poſtius reſol.* 130. *num.* 7. *Gratian. diſcept.* 384. *num.* 17.

29 Immo etiam ſi aliquod damnum immineret, neque eſſet admittenda ſatiſdatio, ſi nunciator dixerit hodie conſtat, hodie agitur, nam tunc eſſet ſuperſedendum arbitrio Iudicis, *Caſtren. in l. de pupillo* §. *ſi quis riues in fi. ff. de noui oper. nunciat* Gratian. *dicta diſcept.* 384. *num.* 18. *Poſtius dicta reſol.* 130. *num.* 8.

30 Lim. vlterius principalem concluſionem, vt ſtatim remitti debeat nunciatio, quando ex oculari loci inſpectione apparet de notorio iure nunciati, ſeu de notorio non iure nunciantis, *Pract. Papien. in form. libel. in act. noui oper. in glo. quendam parietem num.* 2. & 4. *Poſtius eadem reſol.* 130. *nu.* 56.

31 Lim. vlterius, quando nunciatio heberet præſumptionem calumniæ *Theſaur. dec.* 204. *num.* 5. *Adden. ad deciſ. Bonon. diuerſ. ſuper ſtatut.* 149 *ſub verſ. ad materiam relat. per Poſt. reſol.* 130. *nu.* 57. & 58. *vbi quod ſaltem ſit arbitrarium Iudici.*

PRAENESTINA ELECTIONIS FORI.

ARGVMENTVM.

VIduæ, Pupilli, & generaliter miſerabiles perſonæ gaudent priuilegio electionis fori, debent tamen eligere, & trahere ad Iudicem vtrique parti competentem, & iuriſdictionem habentem in reum conuentum, an autem, ſeu in quibus caſibus poſſint trahere laicum ad forum, & Iudicem Eccleſiaſticum, materia dilucidè exaratur.

SVMMARIVM.

1 Vidnæ Pupilli, & miſerabiles perſonæ gaudent priuilegio electionis fori, tum in prima, tum in ſecunda inſtantia num. 2.
3 Virgines gaudent priuilegio electionis fori.
4 Habens fori electionem debet declinando vnum forum eligere alium competentem.
5 Et poſſunt trahere de loco ad locum, non de foro ad forum.
6 Iudex Eccleſiaſticus quo ad laicos eſt incompetens, præcipuè, vbi non agitur in cauſis mixti fori, vel Eccleſiaſticis num. 7.
8 Viduæ, & pupilli primario ſunt ſub poteſtate Regis, ſecundario ſub poteſtate Eccleſiæ num. 9.
10 Viduæ, & miſerabiles perſonæ habent de iure canonico electiooem fori trahendi Laicos ad forum Eccleſiaſticum, ſi Iudex Laicus eis non exhibeat iuſtitiæ complementum.
11 Ita etiam ſi Vidua ſpoliata, poſſeſſorio agat.
12 Prout etiam ſi Vidua ſit pauper, licet non ſit ſpoliata, nec oppreſſa, poteſt trahere ad Eccleſiaſticum Iudicem.
13 Quæ differentia ſit inter ius canonicum, & ciuile quo ad priuilegium electionis fori.
14 Ius ciuile quo ad priuilegium electionis fori attendit ſtatum, & conditionem miſeratione dignam, Ius Canonicum paupertatem, & oppreſſionem num. 15.
16 Mulier habens parentem inutilem poteſt trahere laicum ad forum Eccleſiaſticum, ſi ſit, vel pauper, vel ſpoliata, vel oppreſſa.
17 Priuilegium electionis fori conceſſum miſerabilibus perſonis nunquam cenſetur ſublatum.
18 Non poteſt tolli, niſi per ſignaturam gratiæ.
19 Neque eidem renunciari poteſt.
20 Fundans ſe in paupertate illam probare tenetur.
21 Summaria paupertatis probatio ſufficit.
22 Paupertas in dubio præſumitur.
23 Paupertatis probatio multum pendet arbitrio Iudicis.
24 Pauper dicitur, qui manualibus exercitijs ſibi victum quærit.
25 Pauper dicitur, qui non habet vnde viuat, vel conuenientia ad ſuum ſtatum.
26 Regina vidua habet electionem fori.
27 Mulier habens virum inutilem pro vidua reputatur ad effectum gaudendi priuilegio fori.
28 Ampl. etiam in innupta habente patrem inutilem, vel captiuum.
29 Pauperibus competit ius conueniendi ſuos debitores in foro Eccleſiaſtico.
30 Cauſæ viduarum, pupillorum, & miſerabilium perſonarum ciuiles, & criminales agitari poſſunt in foro Eccleſiaſtico.
31 Epiſcopus poteſt concedere mandata ſuſpicionis fugæ, etiam contra Laicos.

DECISIO XII.

FVit pro parte Marthæ, & Magdalenæ Pauperum Virginum in foro Epiſcopali Præneſtino coram me introductum Iudicium ſuper recuperatione nonnullorum bonorum, contendente propterea Cancellario Curiæ ſecularis non poſſe præfatas Virgines trahere ad Eccleſiaſticum Tribunal Aduerſariū laicum, vnde dubitari contingit, an in caſu, de quo agitur competat electio fori, pro cuius deciſionis reſolutione eſt animaduertendum fori electionem competere, tum ex diſpoſitione Iuris Cæſarei, tum Iuris Pontificij, ſiquidem attento Iure Cæſareo Vi-
1 duæ Pupilli, & generaliter miſerabiles perſonæ gaudent priuilegio electionis fori, ſiue agant, ſiue conueniantur, adeout poſſint eligere forum Imperiale, & Regium, & declinare forum Inferiorum Iudicum, vel è conuerſo declinare ſuprema Tribunalia, & eligere Iudicem proprium inferiorem, iuxta celebrem textum in *l. vnica C. quando Imperator inter Pupill. & Vid. vbi Azo, Cynus*, Bart. *Alberic. Bald. Fulgoſ.* Menoch. *de arbit. caſ. 66. ex num. 1. Gail. pra. obſer. 1. ex num. 4. lib. 1. Syntagma commun. opin. lib. 3. tit. 12. num. 1. Rol. a Valle conſ. 76. num. 35. vol. 1. Natta conſ.* 590. *num. 3. Scaccia de appel. qu. 7. num.* 114. *latè Carlenal. de Iudic. lib. 1. tit. 1. diſ. 2. qu. 6. ſect. 7. num.* 525. *fol.* 119. *Giurb. deciſ.* 82. *num. 1. & per tot. Maſtril. dec. 268. nu. 1.*

2 Quod priuilegium competit, tam in prima, quā in ſecunda, & vlteriori inſtantia, quia cum lex diſponat, quod à nullo noſtrorum Iudicum iſtæ Perſonæ miſerabiles compellantur, intelligendum eſt, tam de primo, quam de alijs Iudicibus, quaſi verba pluralis numeri indefinitè prolata non reſtringantur ad primum actum, neque verificentur in vno, vt ratiocinatur, *Gratian. diſcept.* 565. *nu.* 74. *& 75. tom. 3. & Marcheſ. de commiſ. auocat. cauſ. p. 2. §. 1. nu. 468. verſ. amplia vigeſimo ſecundo fol.* 310. *Rol. a Valle conſ.* 45. *num* 12. *vol. 2. Neuiz. in Silua nupt. lib. 6. num.* 36. *Menoch. de arbitr. caſ. 66. in addit. num. 38. Scaccia de appel. qu. 7. num.* 113. *Theſaur. dec.* 177. *num. 8. & reprobato Conar. prat. qu. cap. 7. num 4. & Nouar. de elect. & variat. fori ſect. 1. num. 2. vſque ad fin. contrarium tenentibus tradit Sperel. dec.* 156. *num. 1. tom. 2.*

3 Quinimò neque reſtringitur ad ſolas Viduas, ſed extenditur quoque ad Virgines innuptas, quæ æquiparantur Viduis, cum etiam Virgo dicatur Vidua, quaſi ſine viro, vnde cum militet eadem ratio, Principis beneficium eſt extendendum, & non reſtringendum iuxta apertiſſimum textum in *l. malum §. Vidua ff. de verb. ſignif. Glo. in cap. 1. 83. diſt. & comprobatur in eadem l. vnica vbi Cynus, Oltrad. Bald. Alberic. & Fulgoſ. Io. Lopez. in cap. per veſtras de donat. inter Vir. & Vxor. in quinto notab. num.* 12. *& in ſpecie concludit Afflict. in conſtit. Regni lib. 1. rub. 37. num. 29. Menoch. de arbit. caſ. 66. in addit. num. 12. Marta de Iuriſdict. p. 2. cap. 11. num. 5. Nouar. in prat. elect. & variat. fori ſect. p. qu. 11. num. 1. latè Gratian. diſcept.* 565. *num.* 65. *& 70. tom. 3. Maſtril. dec.* 127. *Caſtil. dec.* 48. *Giurb. dec.* 82. *nu. 1. Vincen. de Franc. dec.* 110. *num. 3. Peregr. deciſ.* 129. *num. 6. Vint. dec.* 65. *num. 3. & reprobato Conar. & Gail. docet Sperel. deciſ.* 158. *num. 2. 3. & 4. tom. 2.*

4 Non

4 Non tamen propterea poteſt Vidua, vel alia miſerabilis Perſona fori electionem habens eligere Iudicem vtrique parti incompetentem, neque Aduerſarium trahere, niſi coram vno ex Iudicibus, qui vtrique parti ſit competens, eo quia diſpoſitio, *l. vnica C. quando Imperator inter Pupill. & Vid.* intelligatur, vt adeundus ſit Iudex, qui in Aduerſarium reum conuentum iuriſdictionem habeat, vt originaliter firmauit *Andr. de Iſernia in conſtit. Regni ſtatuimus in 2. quæ eſt in lib. 1. rub. 27. in verbo generalia tamen verba, quem ibi ſequitur Afflict. ſub num. 17. verſ. quod enim, & latius dec. 257. num. 4. vbi ita per Sac. Concil. de omnium voto pronunciatum fuiſſe Menoch. de arbitr. caſ. 66. num 42. Marcheſ. de commiſ. auoc. cauſar. p. 2. §. 2. num 143. fol. 322. Nouar. de elect. fori ſect. 2. qu. 30 Ridolphin. in prax. p. 3. cap. 4. num* 131. & ratio eſt quia propter fauorem miſerabilibus Perſonis impenſum, non eſt alteri iniuſtitia facienda, vt ex *Afflict. loco citato* animaduertit *Sperel. dec. 157. num. 1. & 2. to 2.*

5 Quinimo textus in dicta *L. vnica* indulget quidem Viduis, vt valeant de Ciuitate, ad Ciuitatem, ſiue de Tribunali laico, ad aliud eiuſdem generis colligantes trahere, non autem de foro laicali, ad forum Eccleſiaſticum, ac proindè poſſunt tantum trahere de loco ad locum, non autem de foro, ad forum, *Marcheſ. de commiſ. auocat. cauſ. p. 2. §. 2. nu. 167. & 168. fo.* 324. & ita ſuo tempore ſeruaſſe ſignaturam teſtatur *Sperel. deciſ. 156. num. 22. & ſeq. tom. 2.*

6 Ex quibus videtur præfatas Virgines non poſſe trahere collitigantem Aduerſarium coram Iudice Eccleſiaſtico, qui quoad laicos eſt penitus incompetens, *cap. licet ex ſuſpecto, & cap. ex tenore de foro comp. vbi Doctor Farinac. qu. 8. num. 125.*

7 Præcipuè quia non agitur in caſibus mixti fori, quæ quales ſint, latè recenſentur per eundem *Farinac. d. qu. 8. a num. 126. vſque ad fin.* vel in cauſis ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis, in quibus non ſæcularis, ſed Eccleſiaſticus Iudex competens eſt, ſiue principaliter, ſiue incidenter, ac etiam ſiue inter laicos agatur *Viui. commun. opin. lib. 1. verb. Iudex laicus Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 11. nu. 50. & 51.*

8 Quæ licet de plano procedant attenta diſpoſitione iuris ciuilis, vt potè quia Viduæ, Pupilli, Virgines, & ſimiles primario ſint ſub iudicio, & poteſtate Regis, ſeu Principis ſæcularis, *cap. Regum 23. qu. 5. & dicta l. vnica C. quando Imperator inter pupil. & Vid.*

9 Tamen cum ſecundario ad Eccleſiam ſpectet eorum indemnitati conſulere, & prouidere *cap. adminiſtratores 23. qu. 5. prout notabiliter notat Anton de Butr. in cap. ſignificantibus 38. ſub nu. 17. de offic. de leg. Ridolphin. in prax. p. 3. cap. 4. num.* 150. Hinc
10 eſt quod in tribus caſibus ius canonicum indulget Viduis, & ſimilibus miſerabilibus perſonis etiam actricibus, vt laicos ad forum Eccleſiaſticum trahant. Primus eſt vbicumque Iudex ſæcularis negligens fuerit in adminiſtrando iuſtitiam per textum apertum in *cap.* ex *tenore 11. in verb. final. & ibi Canoniſtæ omnes de foro competen. & in cap. licet eodem tit. vbi pariter Doctores & in cap. ſignificantibus 38. de offic. deleg.* inducendo illum a contrario ſenſu & ibi *Innoc. num. 1. Marcheſ. de commiſ. auocat cauſ. p. 2. §. 2. num. 31. circa med. verſ. primo caſu ſi miſerabilis perſona cum alijs per Sperel. dec. 156. num. 9. tom. 2. & per Ridolphin. in ſua prax. p. 3. cap. 4. num.* 154.

11 Secundus caſus eſt quando Vidua ſpoliata poſſeſſorio, agit, cum hoc caſu irrequiſito Iudice laico, Eccleſiaſticum adire poſſit, & ſiue diues, ſiue inops exiſtat, ſæcularibus Iudicibus omiſſis, collitigantes laicos ad Eccleſiaſticum forum trahere valet, & ille eſt caſus text. *in cap. ex parte B. 15. de for. competen.* vbi Honorius III. committit cauſam Spolij Caſtri Sergens ad inſtantiam Viduæ Reginæ Angliæ aduerſus quendam Nobilem, & *ibi communiter Canoniſtæ* eſt etiam *text. in cap. ſi quis de potentibus 24. qu. 3. cap. ſuper quibaſdam in fin. de verb. ſignif. Innoc. cap. ſignificantibus de offic. deleg. num. 1. & ibi Zabarel. ſub num. 2. & ſub num. 4. in 12. quæſt. Natta conſ. 590. num. 10. Roland. conſ. 20. num. 11. & 22. lib. 2. Conar. pract. quæſt. cap. 6. nu. 1. verſ. immo & in hoc Ridolph. in prax. p. 3. cap. 4. num. 152. latiſſimè Sperel. dec. 156. num. 10. 11. 12. & 13. vbi contrarijs reſpondet tom. 2.*

Et licet hanc eſſe communem Doctorum ſententiam fateatur, *Conar. pract. qu. 6. num. 1. verſ. cur immo*, ipſe tamen contrarium tenet cumque ſequitur *Marta de iuriſdict. p. 2. cap. 21. nu. 12.*

Tamen intrepidè non eſſe recedendum à communi ſententia, a qua nec diſcedunt Doctores à *Marta allegati*, ex quo ipſe fortaſſe non vidit in fonte ſubdit *Sperel. loco citato num. 10. verſ. & nihilominus, in actio num.* 13. & hanc communem ſententiam etiam tuetur *Marcheſ. de commiſ. auocat. cauſ. p. 2. §. 2. num. 156. fo. 323.* vbi reddit rationem, quia isto caſu, tam quoad habitum, quam quo ad actum cenſentur eſſe de foro Eccleſiæ, licet ſecus eſſe credat, ſi petitorio ageretur.

12 Tertius, & vltimus caſus eſt, quando Viduæ ſunt pauperes, & ſic vbi viduitas, paupertas, & inopia concurrunt, tunc indiſtinctè etiam, ſi nec oppreſſæ, nec ſpoliatæ fuerint, nullaq; data Iudicis laici negligentia, habent fori electionem, ac valent laicos etiam in prophanis ad Tribunal Eccleſiaſticum trahere, vt probat text. *in cap. ſignificantibus de offic. delegat.* a contrario ſenſu *Natta conſ. 590. ſub nu. 9. Cened. quæſt. canon. qu. 14. num. 12. faciunt tradita per Marcheſ. de commiſſion. auocat. cauſ. p. 2. §. 2. nu. 17. fo. 301. Natta conſ. 590. num. 11. Rol. conſ. 20. num. 16. lib. 2. Ridolphin. in prax. p. 3. cap. 4. num. 151. & traduat communi calculo Doctores citati per Sperel. dec. 156. num. 14. tom. 2.*

13 Hinc reſultat diſcrimen inter Ius Pontificium, & Cæſareum, ſcilicet quod de Iure ciuili Vidua, ſiue diues, ſiue inops, ſiue ſpoliata, ſiue non, ſiue Iudex cauſæ negligat, ſiue paratus ſit iuſtitiam adminiſtrare, ſemper fori electionem habeat, itaut Aduerſarium trahere valeat à Iudice loci ad Curiã ſupremam, & è contra, & ab iſta ad Curiam inferiorem, vt patet ex contextu *d. l. vnica*, de iure autem Canonico non poteſt Aduerſarium ad Curiã Eccleſiaſticam trahere, niſi dictis tribus caſibus, nempè ſi Iudex laicus negligat, vel illa ſit pauper, vel ſpoliata, aut oppreſſa, vt animaduertit, *Sperel. dec. 156. num. 56. verſ. primum diſcrimen to. 2.*

14 Vlterius de iure ciuili Pupilli, & Orphani tunc dicuntur miſerabiles Perſonæ ad conſequendum priuilegium *d. l. vnica*, quando ſunt impotentes, vt patet ex ipſo contextu eiuſdem legis, vbi Imperator appellat Pupillos, & Viduas fortunę iniuria miſe-

miſerabiles, quia nempè Vidua virum, Pupillus Parentem, & ſic defenſorem amiſerunt, vnde ſolum ſtatum, & conditionem miſeratione dignum attendit, & non paupertatem cum dicta cauſa ſollicitata ob diuitias minimè ceſſet, immo quod Pupilli, & Viduæ locupletes maiores patiantur inſidias, & conſequenter opportunius huiuſmodi priuilegio ſubueniri debeant tradit *Menoch. de arbitrar. caſ. 69. num. 11. egregiè Natta conſ. 590 num. 4. & 6. Gail. prat. obſer. lib. 1. obſer. 1. num. 4. Viui dec. 121. nu. 11. & comprobat. Sperel. deciſ. 156. num. 33. & ſeq. relatis in antecedentibus numeris, ſcilicet a num. 24. & ſeq. contrarium tenentibus.*

15 Ius verò Pontificium attendit impotentiam non ratione ſtatus. Sed ratione, vel paupertatis, & inopiæ, vel oppreſſionis, quæ miſerabilem faciunt perſonam, in nihilo refragante mulieres, & virgines habere parentes, dum ægeſtate, & paupertate præmuntur, quæ potiſſima reputatur cauſa ab eodem foro trahendi ad eccleſiaſticum Tribunal, quaſi ſub eccleſiaſtico patrocinio debitam poſſint conſequi iuſtitiam, præcipuè ſi Pater ſit ruſticus, ignarus, rudiſque Mineruæ, & conſequenter inutilis, propterea, quod mulier, vel virgo ſi inutilem paren-
16 tem habeat, etiam poſſit in ſupradictis tribus caſibus trahere laicos ad forum eccleſiaſticum pulchrè *ex Bald. & Felin. tradit Sperel. dec. 158. à num. 4. 5. 6. & 7. & pluribus ſequentibus tom. 2.*

17 Quod priuilegium in huiuſmodi caſibus tanquã in corpore iuris clauſum, nunquam cenſetur ſublatum *ad glo. & Bart. in Auth. qua in Prouincia C. vbi de crim. agi oportet Bald. & Paul. de Caſtr. in l. 2. §. omnes ff. de Iudic. Roman. conſ. 448. num. 15. Creſcen. dec. 16. num. 2. de priuileg*

18 Nec poteſt tolli, niſi per Signaturam gratiæ, quia derogare legibus, ſtatutis, & priuilegijs ſignaturæ iuſtitiæ, neque alijs inferioribus eſt permiſſum manus apponere, vt comprobat *Marcheſ. de commiſ. auocat. cauſar. p. 2. §. 2. num. 18. fol. 301. Ridolphin. in prax. p. 3. c. 4. num. 141.*

19 Immo cum hoc priuilegium ſit datum, & conceſſum ex benignitate, & miſeratione perſonarum, neque eidem miſerabilis perſona renunciare valet, cum talis renunciatio tollat miſerationem, & eſt contra bonos mores, vnde Vidua, quæ coram Ordinario erat appunctuata ad ius, & petijt ſe remitti coram Principe, quod fuerit remiſſa, quia per conſenſum præſtitum coram Ordinario, non potuit renunciare tradit *Neuiz. in Silua nuptiarum lib. 6. nu. 37. & 38.* ad late cumulata per *Marcheſ. de commiſ. auocat. cauſ. p. 2. num. 69. fol. 311. & num. 20. fol. 301. Ridolphin. prax. recen. p. 3. cap. 4. num. 90. Vincen. de Franc. dec. 192. n. 7. Felin in cap. ſi diligenti 12. fallenſ. 4. in fi. nu. 16. de for. competen. cum alijs per Gratian. diſcept. 182. n. 22. & diſcept. 365. n. 86. & ſeq. Cancer. var. reſ. c. 2. de iuriſdict. omnium Iud. p. 2. n. 26. Nouar. de electian fori ſect. 2 q. 6. n. 3. Theſaur. d. 177. n. 6. Vrſil. ad afflict. d. 257. ſub num. 2. Sperel. dec. 156. num. 51. tom. 2.*

20 Fundaos autem ſe in paupertate, vt iuxta ſupradictum tertium caſum, agi poſſit coram Iudice eccleſiaſtico, tanquam ſuæ intentionis fundamentum illam probare tenetur *glo. l. ſi vero §. qui pro rei qualitate, vbi Paul. de Caſt. Alex. Iaſ. ff. qui ſatisdare cogunt latè Tyraquel. de retract. conuent. §. 32. glo. 1. num. 95. DD. in l. fi. §. licentia C. de iur. liber. Ruin. conſ. 81. col. 2. vol. 2. Couar. lib. 1. var. reſ. cap. 61. Afflict. dec. 177. num. 4. & ſequen Surd. dec. 141. nu. 2. Ludou. dec. Peruſ. 89. num. 12. & in puncto Rolan. conſ. 20. num. 28. & 29. lib. 2. Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 27. qui de communi teſtatur.*

21 Sufficit tamen adhuc effectum ſummaria inopiæ probatio, vt firmat idem *Couar. pract. quæſt. cap.*
22 *6. ſub num. 8. Sperel. dec. 156. num 16.* Cum paupertas, vti qualitas naturalis, in dubio præſumatur, vtpotè quia quilibet naſcitur nudus *Bart. in l. ſi vero §. qui pro rei qualitate ff. qui ſatisdare cogunt Canale. dec. 233. num. 1.*

23 Hinc eſt quod paupertatis probatio multum pendet arbitrio Iudicis, qui conſiderare debet qualitatem perſonarum, *glo. in Auth præterea in verbò locuplex. C. vnde vir. & vxor. vbi Corn. Bald. Rom. Bart. in repetit. l. ſi conſtante 2. qu. prima quæſt. princ. ff ſolut. matrim. Alex. conſ. 91. num. 3. lib. 7. Ruin. conſ. 55. num. 5. lib. 1. Menoch. de arbitrar. caſ. 65. nu. 7. lib. 1. Surd. de aliment. tit. 9. qu. 37. nu. 1. Ioſeph. Ludou. concluſ. 35. verſ. quis autem col. 2. Gratian. diſcept. 120. num. 9. 15. & 30. Cæſar. de Graſ. dec. 1. num. 24. de ſucceſ. ab inteſt. Canale. dec. 120. num. 1. Rot. dec. 202. n. . . p. 2. diuerſ. Surd. dec. 61. nu. 4. & in Romana quarta 24. Apr. 1651. §. fin. corã Em. Celſo.*

Ex quibus ſequitur præfatas Virgines non ſolum quia agunt poſſeſſorio, verum etiam quia ſumma ægeſtate præmuntur, habere ex iuris Canonici diſpoſitione electionem fori, de quarum paupertate non eſt dubitandum, cum conſtet ex proprijs labo-
24 ribus ſibi victum quærere, dum vel in agro, vel alijs manualibus exercitijs occupari oportet, vt eorum neceſſitatibus per opportunè prouideant *Abbaſ. in cap. ſuper his extra de voto Natta conſ. 666. num. 3. lib 4. Benincaſ. tract. de pauper. qu. 6. num. 8. ad fin verſ. item dicitur & num. 31. in fi. cum alijs per Farinac. in tract. de Teſtibus in tit. de oppoſ. contra perſon. Teſt. qu. 57. num. 47. & 48.*

25 Tum quia non habent conuenientia ad eorum ſtatus conditionem, & ſic non minus dicantur pauperes, quam dicantur illi, qui non habent vnde viuant, & neceſſarijs ad vitæ ſubſtentationem carent *Bald. in l. ſi quis ad declarandum num 5. C. de Epiſcop. & Cler. Iaſ. in l. ſi conſtante num. 146. & 151. ff ſolut. matrim. Maſcambrun. conſ. 105. num 11. Decian. in tract. crim. in princ. quæſt. 40. Maſcard. de probat. concluſ. 1154. num. 14. Simon. de Petr. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. interpret. 1. dub. 12. num. 74. fol. 470. Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib. 8. c. 6. num. 77. Surd. dec. 61. num. 3. & 5.* vbi quod pauper dicatur, qui in bonis habet ſeura mille, & in puncto *Natta conſ. 590. num. 14. cum alijs per Sperel. dec. 156. num. 17. & 19. tom. 2.* vbi quod etiam Regina
26 iuxta ſuam conditionem pauper dici poſſit, ad effectum eligendi forum argument. Textus *in cap. ex parte vbi notant Doctores de foro competen. Rol. conſ. 20. num. 21. lib. 2. Natta conſ. 160. ſub num. 14. à fi. Marcheſ. de commiſ. auocat. cauſ. p. 2. §. 2. num. 31. col. 1. circa fi. fol. 304.*

Nec releuat præfatas Virgines habere Patrem, tum quia vel ratione ruſticitatis, & imperitiæ, vel quia eadem paupertate laborat, pro inutili reputatur, tum etiam quia obiectum ſibi locum vindicare poteſt de iure ciuili attendente ſtatum perſonarum, ſecus autem de iure Canonico, attendente directè, & immediatè ipſam tantum paupertatem, ex ſuperius deductis.

27 Qui-

Digitized by Google

27 Quinimo etiam de iure ciuili Mulier viro deſtituta, ſeu habens virum inutilem pro vidua reputa-
28 ri, prout etiam innupta, Patre deſtituta, ſeu habens Patrem inutilem, diuturno morbo laborantem, vel exulem, ſeù condemnatum ad perpetuas carceres, vel ad Triremes, vel captum ab hoſtibus, quæ cum pariter ex identitate rationis ſint miſerabiles perſonæ eodem priuilegio *l. vnicę* ad inſtar Viduarum gaudere debent, vt docent *Bart. & Bald. in dicta l. vnica per text. in cap. 2. §. ſed neque iſtud. & ibi gla. in verb. inutilem de translat. Epiſcop. Felin. in cap. ſignificantibus num. 8. de offic. delegat. Couar. pract. quæſt. cap. 7. num. 2. verſ. eſt in hoc Nouar. in prax. elect. for. ſect. 2. qu. 7. num. 2. & 3. vbi plures cumulat. Marcheſ. de commiſ. auocat. cauſ. p. 2. §. 2. nu. 11. & 12. fol. 300. & num. 36. fo. 306. Vincen. de Franc. dec. 100. num. 18.*

29 Quinimo quod pauperibus vti miſerabilibus perſonis competat ius conueniendi ſuos debitores etiã in tribunali eccleſiaſtico declarauit *Sac. Congr. Immunit. dum in vna Maceraten. 18. Nouemb. 1653. cenſuit perſonis pauperibus vti miſerabilibus competere ius conueniendi ſuos debitores laicos etiam coram Epiſcopis, eorumque tribunalibus eccleſiaſticis.*

30 Et in alia Eſina eadem *Sac. Congregatio cenſuit ſecundum* ea quæ proponuntur *cauſas viduarum, pupillorum, & aliarum perſonarũ miſerabilium tam ciuiles, quam criminales cognoſci poſſe à curia Epiſcopali ſub* die 31. *Maij* 1639. quæ reſolutio ſimul inſtante Epiſcopo, & Gubernatore laico Eſino emanauit.

31 Præcipuè concurrente conſuetudine, vt in vna *Montiſfaliſci* eadem *Sac. Cangreg. cenſuit Epiſcopum probata conſuetudine in foro Epiſcopali poſſe cognoſcere cauſas laicales pupillarum, Viduarum, & aliarum perſonarum miſerabilium etiam inter merè laicos non oppoſita fori declinatoria, nec non concedere mandata ſuſpicionis fuga etiam contra Laicos, & ad inſtantiam aliorum Laicorum 26. Februarij 1636.*

SVMMARIVM.

1 Miſerabiles perſonæ quæ dicantur.
2 Iudicis arbitrio relinquitur quæ dicatur miſerabilis perſona.
3 Miſerabilium perſonarum recenſentur ſpecies num. 4.
5 Pupillus exiſtens in poteſtate Patris non gaudet priuilegio *legis vnicæ*.
6 Priuilegium *legis vnicæ* non habet locum ſi lis conteſtata fuit cum Patre, & deinde decedat.
7 Nec habet locũ in Pupillo in forma Cameræ obligato.
8 A.C. eſt Iudex priuatiuè quoad Iudices Romanæ Curiæ, cumulatiuè quoad Iudices in partibus intellige vt num. 9.
10 Vidua non gaudet priuilegio *l. vnicæ* ſi ſua culpa Vidua effecta ſit.
11 Vidua inhoneſta non gaudet priuilegio *l. vnicæ*.
12 Priuilegium *l. vnicæ* non habet locum, quando in Hæredibus continuatur inſtantia cum Defuncto capta.
13 Neque habet locum ſi Iudex ſit priuatiuè quoad alios.
14 Neque habet locum inter æque priuilegiatos.
15 Amplia procedere etiam in foro eccleſiaſtico inter Eccleſiam, & aliam perſonam priuilegiatam.
16 Limita ſi alter ex miſerabilibus ageret proprio iure, alter ex iure ceſſo.
17 Limita ſi maior ratio priuilegijs militat in vno, quam in alio.
18 Limita non procedere, quando vnus agit de damno euitando, alter de lucro captando.
19 Limita non procedere in eo, in quo ceſſat cauſa priuilegij, & ſi non ſit priuilegiatus in illa cauſa.
20 Limita ſi vni ius commune aſſiſtat, alteri non.
21 Priuilegium *l. vnicæ* non competit ſi derogatum fuerit dicto priuilegio in conceſſione iuriſdictionis.

Quænam perſonæ habeant fori electionem.

ADNOTATIO I.

1 PRiuilegium *l. vnicæ* C. *quando Imperat. inter Pupil. & Vid. vel miſerab. perſon. cogn. & ne exhibeant.* generaliter competit miſerabilibus perſonis, quarum nomine veniunt omnes, quę ratione ſtatus, & conditionis alios inducunt ad miſerendum, vel nedum ob perſonarum culpam, ſed etiam ob fortunæ iniuriam pro miſerabilibus haberi, ac reputari debent *Azo. in ſum. rub.* C. *quand. Imper. num. 6. Guid. Pap. dec. 506. & ibi Add. lit. A. verſ. denique miſerabiles* Nouar. *in prax. elect. for. ſect. 2. in præfat. num. 2. Afflict. dec. 257. num. 1.*

2 Arbitrio tamen Iudicis relinquitur quænam dicantur miſerabiles perſonæ, ex *Bart. Guid. Pap. & Syl. nup. tradit Vrſil. ad Afflict. dec. 257. num. 2. Me-*
3 *noch. de arbitrar. lib. 2. caſ. 66. num. 1. late* Nouar. *in prax. elect. for. ſect. 2. in præfat. num. 3. & 4.* Signantet autem, & in ſpecie Perſonæ miſerabiles primo loco ſunt Viduæ, & Pupilli etiam ſi ſint diuites *Gratian. diſcept. 182. num. 2. & ſeq. Marcheſ. de commiſ. auoc. cauſ. p. 2. §. 2. num. 146. fol. 324. Theſaur. dec. 177. num. 1. cum alijs copioſè congeſtis per Ridolphin. in ſua prax. p. 3. cap. 4. num. 47. & 80. Franc. dec. 100. num. 19. Theſaur. dec. 177. num. 3. Rot. dec. 93. nu. 1. poſt Zacch. de oblig. Cameral.*

4 Vlterius mulier habens maritum inutilem, Orphani ſcilicet minores 14. annos Patre, & Matre carentes, Peregrini, & Aduenæ, Puella nobilis, quæ ſecundum eius conditionem matrimonio copulari nequit, Pauperes, Mercatores, dum ſunt in itinere, quibus ideo eſt ſummariè ſuccurrendum ſi grauentur vectigalibus, & pedagijs, Publici pænitentes, Liberti ab Eccleſia manumiſſi, & ad eam confugientes, Officiales, & Ruſtici, & Seruientes Eccleſiæ, ſi ſint pauperes, & ſeruiant gratis, Infantes expoſiti, ſenes, & decrepiti etiam ſi ſint diuites, Cæci, Mutilati membris, debilitati, leproſi, ſeu alio diuturno morbo laborantes, ſeu fatigati, niſi eorum culpa tales effecti fuerint, vt ſunt laborantes morbo Gallico, Captiui, Cruce ſignati, & ad fidem nuper cõuerſi, furioſi, fatui, mentecapti, & ſimiles, qui æquiparantur pupillo infanti, omneſque alij, in quibus æqualis, vel maior ratio militet, vt latè alijs congeſtis docet Ridolphin. *in prax. p. 3. c. 4. à num. 47. vſque ad 71. & num. 106. & 125.*

5 Lim. 1. in Pupillo exiſtente in poteſtate Patris, nam is priuilegio *l. vnica* non gaudet, quia minor annorum 14. exiſtens in poteſtate patris dicitur pupillus impropriè quoad ætatem tantum, non quoad alias circumſtantias, & exiſtente Patre nihil egere poteſt, & ſic non poteſt verificari, quod agat, vel non agat, ex quo omnia ſunt facienda per Patrem tamquam legitimum adminiſtratorem, cui lex confidit, vt ratiocinatur, *Vincen. de Franc. dec. 100. num. 17.* etiamſi exiſtat in poteſtate Aui *Nouar. in prax. elect. fori ſect. 2. qu. 3. num. 7. Ridolphin. in ſua prax. p. 3. cap. 4. num. 77. & 78.*

6 Lim. 2. non procedere, quando iudicium fuit cæptum, & lis conteſtata cum eius Patre poſtea defuncto, nam cum à principio ob Patris exiſtentiam amiſerit hoc priuilegium, non poteſt amplius

vti,

vti, etiam ablato de medio Patre, ſed vbi fuit cæptum ibi terminari debet, ſecus ſi lis non ſit cæpta cum defuncto, *Gratian. diſcept. 182. num 26. & 27. cum alijs per Ridolph. in prax. recen. p. 3. c. 4. num. 81. Rot. deciſ. 93. num. 21. poſt Zacc. de oblig. Cameral.*

7 Lim. 3. in pupillo in forma Cameræ obligato, qui, vel alia miſerabilis perſona, licet in partibus exiſtat, & licet dicta obligatio ſit facta extra Vrbē, poteſt conueniri coram A. C. eiuſque forum declinare non poteſt, non obſtante priuilegio *l. vnica*, cum A. C. ſit Iudex obligationis Cameralis priuatiuè, quò ad alios, iuxta ſuas ordinarias facultates, vt expreſsè legitur in conſtitutione *Pauli V. ex ordine 28. §. ita vt tu Ridolphin. in ſua prax. p. 3. c. 4. num. 82. cum plurib. ſeq. Marcheſ. de commiſ. auocat. cauſ. p. 2. §. 2. num. 94. & ſeq. fol. 314. & ſeq.* vbi quod hanc opinionem ſequatur ſignatura *Gratian. diſcept. 182. num. 6. verſ. dixi vbi de communi, & num. 7. Rot. poſt Zacch. de oblig. Cameral. deciſ. 93. nu. 2. & ſeq.*

8 Et quamuis facultates A. C. ſint datę priuatiuè, quo ad Iudices Romanæ Curiæ, quo vero ad Iudices extra curiam cumulatiuè *Ridolphin. in prax. p. 1. cap. 1. num. 40. & p. 3. cap. 4. num. 87.* Tamen hoc

9 procedit, vt cæpto iudicio in partibus A. C. nequeat à Iudice de partibus cauſam vigore obligationis Cameralis introductam reaſſumere *Burat. dec. 462. nu. 1.* non autem ſi pupillus fuerit præuentus, vigore obligationis Cameralis, nam tunc non poteſt declinare eius forum non obſtante *priuilegio l. vnica*, eiuſque vigore forum variare, & coram Iudice de partibus trahere *Ridolphin. d. cap. 4. num. 87. 88. & 89.*

10 Lim. 4. non procedere in Vidua, quæ ſua culpa in ſtatu viduili remanſit, vt ſi proprium virum occiderit, *Conar. pract. quaeſt. cap. 6. num. 3. verſ. quid ſi vidua Marcheſ. de commiſ. auocat. cauſ. p. 2. §. 2. num. 53. fol. 308. Ridolphin. in prax. recen. p. 3. cap. 4. num. 104.*

11 Lim. 5. in Vidua inhoneſta, quæ redditur indigna beneficio dicti priuilegij *Canar. pract. quaeſt. nu. 7. cap. 1. verſ. & vere nunc obtinet Rol. conſ. 20. num. 6. & 7. lib. 2. Ridolphin. in prax. p. 3. cap. 4. num. 103. cum alijs plenè congeſtis per Marcheſ. de commiſ. auocat. cauſ. p. 2. §. 2. num. 56. fol. 308.*

12 Lim. 6. vt Pupillus, Vidua, Virgo, & alia miſerabilis perſona non poſſint vti priuilegio *l. vnica*, quando in eis vel heredibus continuatur inſtantia, cum defuncto cæpta, ſed tenentur judicium perficere, vbi à defuncto cæptum fuit, tam actiuè, quam paſſiuè, non obſtante, quod hoc priuilegium ſit in corpore iuris clauſum *Staccia de apel. lib. 3. cap. 2. qu. 7. num. 133. fol. 116.* Rit. *collect. 2309. Anton. de Amat. reſol. 86. num. 27. p. 2. Marcheſ. de commiſ. auocat. cauſ. p. 2. §. 2. num. 48. fol. 308. verſ. at pariter.*

13 Lim. 7. non procedere in cauſis, quæ debent cognoſci ab aliquo, qui ſit Iudex priuatiuè, quo ad alios, *Afflict. deciſ. 257. num. 3. cum alijs per Ridolphin. in prax. p. 3. cap. 4. num. 130.*

14 Lim. 8. non procedere inter æquè priuilegiatos, inter quos priuilegiatus contra priuilegiatum non vtitur priuilegio, ſed conquaſſantur priuilegia, & actor ſequitur forum rei *l. verum §. item quæritur ff. de minor. l. ſed & milites in prin. ff. de excuſat. tutor. §. ſed & hoc in auth. de ſanct. Epiſcop. Bart. in l. ſi. ff.* ex quib. cauſ. maior. *Foller. in prax. criminal. nu. 78. & num. 102. Conar. pract. quaeſt. cap. 7. num. 4. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 56. Vincen. de Franc. deciſ. 188. num. 2. Marcheſ. de comiſ. auocat. cauſ. p. 2. §. 2. nu. 78. fol. 312. Ridolphin. in prax. p. 3. cap. 4. nu. 132. Theſaur. deciſ. 177. num. 9. verſ. limitatur tamen, Rot. deciſ. 157. num. 1. p. 1. diuerſ. deciſ. 193. nu. 25. p. 7. recen.*

15 Quod procedit etiam in foro Eccleſiaſtico inter Eccleſiam, & aliam perſonam æquè priuilegiatam ſecundum opinionem, quam ſequitur ſignatura, *Marcheſ. de commiſ. auocat. cauſ. p. 2. §. 2. num. 146. verſ. immo cum Eccleſia fo. 322. & ſeq. Ridolphin. in prax. p. 3. cap. 4. num. 133.*

16 Sublim. ſi alter ex miſerabilibus perſonis ageret ex proprio iure, alter verò ex iure ceſſo, nam hoc caſu priuilegiatus ex proprio iure vtitur priuilegio contra alium priuilegiatum ex iure ceſſo agente, vt ex *Foller. in prax. crim. num. 105. tradit Marcheſ. de commiſ. auocat. cauſ. p. 2. §. 2. num. 79. fo. 312.*

17 Sublim. 2. non procedere ſi maior ratio priuilegij vigeat in vno, quam in alio, pro vt etiam ſi vnus ſit magis priuilegiatus, quam alter, cum magis priuilegiatus trahat minus priuilegiatum, & non trahatur, *l. contra pupillum §. ijs, qui ad maius ff. de re indic. Lambert. de iurep. lib. 1. p. 1. q. 9. art. 1. nu. 44. Afflict. ad conſtit. ſtatuimus qu. 12. num 35. de offic.* Magiſt. *iuſt. & dec. 56. vbi Vrſil. num. 1. & 2.* Ridolph. *in prax. p. 3. c. 4. num. 134. & 135. optimè Bald. in auth. habita num. 33. C. ne fil. pro Patre Rot. deciſ. 556. num. 4 p. 1. diuerſ.* vbi quod maior ratio verſatur in minoribus, quam in mulieribus.

18 Sublim. 3. nec procedere, quando vti volens priuilegio agit de damno vitando, alter de lucro captando *l. verum §. fi. & l. ſi apud ff. de minor Alex. conſ. 55. num. 18. lib. 5.* Ridolph. *in prax. p. 3. cap. 4. num. 136. Rot dec. 557. nu. 1. p. 1. diuerſ. & dec. 190. num. 29. p. 6. recen.*

19 Sublim. 4. non procedere, tum in eo, in quo ceſſat cauſa priuilegij *cap. Abbate de verb. ſignif. glo. in cap. ita nos in verb ceſſauerint 25. qu. 2. Abb. in cap. audiſtis num 8. de reſtit. in integ.* Tum etiam in eo, qui non eſt priuilegiatus in illa cauſa *Ridolph. in prax. p. 3. cap. 4. num. 137. & 138.* Rot. *dec. 557. nu. 3. p. 1. diuerſ.*

20 Sublim. 5. nec procedere quando alteri ex priuilegiatis aſſiſtit ius commune, nam tunc remotis priuilegiis is præfertur, cui ius commune aſſiſtit, *Conar. pract. quaeſt. cap. 7. num 4. verſ. 6. idem probatur Ridolph. in prax. p. 3. cap. 4. num. 139. Rot. deciſ. 557. num. 2. p. 1. diuerſ.*

21 Lim. 9. principalem concluſionem, non procedere, ſi in conceſſione Iuriſdictionis fuerit derogatum priuilegio *l. vnica*, per clauſulas ſpeciales, & non generales, ſcilicet non obſtante, quod ſint Viduæ, vel pupilli, vel non obſtantibus priuilegijs etiam in corpore iuris clauſis, *Neuiz. inter conſil. Alber. Brun. conſ. 12. Dec. conſ. 165. num. 5 Pariſ. conſ. 140. nu. 10. vol. 4. Marcheſ. de commiſ. auocat. cauſ. p. 2. §. 2. num. 19. fo. 301. Ridolph. in prax. p. 3. cap. 4. num. 140.* Gram. *dec. 20. num. 4. & 7. Theſaur. deciſ. 177. num. 2. Franc. dec. 187. num. 1. & ſeq. & deciſ. 192. num. 4. & 5. Creſcen. deciſ. 16. de priuil.*

SVM.

SVMMARIVM.

1 Eccleſia, & Eccleſiaſticæ perſonæ non gaudent priuilegio *l. vnica*. Contr. 4.
2 Nec ligantur legibus Imperialibus, & regalibus, nec laicorum ſtatutis num. 3.
5 Eccleſia inops habet fori electionem.
6 Prout etiam ſi adſit violentia, rapina, vel fraus.
7 Hoſpitalia auctoritate Epiſcopi fundata habent electionem fori.
8 Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ pro bonis Eccleſiæ habent fori electionem, ſecus prò proprijs.
9 Clericus etiam Epiſcopus tenetur ſequi forum rei num. 11. & 12.
10 Actor tenetur ſequi forum rei.
13 Occupatores rerum Eccleſiæ committunt ſacrilegium, & coram Epiſcopo conueniri poſſunt.
14 Clericorum bona non niſi in caſibus à iure expreſſis gaudent priuilegijs Eccleſiarum.
15 Clerici gaudent priuilegio electionis fori; ſi agant prò iniuria, & offenſa ſibi facta.
16 Amp. etiam prò rebus patrimonialibus nu. 17. 20.
18 Clerici ratione ſpolij, & in poſſeſſorio poſſunt conuenire laicos coram Epiſcopo nu. 19.
21 Bona Clericorum quo ad forum, & iuriſdictionem gaudent priuilegio Eccleſiarum.
22 Clericorum bona occupare, turbare, & inuadere quaſi ſacri e ium reputatur.
23 Clericus habet electionem fori, ſiue agatur actione reali, ſiue perſonali.
24 Clericus poteſt conuenire laicum, coram Eccleſiaſtico non ſolum prò rebus Eccleſiæ, ſed etiam pro eorum fructibus. Amp. vt num. 25.
25 Eccleſia, & Clerici trahere poſſunt laicum ad eorum forum ſi agatur de furto, & violentia.
26 Iudex Laicus pro fructibus ex re ſpirituali prouenientibus eſt competens.
27 Laicus adminiſtrator rei Eccleſiæ poteſt cogi coram Eccleſiaſtico Iudice ad reddendam rationem.
28 Coloni, & Conductores fundi Eccleſiæ, & Clericorum poſſunt conueniri coram Eccleſiaſtico, immo quod hoc caſu non ſint de foro laico num. 29.
Contrarium nu. 30.
31 Laicus in vim contractus iuramento vallati conueniri poteſt coram Eccleſiaſtico.
32 Principum conſtitutiones prohibentes in contractibus apponi iuramentum, ne laicus efficiatur de foro Eccleſiæ ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam, contr. 35.
Sed reprobatur num. 37.
33 Ferentes dictas leges incurrunt excommunicationem.
34 Etiam ſi publicatæ fuerint abſque mentione Eccleſiaſticorum.
36 Leges ciuiles, an poſſint diſponere, vel impedire nè in contractibus apponatur iuramentum in præiudicium libertatis Eccleſiæ nu. 37. 38.
39 Laicus prò laudemio emphyteuſis Eccleſiaſticæ conueniri poteſt coram Iudice Eccleſiaſtico.
40 Amp. etiam prò quacunque alia cauſa pro qua excommunicari poteſt.
41 Idem ex pacto ſpecialiter adiecto de ſe ſubijciendo cuicunque foro, vel ex conſuetudine conueniendi laicos coram Epiſcopo 42.
44 Iuriſdictio Eccleſiaſtica de facili prorogatur.
Ad Iudicem Eccleſiaſticum olim omnes cauſæ, etiam laicorum deferebantur nu. 44.
44 Eccleſia retinet iuriſdictionem in temporalibus habitu, ſi non actu.
46 Iudex Eccleſiaſticus, poteſt ſupplere negligentiam Iudicis laici, non è contra nu. 47.
48 Laici poſſunt prorogare, & conſentire in iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici.
49 Iudex Eccleſiaſticus inter mere laicos, ſi agatur de re mere prophana eſt incompetens.
50 Laicus conuentus à Clerico, ſi neget rem eſſe Clerici, vel Eccleſiæ cauſa remittenda ad Iudicem laicum, niſi contraria adſit conſuetudo num. 51.
52 Lim. vt negatio non debeat eſſe dubia, ſed certa.
53 Lim. ſi per Clericum incontinenti probetur negationem eſſe calumnioſam, & rem eſſe ſuam, vel Eccleſiæ, num. 54.
55 Iudex cuius iuriſdictio negatur de iure cognoſcere poteſt an ſua ſit.
56 Iudex Eccleſiaſticus ſuper dubio iuriſdictionis, vti maior cognoſcere debet.
57 Laicus trahi poteſt ad forum Eccleſiaſticum, etiam ſi negauerit, & docuerit de titulo, ſi conſtet rem eſſe Eccleſiæ, vel Clerici.
58 Præcipuè, ſi notoriè conſtet rem eſſe Clerici, vel Eccleſiæ.
59 Laicus pro delicto, rapina, ſpolio, dolo, apprehenſione, vel violentia conueniri poteſt coram Eccleſiaſtico non obſtante negatione.

Eccleſia, Clerici, & Eccleſiaſtici, an gaudeant priuilegio *l. vnica*, & habeant electionem fori.

ADNOTATIO II.

1 Eccleſia, & Eccleſiaſticæ perſonæ, eorumque bona non gaudent priuilegio *l. vnica C. quando Imperator inter Pupillum, & Vid.* nec ſub eius diſpoſitione comprehenduntur, etiam ſi eorum commodum, & fauorem concernant iuxta diſpoſitionem textus in *Eccleſia S. Maria vbi Felin. & DD. de conſtit. cap. aduerſus de immunit. Eccleſ.* Tum quia
2 leges Imperiales, & Regales Eccleſias, & Eccleſiaſticos ligare non valent, *cap. 1. & ſeq. 10. diſtin. Couar. pract. cap. 3. num. 3.* & in generali laicorum
3 ſtatutorum diſpoſitione Clerici non continentur, *Panorm. in cap. cum in nobis num. 3. de ſent. excommun. Ambroſin. de immunit. Eccleſ. cap. 21. num. 13. Alter. de cenſur. tom. 1. diſp. 16. lib. 5. cap. 5. in fin. Valer. in differen. vtriuſque for. verſ. Clericus differen. 2. num. 4.* tum quia Imperator de ſuis iudicibus laicis intelligi voluit, coram quibus Eccleſia, & Eccleſiaſtici conueniri non poſſunt, maximè quia circa hoc ius canonicum nihil diſponit, vt contra Eccleſiaſticos in hac lege comprehenſi protegantur, excepta pupillorum, & ibi comprehenſorum protectione, *cap. ſignificantibus de offic. delegat.* vt ratiocinatur *Marchſ. de commiſſ. auocat. cauſ. p. 2. num. 144. 145. & 146. fol. 322.*
4 Contrarium, quod cum Eccleſia gaudeat priuilegijs miſerabilibus perſonis conceſſis, etiam huiuſmodi priuilegio *l. vnica* debet gaudere, & licet diſpoſitio dictæ legis Eccleſias ligare, aut capere nequeat, cum ſit ab Imperatore condita, nihilominus etiam in foro Eccleſiaſtico locum habere dicendum eſt, vt potè quia ius Canonicum illam non corrigit, ſed potius aſſiſtit *cap. 1. vbi glo. in verbo plus tamen* de hoc priuilegio mentionem facit *diſt. 87.* cenſetur illum approbaſſe, & hanc opinionem ſequitur Signatura etiam in cauſis ſpectantibus ad forum Eccleſiaſticum, & Eccleſiaſticas perſonas concurrentes cum alijs priuilegiatis, pro vt teſtatur *Marchſ. de commiſſ. auocat. cauſ. p. 2. §. 2. num. 146. verſ. ſed replicari prò alia parte poterit fo. 122. & 123.* quem *ſequitur Ridolphin. in ſua prax. p. 3. cap 4 num. 119. & ſeq. vſque ad 124.* hanc quoque ſententiam profitentur *Andr. de Iſern. in conſtit. Regni ſtatuimus nu. 3. de offic. Magiſt. Iuſtit.* vbi ita in Sacro Conſilio deciſum fuiſſe latè *Nouar. in prax. elect. for. ſect. 2. qu. 49. nu. 1. & ſeq. per tot.* vbi de communi, & in

praxi ſeruata opinione atteſtatur, *Cuper. deciſ.* 160. *num.* 1. *Afflict. deciſ.* 257. *num.* 2. *& ſeq. cum alijs plenè congeſtis per Carleual. de iudicijs lib.* 1. *tit.* 1. *diſ.* 2. *qu.* 6. *ſect.* 7. *nu.* 585.

5 Quod ſine difficultate procedit. Tum in Eccleſia paupere, *Cauar. pract. quæſt. cap.* 7. *num* 4. *verſ. tertius erit Marcheſ. de commiſ. auocat. cauſ. p.* 2. §. 2. *num.* 6. *&* 7. *fo.* 300. *Ridolphin. in prax. p.* 3. *cap.* 4. *num.* 121.

6 Tum etiam quando contra Eccleſiam adeſt violentia, rapina, vel fraus, etenim iſtis caſibus Eccleſia habet electionem fori *cap. cum ſit generale de for. competen.* vt tradit *Afflict. in conſtit. Regni ſtatuimus num.* 3. *de offic. Magiſt. iuſt. Alex. conſ.* 103. *nu.* 9. *in fi. vbi de communi lib.* 5. *Cauar. pract. quæſt. cap.* 7. *num.* 3. *vbi de communi Afflict. deciſ.* 257. *num.* 2. Ridolphin. *loco citato num.* 120. *Marcheſ. de commiſ. auocat. cauſ. p.* 2. §. 2. *num.* 145. *fo.* 322.

7 Amp. vt etiam Hoſpitalia auctoritate Epiſcopi fundata ad inſtar Eccleſiarum debent gaudere huiuſmodi priuilegio electionis fori, etenim ſi hoc priuilegium competit pauperibus, & miſerabilibus, qui in Hoſpitali in eorum neceſſitatibus, & infirmitatibus curantur, & ſubueniuntur, multo magis ipſi Hoſpitali opera pietatis exercenti hæc prærogatiua tribuenda eſt, argumento *Auth. multo magis C. de ſacroſant. Eccleſ. Cauar. pract. quæſt cap.* 7. *num.* 3. *Marcheſ. de commiſ. auocat. cauſ. p.* 2. §. 2. *num.* 6. *&* 7. *fol.* 300. *Ridolph. in prax. p.* 3. *cap.* 4. *num.* 127. *Rot. deciſ.* 862. *num. &* 2. *p.* 4. *diuerſ.*

8 Lim. vt Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ pro bonis tantum Eccleſiæ habeant fori electionem, ſecus autem prò eorum proprio patrimonio, vt ſignanter iure Regni Neapolitani ſtatuitur *in ritu* 229. *vbi notat Curanita num.* 1. *Iſernia in conſtit. Regni ſtatuimus verſ. item Clericus de offic. Magiſt. Iuſti. ibid. Afflict. num.* 22. *Foller. num.* 22. *Topia num.* 23. *Paſchal. de patria poteſt. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 89. *Nouar. in prax. elect. for. ſect.* 1. *qu.* 31. *num.* 1. *Riccius collect.* 300. *& collect.* 2283. *cum alijs per Sperel. deciſ.* 142. *num.* 10. *p.* 2.

9 Quinimo Clericus, etiam Epiſcopus ſi ſit actor, & non agatur de re Eccleſiaſtica, ac ceſſet conſuetudo, & priuilegium laicale forum laici rei conuenti ſequi debet, ſecus autem ſi Clericus eſſet reus conuentus, & laicus actor, nam tunc coram Iudice Eccleſiaſtico cauſa erit cognoſcenda *Marcheſ. de commiſ. auocat. cauſ. p.* 2. §. 2. *num.* 151. *fol.* 323. *ex Putea quem allegat. deciſ.* 17. *num.* 4. *p.* 2.

10 Ex generali regula quod actor ſequitur forum rei, vulgato *cap. cum ſit generale de for. competen. & probatur in cap. ſi diligenti eod. tit. l.* 2. *C. de iuriſdic. omnium Iud. probatur in auth. ſtatuimus C. de Epiſcop. & Cleric. Socin. reg.* 15. *Duen. reg.* 21. *Gutter. de iuram. confirm p.* 3. *cap.* 12. *num.* 1. *latè Petr. Barboſ. in l. hæres abſens* §. *proinde num.* 8. *& ſeq. ff. de iudic. Marant. de ordine Iud. p.* 4. *diſt.* 11. *nu.* 2. *fo.* 191. *Surd. de aliment. tit.* 8. *priui.* 9. *num.* 1. *Afflict. deciſ.* 169. *num.* 1. *Bocc. deciſ.* 134. *num.* 3. *Cartar. deciſ. Genuen* 53. *num.* 4. *Oſuſch. deciſ.* 3. *ſub num.* 4. *Viui. deciſ.* 49. *num.* 2. *Sperel. deciſ.* 135. *num.* 44. *& dec.* 142. *nu.* 1. *p.* 2.

11 Quæ concluſio etiam in Clerico laicum in iudicio poſtulante locum ſibi vindicat *cap. ſi Clericus laicum* 5. *de foro competen. cap. experientiæ, & cap. ſeq. & cap. Clericus* 11. *q.* 1. *Sperel. dec.* 142. *n.* 3. *p.* 2.

12 In nihilo refragante textu in *cap. cum ſit generale* 8. *de for. competen.* quia eius diſpoſitio videtur tantum procedere, quo ad malefactores bonorum Eccleſiæ, vel quo ad alia loca pia, ſecus autem quo ad Clericos, vt colligitur ex verbis ipſius contextus ibi *qui ſacrilegi cenſendi ſunt*, ac proinde quia

13 ſacrilegium committitur ab occupatoribus rerum Eccleſiæ, non eſt mirum, ſi etiam eorum Epiſcopo conueniri poſſint, ſecus verò in tangentibus rebus Clericorum, cum ſi eorum non tangatur perſona non committitur ſacrilegium, tum quia Clerico-

14 rum bona non niſi in caſibus in iure expreſſis, vel in quibus eadem eſt ratio gaudent Eccleſiarum priuilegijs, vt dicitur *in cap. poſſeſſores* 16. *quæſt.* 1. *Abb. in cap. ſi diligenti de præſcript. & tradunt Doctores congeſti per Sperel. dec.* 12. *num.* 37. *p.* 1. *dec.* 135. *num.* 1. *p.* 2. & conſequenter non valet ratio generalis indultum, ſcilicet eſſe Eccleſiæ, ergo & Clericis, vt ratiocinatur *Barbatia in d. cap. cum ſit generale num.* 65. *& ſeq. de for. competen.*

15 Gaudent tamen Clerici priuilegio electionis fori in cauſa propria, & priuata, ſi agant pro iniuria, & offenſa ſibi facta, ex quo non debeat eſſe minus priuilegiata perſona Eccleſiaſtica, quam bona Eccleſiaſtica, cum bona ſint propter perſonas ſentiunt *Vincen. de Anna alleg.* 146. *Riccius collect.* 300. *in prin. Paſchal. de patria poteſt. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 90. *Ceual. de cognit. per viam violentiæ* 2. *p. qu. num.* 3. *Nouar. in prax. elect. for. ſect.* 1. *qu.* 31. *num* 2. *Carleual. de iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſ.* 2. *qu.* 6. *ſect.* 7. *nu.* 583. *Vincen. de Franc. dec.* 597. *Viui. dec.* 27. *a nu.* 3. *vſque ad* 9.

16 Contrarium quod non ſolum pro re Eccleſiæ, verum etiam pro ſua propria, & patrimoniali, vel acquiſita, Clericus agens aduerſus laicum eius bonorum occupatorem habeat fori electionem probatur per textum expreſſum *in cap. ſimiliter* 58. 16. *qu.* 1. vbi Simmacus Papa in 6. Synodo Romana huiuſmodi priuilegium rebus Eccleſiæ conceſſum, vt bonorum eiuſdem expoliatores, vel vſurpatores ab Epiſcopo compeſcantur, extendit etiam ad bona patrimonialia Clericorum, & ſancitum fuit in Concilio Tholetano relato *in cap. ſi quis de potentibus* 24. *qu.* 3. *cap. Clericus Laicum de for. competen. vbi*

17 *ab Alexandro III.* in materia electionis fori bona Eccleſiarum, & Clericorum æquiparantur *cap. quamquam* 4. *de cenſib. in* 6. & hanc ſententiam docent, *Egid. in cap. cum ſit ibique Anton. de Butr. n.* 3. *Abb. num.* 4. *de for. competen. idem Butri in cap. ſi Clericus Laicum num.* 4. *ibique Panorm. in* 3. *Felin. num.* 4. *Marian. Socin. num.* 2. *Aufr. de poteſt. Epiſcop. in in Laic. ſub num.* 31. *Bellet. diſquiſit. Clerical. tit. de for. Cleric. real.* §. 5. *n.* 6. *Suar. de Paz. in pract. Eccleſ. & ſecul. tom. prælud.* 2. *ſub num.* 16. *latè Sperel. deciſ.* 142. *à num.* 11. *vſque ad fin tom.* 2.

18 Nec huiuſmodi ſententiæ aduerſatur textus *in cap. cum ſit generale de for. competen.* quia non ſolum loquitur de Eccleſijs, verum etiam generaliter de perſonis Eccleſiaſticis ibi *verum quoniam ſæculares Iudices in exhibenda iuſtitia perſonis Eccleſiaſticis ſæpe in iudicio ſunt remiſſi in fauorem Eccleſiæ eſt introductum, vt malefactores ſuos &c.* etenim ob mẽſionem perſonarum Eccleſiaſticarum non videtur Summum Pontificem ſe reſtrinxiſſe, & taxatiuè tantum de ſolis Eccleſijs diſponere voluiſſe, ſed etiam de perſonis Eccleſiaſticis, in quibus militat eadem

ratio,

ratio, vel ex identitate rationis idem ius militare debet, nè ab Eccleſiarum ſeruitio, & miniſtratione, ad quam fuerunt electi retrahantur, propterea ab alijs iuribus paſſiuam debet recipere interpretationem, vt latè comprobat Sperel. deciſ. 142. num. 18. vſque ad 53 tom. 2. & quod diſpoſitio dicti textus porrigatur etiam ad bona Clericorum, vt agere, & conuenire poſſint laicos actione ſpolij coram Iudice Eccleſiaſtico benè Lap. alleg. 58. nu. 9.
19 vbi quod ſicut Vidua poteſt agere in foro Eccleſiaſtico poſſeſſorio, ita & Clericus Butr. in cap. ſi Clericus Laicum ſub num 9. verſ. hac omnia ſatis puto de for. com. Panorm. in Eccleſia Sancta Maria in 2. lectura num. 26. de conſtit. & ibi fel. ſub num. 7. verſ. adde etiam Aufr. de poteſt. Eccleſ. ſuper Laic. nu. 31. in 16. vol. tract. diuerſ. cum alijs per Sperel. dec. 142. num. 53. p. 2.

20 Quinimò ratio finalis eiuſdem textus magis militat in bonis patrimonialibus Clericorum, in quibus forenſes Iudices duriores redduntur, quam quo ad Eccleſiarum bona, ac proinde Clerici in Curia Laica litigantes dicuntur miſerabiles perſonæ, Marta de iuriſdict. p. 4. cap. 49. nu. 16. Duard. in Bulla Cenæ Dom. lib. 2. can. 18. qu. 5. num. 10. Sperel. dec. 142. num. 26. tom. 2. deciſ. 8. num. 16. & deciſ. 49. num. 26. tom. 1. ac proinde multo magis debent habere fori electionem.

21 Vltra quod bona Clericorum, cum veniant acceſſoriè ad perſonam, ſiuè Eccleſiaſtico, ſiue patrimoniali, proprioque iure poſſideantur, quo ad forum, & iuriſdictionem eodem, quo bona Eccleſiarum priuilegio potiuntur textus eſt in cap. Eccleſia Sancta Maria de conſtit. vbi Abb. num. 21. & cæteri Canoniſta communiter cap. fin. de vit. & honeſt. Cleric. vbi pariter notant communiter ſcribentes Socſen. conſ. 65. num. 6. vol. 4. Rimin. iun. conſ. 449. num. 35. vol. 4. Burſat. conſ. 42. num. 3. vol. 1. late Rol. conſ. 12. num. 3. & 61. conſ. 67. in fin. vbi contrarijs reſpondet vol. 4. Surd. conſ. 303. numer. 64. & ſeq. vol. 4. & deciſ. 20. numer. 10. ac deciſ. 160. numer. 9. & 10. & per tot. Honded. de Com. conſ. 3. numer. 12. vol. 1. conſ. 20. numer. 6. & 11. vol. 2. Bellet. diſquiſit. Clerical. tit. de exempt. Cleric. à ſtatut. laic. §. 1. numer. 5. Carol. de Graſ. de effect. Cleric. effect. 2. num. 33. cum ſeq. Maranta diſ. 8. ſub num. 13. Ciarlin. contron. forenſ. cap. 138. num. 17. p. 2. & de vera, indubitabili, & practicata opinione reprobato Gaſp. Theſ. quaſt. forenſ. lib. 2. qu. 8. ſub num 9. teſtatur Sperel. dec. 12. num. 35. & 36. p. 1. dec. 142. num. 27. p. 2. faciunt quoque tradita per eundem deciſ. 37. num. 44. p. 1.

22 Et licet Clericorum bona inuadere, occupare, vel turbare non ſit propriè ſacrilegium, quaſi tamen ſacrilegium reputatur gla. in cap. ſimiliter 16. qu. 1. Innoc. in cap. cæterum, & ibi Panorm. num. 17. de iudic. Anton. de Butr. in cap ſi Cleric. num. 4. & ibi Abb. num. 3. de for. competen. Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 7. de conſtit. Marant. de ordin. iudic. p. 4. diſtin. 11. ſub num. 6. quod exuberat ad concludendam iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici, vt ex Abb. & alijs tradit Sperel. deciſ. 142. num. 30. p. 2.

23 Amp. vt Clericus habeat electionem fori, ſiue agatur actione reali, ſiue perſonali, ſcilicet puta ex legato, vel locato Innoc. in cap. ſi Clericus laicum de for. competen. quem ibidem ſequuntur Zabar. Io. Andr. & Abb. ſub num. 12. in fi. Marian. Soc. nu. 15. Bellet. diſquiſit. Clerical. tit. de fauore Cleric. real. §. 5. num. 2. 3. & 6. Guttier. Canon. quaſt. lib. 1. cap. 34. num. 13. Ciarlin. controuerſ forenſ. cap 171. nu. 6. Sperel. dec. 98. num. 2. tom. 1. & dec. 142. num. 41. & 42. tom. 2. Rot. dec. 42. per tot. p. 6. recen. & hanc eſſe communem opinionem Canoniſtarum fatetur Oſaſch. dec. 32. num. 6. & 7. Valboa in lect. Salamat ad text. in cap. ſi Clericus laicum num. 9. vbi tamen vterque limitant, ſi ageretur actione mere perſonali vt puta ex locato ad ſimplicem mercedem, in qua non veniat reſtitutio rei Eccleſiæ, vnde etiam laicũ reum poteſt conueniri coram eccleſiaſtico, ex locato, legato, aliaque actione perſonali, dummodo aliquo modo concernat rem ipſam eccleſiaſticam, & vbi ſaltem per laicum probabiliter non negatur rem illam eſſe Eccleſiæ, ita vt ſimplex negatio non ſufficiat, aut reddat rem dubiam, cum debeat eſſe veriſimilis, & cum probabili ratione Gratian. diſcept. forenſ. cap. 238. num. 17. & 18. tom. 2. & ratio eſt, quia tunc non dicitur actio mere perſonalis, ſed concurrit cum reali, atque ideo propter concurſum realis trahit ad eius naturam, vt ratiocinatur idem Gratian. loco ſupracitato num. 18. Sperel. dec. 142. num. 41. & ſeq. tom. 2.

24 Amp. 2. vt Clericus poſſit conuenire laicum coram Iudice eccleſiaſtico, non ſolum pro rebus Eccleſiæ, ſed etiam pro fructibus, etenim licèt fructus præbendarum non ſint quid ſpirituale, cum tamen habeãt dependentiam à re Eccleſiæ, idem de illis iudicatur, quam de re Eccleſiæ, cap. ſi annum de iudic. in 6. vbi Fran. & Ancharan. cap. Epiſcopus 17. qu. 1. facit glo. in cap. quia nos de teſtam. vbi quod Epiſcopus non poſſit teſtari de fructibus ex agris Eccleſiæ perceptis, ex quo dicti fructus tamquam acceſſorij ſequantur naturam principalis propterea idem eſt de iſtis fructibus iudicandum, quam de principali, vt deducitur in cap. ſi Clericus laicum de for. competen. ponderando verba textus pro re ſua, vel Eccleſia facit text. in cap. poſtulaſti de homicid. vnde quod Clerici habeant priuilegium trahendi ad ſuum forum Eccleſiaſticum non ſolum ſuos cenſualiſtas, & reddituarios, verum etiam & arrẽdatores prædictorum fructuum declaratum refert Anton. Rippol. var. reſ. cap. 1. num. 236. de iuriſdic. omnium Iud. hanc etiam ſententiam docet Belles. in diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de fauore Cleric. real. §. 5. num. 2. & ſeq. Gabriel. conſ. 37. num. 10. Vulpius in prax. for. eccleſiaſt. cap. 27. num 5. late Maceraten. var. reſol. lib. 1. reſ. 48. per tot. Marta de iuriſdictione p. 2. cap. 30. num. 5. Diana reſol. mora. p. 4. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 24. & late p. 5. tract. 1. tit. eod. reſ. 7. verſ. verum ego puto Sperel. dec. 98. n. 5. & 7. tom 1. quidquid ſenſerit Oſaſch. dec. 32 num. 4. ſub prætextu, quod fructus non ſint quid ſpirituale, ſed temporale, quæ adhuc effectum non releuant, quia fructus bonorum eccleſiaſticorum ſunt deſtinati ad opera pia, & ſpiritualia, vnde non ſunt conſiderandi tamquam quid mere temporale, vt animaduertit Auſer. de poteſt. ſacul. in Eccleſ. num. 31. Bellet. diſquiſit. Clerical. tit. de fauore Cleric. reali §. 5. ſub num. 8.

25 Quod procedit etiam in terminis cap. cum ſit generale de for. competen. vbi Hoſtien. Innocen. Butr. num. 9. Marian. Soccin. num. 15. Felin. num. 4. docent quod Eccleſia laicum ad ſuum forum trahere ne-

Digitized by Google

quit, niſi quando propoſuerit qualitates furti, vel violentiæ, ſiquidem dum Eccleſiæ, & eccleſiaſticis à debitoribus non ſoluuntur penſiones, fructus cenſuum, affictum, alioſque ſimiles prouentus ſtatutis temporibus, cum contrauenitur obligationi, pacta non ſeruentur, & peruertatur forma contractus, & ſic Eccleſia, & eccleſiaſtici priuentur eorum iure, vtique reſultat violentia manifeſta, & iniuſtitia, & indebita occupatio, quod exuberat ad trahendum laicum ad forum eccleſiaſticum, adeo vt ſibi imputare debeat ſi ſua culpa amittat ius, ſeu opponere nequeat declinatoriam fori, vt bene animaduertit *Diana reſol. moral. p.4. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſ.24. verſ. non retineam*, non enim detinentes rem Eccleſiæ præſumuntur iuſtè detinere, vt põderant *Scribentes in cap. ſi Clericus laicum, & in cap. cum ſit generale de for. competen. Sperel. dec. 98. num 3. p.1.*

26 Et quod pro fructibus, & obuentionibus temporalibus ex re ſpirituali prouenientibus etiam Iudicem laicum eſſe competentem, præcipuè ſi detinens conuincatur de mala fide, ac illicita, & iniuſta detentione, tunc enim cum huiuſmodi fructuũ, ſubtractio dici poſſit ſacrilegium, Iudex laicus etiã dicitur competens, per *text. in cap. cum ſit generale de for. competen. vt ex Anfer. & Anchar. tradit. Sperel. dec.98. num.23. tom.1.*

27 Amp. 3. vt Laicus, qui bona Eccleſiæ adminiſtrauit cogi poſſit ad reddendam rationem in foro eccleſiaſtico *cap. iudicatum, & ibi glo. 9. diſt. Soccin. in cap. de Iudic. & in rub. de for. competen. ſub n.3. & in cap. licèt ſub num.14. verſ. 24. eod. tit. Sperel. dec.98. num.4. tom.1. vbi allegat. Sac. Concil. Trid. ſeſſ.25. de refor. cap.8.*

28 Amp.4. vt Coloni partiarij, alijque conductores fundi Eccleſiæ, vel Clericorum pro recollectis fructibus, ac pro eorum expulſione poſſunt in foro Eccleſiæ conueniri ad *text. in cap. ſi Clericus laicum de for. competen. Gabr. conſ.37. num.10. Bellet. diſquiſit. Clericali. tit. de fauore Cleric. reali §.5. nu.8. Marian. Soccin. in cap. ſi quis Clericus ſub num. 8. verſ. ſed tu. de for. competen. & eſt de mente ſpecul. in tit. de competen. iud. §.1. num.27. Dian. reſ. moral. p.4. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 24. & p. 5. tract. 1. tit. eod. reſol. 8.* [& quod dicti Coloni, ſi
29 conueniantur reſpectu terrarum Eccleſiæ, & ſic reſpectu Coloniæ non ſint de foro laico firmat *Aretin. in cap. 2. num. 8. de for. competen.* & ita fuiſſe reſolutum à *Sac. Cong. Immunit. in vna Viterbien. 6. Octobris 1627. refert. Sperel. deciſ. 41. num. 31. in fi. tom. 1. & dec. 98. num. 8. tom. 2.*

30 Contrarium tenet *Marta in tract. de iuriſdict. p.4. caſ. 112. ſub num. 1.* vbi tenet Clericos non poſſe conuenire eorum Colonos coram Ordinario ratione culturæ, niſi obligati ſint in forma Cameræ, vel per pactum foro Eccleſiaſtico ſe ſubiecerint, hanc tamen opinionem non eſſe tutam aſſerit *Sperel. dec. 41. num. 31. p. 1. & dec. 98. num. 8. in fi. p. 2.* quia quando agitur de contractu, inito ſuper rebus Eccleſiæ, & Clericorum Epiſcopus eſt Iudex competens, vt notatur in *cap. iudicatum 89. diſtin. & in cap. 2. de for. competen. & tradit Hieron. Gabr.* licet contra Eccleſiam ſcribat *conſ. 37. num. 10. & 12.* vbi quod debeat ſeruari conſuetudo *tom. 2.*

31 Amp. 5. quod de iure communi competit etiam Epiſcopis ratione iuramenti iuriſdictio in laicos, vt conueniri poſſint vigore contractus iuramento vallati in Curia Eccleſiaſtica, vt patet ex *cap. nouit. de iudic. & cap. fi. de for. competen. in 6. & tradit Rop. pol. de iuriſdict. omnium Iud. cap. 1. num. 266.* & eſſe valde mirabile, quod laicus regulariter ratione iuramenti efficiatur de foro Eccleſiaſtico, & coram illo debeat ordinariè conueniri docet *Seraph. de priuil. iuram 67. num. 1. & per tot. late Mareſcot. var. reſol. lib. 1. cap. 62 num. 10. & ſeq. Marta de iuriſdic. p.4. cent. 1. caſ. 72. Felin. in cap. cum ſit col. 4. num. 22. poſt verſ. & vidi certari de for. competen. Diana reſol. moral. p. 5. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 8. verſ. adde & hoc.*

32 Nec valent leges ciuiles, ſeu Principum conſtitutiones, quatenus prohiberent, vt in contractibus non apponatur iuramentum, nè ratione ipſius prorogetur iuriſdictio Iudicis Eccleſiaſtici, & laicus efficiatur de foro Eccleſiaſtico, quia iuramentum eſt res ſpiritualis, & ad Eccleſiam ſpectat *cap. fi. de for. competen. in 6. cap. venerabilem de elect.* & conſequenter laica poteſtas de illo diſponere non poteſt *cap. Eccleſia S. Mariæ vbi DD. de conſtit. cap. tuam de ordinar. cognit. cap. fi. de reb. Eccleſ.* tum quia huiuſmodi leges ſunt contra libertatem eccleſiaſticam, & eiuſdem immunitati, ſiue directè, ſiue per indirectum, & in conſequentiam aduerſantur, ac proinde reddantur nullius roboris, & momenti, eaſque ferentes incurrunt in excommuni-
33 cationem Bullæ Cœnæ, vt latè comprobat *Mareſcot. var. reſ. lib.1. cap. 62. num. 9. verſ. quibus tamen, & num. 10. vſque ad 17.* latiſſime *Diana reſol. moral. p.5. tract.1. de immunitat. Eccleſ. reſ.8. verſ. ſed his non obſtantibus vſque ad fin. vbi verſ. dicendum eſt igitur* exemplificat hoc procedere etiamſi
34 dictæ leges fuerint conditæ, & publicatæ, ſine aliqua mentione eccleſiaſticorum, quia animaduertendum eſt ad effectum, & ad intentionem condentis hanc etiam ſententiam docet *Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de fauor. Cleric. perſonal. § 2. num. 26. Marta de iuriſdict. p.4. cent. 1. caſ. 92. num. 2. Ric. deciſ. 211. num 5. p. 2. Gennen. in prax. Epiſcop. cap. 12. num. 2. & ex Riminald. Maluaſia, Odd. & Honded. tradit Philip. Maynard. de priuil. Eccleſ. p. 1. art. 1. num.24. Caſtil. Sotomaior. tom. 3. de Tertijs cap. 9. num.0. a Pont. in reſponſ. pro cenſura Veneta ſal mihi 71. Laderch. conſ.103. num 8. Germon. de libert. Eccleſ. cap. 5. §. 5 Beltram. de Gueuera in propugn. libertat. Eccleſ aſſert 1. §. 5. num. 25. Collegium Bononienſe in reſponſ. pro libert. Eccleſ. num.17.* & ita firmaſſe *Rot.* patet *ex deciſion. relatis per Dian. loco ſupra citato verſ. ſed his non obſtantibus in fi.*

35 Contrarium verò quod ſuſtineantur huiuſmodi leges prohibentes nè in contractibus apponatur iuramentum, quamuis ex huiuſmodi prohibitione reſultet effectus inducens excluſionem prorogationis iuriſdictionis in Iudicem Eccleſiaſticum defendere conantur *Ioſeph. Seſſe de inib. cap. 9. § 3. Pereria de manu Regia p. 2. cap. 35. num. 2. Petrus Barboſa l. 1. art. 3 num. 139. ff. de Iudic. Gulielmus Bened. in cap. Raynutius ver. & vxorem deciſ. 2. num. 53. de teſtam. Anguianus de legibus lib. 3. concl. 22. per totam Carauallius de iudic. lib. 1. tit. 5. nu 1121. Oſaſch. deciſ. 32. num. 7. & deciſ. 78. nu. 19. Gamma deciſ. 247. num. 2. Cabedo deciſ. 32. nu. 2. tom. 1.*
36 quia lex ciuilis, licet nequeat tollere iuramentum, vel ſuper eo diſponere, hoc tamen videtur procedere

de

de iuramento præſtito,ſecus autem ſi agatur de impediendo ab initio nè præſtetur, vel ſi diſponerent in rem prohibendo actum,ſecus verò ſi diſponant in perſonam cum alijs rationibus adductis per *Mareſcot. var. reſol. lib. 1. cap. 62. a num. 1. vſque ad 9.*

37 Non eſt tamen recedendum à prima ſententia, quia ſiue agatur in perſonam, ſiue in rem, ſiue de impediendo tantum, ne præſtetur iuramentum, ſiue in contractibus apponatur, ſemper auferunt Iudicibus Eccleſiaſticis illam auctoritatem, quam Canones ex contractibus iuratis eis tribuunt, dum fieri prohibentur, vnde huiuſmodi leges ſaltem per indirectum aduerſantur libertati Eccleſiaſticæ, vt animaduertit *Dian reſol. moral. p. 5. tract. 1. de immunit. Eccleſiaſt. reſol. 8. verſ. adde, & hoc.*

38 Habet ſupradicta 5. ampliatio multas limitationes, quas inuenies penes *Seraph. de priuil. iuram. 67. a num. 3. vſque ad fin.*

39 Amp. 6. vt laicus prò laudemio, quod in pecunia in ſignum recognitionis directi dominij emphyteuſis Eccleſiaſticæ ſoluitur, conueniri poſſit coram Iudice Eccleſiaſtico, *Burg. in tract. de laudem. p. 3. inſpect. 1. num. 6. & ſeq. Bellet. diſquiſit. Clerical. tit. de fauore Cleric. real. §. 5. num. 10. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 1. num. 521. Sperel. dec. 98. num. 14. tom. 1.*

40 Amp. 7. vt laicus trahi poſſit ad Iudicem Eccleſiaſticum, eiuſque forum, prò quacunque cauſa prò qua excommunicari poteſt *Socin. in cap. cum ſit generale ſub num. 15. de for. competen. & apertius in cap. licet ſub num. 14. verſ trigeſimus nonus eod. tit.* in quibus refert quadraginta tres caſus in quibus laicus poteſt coram Eccleſiaſtico Iudice conueniri, quos *allegat. Sperel. dec. 98. num. 27. tom. 1.*

41 Amp. 8. ſi ex pacto ſpeciali in inſtrumento adiecto contrahentes ſe cuicunque foro ſubiecerint, ſeu ſubmiſerint, nam hoc caſu laicus abſque vllo dubio poteſt coram Eccleſiaſtico trahi ad notata per *Doctores in cap. ſi diligenti, & in cap. dilecti de for. competen. Decian. reſponſ. 39. num. 67. vol. 2. Borgnin. dec. 45. ſub num. 70. Guttier. canon. quæſt. lib. 1. cap. 34. num. 49. Sperel. dec. 98. num. 31. & ſeq. tom. 1.* Et hoc pactum eſſe validum, & de iure permiſſum patet per *text. in l. ſi conuenerit ff. de iuriſd. omnium Iud. cap. ſignificaſti de for. competen. Cinc. de cenſib. loco citato num. 24. verſ. neque damnari Feder. Martin. de iure cenſ. cap. 6. num 320. & ſeq. Zacch. de oblig. Camer. qu. 7. ſub num. 7.*

42 Amplia 10. vt vbi adeſt conſuetudo conueniendi laicos coram Epiſcopo, ſeu Ordinario, & cognoſcendi cauſas laicorum in tribunali Eccleſiaſtico tenaciſſimè ſeruanda ſit etiam in terris, & Regnis ab Eccleſiaſtica ditione remotis, vt habetur ad literam *in cap. ſi Clericus laicum de for. competen. ibi licet in pleriſque partibus aliter de conſuetudine habeatur ibiq; glo. & ſcriben.* & tradit *Suar. de Paz. in prax. tom. 2. prælud. 2. num. 19. Segur. de Aual. in direct. Iud. Eccleſiaſt. p. 2. cap. 13. num. 25. Ric. deciſ. 217. nu. 5. & per tot. p. 2, Capic. dec. 161. num. 3. Sperel. deciſ. 143. num. 8. tom. 2.*

43 Quæ conſuetudo eſt à iure approbata, etiam ſi non agatur de re Eccleſiaſtica, nec de patrimoniali ipſius Clerici, ſed de re mere prophana, vt probatur *in cap. ſi Clericus laicum de for. competen. & ibi Abb. num. 5. Rot. dec. 793. num. 1. p. 1. diuerſ. & ita cenſuiſſe Sac. Congr. Epiſcop. 31. Ianuarij 1617.* teſtatur *Sperel. deciſ. 98. nu. 41. cum alijs per Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de priuil. Cleric. reali §. 5. nu. 4.*

44 Et ratio eſt, tum quia iuriſdictio Eccleſiaſtica cum ſit fauorabilis religioni de facili prorogatur, & ampliatur, vt per *Suarez. in defenſ. fidei Cathol. lib. 4. tit. de Immun. Eccleſ. cap. 14. num. 16.* Tum quia olim omnes, tum laicorum, tum Clericorum cauſæ ad Iudicem Eccleſiaſticum deferebantur per *text. in cap. relatum 11. qu. 1.* ibi *cum magis Apoſtolus Chriſtianorum cauſas ad Eccleſiam deferri, & ibidem terminari præcipiat*, & probatur *in cap. ſi quis Preſbyter 2. qu. 5. & cap. per venerabilem qui fil. ſint legit.* ita vt adhuc penes Eccleſiam reſideat habitu, ſi non actu iuriſdictio etiam in temporalibus, vnde laicus redeundo ad ſuum primæuum forum non cenſetur eius conditio facta deterior, cum omnia de facili reducantur ad eorum principium naturale vt notant ſcribentes in *cap. cum non ſit de Iudic. & notat Socin. in cap. licet de for. competen. relat. per Sperel. dec. 98. a num. 34. vſque ad 41. tom. 1.*

46 Amp. 10. quod Iudex Eccleſiaſticus poteſt etiam ſupplere negligentiam Iudicis laici, & indiſtinctè laicis iuſtitiam hoc caſu miniſtrare, *Abb. in cap. cum contingat num. 25. de for. competen. fuſc. de viſitation. lib. 2. cap. 20. num. 26.* Menoch. *de arbitrar. caſ. 69. num. 39. vbi concordantes affert. Marta de iuriſdict. p. 4. cap. 146. num. 7. Segur. in direct. Iud. Eccleſ. p. 2. cap. 7. num. 10. cum alijs per Sperel. dec. 98. num. 42. & 43. tom. 1.* vbi quod huiuſmodi

47 concluſio non procedat è contra ſcilicet quod Iudex Laicus poſſit ſupplere negligentiam Iudicis Eccleſiaſtici ſecundum Doctores plenè per eum relatos.

48 Amp. 11. ſi partes etiam laici de communi conſenſu prorogauerint iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici, qui hoc caſu efficitur competens *Rot. deciſ. 793. nu. 1. p. 1. diuerſ.*

49 Lim. 1. ſi agatur de re mere prophana, & inter mere laicos, inter quos Iudex Eccleſiaſticus non habet iuriſdictionem *cap. licet ex ſubſcripto cap. ex tenore de for. competen.* vnde ſententia lata de defectu iuriſdictionis redditur nulla, niſi doceatur partes prorogaſſe iuriſdictionem, vel extare conſuetudinem, cuius vigore Ordinarius ſit capax cauſarum prophanarum, vt firmauit *Rot. deciſ. 793. num. 1. p. 1. diuerſ. & tradit Farinac. qu. 8. num. 125.*

50 Lim. 2. ſi laicus à Clerico conuentus coram Iudice Eccleſiaſtico negaret rem eſſe Eccleſiæ, vel Clerici, nam hoc caſu remittenda eſt cauſa ab forum rei, vt patet ex claris verbis textus in *cap. ſi Clericus laicum de for. comp.* ibi *& laicus res ipſas non Eccleſiæ, aut Clerici, ſed ſuas proprias aſſeueraret, debet de rigore iuris ad forenſem Iudicem trahi.*

51 Sublim. ſi contraria adſit conſuetudo, vt habetur ad literam in eodem contextu ibi *licet in pleriſque partibus aliter de conſuetudine ſeruetur*, & tradunt *DD. relati in Ampliat.* 10.

52 Sublim. 2. vt non quælibet ſimplex negatio ſit ſufficiens, ſed quæ rem dubiam non reddat, ſed manifeſtam conſtantem, & veriſimilem præbeat, *Io. Valboa in relect. ad cap. cum Clericus num. 6. de for. competen. ibique Cardin. num. 9. Abb. num. 13. Alex. de Neuo in prin. cum alijs per Sperel. dec. 143. num. 9. & 10. tom. 2.*

53 Sublim. 3. procedere, tunc reo negante cauſam eſſe ad ſuum Iudicem remittendam, vbi Clericus

Digitized by Google

actor nullas offerat in promptu probationes in contrarium ad conuincendam negationem eſſe calumnioſam, in fraudem, & in ſubterfugium interpoſitam ad effugiendam Iudicis eccleſiaſtici iuriſdictionem, vel ad defatigandam partem declinatoriam ſui protrahendo litem, vnde poteſt Clericum etiam coram Iudice eccleſiaſtico ad firmandā iuriſdictionem ſummariè incontinenti docere rem eſſe ſuam, vel Eccleſiæ, ſine tamen præiudicio principalis quæſtionis, per pleniores probationes conteſtata lite ne negotij, & articuli principalis diſcuſſione comprobandi, quo caſu Iudex eccleſiaſticus ſuper huiuſmodi emergente ſummariè cognoſcere valet, & cognito iuriſdictionem non eſſe ſuam Clericum actorem, in expenſis condemnare, cauſamque ad ſuum Iudicem remittere debet, vt notat *Abb. in cap cum ſit generale num.14. de for. competen.* & quod ita procedat *text. in cap. ſi Clericus laicum* alias, quod eius diſpoſitio nullius eſſet momenti latè comprobat idem *Abb. ibidem num. 15. Anton. de Butr. & Felin. num. 2. verſ. limita* latiſſimè *Soccin. num. 15.* & ita originaliter ibidem tenuit *Goffred. Barbat. num.16. & ſeq. & num.60. & plurib. ſequen. Curt. iun. in l.2. num 34. ff. ſi quis in ius vocan. & in conſ.124. num.6. verſ. ſed præſuppoſito Lap. alleg 58. num. 15. Tiraq. de retract. conſanguinit. §.6. glo.5. num.19. Aufer. de poteſt. Eccleſ. in laic. num. 39.* qui omnes teſtantur hanc eſſe communem, crebiorem, & magis receptam ſententiam, & totum mundum hanc tenere ſententiam, ita vt temerarium, & valde periculoſum in conſcientia eſſet ab ea, in iudicando, & conſulendo recedere, animaduertit *Sperel. dec.143. num. 11. p.2. & dec. 98. num.44. tom.1.*

54 Et cum textus in *cap. ſi Clericus laicum* nihil diſponat, ſi reo negante, actor offerat per ſummarias probationes oſtendere ante litem conteſtatam rei negationem eſſe calumnioſam, tamquam caſus omiſſus ſuppleri, & decidi, iuxta communem
55 concluſionem, quod Iudex cuius iuriſdictio negatur de iure cognoſcere poteſt an ſua ſit iuriſdictio *cap. ſuper literis de reſcriptis, cap. cum perſona de priuil. in 6.* late *Sperel. dec.133. num.1. & 10. & 12. & dec. 143. num. 12. p.2.* in quibus etiam contrarijs reſpondet, & *numer. 14.* ſignanter exemplificat procedere in Iudice eccleſiaſtico, qui ſuper
56 dubio iuriſdictionis vti maior, & dignior cognoſcere debet, cuius ſit iuriſdictio *Lap. alleg. 58. ſub num.6. Felin. in cap. cæterum poſt num. 6. de iudic.* & in terminis *cap. ſi Clericus laicum de for. competen.* quia alias huius decretalis diſpoſitio redderetur penitus inutilis obſeruat ibidem *Marian. Soccin. num. 15.*

57 Quæ procedunt etiam ſi à reo negante vltra ipſam negationem doceretur de titulo ſuæ poſſeſſionis, ſeu de iuſta detinendi cauſa, nam ſi conſtat rem eſſe Eccleſiæ, vel Clerici nihilominus non obſtante negatione Iudex eccleſiaſticus cognoſcere debet, vt ex *Anton. de Butr. & Petro Barboſ.* tradit *Sperel. dec.143. num. 18. p.2.*

58 Sublim. 4. vt neque cauſa ad Iudicem laicum ſit remittenda, ſi notorie conſtat rem ad Eccleſiam, vel ad Clericum ſpectare, tunc enim negatione non obſtante Iudex eccleſiaſticus procedere debet in cauſæ cognitione, *cap ſuper eo de teſt. cogen. Abb. in cap. ſi Clericus num.13. in fi. de for. competen.* ibique *Felin num.1. Soccin. num.11. & 14. Sperel. dec.98. num. 45. p.1.*

59 Sublim. 5. ſi fuerit intentatum iudicium ſpolij, vel agatur, de delicto, rapina, dolo, oppreſſione, vel violentia. nam hoc caſu negatione non obſtante cauſa ſpectat ad Iudicem eccleſiaſticum, & ad laicum non eſt remittenda, eo quod huiuſmodi ſpolium, vel violentia conſtituat ſacrilegium, vel quaſi, cuius cognitio ſpectat ad Eccleſiam, vt expreſsè diſponit *text. in cap. cum ſit generale de for. competen. vbi Innoc. num. 2. Hoſtien. num. 2. Abb. num.14. Maria Soccin. num.15. Anchar. in fi. Guttier. lib. canonic. quæſt. cap. 34. num. 14. Sperel. dec. 98. num.46. tom. 1. & dec. 143. num. 25. verſ. hac quidem tom. 2.* quid. quid ſenſerit *Menoch. de recuperan. poſſeſſ. remed. 15. num. 203.*

SVMMARIVM.

1 Cauſa vbi agitur de bonis ratione directi dominij Eccleſiæ, eſt eccleſiaſtica, & ſpectat ad eius forum, & damnantur contrarium tenentes num. 52.
2 Laici quidquam ſtatuere non poſſunt circa bona eccleſiaſtica.
3 Ita nec ſuper illis ius reddere, & iudicare poſſunt num. 5.
4 Forum ſortiri, & ſtatutis ligari paria ſunt.
5 Bona Eccleſiarum immediatè ſunt ſub Dominio Dei.
Dicuntur Sancta Sanctorum ibid.
Bona à Laicis Eccleſiis conceſſa cenſentur Sum. Pontifici donata cum abdicatione dominij, & iuriſdictionis etiam quo ad forum ibidem.
6 Laicus quacunque actione agatur pro rebus Eccleſiæ conueniri poteſt coram eccleſiaſtico.
7 Emphyteuta pro canone rei Eccleſiæ conueniri poteſt coram eccleſiaſtico. Contrar. 8.
9 Iudex Laicus non poteſt cognoſcere ſuper Emphyteuſi eccleſiaſtica, etiam inter ipſos Emphyteutas, & ſuper ſolo dominio vtili penes Laicos exiſtente nu. 13. Contrar. num. 14.
10 Bona eccleſiarum nec indirectè ſubiacent iudicio laicorum num. 11.
12 Cauſæ dominij vtilis rei Eccleſiæ ſpirituales ſunt, & ab eis recipiunt forum. Contrar. num. 14. Reprobatur num. 15.
16 Aegidiana conſtitutio non comprehendit eccleſiaſticos, nec cauſas ſpectantes ad forum eccleſiaſticum, nec etiam ſi agatur de rebus, & bonis eccleſiaſticis num. 17 Nec etiam vtile dominium bonorum eccleſiaſticorum num. 18.
19 Iudex eccleſiaſticus priuatiuè cognoſcere debet ſuper iurepatronatus laicorum.
20 Amp. idem ſuper poſſeſſorio ſpirituali. Contrar. num. 23. 24.
21 Cauſa poſſeſſoria rei ſpiritualis dicitur ſpiritualis, & eccleſiaſtica licet poſſeſſio ſit laicalis num. 25.
22 Cauſæ eccleſiaſticæ, & ſpirituales, vel quaſi ad forum eccleſiaſticum priuatiuè ſpectant.
26 Iudex laicus eſt incompetens in poſſeſſorio rei ſpiritualis, ſiue adipiſcendæ, ſiue retinendæ, ſiue recuperandæ.
27 Idem in beneficialibus, & in adipiſcenda poſſeſſione beneficij nu. 28. Contrar. nu. 32.
29 Clericis prohibitum eſt recurrere ad Iudices ſæculares etiam pro tuenda beneficij poſſeſſione ſub pœna excommunicationis, & amiſſionis beneficij num. 30.
Amp. etiam pro exigenda penſione num. 31.
Lim. concurrente priuilegio Apoſtolico num. 34.
35 Conſuetudo quod laicus cognoſcat cauſas poſſeſſorii ſpiritualis reprobata, & anathematizata in Bulla Cœnæ num. 36. & 37.
38 Amp. ſpectare ad Iudicem eccleſiaſticum, ſiue principaliter, ſiue incidenter agatur de quæſtione iuris reprobato Bartolo.

59 In cãnſa temporali coram Laico vertẽte, ſi incidat queſtio iuris ſpiritualis ſuperſedendum, & ad eccleſiaſticum remittenda.
40 Iudex incompetens ratione incidentiæ cognoſcere poteſt de articulo coram eo incidente.
41 Lim. procedere vbi Iudex ſit tantum incompetens, ſecus ſi etiam ſit incapax.
42 Iudex Laicus reſpectu ſpiritualium eſt incompetens, & etiam incapax.
43 Iudex eccleſiaſticus reſpectu temporalium eſt incompetens, ſed non incapax.
44 Ideo cognoſcere poteſt de cauſa temporali, quæ incidit, cum eccleſiaſtica, vt de dote de alimentis, vbi agitur de cauſa matrimoniali.
45 Iudex laicus ex priuilegio Apoſtolico procedere poteſt in cauſis eccleſiaſticis, & inter eccleſiaſticos.
46 Poteſt etiam procedere ſi Iudex eccleſiaſticus eſſet negligens in admiuiſtranda Iuſtitia Laico a Clerico turbato. Contrar. num. 47.
48 Poteſt eſſe executor ſententiæ Iudicis eccleſiaſtici.
49 Tenetur præſtare brachium Iudici eccleſiaſtico, & cenſuris compelli poteſt num. 50.
51 Iuriſdictio eccleſiaſtica, & ſæcularis debent ſe ad inuicem adiuuare.
53 Chriſtiani omnes in primitiua Eccleſia, ſiuè Clerici, ſiue laici ab eadem iudicabantur, prout etiam in veteri teſtamento num. 54.
55 Iudex eccleſiaſticus retinet habitu, ſi non in exercitio iuriſdictionem quo ad Laicos, & in prophanis, etiam io terris Imperij num. 58.
56 Poteſt ſupplere negligentiam Iudicis ſæcularis.
57 Eccleſia habet iuriſdictionem in ſæculares in temporalibus.
59 Iudex Laicus in incidenti poſſeſſorij ſpiritualis merè facti procedere poteſt. Contrar. num. 60.
61 Lim. primam opinionem procedere ſi factum ſit ab omni ſpiritualitate abſtractum, 2. ſi cum facto ſit admixtum ius.
62 Lim. 2. vt Iudex Laicus poſsit procedere in quæſtione facti ſuper poſſeſſorio eccleſiaſtico, ſi Iudex eccleſiaſticus non inhibeat, ſecus ſi inhibeat.
63 Lim. 3. vt Laicus ſit competens in cauſa facti articuli ſpiritualis ſi vertatur inter ſolum Laicos, ſecus ſi inter Clericos.
64 Lim. 4. vt Iudex Laicus procedere poſsit, ſi cauſa non ſit merè ſpiritualis, vel cadat in laicis, ſecus ſi ſit merè ſpiritualis, ſecus in ſpiritualibus, vel ſi Clericus non ſit reus.
65 Quæſtio Iuris, & facti, quæ ſint.

Cognitio cauſarum, rerum, ſeu bonorum Eccleſiarum, & cum eiſdem connexionem habentium, etiam ſi agatur inter merè laicos, an priuatiuè ſpectet ad Iudicem eccleſiaſticum, vel cumulatiuè cum Iudice Laico.

ADNOTATIO III.

1 QVando agitur de bonis ratione directi dominij ſpectantibus ad Eccleſiam cauſa eſt omnino eccleſiaſtica, & ab eccleſiaſtico Iudice non autem de Laico definienda *c. decernimus extra de Iudic. cap. bene quidem. cap. denique diſtin. 96. cap. relatũ cap. ſi quæ cauſa cap. placuit 11. 2. 11. q. 1. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 12. verſ. in hoc prorſus dubio Card. Belarmin. controuerſ. tom. 2. tit. de Cleric. cap. 24. ante verſ. 5. propoſitio*, & quod de veritate huius concluſionis nullus vnquam Orthodoxus dubitauerit, & ſiqui auſi ſint impugnare, merito ſemper ab Eccleſia fuerint damnati, & præcipuè *Marſilius Paduanus ſub Paſchali ſecundo* Magiſtraliter dixit *Rot. in Rauennaten. Emphyteuſis 28. Martij 1631. coram Merlino inter eius impreſ. dec. 414. à num. 1. & plurib. ſequen quæ eſt repetita in recen. dec. 42. p. 6. & poſt p. 5. Reſol. moral. Dian. dec. vltim.* idem *Dian. par. 4. reſ. moral. tract. 1. de immunit. reſol. 56.*

2 Siquidem ſicut Laici defectu poteſtatis, & iuriſdictionis quidquam ſtatuere non poſſunt circa bona eccleſiaſtica *cap. bene quidem cap. ſi Imperator 96. diſtin. cap. laicus 16. qu. 7. cap. cum laicis extra de reb. Eccleſ. alien. vel non cap. Clericus cap. fi. de immunit. Eccleſ. in 6.* vbi ſtatuentes ipſi anathematis pæna feriuntur *cap. Sanctæ Mariæ de conſtit.*

3 Ita nec etiam ſuper illis iudicere, & ſententiam proferre poſſunt, cum paria ſint forum ſortiri, &
4 & ſtatutis ligari *glo. in cap. quod Clericus de for. competen. Dec. in cap Eccleſia S. Maria nu. 18. Surd. conſ. 2. num. 14. in fi. & conſ. 338. num. 26. ad fin. Bero. conſ 63. num. 99. lib. 1. & ad propoſitum Theſaur. iun. quæſt. forenſ. lib. 2. cap. 15. num. 12. in fi. cum alijs per Rot. dec. 42. num. 6. & 7. p 6. recen cum alijs copioſè congeſtis dec. 305. num. 4. poſt 2. vol. conſ Farinac.*

5 Bona autẽ eccleſiaſtica immediatẽ ſunt ſub dominio Dei, & dicuntur Sancta Sanctorum *cap. nulli licet cap. quicunque 12. qu. 2.* Et patrimonium Chriſti *cap. cum ex eo de elect. in 6. Rot. dec. 305. num. 1. poſt 2. vol. conſ. Farinac.* propterea bona omnia cuiuſlibet Eccleſiæ orbis terrarum ſubiacent adminiſtrationi Sum. Pontificis, qui Dei vices retinet, & conſequenter Epiſcoporum, qui eius vices in Diœceſanis iuriſdictionibus obtinent, & à principio Sum. Pontifici cenſentur donata omnia, quæ aut ex munificentia Principum, aut aliorum priuatorum pietate Eccleſijs conceſſa fuerunt, ita vt non minus ipſis temporalibus, quam etiam in conſequentiam eorum dominio, & iuriſdictione tradentes priuare, & à ſe ipſis penitus abdicare, ac detrahere voluiſſe omnino dicendum eſt, vnde ceſſare debet cũ quo ad forum iuriſdictio Iudicis Laici, *faciunt notabiliter tradita per Gemuan. in c. vnico §. confirmatos de Religioſ. dom. in 6. in 5. notab. quem ſequitur Rip. in l. quominus num. 107. ff. de flumin. cum alijs per Rub. in adnot. ad deciſ. 2. num. 207. & 208. par. 3. recen. vbi ita etiam ſenſiſſe Rot. in Cauſa Treueren. vnionis 29. Maij 1641. §. 1. verſ. illius bona coram Em. Cardinal. Veroſpio, & magiſtraliter dicta deciſ. 305. num. 1. poſt 2. vol conſ. Farinac.*

6 Amp. 1. vt quacunque actione agatur occaſione rei Eccleſiaſticæ, ac de omnibus inde accedentibus, annexis, connexis, emergentibus, & dependentibus Iudex Eccleſiaſticus contra laicum iudicare
7 debeat, vnde emphiteuta prò canone ex re Eccleſiæ debito coram eodem Eccleſiaſtico Iudice conueniri poteſt, *Abb. in cap ſi Clericus laicum ſub nu. 10. in fi. & num. 13. de for. competen. bene Valaſcb. de iur. emphiteut. qu. 39. ſub num 14. verſ. quod ſi emphiteuſis Borgnin. deciſ. 44. num. 107. & deciſ. 43. num. 68. p. 1.* vbi comprobat eo magis hoc procedere, quia emphyteuta recuſando ſoluere canonem dicitur dominum ſpoliare, ſiue iudicialiter, ſiue extra iudicium id agat, cum alijs congeſtis per *Sperel. deciſ. 98. à num. 9. & ſeq. p. 1.*

8 Contrarium docet *Theſaur. iun. quæſt. forenſ. lib. 2. qu. 15. per totam* cuius rationes adductæ tanquam parum ſubſiſtentes merito reprobantur à *Sperel.* loco citato.

9 Amp.

9 Amp. 2. procedere concluſionem, etiam ſi cauſa inter ſolos emphyteutas agatur, & ſuper ſolo dominio vtili penes laicos exiſtente, ratione connexitatis dominij vtilis cum directo, cum quo vna, & eadem res, & eiuſdem naturæ reputatur, vt eundem ſequatur, ſicut incrementum alluuionis, & inſulæ, vt animaduertit, *Oltrad. conſ.* 240. *num.* 1. *verſ. & ideo rectè, quem ſequitur Surd. conſ.* 57. *nu.* 23. *verſ. & propterea*, vnde ſicut ſubiectum bono-
10 rum materialiter ſit ſemper, & perpetuò Eccleſiaſticum, non poteſt ab ipſo dominio directo ſaltem actualiter ſeparari dominium vtile, nec ideo indirectè bona Eccleſiarum ſubici Iudicio laicorum, *cap. quanto cap. cæterum & ibi Canauſta de Iudic.* & alijs congeſtis, acerrime examinato articulo, ſublatiſque contrarijs argumentis firmauit *Rot. in Romana domus de Scapuccijs* 19. *Ianuarij* 1611. *coram Decano*, quam ſemper poſtea ſecuta fuit contingente caſu, & ſignanter in dicta *dec.* 414. *a num.* 8. *& plurib. ſeq. coram Merlino, in recenſ. dec.* 42. *p.* 6. *& dec.* 305. *num* 1 *&* 2. *& per totam poſt* 2. *vol. conſ. Farinac.* quæ eſt repetita poſt *Pacif. de Saluian. dec.* 238.

11 Et vltra motiuum connexionis concurrit etiam prærogatiua qualitatis, & ſubiecti Eccleſiaſtici, cui inhæret dominium vtile, vnde ſubijcitur, & famulatur directo dominio Domini principalis, ſine quo ſubſiſtere non poteſt, vnde merito dominiũ directum, cum ſit Eccleſiaſticum tamquam dignius, & potentius debet trahere ad ſuum Iudicem, & forum diſcuſſionem ſuper dominio vtili, ex quo reſideat, in ſubiecto materia, & re mere Eccleſiaſtica, vt pulchre comprobat *Rota d. dec.* 42. *a num.* 19. *cum pluribus ſeq. p.* 6. *recen.*

12 Hinc eſt quod omnes cauſæ iſtius dominij vtilis, ſpirituales ſunt, & propterea ab eis recipiunt iudicium, & forum ſortiuntur *Cardin. in Clement. per literas num.* 12. *qu.* 15. *de prebeu.* faciunt tradita, *per Bero. in cap. qua in Eccleſiarum num.* 9. *& ſeq & præſertim num.* 12. *de conſtit. Siluan. conſ.* 9. *nu.* 23.
13 vnde ſequitur quod laicus ſit penitus incompetens quo ad huiuſmodi cauſarum cognitionem, & pro hac ſententia videtur bonus textus *in cap. cæterum vbi Abb. in prin. de iudic. ita etiam tenuit Abb. in c. quam in Eccleſiarum in* 3. *notab. num.* 2. *& ibi Dec. num.* 19 *verſ.* 2. *ampliatur Bero num.* 8. *&* 9. *de conſtit. idem Abb. in conſ.* 72. *in* 1. *dub. lib.* 1. *Card. Zabarel. conſ.* 2. *Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 605. *Antonin. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 48. *nu.* 9. *& ſeq. Marta de iuriſd. p.* 4. *caſ.* 13. *num.* 19. *Feuentil. in aduat. ad Burat. deciſ.* 780. *num.* 12. *&* 13. *Ciriac. controu. forenſ.* 205. *num.* 163. *pleniſſimè Rot. mature diſcuſſo articulo*, ſublatiſque contrarijs *dec.* 305. *per totam poſt* 2. *vol. conſ. Farinac. deciſ.* 239. *num.* 6. *poſt Pacif. de Saluian. interd. in Romana de Scianshis* 23. *Aprilis* 1617. *coram Innocentio X. impreſſ. penes Ciriac. dicta controu.* 205. *num.* 10. *& ſeq.* & ab hac opinione difficile eſſe recedere animaduertit Gratian. *diſcept.* 447. *num.* 21. *Sperel dec.* 121. *num.* 20. *tom.* 2. alias ſequeretur præiudicium Eccleſiæ, cui expedit magis habere vnum emphyteutam, quam alium *Adden ad Burat. dec.* 780. *nu.* 14. *vbi alios allegat Dian. reſol. moral. p.* 3. *tract.* 1. *de immunit. Eccleſ. reſol* 56.

14 Contrarium videtur tenere *Bart. in l.* 2. *num.* 6. *& ibi Saliset. & Doctores C. vbi in rem act cum alijs per Sperel. dec.* 24. *num.* 14. *ſed in fi. ſubdit* contrariam ſententiam eſſe veriorem, & tenendam. Hinc patet reijciendum eſſe *Pereriam de manu Regia cap.* 28. *num.* 2. *lib.* 2. vbi tenet cauſas non modo inter
15 emphyteutas laicos, ſed etiam inter illos, & Eccleſiam ratione vtilis dominij vertentes ad ſæcularem Iudicem ſpectare, quia huiuſmodi opinio eſt contra decreta Conciliaria, diſponentia quod nunquã Iudex laicus habeat iuriſdictionem, non tam in Eccleſias, Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, quã nec etiam in res ſpirituales, prò vt eſt ſupradictum dominium vtile vt ſupra demonſtrauimus *cap. inſolita cap. placuit cap. ſi Clericus* 11. *qu.* 1. *cap. nemo, cap ſi Clericum cap. ſi quis cap. Chriſtianis cap. nullus Clericum, cap. peruenit, cap. Fratris cap. Sacerdotibus pariter* 11. *qu.* 1. *cap. qualiter, & quando de iudic. cap. nouis cap. grauem de ſent. excommun. Rot. deciſ.* 458. *num.* 76. *p.* 5. *tom.* 2. *recen.*

16 Amp. 3. vt Aegidiana conſtitutio non ſolum non comprehendat Eccleſiaſticos, aut cauſas fori Eccleſiaſtici, ex quo Card. Aegidius illius auctor non habebat iuriſdictionem ſuper Eccleſiaſticis, & Summi Pontifices eandem confirmauerunt, & extenderunt ad vniuerſum ſtatum Sedi Apoſtolicæ immediate ſubiectum non immutata natura eiuſdem conſtitutionis, *Scaccia de appel. qu.* 17. *lim.* 6. *memb.* 3. *num.* 15. *Pacif. de Saluian. inſpectione* 4. *c.* 2. *num.* 28. *Scapuc. tract. cad. qu.* 2. *num.* 7. *lib.* 3. *Ridolphin. in prax. p.* 2. *cap.* 6. *num.* 149. 150. 157. *Rot. dec.* 234. *num.* 1. *deciſ.* 237. *num.* 6. *deciſ.* 238. *num.* 1. *deciſ.* 239. *num.* 5. *poſt Pacif. de Saluian. dec.* 32. *num.* 2. *p.* 1. *deciſ.* 51. *num.* 13. *p.* 5. *recen.* pro vt nec quando in cauſa adſunt Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ *Rot. in Viterbien. fideicommiſſi* 16. *Iunij* 1642. *cor. R. p. d. Cerro Decano*, immo nec ad eorum fauorem, *Burat. deciſ.* 315. *num.* 1. *&* 2. *Rot. deciſ.* 61. *num.* 13. *p.* 5. *recen.*

17 Verum etiam, nec quando agitur de rebus, ſeu bonis Eccleſiaſticis *Pacif. de ſaluian. inſpect.* 4. *cap.* 2. *num.* 33. *Scapuc. cod. tract. qu.* 2. *num.* 7. *lib.* 3. *Scaccia de appell. qu.* 17. *limit.* 6. *memb.* 3. *num.* 14. *Canale. dec.* 267. *num.* 6. *deciſ.* 493. *num.* 1. *Burat. deciſ.* 151. *num.* 11. *Rot. deciſ.* 231. *num.* 1. *dec.* 235. *num.* 1. *deciſ.* 236. *num.* 3. *dec.* 238. *num.* 1. *&* 2. *deciſ.* 239. *num.* 5. *poſt Pacif. de ſaluian. dec.* 32. *nu.* 1. *p.* 1. *deciſ.* 391. *num.* 5. *dec.* 472. *num.* 1. *p.* 2. *dec.* 326. *num.* 6. *p.* 6. *recen.*

18 Quod etiam procedit, etiamſi agatur de vtili dominio Eccleſiaſticorum bonorum, & lis ſit tantum inter laicos, *Gratian. diſcept.* 447. *num.* 20. *vſque ad* 24. *tom.* 3. *Rot. in Romana domus de Scapuccijs ad Sanctum Auguſtinum* 19. *Ian.* 1611. *coram Coccino poſt Pacif. de ſaluian. dec.* 238. *num.* 2. *& ſeq. & per totam. quam ſequitur eadem Rota dec.* 372. *num.* 1. *p.* 2. *deciſ.* 49. *num.* 1. *p.* 5. *recen. Canale. dec.* 493. *num.* 2. *Duran. dec.* 70. *in prin.* eoque fortius neque habet locum inter ipſos quoque laicos, quando agitur de quocunque præiudicio Eccleſiæ, *Rota dec.* 239. *num.* 6. *poſt Pacif. de ſaluian.*

19 Amp. 4. vt iuſpatronatus laicorum, licet non ſit propriè, quid ſpirituale, attamen quia eſt ſpiritualitati annexum, ſolum Iudex Eccleſiaſticus priuatiuè iudicare debet, *cap.* 4. *de Iudic. Dian. reſol. moral. p.* 4. *tract.* 1. *de immunit. Eccleſ. reſol.* 56. *verſ. prima licet iuſpatr. Rot. deciſ.* 414. *coram Merlino num.* 12. *quæ eſt in recen. deciſ.* 42. *p.* 6. *cum*

alijs

alijs per Sperel. dec. 8. num. 26. p. 1.

20 Amp. 5. vt poſſeſſorium rei ſpiritualis, licet ſit merè temporale, & laicale, attamen de huiuſmodi poſſeſſione ſolum cognoſcit Iudex Eccleſiaſticus, quemadmodum de ipſa proprietate, non autem laicus, cum qualitas ſpiritualitatis, qualitatem temporalitatis abſorbeat, vt communiter tenent omnes Canoniſtæ, *Barbat. in cap. fi. de iudic. Dec. in cap. quanto num. 58. & ſeq. & 62. extra de Iudic. Berous hanc ſententiam acerrimè defendens in Rub. extran. de iudic. num. 15. cum plurib. ſeq. Couar. pract. quaſt. cap. 35. num. 1. verſ. ſi diligenter Cravet. conſ. 258. num. 8. Roland. conſ. 12. num. 35. & ſeq. lib. 2. Menoch. de recuperan. remed. 15. nu. 205. & ſeq. Guttier. canon. quaſt cap. 34. num. 26. & ſeq. Dian. reſol. moral. p. 4. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 56. verſ. ſecunda poſſeſſio rei ſpiritualis latè Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 14. qu. 2. Duard. ad Bullam Cenæ lib. 2. can. 15. qu. 19. num. 47. & 48. latè Curt. in tract. de feud. p. 7. qu. 6. Schraderus in tract. de feud. p. 10. ſec. 1. num. 34. in prin. Gratian. diſcept. 238. nu. 8. tom. 2. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 2. num. 1. Oſach. dec. 126. num. 1. Afflict. dec. 36. num. 1. & ſeq.* & hanc eſſe antiquam, & perpetuam opinionem Curiæ Romanæ, quæ nunquam admittere voluit opinionem *Guid. Pap. ex Puteo* tradit *Sperel. dec. 8. num. 17. in fi.* & dixit Rota coram *Merlino dec. 414. num. 23. repetita in recen. dec. 42. p. 6.*

21 Siquidem cauſa poſſeſſoria rei Eccleſiaſticæ dicitur ſpiritualis, vel quaſi, & Eccleſiaſtica, etiam ſi poſſeſſio ſit temporalis, & laicalis, cum qualitas proprietatis, & ſubiecti, à quo habet dependentiã, tamquam ſpirituali, qualitatem temporalitatis abſorbeat, & ad ſe trahat, *Clement. vnica de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Clement. vnica* cum ibi notatis *de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct. Clement. diſpendioſam*, ibi eam quomodo tangentibus *de iudic.*, ita contra *gloſ. in cap. litera de reſtit. ſpoliat tenet ibi Abb.* & eandem *gloſ.* eſſe communiter à Doctoribus reprobatam teſtatur *Couar. pract. quaſt. cap. 35. num. 1. verſ. non oberit, Guttier. lib. 1. canon. quaſt. cap. 34. num. 35. Vant. in tract. de nullit. ex defectu iuriſd. ſub num. 54. verſ. ſiue agatur Monet. de decim. cap. 8. qu. 2. ſub num. 14. Garz. de benef. p. 1. cap. 2. num. 52. Gratian. diſcept. 238. nu. 70. tom. 2. late Duard. in Bulla Cenæ lib. 2. can. 15. qu. 19. num. 43. cum alijs per Sperel. deciſ. 8. num. 29. tom. 1.*

22 Vnde intrat regula generalis, quod omnes cauſæ Eccleſiaſticæ, & ſpirituales, vel quaſi ad forum Eccleſiaſticum priuatiuè ſpectent *Clement. 2. de iudic. cap. tuam de ordin. cognit. Clar. in §. feudum qu. 20. num. 9. in fin. Sperel. d. deciſ. 8. nu. 28. to. 1.* ex quo laicus ſit ſpiritualium incapax *cap. 2. de iudic. late Magdalen. in tract. de numero text. in teſtam. p. 1. cap. 10. num. 8. Bero. in cap. quæ in Eccleſiarum num. 91. de conſtit. vbi omnes Seraph. de priuil iuram. priuil. 67. num. 12.*

23 Contrarium verò, quod Iudex laicus ſit competens in cauſa poſſeſſorij ſpiritualis docent ferè omnes legiſtæ teſte *Igneo in repetit. l. neceſſarios §. non alias 2. p. a num 2. ff. ad Sillanian.* & ſignanter hanc profitetur *Bartolus, & ſcribentes in l. Titia ff. ſolut. matrim & in l. omni innouatione C. de ſacroſant. Eccleſ. & in l. quoties C. de iudic. latè Guid. Pap. dec. 1. per tot. Boer. deciſ. 69. num. 23. Afflict. deciſ. 2. & dec. 24. & dec. 85. Oſaſch. deciſ. 119. num. 1. Theſaur. dec. 82. & deciſ. 112. Valaſch. deciſ. ſeu conſult. 93. lib. 1. Marant. de ordin. iudic. p. 4. de ſenit. 13. cap. 17. num. 3. & 4. Natta conſ. 411. in prin. Roland. conſ. 23. num. 2. lib. 2. Menoch. de recuperand. poſſeſſ. remed. 15. num. 220. & ſequen. Farinac. qu. 8. num. 23. Gail pract. obſeruat. 38. nu. 3. & 4. Marta de iuriſd. p. 2. cap. 39. & p. 4. cap. 38. Bobadil. qui alios congerit in ſua Politic. lib. 2. c. 18. nu. 241. tom. 1.* qui ea nituntur ratione, quod poſſeſſorium rei ſpiritualis, non ſit ſpirituale, ſed temporale *per glo. in cap. literas de reſtit. ſpoliat. & tradunt Canoniſtæ in cap. fin. extra de Iudic. Guid. Pap. dec. 1. num. 1. Cravet. conſ. 258. in prin. Anton. Scap. de iur. non ſcript. lib. 1. cap. 35. in prin. Granat. ad Veſt. lib. 5. cap. 1. num. 6.*

24 Quinimo cum poſſeſſorium nihil habeat commune, cum petitorio vulgata *l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquirend. poſſeſ.* non eſt mirum, ſi petitorium ſit ſpirituale, poſſeſſorium verò temporale, cuius vigore Iudex laicus efficitur competens ad tradita per *Mart. in tract. de iuriſd. p. 2. cap. 30. num. 18. & ſeq.*

25 Non eſt tamen recedendum à prima opinione, tamquam magis vera, tuta, ac veritati conſona, & magis conformi decretis Sacrorum Conciliorum & Sacrorum Canonum, & Doctores in contrarium adducti parum inter ſe conueniunt, & vel loquuntur ſecundum tribunal, quod habent Hiſpani de cognitione per viam violentiæ, vel per viam extraiudicialis cognitionis, vel ſecundum forenſem Galliarum vſum à Summis Pontificibus approbatum, vt animaduertit *Sperel. deciſ. 8. num. 24. verſ. ex quibus, & num. 25. p. 1.* vbi latè contrarijs reſpondet.

26 Amp. 1. hanc communem ſententiam procedere in quocunque poſſeſſorio, ſiue adipiſcendæ, ſiue retinendæ, ſiue recuperandæ in omnibus autem deducitur titulus ſaltem coloratus, cuius cognitionis incapax eſt Iudex ſæcularis, vt ex *Couar. Afflict. Monet. & alijs docet Sperel. dicta deciſ. 8. num. 33. p. 1. vbi num. 36.* reprobat *Theſaur. deciſ. 82. num. 1.* & alios contrarium tenentes.

27 Amp. 2. in beneficialibus, in quibus quando agitur de adipiſcenda poſſeſſione beneficij Eccleſiaſtici Iudex laicus eſt penitus incompetens *Bero in rub. extra de Iudic. num. 51. Couar. pract. quaſt. c. 35. num. 1. verſ. prima concluſio Cravet. conſ. 104. ſub num. 17. verſ. nec obſtat Menoch. de recuperand. poſſeſ. remed. 15. num. 235.* vbi ait hoc apud neminem fere dubitari *Sperel. dec. 8. nu. 34. tom. 1. Dian. reſol. moral. p. 5. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 27. verſ. ſed ijs non obſtantibus, & contrarijs reſpondet.*

28 Iudices enim laici in beneficialibus nullam habent iuriſdictionem *Puto. deciſ. 351. lib. 1. in nouis Acorambon. dec. 28. Seraph. dec. 957. Rot. dec. 196. nu. 14. p. 4. tom. 2.*

29 Hinc eſt quod Clericis prohibitum eſt habere recurſum ad Iudices ſæculares, & ita recurrentes etiam prò tuenda eorum beneficiorum poſſeſſione ſunt excommunicati non ſolum vigore *Bullæ Cænæ in §. 16.* verum etiam ex conſtitutione *Martini V. & Innocentij VIII. quæ incipit Officij noſtri in nouo Bullar. ex ordine 17. to. 1.* & de iure communi *cap. qualiter, & quando de Iudic.* vbi Doctores *Farinac.*

30 *conſ. 68. num. 1. tom. 1.* Et excommunicationem

amittant ipſo iure beneficia obtenta, pro vt diſertè ſancitur in dictis conſtitutionibus *Farinac. loco citato nu.5. Rot.in Oſcen.Penitentiariæ coram Blanthet. to impreſ.poſt d.conſ.68. Farinac. nu.10.dec.103.nu.1. poſt 2. vol.conſ eiuſdem Farinac. dec.491.num.6.p.2. dec.184. nu.12.p.4. dec.103.nu.4. & 5. p.6. dec.83. num.1. & 2. p.7. recen. & dec.64. nu. 3. coram Greg. XV. ibique Adden. nu.13.*

31 In quam excommunicationem etiam incurrit recurrens ad Iudices laicos pro exigenda penſione *cap.1. de reſcript. in 6. cap. nouerit, cap. grauem de ſent. excommunicat.* Rot. dec. 650. *num.18. p. 4. tom. 3. recen.*

32 Contrarium, quod Iudex laicus poſſit cognoſcere de cauſa poſſeſſoria beneficij, docet *Seſſe de inhib. cap.8. §.3. nu.16. & 17. Bobadil. in polit. tom.1. lib. 2. cap.17. nu.153. Cenal. in tract. de cognit. per viam violen. p.2. qu.65. Amdan. de execut. mandat. p.1. c.1. nu.32. Pelarz. tract. de maior. p.3. qu.11. nu.11. Cabedus dec.71. nu3. p.2. Valaſc. conſ.93. nu. 3. Mendez. à Caſtro in prax. Eccleſ. Luſitan. lib.2. cap.4. nu. 14. Gail. lib.1. obſeruat. 28. nu. 2. Myſinger. cent. 2. obſeruat 67. Degraſſalius in Regal. Franc. lib.2. iur.7. Guid. Pap. dec.85. nu.2. Theſaur. dec.82. Afflict. dec. 24. cum alijs relatis per Guttier. pract. qq. lib.1. qu.20. & quæſt. Canon. lib.1. cap.34. nu.16 Igneus in l. neceſſarios §. non alias 2. p. nu.42. ff. ad Senat. Conſul Sylian.* qui reprobantur à *Menoch. loco ſupra citato*.

33 Quæ ſecunda opinio forſan procedere poſſet de conſuetudine aliquorum Regnorum, ſi ſpeciali priuilegio à Sede Apoſtolica conceſſo muniatur, prò vt Regi Gallorum conceſſum fuiſſe, a *Martino V.* refert *Guid Pap. dec. 1.* ac etiam à *Leone X.* die 17. *Nouemb.* 1513. *teſtatur* Boer. *deciſ.69. num.23. relat. per Diam. reſol. moral. p.5. tract.1. de immunit. reſol. 27. verſ reſtat modo*, vbi alijs contrarijs reſpondet.

34 Vbi verò non concurrit priuilegium Apoſtolicũ præfata conſuetudo non ſolum communiter à Doctoribus reprobatur latè *Garz. de Benef. p.1. cap.2. num.51. Farinac. qu.8. ſub nu. 23. circa fin. Gratian. diſcept. 238. num.68.* vbi quod in hoc, nec immemorabilis tribuit vim priuilegij, quia poſſeſſio redditur inabilis, vitioſa, & ineſſicax ad conſuetudinem inducendam, & præſcribendam, tamquam irrationabilem, & Eccleſiaſticam libertatem perturbantem ex *Puteo deciſ.363. in fi. lib.* 1.

35 Verum etiam expreſsè anathematizatur in *Bulla Cœnæ Domini canone* 14. vbi excommunicationis mucrone feriuntur Iudices, ac Magiſtratus, ſiue laici, ſiue Eccleſiaſtici quacunque gratiarum, vel literarum Apoſtolicarum, vel etiam violentiæ prohibendæ prætextu, beneficiales, decimarum aliaſque cauſas ſpirituales, & annexas à Commiſſarijs Apoſtolicis, alijſque Iudicibus auocant, vel quoquomodo impediunt, ac proinde cum poſſeſſoria
36 beneficialia, ſint quaſi ſpiritualia, vtique Iudex laicus de illis cognoſcens incidet in præfatæ Bullæ excommunicationem, vt animaduertit *Duard. in explicat. d. Bullæ lib. 2. canone 14. qu. 5. num.31. iuncta qu. 11. num.* 5. etiam ſi cauſam non auocaret ab
37 Eccleſiaſtico foro, ſed ſe in ea quoquomodo interponat, ſiue prætextu conſuetudinis, ſiue colore priuilegij, ſiue clypeo violentiæ prohibendæ, vt ſubdit idem *Duard. loco citato & qu. 9. num. 6. & qu. 13. num.3. & 10.*

38 Amp. 3. vt ſupra firmata regula procedat, ſiue agatur principaliter de quæſtione iuris, ſiue incidenter, cum vtroque caſu quæſtio quocunque modo emergat, ſit a ſpiritualitate inſeparabilis, vti ſemper eiuſdem rationis, ſpeciei, & naturæ, propterea ad Eccleſiaſticum Iudicem ſpectabit iuxta crebriorẽ Doctorum ſententiam, de qua *Rom. & Doctores in l. Titia ff. ſolut. matr. vbi Alex. num.6. & 7.* ſubdit Bartolum in lectura noua contrarium tenentem communiter reprobari, & quod vix ſibi perſuadere poſſit illa eſſe verba Bartoli, cum ſint contra iura Canonica, ibique *Petrus Barboſ. num. 22. Albertin. in aſſertionibus Catholicis qu. 25. num. 51. Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop. alleg. 84. nu.20. Couar. pract. quæſt. cap. 35. ſub num. 1. verſ. verum ſi diligenter Gratian. diſcept. 238. num.34. tom 2. Capic. deciſ.7. num. 2. Pute. dec. 36. num. 12. lib. 1. Rot. dec. 235. num. 5. p. 1. recen.* hinc eſt, quod ſi in cauſa tempo-
39 rali coram Iudice ſæculari vertente incidat quæſtio iuris ſpiritualis, ad Eccleſiaſticum remittenda erit, & interim in cauſa principali ſuperſedẽdum eſt *cap. cum tuam de ordinar. cognit. & cap. lator qui fil. ſint legit. Sperel. dec. 8. num.27. tom. 1.*

40 Et quamuis ratione incidentiæ Iudex alias incompetens de articulo coram eo incidente cognoſcere poſſit *l. quoties C. de Iudic. cum ibi notatis l. 1. C. de ordin. cognit. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 1. qu. 91. num. 8. Garz. de nobilit. glo. 1. num. 17. Pereria quæſt. forenſ. lib. 1. qu. 15. nu. 12.*

41 Hoc tamen procedit vbi Iudex ſit tantum incõpetens, & non etiam incapax, ſecus autem ſi Iudex non ſolum ſit incompetens, ſed etiam incapax, pro vt eſt Iudex ſæcularis reſpectu ſpiritualium, etiam
42 ſi partes conſentiant *cap. ſi diligenti, cap. ſignificaſti de for. competen. Sperel. dec. 8. num.20. & 30. to. 1.*

43 Iudex verò Eccleſiaſticus, licet reſpectu temporalium inter laicos incompetens ſit *cap. cum ad verum 96. diſtin.* non eſt tamen incapax, ideoque eius
44 iuriſdictio eſt prorogabilis, vt cognoſcere poſſit de cauſa temporali, quæ incidat cum Eccleſiaſtica coram eodem vertente, veluti de dote, de alimentis, vbi principaliter agatur de cauſa matrimoniali vt probat text. *in cap. de prudentia, & in cap. nuper, & in cap. per veſtras extra de donat. inter vir & vxor. Bald. Nouel. in tract. de dote p.9 priu. 16. Molin. de primog. lib. 2. cap. 15. num. 76. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 89. num.19. Guttier. lib.1. pract. quæſt. 44. a num.6. & lib. 3. qu. 29. num. 28. cum alijs per Sperel. deciſ. 8. num. 29. 30. & 31. tom. 1.*

45 Lim. 1. ſupradictas Concluſiones, quod Iudex laicus ex priuilegio Apoſtolico poſſit procedere in cauſis Eccleſiaſticis, & inter Eccleſiaſticas perſonas, dummodo priuilegium ſit validum, & non reuocatum *Sperel. dec. 8. num. 50. & 51. verſ. cæterum quod attinet tom.* 1. ita declarando tradita per *Menoch. in tract. retinen. remed. 3. à num. 33. vſque ad num. 360. cum alijs per Farinac. qu.8. num.18. per text. in cap. decernimus cap. quanto de Iudic. cap. lator, cap. cauſam quæ, qui fil. ſint legit. cap. tuam de ordin. cognit. Vant. de nullit. defect. iuriſdict. num. 54. & plurib. ſeq.*

46 Lim. 2. ſecundum aliquos, quando Iudex Eccleſiaſticus eſſet negligens, in adminiſtranda iuſtitia laico turbato a Clerico, vel cenſuris, alijſque violentibus, & iniuſtis remedijs oppreſſo, vt ſequendo *Menoch. loco citato* tradit *Gutier. canon. qq. lib. 1.*

cap.

cap. 34. num. 33. & ſeq. Menoch. de retinen. remed. 3. à num. 313. vſque ad 360.

47 Contrarium, quod ſęcularis Iudex Laicus non poſſit ſupplere negligentiam Prælatorum, *cap. licet ex ſuſcepto vbi Doctores omnes de for. competen.* ac proinde ſupradictam opinionem omnino Sacris Canonibus, ac Eccleſiaſticæ libertati aduerſari latè tradit *Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 14. qu. 2. & 7. & contrarijs reſpondet. Monet. de decim. cap. 8. qu. 1. ſub num. 14. in fi. Marta de iuriſdict. p. 4. cap. 146. & 147. Farinac. qu. 8. num. 46. tom. 1. Decian. tom. 1. tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 89. & ſeq. iunct. num. 109.* vnde Iudicis Eccleſiaſtici negligentia non a Iudice Laico, ſed ab Archiepiſcopis Patriarchis, Metropolitanis, ac Primatibus ſuper ſuffraganeis, ſuppleri debet *Sperel decis. 8. num. 53. circa fin.* & omnibus ſupradictis negligentibus ad Sum. Pontificem recurrendum eſt *cap. qualiter in fi. de Iudic. c. placuit 11. qu. 1. Farinac. d. qu. 8. ſub num 46. cum alijs per Bellet. diſquiſit. Cleric. p. 1. de fauor. Cleric. perſonal. §. 2. num. 31.*

48 Lim. 3. vt Iudex Laicus poſſit eſſe executor ſententiæ Iudicis Eccleſiaſtici, ſæculare brachium implorantis, ſed hoc caſu pro mere tantum executore habetur, non autem pro Iudice iuriſdictionem exercente, vt ita declarando *Menoch. de retinend. remed. 3. à num. 313. vſque ad num. 360. tradit Sperel. dec. 8. num. 50. in fin. & num. ſeq. verſ. cæterum quod attinet tom. 1.*

49 Tenetur enim Iudex ſęcularis pręſtare brachiū, & auxilium Iudici Eccleſiaſtico *cap. Principes, cap. adminiſtratores, cap. res autem 23. qu. 5. cap. cum ad verum 96. diſt. cap. 1. de offic. Ordin. cum alijs per Bellet. diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de fauor. Cleric. real. §. 5. num. 50. & 51.* vbi ſubdit quod alioquin Iu-
50 dex ſæcularis cenſuris compelli poſſit, etenim Iu-
51 riſdictio Eccleſiaſtica, & ſæcularis debent ſe ad inuicem adiuuare *cap. quoniam 10. diſtin. cap. nemo licuit 17. diſtin. cap. cum ad verum 96. diſt. Campanil. in diuerſ. iur. canon. Rub. 12. cap. 13. num. 32.*

52 Neque huiuſmodi brachium denegari poteſt ſub prætextu quod Iudex Eccleſiaſticus proceſſerit inter laicos, in cauſa prophana, & non mere Eccleſiaſtica, vt puta, ſi dictum fuerit de dominio vtili emphyteuſis ab Eccleſia conceſſę, quia cum ratione connexionis, & dependentiæ efficiatur Eccleſiaſtica vt ſupra demoſtrauimus, vtique venit exequenda ſententia, ſeu mandatum à Iudice Eccleſiaſtico relaxatum, tamquam vitio nullitatis defectu iuriſdictionis minime obnoxium, quinimo Iudex
53 Eccleſiaſticus quo ad laicos neque omnino incompetens dici debet, dum in primitiua Eccleſia non ſolum Clerici, ſed Chriſtiani omnes ab Eccleſia iudicabantur, *D. Paul. 1. ad Corint. 6. & 1. ad Timot. 5. cap. quæcunque cap. placuit ante fin. cap. relatum 11. qu. 1.* & in veteri teſtamento cauſæ omnes
54 præſertim graues, difficiles, & ambiguę defecebantur ad Iudices Sacerdotes leuitici ordinis *Exod. 17. cap. per venerabilem §. rationibus vbi Innocen. & Abb. num. 38. qui fil. ſint legit. Petrus de Monte de Pontif. poteſt rub. de Imper. maieſt. orig §. clarum autem num. 6. cum alijs per Bellet. diſquiſit. Cleric. de fauor. Cleric. perſonal p. 1. §. 1. num 23.*

55 Hinc eſt quod cum Iudex Eccleſiaſticus retineat habitu, ſi non actu iuriſdictionem, de facili eadem eius iuriſdictio efficitur prorogabilis, ſi vt reddatur competens etiam inter laicos, vndè bene ſupplere poteſt negligentiam Iudicis ſæcularis, *cap. ex tranſmiſſa, cap. licet, cap. ex tenore de for. competen. Azor. lib. 5. inſtit. moral. p. 1. cap. 12. verſ. ſed du-*
56 *bitari*, & ratio eſt quia maior minoris negligentiā ſupplere poteſt, non è contra, tum etiam quia
57 Eccleſia habet iuriſdictionem in ſæculares in temporalibus *in cap. omnes, & ibi glo. verb. celeſtis 22. diſt. Clem. paſtoralis de ſenten. & re iudic. Bald. in proem. decretal. num. 6. Azor. inſtit. Moral. p. 2. lib. 4. cap. 19. Bellet. diſquiſit. Cleric. de fauor. Cleric. perſonal. §. 2. nu. 32. & tit. de fauor Cleric. real. §. 5.*
58 *num. 43.* Quam iuriſdictionem retinet etiam in terris Imperij ſaltem habitu, quamuis non in exercitio *Extrauag. vnam Sanctam, de maior. & obedien. Abb. in cap. nouit. num. 2. & 11. vbi etiam Doctores de iudic. latiſſime Anton. de Roſel. in tract. de poteſt. Papę in prin. Boſſ de commun. in tit. de for. competen. nu. 164. cum alijs per Bellet. d. tit. de fauor. Cler. real. §. 5. num. 1.*

59 Lim. 4. ſecundum aliquos quod Iudex laicus ſit competens, quando incidens articulus poſſeſſionis ſpiritualis, vel quaſi eſſet merè facti, cum tunc cauſam eſſe mixti fori arbitrantur, vt non ſolum Iudex eccleſiaſticus, ſed etiam laicus cognoſcere valeat, præcipuè ſi factum ſit ab omni ſpiritualitate abſtractum, vt tradunt ſcribentes in *l. Titia 35. ff. ſolut. matrim.* ita etiam *declarant. Bart. Alex. & Iaſ. in l. quoties C. de Iudic. Abb. in cap. poſt miſerabilem de vſur in cap. cum ſit generale, vbi etiam Felin. num. 5. de for. competen. & in cap. literas num. 8. de iuram. calun. idem Felin. in cap quanto num. 5. de iudic. Rip. in cap. 2. num. 17. de iudic. Iaſ. in l quoties num. 6. C. eod. tit. Padil. in l. 1. num. 57. circa fin. verſ quamuis C. de iur. & fact ignoran. Vant. de nullit. defectu iuriſdic. num. 54. in fi. verſ. quamuis ſi eſſet quæſtio non iuris, ſed alicuius facti, Granat. ad Veſt. qui de commun lib. 5. cap. 1. num. 6. Rol. conſ. 12. num. 24 vol. 2. Crauet conſ. 253. num. 2. Bero. conſ. 211. num. 6. vol. 3. vbi de communi Vilab. in ſuis commun. opin. verſ. Iudex ſæcularis num. 107. & ſeq Suar. in Theſaur. recept. ſenten. in verb. ſpiritualium Arnel. Albér. in tract. de agnoſ. aſſert. Cato, & har. qu. 25. num. 52. in fi. & num. 54. etiam in fi. Turgan. in commun opin. 92. Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed. 3. num 330. Gutier. canon. quæſt. lib. 1. cap. 34. num. 17. & practic. quæſt. lib. 3. qu. 26. num. 2. Couar. in Epit. de Sponſ. cap. 8. §. 12. num. 3. & pract. quæſt. cap. 35. ſub num. 3. Petraſan. ſing 96. & ſing. 58. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 1. num. 403.* qui alios allegat, ſubdens ita omnes diſtinguendo tranſire, conſtituendo differentiam inter quæſtionem iuris, & facti *Gratian. diſcept. 238. num. 12. tom 2. Aſſlict. dec. 219. num. 5. Vrſil. ad eundem dec. 2. num. 9. & dec. 338. num. 1. Farinac. qu. 8. num. 25. verſ. lim principaliter Capic. dec. 7. num. 2. & 3.*

60 Contrarium verò quod non tam quęſtio iuris, ſed etiam facti ad eccleſiaſticum ſit remittenda, vel tamquam ſpiritualis, vel ſaltem vti ſpiritualitati annexa tenet *Bald. in l. quoties C. de indic. & in l. omni nouatione vbi Aret. num. 3. teſtatur de communi C. de Sacroſanct. Eccleſ. fulgoſ. in l quoties de iudic. Imola in l. Titia ff. ſolut. matrim & in cap. cum ſit generale de for. competen. Lapus alleg. 55. Fachin. controuerſ. iur. lib. 1. cap. 44. per totum Azor. inſtit.*

moral. p. 1. lib. 7. cap. 25. qu. 5. in fi. Monet. de decim. cap. 8. qu. 1. ſub num. 14. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. ap. alleg. 34. num. 31.

61 Sublim. conciliando ſupradictas in ſe pugnantes opiniones, vt prima procedat, quando factum eſt ab omni ſpiritualitate abſtractum, tunc enim cauſa reputatur merè temporalis, & non ſpiritualis, ſecunda verò ſententia procedit, quando cum facto eſt aliquo modo admixtum ius, nam hoc caſu ne continentia cauſæ diuidatur cognitio vtriuſque debet ad eccleſiaſticum remitti, argument. *cap. quanto de iudic.* & hunc eſſe caſum textus *in cap. ſi Iudex laicus de ſenten. excommunicat.* egregie comprobat *Barboſ. in l. Titia 35. poſt med. ff. ſolut. matrim. num. 38. vbi Bald. & Imol. num. 3. Corn. conſ. 227. num. 6. lib. 3. Gratian. diſcept. 283 num. 14. tom. 2. Farinac. qu. 8. num. 25. verſ. limita principaliter, cum alijs per Sperel. dec. 8. num. 55. tom. 1.*

62 Sublim. 2. vt Iudex laicus poſsit procedere in quæſtione meri facti ſuper poſſeſſorio eccleſiaſtico, ſi Iudex eccleſiaſticus non inhibeat, ſecus autem ſi inhibuerit, ante quam Iudex laicus ſupradictam cognitionem inchoauerit, emanata verò inhibitione Iudex ſæcularis ſuperſedere tenetur, donec per eccleſiaſticum huiuſmodi articulus terminetur, *Butr. in cap. literis num. 14. de iuram. calum. Couar. in Epit. de ſponſal. 2. p. cap. 8. §. 12. num. 3. & 4. Gerard. de Petraſancta in ſing. 96. Moneta de decim. cap. 8. qu. 1. ſub num. 14. Grauat. ad Veſt. in prax. lib. 5. cap. 1. ſub num. 6. Gratian. diſcept. 38. n. 15. tom. 1. Farinac. qu. 8. num. 25. verſ. ſublim. 2.* & ab hac in praxi putat non eſſe recedendum, cum concordentur ſupradictæ contrariæ opiniones *Sperel. dec. 8. num. 56. tom. 1.* quamuis *Barboſ. in l. Titia ſub nu. 38. ff. ſolut. matrim.* ſubtiliter hanc cautelam impugnare conetur.

63 Sublim. 3. quando cauſa facti in articulo ſpirituali, vertatur inter ſolum laicus, ſecus ſi inter Clericos, vel inter eoſdem, & laicos, cum hoc caſu Iudex laicus, reddatur penitus incompetens, vtpote quia Clericis ius dicere non poteſt, etiam ſi ſponte eiuſdem foro ſe ſubijcerent, vt diſtinguendo tradit *Menoch. de recuperand. poſſeſ. remed. 15. num. 11. & 23. Rol. conſ. 12. num. 38. cum alijs per Farinac. qu. 8. num. 25. verſ. ſublim. 1. per text. in auth. ſtatuimus C. de Epiſcop. & Cleric.*

64 Sublim. 4 Vt Iudex laicus procedere poſſit in cauſis ſpiritualibus, ſiuè in facto incidenti cauſæ ſpiritualis, ſi illa vel non ſit merè ſpiritualis, vel aliquo modo cadat in laicis, vt puta matrimonij, vſurarum, periurij, & ſimilium, ſecus autem in cauſis merè ſpiritualibus, puta hæreſis, ſimoniæ, excommunicationis, alijſque, quæ nullo modo laicis conuenire poſſunt, vel vbi Clericus eſt reus, nam tunc nec quidem ſuper quæſtione meri facti ſæcularis cognoſcere poſsit, ita pulchrè *Arnald. Albert. in tract. de agnoſcen. aſſer. Catholic. & haret. qu. 25. num. 54. & 55. Farinac. qu. 8. num. 25. verſ. ſublim. 4. cum alijs per Sperel. dec. 8. num. 57. tom. 1.*

65 Cenſetur autem, quæſtio iuris, quando partes ſunt concordes circa factum, & dubitant dumtaxat circa ius, quæſtio verò facti, quando partes ſunt concordes circa ius, & tantum dubitant circa factum, an ſcilicet aliquid factum exſtiterit nec ne, vt ex *Bartol. Caſtren. Barboſ.* tradit *Sperel. dicta dec. 8. num. 58. tom. 1.*

S V M M A R I V M.

1 Laicus vigore obligationis Cameralis conueniri poteſt coram Auditore Cameræ etiam in prima inſtantia priuatiue quo ad alios, etiam Barones.
2 Epiſcopus vigore iuramenti, & obligationis Cameralis procedere valet inter laicos.
3 Lim. procedere quo ad ipſum tantum iurantem, ſecus quo ad eius hæredes. num. 3. & 18.
4 Conſuetudo trahendi laicos ad forum eccleſiaſticum ſeruari debet.
5 Iuramentum eſt perſonale, & ſoluitur morte iurantis.
6 Tranſit ad hæredes iurantis quo ad efficaciam, & contractus obſeruantiam, ſecus quo ad periurium.
7 Hæres iurantis non indiget abſolutione à iuramento ad effectum agendi ad reſciſſionem contractus.
8 Obligatio Cameralis tranſit ad hæredes ad omnes effectus excepto periurio. Contrar. num. 9.
10 Hæres defuncti laicus conueniri poteſt coram Iudice eccleſiaſtico, ſi imploretur eius officium pro exoneranda anima defuncti.
11 Prout etiam ſi iudicium fuerit ceptum coram eccleſiaſtico contra iurantem.
12 Iudex eccleſiaſticus eſt competens tam quo ad relaxationem iuramenti, quam quo ad reſciſſionem contractus num. 14. vbi declaratur. Amp. num. 15.
13 Cauſæ laicorum tractari poſſunt coram eccleſiaſtico ſi qualitate Religionis afficiantur.
16 Iuramentum addit forum foro.
17 Laici poſſunt prorogare iuriſdictionem Iudicis eccleſiaſtici ſponte, & non coacte.
18 Obligationis Cameralis formula.
19 Prorogatio iuriſdictionis induci non debet in præiudicium tertij.
20 Vaſſallus non poteſt prorogare iuriſdictionem in præiudicium Baronis.
21 Amp. ſi Baro habeat iuriſdictionem cum Clauſula priuatiua, vel mixtum, & merum imperium.
22 Iuriſdictio conceſſa cum mero, & mixto imperio intelligitur priuatiuè conceſſa, & non cumulatiuè.
23 Laicus poteſt prorogare iuriſdictionem eccleſiaſticam non autem in præiudicium Baronis. Amp. vt num. 24. & 25.
26 Princeps, ſeu Baro prohibere poteſt ſubditis in contractibus iuramentum apponi. Contrar. num. 27.
28 Statuta ſi tollant Clericis, id quod eis ius commune concedit, ſunt contra libertatem eccleſiaſticam.
29 Iuramentum eſt quid ſpirituale, & laica poteſtas non poteſt circa idem diſponere.

An vigore iuramenti, & obligationis Cameralis Laicus conueniri poſsit coram Iudice eccleſiaſtico.

ADNOTATIO IV.

1 LAicus vigore contractus iuramento, & obligatione Camerali vallato in Vrbe coram Auditore Cam. Apoſtolicæ non eſt dubium quod conueniri poſſit, cum executio huiuſmodi obligationis Auditori Cameræ Apoſtolicæ priuatiuè quo ad alios auctoritate Papæ demãdata fuerit, cũ ampliſsimis facultatibus, ac plena derogatione priuilegiorum, & indultorum conceſſorum etiam Domicellis, & Baronibus, ac Feudatarijs, qui etiam ſi habeant iuriſdictionem cognoſcendi, & iudicandi in prima, & alijs inſtantijs, non tamen poſſunt impedire ne ſui ſubditi adeant curiam ſupremi Principis iuxta Pauli V. conſtitutionem, ſeù literas Apoſtolicas ſuper iuriſdictione, & facultatibus

eiuſ-

eiuſdem A. C. impeeſ. penes *Ridolphin. in ſua prax. fol. mihi* 734. *ad notata per Spad. conſ.* 1. *à num.* 28. *lib* 1. *relat. per Pignatel. conſult. Canon.* 153. *nu.* 13.

2 Amp. vt etiam Epiſcopus vigore iuramenti, & obligationis Cameralis procedere valeat inter laicos, quia laicus obligatus ſub hac forma cum ſe ſuppoſuerit iuriſdictioni cuiuſcunque Iudicis vbique conueniri poteſt, non obſtante, quod forus ſit eccleſiaſticus, nam in hac obligatione expreſsè cauetur quod opponi nequeat exceptio fori declinatoria, aut Iudicis incompetentia, vt latè alijs relatis comprobat *Zacchias de oblig. Cameral q.* 7. *à nu.* 3. *vſque ad* 8. *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap.* 10. *dub.* 6. *ſect.* 1. *tom.* 2. *cum alijs quas refert Farinac. qu.* 8. *num.* 141. *per text. in cap. fi. de for. competen. in* 6.

3 Lim. quod ſæculares poſſunt conueniri in foro eccleſiaſtico pro executione obligationis Cameralis, & iuramenti, quod in ea continetur quo ad ipſum tantum iurantem, ſecus verò quo ad eius hæredes, aut ab eodem cauſam habentes, vt cenſuit *Sac. Congr. Immunit. in vna Terracinen.* 7. *Aprilis* 1641. & repropoſita cauſa iterum atque tertio ſub die 7. Februarij 1667. de quibus *Pignatel. conſult. Canon.* 153. *num.* 14. *iuncto num* 22. & 32. *Doctores in cap. fi. de for. competen. in* 6 *Bart. in l. cum quis §. codicillis num* 10. *ff. de legat.* 3. *Bald. in l.* 2. *nu.* 2. *C. de fruct. & lit. expenſ. Thom del Bene de immunit. Eccleſ. cap.* 10. *dub.* 6. *ſect.* 1. *ſub num.* 3 *tom.* 2. *plene Farinac. qu.* 8. *num.* 141. *verſ. limito hanc ampliationem* vbi alios *allegat. Gabriel. lib.* 2. *in tit. de iureiuran. conclu.* 6. *num.* 6.

4 Vbi verò adeſt obſeruantia, & conſuetudo, trahendi laicos ad forum eccleſiaſticum omnino *ſeruari* debet, quia Iudex eccleſiaſticus, licet ſit incõpetens, non eſt tamen incapax exercitij iuriſdictionis in laicos, vnde prætendente D. Bartolomeo Vrſino Marchione Montis Sancti Sabini Aretinæ Diœceſis interrumpere laudabilem conſuetudinem trahendi laicos ad forum eccleſiaſticum in cauſis ciuilibus prophanis, in quibus erant actores etiam priuatiuè ad ipſum Marchionem, cauſa mature in Sac. Congregatione Epiſcoporum diſcuſſa proponente Eminentiſſ. Card Lancellotto ſub die 31. Ianuarij 1617. ab Eminentiſſimis Patribus reſolutum fuit *Laicos à Clericis in præfatis cauſis ad forum eccleſiaſticum trahi poſſe, & debere, eoſque Clericos abſque Epiſcopi licentia laicos huiuſmodi coram Iudice Laico pro ſimilibus cauſis conuenire minimè poſſe*, de qua *Sperel. dec.* 98. *num.* 40. & 41. *p.* 1. & latius dixi in *adnot* 2. *num* 41. *huius deciſionis*.

5 Et ratio huius limitationis eſt, quia iuramentũ eſt perſonale, & ſoluitur morte iurantis per *text. in cap. veritatis de iur. iuran vbi communiter Canoniſtæ Felin. in cap. cum ſit num.* 9. *de for. competen. Pignatel. conſult. Canon.* 153. *num* 11. *verſ ratio quia Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap.* 8. *dub.* 6. *nu.* 3. *Gabr. lib.* 2. *tit. de iureiuran. conclu.* 6. *num.* 61.

6 Et licet ex parte recipientis ſit reale, & tranſeat ad eius hæredes virtus iuramenti, quo ad efficaciam obligationis, & obſeruantiam contractus, ſecus, verò quo ad excommunicationem, & pœnam periurij, quæ illaqueant animam, ad quos effectus tranſit limitatiuè, vt tradunt *Doctores in cap. ex veritatis de iureiuran. Gabr. lib.* 2. *tit. de iureiuran. conclu.* 6. *num.* 2. & 3. *Galleſ. de oblig. Cameral. q.* 4. *num.* 1. *Zacch. ad eundem Galleſ eadem qu.* 4. *num.* 3. *Mancin. de iurament. p.* 4. *effect.* 5. *num.* 12. *p.* 1. *Farinac. qu.* 8. *num.* 141. *verſ. limita hanc ampliationem, & in fragm. crim. p.* 2. *num.* 1158. *in fi. fal. mihi* 249. *Seraph. de priuil. iuram. priuil.* 57. *num.* 17. & *priuil.* 74. *num.* 141. *verſ. ego tamen Couar. in cap. requiſiſti num.* 2. *verſ.* 3. *ex his probatur de teſtam. Pariſ. conſ* 54. *num.* 13. *Riminald iun. conſ.* 814. *num.* 20. *lib.* 7. *Ferentil. ad Burat. dec.* 564. *nu.* 4. *Afflict. dec.* 381. *num.* 8. *Surd. dec.* 159. *num* 24. *Guid. Pap. dec.* 375. *in fi. Pignatel. conſult. Canon.* 154. *num.* 31. *verſ. ratio*, quia quidquid aliud *tenuerint Bald. Corn. & alij*, quos reprobat *Card. Seraph. dec.* 305. *num.* 4. quem refert, & ſequitur *Rot. dec.* 351. *num.* 2. *verſ. & hoc non ſolum p.* 4. *tom.* 1. *recen.*

7 Hinc eſt quod hæres non tenetur petere abſolutionem à iuramento defuncti ad effectum agendi ad *reſciſſionem* contractus, ex quo reatus periurij ad eum non tranſeat *Gabriel. in tit. de iur. iuran. conclu.* 6. *num.* 5. Garganet. *ad Stat. Vrbis. glo.* 154. *num.* 20. *verſ. ſciendum eſt Rot. dec.* 102. *num.* 19. *par.* 2. *diuerſ.*

8 Obligatio pariter Cameralis tranſit ad hæredes quo ad omnes effectus excepto reatu periurij, quando in ea eſt appoſitum iuramentum *Alex. conſ.* 18. *num.* 16. *lib.* 5. *Galleſ. de oblig Cameral. qu.* 4. *nu.* 6. *iunct. num.* 12. *Zacch. ad eundem in addit. num.* 8. & 14. *Adden. ad Magan. deciſ. Lucen.* 21 *lit. I. verſ non eſt audiendus Scaccia de iudic. cauſ ciuil. lib.* 2. *c.* 2. *q.* 4. *num.* 109. *Ferentil. ad Burat. dec.* 564. *num* 3. *Rot. dec.* 69. *num.* 1. *poſt Zacch. de oblig. Cameral.*

9 Non deſunt tamen Doctores, quos refert *Scaccia* loco proximè citato docentes iuramentum, & Cameralem obligationem etiam quo ad effectum incurrendi periurium tranſire ad hæredes.

10 Sublim. 1. vt non poſſit coram Iudice eccleſiaſtico hæres conueniri, ſi ageretur ex ipſo contractu, ſecus ſi imploretur officium Iudicis eccleſiaſtici, vt hæres exoneret animam defuncti executioni demãdando eius obligationem etiam non iuratam iuxta *text. in cap. fi. de ſepult Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. dub.* 6. *ſect.* 1. *ſub num.* 3 *tom.* 2. *cum alijs relatis per Farinac. qu.* 8. *num.* 141. *verſ. ſublimita hanc limitationem Gabriel. lib.* 2. *in tit. de iureiuran. conclu.* 6 *num.* 12.

11 Sublim. 2. ſi iudicium captum fuerit coram Iudice eccleſiaſtico contra iurantem, quia tunc hæres tenetur ſtare iudicio, vbi captum fuit, ibique litem proſequi, & terminare, vt tradunt *Bobadil. in Polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 52. *Thom. del Bene loco citato num* 4. *Farinac. qu.* 8. *num.* 141. *verſ. ſublimita* 2. *Bald. in rub. de iureiuran. circa finem iuxta regulam textus in l. vbi ceptum ff. de iudic.*

12 Iudex igitur eccleſiaſticus eſt competens non ſolum quo ad relaxationem iuramenti, ſed etiam ad effectum agendi ad reſciſſionem, & annullationem ipſius contractus, nam cauſa iuramenti, an ſcilicet ſit licitum, vel illicitum, ſeruandum, vel non ſeruandum ad eundem Iudicem eccleſiaſticum tamquam articulus ſpiritualis pertinet adeo vt ob conceſſam abſolutionem à iuramento, quæ fuit cauſa præparans remanet etiam Iudex in cauſa principali reſciſſionis contractus tamquam in cauſa præparata per textum *in cap. venerabilem in fi. de elect.*

cap.

Digitized by Google

cap. nouit de iudic. cap. cum contingat de iureiuran. cap. fi. de for. competen. in 6. Doctores in cap. tuam de ord. cogn. glo. in cap. ex tenore de for. competen. in verb. Eccleſ. quæ enumerat cauſas ſpirituales *Felin. in cap. cum ſit num. 7. & 8. eod. tit. ibique communiter Doctores eod. tit. & in cap. 1. num. 12. de iureiuran. & in cap. præterea num. 28. de ſponſal. Panorm. in cap. 1. num. 3. de iureiuran. & tradunt Doctores, quos citat, & ſequitur Gomez. tom. 1. var. reſol. cap. 12. num. 22. Suar. de Paz. in Prax. tom. 2. prælud. 2. num. 30. & 39. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 10. dub. 6. ſect. 1. num. 2. verſ. quapropter. to. 2. Ioan. de Hreuia in curia Philippica p. 1. §. 5. nu. 15.* vbi declarat hoc procedere, quo ad ipſum iurantem, non autem quo ad eius hæredes, quem refert, & ſequitur *Dian. reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immunit. Eccleſiaſt. reſol. 119.* quidquid in contrarium doceat *Guttierez. de iurament. confirmat. p. 3. cap. 12. num. ...*

13 Etenim cauſæ temporales laicorum à Iudice Eccleſiaſtico tractari poſſunt, quando qualitate aliqua Religionis afficiuntur, pro vt ſunt contractus iurati, qui ratione ſacramenti efficiuntur fori Eccleſiaſtici, etiam in ijs, quæ ſolum ad forum ſæculare ſpectarent, vt expreſsè diſponit *text. in cap. licet Mulieres de iureiuran. in 6. & cap. fi. de for. competen. in 6. vbi communiter glo. & Doctores.*

14 Sicut igitur Iudex Eccleſiaſticus poteſt à iuramento abſolutionem impartiri ad effectum agendi, ita etiam poteſt cognoſcere, & eſſe Iudex cauſæ principalis *Paul. de Caſtr. in l. 2. num. 3. C. vbi & apud quem in integ. reſtit. Felin. in cap. cum ſit num. 4. de for. competen. & in cap. 1. num. 27. de iureiuran. Marant. de ordine iudic. p. 4. diſ. 11. num. 14. cum alijs congeſtis per Pignatel. conſult. canon. 153. num. 16. & per Farinac. qu. 8. num. 144. tom. 1. vbi verſ. horum tamen* teſtatur de communi, ſed in practica non vidiſſe ſeruari ſubdit, niſi fortaſſe iuramentum eſſet appoſitum in contractu vſurario, ſimoniaco, vel matrimoniali, & ſimilibus, quorum cognitio etiam iuramento circumſcripto ad Eccleſiaſticum Iudicem ſpectat.

15 Non enim hoc caſu prorogatur iuriſdictio Iudicis Eccleſiaſtici ex ſolo conſenſu litigantium, qui laici ſunt, ſed virtute iuramenti in contractu appoſiti, à quo ſicut recipit robur, & firmitatem, ita trahit, & ſub eius Religione, & ſpiritualitate confundit temporalem cauſam, ſeu negotium in eodē contentum, vt benè poſſit Iudex Eccleſiaſticus ad illud obſeruandum compellere etiam laicos, facit *text. in cap. 1. de iureiur. ibi mandamus quatenus creditores ad iuramenta ſuper vſuris ſibi ſoluendis præſtita relaxanda Eccleſiaſtica diſtrictione cogatis vbi Abb. num. 3. Alex. de Neuo num. 8.* cum alijs, quos refert idem *Pignatel. conſult. canon. 151. num. 18.*

16 Propterea laicus efficitur de foro Eccleſiaſtico ratione iuramenti in contractu appoſiti, quod addit forum foro, adeo vt in omnibus contractibus iuratis laicus conueniri poſſit coram Eccleſiaſtico Iudice textus eſt notabilis *in cap. licet mulieres de iureiuran. in 6. in cap. fi. de for. competen. in 6. vbi Doctor. & in cap. 1. de iureiuran. Panorm. in cap literas num. 8. de iuram. cal. Felin. in cap. præterea num. 28. de ſponſal. Imol. in cap. cum contingat de iureiuran. Iul. Clar. in pract. crim. § fi. qu. 47. per totam Suarez. de Paz. in prax. tom. 2. prælud. 2. num. 30. Io. de Heuia in Cur. Philip. p. 1. §. 5. num. 16. Anton. Gomez tom. 2. var. reſol. cap. 12. num. 22. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 1. diſ. 2. qu. 4. num. 234. circa fi. verſ. quorum ſententiam veram exiſtimo.*

17 Quæ neque aduerſantur diſpoſitioni iuris Cæſarei, dum *l. ſi ex conſenſu C. de Epiſcop. audien.* Arcadius, & Honorius Imperatores decreuerunt poſſe laicos Iuriſdictionem Epiſcopalem prorogare, præcipuè quando partes non coactè, ſed ſpontè, ac voluntariè id faciunt, vt tradunt communiter Doctores in dicta *l.* hunc autem conſenſum hoc ip-

18 ſo quod quis ſe in forma Cameræ obligauit, præſtitiſſe cenſetur, vt colligitur ex eius formula, qua vtitur Romana Curia relat per *Galleſ. & Zaceb. in tract. de oblig. Cameral. in proœm. poſt nu. 8. tit.* formula obligationis Cameralis, quæ eſt in vſu, *nu. 2.* ibi *Ac etiam Curiæ Cauſarum Cameræ D. N. Papæ, eiuſque Camerarij, Vicecamerarij Auditoris, Viceauditoris, Regentis Locumtenentis, & Commiſſarij, ac omnium, & ſingulorum aliarum Curiarum, Eccleſiaſticarum, & ſæcularium vbilibet conſtitutarum iuriſdictionibus, & coertionibus compulſionibus &c. ſuppoſuit, & ſubmiſit.*

19 Cum ſupradicta in alijs materijs extra iuramentum, in quibus ſi reſultat præiudicium tertij, non debet induci prorogatio iuriſdictionis *Io. Monac. & Bald. in cap. accuſatus de hæret in 6. & in l. 2. in fi. C. de oper. lib. Laud. de conſed. pac. & conuen. Princip. num 8.*

20 Hinc eſt quod Vaſſallus laicus, ſine conſenſu Baronis non valet iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici in præiudicium Domini ſui prorogare *Frec. de ſubfeud. auct. 10. num. 1. & 2. late Tondut. de præuent. p. 1. cap. 11. nu. 3. & 21. Bart. in l. fi. §. & poſt operis num. 8. de noui oper. nunciat. ibique Sayſel. col. fi. Butr. in cap. ex tranſmiſſa in 5. & 6. notab. de præſcript. Innoc. in cap. cæterum de Iudic. Hoſtien. in ſumma de for. competen. Bellam. conſ. 18. num. 3. & conſ. 33. num. 43. Fab. de Anna conſ. 107. num. 9. lib. 2. Capiblanc. ſuper pragm. 8. p 1. num. 107. tom. 1. Petr. de iure quæſit. non tollen. cap. 11. num. 19 ac 21. lib. 2. Gail. lib. 1. obſer 40. num. 60. Giurba conſ. 48. num. 11. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 10. diſ. 6. ſect. 3. a num. 4. & per totam Pignatel. conſult. canon. 153. a num. 1. & ſeq. Oſach. dec. 78. num. 13. & 17. Afflict. dec. 155. nu. fi. ibique Vrſil. num. 3. facit textus in cap. ex tenore 18. de for. competen. vbi Innocen. III.* mandat ne auferatur ius alteri in exercitio Iuriſdictionis *Io. Faber in l. ſi qui num. 16. C. de Epiſcop. audien. Carleual. de iudic. qu. 7. num. 1519. & ſeq. Sanchez. lib. 3. moral. cap. 22. num. 13.* & in terminis Vaſſalli non valentis prorogare iuriſdictionem Iudicis alias incompetentis, abſque Baronis licentia, vel conſenſu tradit *de Luca in ſuo Theat. veritat. tom. 3. tit. de iuriſdic. diſc. 51. num. 4.*

21 Quæ certiora redduntur quando Baro habet iuriſdictionem cum clauſula priuatiua, & abdicatiua, vel ſi inueſtitura conceſſa fuerit ampliſſimis verbis cum mero, & mixto imperio, & cum omnimoda iuriſdictione, nam hoc caſu omnes admittunt, quod Vaſſalli prorogare nequeant iuriſdictionem alicuius Iudicis cum detrimento iuriſdictionis Baronis abſque illius conſenſu *Capiblanc. ſuper pragm. 8. p. 1. num. 119. & 123. Maſtril. de magiſtrat. p. 2. lib. 4. cap. 18. num. 15. Giurb. conſ. 66. nu. 19. & conſ. 95.*

ſub

ſub num. 14. *Vincen. de Franc. dec.* 417. *num.* 8. *Capic. dec.* 122. *num.* 6.

22 Siquidem per inueſtituram feudalem transferentem in Baronem, merum, & mixtum imperium, cum poteſtate ſanguinis, intelligatur conceſſa iuriſdictio in Vaſſallos priuatiuè, & non cumulatiuè latè *Crauet. conſ.* 411. *ex num.* 36. *& ſeq vol.* 3. *Decian. conſ.* 35. *a num.* 60. *vol.* 2. *Roi. conſ.* 21. *num.* 12. *vol.* 4. *Roſental. de feud. cap.* 5. *col.* 5. *nu.* 2. *&* 3. *Menoch. lib.* 2. *præſumpt.* 18. *num.* 5. *Tondut. de præuent. p.* 1. *cap.* 11. *num.* 11 *& ſeq. Theſaur. dec.* 277. *num.* 11. *Gram. dec.* 30. *num* 9.

23 Et licet de iure canonico ex diſpoſitione textus in *cap. ſignificaſti de for. competen.* poſſint laici prorogare iuriſdictionem Eccleſiaſticam non autem Clerici, tamen intelligi debet ſecundum diſpoſitionem alterius textus in *cap. ex tenore de for. competen.* ſcilicet ſine præiudicio alterius iuriſdictionis, quod præiudicium ſemper infertur, ſi inuito Barone prorogetur alterius iuriſdictio, ideo ſibi locum vindicat conſentiente, vel non contradicente Principe, cum nequeant Vaſſalli à Principis dominio ſe ſubtrahere, eumque in ſua iuriſdictione turbare, contra fidelitatis iuramentum, obedientiam, & ſubiectionem, quam in feudi adeptione promiſerunt, vt latè alijs congeſtis tradit *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap.* 10. *Dub.* 6 *ſect.* 2. *num.* 13. *vſque ad fi. tom.* 2.

24 Ex quo reſultat, quod ſi iuriſdictio ſine conſenſu Baronis per Vaſſallum in alium prorogata fuerit, poſſit Baro, vel Princeps inſtare quod cauſa ſubditi ſibi remittatur. *Giurba conſ.* 95. *num.* 14. *Tondut. de præuent. p.* 1. *cap.* 11. *num.* 4. *de Luca in ſuo Theatro veritatis tom.* 3. *tit. de iuriſdict. diſc.* 41. *num.* 4. *&* 5.

25 Immo quod poteſtas laica poſſit cauere ne ſubditi iuriſdictionem alicuius prorogent docent Doctores *in l.* 13. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopilat. Pereria de manu regia p.* 2. *cap.* 35. *Io. Faber. in l. ſi qui num.* 16. *C. de Epiſcop. audien. Carleual. de Iudic. qu.* 7. *num.* 1519. *& ſeq. Sanchez. lib.* 3. *moral. cap.* 22. *num* 13. *cum alijs allegatis per Thom. del Bene de immunit. Eccleſiaſt. cap.* 10. *dub.* 6. *ſection.* 2. *num* 4 *tom.* 2.

26 Et ad occurrendum fraudibus, & ne Vaſſallorum facto directè, nec indirectè præiudicium Baronali iuriſdictioni inferatur in auocandis cauſis ratione iuramenti, vel obligationis Cameralis ad forum Eccleſiaſticum poteſt etiam eadem poteſtas laica, ſeu ciuilis prohibere ne ſubditi iuramento valeant ſe obligare, eiuſque vinculo, & religione ſubijcere, & ne in contractibus iuramentum apponatur etiam ſub pœnis nullitatis, & alijs etiam, & ſic remouere ea, quæ fini ſuo, & bono communitatis obnoxia redduntur, vt ſancitum eſt in Regno Caſtellæ, Luſitaniæ, & in praxi Burgundiæ obſeruatur, quarum legum iuſtitia laudatur à *Buff. in l.* 1. *num* 17. *de tranſact. Couar. in cap. quamuis pactum de pact. p.* 1. *§.* 3. *num.* 8. *& p.* 2. *§.* 1. *num.* 3. *Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius num* 53. *Gutier. in Authen. Sacramenta puberum à num.* 46. *Carleual. de Iudic. lib* 1. *tit.* 1. *diſ.* 2. *qu.* 4. *num.* 204. *circa fi. verſ. quod ea ratione Maſtril. de Magiſtrat. lib.* 4 *cap.* 16. *num.* 61. *Didac. de Mar. in addit. ad Gram dec* 30. *num* 5. *Mart. de iuriſdict. p.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 152. *num.* 7. *Gam. deciſ.* 247. *num.* 2. Et huiuſmodi leges non aduerſari libertati Eccleſiaſticæ probat *Pontius de Matrim. lib.* 12. *cap.* 8. *§.* 5. *a nu.* 38. *& ſeq. Molin. de iuſtit. tit.* 2. *diſ.* 147. *Ledeſm. in ſumm. tom.* 2. *tract.* 1. *cap.* 4. *dub.* 2. *Sanchez. lib.* 3. *ſum. cap.* 22. *a num.* 6. *Thomaſ. del Bene de immunit. Eccleſiaſt cap.* 10. *dub.* 6. *ſect.* 2. *a num.* 1. *& ſeq. tom.* 2. & circa hanc quæſtionem videndi ſunt Doctores remiſſiue relati per *Carleual. loco ſupra citato num.* 217. & eas defendunt *Ioſeph. Seſſe de inhib. cap.* 9. *§.* 3. *Pereria de manu Regia p.* 2. *cap.* 35. *nu.* 2. *Petrus Barboſ. in l.* 1. *art.* 3. *num.* 139. *ff. de iudic. Oſaſch. deciſ.* 32. *num.* 7. *& deciſ.* 78. *num.* 19. *Cabedo tom.* 1. *deciſ.* 32. *num.* 2. *Anguianus de legib. lib.* 3. *controu.* 22. *per totam.*

27 Contrarium, & veriùs quod immo huiuſmodi leges prohibentes in contractibus apponi iuramentum, ne prorogetur iuriſdictio Epiſcoporum veniant damnandæ, vt pote quia aduerſantur libertati Eccleſiaſticæ, propterea eſſe nullas, nulliuſque roboris, efficaciæ, ac momenti, illaſque ſtatuentes incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ, in nihilo refragante; ſi publicatæ fuerint ſine aliqua mentione Eccleſiaſticorum, cum attendenda ſit intentio legiſlatoris, & effectus præiudicialis reſultans infringens reſtringendo, & coarctando præfatam libertatem, cum ad hunc effectum ſufficiat mens, & virtualitas verborum, vt latè comprobat, *Diana reſol. moral. p.* 4. *tract.* 1. *de immunit. Eccleſ. reſol.* 24. *in fine, & nouiſſime Pignatel. conſultat. canon.* 153. *num.* 24. *& ſeq.* & ante eos, *Mar. Anton. var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 48. *num.* 24. *Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de fauor. Cleric. perſonal. §.* 2. *num.* 26. *Marta de iuriſdic p.* 4. *cent.* 1. *caſ.* 72. *Mareſcot. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 60. *num.* 10. *& ſequen. Genuen. in prax. Neapol cap.* 12. *num* 2. *Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect.* 2. *num.* 81. *Seraph. de priuil. iuram. priuil.* 76. *num.* 18. *Ric. p.* 2. *deciſ.* 211. *num.* 5.

28 Statuta autem, quæ tollunt Clericis, id quod eis ius commune concedit, ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam *cap. cum terra de elect.* prò vt redduntur huiuſmodi leges, cum de iure communi, tam Ciuili, quam Canonico competat, vt laici poſſint eorum iuriſdictionem prorogare *l. ſi qui ex conſenſu, l. Epiſcopale C. de Epiſcop. audien.* & quod ratione iuramenti conueniri poſſint in foro Eccleſiaſtico etiam ſæculares habetur in *cap. nouit. de iudic. cap. ſi de for. competen. in* 6. vt latè alijs relatis comprobat *Dian. reſol. moral. p.* 5. *tract.* 1. *de immunit. Eccleſ. reſol.* 8. *verſ. ſed ijs non obſtantibus vſque ad fin.* propterea ſi iuramentum prohibeatur apponi in contractibus, vtique in conſequentiam prohibetur, & tollitur huiuſmodi ius Epiſcopis, & Eccleſiaſtico foro competen. ex quo reſultat præiudicium libertatis Eccleſiaſticæ.

29 Quinimò omnis diſpoſitio circa iuramentum, defectu iuriſdictionis eſt nulla, cum iuramentum ſit quid ſpirituale, extra ſferam iuriſdictionis laicæ, ſed tantum pertinens ad iuriſdictionem Eccleſiaſticam, *cap. venerabilem de iudic. cap. tua de ordin. cognit. cap. lator in fin. qui fil. ſint legit Pignatel. conſult. can.* 153. *nu.* 28.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Confraternitates laicorum non gaudent exéptione, & priuilegijs eccleſiaſticis niſi auctoritate Epiſcopi inſtitutæ fuerint.
2 Meré laicales ſubiacent ſæculari foro, ſecus ſi fundatæ fuerint auctoritate Epiſcopi num. 3.
4 Nec ſufficit, vt denominentur ſub nomine alicuius Sancti, vt loca Eccleſiaſtica dicantur, ſi non concurrat auctoritas Epiſcopi. Contrar. num 6.
5 Bona Confraternitatum, & Hoſpitalium erectorum ſine Epiſcopi auctoritate alienari poſſunt, ſine beneplacito Apoſtolico. Contrar. num. 13.
7 Confraternitates, laicorum ſi habeant eccleſiaſtica ſigno cenſentur eccleſiaſtica, & a poteſtate laica exempta num. 8.
Amp. vt pro eorum bonis agendum ſit coram Iudice eccleſiaſtico num. 9.
10 Confraternitates, & alia loca erecta abſque Epiſcopi auctoritate in contractu læſiuo non habent priuilegium reſtitutionis in integrum, ſicut illa dicta auctoritate erecta num. 11. Contrar. num. 12.
14 In dubio Hoſpitale, & loca vbi exercentur opera pia præſumuntur auctoritate Epiſcopi fundata, ita etiam ex diuturnitate temporis num 15.
Amp, ſi habeant Eccleſiam num. 16.
Amp. in Vrbe propter præſentiam Pontificis num. 17.
18 Hoſpitale quando dicatur eccleſiaſticum, & quando prophanum, & laicale nu. 19. 22.
20 Si conferatur in titulum dicitur eccleſiaſticum.
21 Si per longum tempus poſſeſſum ſuit à laicis dicitur laicale.
23 Hoſpitale in dubio præſumitur quid laicale, & non beneficium.
24 Adminiſtratores Hoſpitalium, & locorum piorum poſſunt conueniri coram Epiſcopo.
25 Epiſcopus poteſt compellere adminiſtratores Hoſpitalium ad reddendam rationem, & ſoluendum non obſtantibus priuilegijs, & exemptionibus num. 26.
27 Appellatio non datur à decreto Epiſcopi contra adminiſtratores locorum piorum.
28 Et demandatur executioni appellatione remota.
29 Appellatio ſuſpenſiua non datur in cauſis concernentibus viſitationem, & morum correctionem, ſecus ſi procederetur ordine iudiciario.
30 Epiſcopus poteſt inquirere contra tenentes bona deſtinata pro pauperibus, & locis pijs.
31 Fabrica Eccleſiæ trahit laicum reum ad forum eccleſiaſticum.
32 Epiſcopus vna cum deputatis debet rationes reddere facere ab adminiſtratoribus locorum piorum, ſi adſit conſuetudo, aut conſtitutio.
33 Epiſcopus non poteſt compellere adminiſtratores Hoſpitalium ſub immediata poteſtate Regum, aut ſi ita in eorum fundatione cum Epiſcopo côuentum fuerit.
Declar. vt in num. 34.
34 Epiſcopi iuriſdictio quæ ſit ſuper Hoſpitalibus, & Confraternitatibus tam eccleſiaſticis, quam laicalibus.
35 Epiſcopus in ijs, quæ non ſunt eius auctoritate fundata cenſetur cumulatiuè continuus executor.
36 Confratres Confraternitatum vti laici, & in rebus proprijs non ſubijciuntur Epiſcopo.
37 Confraternitates laicorum auctoritate Epiſcopi fundata dicuntur loca pia, & ad eius auctoritaté pertinent num. 38.
39 Bona Confraternitatum, ſine Epiſcopi auctoritate fundata alienari poſſunt, ſine ſolemnitatibus ſecus ſi ſubiacent Epiſcopo, & num. 40.
40 Epiſcopus tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus poteſt viſitare Hoſpitalia, & Confraternitates meré laicales non obſtante quacunq; exemptione, ſi non ſubiacent protectioni Regum num. 33. Declar. vt nu. 34.
41 Epiſcopus viſitare poteſt Confraternitates exiſtentes in Eccleſijs Regularium, ſecus eorum Capellas nu. 36.
Pro vt etiam Hoſpitale, & beneficia commendata ibid.
42 Epiſcopus non poteſt viſitare loca Pia, & Hoſpitalia ſi in fundatione fuerit excluſus.
Amp. vt num. 38. & præcipue ſi conſenſerit num. 41.
Contrar. num. 39.
43 Epiſcopus non cenſetur excluſus à iure viſitandi locum pium ſi fundator nominauerit tantum Miniſtrum.

An cauſæ Confraternitatum laicorum priuatiuè agitari debeant in foro eccleſiaſtico.

ADNOTATIO V.

1 Confraternitates, ſeù Congregationes Laicorum, à quibus reguntur, & gubernantur, licet locum habeant in quo conueniunt, & Capellam, ſiue altare in Eccleſia, ac opera pietatis exerceant, cuius reſpectu ſunt permiſſæ, non tamen idea eccleſiaſtica cenſeri poſſunt, vt fori exemptione, priuilegijs eccleſiaſticis, & immunitate à poteſtate laica ſruantur, niſi Epiſcopi, vel alterius facultatem habentis auctoritate inſtitutæ fuerint, & alia concurrant ad hunc effectum neceſſaria iuxta *text. in cap. ad hæc vbi notant DD. de relig. dom. Bart. in l. eum ſenatus ſub num 4. verſ. quæro quid ſi relinquitur ff. de reb. dub. Bald. in l. ſi quis §. in omnibus ſub num 19. verſ. reſpondeo C. de Epiſcop. & Cleric. Innocen. in cap. dilecta ſub num. 2. verſ. ſocietas eſt, & verſ. item videtur cum ſeq. de exempt. Felin. in cap. de quarta ſub num. 11. verſ. ſecunda declaratio de præſcrip. Federic. de Sen. conſ. 130. ſub num. 2. verſ. ſed contra videtur Abb. conſ. 31. ſub num. 1. verſ. ſed ijs non obſtãtibus, & per tot. p. 1. Alex conſ. 120. ſub nu. 3. verſ. prout etiam reſpondetur lib. 1. Gabriel. de pia cauſ. conclu. 1. ſub num. 1. & 7. verſ. tenendo primam opinionem, & num. 13. verſ. quarto infertur, & ſeq. Hyeron. Gabriel. conſ. 162. num. 2. verſ. primo, quia & ſeq. lib. 1. Barboſ. de poteſt. Epiſcop alleg. 75. num. 25. & ſeq. Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de fauor. Cleric. real. p. 1. §. 5. num. 86. Ioſeph. Ludou. dec. Peruſ. 90. ſub num. 9. verſ quia primo Magon. dec. Lucen. 19. num. 15. verſ. ad ſecundam, & ſub num. 47. verſ. ſi vero vſque ad 54. Maſtril. dec. 110. ſub num. 16. verſ. & controuerſia Comitul. dec. 94. num. 3. verſ. cum enim, & latius dec. 177. num. 13. verſ. eccleſiaſtica tamen cum ſeq. & num. 37. verſ. & ſane, Rot. dec. 574. ſub num. 5. verſ. ideo ſi debet p. 1. diuerſ. dec. 210. nu. 1. verſ. nam licet, coram Coccino, cum alijs in Mediolanen. bonorum 26. Iunij 1647. & 18. Martij 1648. coram Bichio, & 31. Maij 1649. §. ſiquidem obiectus coram Em. Card. Corrado confirmat. 21. Iunij 1652. §. validitas non controuertitur coram Albergato,* & nouiſſimè tradit *Pignatel. conſult. Canon. 156. per tot.*

2 Vnde ſententia lata per Iudicem laicum ſuper rebus dictarum Confraternitatum non eſt nulla defectu iuriſdictionis, cum tamquam meré laicales in omnibus ſubiaceant ſæculari foro, nec propter opera pia, & ſpiritualia exercitia Religionis, ac ſpiritualitatis qualitatem, aut priuilegium fori exemptionis ſibi vindicare poſſunt, cum ad hunc effectũ requiratur erectio, ſeu fundatio auctoritate Epiſcopi emanata, cuius reſpectu efficiuntur de foro eccleſiaſtico, adeo vt ſolus Epiſcopus etiam quo ad eorum bona, redditus, & prouentus ſit Iudex competens, & aliter ſententia lata per alium ſæcularem Iudicem redditur nulla defectu iuriſdictionis, vt tradunt citati Doctores, & dixit *Rot. in dicta Mediolanen. bonorum 31. Maij 1649. §. ſiquidem obiectus*

nus coram Corrado, confirmata 21. Iunij 1652. §. validitas non controuertitur coram Albergato compro-
bat late *Borgnin. dec. 17. in ordine 63. num. 60. verſ.*
quidquid ſit circa perſonas p. 2. vbi quod negotia bo-
3 na, ac etiam perſonæ huiuſmodi ſcholarum, & Ho-
ſpitalium ſint ſæcularia, & coram Iudice ſeculari
conueniri debent, niſi Epiſcopi auctoritate fundata
exiſtant,

4 Amp. procedere etiam ſi præfatæ Confraternita-
tes denominentur ſub nomine, alicuius Sancti, vel
Eccleſiæ, nam ſi reperiantur erectæ à Laicis abſque
Epiſcopi auctoritate, non ſunt loca religioſa, vel
ſacra, nec perpetuo cultu diuino dicata, ſed merè
prophana, vnde non eſt debita reuerentia, quæ locis
ſacris debetur, propter quam redduntur immu-
nes, & priuilegio eccleſiaſticæ libertatis exemplifi-
cantur, ac proinde priuilegio fori non gaudent, vt
ſcilicet Epiſcopo, & non Magiſtratui ſæculari ſu-
biecta ſint. *A Ponte conſ. 18. vol. 1. late Gabr. lib. 6.*
in tit. de pia cauſ. conclu. 1. & plurib. ſequen. Thom.
del Bene de immun. Eccleſ. cap. 4. dub. 20. num. 4. &
& ſeq. tom. 1. Pignatel. conſul. Canon. 156. num. 2.
Belles. diſquiſit. Clerical. tit. de fauor. Cleric. real.
§. 5. num. 86. verſ. quamobrem loca pia Gonzal. ad
reg. 8. Cancel. glo. 5. num. 39.

5 Amp. vt bona ſpectantia ad huiuſmodi Confra-
ternitates, Hoſpitalia, & Congregationes erectas
abſque Prælati auctoritate alienari poſſunt, ſine ſo-
lemnitatibus requiſitis in alienationibus bonorum
Eccleſiarum, nec comprehenduntur in diſpoſitione
conſtitutionis *Pauli II. relat.* in *extrauag. Ambitio-
ſæ de reb. Eccleſ. non alienan.* late *Gabr. lib. 6. in tit.*
de pia cauſa conclu. 11. num. 11. Quaranta in ſum.
Bullar. in verbo alienatia num. 28. & 41. Menoch. de
recuperand. poſſeſſ. remed. 15. num. 34. Tuſch. tom. 3.
lit. E. conclu. 28. num. 4. & tom. 4. lit. F. conclu. 455.
Perez de Lara de Capellanijs lib. 2. cap. 1. à num. 5.
Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop. alleg. 75. num. 24.
verſ. ideo reſoluet Belletus diſquiſit. Cleric. in tit. de
fauor. Cleric. real §. 5. num. 86. verſ. quamobrem lo-
ca pia Thom. del Bene de immun. *Eccleſ. cap. 4. dub.*
20. num. 4. & 5. tom. 1. Gramma. dec. 387. alias vl-
tima num. 6. Rot. dec. 574. num. 6. p. diuerſ.

6 Contrarium quod immo Confraternitates lai-
corum etiam ſi fundatæ non fuerint ſuperioris ec-
cleſiaſtici auctoritate, nihilominus ſi in eis exerceā-
tur opera pia, etiam comprehendantur ſub nomine
locorum piorum, cum ratione dictorum operum
communicetur ſpecialis qualitas exhibens pieta-
tem, ac Religionem *Abb. conſ. 32. vol. 2. Nouar. in*
tract. de elect. for. ſect. 2. qu. 56. num. 8. Ric. in prax.
tom. 3. reſol. 142. Peregrin. de immun. cap. 4. num. 64.
Diana reſol. moral. p. 4. tract 1. de immun. reſol. 37.
Borgin. dec. 17. in ordine 63 num. 60. verſ. quamuis
videatur tutior opinio p. 2. cum alijs *plene relatis per*
Gabr. lib. 6. tit. de pia cauſa conclu. 1. num. 5.

7 Etenim quando ſunt inſtitutæ ad pium opus, pu-
ta venerationis Sanctiſſimi Sacramenti, & habent
Eccleſiam, aliaque eccleſiaſtica ſigna, non poſſunt
dici merè laicalia loca, per ea, quæ dixit *Rot. in*
Romana bonorum 19. Iannar. 1643. coram Ghisleria
nunc Epiſcopo Imolen. & in Romana Saluiani. ſeu
alienatorum 29. Maij eod. anno coram Carillo Prij de
Valliſoletana relat. & ſecut. in dec. 78. num. 27. poſt
Laberint. creditor. Salgad.

8 Ex ipſa enim cauſa religionis, & fine directo ad
opera pia, efficiuntur piæ, & religioſa loca, & con-
ſequenter à ſæculari poteſtate, & iuriſdictione exē-
pta, præcipue ſi proprium habeant templum, vel in
eis ſeruetur Hoſpitalitas, aut Miſſæ celebrentur, &
ſimilia pia opera exerceantur, quo caſu pertinent
ad iuriſdictionem Epiſcopi, & non Magiſtratui
ſæculari ſubijciuntur *Conar. in cap. officij 12. de*
teſtam. Fuſc. de viſit. lib. 2. cap. 14. num. 4. & 7. Garz.
de benef. p. 5. cap. 1. num. 606. Peregrin. de immun. cap.
4. nu. 64. Nauar. de elect. for. ſect. 2. qu. 56. nu. 8. &
9. & cap. 54 per tot Vgolin. de poteſt. Epiſcop cap. 11.
in prin. num. 1. 2. & 3. cum alijs per Barboſ. de offic.
& poteſt. Epiſcop. alleg 75. num 22. & 23. Thom. del
Bene de immun. Eccleſ. c. 4. dub. 20 n. 3. verſ. quamuis ſi
in dictis locis tom. 1. ex Ric. in prax. tom. 3. reſ. 142.

9 Propterea pro bonis communibus ſpectanti-
bus ad huiuſmodi Confraternitates, earumque
Scholas, ac ad Hoſpitalia agendum eſt coram
Iudice eccleſiaſtico, ad quem ſpectat cura dictorum
bonorum, maximè ſi Eccleſia ſit annexa alicui
Eccleſiæ; & quod ſaltem habeat locum præuentio,
cum ſit de caſibus mixtis, attento quod ex diſpoſi-
tione *Sac. Concil. Trid* Epiſcopus viſitare poſſit
omnia loca pia, & Hoſpitalia, & facere reddere
rationem docet *Borgnin. dec. 17. in ordine 63. nu. 60*
verſ. circa vera negotium tangens p. 2. ex Tiraq. de
priuil. pia cauſa 149. & 139. Lamber. de iurepatr.
p. 1. art. 10. num. 4. 5. & 6. Menoch. de recup. poſſeſſ.
remed. 15. q. 5. num. 24. & ſeq.

10 Et licet loca non erecta Epiſcopi auctoritate, ſi
in contractu læſa fuerint, non habeant priuilegium
Eccleſiæ reſtitutionis in integrum *A Ponte conſ. 18.*
vol. 1. Gabriel. lib. 6. tit. de pia cauſa conclu. 1. nu. 21.
Anchar. in cap. auditis num 6. de reſtit. in integ. Odd. in
tract. de reſtit. in integrum q. 3. num 45. cum alijs per
Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop. alleg 75. num. 47.
de Luca in Theat. verit. lib. 2 de regal. diſc. 81. n. 12.

11 Sicut habent Confraternitates, & alia loca pia,
ac Hoſpitalia Epiſcopi auctoritate fundata, cum
comparentur Eccleſijs, & minoribus *Odd. in*
tract. de reſtit. in integ. p. 1. q 3. à num. 37. Barboſ. *di-*
cta alleg. 75. num. 36.

12 Tamen ſi in dictis locis, aut per dictas Confra-
ternitates, & laicorum Congregationes, & Hoſpi-
talia opera Charitatis, & pietatis, & exercitia ſpi-
ritualia exerceantur, puta in alendis pauperibus, cu-
randis infirmis, redimendis captiuis, dotandis, ac
maritandis Orphanis, tunc ſi in contractu læſa fue-
rint, habent beneficium reſtitutionis in integrum,
ex quo competat idem fauor, & eadem miſeratio-
nis ratio in eiſdem conſideretur, prout in omnibus
alijs. quorum bona ſub aliena cura ſunt, & per ad-
miniſtratores gubernantur *Tiraq de pia cauſ. priuil.*
138. Odd. de reſtit. in integ q. 3. à num. 26. Peregr. de
immun cap. 4. num. 64. Nouar. de elect. for. ſect. 2. qu.
56. num. 8. & ſeq. & cap. 54. per totum Thom. del
Bene de immun. Eccleſ. cap. 4. dub. 20. num. 8. verſ.
quamuis in ſi. tom. 1. vbi ſubdit, quod dictorum
13 locorum bona abſque aſſenſu Apoſtolico alienari
non poſſe.

14 In dubio tamen locus, in quo exercentur opera
pia erectus præſumitur auctoritate Epiſcopi, prout
etiam præſumitur Hoſpitale, vt ſi ab antiquo ſit In
forma Eccleſiæ, ſi in eodem reperiantur ſepulturæ
vel Cæmeterium, ſi adminiſtretur Sacramentum
Baptiſmi, ſi recipiat decimas, vel ſit immunis à ſo-

lutione collectarum, ſi habeat campanile erectum cum campana, ibique diuina celebrentur, vel ſi adſit Organum, publiceque pulſetur, aut ibidem dum diuina peraguntur omnes indifferenter ad audiendam admiſſi fuerint. *Quaranta in ſumma Bullar. in verb. alienatis num. 28. & 41. Maſcard. de probat conclu.*869. *per tot. Menoch. de præſum. lib. 6. qu.*79. *num.* 3. *Valaſc. conſult.* 105. *num.* 45. *Sanchez. de matrim. diſ.*15. *num.*39. *Gratian. diſcept.* 34. *num.* 1. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. cap. alleg.*75. *num.*

15 5. vbi quod ex diuturnitate temporis Eccleſia præſumitur fundata auctoritate Epiſcopi *Bonaccin. in tit. de alienat. bon. Eccleſ. diſ.* 2. *qu. vnica punct.* 2. *num.* 11. *Filiuc. tract.* 44. *cap.* 4. *qu.* 18. *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap.*4. *dub.*20. *num.* 7. *tom.*1. *Ric. dec.*40. *Rot. Bononien. dec.* 13. *num.*4. *Lap. alleg.* 41. *num.*1. vbi quod quando eriguntur cum Eccleſia, & Altari ſunt Epiſcopo ſubiecta *glo. in Clem. quia contingit in verb. Altaria de relig. dom. Marcheſ. de commiſ. auocat. cauſ. p.* 2. §. 1. *num.*7. *fol.*300. *Rot. dec.*725. *p.*2. *diuerſ.*

16 Et quod locus pius, ſi habeat Eccleſiam ſufficiat ad hoc vt habeatur pro eccleſiaſtico *Bobadil. in Polit. lib.*2. *cap.*18. *num.*228. *Rot. in Roman. Saluian. ſeu attentatorum* 19. *Iunij* 1647. §. *prædictam autem coram*

17 *Arguelles* vbi ſubdit quod in vrbe loca pia dicuntur eccleſiaſtica, cum regulariter ſint approbata à Sum. Pontifice.

18 Hoſpitale etiam dicitur publicum, & religioſum, quando conſtitutio, vel deſtitutio Rectoris ſpectat ad Epiſcopum, quando verò ſpectat ad laicos, tunc eſt priuatum, & prophanũ *Bald. in Auth. hoc ius porrectum in* 2. *verſ. ſed hic quæro C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Roman. *conſ.*477. *num.*8. *Falin. in cap. de quarta num.* 11. *verſ. & commiſſio de præſcrip. cum alijs per Rot. dec.* 725. *num.* 1. *p.* 1. *diuerſ.*

19 Vlterius dicitur laicale ſi eius gubernium, & adminiſtratio committatur laicis, alias ſi eſſet Religioſum, & beneficium, Ordinarius in quo præſumitur ſcientia ſtatus ſuæ dioeceſis propter annuam viſitationem non permiſiſſet à laicis gubernari iuxta *Clem. quia contingit* §. *vt autem propè fin. de Relig. Dom.* Rot. *dec.*100. *num.*4. *& dec.* 122. *num.*2. *p.*2. *diuerſ.*

20 Amp. ſi adſit onus erogandi fructus, & redditus Hoſpitalis in ſubſtentationem pauperum, & infirmorum, cum talis erogatio, & diſtributio propriè tantum conueniat ſimplici Rectori, & non Hoſpitali, quod conferatur in titulum, nam hoc caſu dicitur Eccleſiaſticum, ex quo Rector, & titularis faciat fructus ſuos, ſicut de alijs beneficijs *Card. in Clem. per literas num.* 2. *circa med. verſ. quæro de ratione de elect. in* 6. *Sarnen. in reg. de trien. q.*7. *nu.* 3. *verſ. ſecundus caſus Vital. in Clem. qui contingit num.* 11. 12. 13. *&* 92. *verſ. ſic præterea de Relig. Dom. Rot. dec.*714. *num.*7. *p.*1. *& dec.*122. *num.*1. *&* 4. *p.*2. *diuerſ.*

21 Amp. ſi Hoſpitale poſſeſſum fuerit per longum tempus à laicis, nam tunc præſumitur laicale *Rom. conſ.*477. *num.*10. *Calder. conſ* 4. *circa med. verſ. item etiam Rot. dec.*106. *num.* 1. *&* 3. *verſ. ita dicendum p.*2. *diuerſ.*

22 Amp. ſi gubernium Hoſpitalis tantum committatur, & ille, cui gubernium committitur habeat onus, & iuramentum de conficiendo inuentarium bonorum omnium Hoſpitalis, quæ commiſsio, & inuentarij confectio conuenit tantum adminiſtratori laico, vnde Hoſpitale ipſum laicale dici debet, vt expreſsè cauetur in *Clem. quia contingit* §. *vt autem prope fin. de relig. dom. Rot. dec.* 714. *num.* 3. *iuncto num.*5. *p.*1. *& dec.*152. *num.* 2. *&* 3. *p.*2. *diuerſ.*

23 Amp, vt quando non appareat, an ſit Hoſpitale, vel beneficium, magis præſumendum eſt Hoſpitale, & quid laicale, quam beneficium, præcipuè ſi ſemper denominatum fuerit Hoſpitale, quæ denominatio ad præſumendam qualitatem laicalitatis multũ operatur *glo. in Clem. per literas in verb. Eccleſias verſ. quid in dubio de præben. Rot. dec.*106. *num.*5. *&* 6. *p.*2. *diuerſ.*

24 Poſſunt tamen laici adminiſtratores Hoſpitaliũ, Confraternitatum Montis Pietatis, & quorumcunque locorum pioru ratione huiuſmodi adminiſtrationis conueniri coram Epiſcopo *cap. indicatum, & ibi glo.* 1. *verſ. alij dicunt* 89. *diſt. Clem. quia contingit* §. *vt autem præmiſſa de* Relig. *Dom. Marian. Socin. in cap. licet caſ.* 24. *de for. com. cum alijs per Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de for. Cleric. real.* §. 5. *numer.* 87.

25 Epiſcopus autem habet intentionem fundatam in Hoſpitalibus, Confraternitatibus, & locis pijs ſuæ dioeceſis, non ſolum de iure communi, iuxta *Clem. quia contingit de* Relig. *Dom.* §. *ſi quis ædificationem auth. de Eccleſ. tit.* Verum etiam ex diſpoſitione *Sac. Concilij Trid. ſeſſ.*7. *cap.*15. *ſeſſ.*22. *cap.*8. *& ſeſſ.*25. *cap.* 9. *de refor.* cuius vigore non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs indultis, & exemptionibus, niſi ſecus fortè in inſtitutione, & ordinatione Eccleſiæ, ſeu fabricæ expreſsè cautum eſſet, de omnibus locis pijs Epiſcopo ratio reddi debet, ab adminiſtratoribus, ſiue ea ſint publica, ſiue priuata, Eccleſiaſtica, vel laicalia, & adminiſtratores tam eccleſiaſtici, tam laici fabricæ cuiuſuis Eccleſiæ etiam Cathedralis, Hoſpitalis, Confraternitatis, Elemoſynæ, Montis Pietatis, & quorumcunque locorum piorum rationem reddere tenentur ſingulis annis eorum adminiſtrationis, & pro vt Ordinario videbitur ad rationem reddendam compelli poſſunt, & ita etiam pluries declaratum fuiſſe à Sacra Congregatione teſtatur *Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de fauor. Cleric. real.* §. 5. *num.*88. late *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 75. *per tot. & ſignanter num.*57. 58. *&* 63. & in *Concil. Trid. ſeſſ.*7. *cap.*15. *num.*2. *& ſeſſ.*22. *num.* 7. *& ſeq.* vbi ita referre deciſum *Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.*1. *tit.*18. *lib.*7. *num.* 78. *& ſeq. Menoch. de arbitrar. caſ.*209. *num.* 24. *Antonin. var. reſol lib.*1. *reſol.*66. *num.*4. *Gratian. dec.*188. *num.*10. *Rot. d.*355. *num.*1. *p.* 1. *recen.*

26 Et non ſolum Epiſcopus poteſt ſupradictos compellere ad rationem reddendam, ſed etiam ad ſolutionem debiti, alias rationum redditio redderetur fruſtratoria, nullius roboris, & momenti, & penitus contemnibilis, de ſubſtantia autem redditionis rationis, non ſolum eſt computum dare, ſed etiam debitum reſtituere, iuxta *text in l. ita fuerit*, §. *ſi id quæro ff. de teſtam manumiſ. l. non ſolum* §. *vlt qui rationem ff de libert. leg.* Vnde ſi Epiſcopus habet facultatem cogendi ad reddendam rationem, etiam habere debet quo ad ſolutionem debiti, in quo adminiſtrator repertus, & conſtitutus fuit *Bald. in l. cum teſtamento num.*4. *C. de teſtam. manumiſ. & ex Ric. & Gemmen. tradit Bellett. diſquiſit.*

Cleric

Digitized by Google

Cleric. tit. de fauor. Cleric. real. §. 5. num. 88. circa med. verſ. & non ſolum ad rationem reddendam.

27 Quinimò neque datur appellatio à decreto Epiſcopi contra adminiſtratores locorum piorum ad effectum ſuſpenſiuum, ſed tantum deuolutiuum, *Lancellot. de attentat. p. 1. cap. 12. limit. 18. num. 9. & limit. 19. num. 2. Scaccia de appel. qu. 17. limit. 19. num. 2.* Bellet. *diſquiſit. Cleric. tit. de fauor. Cleric. real. §. 5. num.* 88. *paulo ante finem verſ. neque datur appellatio Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 75. num. 62. & in Concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 15. num. 3. verſ. ſi quis adminiſtrator ex Zerula in prax. Epiſcop. p. 1. verb. Hoſpitale §. 3. verſ. 6.*

28 Quoniam ſententia lata in cauſis pijs mandatur executioni appellatione remota, quia quod eſt pium celeriter eſt exequendum Bellet. *diſquiſit. Cleric. tit. de fauor. Cleric. real. §. 5. num.* 88. *paulo ante fi. verſ. ſed ſententia lata*, vbi ſubdit quod ita

29 etiam neque datur appellatio ſuſpenſiua in cauſis concernentibus viſitationem, & morum correctionem, cum ſit cauſa executiua, & ſummaria *cap. ad noſtram 3. vbi Felin de appel. Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 8. & ſeſſ. 24. cap. 10. de reform.* Secus verò ſi procederetur ordine iudiciario compilato proceſſu G*ratian. deciſ.* 188. *num. 4. Amot. deciſ. 25. num.* 6. & ita declaraſſe Sac. Congreg. de mandato Clementis VIII. die 13. Octob. 1600. teſtatur idem *Bellet. loco ſupra citato num.* 88. *in fi.*

30 Poteſt etiam Epiſcopus inquirere contra tenentes bona, quæ diſtribui debent pauperibus, vel alijs locis pijs *Bellet. loco citato num.* 89.

31 Prout etiam fabrica Eccleſiæ trahit laicum reum ad forum Eccleſiaſticum iuxta diſpoſitionem *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 22. c. 9. Antonin. var. reſol. lib. 1. reſol. 112. caſ. 45. Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de fauor. Cler. reali §. 5. nu. 90.*

32 Lim. 1. ſupradictam principalem concluſionem, vt adminiſtratores locorum piorum teneantur reddere rationem Epiſcopo, niſi contraria adſit conſuetudo, aut priuilegium, aut municipalis conſtitutio, cuius vigore ratio reddenda ſit non ſoli Epiſcopo, ſed alijs ad id deputatis, quo caſu Epiſcopus procedere debet adhibendo alios ad quos hoc munus demandarum reperitur, vt expreſsè cauetur per *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 9. de reform. Rot. dec. 355. nu. 1. p. 1. recen.*

33 Lim. 2. ſi Hoſpitalia ſint immediatè ſubiecta protectioni Regum, vel ſi in ipſa fundatione per Fundatores laicos ex conſenſu Epiſcopi, vel alterius Superioris Eccleſiaſtici expreſsè conuentum ſit, ne Epiſcopus interueniat, aut ne adminiſtratores eidem rationes reddere teneantur, prò vt etiam ſi Fundator laicus adhuc ſuperſtes ſit, & ſuæ fundationi Epiſcopi auctoritatem non adhibuit, quò caſu Epiſcopus non debet ſe intromittere, vt tradit *noviſſimè de Luca in ſuo Theatro veritatis tom. 3. tit. de iuriſdict. diſc. 40. num. 14. verſ. pro iſta difficultate plene Ric. deciſ. 209. p. 4. Stephanus Vvemyms ad conſtit. 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouat. conſtit. 16. num. 19. & ſeq. Barboſ. in eundem Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 9. de reform. ſub num. 8. & 27. & de Epiſcop. alleg. 75. num. 16.*

34 Lim. 3. quod ſi hoſpitalia, & ſimilia pia opera, & Confraternitates ſint inſtitutæ Epiſcopi auctoritate, in omnibus eidem Epiſcopo ſubiacent, eatumque viſitatio, correctio, ac reformatio ad eundem priuatiuè ſpectat, ita vt ſolus Epiſcopus de omnibus oneribus, ſiue pijs, ſiue prophanis poſſit cognoſcere, & de omnibus alijs rebus ad ipſum Hoſpitale, vel Confraternitates ſpectantibus prouidere, etiam circa modum electionis, & formam regiminis, quando verò inſtitutæ exiſtant abſque Epiſcopi auctoritate inquirere ſolum poteſt de pijs operibus, quæ ipſis incumbunt, & recognoſcere, an executioni demãdentur iuxta mentem teſtatoris, vel Fundatoris diſpoſitionem, adminiſtratorum negligentiam corrigere, adimplere facere, & animaduertere, an bona dilapidentur, vel in alios vſus conuertantur, aut ſi ad deſtinatum finem erogentur, vt tradunt Doctores relati per *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 75. num. 14.*

35 Ac proinde in ijs, quæ non ſunt Epiſcopi auctoritate fundata, Epiſcopus cenſetur cumulatiuè conſtitutus executor, cum alijs quibuſcunque inferioribus piarum diſpoſitionum executoribus, priuatiuè verò in illis eiuſdem auctoritate fundatis, & ſecundum hanc diſtinctionem ſunt intelligenda tradita per *Pereriam de manu regia p. 1. cap. 17. num. 7.* dum reſoluit adminiſtrationem, viſitationemque Hoſpitalium, & Confraternitatum, quæ à laicis constructæ fuerunt, & gubernantur ſpectare ad laicales Magiſtratus, vt procedat non priuatiuè, ſed cumulatiuè cum Epiſcopo, & ita cenſuiſſe Sacram Congregationem refert *Stephanus Vvemyms ad conſtit. 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouat. conſtit. 16. num. 9. & num. 12. relat. per Barboſ. in eundem Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 8. num. 7. de reform.*

36 Lim. 4. vt laici deſcripti in Confraternitatibus, vti laici non ſubijciantur Epiſcopo, licet ipſæ Confraternitates eſſent auctoritate Superioris Eccleſiaſtici erectæ, neque eorum cauſæ agitari debent in foro Eccleſiaſtico, ſi pertineant ad laicale forum, quia cum nullum habeant Eccleſiaſticum characterem, non amittunt ſtatum laicale, ac propterea Iudex Eccleſiaſticus nullam habet in illos iuriſdictionem, ſecus autem in ijs, in quibus repræſentant corpus ipſius Confraternitatis, *Bart in l. fi. num. 15. ff. de colleg. illic Pariſ conſ. 35 num. 28. vol. 4. Gabr. lib. 6. in tit. de pia cauſ. conclu. 1. num. 13. Pignatel. conſult. canon. 156. num. 3.* Menoch. *de recuperand. poſſeſ. remed. 15. num. 30. & 31. & num. 34. verſ. difficilis ergo.*

37 Confraternitates laicorum dicuntur loca pia, quando ſunt erecta auctoritate Epiſcopi, *Bald. in l. id quod pauperibus 21. q. C. de ſacroſ. Valaſ. conſ. 105. Ric. in prax. p. 2. reſol. 353. num. 1. & 2. cum alijs per Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de fauor. Cleric. real. §. 5. num. 86. Menoch. loco ſupra citat. num 36. Fuſch. de viſit. Eccleſ. lib. 2. cap. 14. num. 4. & 5. Gabr. de pia cauſ. conclu. 1. num. 22. & ſeq.* ex deductis *deciſ. 383. num. 5. p. 10. deciſ. 248. p. 11. recen. & noviſſimè de Luca in ſuo Theatro veritatis to. 3. de iuriſdict. diſ. 40. num. 13.*

38 Et ad Epiſcopi auctoritatem pertinent, *Card. conſ. 13. Pariſ. conſ. 34. vol. 4. Petrus de Peruſ. in tract. de quarta canon. qu. 14. in prin. & 18. ad tradita per Menoch. de recuperan. poſſeſſ. remed. 15. nu. 36. Tiraquel. de priuil. pia cauſ. in præfat. §. item relictum*, qui quamuis referat Doctores contrarium tenentes, nihilominus, ij Doctores intelligi debent de illis Confraternitatibus, quæ Religioſum inſti-

tutum non habent, ſed tantum ad honeſtum quemdam viuendi modum ſunt erectæ, vel de illis, quæ non ſunt fundatæ Epiſcopi auctoritate, vel de illis, quæ non congregantur in loco Religioſo, nec habent Eccleſiam, aut Hoſpitale cum Campanili, nec ibi celebrentur Miſſæ, nam ijs concurrentibus, vtique loca pia dicuntur, & Epiſcopis ſubijciuntur, vt alijs congeſtis tradit *Bellet. diſquiſit. Clerical. tit. de fauor. Cleric. real. §. 5. num. 86. Gabr. de pin conſ. conclu. 1. num. 22. iuncto nu. 1. Gratian. diſcept. 517. num. 7. tom. 3. Sperel. deciſ. 153. num. 22. verſ. cum itaque & deciſ. 155. num. 1. verſ. & verius eſt tom. 2. Rot. deciſ. 179. num. 15. p. 6. recen.*

39 Hinc eſt quod bona Confraternitatum mere laicalium alienari poſſunt inconſulto Summo Pontifice, & non ſeruatis ſolemnitatibus Paulinæ conſtitutionis, vt tradunt Doctores congeſti per *Sperel. deciſ. 155. num. 2. tom. 2. & nouiſſimè de Luca in ſuo Theatro veritatis tom. 3. tit. de iuriſdict. diſc. 42. num. 9.*

40 Secus autem in illis, quæ auctoritate Epiſcopi erectæ fuerunt, cum tunc dicantur loca Eccleſiaſtica, & Religioſa, & conſequenter ſubiacent conſtitutioni Paulinæ, *Quaranta in ſumm. bullar. in verb. alienatio rerum Eccleſ. ſub nu. 29. verſ. quando autem Gratia diſcept. 517. num. 7. & 8. cum alijs per Sperel. deciſ. 155. num. 3. tom. 2. vbi ita in effectu ſenſiſſe Rot. deciſ. 179. p. 2. diuerſ.* Prout etiam ſi habeant Eccleſiam, Campanas, & alia ſigna denotantia Eccleſiaſticam erectionem ex deductis *in d. 248. p. 11. recen.* iuxta receptiſſimam diſtinctionem *de Luca loco citato num. 9.*

41 Poſſunt demum Epiſcopi etiam tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati viſitare Hoſpitalia, Collegia quecunque, ac Confraternitates laicorum, non tamen, quæ ſub Regum immediata protectione ſunt ſine eorum licentia, elemoſinas Montis Pietatis, ſiue Charitatis, & pia loca omnia, quamuis eorum cura ad laicos pertineat, & exemptionis priuilegio munita reperiantur, & habent ius ex officio cognoſcendi, & exequendi omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum ſalutem, ſeu Pauperes ſubſtentandos inſtituta ſunt non obſtantibus quacunque conſuetudine etiam immemorabili priuilegio, aut ſtatuto, vt per huiuſmodi ferè verba ſancinit *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 8. de reform.* Cuius vigore cura-
42 re debet Epiſcopus, vt Confraternitates, Hoſpitalia, & alia loca pia a ſuis Rectoribus, Officialibus, & Adminiſtratoribus etiam laicis, & quomodolibet exemptis diligenter, & fideliter adminiſtrentur, & gubernentur, & vlterius corrigere, & reformare in caſibus à iure conceſſis, ſcilicet negligentiam, vel dilapidationem bonorum, vt teſtatoris, ſeu Fundatoris voluntas omninò ſeruetur nouiſſimè *de Luca in ſuo Theatro veritatis tom. 3. diſc. 40. num. 14. Murta de iuriſdict. p. 2. cap. 18. num. 2. Armendar. in addit. ad recop. leg. Nauar. lib. 4. tit. 29. lib. 1. §. 2. de Hoſpital. num. 12. & tit. 6. de viſit. num. 74.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 75. num. 11. & 12. & in Concil. Trid. dicta ſeſſ. 22. de reform. cap. 8. num. 7. vſque ad 11. Duaozet. iun. deciſ. 504. ſub num. 1. tom. 1. Rot. deciſ. 33. nu. 1. & 2. p ?. recen. & in Mediolanen. bonorum 21. Iunij 1652. coram Albergato §. nec refragatur*, & comprobat *Gratian. diſcept. 395. per tot.*

43 Ea verò, quæ ſunt ſub immediata Regum poteſtate, licet non poſſint ab Epiſcopo viſitari, hoc tamen procedit circa opera, quæ in illis exercentur, & circa petendas rationes eorum, quæ ibi expenduntur, non autem de viſitatione circa cultum diuinum, ac ornamentorum decentiam, quæ ad Epiſcopos neceſſariò, & priuatiuè ſpectant, quia res ſpiritualis eſt, & Eccleſiaſtica & ita deciſum refert *Sel. in ſelect. can. cap. 22. num. 20. Pererin de manu regia p. 2. cap. 17. num. 12.* ſed ſubdit quod ſtylus aliter obſeruat *Diana reſol moral p. 1. tract. de immunit. Eccleſ reſol.* 100.

44 Viſitare vlterius poteſt Epiſcopus, tam dictas laicorum Confraternitates, quamuis exiſtant in Eccleſijs Regularium, in ijs tamen, quæ Confratrum adminiſtrationem concernunt, quam etiam Hoſpitale, ac beneficia commendata in quibus non viget regularis obſeruantia *Sel. in ſelect. Canon. cap. 22. num. 12. vbi ſubdit ita cenſuiſſe Sac. Cong. Epiſcop. & Regul. in Caputaquen. 27. Iuny* 1509. quem allegat *Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 22. de reform. cap. 8. num. 24. & 25.*

45 Non tamen viſitare poteſt Capellas dictarum Confraternitatum earumque altaria, quæ intra eaſdem Eccleſias permanent, vt deciſum referunt, *Galet. in Margarita caſuum conſcientia verb. Epiſcopus pen. Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 21. in prin. Vgolin. de offic. Epiſcop. Aldan. in compend. canon. reſol. lib. 2. tit. 8. num. 5.* aſſerens ſic deciſiſſe *Sac. Cong. Epiſcop. in Papien. 21. Auguſti 1625. & in Terracinen. 22. Ianuar. 1616. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 75. nu. 13. & in Concil. Trid. ſeſſ. 22. de reform. cap. 8. num. 24. Ciarlin. contrau. forenſ. cap. 65. num. 6.*

46 Lim. ſupradicta, vt Epiſcopus non poſſit viſitare Hoſpitalia, & huiuſmodi loca pia, ſi Fundator in fundatione expreſsè Epiſcopum excluſerit, & ſe intromittere non poſſe diſpoſuerit, etiam ſi Epiſcopus non impugnauerit, aut conſenſerit, ſecus ſi hoc cautum non fuerit in inſtitutione iuxta reſolutionem Sacræ Congregationis Concilij relatam, & ſecutam per *Rot. deciſ. 33. per tot. p. 2. diuerſ. Armendar. in addit. ad l. Nauar. lib. 1. tit. 6. leg. 5. §. 2. num. 66. Garz. de beneſ p. 1. cap. 2. num. 98. & 104. vbi ita declaraſſe S. D. N. Paulum V. die 7. Aprilis 1606. in cauſa Abulenſis pro Comite de Oropeſa contra Epiſcopum Carol. de Graſ. de effect. Cleric. 1. num. 610. Ric. deciſ. 209. p. 4. Paſqualig. reſol. moral. cent. 1. cap. 88. & 89. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. tom. 2. cap. 10. dub. 6. ſect. 11. num. 5. & ſeq. de Luca in ſuo Theatro veritat. tom. 3. diſc. 40. ſub num. 3. & late comprobat Diana reſol. moral. p. 1. tract. de immunit. Eccleſ. reſol. 83. verſ. ſed quidquid ſit de hac quæſtione vſque ad fin.* vbi contrarijs reſpondet. Reprobando *Zerolam Monetam Barboſam* in locis per eum relatis, & *verſ. quarto non valet dicere ſubdit*, hoc procedere, tum ſi Epi-
47 ſcopus vellet viſitare, vt Epiſcopus, tum tamquā Sedis Apoſtolicæ delegatus vigore *Concil. Trid ſeſſ. 22. de reform. cap. 8.* cum expreſſe ibidem limitetur huiuſmodi facultas ibi *niſi aliter in fundatione cautum reperiatur.*

48 Contrarium docet *Duard. in Bulla Cenæ lib. 2. c. 15. qu. 7. num. 16. Vgolin. de poteſt. Epiſcop. 24. §. 1. num. 3. Cacchier. de poteſt. Ordinar. in exemptos p. 4. qu. 53. Zerola in prax Epiſcopal. p. 1. verſ. Hoſpit. num. 2. Fuſchus de viſit. lib. 2. cap. 12. nu. 7. & 8.*

49 Sublimi.

49 Sublim. primam opinionem non procedere, ſi à Fundatore electa tantum fuerit induſtria perſonæ, ſeu nominatus Miniſter pro Hoſpitalis gubernio, adminiſtratione, ac regimine, cum per huiuſmodi facultatem alicui conceſſam non cenſeatur adempta facultas viſitandi tributa Epiſcopo ex diſpoſitione *Sac. Concil. Trid. in d. ſeſſ. 22. cap. 8. de reform.* ſed huiuſmodi perſonæ electio, & conceſſio facultatis, regendi, & viſitandi intelligi debet cumulatiuè non priuatiuè ad Epiſcopum, contra quem debet eſſe expreſſa prohibitio, vt dixit *Rot. deciſ. 33. num. 1. p. 2. recent.*

50 Sublim. verò ſecundam opinionem non procedere quando Epiſcopus in ipſa fundatione conſenſerit, quia licet Epiſcopus non poſſit conſentire in præiudicium, & derogationem iuris acquiſiti Epiſcopatui, poteſt tamen iure quærendo præiudicare ſecundum *Perez. de Lara de Anniver. & Capellan. lib. 2. cap. 1. num. 48. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 5. num. 41. Guttier. in repet. l. nemo poteſt ff. de legat. 1. num. 151. iuncto conſ. 1. num. 1.*

51 Priuilegia verò eximentia Confraternitates, & Hoſpitalia ab Epiſcopi viſitatione conceſſa ante Concilium Tridentinum licet poſt eius celebrationem ſuffragentur reſpectu Ordinariæ iuriſdictionis, ad nihilum tamen releuant reſpectu delegatæ, vt dixi *num. 32.* ex clara eiuſdem Concilij diſpoſitione *ſeſſ. 22. de reform. cap. 8. num. 9. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 75. & 82. Rot. in Calaritana iuris viſitandi 21. Maij 1649. coram Card. Corrado relat. per de Luca in ſuo Theat. verit. tom. 3. tit. de iuriſdict. diſc. 42. ſub num. 2.*

52 Lim. procedere vbi exemptio à iuriſdictione, & viſitatione Ordinarij competat ex mero priuilegio, ſecus ſi hoc proueniat per ſpeciem contractus, ſeu conditionis in limine fundationis adiectæ, & ita pluries cenſuiſſe Sacr. Congreg. Concil. teſtatur *Paſqualig cap. 89. num. 1. & de veriori de Luca dicto tit. de iuriſdict. diſc. 41. num. 5. & ſeq.* vbi declarat qualis dicatur contractus, & initus cenſeatur.

S V M M A R I V M.

1 Iudex Eccleſiaſticus eſt merus executor piarum diſpoſitionum priuatiuè quo ad Iudicem laicum nu. 6.
2 Et procedere poteſt executiuè iuris ordine non ſeruato.
3 Iudex ſæcularis eſt competens in legatis ad pias cauſas. Amp. vt num. 5.
4 Executio legatorum piorum eſt mixti fori Contr. 6.
5 Reus in ſuo foro regulariter conueniri debet.
7 Laicus ratione peccati, & fauore piæ cauſæ efficitur de foro Eccleſiaſtico.
8 Epiſcopus eſt executor piarum diſpoſitionum, tam inter viuos, quam in vltima voluntate non obſtante quacunque exemptione.
9 Amp. etiam ſi teſtator diſpoſuerit quod Epiſcopus non ſe ingerat.
10 Amp. vt habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem legata pia exequi valent, & num. 11.
12 Amp. vt etiam Regulares exemptos Epiſcopus cogere poteſt ad reddendas rationes circa executionem piarum diſpoſitionum.
13 Amp. vt hæc eadem facultas tranſeat ad Capitulum ſede vacante.
14 Hæredes, & executores habent annum ad exequenda legata, & vltimam voluntatem.
Intel. vt num. 24. lim. vt num. 25.
15 Epiſcopus elapſo anno eſt executor legatorum etiam ad prophanos vſus contra laicos, & tertios poſſeſſores, & num. 20.
16 Intel. quod huiuſmodi officium ſit iuriſdictionis mixti fori.
17 Amp. procedere etiam ſi Iudex laicus non eſſet negligens in adminiſtranda Iuſtitia.
18 Iudex Eccleſiaſticus miſerabilibus perſonis ſubuenire tenetur.
19 Epiſcopus in concernentibus pietatem habet iuriſdictionem in laicos etiam quo ad prophana.
21 Quæ actiones competant prò conſequendis legatis, remiſſiuè.
22 Legatum prophanum elapſo anno, ſi non fuit executioni demandatum efficitur pium quo ad fori priuilegium.
23 Laicus ratione peccati efficitur de iuriſdictione Epiſcopi.
24 Spatium vnius anni in exequendis legatis prophanis, & ſex menſium in pijs, quando incipit currere.
25 Declara procedere dictum ſpatium ad fauorem defuncti, non autem hæredum, ſeu executorum, qui ſtatim pulſari poſſunt num. 28.
26 Debitum purè contractum ſtatim peti poteſt.
27 Hæres adeundo ſimpliciter hæreditatem ſtatim obligatur ex quaſi contractu ad fauorem creditorum hæreditariorum.

Executio legatorum piorum, an ſit mixti fori, & quid in prophanis.

ADNOTATIO VI.

1 IVdex Eccleſiaſticus eſt merus executor piarum diſpoſitionum, & compellere poteſt debitores ad ſolutionem relictorum ad pias cauſas per defunctos factorum etiam ſi huiuſmodi piæ voluntates emanauerint à laicis, & hæredes, vel debitores pariter ſint laici, cum cauſa pia ſit tractanda iuxta iuris Canonici conſtitutiones, vnde forum Eccleſiaſticum ſortiri debet iuxta text. *in §. ſi quis autem pro redemptione Auth. de Eccleſ. tit. cap. Sylueſter vbi Ancar.* Gemin. *11. qu. 3. l. licet C. de Epiſcop & Cleric. cap ſi hæredes vbi glo. fi. cap. Ioannes cap tua nobis vbi glo. in verbo pijs & Hoſtien. num. 6. & 7. de teſtam. Tiraq. de priuil. piæ cauſæ 149. Gutierez. pract. quaſt. lib. 1. cap. 44. num. 2. Alex. de Neuo. conſ. 74. num. 10. cum alijs relatis per Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de ſor. Cleric. real. §. 5. nu. 74. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 81. nu. 13.*

2 Quinimò in executione præfatorum legatorum ad pias cauſas non ſolum Eccleſiaſticus Iudex procedere poteſt de plano, & iuris ordine non ſeruato, verum etiam ex officio, & per ſequeſtrationem bonorum hæreditariorum, vt tradunt *Doct. relati per Bellet. diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de fauor. Cleric. real. §. 5. num 74. in fi.*

3 Sed quod etiam Iudex ſæcularis ſit competens in legatis ad pias cauſas, atque in exequendis alijs vltimis voluntatibus eſt *text. in §. ſi quis adificationem Auth. de Eccleſ. tit. & §. cum vnum vbi gloſ. Auth. vt cum de appel. cogn. Specul. in tit. de vltim. volunt. exeunt. num. 80. Tiraq. de priuil. piæ cauſ. priuil. 149. Couar. in cap. ſi hæres num. 1. vbi de communi de teſtam. cum alijs per Bellet. diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de fauor. Cler. real. §. 5. num. 76.*

4 Vnde executionem legatorum piorum eſſe mixti fori tradunt *Io Honor. in compend. Iur. Can lib. 3. tit. 26. num. 20 Mart. de iuriſdict. p. 2. cap 11. nu. 14. Sanchez. in Opuſc. tom. 2. lib. 4. cap. 1 dub. 54.*

tium.

Digitized by Google

num. 4. Tiraq. de priuil. pia cauſ. 149.
5 Præcipuè ſi heres, qui illa ſoluere tenetur ſit ſæ-
cularis, quia reus in ſuo foro regulariter conueni-
ri debet, & ſic peti poſſunt coram Iudice ſæculari
ad text. in cap. tua, & cap. Ioannes de teſtam. Molin.
de iuſtitia tom. 1. tract. 2. diſ. 134. Decaſtillus de iu-
ſtit. lib 2. tit. 19. diſ. 1. dub. 10. num. 132. Gutier.
pract. quæſt. ciuil. lib. 2. qu. 48. num. 3. Mart. de iu-
riſdict. lib. 2. cap. 10. nu. 2.
6 Lim. hanc vltimam opinionem procedere in ter-
minis iuris ciuilis per text. in l. hæreditas ver. ſ.
ſi. ff. de petit. hæred. l. hæreditas, & l. nonnulli C. de
Epiſcop. & Cleric. ſecus verò attento iure canonico,
cuius vigore piorum legatorum executio priuatiuè
ſolis Epiſcopis commiſſa videtur cap. tua cap. ſi hæ-
res de teſtam. præcipuè concurrente diſpoſitione
Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 22. de reform. cap. 8. Bonacin. de
contract. diſ. 3. qu. 17. punct. 1. §. 10. num. 1. tom. 2. vbi
quod hoc etiam procedat de iure ciuili relat. per
Dian. reſol. moral. p. 4. tract. 1. reſ. 99. §. ſed hæc opi-
7 nio, ac proinde in ſimilibus cauſis laicus non poteſt
declinare forum Eccleſiæ, quia ratione peccati, &
fauore piæ cauſæ efficitur de iuriſdictione Epiſcopi
Gratian. diſcept. 154. num. 25. Barboſ. de offic. & po-
teſt. Epiſcop. alleg. 82. num. 17. late Thom. del Bene
de immun. Eccleſ. cap. 8. dub. 21. ſect. 18. ſub nu. 2. 3.
& 4 Spin. de teſtam. glo. 28. num. 44. Bonac. tom. 2. in
tit. de contract. diſ. 3. qu. 18. punct. 8. §. 10. ſub nu. 1.
8 Hinc eſt quod poſſunt hodie Epiſcopi etiam
tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati executioni de-
mandare omnes pias diſpoſitiones, tam in vltima
voluntate, quam inter viuos, & legatarios cogere
ad eas exequendas, etiam ſi executores eſſent offi-
ciales Sanctæ Inquiſitionis, ſeu quomodolibet exẽ-
pti à iuriſdictione Ordinariorum, etiam ratione
literarum, eximentium à iuriſdictione ordinaria,
eo, quia non eximunt à delegata à Sede Apoſtolica
iuxta diſpoſitionem Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 22. de
reform. cap. 8. Leo in Theſaur. for. eccleſiaſt. p. 2. cap.
vltim. in ſi. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.
82. num. 14. iuncto num. 15. verſ. eſt enim Epiſcopus
Bellet. diſquiſi. Cleric. tit. de fauor. Cleric. real. §. 5.
num. 68.
9 Amp. procedere etiam ſi teſtator diſpoſuerit,
quod Epiſcopus non ſe ingerere, aut intromittere
debeat in huiuſmodi legati pij executione, cum non
poſsit auferre facultatem à iure, & Sacro Concilio
eidem conceſſam, adeo vt dicta prohibitione
non obſtante adhuc Epiſcopus deuenire valeat ad
legatorum piorum executionem §. ſin autem pro re-
demtione Aut. de Eccleſ. tit. Auth. licet C. de Epiſcop.
& Cleric. cap. tua de teſtam. & tradunt Doctor in
l. nulli C. de Epiſcop. & Cleric. Surd. de aliment. tit. 8.
priuil. 9. num. 4. Tuſch. tom. 3. conclu. 293. num. 38.
Bonacin. de contract. diſ. 3. q. 17. punct. 1. §. 10. ſub nu.
1. verſ. hinc ſequitur vbi ſubdit procedere quamuis
teſtator diſpoſuerit, quod ſi Epiſcopus ſe ingeſſerit,
habeatur legatum perindè ac ſi factum non fuiſſet,
quia dicta diſpoſitio tamquam repugnans diſpoſi-
tioni iuris canonici habeatur pro non appoſita, &
tamquam turpis eſt reijcienda Bellet. diſquiſit. Cle-
ric. p 1. tit. de fauor. Cleric. real. §. 5. n. 75. in ſi. Bar-
boſ. qui alios allegat. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.
82. num. 27. & 28.
10 Amp. vt etiam Abbates habentes iuriſdictionem
quaſi Epiſcopalem huiuſmodi legata pia exequi va-
leant, cum quo ad exercitium iuriſdictionis æquipa-
rentur Epiſcopis, vt ex Panormit. Innocen. Couar.
Molin. tradit Bonacin. in tit. de contract. diſ. 3. qu. 17.
punct. 1. §. 10. num. 1. verſ. addo ea tom. 2.
11 Siquidem Epiſcopus, & Epiſcopalem iuriſdictio-
nem habens in concernentibus pietatem, & officium
charitatis, ac humanitatis, non tam in eccleſiaſticos,
quam etiam in laicos exercere poteſt iuriſdictionem
cap. 1. & 2. diſ. 87. cap. ſuper quibuſdam in ſi. de verb.
ſignif. propterea indiſtinctè eſt executor omnium
piarum diſpoſitionum non ſolum morientium, ſed
etiam viuentium Clem. 1. de teſtam. Barboſ. de offic. &
poteſt. Epiſcop. alleg. 82. num. 1. & 2. Seraph. dec. 61.
numer. 7.
12 Amplia, vt etiam habeat facultatem compellendi
Regulares exemptos piarum voluntatum executo-
res ad reddendas rationes, ac eos punire ſi male geſ-
ſerint, vt probant Clem. 1. de teſtam. & tradunt Do-
ctores plenè relati per Barboſ. de offic. & poteſt. Epi-
ſcop. alleg. 82. num. 34. & 35. vbi ſubdit hanc can-
13 dem poteſtatem tranſire ad Capitulum ſede vacan-
te, & num. 36. refert Doctores differentes, an & quan-
do Regulares poſſint eſſe teſtamentorum executo-
res.
14 Amp. vt Epiſcopus ſit etiam executor Legatorũ,
ſeù relictorum ad prophanos vſus, ſiquidem quando
nullum ad exequendum tempus eſt conſtitutum à
15 teſtatore, tunc ad ſoluenda legata, & ad exequen-
dum in cæteris rebus vltimam voluntatem beneficiũ
delationis vnius anni competit hęredibus, ſiue exe-
cutoribus teſtamentarijs iuxta iuris communis di-
ſpoſitionem in l. nulli C. de Epiſcop. & Cleric. Vnde
16 ſi hæredes, vel executores etiam laici relictum præ-
ſtare, vel exequi neglexerint intra annum, executio
teſtamenti tam ad pias, quam ad non pias cauſas
deuoluitur ad Epiſcopum, eiuſque Vicarium Auth.
hoc amplius C. de fideicom. cap. nos quidem de teſtam.
dicta l. nulli C. de Epiſcop. & Cleric. Guttier. pract.
quæſt. lib. 1. cap. 44. num. 4. lib. 2. Marc. Anton. Ge-
nuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 69. num. 25.
Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg 82. num. 15.
Bellet. diſquiſit. Clerical. reali §. 5. num. 82.
17 Adeo vt officium huiuſmodi ſit iuriſdictionis
mixti fori, & ſic detur locus præuentioni inter Iu-
dicem eccleſiaſticum, & ſæcularem Tiraquel. de pri-
uileg. pia cauſa priuil. 149. Io. Honorius in compend.
iur. canon lib. 3. tit. 26. num. 20. Mant. de iuriſdict. p. 2.
cap. 11. num. 14. Sanchez in Opuſcul. tom. 2. lib. 4.
cap. 1. dub. 54. Abb. in cap. ſi hæredes num. 3. de teſtam.
Pereria de manu regia p. 1. cap. 16. num. 5. Molin. de
iuſtitia tom. 1. tract. 2. diſp. 250. nu. 5. Bonacin. in tit. de
contract. tom. 2. diſ. 3. qu 17. punct. 8. §. 10. num. 1.
verſ. imo communior Barboſ. in collect. tom. 2. lib. 3.
tit. 20. cap. 2. num. 12. relat. per Thom del Bene de
immun. Eccleſ. cap. 8. dub. 21. ſect. 18. num. 1. & ſect.
22. num. 7. tom. 1. & cap. 10. dub. 6. ſect. 7. num. 1. 9.
& ſeq. tom. 2. Caldas de nomin. Emphyt. qu. 19. n. 56.
Curtellus de Eccleſ. libert. lib. 2. qu. 99. Bobadil. in
Polit. tom. 1. lib. 2. qu. 17. num. 103. Diana reſol. mo-
ral. p 1. tract. de immun. Eccleſ. reſ. 98.
18 Ex ijs ſequitur quod Epiſcopus, eiuſque Vica-
rius ſit executor, & Iudex competens, etiam quo
ad relicta non pia, etiam ſi Iudex laicus non eſſet
negligens in adminiſtranda iuſtitia, adeo vt Epiſco-
pus poſſit in huiuſmodi cauſæ cognitione procede-
re tum ad inſtantiam partis, tum ex officio Thom.

del

*del Bene de immun. Eccleſ. cap.10. dub.6. ſect,7.nu.4.
tom. 2.* & latius *cap. 8. dub. 21. ſect.30. num. 7. 8.
9. & 10.*

18 Ee ratio eſt, quia Iudex eccleſiaſticus perſonis
miſerabilibus, & deſtitutis omni auxilio ſubuenire
tenetur *cap.ſuper quibuſdam de verbor. ſignif.* ac pro-
inde cum defuncti tamquam omni auxilio deſtituti
ex quo ipſi met cauſa agere nequeant, veniant no-
mine miſerabilium perſonarum, & conſequenter ſi-
cuti ſubiacent Epiſcopali iuriſdictioni, ita etiam
trahunt ad eamdem hæredes, & executores negli-
gentes eorum diſpoſitiones, vltimaſque voluntates
debitæ executioni demandare, vel alias retinentes,
vel occupantes bona relicta, & impedientes ne in
deſtinatum finem erogentur, vt ratiocinatur *Thom.
del Bene. de immun. Eccleſ. cap.8. dub.21. ſect.18.nu.
2. tom.1. & cap.10. dub.6. ſect.7. num.3. tom.2.* Ete-
19 nim in concernentibus pietatem, & officium Cari-
tatis, & humanitatis habet Epiſcopus in laicos iu-
riſdictionem etiam quo ad prophana *c. 1. & 2. diſ.
87. cap.ſuper quibuſdam in fi. de verbor. ſignif. Aufer.
in tract. de poteſt. Eccleſ. ſuper laicos num.3. cum alijs
per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.82. nu.1.
iuncto num.15. verſ. ratio autem.*

20 Quæ procedunt non ſolum ſi agatur contra hæ-
redes, & executores, verum etiam contra tertios
poſſeſſores, licet ſint laici, quia Epiſcopus, ſicut ha-
bet generalem facultatem à iure executioni deman-
dandi legata prophana, & non ad pios vſus elapſo
anno etiam contra laicos abſque vlla reſtrictione,
ita poſſunt coram eodem intentari omnes actiones,
competentes pro eorum conſecutione, vt non minus
actione perſonali, & via executiua, quam actione
reali, hypothecaria, & quocunque alio remedio
ſummario, & poſſeſſorio procedi valeat, vt bene
animaduertit *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap.
10. dub.6. ſect. 7. num. 5. & pluribus ſequen.* vbi al-
legat videndos *Guttier. pract. quæſt. canon. qu. 29.
num.14. Ciarlin. controuerſ. forenſ. cap. 28. num.25.
& 26. Gratian. diſcept. 62. num. 27. & ſeq.* qui tra-
21 dunt, remedia, & actiones competentes pro conſe-
quendis legatis.

22 Siquidem elapſo anno reſpectu defuncti, cuius
voluntas executioni non demandatur, quodlibet le-
gatũ, licet prophanum incipit eſſe pium, & quo ad
forum, vt ſuum ſortiatur effectum ſibi vindicat
priuilegium piæ cauſæ, præcipuè quia hæres exe-
cutor, & ſimiles, qui non adimplent voluntatem
defuncti peccant mortaliter ſecundum negligentiæ
qualitatem, & tradunt Doctores relati per *Barboſ.
de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 82. num. 15. in fi.*
23 *verſ. illa etiam ratio*, & ratione peccati Laicus effi-
citur de iuriſdictione Epiſcopi *Gratian. diſcept. 154.
num. 25. tom.1.*

24 Spatium verò prædicti anni in prophanis, & ſex
menſium in pijs relictis à lege, vel ab homine præ-
fixum, ſiue agatur de conuincenda hæredis alte-
riuſue executoris negligentia, deuoluendaue pote-
ſtate exequendi ad Iudicem competentem non ali-
ter currere incipit niſi à tempore aditæ hęreditatis,
& ſubſecutæ monitionis, ſeu ſcientiæ ad *text. in cap.
nos quidem vbi Abb. & Couar. num. 3. & 4. Bellet.
diſquiſit. Cleric. p.1. tit. de fauor. Cler. real. §.5. n.82.
verſ. quare annus Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop.
alleg.82. num 18.*

25 Lim. vt ſpatium hoc vnius anni non in fauorē hæ-
redum, aut executorum, ſed ſolummodo defuncto-
rum præfenltum exiſtat, ac proinde etiam ſtatim
poſt aditam hæreditatem legatum, ſeù relictum
26 peti poteſt, etenim quotieſcunque debitum
ex contractu, vel quaſi, & non in diem, neque ſub
conditione, ſed purè contractum ſit, ſtatim ad eius
exactionem deueniri permittitur, ex quo nulla
dilatio à iure præſcribatur in huiuſmodi caſu *l. cum
qui 41. §. quoties ff. de verbor. ſignif. l. quod dicimus*
27 *105. ff. de ſolution. in prin.* vbi hæres autē per actum
aditionis hæreditatis ſtatim obligatur ex quaſi
contractu non in diem, neq; ſub conditione, ſed pu-
rè *§. hæres inſtitutus de oblıgat. quæ ex quaſi contract.
vbi glo. in verb. intelligitur l. apud Iulianum 3. §. vl-
tim. cum l. ſequen. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. Rol. à
Val. conſ.8. num 25. vol.2. Galleſ. de oblig. Cameral.
qu.4. num.4. Adden. ad Burat. dec 257. nu.22. verſ.
& eſt ratio Rot. dec.418. num. 14. p.5. tom. 2. recen.*
28 ac proinde ſtatim abſque aliqua temporis dilatione
pulſari, & cogi poteſt ad præſtandum legatum,
relictumque ſoluendum, ita *Barboſ. de offic. & po-
teſt. Epiſcop. alleg.82. num.29. & ſeq.*

SVMMARIVM.

1 Teſtamentum, an ſit ad pias cauſas non ex legatis, ſed ex hæredis inſtitutione deſumitur.
2 Legata relicta Eccleſijs, vel in pios vſus, vel amore Dei dicuntur ad pias cauſas.
3 Legatum relictum Monacho, dicitur ad pias cauſas.
4 Legatum, vt dicatur pium, ſufficit ſi habeat annexam piam cauſam.
5 Hæreditas delata Monacho acquiritur Monaſterio, licet defunctus contrarium diſpoſuiſſet.
6 Relictum pro anima dicitur ad pias cauſas.
7 Pro vt etiam relictum pro malè ablatis.
8 Teſtamentum factum ſub fide hæredis de exonerando ſuam conſcientiam, dicitur ad pias cauſas, & valet etiam, ſine ſolemnitatibus.
9 Relictum ad ſoluendum creditoribus dicitur pium. Amp. num.10.
11 Legatum factum conſanguineo pauperi dicitur pium. Contrar. num. 12.
13 Relictum perſonæ pauperi, dicitur ad pias cauſas.
14 Pro vt etiam relictum viduis.
15 Legatum factum pro virginibus maritandis, an & quando dicatur ad pias cauſas.
16 Legatum relictum Confraternitati laicorum, an & quando dicatur pium.
17 Pia cauſa, quæ facit valere teſtamentum, ſine ſolemnitatibus, quæ dicatur.
18 Teſtamentum dicitur ad pias cauſas, ſi fuerit primo loco, & non in remotum inſtituta pia cauſa. Contrar. num.19.
19 Teſtamentum à ſubſtitutione vires habere poteſt.
20 Teſtamentum dicitur ad pias cauſas ſi legata pia abſorbeant maiorem partem hæreditatis, ſecus ſi non abſorbeant nu. 21.
22 Diſpoſitio non eſt neceſſaria, vt tota ſit ad pias cauſas, vt relicta ſuſtineantur.
23 Diſpoſitio, & legatum dicitur ad pias cauſas, ſi cauſa pietatis congruat perſonæ.
24 Diſpoſitio vt dicatur ad pias cauſas, quæ ſint neceſſaria.
25 Teſtamentum ad pias cauſas, ſi conſtat de voluntate teſtatoris ſuſtinetur abſque ſolemnitatibus.
Et ſufficit de eo conſtare quibuſcunque inditijs ibid.
26 Ampl. vt huiuſmodi Iuris Canonici diſpoſitio ſeruetur, etiam in terris Imperij.
27 Diſpoſitio ad pias cauſas valet etiam abſque hæredis inſtitutione. Contrar. 28.
29 Teſtamentum minus ſolemne ad pias cauſas valet etiam quo ad legata prophana.
30 Contractus indiuiduus non poteſt prò parte valere, prò alia reprobari.

31 Teſta,

Digitized by Google

31 Teſtamentum ad pias cauſas etiam nuto conditum valet.
32 Per ſcedulam manu teſtatoris ſcriptam, vel ſubſcriptam valet ſicut inter liberos.
33 Amp. etiam ſi non fuerit publicatum.
34 Contrarium, quod vltra ſubſcriptionem teſtatoris requirantur duo teſtes tenent alij DD.
35 Teſtamentum ad pias cauſas valet, licet deficiat dies, Menſis, & annus, & licet ad hunc effectum relicta fuerint ſpatia alba num. 36.
37 Declara procedere ſi teſtamentum manu defuncti ſit ſcriptum, vel ſubſcriptum.
38 Declar. 2. vt pia cauſa ad hunc effectum cenſetur, quæ reſpicit honorem Dei, vel animæ ſalutem.
39 Teſtamentum ad pias cauſas, ſi non ſit ſcriptum, vel ſubſcriptum a teſtatore duo teſtes ſufficiunt.
40 Declar. procedere ſi teſtes, vel alter ſit integer alias tertius exigitur.
41 Declar. 2. vt non exigatur, quod teſtes fuerint rogati.
42 Mulier in teſtamento ad pias cauſas poteſt eſſe teſtis.
43 Teſtium ſubſcriptio in teſtamento ad pias cauſas non exigitur.
44 Teſtamentum ad pias cauſas valet, ſi ſit imperfectum ratione ſolemnitatum, ſecus ſi ratione voluntatis nu. 48. Contrar. 49. concorda vt num. 50.
Quando dicatur imperfectum ratione voluntatis ibid.
45 Voluntas imperfecta fauore piæ cauſæ non ſuſtinetur.
46 Non eſt fauendum piæ cauſæ contra iuris regulas.
47 Subſtitutio tacita pupillaris non habet locum matre in medio exiſtente etiam ſi pia cauſa ſubſtituta fuiſſet.
50 Teſtamentum ad pias cauſas imperfectum ratione voluntatis, an, & quando ſuſtineatur.
51 Non eſt neceſſe, quod fuerit lectum coram teſtatore, & teſtibus.
52 Teſtamentum ſcriptum, vel ſubſcriptum manu teſtatoris valet ſine teſtibus inter liberos, & ad pias cauſas.
53 Limit. quo ad extraneos, ad quorum fauorem non valet, niſi ſaltem duo teſtes interueniant nu. 54. vel ſaltem requiritur ſubſcriptio liberorum nu. 55.
56 Teſtamentum inter liberos, & ad pias cauſas ſuſtinetur etiam ſi non fuerit publicatum.
57 Legata pia in teſtamento minus ſolemni relicta valent, Contrar. 58. declara vt nu. 59.
60 Teſtamentum ad pias cauſas non valet quo ad legata prophana, ſi deficiat iuris ſolemnitas Contrar. nu. 61.

Teſtamentum, & legatum quando dicantur ad piam cauſam.

ADNOTATIO VII.

1 TEſtamentum, an ſit ad pias cauſas non ex legatis, ſed ex hæredis inſtitutione deſumitur, iuxta vulgatam regulam, quod teſtamentum non ex legatis, ſed in hæredis inſtitutione conſiſtat a qua recipit formam, naturam, & ſubſtantiam, *l. 2. §. fi. ff. ſi quis omnis, cauſ. teſtam. l. ſi nemo de teſtam. tutor. Salycet. in Auth. cauſa num. 7. C. de ſacroſant. Eccleſ. Ferentil. in addit. ad Burat. dec. 475. ſub num. 17. Caſar de Graſſ. deciſ. 155. num. 7. de teſtam.*

2 Legata Eccleſijs, Monaſterijs, Altaribus, vel quomodocunque in pios vſus, vel amore Dei relicta dicuntur ad pias cauſas *Surd. deciſ. 292. num. 1. Ceſar de Graſſ. deciſ. 155. num. 1. de teſtam.* vnde 3 legatum factum Monacho, dicitur pium, non ſolum quia pauperi factum dicitur, verum etiam, quia reſpicit perſonam, quæ ratione qualitatis ſtatus Religionis cenſetur pia cauſa, cum ſufficiat, vt pia cauſa ſit annexa, etiam non principaliter ad hoc, vt legatum pro pio habeatur, vt ex *Bald. & Aret. tradit Belles. diſquiſit. Cleric. tit. de fauor. Cleric. real. §. 5. num. 83.* Tum etiam quia relictum acquiritur

5 Monaſterio, & hæreditas quæ obuenit Monacho poſt emiſſam profeſſionem defertur immediatè non ipſi Monacho, ſed Monaſterio, in quo profeſſionem emiſit, iuxta communem canoniſtarum opinionem, *Innocen. in cap. in præſentia 8. num. 6. circa fi. verſ. hoc autem Abb. num. 76. & ſeq. Butr. nu. 28. verſ. vnde capacitas iuncto verſ. & omnia Ruin. conſ. 204. num. 12. volum. 1. Socin. ſen. conſ. 183. poſt prin verſ. tamen communis opinio lib. 2. Curt. iun. conſ. 43. num. 8. lib. 1. Honded. conſ. 94. num. 15. lib. 1. & conſ. 76. num. 11. lib. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 363. num. 17. & ſeq. Caualer. deciſ. 346. num. 1. Burat. deciſ. 639. num. 14. & ſeq. & in Romana ſucceſſionis de Comitibus 23. Iunij 1642 coram Dunozet. poſt Michalor. de frat. deciſ. 59. nu. 5.* Adeout ſi Religioſo aliquid fuerit relictum ſub conditione, vt dominium relicti ad ipſum, & non ad Religionem ſpectet nihilominus acquiritur Religioni, cum dicta conditio, ſeu modus, vel tanquam turpis, vel tanquam impoſſibilis pro non ſcripta habetur, vt comprobat *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 8. dub. 21. ſect. 24. num. 13. & ſeq. tom 1.*

6 Relictum prò anima, cum idem ſit ac relictum pro amore Dei, dicitur ad pias cauſas *Abb in rub. de teſtam. ſub num 9. verſ. & ſitas primo Rom. conſ. 69. num. 1. & 2. Caſtr. conſ. 163. num. 2. & 4. lib. 2. relat. per Ceſar. de Graſſ. deciſ. 155. num. 3. de teſtam. Rot. deciſ. 74. num. 25. p. 2. diuerſ.*

7 Hinc eſt quod etiam relictum prò male oblatis, & prò exoneratione conſcientiæ, cum reſpiciat honorem Dei pariter cenſetur ad pias cauſas *Gratian. diſcept. forenſ. 329. num. 13. Rota deciſ. 74. nu. 25.* 8 *p. 2. diuerſ.* propterea, ſi teſtator inſtituat aliquem ſub fide, quod exoneret conſcientiam ſuam, principaliter contemplaſſe cenſetur æternam ſalutem, & animæ ſubleuamentum, & conſequenter diſpoſitio eſt ad pias cauſas, & valet teſtamentum factum abſque ſolemnitatibus *Rota in Romana, ſeu Iannen. locorum montium 16. Maij 1650 5. inſuper enim coram Emin. Ottbobono inter eius impreſ. deciſ. 216. num. 9. & 10.*

9 Immò relictum ad ſoluendum creditoribus eiſq; ſatisfaciendum, cum pariter tendat in defuncti leuamen, & conſcientiæ exonerationem, cenſetur ad pias cauſas, vt tradunt *Doctores relati per Gratian. diſcept. 329. num. 16.* Et ſic legatum factum ſub 10 prohibitione, quod legatarius non debeat moleſtare hæreditatem, quacunque de cauſa, vel occaſione, aſſumit quoque naturam legati pij, præcipuè ſi legatarius ſit creditor Teſtatoris, vt potè quia factum iudicatur in compenſationem debiti, propterea hæc celerior ſolutio eiuſdem animæ ſuffragijs venit adſcribenda, vt animaduertit *Tiraquel. de priuil. piæ cauſ. in præfat in fi. Thor. in eod. tract. pariter in præfat. verſ. item relictum factum ad colludendam.*

11 Legatum factum conſanguineo pauperi dicitur pium, præcipuè ſi ſit adiecta cauſa pia puta *per Carità vel ob amorem Dei*, cum potius relictum cenſeatur intuitu pietatis, quam conſanguinitatis, & videatur magis conſideratum exemplum, ac charitatis motiuum, quam vinculum ſanguinis, vt relectis *Ciarlin & alijs tenet glo. in cap. 2. de ſepult. Bal. in l. p. C. de ſacroſant. Eccleſ. ibique Paul. de Caſtr. in fi. Iaſ. conſ. 185. col. 1. in prin. verſ. 6. vol. 2.*

Alex.

Alex. conſ. 159. ad fi. vol. 6. Thor. in tract. de priuil. piæ cauſ. in præfat. verſ. amplia quod, Cancer. var. reſol. tit. de legat. cap. 20. num. 385. 401. & ſeq. Gratian. diſcept. 605. num. 28. & 29. late Barboſ. de iur. Eccleſ. vniuerſal. lib. 3. cap. 27. num. 10. verſ. contrarium vero Boer. deciſ. 94. num. 2. circa med.

12 Contrarium quod legatum factum conſanguineo pauperi non dicatur pium, tamquam factum potius intuitu perſonæ, & ſanguinis, quam paupertatis, ex quo ſanguinis affectio præfertur charitati tradit Tiraquel. de pia cauſ. in præfat. num. 16. 17. & 18. Dec. conſ. 120. num. 4. Cephal. conſ. 216. num. 23. Alciat. conſ. 213. num. 13. Menoch. lib. 4. præſumpt. 115. num. 6. vſque ad 10. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 2. qu. 8. num. 9 bene Buttilier. de ſucceſſ. ab inteſt. tit. de renunciat. ſucceſſ. cap. 2. Theor. 104. num. 21. Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 18. art. 4. num. 13. 14. & 15. ac vot. 29. num. 7. Bonacin oper. moral. tom. 2. tit de contract. diſ. 3. qu. 17. punct. 8. §. 2. num. 2. in fi. Santbez. de matrim. lib. 1. diſ. 4. num. 9. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 4. qu. 2. num. 37. Vincen. de Franc. deciſ. 4. num. 13. vbi allegat. text. in l. Tutor. §. qui tutoribus ff. de excuſat. tutor.

13 Regulariter verò relictum perſonæ pauperi ratione ſtatus miſeratione digni dicitur ad pias cauſas, etiam ſi non ſit omnino indigena, ſed ſecundum ſuam conditionem, & nobilitatem viuere non poſſit Bart. in repet. l. p. in 2. p. 2. quæſt. principalis C. de ſacroſant. Eccleſ. Bald. loquens de nobili in repetition. l. 1. verſ. ſuper 5. qu. & in l. ſi quis ad declarandum verſ. circa tertium C. de Epiſcop. & Cleric. Barbat. conſ. 56. fere per tot. Thor. de priuil. piæ cauſ. in præfat. verſ. intellige ſecundo quod.

14 Et quoniam perſonæ in ſtatu viduili permanentes pariter ſunt miſeratione dignæ, legatum eiſdem relictum ſibi vindicat priuilegium piæ cauſæ Molſeſ. conſ. 13. num. 158. Simon de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dub. 1. num. 1. Thor. de priuil. pia cauſ. in præfat. verſ. item relicta viduis, & verſ. & videtur hoc comprobari Nauar. in tract. de priuil. miſerabil. perſon. ex prælud. 8. num. 1. Menoch. lib. 4. præſumpt. 115. num. 10.

15 Proue legatum conditum prò virginibus maritandis, ſi conſtat eas eſſe pauperes, dicitur legatum pium, ſecus ſi relinquatur mulieri diuiti, aut vbi magis præſumatur affectio, quam miſericordia, niſi fuerit dictum pro amore Dei, nam tunc etiam ſi non conſtet eſſe pauperes, nihilominus ratione intentionis Teſtatoris Deum pro fine habentis aſſumit qualitatem piæ cauſæ latè Boer. deciſ. 94. per tot Cæſar. de Graſſ. dec. 155. num. 2. de teſtam.

16 Ita pariter legatum relictum laicorum Confraternitati, vel ſodalitati, auctoritate Epiſcopi erectæ, ex quo dicatur locus pius cenſetur pium, eoque fortius ſi habeat annexum Hoſpitale, vt potè quia huiuſmodi Confraternitates ſe exercent in operibus pijs, eorumque redditus in pios vſus conuertere ſolent, adeo vt Teſtator videatur, ita relinquendo reſpexiſſe potius opera pia, quæ exercentur per Cõfratres, & manutentionem Confraternitatum, quam ipſos Confratres, ſecus ſi ſint mere laicales abſque Epiſcopi auctoritate erectæ, vt alijs congeſtis tradit Sperel. dec. 153. num. 23. & 24. tom. 2.

17 Et pia cauſa, quæ facit valere teſtamentum manu Teſtatoris ſcriptum abſque teſtibus, & nullis ſeruatis ſolemnitatibus ea ſolum dicitur, quæ reſpicit honorem Dei, & ſalutem animæ, non autem pietatem hominum, vt ſi fuerit legata libertas, ita magiſtraliter dixit Rot. deciſ. 74. num. 23. & 24. p. 2. recet.

18 Teſtamentaria verò diſpoſitio dicitur ad pias cauſas, quando fuit primo loco inſtituta pia cauſa, ſecus ſi in remotum, & in certum futurum euentum ſubſtituta, cum ex hæredis inſtitutione deducatur, ius teſtamenti, an ſit ad pias cauſas, vel non vt ex Butr. Socin. Salic. tradit Ferentil. ad Burat. dec. 475. num. 17.

19 Contrarium, & verius quod teſtamentum dicitur ad pias cauſas, ſiue ipſa fuerit in primo gradu inſtituta, ſiue in quocumque alio gradu ſubſtituta, ſeu per fideicommiſſum vocata, nam in caſu mixto, & vbi pro parte agitur de pia cauſa, ab iſta qualitate posteriori, ac ratione vltimi finis totum teſtamentum qualificatur, & eo ipſo quod ſucceſſionis via piæ cauſæ aperitur ad pias cauſas ipſa diſpoſitio dici debet, Paul. de Caſtr. in l. cum dotem ff. ad l. falcid. Bert. in l. præcipimus §. penult. C. de appella. Dec. conſ. 404. num. 4. & 5. vol. 2. eſt caſus in cap. ſi pater de teſtam. lib. 6. Nec eſt inconueniens, vt teſtamentum à ſubſtitutione vires habere incipiat l. & ſi perceperit §. fi. & ibi Bart. & ceteri omnes ff. de lib. & poſt, & ita fuiſſe deciſum in Regno Neapolitano teſtatur Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 8. art. 2. num. 5. & 6. vbi quod procedat, etiam ſi teſtator tertio loco piam cauſam ſubſtituiſſet, cum in ea concurrat maior dilectio, & ideo quod dicta pia cauſa habeatur, ac ſi directe ſubſtituta fuerit, & alios allegat.

20 Dicitur vlterius teſtamentum ad pias cauſas etiã ſi ipſa non fuerit inſtituta, dummodo legata pia facta in teſtamento abſorbeant maiorem partem hæreditatis Bald. in l. aufa §. Titius ff. de condit. & demoſtr. Dec. conſ. 504. num. 3. Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 8. art. 2. num. 8. Ferentil. in adnot. ad Burat. deciſ. 475. num. 18. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 155. alioquin. 5. num. 16. de teſtam.

21 Sed ſi ipſa pia cauſa principaliter inſtituatur abſque dubio teſtamentum dicitur ad pias cauſas, ſecus autem ſi inſtituatur laicus, & legata pià in illo teſtamento relinquantur, quæ non abſorbeant maiorem partem hæreditatis, Anton. de Butr. in cap. quod Clericis col. pen. verſ. ideo puto quod ſi laicus inſtituta Eccleſia de foro competen. Salyc. in auth. ceſſa num. 7. C. de ſacroſant. Eccleſ. cum alijs relat. per Dian. reſol. moral. p. 7. tract. 6. de teſtam. priuil. reſol. 1. & tradunt plenè Doctores relati per Mart. de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 8. art. 2. num. 1. & 2.

22 Non eſt tamen neceſſarium, vt tota diſpoſitio ſit ad pias cauſas, vt relicta ſubſtineantur, & debeantur teſtamenti nullitate non obſtante Merlin. de legit. lib. 5. tit. 2. qu. 8. num. 6. vbi alios allegat, ſed exuberat, vel quod principaliter ſit inſtituta, vel ſubſtituta pia cauſa, vel quod legata maiorem partem bonorum abſorbeant iuxta ſuperius allegata.

23 Ad agnoſcendum verò an legatum, vel teſtamentum ordinatum ſit ad pias cauſas, regula generalis eſt, vt diſpoſitio intelligatur ad pias cauſas, ſi cauſa pietatis congruat perſonæ, ſecus ſi non congruat, nam ex qualitate perſonæ arguitur cauſa pia, & amor Dei ad text. in l. illud C. de ſacroſant.

Eccleſ. & ex Angel. Bald. Barbat. Abb. Roman. tradit Boer. deciſ. 94. per totam.

24 Propterea ad hunc effectum duo neceſſaria eſſe dicit *Tiraquel. de priuil. pia cauſ in præfat. num. 3.* nempè vt concurrat pietas perſonæ, ſecundo vt diſpoſitio ſit facta cauſa pietatis. vnde qui diuiti legat quamuis amore Dei, non eſt cauſa pia, quia deficit cauſa ipſa pietatis in perſona, & ſic è contra ſi quis pauperi aliquid leget, ſed non intuitu pietatis, non videtur legatum pium, quia deficit pietas in ipſa cauſa legati, ita ex *Bald. in l. illud. nu. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. tradit. Merlin. de legit lib. 5. tit. 2. qu. 8. num. 7. & 8.* vbi alios allegat.

25 Ipſa verò diſpoſitio, ſeu teſtamentum ad pias cauſas redditur validum abſque ſolemnitatibus à iure ciuili requiſitis, & exuberat ſi concurrat ſola iuris diuini, vel gentium ſolemnitas, propterea ſatis eſt conſtare de certa voluntate teſtatoris omiſſis omnibus ſolemnitatibus, vt probat *Tiraquel. de pia cauſa priuil. 64. Abb. in cap. relatum num. 2. & 5. de teſtam. & ibi Couar. num. 1. & 2. Dilect. de arte teſtam. tit. 2. caut. 3. num. 4. Clar. in §. teſtamentum qu. 6. num. 1. Craſſ. in eod. §. qu. 18. num. 2. late Couar. conſ. 261. vol. 1. & conſ. 307. vol. 3. Bart. & cæteri omnes in l. 1. C. de ſacroſant. Eccleſ. Bero conſ. 1. num. 2. lib. 2. Bellon. inn. conſ. 16. nu. 1. plene Diana reſol. moral. p. 4. tract. 6. de teſtam. priuileg. reſol. 2. verſ. de iure canonico*, & ita obſeruari in quocunque foro etiam laicorum teſtatur, *Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 8. art. 3. num. 1. to. 2. Rot. deciſ. 74. num. 13. p. 2. diuerſ.* vbi quod ſufficiat conſtare quibuſcunque indicijs de teſtamento ad pias cauſas, ſicut ſufficit inter liberos, *deciſ. 805. num. 5. coram Merlino & in Romana, ſeu Iannen. locorum montium 16. Maij 1650. §. inſuper cum coram Emin. Ottbob. inter eius impreſ. deciſ. 216. nu. 9. & 10.*

26 Et quod huiuſmodi iuris canonici diſpoſitio obſeruetur non ſolum in terris Eccleſiæ, ſed etiam in terris Imperij teſtatur *Diana reſol. moral. p. 7. tract. 6. de teſtam. priuileg. reſol. 2. per tot. ex Boer. quem allegat deciſ. 93. num. 3. Craſſ. tract. de ſucceſſ. §. teſtamentum qu. 6. num. 1. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 3. num. 4. Tuſch. conclu. 116. nu. 74. tom. 8. Tamerus. in deſenſ. Eccleſiaſt. libert. lib. 2. cap. 8.*

27 Amp. vt teſtamentum ad pias cauſas valeat abſq; hæredis inſtitutione, vel etiam ſi non relinquatur aliquid titulo inſtitutionis, ſed ipſa diſpoſitio contineat tantum legata ad pias cauſas *Bart. in l. 1. C. de ſacroſant. Eccleſ num. 62. Alex. in l. inter cætera in prin. num. 4. ff. de lib. & poſt. Abb. in cap. indicare de teſtam. Tiraq. de priuil. pia cauſ. priuil. 15. Peregrin. de fideicom art. 2. num 33. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 2. qu. 8. num. 3. Card. de Lugo de iuſt. tom. 2. diſ. 22. ſect. 9. num. 271. Clar. in §. teſtamentum qu. 6. num. 8.* vbi quod hæc opinio à Doctoribus ſit communiter approbata, & quod aliquid relinquatur filio titulo inſtitutionis ſit merè ſolemnitas à iure ciuili introducta, quæ in teſtamentis ad pias cauſas non attenditur, vnde diſpoſita ſubſtinentur, & ſunt præſtanda, vt tradunt Doctores relati per *Fuſar. de ſubſtit. qu. 566. num. 23.*

28 Contrarium ſentiunt alij Doctores relati per, *Craſſ. in §. legatum qu. 68. num. 4. verſ. contrarium.*

29 Amp. vt teſtamentum minus ſolemne conditum ad pias cauſas valeat etiam quo ad legata facta laicis non concernentia piam cauſam *Iaſ. in l hac conſultiſſima §. ex imperfecto num. 10. C. de teſtam. Couar. in cap. relatum in p. num. 2. de teſtam Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 8. dub. 21. ſect. 21. num. 3. tom. 1. Craſ. in §. teſtamentum qu. 18. num. 7. cum alijs per Mart. de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 8. art. 3. num. 16.*

30 Etenim prò alijs legatis intrat priuilegij communicatio propter communem cauſam, & deſenſionem, & executionem cum contractus ſit indiuiduus, ita vt nequeat pro parte valere, & prò alia reprobari *l. ſi communem ff. quemadmodum ſeruit. amittat Felin. in cap 1. num. 6. de præſcript. Nat. conſ. 590. num. 16. lib. 2. Theſ. deciſ. 177. num. 5. relat. & ſecut. per Rot. deciſ. 126. num. 7. p. 7. recent.*

31 Amp. vt teſtamentum ad pias cauſas etiam nutu conditum valeat *glo. in cap. cum tibi de teſtam. Bald. in l. 1. C. de ſacroſant. Eccleſ. & in l. ſi poſt diuiſionem C. de iur. & fact. ignorant. & in l. diſcretis C. qui teſtament facere poſſ. Ancar. & Imol. in c. 2. de teſtam. Felin. in cap. in præſentia de probat. Barbatia conſ. 43. vol. 3. Bolognet. conſ. 53. Clar. in §. teſtamentum qu. 6. num. 7. Tiraq. de priuil. pia cauſ priuil. 8. Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 3. cap. 27. num 97. Card. de Lugo de iuſt. tom. 2. diſ. 22. ſect. 9. num. 269. Dian. reſol. moral. p. 7 tract. 6. de teſtam. priuil. reſol. 22. Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 8. art. 3. num. 10. vbi in fi.* ſubdit hoc eſſe verum, ſi de voluntate Teſtatoris liquido conſtare poſſit, ex *Couar. quem allegat in cap. cum tibi de teſtam.*

32 Amp. vt teſtamentum per ſchedulam manu Teſtatoris ſcriptam, ſeu ſubſcriptam, ſicut valet inter liberos, licet ſine teſtibus confectam, multo magis ſubſtineri debet ad piam cauſam, quæ fauorabilior eſt, quam cauſa liberorum excepta legitima, & hanc opinionem tamquam magis communem ſemper ſecuta eſt *Rot. recedendo a deciſ. Pute. 97. lib. 3. vt in deciſ. 553. num. 2. p. 1. dec. 74. nu. 16. & 17. p. 2. diuerſ. Achil. deciſ. 1. de teſtam. Cauale. deciſ. 553. num. 1. per tot. Burat. deciſ. 475. num. 1. & 2. & tradit Imol. in l. ſi quis cum teſtam. num. 5. & ſeq. de teſtam. Alex. conſ. 4. num. 10. verſ. accedit ad ſubſtinendum vol. 7. Iaſ. conſ. 61. vol. 1. Corn. conſ. 307. num. 6. & plurib. ſeq. vol 3. Tiraq. de priuil. pia cauſ. priuil. 5. latiſſime Ruin. conſ. 71. num. 16. 17. & 18. lib. 3. Gratian. diſcept. 895. nu. 24. Boer. deciſ. 240. num. 1. & 2. Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. qu. 8. art. 3. num. 9.*

33 Hinc eſt, vt teſtamentum manu teſtatoris factum non tamen publicatum, vt ſi Teſtator fuerit morte præuentus ante Tabellionis acceſſum, vel ante quam haberi potuerint teſtes valeat, tam inter liberos, quam ad pias cauſas, quia de huiuſmodi teſtamento priuilegiato ſufficit conſtare quibuſcunque indicijs *Bart. in l. fideicommiſſa § 1. ff. de legat. 2. Menoch. conſ. 267. num. 33. & 34. lib. 3. Gratian. diſcept. 235. num. 14. Couar. in cap. relatum il p. nu. 12. de teſtam. & reprobato Socin. iun. dixit. Rot. dec. 74. a num. 12. 13. & 20. p. 2. diuerſ.*

34 Contrarium quod in teſtamento ad pias cauſas vltra ſubſcriptionem Teſtatoris requirantur duo teſtes prò eius validitate tenet *Paul. de Caſtr. conſ. 450. prope fin. verſ. item non obſtat lib. 2. Aret. conſ. 64. col. pen. circa med. verſ. veruntamen iſtis Alex.*

conſ.

conſ. 76. num. 15. vſque ad num. 17. Bald. in l. 1. in
fi. C. de ſacroſant. Eccleſ. Clar. in §. Teſtamentum
q. 7. verſ. aliquando enim Pute. dec. 97. per totam.
35 Amplia primam opinionem, tamquam veriorem, æquiorem, & magis receptam, vt in propoſito,
nec requiratur dies, menſis, & appoſitio anni Alex.
conſ. 4. num. 15. vol. 7. Cephal. conſ. 106. num. 23.
Decian. reſponſ. 46. num. 156. vol. 2. Gratian. diſcept.
895. num. 40. 41. 42. & 54. Burat. dec. 475. nu. 3.
36 vbi quod non dicatur imperfectum tale teſtamentũ
defectu voluntatis, licet dimiſſa fuerint ſpatia alba
pro apponendo anno, die, Menſe, & indictione, cũ
per talẽ dimiſsionem non dicatur mutata voluntas
teſtatoris ad l. ſi teſtamentum C. de inſtit. & ſubſtit. &
l. cum Pater §. vltim. ff. de legat. 2. Auth. quod ſane
C. de teſtam. cap. cum eſſes de teſtam.
37 Declara ſupradicta procedere ſi liquido conſtare
poſſit teſtamentum manu defuncti ſcriptum, vel
ſubſcriptum eſſe Marta de ſucceſ. legal. p. 4. qu. 8. art.
3. num. 9. tom. 2. & latè de teſtamento inter liberos
eadem p. 4. qu. 3. art. 7. per totam.
38 Declara 2. vt pia cauſa, quæ facit valere teſtamentum manu teſtatoris ſcriptum, ſine aliquo teſte
ea ſolum cenſeatur, quæ reſpicit honorem Dei, vel
ſalutem animæ, non autem pia cauſa, quæ ſolum
concernit pietatem humanam, vt ſi relinquatur libertas ſeruorum, vt dixit Rot. d. 74. nu. 24. p. 2. diuerſ.
39 Amp. principalem concluſionem, vt teſtamentũ
ad pias cauſas, ſi non ſit manu teſtatoris ſcriptum,
ſeu ſubſcriptum ad eius validitatem duo teſtes ſufficiunt cap. relatum il p. de teſtam. vbi Cauar. in 1. nu.
2. Tiraquel. de priuil. pia cauſ. priuil. 1. Clar. in §. teſtamentum qu. 6. num. 2. verſ hinc infertur, vbi quod
hoc ſit ſeruandũ tam in foro eccleſiaſtico, quã ſæcu.
lari Mart. de ſucceſ. legal. p. 4. q. 8. art. 3. n. 2. tom. 2. vbi
ſubdit ex Corn. conſ. 261. col. 2. verſ. his minimè re-
40 fragantibus hoc procedere dũmodo dicti teſtes, vel
alter ex eis ſit integer, aliàs quod tertius exigatur,
qui teſtes non requiruntur pro eius ſubſtantia, ſed
ad illius probationem Corn. conſ. 215. num. 4. lib. 1.
& conſ. 307. num. 6. lib. 3. Tiraq. de priuil. pia cauſ.
priuil. 1. verſ. hoc autem intellige Rot. dec. 734. nu. 7.
p. 1. diuerſ. & ex Couar. in c. relatum n. 12. de de teſtam.
comprobat Mart. de ſucceſ. legal. p. 4. q. 8 art. 3. n. 4. in fi.
41 Non tamen exigitur, vt dicti duo teſtes ſint rogari, eorumque rogitus non eſt neceſſarius Bart. in
l. 1. num 76. de ſacroſant. Eccleſ. & ibi Bald. in fi. Couar. in cap. relatum num. 6. de teſtam. Coſta in repetit.
cap. ſi Pater in verbo in ſuo teſtamento nu. 9. de teſtam
in 6. Alex. conſ. 131. num. 2. verſ. ſecundo præſuppono vol. 7. Clar. in §. Teſtamentum qu. 6. num. 3. verſ.
ſecundo infertur. vbi in fi. ſubdit quod ab hac, nec in
conſulendo, nec in iudicando ſit recedendum Craſ.
in §. teſtamentum q. 5. num. 5. Marta de Succeſ. legal.
p. 4. qu. 8. art. 3. num. 5. & 6. Diana reſ. moral. p. 7.
tit. de teſtam. priuil. reſol. 18.
42 Quinimo in teſtamento ad pias cauſas etiam
mulier poteſt eſſe teſtis Couar. in cap. relatum il pri.
mo num. 5. de teſtam. Dec. in l. 2. num. 28. ff. de reg. iur.
glo. in auth. quod ſine de teſtam. Clar. in §. teſtam q. 6.
num. 4. Farinac. de text. qu. 59. Diana reſol. moral.
tit. de teſtam. priuileg. p. 7. reſ. 17.
43 Ipſa verò teſtium ſubſcriptio neque exigitur in
teſtamento ad pias cauſas Reuſnero de teſt. p. 4. cap.
12. Vaſquez. de ſucceſſ. §. 14. num. 80. Hunic. in
Encyclopedia iuris p. 4. tit. 3. cap. 2. num. 5.

44 Limit. principalem concluſ. vt teſtamentum ad
pias cauſas valeat, quando eſt imperfectum ratione ſolemnitatum, ſecus ſi eſſet imperfectum ratione
voluntatis. quando teſtator non perfecit, quod facere, & diſponere deſtinauerat in illo actu, ſed tantum fuit in propoſito, & tractatu diſponendi, vt ſi
teſtator plura propoſuiſſet circa eius vltimam voluntatem vltimumque elogium, & antequam illa
rata, & firma cenſuerit, & actus ſolemniter ageretur, & ante hanc ipſius voluntatis perfectionem
coram Notario, & teſtibus obierit, nam hoc caſu,
cum teſtamentum non ſit perfectum reſpectu voluntatis, neque ad fauorem piæ cauſæ ſuum poteſt habere effectum, cum reſoluatur in ſimplicem velleitatem, quæ nihil ponit in actu, ſed ſolum in ſpe conſiſtit Oltrad. conſ. 119. Dec. in cap. 1. num. 15. de fid.
inſtrum. Pariſ. conſ. 24. num. 11. vol. 3. Couar. in cap.
relatum il 1. num. 9. de teſtam. Marta de ſucceſſ. lega.
p. 4. qu. 8. art. 3. num. 11. & ſeq. tom. 2. Clar. in §. teſtamentum qu. 7. num. 4. Craſ. in eodem § q. 11. num. 2.
Gram. dec. 62. num. 15. Boer. dec. 93. num. 10. eſt caſus in l. ſi quis cum teſtamentum ff. de teſtam.
45 Voluntas enim imperfecta fauore piæ cauſæ non
ſubſtinetur Oltrad. conſ. 119. & eſſe communem
probat Iaſ. in conſ. 135. verſ. ſed per Aduocatas vol.
4. Clar. in dicta qu. 7. num. 3. verſ. aliquando, &
46 tertio, nec eſt fauendum piæ cauſæ contra regulas
iuris expreſſas cap. ex tenore de foro competen. ibi nos
attendentes quod ita ſumus vidui in iuſtitia debitores, quod alijs iniuſtitiam facere non debemus cap. 1. de
teſtam. in 6. & tradunt Doctores omnes in l. Centurio
ff. de vulgar. vbi concludunt, quod tacita pupilla-
47 ris non habeat locum matre exiſtente in medio etiã
ſi pia cauſa ſubſtituta fuiſſet, vt comprobat Marta
de ſucceſ. legal. p. 4. qu. 8. art. 3. num. 11. vſque ad
48 15. tom. 2. Vnde quod teſtamentum imperfectum
ratione voluntatis non ſubſtineatur etiam fauore
piæ cauſæ de communi, & recepta ſententia teſtantur Doctores relati per Surd. dec. 292. num. 15. & dixit Rot. dec. 576. num. 3. p. 2. recent & dec. 475. num.
9. coram Buratto.
49 Contrarium quod teſtatoris diſpoſitio imperfecta etiam ratione voluntatis, quoad pias cauſas
valeat tenuerunt Bart. in l tu teſtamenta ff. de fideicom. liber. Bal. in l. in iure C. de manum. teſtam. Ancharan. conſ. 737. Caſtr. conſ. 456. vol. 1. Anan. conſ. 75.
cum alijs relatis per Surd. dec. 292. num. 5.
50 Concordantur ſupradictæ opiniones, vt prima
procedat, quando voluntas redditur in totum imperfecta, ſecunda verò, quando voluntas ſit quidẽ
imperfecta reſpectu totius diſpoſitionis, ſed tamen
perfecta reſpectu eius, de quo agitur, puta ſi teſtator fecerit aliqua legata pia, vel inter liberos. & cũ
vellet inſtituere hæredem morte præuentus, non potuerit perficere teſtamentum, nam hoc caſu, licet
teſtamentum in ſui integritate ſit imperfectum, vtpote quia recipiat perfectionem ab vltimo puncto,
& ſyllaba concluſiua, tamen ſubſtinetur fauore piæ
cauſæ, vel liberorum in eo capite, in quo teſtator
perfectè diſpoſuit, cum præſumatur deceſſiſſe cum
hac voluntate, ſecus autem quando teſtamentum
non ſolum ſit imperfectum reſpectu totius integralis, ſed etiam reſpectu legatorum ratione voluntatis, nam tunc fauor piæ cauſæ, vel liberorum illud
non ſubſtinet, vt diſtinguit Dec. in cap 1. num. 15.
de fid. inſtrum. & ratio eſt quia deficiente voluntate

teſtatotis cotrupit ſubſtantia relicti, & Eccleſiæ non eſt fauendum vbi non concurrit perfecta teſtatoris voluntas, nam propoſitum in ſola mente retentum, redditur quo ad actus executionem fruſtratorium, & nihil operatur, ita pulchrè *Surd. dec. 292. nu. 16.*

51 Hinc eſt quod ſi teſtamentum non ſit imperfectũ ratione voluntatis, dummodo concernat cauſam piam, non vitietur, ſi non fuerit lectum coram teſtatore, & teſtibus, ſeu per notarium publicatum *Bart. in l. fideicommiſſa §. quoties ff. de legat. 3. Boer. dec. 93. num. 10.*

52 Quinimo teſtamentum ſcriptum manu teſtatoris, vel aliena, ſed ab eodem teſtatore ſubſcriptum valet ſine aliquo teſte inter liberos, cum ad liberorum fauorem exuberet ſchedula teſtamenti, ita ſcripta, vel ſubſcripta, ſi contineat tantum voluntatem perfectam, ita docent communiter *ſcribentes in auth. quod ſine C. de teſtam. & probatur in §. nos igitur Auth. de teſtam. imperfect. Alex. conſ. 4. nu. 10. lib. 7. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 2. qu. 3. per tot. Rot. dec. 475. num. 1. & 13. coram Burat. dec. 734. num. 1. & 19. p. 1. dec. 74. à num. 12. vſque ad 20. & per tot. p. 2. diuerſ.*

53 Limit. quo ad extraneos, vt ad eorum fauorem non valeat, niſi ſaltem duo teſtes interueniant, *per textum in §. ſi tamen aut vxori Auth. de teſtam. imperfect. Rot. dec. 734. num. 1. & 20. & dec. 752. num. 1.*
54 *ead. p. 1. diuerſ.* Et dicti duo teſtes in huiuſmodi teſtamento quo ad extraneos requiruntur de ſolemnitate ſubſtantiali, & non probatoria, vt de communi, & de iure veriori dixit Rot. *per dictum textũ in §. ſi tamen, aut vxori dicta dec. 734. num. 8. & pluribus ſequen. vſque ad 14. p. 1. diuerſ.*

55 Vel ſaltem requiritur ſubſcriptio liberorum vltra Patris ſubſcriptionem, quæ habetur loco duorũ teſtiũ, & operatur hunc effectum, vt debeãtur legata, & fideicõmiſſa in huiuſmodi teſtamento relicta, propter filiorum conſenſum in ſubſcribendo præſtitum, cui non poſſunt deindè contrauenire, cum hęc ſubſcriptio valeat, vt contractus, non vt teſtamentum, ſola tamen Patris ſubſcriptio, ſine interuentu duorum teſtium non ſufficit, cum operetur validitatem teſtamenti quo ad liberos tantum *Clar. in §. teſtamentum qu. 14. verſ. ſed pone Rot. dec. 734. num. 16. 17. & 18. p. 1. diuerſ.*

56 Subſtinetur vero teſtamentum inter liberos, & ad pias cauſas etiam ſi ſcriptura à Notario coram teſtibus non fuerit lecta, nec publicata, & ſtipulata, quia cum hoc reſpiciat eius ſolemnitatem, huiuſmodi defectus illud non vitiat, cum de rigore ſupradicta tantum requirantur ad probationem voluntatis, non autem ad illius validitatem *Imol. in l ſi ut, qui num. 6. ff. de teſtam. Sanchez. conſ. moral. lib. 4. cap. 2. dub. 7. num. 6. Rot. dec. 108. num. 2. & 12. p. 7. rec.*

57 Legata relicta in pias cauſas in minus ſolemni teſtamento, in quo cauſa prophana fuit hæres inſtituta valent *Couar. in cap. relatum 11. nu. 3. de teſtam. Molin. de inſt. tract. 2. diſ. 134. col. 3. Thom Maulius de vltim volunt. lib 2. tit. 12. num 4. Anan. conſ. 28. col. 3. Tiraq de pia cauſa priuil. 80. in fi. Ciarlin. controuerſ. forenſ. cap. 21. nu. 8. tom. 1. Bonacin. de contractibus diſ 3. q. 1. punct. 2. nu. 19. Diana reſ. moral. p. 7. tract. 6. de teſtam. priuil. reſ. 3. verſ. ſed ego puto vbi quod hoc ſit tenendum ſiue in conſulendo, ſiue in iudicando Surd. dec. 292. nu. 2. in fi.*

58 Contrarium, quod legata, licet pia ſint, euaneſcunt, ſicut euaneſcit inſtitutio hæredis, cum membra regulentur à capite *Vaſquez de ſucceſ. lib. 3. §. 22. limit. 12. nu. 12. Craſſ. in §. teſtam. q. 18. nu. 6. vbi de receptiori Butr. in cap. quod Clericus col. 6. de for. competen. Iaſ. in l. hac conſultiſſima § ex imperfecto nu. 10. C. de teſtam. Tiraq. de priuil. piæ cauſ. priuil. 8. verſ. ſed è diuerſo Manca de ſucceſſ. §. 22. num. 12. Craſſ. eod. tract. §. teſtam. q. 18. nu. 6. Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 3. cap. 27. nu. 95.* Vnde hanc ſententiam non carere dubitatione, & eſſe controuerſam inquit *Surd. dec. 292. nu. 14. Caſar de Graſſ. dec. 155. n. 12. verſ. quia tamen de teſtam.*

59 Sed quatenus prima opinio eſſet verior locum habet, quando diſpoſitio ſit imperfecta ratione ſolemnitatis, nempè defectu numeri teſtium, publicationis, rogitus, & ſimilium pertinentium ad ſolemnitatem, ſecus autem ſi ſit imperfecta ratione voluntatis, quo caſu, nec etiam fauore piæ cauſæ ſubſtinetur, nec inter liberos *Oltrad. conſ. 119. Surd. qui alior allegat. dec. 219. nu. 14. & 15. Gram. dec. 62. nu. 14. & 15. Burat. dec. 475. nu. 9. Rot. d. 576. num. 3. p. 2. rec.*

60 Teſtamentum vero ad pias cauſas non valere quo ad legata prophana, ſi deſit iuris ſolemnitas, quia quod teſtatori conceditur in cauſam piam non debet extendi ad cauſam non piam *ex Vaſquez. & alijs docet Card. de Lugo de iuſt. tom. 2. diſ. 22. ſect. 9. nu. 274. Bonac. in tit. de contract. diſ. 3. q. 1. punct. 3. nu. 18. verſ. ſed mihi.*

61 Contrarium vero, quia data validitate principalis, conualidantur omnia acceſſoria, alias dicta legata deberent decreſcere cauſę piæ contra expreſſam teſtatoris voluntatem, quæ ſeruanda eſt, nè dicatur decedere partim teſtatus, & partim inteſtatus contra iuris regulas *Craſſ. de ſucceſ. §. teſtamentum q. 18. nu. 7. Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 3. cap 27. n. 96. Gratian. diſcept. 605. nu. 23. & 24 tom. 4.* vbi quod contraria ſententia non ſit tuta, & hæc in conſulendo, & iudicando tenenda, & ex *Dicaſtil. Fangundez. Trullench. Lapſio, Molina Euerard.* tradit *Diana reſ. moral p. 8. tract. 6. de teſtam. priuil. reſol. 4. verſ. his non obſtantibus.*

S V M M A R I V M.

1 Clericorum animalia ſi inferant damnum, non poteſt per Iudicem ſæcularem damnum illatum exigi.
2 Eccleſiaſtici eorumq; bona non ligantur ſtatutis laicorum.
3 Cauſa damni dati ab animalibus eccleſiaſticorum eſt eccleſiaſtica.
4 Contrarium, quod Iudex laicus poſsit procedere contra animalia, ſi non contra Clericorum perſonam.
5 Alia ſententia eſt quod poſsit procedere contra Ruſticos, & Paſtores eccleſiaſticorum num. 6. & 7.
8 Lim. procedere ſi Paſtores conueniantur tantùm ex ſuo delicto, alias ſi conueniantur ſuper re eccleſiaſtica gaudent fori priuilegio.
9 Lim. 2 procedere ſi damnum dolo illatum fuerit.
10 Lim 3. procedere quo ad pænę exactionem, ſecus quo ad reſarciendum damnum.
11 Lim. 4. vt hoc caſu non ſit deueniendum ad capturam Cuſtodis.
12 Lim. 5. in damnis caſualiter datis.
13 Referuntur declarationes Sac. Congregationis in materia damni datę ab animalibus Eccleſiaſticorum, & eorum Paſtoribus num. 14.
15 Quæ declarationes ſeruari debent etiam in ſtatu Eccleſiaſti-

Digitized by Google

ſiaſtico immediatè ſubiecto non obſtante conſtitutione Sixti V. emanata ad fauorem Communitatum, quæ in quibus caſibus procedat declaratur n. 18. & 22

18 Epiſcopo competit cognitio damni dati tum vigore Concilii Tridentini, tum de iure communi num. 17.

19 Conſtitutionis diſpoſitio ex proemio regulatur.

20 Regula de iure quæſito non tollendo indiget ſpecialiſſima derogatione.

21 Pontifex voluiſſe Eccleſias, & Eccleſiaſticos laicis ſupponere redditur inueriſimile.

22 Communitates ſtatus Eccleſiaſtici, an vigore conſtitutionis Sixti V. habeant iuriſdictionem in cauſa damni dati in Eccleſiaſticos.

23 Laici ſunt incompetentes, & incapaces iuriſdictionis Eccleſiaſticę.

An damnum datum ab Eccleſiaſticis, ſeu ab eorum animalibus, eorunque ruſticis, & Laboratoribus exigi, & puniri poſſint per Iudicem ſæcularem iuxta laicorum edicta.

ADNOTATIO VIII.

1 CLericorum animalia, ſi inferant damnum, non
poſſunt per Iudicem ſæcularem capi, & damnum illatum exigi, quia Iudex ſæcularis ex defectu iuriſdictionis non poteſt procedere neque contra perſonam Clerici, neque contra eius res, cum bona ſint acceſſoria perſonæ, cuius reſpectu per communicationem, & participationem eodem immunitatis priuilegio fruuntur, & hoc caſu Clerici damnandi ſunt per Iudicem Eccleſiaſticum, & iuxta pœnas per eundem ſtatutas puniendi, & ab hac ſententia non eſſe recedendum tradit *Dian. reſol moral. p. 1. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 81. & latius p. 4. tit. eodem reſol. 72. & Lopez. Caſtillo, & Sanchez. tradit Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 9. dub. 20. num. 2. & cap. 10. dub. 35. ſect. 5. tom. 2. Barbeſ. in collect. tom. 1. lib. 1. tit. 2. cap. 10.*
2 *num.* 6. Etenim Eccleſiaſtici, eorumque bona non
ligantur, nec ſubiacent ſtatutis, ac edictis à laicis promulgatis, licet ad publicum bonum, & prò recto Reipublicæ regimine, feliciique gubernio emanauerint, prò vt ſunt ſtatuta punientia damna illata in aliorum bonis, vt nemo cum alterius iactura
3 locupletetur *cap. 2. de for. competen.* & quamuis
huiuſmodi cauſa ſit mere temporalis ex propria natura, tamen ratione perſonæ Clerici, contra quem intentatur efficitur Eccleſiaſtica.

4 Secunda ſententia procedit diſtinguendo, ſcilicet quod Iudex ſæcularis pro executione pœnæ ſtatuti poſſit procedere, ſi non contra Eccleſiaſticorum perſonas, ſaltem contra eorum pecora, & animalia, ſi in paſcuis alienis, & prohibitis illa reperta fuerint, eo quia quando onus impoſitum eſt rei poteſt ſæcularis committere executionem contra ipſam rem intra limites ſuæ iuriſdictionis repertam nullo habito reſpectu, an perſona, cuius res eſt ſubiaceat eius foro, & iuriſdictioni, & hoc caſu non læditur libertas Eccleſiaſtica, cum nihil attentetur contra Clerici perſonam, ſed reale onus rei impoſitum à Clerico exigitur, ſicut quodcunque aliud tributum reale, *Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 104. de conſtit. Afflict. in conſtit. Regni per partes Apuliæ nu. 9. tit. de animal. in parte affidatis cum alys, quos citat Curtellius in Cod. Polit. not 35. ad leges Iacobi fo. 50 col. 1. verſ. nec refragatur, Guttier. pract. quæſt. lib. 1. qu. 4. num. 2. Cenal. in tract. per viam violentiæ p. 2. qu. 11. num. 44. Pereria de manu regia p. 2. cap. 39. Henia in Curia Philippica p. 3. §. 17. num. 13. Caſtil. l. 70. Taurin. 18. Auendan. de execut. mandat. p. 1. cap. 4. num. 30. & cap. 13. num. 7. & p. 2. cap. 14. nu. 13. Alder. Maſcard. de gener. ſtat. interpret. col. 1. num. 115. & ſeq.*

5 Tertia ſententia docet, quod licet Iudex laicus nequeat procedere ad pœnæ exactionem iuxta formam laicalium conſtitutionum, ſeu bannimentorum contra Eccleſiaſticos, aut eorum animalia, tamquam immunia, & ab eius iuriſdictione exempta pro damno in alienis agris illato, poſſit tamen procedere contra ruſticos, & laboratores retinentes, ac conducentes animalia Eccleſiæ, vel perſonarum Eccleſiaſticarum, dum ipſorum culpa ab illis committitur damnum ſuper bonis laicorum, quia in huiuſmodi caſu nullum infertur Eccleſiæ grauamen, ſed dumtaxat puniuntur tales perſonæ ex propria culpa, & negligentia proprioque facto. & delicto, & hanc ſententiam tuentur *Gramat. conſ. 102. num. 10. cum ſeq. Surd. conſ. 301. num. 88. lib. 3.*

6 Tum quia in vim ſtatutorum, ſeu laicalium edictorum non turbatur, nec in aliquo læditur, aut reſtringitur Eccleſiaſtica libertas, vt plene probat *Butr. in cap. grauamen. num. 1. de ſent. excom. Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 104. ante fi. de conſtit. Gram. dicto conſ. 102. num 8. & ſeq. Rodric. quæſt. Regular. 66. num. 2. tom. 1. quos refert. & ſequitur nouiſſimè Pignatel. conſult. canon. 96. num. 1. & plurib. ſeq.*

7 Tum demum quia nullibi de iure cautum reperitur, quod tales perſonæ gaudeant fori priuilegio, vt poſt *Butr. concludit Felin. in cap. 2. num. 3. de for. competen. Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 58. Farinac. in prax. qu. 8. num 46. Roderic. quæſt. Regular. 66. num. 2. tom. 1. Pignatel. loco citato num. 2.*

8 Quibus non videtur aduerſari *Panormit. in cap. 2. ſub num. 6.* dum tradit tales perſonas gaudere fori priuilegio, quando conueniuntur ſuper re Eccleſiaſtica, quia hoc procedit, quando ageretur ſuper re, & animalibus Eccleſiæ, vel perſonarum Eccleſiaſticarum, ſecus autem ſi ipſi famuli, & laboratores conueniantur ex ſuo delicto, vt declarat *Speculator. in tit. de competen. Iudic. §. 1. ſub nu. 27.*

9 Vnde limitatur hæc 3. opinio procedere dummodo damnum ab animalibus illatum fuerit dolo, & culpa cuſtodis, quod cum de iure non præſumatur *l. merito ff. pro ſoc.* plene eſt probandum ad firmandam Iudicis laici iuriſdictionem, & ita procedere tradita per *Surd.* loco citato comprobat *Pignatel. conſult. canon. 96. num 6. & 7. tom. 1. ex Ioſeph. Ludou. dec. Peruſ. 19. nu. 11. Grauet. conſ. 353. num. 4. & ſeq Vermiglol. conſ. crim. 339. ſub num. 1. & 5.*

10 Lim. 2. procedere quo ad pœnæ exactionem attenta culpa, & negligentia, vel dolo paſtorum, ſecus verò quo ad reſarciendum damnum verſum in vtilitatem animalium Eccleſiaſticorum, dum nutrimentum receperint in alienis frugibus, cum ad hoc teneatur Dominus animalium *l. quintus, & l. ſeq. ff. ad l. aquil. l. 1. ff. ſi quadrupes pauper feciſſe dicatur Alciat. præſum. 50. num. 3. Menoch. lib. 6. præſumpt. 71. num. 5. Surd. de aliment. tit. 8. priuil.*

62. *num.*

Digitized by Google

62. *num.* 2. & *conſ.* 561. *num.* 26. *lib.* 4. Gratian. *diſcept.* 80. *num.* 3. *tom.* 1.

11 Lim. 3. quod pro huiuſmodi damno cum animalibus illato nunquam deueniri poteſt ad capturam perſonæ Cuſtodis, ſed prius alijs remedijs procedendum eſt *Gratian. diſcept.* 80. *num.* 3. *Surd. conſ.* 561. *num.* 27.

12 Lim. 5. in damnis caſualiter datis, pro quibus neque Eccleſiaſtici, nec illorum Cuſtodes tenentur ad ſolutionem pœnæ, ſiue animalia, quæ damnum dederunt ſint propria ipſorum Eccleſiaſticorum, ſiue communia cum ipſis Ruſticis, ſed dominus animalium liberatur reficiendo damnum, cum iſta actio hoc caſu de iure communi ſit tantum ciuilis, & non competat ex maleficio, vel quaſi, ſed ſolum propter pauperiem illatam, iuxta text. in *l.* 1. *in prin. ff. ſi quadup. pauper. feciſſe dicat. vbi glo.* vnde non eſt agendum de pęna, quæ tantum ſibi locum vindicat ſi agatur criminaliter, & ad publicam vindictam, ad textum *in l. infamem ff. de public. iudic* vt alijs relatis animaduertit *Pignatel. conſult. canon.* 96. *num.* 10. *verſ. quinta ſit Vermigliol. conſ. crim.* 339. *per totum*.

13 Verum quidquid docuerint Doctores inter ſe pugnantes S. Congregatio Concilij pluries declarauit, non ſolum Eccleſias, ac Eccleſiaſticos, eorumque animalia, verum etiam, nec eorum Cuſtodes ad pœnas laicorum ſtatuto indictas aliquo pacto teneri, vt in vna *Hoſtien. ſub die* 25. *Septembris* 1609. reſolutum fuit ſcilicet *ſtatuta laicorum prohibentia moram, vel ingreſſum ſimpliciter, vel ad tempus quibuſcunque animalibus, pœnaſque huic prohibitioni adiunctas, tam amiſſionis alicuius ex animalibus deprehenſis, quam etiam carceris, vel ſolutionis certæ pecuniæ in dominos, vel famulos eorum cuſtodiæ deputatos, nequaquam animalia Clericorum, ipſorumque perſonas, aut famulos comprehendere idem cenſuit in vna Brundiſina pro Capitulo, & Clero Terræ Meſſaniæ ſub die* 13. *Iulij* 1616. de quibus *Pignatel. conſult. canon.* 96. *num.* 10. *verſ. quibus fortaſſe*.

14 Reformata tamen, & in aliqua parte confirmata fuerunt ſupradicta decreta per Sacram Congregationem immunitatis, ſeu Eminentiſſ. Cardinalium controuerſijs iuriſdictionalium præpoſitorum in vna *Terracinenſi die* 16. *Nouemb.* 1627. dum cenſuit, *cauſas damnorum datorum per Clericos, & Eccleſiaſticos, ſeu per eorum animalia, nec non per familiares, Miniſtros, & Colonos Epiſcoporum, & Menſæ Epiſcopalis etiam laicos, ſeu eorum animalia in bonis quibuſcunque tam Eccleſiarum, quam etiam laicorum ſpectare ad Curiam Epiſcopalem priuatiuè, ſi vero laici, eorumque Miniſtri, & animalia damnificent bona Eccleſiarum, & perſonarũ Eccleſiaſticarum Curiam Epiſcopalem procedere poſſe tamquam in cauſis mixti fori. At quando Coloni, & Miniſtri Eccleſiarum, Clericorum, & Eccleſiaſticorum cum animalibus proprijs bona laicorum damnificant cognitionem, tam quo ad bona, quam quo ad perſonas laicorum, & eorum animalia ſpectare ad Iudicem laicum priuatiue, ſed ſi cum animalibus Eccleſiaſticorum, vel Eccleſiarum quo ad perſonas ſpectare ad laicum, quo vero ad animalia ſpectare ad Curiam Eccleſiaſticam*, quam reſolutionem refert *Pignatel. conſult. canon.* 167. *num.* 1. & ante eum *Aldan. in compend. Can. reſol. tit.* 3. *num.* 21. & *Barboſ. in collect. Doctor. in Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 20. *num* 13. *Diana poſt part.* 5. *ſuarum reſol. moral. tit. Declarat. Sac. Congreg. num.* 19. quod decretum, cum ſit vltimum attendendum eſſe ſubdit idem *Pignatel. dicta conſult.* 96. *num.* 11. *in fi. de quo etiam Thom. del Bene de immunit. Eccleſ cap.* 7. *dub.* 9. *tom.* 1. *fo.* 320.

15 Quod decretum in ea parte, in qua declarat cognitionem cauſarum damnorum datorum ſpectare ad Epiſcopos etiam ſeruari debet in ſtatu Eccleſiaſtico immediatè ſubiecto, in nihilo refragante conſtitutione *Sixti V.* relata *per Cobel in ſuo Bullario fo.* 39. & declarationibus, & ordinationibus deſuper emanatis *apud eundem fo.* 45. Tum quia ſupradictum decretum emanauit à ſupremo Tribunali de ordine Sanctiſſimi, à quo ſucceſſiuè approbatum fuit, præuia maturaque diſcuſſione, ac habita conſideratione ad prefatam Sixtinam conſtitutionem cum ſumma vigilantia Cardinalis Bandini, & Magalotti reſpectu Communitatum, ad quarum fauorem huiuſmodi damnorum datorum exactio per *Clementem VIII.* retroceſſa fuit, ac Cardinalis Biſcæ, & Cæſij reſpectu R. Cameræ Apoſtolicæ, & cum participatione Commiſſarij Cameræ Apoſtolicæ, abſque eo quod aliquid oppoſuerit, vt animaduertit *Pignatel. conſult. canon* 167. *num.* 2.

16 Tum etiam quia iuriſdictio ſuper cognitione præfatorum damnorum datorum competit iuxta diſpoſitionem præfati decreti Epiſcopis non ſolum vigore *Sac. Concilij Tridentini ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 21. ibi *Iuriſdictiones Eccleſiaſticas*, quo verborum contextu comprehendi iuriſdictionem damnorum datorum declarauit *Sac. Cong. Concilij*, & Sac. Congregatio ſuper controuerſijs iuriſdictionalibus, & ſæpius decreuit, vt per Auditorem Cardinalis Camerarij reuocarentur inhibitiones relaxatæ in huiuſmodi cauſis damnorum datorum ad Epiſcopos, eorumque Curias ſpectantibus, vt patet ex declarationibus, & decretis relatis per *Pignatel. conſult. canon.* 167. *num.* 3. & *duobus ſequen.*

17 Verum etiam de iure communi, vt tradunt *Rendel. in tract. de paſcuis p.* 2. *cap.* 9. *prag.* 100. *Mart. de iuriſdict. p.* 4. *cent.* 1. *caſ.* 8. *num.* 11. *Petra in addit. ad dec. Capyc.* 45. *Squillant. de priuileg. Cleric. cap.* 7. *num.* 49. *Lopez. in prax ad Diaz. cap.* 58. *num.* 7. *Diana reſol. moral. p.* 1. *tract.* 2. *de immunit. Eccleſ. reſol.* 80. & *firmant Rota in Tudertina damnorum datorum* 24. *Maij* 1602. *coram Card. Lancellotto.*

18 Tum demum quia Sixtina conſtitutio loquitur
tantum de damnis datis, vſurpatis à ſubditis teme-
rario auſu, ac de alijs ad Communitates pertinen-
tibus ex conceſſionibus, & priuilegijs, vt colligi-
tur ex proemio einſdem Conſtitutionis, à quo diſ-
19 poſitio regulatur *l. ſi vbi Doctor. ff. de hæred. inſtit.*
ac proinde non videtur intentionem Summi Ponti-
ficis fuiſſe in dicto motu proprio iuriſdictioni Epi-
ſcoporum in cauſis damnorum pręiudicandi, & ab
Eccleſiaſticis tribunalibus auferendi earum cogni-
tionem, cum nullam de prædictis mentionem fece-
rit, prout indiuiduè requirebatur, cum deroga-
tione iuris Epiſcopis, & Curijs Eccleſiaſticis com-
petentis de iure communi, dum agebatur de eius
abdicatione, contra regulam de iure quæſito non
20 tollendo, quæ ſpecialiſſima indiget derogatione
non obſtante præſumpta, ſeu implicita ſcientia
Papæ *Seraph. dec.* 1082. *nu.* 7. *dec.* 1294. *num* 2. &
dec. 1310. *nu.* 2. *Cęſar. de Graſſ. dec.* 3. *de reſcript. Puteus in correct. dec.* 284. *lib.* 3. *Caputaq. p.* 3. *dec.* 30.

21 Rcd-

21 Redditur autem prorſus inueriſimile quod Pontifex voluerit in Communitates transferre iuriſdictionem eccleſiaſticam, & ſacroſanctas Eccleſias Epiſcopos, & eccleſiaſticam Ierarchiam laicis ſupponere, contra diſpoſitionem textus *in cap. ſi Imperator vbi glo. & Doctor. diſ.96. cap. peruenit cum ibi notatis cap. inferior de maior. & obed.* cum ſimilibus, quæ à Sacro Concilio innouata fuerunt.

22 Et quamuis in dicto Sixti motu proprio in §.4. expreſsè fiat mentio de eccleſiaſticis, nihilominus intelligi debet iuxta præmiſſa, & expreſſa in procemio videlicet in ſpectantibus ad iuriſdictionem temporalem in caſibus ſcilicet declaratis à Sac. Cōgregatione in ſupradicta *Terracinen.* ibi *ſi verò Laici, & verſ.* at quando Coloni, & in omnem caſum reſtringitur ad habentes ius ex priuilegio, adeo vt Eccleſiaſticis ad effegiendam emendationem damni dati neque priuilegia, licet obtenta à Sede Apoſtolica ſuffragari debeant, non tamen per hoc habetur mentio de Epiſcopis, ſeu de illorum iuriſdictione, vt ab eiſdem in hac parte abdicata, & præiudicatum fuerit, in nihilo refragante, quod Communitates ſubrogatæ fuerint in locum Cameræ Apoſtolicæ, quia dicta ſubrogatio intelligitur reſpectu iuriſdictionis temporalis, & diſcretiuè in terminis habilibus, nempè in caſibus, vbi communitates ſunt capaces exercere iuriſdictionem, non autem
23 reſpectu iuriſdictionis eccleſiaſticæ, cui laici non ſolum ſunt incompetentes, ſed omnino incapaces, vt latè comprobat *Pignatel. conſult. Canon.* 167. *à num.* 17. *vſque ad fin.*

Et tollitur omnis difficultas, ex nouiſſima declaratione emanata à Sanctiſſ. D.N. Innocentio XI. per literas circulares tranſmiſſas ab Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. D. Card. Carpineo ad Epiſcopos, & Vicarios Generales, quam ego recepi tempore quo Vicarij Generalis munus gerebam Prœneſtini Epiſcopatus videlicet.

Molt. Reuerendo Signore la Santità di N. Signore non intende che li Miniſtri, è Lauoratori di perſone Eccleſiaſtiche per le pene de danni dati ſiino conuenuti altroue, che nel tribunale Eccleſiaſtico, nè che intorno à dette pene ſoggiaccino à ſtatuto laicale, mà perche la ſan. me. di Clemente VIII. concedette l'emolumenti di tal pene alle Communità dello Stato Eccleſiaſtico per vna certa riſpoſta annua, che le medeme fanno alla R Camera, (à fin che reſti prouiſto all'indennità loro,) hà Sua Beatitudine commandato, ch'ella per editto publico dichiari le pene, nelle quali deuono incorrere li Miniſtri, e Lauoratori de Perſone Eccleſiaſtiche per li danni, che fanno con l'animali de medemi, è venendo il caſo del danno dato, proceda ſommariamente alle pene comminate, per editto, applicandole ſempre à beneficio di cateſta Communità, ò ſuo Affittuario, regolandoſi al ſolito nella quantità della pena, in modo che la Communità non riceua alcun pregiuditio, così dunque eſſeguiſca, e Dio la guardi. Roma 6. Luglio 1680.

Al piacer ſuo
G. Card. Carpegna.

I. Patriarca d'Antiochia Segretario.

Al molto Reu. Sig. Il Vicar. Generale
di Pelleſtrina.

SVMMARIVM.

1 Cauſa matrimonialis ad ſolum Epiſcopum ſpectat. Nec in laicum compromitti poteſt ibid.
2 Amp. vt ſi in cauſa ciuili incidenter dubitari contingat de validitate matrimonij, huius articuli diſcuſſio remittenda eſt ad Iudicem eccleſiaſticum.
3 Cauſæ natalium, & legitimationis ſpectat ad eccleſiaſticum.
4 Cauſa matrimonialis ſpectat ad Iudicem eccleſiaſticum, ſiue agatur inter coniuges, ſiue inter filium, & extraneum reprobato *Farinac. in, & Albertin.*
5 Amp. vt etiam ſpectet ad Iudicem eccleſiaſticum, ſiue agatur quo ad vinculum perpetuum, ſiue quo ad Sacramentum, ſiue quo ad repudiationem, diuortium, & alijs impedimentis.
6 Cauſa de alimentis adulteræ præſtandis, & de amiſſione dotis ob adulterium quando ſpectet ad eccleſiaſticum, & quando ad ſæcularem.
7 Iudex eccleſiaſticus tantum eſt competens ad compellendum ſponſam, vel ſponſum ad contrahendum matrimonium.
8 Iudex laicus procedere poteſt in incidenti matrimoniali, ſi quæſtio ſit merè facti, ſecus ſi iuris num. 9.
10 Cauſa matrimonialis quo ad cogendum coniuges ad ſimul cohabitandum eſt mixti fori.
11 Iudex laicus eſt competens in cauſa poſſeſſorij matrimonialis. Contrar. num. 14. Declara. & concilia has opiniones. vt num. 19.
12 Pro. vt etiam in cauſa cuiuſcunque poſſeſſorij ſpiritualis. Contrar. num. 14.
13 Poſſeſſorium nihil habet commune cum petitorio.
15 Iudex eccleſiaſticus poteſt inhibere Iudicem ſæcularem, ſi de facto procedat in poſſeſſorio ſpirituali.
16 Iudex laicus nec ratione contractus eſt competens in cauſa matrimoniali.
17 Coniux, ſine Iudicio Eccleſiæ à coniuge diuertens incurrit pœnam excommunicationis de iure Canonico, ſecus de iure ciuili, à quo nulla eſt inflicta pœna.
18 Diuortium de iure ciuili reſtrictum fuit ad certas cauſas.
20 In cauſa adulterij, vbi agitur ad pœnam ſanguinis ſolus Iudex laicus eſt competens, ſecus quo ad diuortium, & ſeparationem ad tempus.

Cauſæ matrimoniales, an priuatiuè ſpectent ad Ordinarium.

ADNOTATIO IX.

1 COgnitio cauſarum matrimonialium ad ſolum Epiſcopum ſpectat, cum ſit merè ſpiritualis ex ſola Eccleſia ortum habens, vnde Epiſcopus habet intētionem fundatam, vt priuatiuè quo ad alios huiuſmodi cauſas cognoſcat, tam de iure communi *cap tuam de ord. cognit. cap. accedentibus de exceſſ. Prælat.* quam *ex Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de reform. matrim.* & conſequenter, nec incidenter, nec principaliter tractari poſſunt coram laico, aut in eundem compromitti *Farinac. qu.* 8. *num.* 146. 147. *& duob. ſequen. Del Bene de immun. Eccleſ. cap.* 10. *dub.* 2. *ſect.* 4. *num.* 1. *Sperel. dec.* 9. *num.* 9. *Bellet. diſquiſit.* Cleric. *p.* 1. *de fauor. Cleric. real.* §. 2. *nu.* 38. vbi *allegat. text. in cap.* 1. 33. *qu.* 2. *cap. multorum* 35. *qu.* 6. *cap.* 1. *in fi. & cap. non debet de conſang. & affinit. cap. auditis de præſcript. Abb. conſ.* 12. *num* 3. *p.* 1. *Federic. conſ.* 36. *per tot. Cephal. conſ.* 319. *num.* 12. *vol.* 3. *Cauar. in* 4. *decretal. p.* 2. *cap.* 7. §. 6. *num.* 8. *& cap.* 8. §. 12. *num.* 1. *&* 3.

2 Amp. vt ſi coram Iudice ſæculari agatur de ſucceſſione hæreditaria, & diſceptari contingat, an

matri-

matrimonium, ex quo quis natus eſt, fuerit validè, vel nulliter celebratum tunc diſcuſſio emergentis articuli remittenda eſt ad Iudicem eccleſiaſticum *cap. relatum cap. lator vbi Abb. num. 1. 3. & 7. & alij, qui fil. ſint legit. Myſing. obſer. 100. centur. 1. Boſſ. in tit. de for. compet. num. 121. Couar. in 4. decretal. p.2. cap.8. §.3. num.4. Bellet. diſquiſit. Cleric. p.1. tit. de fauor. Cleric. real. §.2. nu.28. verſ. quamobrem, ſi quando Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap. 8. dub.2. ſect.4. num. 1. in fi. tom. 2. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap. 10. dub.2. ſect. 4. num. 2. per text. in cap. tuam de ordin. cognit. cap. ſi Iudex laicus de ſent. excommun. in 6. vbi DD. Couar. in Epit. de ſponſal. cap.3. §.3. num.4. Farinac. q.8. num.144.*

3 Amp.2. vt etiam cauſæ natalium, ſiue legitimationis alicuius ad forum eccleſiaſticum ſpectant, & non ad Iudicem ſæcularem, cum dependeant à diſcuſſione articuli principalis quo ad validitatem, vel nullitatem matrimonij *cap. tuam de ordin. cognit. cap. lator vbi Hoſtien. num. 7. qui fil. ſint legit. c. cauſam quæ de offic. deleg. Bellet. diſquiſit. Clerical tit. de de fauor. Cleric. real. p.1. §.2. num.29.*

4 Amp.3. procedere non ſolum ſi cauſa matrimonialis agatur inter coniuges, ſed etiamſi agatur inter vnum coniugem, & eius filium, vel inter filium, & extraneum *Del Bene de immun. Eccleſ cap. 10. dub. 2. ſect. 4. num. 3. tom* 2. vbi reprobat *Farinac. contrarium tenentem in q.8. num.150. & Albertin. tract. de agnoſcen. aſſert. Cathol. & heret. qu. 25. num. 51.* qui mouentur, eo quia cauſa agitata inter alios quam inter coniuges matrimonium non lædat, ſed iſta ratio parum releuat, quia non per hoc quod non lædatur matrimonium, non ſequitur quod cognitio non ſpectet ad forum eccleſiaſticum, cum reſpicienda ſit ſubiecta materia, propter quam iudicium intentatur, quę de ſui natura, ſicut eſt ſpiritualis, ita quoque debet eſſe iudicium, cuius naturam aſſumit, cui propterea præiudicium infertur, & turbatur iuriſdictio Iudicis eccleſiaſtici competentis, ſi promoueatur in foro laicali, vt *ex Couar. animaduertit del Bene loco citato num.4.*

5 Amp.4. vt cognitio cauſæ matrimonialis, quo ad vinculũ perpetuum, & quãdo agitur de viribus matrimonij diſſoluendi, quo ad Sacramentum pertinet omnino ad forum Epiſcopale, & ad eccleſiaſticum Iudicem, qui ſolum eſt competens ad cognoſcendum de adulterio, vt eius reſpectu diuortij iudicium moueatur, prout etiam ſi agatur de ſeparatione etiam ad tempus puta ob lepram, ſæuitiam, morbũ lætale, ac alias ſimiles cauſas *Clar. in §. fi. qu.37. nu. 3. verſ. quæro non quid Barboſ. in l.2. p.1. prin. num. 140. ff. ſolut. matrim. Henriq. de matrim. lib. 11. cap. 17. num.1. in fi. cum alijs per Sanch. tract. eod. diſ. 8. num.15. lib. 10. Del Bene de immun. Eccleſ. cap. 10. dub.2. ſect.4. nu.1. & 2. tom.2. Bellet. diſquiſit. Cleric. p.1. tit. de fauor. Cleric. real. §.2. n.30.* vbi quod non à Iudice ſęculari, ſed eccleſiaſtico cognoſcuntur dependentia ex matrimonio, vt repudia, diuortia, impedimenta matrimonialia, & ſimilia *Abb. in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ num. 19. de conſtit. Federic. conſ.36. num.2. Couar. in 4. Decretal. p.2. cap.8. §.6. num. 8.*

6 Vnde mota lite de alimentis adulteræ præſtandis à viro ſeparatæ coram Iudice ſæculari, & viro excipiente de ſufficienti cauſa diuortij debet Iudex ſęcularis in litis proſecutione ſuperſedere, donec ab eccleſiaſtico Iudice diuortij quæſtio dirimatur, ſed ſi occaſione iudicij ſuper diuortio intentati moueatur quæſtio de alimentis, amiſſione dotis tamquam acceſſoria ſpectabit ad eumdem Iudicem eccleſiaſticum, ſed ſi de ijs tantum vertatur cauſa principalis, ea tamquam quid temporale ſpectabit ad Iudicem ſæcularem *Sanchez. de matrim. lib. 10. diſ.8. num.17. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap. 10. dub.2. ſect.4. num.7. tom. 2.*

7 Amp. 5. vt ſolus Iudex eccleſiaſticus ſit competens ad compellendum ſponſam, ſeu ſponſum ad contrahendum matrimonium per verba de præſenti, ſecundum promiſſionem ſactam, ac fidem datã, & ſponſalia celebrata per verba de futuro *cap. commiſſum cap. requiſiuit, & cap. literis 2. vbi Abb. nu.4. de ſponſal. Bellet diſquiſit. Cleric. p.1. tit de fauor. Cler. real.* §. 2. *num.* 32. & fuſius de hac materia per tractabimus *in dec.43. Adnot.1. num* 89.

8 Lim.1. vt Iudex laicus cognoſcere, & procedere poſſit in incidenti matrimoniali, vt ſi quis natus ſit ex tali matrimonio, an fuerit contractum matrimonium, an talis fuerit deſponſata, vel non, quia tales quæſtiones non ſunt ſpirituales, ſed temporales *Couar. in Epitom. de ſponſal cap.8. §.12. num 3, Farinac. qu.8. num.150. Bellet. deſquiſit. Cleric. p 1. tit. de fauor. Cleric. real §.2. nu. 59. Thom del Bene de immun. Eccleſ. cap. 10. dubit. 2. ſect. 4. num.4. in fi. tom. 2.*

9 Lim. 2. illatiuè ex præcedenti, vt generaliter Iudex laicus in incidenti matrimoniali cognoſcere poſſit, ſi quæſtio ſit merè facti, vt in caſibus antedictæ limitationis, ſecus autem ſi quæſtio ſit iuris, puta an matrimonium potuerit contrahi nec ne, & & vbi agitur de viribus, & validitate matrimonij, nam tunc priuatiuè ſpectat ad Iudicem eccleſiaſticum, vt animaduertit *Bellet. diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de fauor. Cleric. real. §. 2. nu.59. & tradunt Couar. Farinac. Del bene in locis proximè citatis, hoc idem voluerunt Boſ. de for. competen. num.121. Bart. & Alex. in l Titia,* qui de communi *ff. de ſolut. matrim. Bald. in cap. cum tuam num. 1. & 3. de ordin. cognit. Felin. in cap cum ſit num. 1. verſ. in quibus collige de for. compet. Theſaur. dec. 117. per totam Capic. dec.7. num. 2.*

10 Hinc eſt, quod cauſæ matrimoniales quo ad coniugium, & habitationem indiuiduamque vitæ conſuetudinem retinendam videantur mixti fori, ita vt vbi non agitur de ſubſtantia matrimonij, ſed de cogendo coniuges ad factum, & ſic ad ſimul cohabitandum tam eccleſiaſticus, quam ſæcularis Iudex cognoſcere poteſt, & ratio eſt, quia quatenus matrimonium eſt Sacramentum, & ſic res ſpiritualis pertinet ad forum eccleſiaſticum, ſed quatenus eſt quidam ciuilis contractus, poteſt etiam Iudex ſæcularis coniuges ad mutuam fidem ſeruandam, cõpellere, ita *Sanchez. de matrim lib.2. diſput.4. n.71. ſenſit glo. in c. non eſt de ſponſal. verſ. vxores,* ibi per officium Iudicis, vel Epiſcopi loci, *vbi Antan. de Butr. num.11. Abb. num.6. Præpoſit. num.9. Couar. in Epit. de ſponſal & matrim. p.2. cap.7. num.3. Butr. in cap. illud num. 10. de præſumpt. Zerula in prax. p. 1. verb. matrimonium §.16. in fi. Piaſecb. in prax. Epiſcop. 2. p. cap. 34. ſub num. 25. verſ. & quemadmodum faciunt tradita in dec.43. Adnot. 1. num.9.*

11 Lim.3. in poſſeſſorio matrimoniali, cuius cognitio coram Iudice laico etiam tractari poteſt, per doctri-

Digitized by Google

doctrinam *Anrbar. in cap. ea qua num. 18. ſub 4. qu. m 6. Marta de iuriſdict. p. 2. cap. 8. nu. 38.* vbi ſubdit quod ſi ſæcularis præueniat, Eccleſiaſticus præuentus non debet inhibere *Valaſcb. conſult. ſeu dec. 93. ſub num. 5.*

12 Pro vt generaliter laicum Iudicem eſſe competentem in cauſa cuiuſcunque poſſeſſorij ſpiritualis latè defendit *Igneus in repetit. l. neceſſarios §. non alias 2. p. a num. 2. ff. ad Sillanian.* quem ſequitur *Bart. & communiter Doctores in l. Titia ff. ſolut. matrim. & in l. omni innuatione C. de ſacroſant. Ecleſ. & in l. quoties C. de iudic. Natta conſ. 41. in prin. Roland. conſ. 23. num. 2. lib. 2. Menoch. de recuperand. poſſeſſ. remed. 15. num. 120. & ſeq. Gail. pract. obſeruat. 38. num. 3. & 4. Marta de iuriſdict. p. 2. cap. 8. num. 28. Farinac. qu. 8. num. 23. Bonadil. in ſua Polit. lib. 2. cap. 18. num. 241. tom. 1. Guid. Pap. dec. 1. per tot. Boer. deciſ. 69. num. 23. Afflict. dec. 2. dec. 24. & dec. 85. Oſaſcb. dec. 119. num. 1. Theſaur. dec. 82. dec. 112. & 117. Valaſcb. dec. ſeu conſult. 93. lib. 1. Franciſ. Marc. dec. 511. num. 8.*

13 Monentur, quia in hoc poſſeſſorio merum factum attenditur, quod non eſt ſpirituale, ſed temporale, cum notiſſimum ſit poſſeſſorium nihil habere commune cum petitorio *vulgata lege naturaliter §. nihil commune ff. de acquirend. poſſeſſ.* vnde ſicut, licet etiam armis reſiſtere, ſi in continenti quis faciat, & ſe in ſua poſſeſſione tueri conetur, ita multo magis poteſt adire, & Iudicis officium implorare prò remouenda violentia, & turbatione.

14 Contrarium verò communiter tenent Canoniſtæ, quod ſcilicet Iudex laicus ſit penitus incompetens in cauſa poſſeſſorij matrimonialis, & cuiuſuis alterius ſpiritualis *Barbat. in cap. ſi. de iudic. Dec. in cap. quanto num. 58. & ſeq. & 62. de iud. late Bero. in rub. extrauag. de Iudic. num. 55. cum plurib. ſeq. Ripa in cap. decernimus nu. 17. de Iudic. Conar. pract. quaſt. cap. 35. nu. 1. verſ. verum ſi diligenter Garz. de beneſ. p. 1. cap. 2. nu. 52. & 53. Molin. de ritu nuptiar. lib. 2. diſ. 10. num. 19. Afflict. in conſtit. Sicil. lib. 8. rub. 43. num. 6. 7. & 8. Barboſ. de offic. Epiſcop. alleg. 84. num. 34. vſque ad fin. Diana reſol. moral. p. 1. tract. 2. reſol. 55. Gratian. diſcept. 238. num. 8. tom. 2. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 10. dub. 5. num. 1. & 3. late Sperel. qui contra ius reſpondet dec. 8. a num. 17. & per totam, & dec. 9. a num. 4. vſque ad fin.* & hanc ſententiam ſemper Rota ſecutam fuiſſe reiecta opinione Guidi Papæ habetur ex *Puteo dec. 301. num. 4. lib. 1.* & obiectuat *Anſer. in addit. ad Cappel. Tholoſ. dec. 420.* & magiſtraliter firmauit *Rot. in Rauennaten. emphyteuſis coram Merliso in recen. deciſ. 42. num. 13. p. 6.* vbi reddit rationem, quia qualitas ſpiritualitatis, qualitatem temporalitatis abſorbet, & ſic priuatiuè ſpectat ad Eccleſiaſticum.

15 Vndè ſi de facto Iudex ſæcularis cognoſcat de huiuſmodi poſſeſſorio, poſſit ab Eccleſiaſtico Iudice inhiberi, ne in huiuſmodi cauſa procedat, docet *Menoch.* reprobato *Igneo de recuperan. poſſeſ. remed. 15. num. 219. Angel. de Vbald. inter conſ. Matr. diuerſ. conſ. 44. num. 57. & 60. lib. 1. Gutierr. can. quaſt. lib. 1. cap. 34. ſub num. 39. Mart. de iuriſdict. p. 1. cap. 39. num. 26. Sperel. dec. 9. num. 6. 32. & ſeq. tom. 1.*

16 Nec etiam ratione contractus matrimonialis Iudex laicus efficitur competens quo ad huiuſmodi poſſeſſorij cognitionem, quia contractus matrimonij redditur inſeparabilis ab eſſe ſacramenti, ita vt non detur à parte rei inter Catholicos contractus matrimonij ſeparatus à forma ſacramentali, nec poteſt valere vt contractus, quin etiam ſit ſacramentum, cum contractus ſecundum ſubiectam materiam aſſumat naturam, & qualitatem, vnde ſequitur, quod cognitio Iudicis laici verſaretur etiā ſuper eſſe ſacramenti, ſi cognoſceret ratione contractus, cum iſta à parte rei ſeparata non dentur, ita ex *Sanchez. de matrim. lib. 2. diſ. 10. num. 6. Sperel. dec. 9. num. 23.*

17 Comprobatur fuſius fortiſſima ratione, quia de iure ciuili nulla reperitur pœna inflicta coniugi, ſine iudicio Eccleſiæ à coniuge diuertenti, immo vigore illius iuris permiſſum erat diuortium *tot. tit. ff. de diuort. & ff. & C. de repud.* quod poſtea re-

18 ſtrictum fuit ad certas cauſas enumeratas in *§. quia plurimas cum duobus ſeq. in Auth. vt Matri, & Auia,* & ſic multo magis Thori ſeparatio etiam propria authoritate facta permittebatur, ſed ſolum de iure canonico ſtatuta eſt pœna excommunicationis coniugi ab alio, ſinè Eccleſiæ iudicio diuertenti, ad reuertendum, coniugemque ſpoliatum reintegrandum *cap. literas in ſi. de ſenten. excommunicat. in ſi. cap. porro de diuort.* ex quo ſequitur hunc articulum eſſe eccleſiaſticum iuxta magiſtralem doctrinam *Abb. in cap. cum ſit num. 9. de for. competen. & in cap. excommunicationi in ſi. de raptor.* quam communiter eſſe receptam teſtatur *Petrus Barboſ. in l. Titia 35. ſub num. 50. ff ſolut. matrim.* & alijs relatis latè comprobat *Sperel. deciſ. 9. a num. 12. vſque ad 15. tom. 1.* & propterea reſeruatum ſolum iudicio Eccleſiæ, & determinationi Iudicis Eccleſiaſtici per text. *in cap. porrò vbi Butr. in primo not. de diuor. glo. in cap. literas in verbo diuertit de reſtit. ſpoliat. Gabr. conſ. 101. num. 8. lib. 1. Greg. XV. dec. 294. num. 1.*

19 Inter has duas inter ſe pugnantes Doctorum ſententias alij diſtinctionis ſeu tere reconciliationem apponere curauerunt, vt ſcilicet prima ſit admittenda in caſu, in quo vertatur quæſtio ſuper mero facto, & vir petit præcipi vxori ad cohabitandum, indiuiduamque vitæ conſuetudinem retinendam, nam tunc ſubdunt Iudicem ſæcularem procedere poſſe donec, vel aliquid a partibus opponatur, quod ſpiritualitatem ſapiat, vel donec ab Eccleſiaſtico Iudice inhibeatur, cum ante dictam oppoſitionem, vel inhibitionem poſſeſſorium matrimoniale ab omni ſpiritualitate ſeparatum cenſeatur, adeout Iudex laicus poſſit procedere attento iure naturali ac politico, ciuilique ratione dictante, quod coniuges ſimul cohabitare teneantur, & obſequia matrimonialia abſque diſſolutione mutuæ ſeruitutis ad inuicem præſtare debeant, ſecus autē iuxta ſecundam ſententiam poſt Iudicis Eccleſiaſtici inhibitionem, vel poſt allegationem factam à coniuge de cauſa abſentiæ, quæ inducat ſpiritualitatis qualitatem, ex qua vel peti poſſit diuortium, vel thori ſeparatio, tunc enim non vertitur amplius quæſtio facti, ſed ſuboritur quæſtio iuris, cuius vigore Iudex ſæcularis remanet incapax *Sperel. qui alios allegat. dec 9. num. 24. vſque ad 28. tom. 1.*

Lim. 4. in cauſa matrimoniali, vbi agitur de adulterio ad pœnam ſanguinis imponendam, in quo articulo ſolus Iudex ſæcularis eſt competens,

ad alias vero pœnas imponendas eſt mixti fori, & datur locus præuentioni, ſi vero agatur ad diuortium faciendum, vel ad Thori ſeparationem, etiam ad tempus, nempe propter lepram, aut aliam ægritudinem, aliudque impedimentum, & ijs caſibus ſolus Iudex Eccleſiaſticus eſt competens, *Sanchez de matrim. lib. 10. diſ. 8. num. 16. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 10. dub. 2, ſect. 4. num. 5. & 6. tom. 2. Sperel. dec. 9. num. 29.* cum alijs late congeſtis per *Farinac. qu. 8. num. 130. iuncto num. 137. & 148. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 26. ſub num. 7. verſ. tertia eſt concluſio.*

PRAENESTINA GABELLAE.

ARGVMENTVM.

Gabellæ, ſeu collectæ impoſitio, licet ſit omnibus Interdicta ſine licentia Principis, de conſenſu tamen Ciuium prò ſoluendis debitis Communitatis, & non vigore iuriſdictionis imponi poteſt, & poſtea confirmationem à Principe obtinere, Gabella an, & quando dicatur iuſta, & quanto tempore præſcribatur, Impoſita prò oneribus Cameralibus ad quorum ſolutionem tenentur Eccleſiaſtici, an ab eiſdem in ſtatu Eccleſiaſtico, ſtante decreto irritante, & Conſtitutionibus reuocatorijs exemptionum, præſcribi poſſit ampliſſime explanatur.

SVMMARIVM.

1 Collectæ impoſitio omnibus eſt interdicta, & ſoli Principi tamquam de regalibus reſeruatur num. 2.
3 Lim. ſi non vigore iuriſdictionis, ſed de conſenſu Ciuium pro ſoluendis debitis Communitatis imponatur.
4 Iuſta concurrente cauſa non datur melior exactio quam per collectæ indictionem.
5 Amp. præcipue ſi Ciuitas ſit inops, & debitis inuoluta.
6 Collecta impoſita ſine ſcitu Principis in caſu vrgenti tenet, dummodo poſtea obtineatur confirmatio nu. 7.
8 Impoſita prò ſoluendis oneribus Cameralibus reputatur iuſta.
9 Gabella, ſeu Collecta quando dicatur iuſta.
10 Communitati competit reſtitutio in integrum.
11 Vniuerſitas æquiparatur pupillis, & Viduis, & vtitur eorum priuilegio.
12 Nullitas, & iniuſtitia contractus opponi poteſt inter æque priuilegiatos, ſi vnus agit de damno euitando, alter de lucro captando.
13 Eccleſiaſtici in ſtatu Eccleſiæ tenentur ſoluere collectas impoſitas pro ſoluendis oneribus Cameralibus, non obſtante quacunque exemptione.
Lim. ſi non fuerunt ſoliti collectari, & præſcripſerint libertatem non ſoluendi dicta onera nu. 15.
14 Minor reſtituitur aduerſus aditionem hæreditatis inconſulto factam.
16 Præſcriptio centenaria æquiparatur immemorabili.
17 Obſeruantia 30. annorum in ſoluendo gabellam inducit præſcriptionem in futurum.
18 Eccleſiaſtici poſſunt à laicis ſubleuari in ſolutione collectarum in recompenſationem laborum ſpiritualium.
19 Gabella impoſita pro ſoluendis oneribus Cameralibus in ſtatu Eccleſiæ præſcribi non poteſt. Contr. nu. 20.
21 Singulorum Clericorum conſenſus præiudicare nequit in concernentibus vniuerſum ordinem.
22 Clerici defectu iuriſdictionis laicis non ſubijciuntur.

DECISIO XIII.

PRò faciliori ſubſidij triennalis, aliorumque onerum Cameraliũ exactione, ac minori Præneſtinorum Ciuium incommodo vſque de anno 1553. publico congregato conſilio capta fuit reſolutio de vendendis Hoſpitijs, ſalſamentarijs, ac de imponenda collecta, ſeu gabella vnius bononeni prò quolibet caballo muſti, & acquati ingredientis Ciuitatem eiuſque territorio recondendi, nec non aliorum bononenorum quatuor prò quolibet caballo vini, ex eadem Ciuitate extrahendi, à quolibet exigendi, nemine excepto, præter Excellentiſſimos in temporalibus Dominos, ac Reuerendos D. Canonicos Cathedralis Eccleſiæ, alioſque de Clero.

Vrgentibus deinde Vniuerſitatis indigentijs de anno 1569. aucta fuit huiuſmodi collecta ad vnum bononenum prò quolibet caballo muſti in ingreſſu, & ad aliud prò quolibet cado in extractione, eiuſque exitu, ad triennium tamen duratura.

Verum ex Tabella Communitatis cum introitus aſcendere reperiatur ad ſcuta 1523. exitus vero ad 1644. ſtante huiuſmodi exitus exceſſu, vt à grauaminibus ſubleuetur, & ne vnquam de huius gabellæ impoſitione abſque Sedis Apoſtolicæ auctoritate dubitari contingat porrectus fuit pro parte Communitatis S. D. N. Clementi IX. ſuplex libellus prò neceſſaria confirmatione, cum derogatione tamen exemptionis à primæua eius impoſitione, adiectæ ad Eccleſiaſticorum fauorem, quo mihi tranſmiſſo tempore, quo Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. Card. Antonij Barbarini Præneſtini Epiſcopi Vicarij Generalis viceſgerebam ad effectum audiendi partes, & Sanctiſſimo referendi, diſcuſſo articulo, gratiam, quo ad petitam collectæ, ſeù gabellæ confirmationem eſſe concedibilem reſpondendum duxi, ſiquidem quamuis ſine Principis licentia etiam neceſſitate cogente, neque Vniuerſitates, neque particulares viri, Barones, Comites, & ſimiles collectas imponere, eorumque Ciues taxare queant, per textum in *l. placet C. de excuſ. mun. lib. 10.* quia
2 indictio taxę, ſeu collectæ non differt ab exactione, & præſtatione vectigalium, quæ ſoli Principi tamquã de regalibus reſeruatur *l. quidquid C. de vectigal. l. vectigal. ff de pub. & vectig. c. ſuper quibuſdam 26. ibique glo. in verbo pedagia de verb. ſignif. Maſtril. de Magiſt. lib. 3. cap. 4. num. 446. Thomat. de collect. §. ſane ſi negotium num. 3. & ſeq. vſque ad fin. Rot. deciſ. 72. num. 2. p. 1. recent.*
3 Tamen non eſt omninò interdicta impoſitio collectæ etiam ſine ſcitu ſuperioris, aut Principis licentia, ſi imponatur non vigore iuriſdictionis, ſed de conſenſu Ciuium pro ſoluendis debitis, alijſque indigentijs ipſius Communitatis, *cap. non minus. & ibi Abb. num. 20. verſ. puto Ancar. num. 8. de immunit. Eccleſ. ad tradita per Bald. in cap. veniens num. 7. de iur. iuran. Cobel. de bon. regim. §. 1. glo. 2. cap. 28. num. 23. & ſeq. Rota deciſ. 72. num. 1. p. 1. recen.*
4 Qua concurrente cauſa, non datur æquior, vel magis

magis proportionabilis exactio, quam per collectæ indictionem ex doctrina *Bald. in l. neque num. 4. ff. quod cuiuſcunque vniuerſ. nomin. Spada conſ. 121. nu. 24. lib. 2. Rot. in Rauennaten. collectæ 26. Feb. 1666. in fi. prin. coram Carpineo*.

5 Præcipuè ſi Ciuitas ſit inops, & ære alieno prematur, *Gratian. diſcept. 196. num. 31. & dec. March. 317. num. 1.* Quinimò etiam ſi habeat proprios redditus, collecta imponi poteſt pro ſolutione onerum Cameralium iuxta reſolutionem *Sac. Cong. relatam per Cohel. in ſuo Bullar. tit. de peſi Camerali, doue ſi deuono pagare cap. 8. fo. 202.*

6 Tenetur nihilominus hoc caſu Vniuerſitas de cauſæ vrgentia Principem certiorare, vel manifeſtare indigentiam, aut neceſſitatem, qua impulſa fuit ad collectam imponendam prò approbatione, & confirmatione *l. placet C. de excuſat muner. lib. 10. ibi ſi quid vrgere forſitan. ceperit Thomat. de collectis §. ſane ſi negotium num. 32. in fin. & 23. in prin. Cohel. de bon. regim. §. 11. glo. 2. cap. 1. num. 17. & 18. & §. 14. glo. 2. verb. collectis cap. 35. ſub nu. 9.*

7 Pro vt ſæpe Summi Pontifices annuerunt, etiam præuia abſolutione à cenſuris quomodolibet prò præterito huiuſmodi de cauſa incurſis, & in futurum examinata gabellæ natura, ſi iuſta reperta fuerit, confirmationem demandarunt, vt teſtatur *Cohel. dictis Comment. ad bullam bon. reg. §. 8. glo. 1. cap. 20. num. 18.*

8 Cauſa in præſenti, ſcilicet pro ſoluendo ſubſidio triennali, alijſque oneribus Cameralibus iuſtiſſima reputatur, cum expediat Cameræ Apoſtolicæ, vt facilis reddatur eorum exactio, dum pro manutentione ſtatus Eccleſiaſtici deſeruire debet.

9 De eius iuſtitia non eſt dubitandum, cum nemini damnum inferatur, ſed ſeruetur proportio, vt nemo magis alio grauetur *Cranet. conſ. 195. num. 9. Dec. conſ. 96. num. 5. & 18. Bertaz. conſ. 207. nu. 4. vol. 1. Theſaur. deciſ. 239. num. 6. Pignatel. conſult. canon. 141. num. 4. Bonacin. in tit. de reſtit. in partic. diſ. 2. qu. 9. punct. 1. num. 2. tom. 2. Suar. de leg. lib. 5. cap. 14. num. 16. Dian. reſol. moral. p. 1. tract. 3. de parlament. reſol. 2. cum alijs à me allegatis in meo Plauſinimo conſtit. 13. num. 12. & ſeq.*

10 Quo vero ad obligandum Eccleſiaſticos ad ſoluendam præfatam gabellam, circumſcripta exemptione ad eorum fauorem conceſſa, cum prætendatur in hac parte Communitatem læſam remanſiſſe competit eidem reſtitutio in integrum, vt de magis cõmuni teſtantur *Doctores relati per Odd. de reſtit. in integ. p. 1. qu. 3. art. 12. num. 76. verſ. in contrarium, & p. 2. qu. 90. art. 7. num. 32. & ſeq.*

11 Etenim Vniuerſitas æquiparatur pupillis, Viduis, alijſque miſerabilibus perſonis, eorumque priuilegio vtitur, quia in vniuerſitatibus adſunt pupilli, Viduæ, Pauperes, ac aliæ miſerabiles perſonæ *l. reſpublica C. in quib. cauſ. min. Iaſ. in l. ſi emancipati num. 5. & 6. C. de collect. Corn. conſ. 148. num. 4. lib. 1. Soc. conſ. 60. num. 3. & 4. lib. 4. Rol. à Val. conſ. 68. num. 20. & 21 lib. 3. Odd. de reſt. in integ. dicta qu. 90. num. 33. & ſeq. Creſcen. deciſ. 9. alias 206. num. 1. de re iud. Rot. deciſ. 93. num. 15. circa fin. verſ. hoc etiam, & ſub num. 16. poſt Zacb. de oblig. Cameral.*

12 Eoque fortius quia Communitas agit de damno euitando, & Eccleſiaſtici de lucro captando, quo caſu opponi poteſt nullitas, & iniuſtitia contractus aduerſus eque priuilegiatum *Fenſon. ad ſtatut. Vrbis cap. 151. num. 56. latè Pic. ad ſtat. glo. 7. num. 83. Greg. XV. deciſ. 164. num. 6. ibique Add. num. 12. Burat. dec. 480. num. 11. ibique Adden. num. 24. Rot. deciſ 557. num. 1. p. 1. diuerſ. deciſ. 153. num. 7. p. 1. deciſ. 218. num. 6. p. 2. dec. 190. num. 29. p. 6. recen.*

13 Læſio deducitur, quia Eccleſiaſtici in ſtatu Eccleſiæ non ſunt exempti à ſolutione onerum Cameralium, ſed concurrere debent vna cum laicis ad taxas, & collectas, quæ vt plurimum in ſubſidium deficientibus publicis facultatibus ab Vniuerſitatibus promulgari, & publicari ſolent, non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, & exemptionibus alias ad fauorem cuiuſcunque perſonæ conceſſis, attentis conſtitutionibus impoſitionis præfatorum onerum, alijſque reuocatorijs exemptionum à vectigalibus, ac alijs publicis oneribus Pauli III. Pauli IV. Clementis VIII. Pauli V. Vrbani VIII. Innocentij X. Alexandri VII. ac Clementis IX. *ſua conſtit. incip. Paterna quam de noſtris* emanata ſub die 20. Decembris 1667. §. *præterea omnia, & quæcunque priuilegia*, vt animaduertit *Cohel de bon. regim. cap. 28. num. 330. verſ. habet etiam & ſeq.*

14 Ac proinde cum inconſulto à Communitate immunitas prædicta conceſſa fuerit, eo magis beneficio reſtitutionis in integrum ſubueniri debet, prò vt in ſimili reſtituitur minor aduerſus aditionem hæreditatis inconſulto factam *l. 1. & Auth. ſi omnes C. ſi minor ab hæred. ſe abſtin. §. pupillus & ibi glo. Auth. de hæred. & falcid. Bart. in l. ait prætor. in prin. ff. de minor. Odd. de reſt. in integ. qu. 62. art. 2. ſub num. 15. verſ. ſed contra eſt verior. & qu. 89. art. 7. num. 51. Greg. XV. deciſ. 181. num. 1. Cocin. deciſ. 219. num. 1. Rot. deciſ. 82. num. 3. & 22. p. 9. tom. 1. recen.*

15 His tamen in nihilo refragantibus pro reiectione petitæ exemptionis reuocationis, proponitur ab Eccleſiaſticis, quod non fuerunt ſoliti collectari, & præſcripſerint libertatem non ſoluendi, quo caſu non tenentur ad ſolutionem præfatorum onerum iuxta decretum *Sac. Cong. bon. regim. à Clemente VIII. approbatum ſub die 26. Auguſti* 1600. de quo *Choel. in ſuo Bullar. in tit. de priuilegiati, & eſenti fo. 170.* vt etiam cenſuit *Sac. Cong. Card. controuer. iuriſdictional. præpoſitor. ſub die 21. April.* 1640. *relat. per eundem Cohel. dicto t. t. verſ. quali ſiano poi li peſi fo. 171. & per Paul. Rub. in adnot. ad deciſ. 30. num. 12. p. 4. tom. 2. recen.* vt nouiſſime tradit *de Luca in ſuo Theat. veritat. tom. 2. tit. de regal. diſ. 92. num. 4.*

16 Deducitur huiuſmodi libertas, quia à dicti conſilij reſolutione effluxit conſiderabile tempus centum, & vltra annorum, vnde nituntur præſcriptione centenaria, quæ æquiparatur immemorabili, & affert meliorem titulum de mundo *glo. in cap. cum vobis verb. centum annorum de præſcript. Decian loquens de præſcript. regalium conſ. 24. num. 112. & plurib. ſeq. lib. 1. Rol. à Valle conſ. 22. num. 26. to. 2. Virmiglol. conſ. 25. num. 11. Theſaur. qu. 27. nu. 2. lib. 2. Rot. deciſ. 707. num. 2. deciſ. 1141. num. 1. coram Seraph. & in Beneuentana iuriſdict. 13. Maij 1652. §. ope igitur coram Zarate.*

17 Quinimo obſeruantia 30. annorum in non ſoluendo gabellam, inducit præſcriptionem exemptionis, etiam in futurum, cum in hac gabellarum, &

vectigalium materia, ita fauor libertatis præualet, vt ex ſola negatiua obſeruantia longiſſimi temporis etiam deficientibus neceſſarijs requiſitis, ipſa præſcriptio inducatur *Eugen. conſ. 92. num. 25. & ſeq lib. 1. Surd. conſ. 234. num 10. Capic. Latr. conſ. 68. num. 4. & 5. Cobel. ad Bullam bon. regim. cap. 50. num. 230. & ſeq.*

38 Nec refragatur æquum non eſſe laicos huiuſmodi onus in totum ſubire debere, dum ex natura rei etiam Eccleſiaſtici ad hanc præſtationem adſtringuntur, non ſolum quia alijs afficiuntur oneribus impoſitis pro ſpolijs, triremibus, prò taxa Seminarij Clericorum, alijſque expenſis, ad quas contribuere debent prò reparatione, manutentione, alijſque indigentijs Eccleſiarum, eorumque beneficiorum; verum etiam quia non eſt à ratione diſſonum Eccleſiaſticos, tamquam prò communi Reipublicæ bono laborantes in ſpiritualium exercitio, ac ſacramentorum adminiſtratione à laicis in hac parte ſubleuari, adeòut ſi commoda bonorum ſpiritualium ſentiunt, ita debeant ſentire incommoda contributionum. *Bonacin. de cenſur. in partic. in tit. de cenſur. content. in Bulla Cœnæ diſ. 1. qu. 19. punct. 3. §. 3. num. 15. tom. 3 cum alijs per Cobel. de bon. regim. cap. 28. num. 64.*

39 Controuertitur tamen, & quod re vera non adſit, prætenditur à Communitate hæc pacifica obſeruantia, ſeu præſcriptio non ſoluendi gabellam, tum ob aliquas interruptiones iudicialiter factas coram Ordinario, dum ad gabellam ſoluendam pulſati fuerunt prò oneribus Cameralibus, vt ex fide actorum Ciuilium, tum etiam quia multi de Clero agnoſcentes teneri ad præſtationem præfatorum onerum gabellam ſoluerunt, vt deducitur ex depoſitione nonnullorum teſtium ad perpetuam rei memoriam examinatorum. Tum demum quia ſupra firmata concluſio de facto in ſtatu Eccleſiaſtico non videtur vſu recepta, & in gabellis, ac vectigalibus Cameralibus non de facili ad praxim reducitur prætenſa præſcriptio reſultans à non ſolutione per tempus longiſſimum, vel ob decretum irritans contentum in conſtitutionibus editis ſuper huiuſmodi onerum impoſitione, cuius vigore inficitur quæcunque poſſeſſio, ſine qua præſcriptio cõſiſtere nequit, ita vt non ſolum illa tollatur, ſed impediatur ne vnquam oriatur, vel ob conſtitutiones poſtea ſuperuentas reuocatorias omnium, & quarumcunque exemptionum, & Franchitiarum, ex quorum tenore ſi reuocantur exemptiones etiam per expreſſa priuilegia quæſita, dummodo non ſint ex cauſa mere onerosa, & correſpectiua iuſtificata in plena Camera, multo magis cenſentur reuocatæ exemptiones prouenientes ex præſcriptione, ſeù ex obſeruantia negatiua, non ſoluendi collectas, ſeu gabellas prò oneribus Cameralibus impoſitas, vt nouiſſime ratiocinatur *D. de Luca in ſuo Theatro veritat. tom. 2. tit. de regal. diſc. 158. num. 4. & 5.*

30 Hanc vero doctrinam parum releuare prætenditur ex parte Cleri inſiſtentis in decreto Clem. VIII. alijſque reſolutionibus ſupra firmatis, quibus dum dictum fuit Clericos non teneri ad ſolutionem onerum Cameralium, ſi præſcripſerint libertatem non ſoluendi, bene ad praxim reduci poteſt huiuſmodi præſcriptio, cum non concurrat diſſenſus Sum. Pontificis non obſtante decreto irritante contento in ſupradictis conſtitutionibus.

21 Atque hinc neque releuare aliquos de Clero ſoluiſſe, quia vltra quod quatenus iuſtificaretur à particularibus non eſt facienda illatio, certum eſt ſingulorum Clericorum conſenſum præiudicare non poſſe circa ea, quæ vniuerſum ordinem concernunt, vt tradit *idem de Luca in dicto ſuo Theat. tom. 3. tit. de præeminent. diſ 24. num. 4. verſ. atque hinc.* Et ſemper viget gabellam impoſitam fuiſſe à laicis, quibus defectu iuriſdictionis Clerici non ſubijciuntur, ſed in hoc conſiſtit gratia pro qua ex parte Communitatis ſupplicatur, ſcilicet pro confirmatione impoſitionis perinde, ac ſi ab initio cum interuentu eccleſiaſticorum indicta fuerit, præuia reſtitutione in integrum aduerſus exemptionem inconſulto conceſſam.

Et ita, &c.

SVMMARIVM.

1 Nouas collectas imponere ſoli Principi permiſſum eſt, & Communitatibus de ipſius licentia.

2 Nomine Principis ad hunc effectum qui veniant.

3 Imponens nouas gabellas incurrit excommunicationem Papæ reſeruatam, & non eſt ſoluenda nu. 4.

5 Collectæ maxima vrgente neceſſitate imponi poſſunt in conſulto Principe nu. 7.

6 Neceſſitas ad hunc effectum qualis eſſe debeat.

8 Collectæ per viam ſubrogationis de nouo imponi poſſunt.

9 Subrogatum ſapit naturam ſubrogati.
Lim. ſi in ſubrogato militaret diuerſa ratio nu. 10.
Lim. ſi in ſubrogato adeſſet noua qualitas nu. 11.

12 Collectæ imponi poſſunt ex priuilegio, vel conſuetudine.

13 Collectæ ſunt imponendæ iuxta vires patrimonij, æſtimum inducit obligationem ad collectas ibid.

14 In imponendis collectis, quæ conſideranda ſunt.

15 Collectæ ſunt imponendæ iuxta formam oneris perſonalis aut mixti num. 16.

17 Vbi adeſt Cataſtrum partitur per æs, & libram, & quomodo vbi non adeſt.

18 Collecta imponenda congregato Conſilio.

19 Diuidenda, & exigenda habita ratione poſſeſſorum bonorum.

20 Ciues obligari poſſunt ab Vniuerſitatibus prò indigentijs publicis, & eorum bona num. 21.

22 Onera Cameralia, & fiſcalia non ex ærario publico, ſed a priuatis ſunt ſoluenda.

23 Limit. ſi Vniuerſitas habeat bona ſufficientia.

24 Ciues collectari non debent, niſi diſcuſſa communi burſa nu. 26.

25 Prout etiam ſi Ciues conceſſerint ius paſcendi.

27 Pauperes, qui dietim pro victu quærendo laborant non ſunt collectandi.

28 Collecta imponenda eſt per æs, & libram prò rata patrimonij.

29 Pro reparatione agerum non eſt imponenda, niſi pro bonis fructiferis nu. 30. 31.

32 Collectæ vbi exiguntur per æs, & libram non poſſunt exigi per Capitationem.

33 Limit. procedere in collectis realibus, ſecus in perſonalibus.

34 Capitatio quæ ſit.

35 Clerici tenentur ſoluere impoſitionem taxatam prò animalibus a Communitatibus, quæ habent ius paſcendi,

Colle-

Collecta à quibus, ſuper quibus bonis, & perſonis, & quomodo imponi poſſit.

ADNOTATIO I.

1 NOnas collectas imponere ſoli Principi permiſſum eſt, vel Communitatibus de ipſius Principis aſſenſu, & licentia ad effectum eidem ſoluendi tributa, & onera, *l. vectigalia ff. de pub. & vectig. cap. ſuper quibuſdam 26. & ibi glo. in verbo pedagia de verb. ſignif. de Luca in ſuo Theat. verit. tom. 2. tit. de regal. diſc. 50. num. 5.*

2 Et nomine Principis ad hunc effectum ſolum veniunt, qui in ſua ditione ſupremam habent facultatem, nullumq; ſuperiorem in temporalibus agnoſcunt, cum impoſitio vectigalium ſit effectus ſupremæ iuriſdictionis *cap. innouamus de cenſib. vt ex Sayr. Duard. Tolet. Gambarutta Alterio, aliiſque late probat Bonacin. de cenſur. in particul. tit. de cenſur. in Bulla Cenę content. diſ. 1. qu. 6. punct. 3. num. 2. & plurib. ſeq.* vbi recenſent ſuperiores, qui nonas gabellas imponere poſſunt, & inferiores, qui carent huiuſmodi facultate.

3 Et qui hoc attentare præſumpſerit, ne dum temporali, ſed ſpirituali quoque multabitur pœna, ſeu Eccleſiaſticis innodabitur cenſuris, & S. Pontificis abſolutione indigebit, vt expreſsè cauetur *in Bulla Cœna Domini, & Greg. XIII. conſtit. 81. ex ordine Bullar. nouiſſ. tom. 2. pag. 464. & Pauli V. conſtit. 63. eodem Bullar. tom. 3. pag. 251.*

4 Immo ſi a Ciuitate, quæ ſub Principe ſit imponatur ſolui non debet, & ſoluta vi, aut ſimplicitate reſtituenda erit, *Bal. in l. vectigalia, & l. non ſolet. C. vectig. nou. inſtit. non poſſ. Cobel. in comment. in Bull. bon. regim. §. 8. glo. 1. cap. 20. num. 16. 17. & 18.*

5 Lim. ſi magna vrgeat neceſſitas, quo caſu ius commune permittit collectas, ſine ſcitu ſuperioris imponi poſſe, vt ſi præmat reparatio Pontis, Palatij, Molendini, & ſimilium, ſi minantur ruinam, & talis ſit neceſſitas, quæ nullam patiatur dilationem, & ita periculum ſit in mora, vt quælibet modica dilatio maximum poſſet afferre præiudicium rebus publicis *Bartol. in l. vnica num. 24. C. de mulier. & in quo loc. lib. 10. Maſtril. de magiſt. lib. 3. cap. 4. num. 446. cum alijs per Cobel. de bon. regim. cap. 28. num. 30. & plurib. ſeq. & cap. 35. nu. 9.*

6 Et generaliter neceſſitas ad hunc effectum concernere debet priuatam, & publicam, vel totam vniuerſitatem, *cap. non minus, & ibi Abb. num. 20. verſ. puto Ancar. num. 8. & cap. aduerſus num. 2. de immunit. Eccleſ. Rot. deciſ. 72. num. 1. p. 1. recen.*

7 Sublata verò neceſſitate non licet nouas gabellas imponere, *ex theor. Bald. in l. 1. in fi. C. de oper. lib. Purpur. conſ. 563. num. 3. vol. 2. Aym. conſ. 308. num. 2.*

8 Lim. 2. ſi onus non imponatur de nouo, abſolutè, & de facto, ſed per viam ſubrogationis, ſeu commutationis locò antiquorum ad tradita per *Rotam in Albiganen. Auenæ 12. Feb. 1644. coram Ghiſlerio relat. per D. de Luca in ſuo Theat. verit. tom. 2. tit. de regal. diſc. 50. num. 2. verſ. ad quod comprobandum, & num. 6.*

9 Siquidem hoc caſu non dicitur noua impoſitio, ſed continuatio antiquæ in re ſubrogata, vnde nihil attentatum fuiſſe cenſetur ad effectum incurrendi pœnas inflictas contra imponentes noua pedagia, cum ſubrogatum ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur *l. ſi cum §. cum iniuriarum ff. ſi quis caut. l. ſi donata §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. cap. Eccleſiam il 4. vbi omnes Canoniſtæ vt lit. penden. Gabr. reg. iur. conclu. 2. num. 9. Cobel. de bon. regim. cap. 9. nu. 67. verſ. nota eſt etiam Greg. XV. deciſ. 115. num. 3. deciſ. 544. num 38. & dec. 511. num. 31.*

10 Sublim. ſi in ſubrogato militaret diuerſa ratio ab ea, quæ reperitur in eo, cui fit ſubrogatio, *Menoch. de arbit. lib. 1. qu. 54. num. 30. verſ. confirmatur hac reſponſio, Rot. deciſ. 55. num. 5. p. 3. recen.*

11 Sublim. 2. ſi in ſubrogato expreſſa eſſet noua qualitas, iuxta doctrinam *Bart. in l. 1. §. hæc actio col. 1. verſ. item fallit. ff. ſi quis text. liber. eſſe iuſ. fuer. plenè Boer. conſ. 101. num. 59. lib. 1. Valenzol. conſ. 73. num. 124. & ſeq. lib. 1. Pariſ. conſ. 48. nu. 78. lib. 3. Bertazol. conſ. ciuil. 84. num. 32. Ciriac. contron. 325. num 4. verſ. controuertitur Rota in Bononien. legitimę 26. Ianuar. 1665. §. non obſtat cor. Albergato.*

12 Lim. 3. ſi huiuſmodi facultas competat, vel ex priuilegio, vel ex præſcriptione, ſeu immemorabili conſuetudine *Barbat. de diuiſione fruct. p. 1. cap. 8. Marot. in tract. de collect. ſeu bonatenentia poſt eius reſol. Franc. deciſ. 56. cum alijs per Bonacin. tract. de cenſur. in partic. diſ. 1. qu. 2. punct. 3. nu. 3. verſ. idem dici poſſe de Luca in ſuo Theat. verit. tit. de regal. diſ. 50. num. 5. tom. 2.*

13 Collectæ ſunt imponendæ iuxta deſcriptionem bonorum factam in publicis tabulis, ſcilicet in cataſtro, vel æſtimo, ſeu allibratu iuxta qualitatem, & quantitatem patrimonij *l. omnes prouinciarum 11. C. de oper. pub. Feſtas de Collect. p. 1. cap. 1. num. 2. Felician. de rub. in addition. ad tract. de collect. Petri de Vbald. num. 13. circa med. impreſſ. mihi poſt tract. eiuſdem Petri de Vbald. de fratrib.* æſtimum ad hunc finem legitimè confectum importet quemdam contractum inter vniuerſitatem, & illum cuius bona æſtimantur, vt ad ſolutionem teneatur *Thomat. de collectis verſ. ſi negatum nu. 22. inter tract. magnos to. 12. fo. 152. à tergo relat. per de Luca in ſuo Theat. veritat. tom 2. tit. de Regal. diſc. 100. num. 3.*

14 Tria præcipuè veniunt conſideranda in imponenda collecta vires facultatum, ſecundum vires corporum, vt ſi quis licet ſit diues, tamen ita morbo laboret, vt ſuas diuitias totas in ſui corporis ſubſtentatione erogare cogatur, nam hoc caſu, vel eſt eximendus, vel minori ſumma mulctandus 3. vires animi, vt ſi ita ſit aliqua virtute, vel arte præditus vt multum lucretur, nam collectandus erit etiam pro eo, quod ex induſtria lucratur, vt animaduertit *Choel. de bon. reg. cap. 35. num. 19. vſque ad 22. Dec. conſ. 334. Natta conſ. 418. nu. 3. Menoch. conſ. 1144. vbi de materia Ciriac. contron. 156. num. 21. per tot. de Luca in Theat. verit. tom. 2. tit. de Regal. diſc. 102. 10.*

15 Inſuper inſpicienda, eſt cauſa in imponenda collecta, nam ſi prò onere patrimoniali, vel mixto, & tunc imponenda, & partienda ex taxa per æs, & libram *l. omnes prouinciarum 11. vbi Saly. & Docto-*

bes C. de oper. pub. Si vero pro onere perſonali, & tunc facienda eſt taxatio per capita, ſed ſi onus ferendum ſit per fumantes, ſeu domus, & tunc vnaquæque domus taxanda erit, vt dicitur *à taſſa per foco*, & ratio eſt quia collecta, ſeu taſa regulanda eſt ſecundum naturam oneris, in cuius locum ſubrogatur *l. ſi cum §. cum iniuriarum ff. ſi quis cautio Bart. in l. 1. num. 23. C. de mulier. & in quo loco lib. 10.*

16 Sed ſi non appareat pro quo onere ſit impoſita collecta, & tunc taxandi ſunt Ciues per æs, & libram, quia in dubio collecta dicitur onus mixtum, quod imponitur perſonis prò rebus *l. reſcripto §. ſecundum & ibi Bart. & alij ff. de muner. & honor. Cobel. de bon. regim. cap. 28. nu. 17. & 18. & cap. 35. num. 18. verſ. tertium exemplum.*

17 Vbi adeſt Cataſtrum, ſeu æſtimum partitur per æs, & libram, vbi non fuit confectum Cataſtrum æſtimari debent facultates Ciuium non ſolum immobiles, ſed etiam mobiles, & etiam pecunia, quam Mercator fæneratur, aut veniunt deſcribendi fructus, qui ex prædijs colliguntur *Cobel. de bon. regim. cap. 35. num. 24. in fi. Petrus de Vbald. de collect. num. 16. Felician. de Rub. in addit. ad eundem num. 15.*

18 Imponi vero, nec exigi poſſunt ab Vniuerſitate, niſi congregato conſilio ſpeciali, vel generali ſecundum Terrarum ſtatuta legitimè celebrato, expoſito negotio quod imminet *l. 1. in prin. C. de apoch. pub. lib. 10.* præcipuè in Eccleſiaſtica ditione attenta Aegidiana conſtitutione *lib. 1. cap. 36. verſ. nos præfatis Cobel. in comment. in Bul. bon. regim. cap. 35. num. 6. & 7.* dummodo tamen præceſſerit legitima facultas à Principe obtenta, vt ibidem ſubdit idem *Cobel.*

19 Diuidenda, & exigenda eſt nulla facta differentia pauperum, & diuitum, habita ſolum ratione poſſeſſorum bonorum, vt notat *gl. in l. 1. in verb. inops C. de oper. pub. lib. 10. P. Gregor. Tholoſ. in Syntag. iur. vniuer. lib. 3. p. 1. cap. 7. num. 2.*

20 Pro indigentijs publicis poſſunt Vniuerſitates taxare, & obligare ſuos Ciues, etiam ſub repreſalijs, cum ſingulas perſonas habeat obligatas *Lucas de Penna in l. fi. num. 15. & 16. C. de quib. muner. nem. liceat ſe excuſare lib. 10 Gail. tract. de arreſt. imper. cap. 9. per tot. Trentacin. var. reſ. tit quod cuiuſcunque vniuerſ. nom. reſol. 2. Cobel. de bon. regim. cap. 28. num. 13.*

21 Et nedum perſonas, ſed etiam ciuium bona, res, & prædia habent obligata tamquam res alienum, cum ipſis vniuerſitatibus contractum, vt ſubdit idem *Cobel. loco proximè citato num. 12.*

22 Vnde ſi vniuerſitas debeat ſoluere onera fiſcalia, vel Cameralia, quod eſt debitum ſingulorum, non autem vniuerſitatis, non ex Aerario ipſius vniuerſitatis publicisque prouentibus facienda erit ſolutio, ſed imponenda, & exigenda erit collecta ab ipſis Ciuibus, ſingularibuſque perſonis *Anendan. de execut. mandat. p. 2. cap. 10. num. 23. verſ. ſecundo infero cum alijs per Cobel. de bon. regim. cap. 35. n. 14.*

23 Lim. procedere quando Vniuerſitas nihil habeat in bonis, ſecus ſi habeat bona ſufficientia, quo caſu non debet onerare, & taxare ſuos Ciues *Natta conſ. 350. per tot. lib. 1. Lucas de Pen. in l. hac prudentiſſima nu. 13. verſ. quin etiam C. de quib. mun. nemin. liceat lib. 10.* & ita reſcripſit ille *Sac. Congreg. bon. regim.* refert *Cobel. in commentar. in Bull. bon. regim. cap. 28. num. 15. & 16.* in hæc verba *Vbi Communitates non erunt ære alieno grauatæ, redditus erunt ſufficientes, & gabellæ non erunt iniuſtæ, non imponatur noua collecta.*

24 Ac proinde Ciues collectari non debent niſi prius diſpenſa, & euacuata communi borſa, cum gabellis permiſſis, vel alijs redditibus deſtinatis ad effectum ſoluendi onera Cameralia ad *text. in l. 1. C. vt nul. ex ſicar. pro aliment. vict. dubit. teneat. lib. 1. Ruin. conſ. 116. num. 8. 9. & 17. verſ. nec obſtat. lib. 4. Bero conſ. 150. num. 51. lib. 3. Rol. à Val. conſ. 66. nu. 11. vol. 1. Aym. conſ. 972. num. 34. Natta conſ. 150. nu. 1. 2. 8. & conſ. 118. num. 1. & 2. Menoch. conſ. 1201. num. 11. Seſſa. deciſ. Aragon. 7. num. 12.*

25 Lim. 2. vt neque ſit imponenda, vbi Ciues conceſſerint ſuis Ciuitatibus ius paſcendi in proprijs bonis, cum onere, vt ipſæ Ciuitates ſoluant onera Cameralia, & Communitatiua ex retractu venditionis paſculorum *Anchar. conſ 303. num. 3. & 4.* & ita ſeruari in locis Prouinciæ Patrimonij teſtatur *Cobel. de bon. regim. cap. 35. num. 25. & 37.* vbi ſubdit, quod poſſint augere portionem, vel talem per capita animalium, adeo vt hoc pretij augumentum etiam Clerici ſoluere debeant, iuxta reſolutionem Sac. Congregationis boni regiminis.

26 Quando verò bona vniuerſitatis exhibita, & excuſſa, & minimè ſolutioni idonea reperta fuerint, venit imponenda collecta adhibitis ſolemnitatibus ad id neceſſarijs, & vbi in hoc officiales negligentes fuerint, contra ipſos eſt relaxanda executio perſonalis, vt dixit *Rot. in firmana Pecuniaria 4. Decemb. 1651. §. fi. coram Bichio.*

27 Pauperes tamen, & illi, qui dietim pro victu quærendo laborant nihil pro collectis conferre debent, pro vt etiam ſeruandum eſt in alijs, qui lapſi ſunt facultatibus *l. per Bythiniam C. de immun. nem. conced. l. fi. C. quemadm. Ciui. mune. indic. Petr. de Vbald. de Collect. nu 18. & ex Bald. in l. etiam nu. 17. C. de execut. rei. iudicat. tradit. de Luca in Theat. verit. tom. 2. tit. de Regal. diſc. 102. num. 9.*

28 Cæteri tenentur ad ſolutionem collectæ, quæ, vt nemo grauetur imponenda eſt per æs, & libram pro rata patrimonij *l. omnes in verſ. pro viribus C. de muner. pub. l indictione in verb. vltra modum l. præſes la p. C. de annal & trib. lib. 10. l. 1. C. de nauſ. lib. 11. Specul. in tit. de ratu §. 1. verſ. ſed pone Felician. de Rubeis in addit. ad Petr. de Vbald de collect. num. 13. circa med. impreſ. mihi poſt eiuſdem tract. de duob. frat. Gratian. diſcept. 196. num. 31. Spada conſ. 121. num. 24. lib. 2. Rot. in Rauennaten. Collecta 26. Febr. 1666. in fi. prin. coram Carpineo.*

29 Collecta vero puta pro reparatione aggerum, & ſimilium non eſt imponenda, niſi pro bonis fructiferis, vt admonet *Lucas de Penna in l. fi. C. de annat. & & tribut.* Natta *conſ. 409. num. 1. & 6. Oſaſch. d. 83. num. 6. & 7. Rot. in Rauennaten. Collecta 11. Martij 1666. §. & quamuis, & per tot. coram Carpineo.*

30 Vnde non ſunt collectanda bona pro præfatis reparationibus, ſi ex eiſdem nullum à Domino reportatur beneficium, cum nulla æquitas ſuadeat, vt contributioni ſubiacere debeant ad regulam textus *in l. ſecundum naturam 10. de reg. iur. Soccin. iun. conſ. 33. num. 12. lib. 4. Surd. conſ. 150. num. 11. quos refert, & ſequitur Rot. in dicta Rauennaten. Collecta §. fi. coram Carpineo.*

31 Ete-

31 Etenim cum onus collectæ fructus reſpiciat, propterea poſſeſsiones ſteriles, quę nullam afferunt vtilitatem collectæ onere grauari nequeunt, & tamquam ſi non eſſent reputari debent *l. neque ſtipendium ff. de imp. in reb. dot. fact. Bald. in l. ad inſtructionem C. de ſacroſant. Eccleſ. Auth. defuncto in vltim. Colum. C. ad Tertul. facit. text. in l. qui bonis ff. de ceſ. bon.* vbi notat *Bart. Felician. de Rubeis in addit. ad Petrum de Vbald. de collect. num* 17.

32 Vbi collectæ ex antiqua obſeruantia exigi ſolent per æs, & ſic iuxta quantitatem bonorum, non poteſt ſolitum alterari, & induci ſolutionem per capitationem ex deductis per *Beroum conſ. 150. lib. 3. Pariſ. conſ. 25. lib. 1.*

33 Lim. 1. procedere in collectis, quæ imponuntur pro oneribus merè realibus, certis, perpetuis inuariabilibus, & vniformibus ad effectum Principi ſoluendæ tamquam tributum, ſeu tamquam decima, ſeu portio fructuum prædiorum, & bonorum ſub eiuſdem dictione exiſtentium, quæ verè, & propriè collectarum appellatione veniunt iuxta *text. in l. fi. ff. de muner.* ſecus vero vbi agitur de oneribus perſonalibus, quæ omnes, & ſingulos tangunt, & ab omnibus ſupportanda ſunt, nam tunc eorum ſolutio fieri debet per capitationem, iuxta regulam *text. in l. 1. in fi. C. de quib. muner. nemini &c. lib. 10.* ibi *cum ea onera, quę omnibus communia ſunt ab omnibus fieri debeant, atque à ſummis ſarcina, vſque*
34 *ad infimos decurrere debet.* Capitatio autem eſt propriè collecta, quæ imponitur per capita perſonarum, ac ratione laboris, & induſtriæ perſonalis *ad text. in l. fi. C. ſi propter public. penſitationem* ita *de Luca in ſuo Theat. veritat. tom. 2. tit. de regal. diſc. 102. à num. 3. vſque ad 7. ex Alex. quem allegat. conſ. 68. num 3. lib. 2. Betrachin. de gabel. in prælud. n. 21. Bobadil. in polit. lib. 5. cap. 5. num. 25. & 26. Rouit. ſuper pragmat. in rub. de appretio. Menoch. conſ. 144. num. 40. cum ſeq.*

35 Vniuerſitates vbi ſunt dominæ iuris paſcendi eccleſiaſtici ſoluere tenentur impoſitionem, ſeu taxam indictam pro eorum animalibus, pro vt ſoluere tenentur laici, quia huiuſmodi impoſitio non cenſetur noua gabella, ſed pretium paſculi, & reputatur contractus emptionis venditionis, adeo vt eo ipſo quod eccleſiaſticorum animalia receperint cōmodum paſculi competat Vniuerſitati actio exempto ad conſecutionem pretij, & ita reſcripſiſſe *Sac. Congregationem boni regiminis ad fauorem Ciuitatis Viterbij ſub die 11. Iulij 1635. refert Cobel. in ſuo Bullar. tit. de peſi Camerali done, è come ſi deuano pagare c. 8. verſ. & eſſendo molte Communità fo. 201.*

SVMMARIVM.

1 Vniuerſitatibus competit ius imponendi collectas ſuis Ciuibus.
2 Forenſes de iure communi collectari non Poſſunt.
3 Amp. etiam ſi forenſes poſſideant bona ſub dominio collectantis.
4 Lim. ex priuilegio collectari poſſe.
5 Lim. 2. vbi viget conſuetudo, vt etiam forenſes collectentur.
6 Præcipuè ſi ſolutio onerum debeatur ratione rei.
7 Sublim. vt conſuetudo ſit probanda in caſu ſpeciali.
8 Quinimo debet eſſe immemorabilis.
9 Lim. in ditione eccleſiaſtica, vbi tam Ciues, quam forenſes collectantur.
10 Ad ſolutionem collectarum tenentur etiam de nouo accedentes ad habitandum.
11 Onera realia ſolui debent, vbi ſita ſunt bona.
12 Forenſes ex conſuetudine collectandi tantum ſunt pro oneribus realibus, & Cameralibus, ſecus pro communicatiuis.
13 Vel dicta Generali Italię conſuetudo intelligenda eſt etiam de oneribus mixtis, ſecus de perſonalibus.

Collecta, an forenſibus imponi poſsit.

ADNOTATIO II.

1 COllecta imponi poteſt Ciuibus, & incolis ratione ſubiectionis iuriſdictioni Vniuerſitatū, & habentium ius, ſeu facultatem collectandi *l. reſcripto §. fi. ff. de mune. & one. Felician. de Rubeis in Addit. ad Pet. de Vbald. de collect. num. 11. impreſ. mihi poſt tract. eiuſdem de duob. frat.*

2 Vnde forenſes tamquam non ſubditi ſtatuentibus, & ius collectandi habentibus defectu poteſtatis, & iuriſdictionis de iure collectari non poſſunt, neque publicis, & communicatiuis oneribus ſubijci, cum ius collectandi dicatur munus iuriſdictionale, præſertim vbi directum eſt in perſonam, & non in bonis, cum propriè collecta imponatur perſonæ pro rebus *Bart. in l. libertus §. ſola ratio num. 1. ff. ad municipal. Gabr. in tit. de iur. immun. conclu. 2. num. 1. & 2. in fi. Gratian. diſcept. 29. num. 6. De Luca in Theat. veritat. tom. 2. tit. de regal. diſc. 84. ſub num. 7. & diſc. 92. num. 2. & 3. Sperel. dec. 35. num. 17. in Auenionen. Caualicen. Collectarum 16. Maij 1583. impreſ. penes Gratian. dicta diſcept. 29. num. 7.* repetita poſt *Cenc. de cenſib. dec. 3. num. 1. & ſeq. & in Ariminen. Gabella 25. Iunij 1657. coram Beuilaqua.*

3 Amp. etiam ſi forenſis poſsideat bona ſub dominio collectantis, quia pro rebus perſona non eſt ſubiecta *l. reſcripto §. fi. ff. de mune. & one l. libertus § ſola ff. de munici Felician. de Rub. in Addit. ad Petrum de Vbald. de collect. num. 11. & 12. impreſ. mihi poſt tract. eiuſdem Petri de Vbald. de duobus fratrib. De Luca in locis ſupra allegatis Rot. in dicta Auenionen. Caualicen. Collectarum poſt Cenc. de cenſib. dec. 3. num. 2.*

4 Lim. vt forenſis collectari poſſit in loco, vel Ciuitate habente ad id particulare priuilegium *l. munerum §. patrimoniorum ff. de mune. & bono. Felician. de Rubeis loco citato num. 12. Gabr. de iur. immun. conclu. 2. num. 2. Rot. in dicta Auenionen. Caualicen. Collectarum penes Gratian. diſcept. 29. num. 10 & dec. 3. poſt Cenc. de cenſib. num. 4.*

5 Lim. 2. vt etiam forenſes collectari poſsint de conſuetudine, quam *Bart. in l. libertus §. ſola ratio ff. ad municipal.* receptam dicit per totam Italiam in locis, & Ciuitatibus, vbi forenſes bona poſſident *Marot. de collecta ſub beneuenentia cap 9 ſub num. Felician. de Rubeis in Addit. ad Petrum Vbald. de collect. num. 12. verſ. item fallit. Nicol. Bellon. conſ. 12. num. 14.* Cobel. *de bon regim. cap. 35. num. 24. 30. 33. De Luca in ſuo Theat. veritat tom. 2. de regal. diſc. 92. num. 3. Vrſil. ad Afflict. dec. 400. num 4. Theſaur. dec. 257. num. 1. Rot. dec. 3. poſt Cenc. de cenſib. nu. 4. & ſeq. & in Ariminen. Gabella 25. Iunij 1657. coram Beuilaqua.*

6 Præ-

6 Præcipuè, ſi ſolutio onerum debeatur ratione rei, quæ non minus ſpectare debet ad forenſes, quã ad Ciues, cum res in alieno territorio poſſeſſa dicatur ſubdita, cuius reſpectu poſſeſſor ſubijcitur iuriſdictioni loci *l. pupillo ff. de tutor. & Curat. l. 2. C. vbi in rem act. Gregor. XV. dec. 279. num. 15.*

7 Sublim. vt conſuetudo ad hunc effectum eſt probanda in caſu ſpeciali, & cauſa, prò qua imponitur collecta *Cobel. de bon. regim. cap. 35. num. 31. verſ. quarto poſita in fi. Rot. deciſ. 3. num. 10. 11. & 12. poſt Cinc. de cenſib. & in dicta Auenionen. Cauallicen. Collectarum penes Gratian. diſcept. 29. num. 17. 18. & 19.*

8 Quinimò debet eſſe immemorabilis, cuius contrarium non ſit memoria, ſecundum *Felician. de Rubeis in addit. ad Petr. de Vbald. de collect. num. 12. verſ. item fallit, & dixit Rot. in dicta Auenionen. Caualliceu. collect. num. 13. vſque ad 16.*

9 Sed hoc non exigitur in ditione Eccleſiaſtica, in qua indiſtinctè, ſiue Ciues, ſiue forenſes ſoluere tenentur collectas impoſitas pro oneribus Cameralibus, vbi bona poſſident, & ita ſancitum habemus *in conſtitutione Marchia lib. 2. cap. 37. in fi. ibi vlterius nos Caballin. in adnot. ad eandem conſtit. in verbo ſolutiones*, & licet hæc conſtitutio Card. Pij de Carpo habeat tantum locum in Prouincia Piceni, nihilominus ex *conſtitutione Pauli V. emanata ſub die 7. Octobris 1611. impreſ. in Bul. Cobel. fo. 12.* hoc idem in tota Eccleſiaſtica ditione ſeruandum eſt *idem Cobel. de bon. regim. cap. 35. num. 30. & 31. verſ. quarto poſita, vbi in fi. ſubdit*, quod ſtante dicta conſtitutione conſuetudo non eſt probanda, *& verſ. ſexto collectantur forenſes* Gratian. *diſcept.* 196. *num. 32. verſ. quæ etiam ampliatur.*

10 Hinc eſt, quod ad ſolutionem collectæ teneantur etiam venientes dè nouo ad habitandum, cum debitum anteceſſorum grauet etiam ſucceſſores, vt tradunt Doctores relati per *Gratian. diſcept.* 196. *num. 32.*

11 Et quod onera realia ſolui debeant, vbi ſita ſunt bona nulla habita ratione poſſeſſoris, ſiue ſit Ciuis, incola, aut forenſis, vel extraneus vigore Breuis Pauli V. decretum fuiſſe à Sacra Congregatione ſuper grauaminibus, prò cuius decreti obſeruantiá literas circulares Gubernatoribus ſtatus Eccleſiaſtici expeditas fuiſſe vſque de anno 1613. ſub die 17. Februarij refert *Cobel. in ſuo Bullario tit. de peſi Camerali, doue, è come ſi debbano pagare cap. 8. fo. 199.*

12 Sublim. 2. vt hæc conſuetudo tamquam exorbitans à iuris diſpoſitione, eſt ſtrictè intelligenda, & practicanda in collectis impoſitis, vel imponendis prò illis oneribus, quæ vel Principi ſoluuntur loco antiqui tributi, vel prò publicis neceſſitatibus prò quota facultatum, & ratione bonorum, ſecus autem prò oneribus priuatis reſpicientibus, aut concernentibus meram neceſſitatem, vel vtilitatem Ciuium, vel loci habitatorum; ſeu pro alijs oneribus communitatiuis, qualia ſunt ſubſtentatio Medici, Chirurghi, Magiſtri Scolæ, Horologij, & ſimilia, quæ quo ad ſingulos licet dicantur publica, tamen in vniuerſum potius priuata cenſentur quorum commodum, & vtilitas cum à forenſibus non participetur, nulla æquitas ſuadet, vt ad earum ſolutionem contribuere debeant, vnde conſuetudo cum in hac parte reddatur irrationabilis, & odioſa eſt reſtringenda ad onera tantum realia, & Cameralia, vt ratiocinatur *de Luca in ſuo Theatro veritat. tom. 2. tit. de regal. diſc. 77. à num. 3. & ſeq.*

13 Vel dicta generalis Italiæ conſuetudo intelligenda videtur de collectis, & oneribus etiam mixtis, quæ principaliter imponuntur pro rebus, ſiue eorum fructibus generaliter, & indefinitè reſpectu omnium nulla facta differentia inter Ciues, & forenſes, ſed ſolum habito reſpectu ad bona, eorumque poſſeſſores, cum rationi conſonet, & æquitas ipſa ſuadeat, vt ſicut tam Ciues, quam forenſes ſentiũt bonorum commodum ex fructuum recollectione, ita debeant ſentire incommoda contributionum, & communiter publica onera ſubire per ſubtractionem partis fructuum in Territorio recollectorum, ſeu eorum valoris, iuxta taxam proportionabiliter indictam ad inſtar decimæ realis, prædialis, vel mixtæ, quibus collectæ à Doctoribus æquiparantur, ſecus autem prò oneribus particularibus, & communitatiuis ipſos tantum Ciues, & incolas reſpicientes, prò quibus generalis Italiæ conſuetudo Communitatibus in præiudicium forenſium, fomentum, & aſſiſtentiam præſtare non debet, vt pariter animaduertit idem *de Luca in ſuo Theat. veritat. tom. 2. tit. de regal. diſc. 83. nu. 10.*

SVMMARIVM.

1 Collecta imponi poteſt ſuper annuis redditibus.
2 Vſufructuarius tenetur ad collectas, & emptor fructuum.
3 In fraudem collectarum non ſubſtinentur pactiones in contrarium factæ.
4 Annui cenſus collectari poſſunt nu. 5. & 7.
6 Collecta debetur etiam de nominibus debitorum, & iurium, & actionum nu. 16.
7 Dominus cenſus tenetur ad ſolutionem collectæ.
8 Contrarium quod teneatur debitor cenſus nu. 9. & 14.
Sed quod vnuſquiſque teneatur pro rata nu. 11.
Contrauenitur ab alijs hæc opinio nu. 12.
9 In emptorem cenſus neque dominium, neque poſſeſſio fundi cenſiti transfertur.
10 Cenſus reputatur inter bona ſtabilia, & quomodo hoc intelligatur.
13 Gabella, quæ ſoluitur ob contractum præſtanda eſt ab emptore, impoſita propter bona à poſſeſſore.
14 Dominus cenſus tenetur ad collectas generaliter impoſitas, ſecus ad ſpeciales ipſius fundi cenſiti.
15 Forenſis tenetur ad collectas reales, ſecus ad perſonales.
17 Cenſus vbi collectari ſolent eius ſolutio facienda eſt vniuerſitati in cuius territorio ſita ſunt bona nu. 25.
18 Contrarium quod ſit facienda vbi eſt deſtinata ſolutio, & celebratus contractus.
19 Poteſtas imponendi collectas dependet à iuriſdictione.
20 Cenſus de ſui natura non reputatur inter mobilia, vel immobilia, ſed conſtituit tertiam ſpeciem nempe ius ad exigendum, nu. 21. & 22.
23 Annuæ præſtationes dicuntur eſſe de loco, vbi eſt deſtinata ſolutio, & ſequuntur credentem.
24 Forenſis collectari non poteſt licet mediatè ſi non immediatè ſit ſubiectus iuriſdictioni collectantis.
25 Declara procedere de iure communi, ſecus ex Principis conſtitutione.
26 Collecta, & onera Cameralia ſoluenda ſunt, vbi bona ſunt ſita.
27 Loca Montium collectari non poſſunt.
28 Penſiones domus collectari non poſſunt.
29 Fructus ſocietatis officij collectari nequeunt.

Annui

Digitized by Google

Annui redditus, an collectari poſsint.

ADNOTATIO III.

1 POſsidentes annuos redditus tenentur ad collectas, quia inter immobilia reputantur, & non minus afferunt vtilitatem, & fructus, quam prædia, cuius reſpectu collectarum oneri ſubiacent, *Lucas de Pen. in l. agros nu.* 10. *C. de feud. limitraph. lib.* 11. *Gabr. conſ.* 141. *num.* 13. *&* 14. *lib.* 2. *Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. rub. de conſtit. annui cenſ. in reb. Eccleſ. num.* 26. *Cobel. de bon. regim. cap.* 35. *nu.* 104.

2 Hinc eſt quod vſufructuarius, vel emptor fructuum tenetur ad collectas *l. quæro, & ibi glo. & Bart. ff. de vſufruct. legat. Rom. conſ.* 230. *num.* 2. licet ipſe contrarium ſenſiat in illa facti ſpecie *Bellon. conſ.* 17. *num.* 7. *Surd. conſ.* 162. *nu.* 15. *lib.* 2. *Oſaſcb. dec* 83. *num.* 4.

3 Et in fraudem collectarum, neque venditiones, neque pactiones in contrarium factæ ſubſtinentur, aut valent *l. fi. C. ſine cauſa, vel reliq. l.* 1. *C. de Annon. & tribut. lib.* 10. *Cobel. de bon. regim. cap.* 35. *numer.* 100.

4 Amp. 2. vt etiam annui cenſus collectari poſsint, eorumque Emptores, & domini tenentur ad collectarum ſolutionem *Boccac. in tract. de cenſib. p.* 2. *nu.* 49. *Alcibiad. Lucian. I. C. Senen. obſeruat. pract. car. lib.* 1. *Accadem.* 5. *obſer.* 3. *num.* 12. *Io. Bapt. Coſta de de port. & rata qu.* 170. *in fi. Menoch. conſ.* 983. *à num.* 2. *vſque ad* 11. *Cobel. de bon. regim. cap.* 35. *à num.* 99. *vſque ad* 110.

5 E enim ſi pro alijs bonis, pro quibus fructus percipiuntur collecta imponenda venit, etiam pro cenſibus eſt contribuendum, cum non minus ſint in patrimonio, quam reliqua bona fructifera, ſaltem ratione iuris, ſeu actionis ad fructus rei cenſui ſuppoſitæ, vtpote quia collecta debeatur etiam de no-
6 minibus debitorum, ac iurium, & actionum, vt in ſpecie cenſuum ſcribit *Lucas de Pen. in l.* 3. *qu.* 5. *C. de fund. limit. Natta conſ.* 312. *num.* 10. *Roland. conſ.* 66. *num.* 13. *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 9. *num.* 8. *& conſ.* 1201. *num.* 55. *Sylua conſ.* 47. *num.* 9. *relat. per Leotard. de vſur. qu.* 57. *num.* 13.

7 Tum etiam, quia credidit cenſuarius ratione fundi, vbi cenſus impoſitus fuit, eiuſque redituum, ac fructuum, ſiue ſint naturales, ſiue induſtriales, ſiue mixti exigit fructus ciuiles cenſuarios, & conſequenter cum participet de fructibus ipſius fundi, pariter debet ſubiacere oneri collectæ, ne dominus fundi, ac cenſus debitor dupplici onere grauetur ipſius nempè collectæ, & preſtationis fructuum cenſualium ad text. *in l. hactenus C. de vſufruct. l. ſinctus C. de act. empt. l.* 1. *&* 2. *C. de Annon. & tribut. lib.* 10. cum concordan plenè collectis *per Marot. in tract.* de collect. *ſeu bonatentia cap.* 6. *nu.* 1. *vſque ad* 9.

8 Contrarium, quod impoſitor cenſus teneatur ad collectas, quæ imponuntur ratione rei, & fructuum, ex fundo, ſuper quo cenſum impoſuit, & collocauit, tenent *Nauar. in tract.* de *vſufruct. num.* 132. latè *Menoch. conſ.* 983. *num.* 11. *& ſeq. lib.* 10. *Marcb. Anton. Peregrin. conſ.* 19. *num.* 16. *& conſ.* 20. *num.* 18. *lib.* 3. *Io. Franc. Leo in Theſaur. for. eccleſiaſt cap.* 15. *de cenſib. num.* 40. *cum ſequen.* vbi *contrarys reſpondet Io. Bapt.* Coſta *de port. & rat. qu.* 170. *in prin. Azor. inſtit. moral. p.* 3. *lib* 10. *qu.* 15. *verſ. dubie quæſtionis eſt Paul. Comitul. è Societ. Ieſu reſponſ. moral. lib.* 3. *q.* 38. *nu.* 4. *Bonacin. in tit. de contractibus diſ.* 3. *qu.* 4. *punct. vnico nu.* 31. *late Surd. conſ.* 162. *à num.* 16. *vſque ad* 36. *Cinc. de cenſib. p.* 1. *cap.* 1. *q.* 1. *art.* 1. *num.* 26. Gratian. *dec. Marchia* 80.

9 Siquidem ex natura huius contractus neque dominium, neque poſſeſſio rei in emptorem cenſus transfertur, ſed remanent penes venditorem ipſius cenſus, & conſequenter in eodem debet perſeuerare onus ſoluendi collectam ipſo prædio impoſitum, vt animaduertit *Bonacin. in tit.* de *contract. diſ.* 3. *qu.* 4. *punct. vnico num.* 31. *& ex Surd. & Cinc. de cenſib. tradit Leotard. de vſur. qu.* 57. *ſub num.* 13. *verſ. conſtat enim.*

10 Et quamuis cenſus impoſiti ad formam Bullæ B. Pij V. ſuper bonis ſtabilibus de ſui natura fructiferis reputentur tamquam ſtabilia, & circumſcribātur loco illorum bonorum, ſuper quibus impoſiti exiſtunt, ex pleniſſimè collectis per *Marot. in tract. de collecta, ſeu bonatenentia cap.* 6. *num.* 7. *cum ſeq. Rot. dec.* 144. *&* 390. *p.* 8. *rec. & in Ariminen. gabellæ* 25. *Iunij* 1657. *coram Beuilaqua* hoc tamen procedere videtur ad effectum comprehenſionis ſub ſtatutis, ac ad alios ſimiles effectus, in quibus attenditur loci circumſcriptio, ſecus autem ad effectum collectarum, quoties creditor Dominus cenſus ſit forenſis, quidquid ſit in Ciuibus *De Luca in Theatro veritat. tom.* 2. *tit.* de *regalib. diſ.* 92. *numer.* 7. *&* 8.

11 Inter vtramque ſententiam mediam viam tenendo exiſtimauerunt alij Doctores ſolutionem onerū, quæ iuxta patrimonij vires imponuntur partim ſpectare ad dominum prædij & partim ad dominum cenſus pro quantitate iuris, quod quiſque habet ad fructus rei, ita Rouit. *iuniar inter lucubrationes Patris in pragmat.* 5. *de cenſib. num.* 53. *& ſeq.*

12 Controuertitur hæc ſententia à *Leotard. de vſur. q.* 57. *ſub num* 12. eo quia collecta indicitur, vel rebus, vel perſonis pro rebus, ac proinde hoc onus collectæ ſolus ſubire debet, qui rei dominus eſt, & rei poſſeſſor *l. vlt. C. ſine cenſ vel reliq. l.* 2. *C. de ann. & trib. lib.* 10. *Gail. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 20. *& obſer.* 52. *num.* 11. *&* 18. *lib.* 2. & conſequenter cum venditor cenſus integros percipiat fructus fundi & ſolus dominus ſit, & rem poſſideat in totum pariter ſubire debet onus collectæ, aliaque onera ad tradita *per Card. de Luca in ſuo Theat. verit. tom.* 2. *tit. de regalib. diſc.* 92. *num* 13.

13 Lim. primam ſententiam cum qua conciliari poteſt ſecunda, vt procedat, vbi agitur de gabella, quæ ſoluitur ob contractum, cum hæc de iure communi ſoluenda ſit ab emptore, & ſic ab emptore cenſus, ſecus vero de gabellis, ſeu collectis, quæ imponuntur, vel bonis, vel perſonis propter bona, quæ ad poſſeſſorem, & dominū ſpectant, vt ex *Bal. Pariſ. & Salas tradit Bonacin. in tit. de contract. diſ.* 3. *qu.* 4. *punct. vnic. ſub num.* 31. *tom* 2.

14 Limit. 2. primam ſententiam, quod intelligenda ſit de collectis, quæ generaliter imponuntur ratione quorumcumque bonorum immobilium, vel indefinitè ratione bonorum ſtabilium, ſiquidem cum poſsidentes annuos cenſus dicātur poſsidere bona immobilia, non eſt incongruum affirmare quod teneātur ad collectas, ſecus autem de particularibus collectis, quæ imponuntur ratione ipſius agri, ſuper

quo fundatus eſt cenſus, per cuius creationem, cum
non auferatur, ſed remaneat dominium, & poſſeſ-
ſio penes impoſitorem, ita pariter remanere debet
onus collectæ ita *Cinc. de cenſib. p. 1. cap. 1. qu. 1. art.
1, num. 27.*

15 Lim. 3. in forenſibus, & non ſubditis, à quibus
exigi tantum debet collecta mere realis, & ratione
bonorum ſtabilium, tamquam onus rei infixum,
cum quo tranſit in quemcunque poſſeſſorem, non
obſtante, quod collecta debeatur non ſolum ratio-
ne bonorum ſtabilium, ſed etiam ratione iuris, ſeu
actionis ad bona in territorio ſita, vt potè quia
16 collecta debeatur quoque de nominibus debito-
rum, ac iurium, & actionum ad tradita in terminis
cenſus per *Leotard. de vſur. qu. 57. num. 13.* quo-
niam hoc procedit in collectis perſonalibus, quæ
proprijs ciuibus, & ſubditis imponuntur per æs, &
libram, habita ratione bonorum, prò vt poſſiden-
tur, ac de nominibus debitorum iuribus, & actio-
nibus, mercibus, ac pecunijs, vt tradit de *Luca in
Theatr. veritat. tom. 2. tit. de regal. diſc. 92. nu. 9.*

17 Vbi autem introductum eſt, vt etiam cenſus col-
lectarum oneri ſubijciantur ſolutio facienda eſt vni-
uerſitati, in cuius territorio exiſtunt bona, ſuper
quibus impoſiti fuerunt, etiam ſi creditor, ſeu do-
minus cenſus ſit forenſis, cum reputentur tamquam
ſtabilia, quorum collectæ ſoluuntur, vbi ſita ſunt
bona, iuxta reſolutionem Sac. Congregationis ſu-
per grauaminibus relatam per *Cobel. in ſuo Bullar.
cap. 8. tit. de peſi Camerali doue ſi debbano pagare §. è
perche li cenſi pag. 199.* & ita etiam pluries fuiſſe
decretum à *Sac. Cong. bon. regim. & præcipuè ſub die
5. Martij 1611.* refert idem *Cobel. de bon. regim. cap.
35. num. 109.* vbi alios allegat.

18 Contrarium tamen ſæpe a Sacra Rota firmatum
fuit, ſcilicet forenſes puta Ciues Romanos non
poſſe collectari in Ciuitate Tiburis prò cenſibus,
ſeu annuis redditibus conſtitutis ſuper bonis in
Tiburtino Territorio exiſtentibus, cum veniant iu-
dicandi tamquam de bonis exiſtentibus Romæ, ſi
Romæ celebrati fuerunt contractus dictorum cen-
ſuum, & ibi deſtinata ſolutio, ac proinde cum
collecta ſit munus quod imponitur perſonæ prò re-
bus, ſi perſona non eſt ſubiecta collectanti, ſeu ſub-
dita, vel ratione originis, vel domicilij, non poteſt
eidem imponi defectu iuriſdictionis *Bart. in l. re-
ſcripto §. fi. ff. de muner. & honor.* ſiquidem poteſtas
19 imponendi collectas dependet à iuriſdictione, &
non imponitur, niſi ratione ſuperioritatis, & ſolu-
tio cenſus, & collectarum deſignat ſubiectionem,
ideo imponi non poteſt, vt tradunt Doctores relati
per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 29. num. 3. cum ſeq.
& magiſtraliter *Rot. in Auenionen. Carpentorien., ſeu
Callauicen. Collectarum coram Laucellotto penes eun-
dem Gratian. & poſt Cinc. de cenſib. deciſ. 3. a nu. 12.
vſque ad fin. & in Ariminen. gabella 25. Iunij 1657.
coram Beuilaqua relat. per D. de Luca in ſuo Theat.
veritat. tom. 2. tit. de regal. diſc. 92. num. 7. & 8.*

20 Fulcitur hæc ſententia optima ratione, quia an-
nui redditus ex ſui propria natura, & ſignificatio-
ne non computantur inter bona mobilia, vel immo-
bilia, ſed conſtituunt tertiam ſpeciem de per ſe,
nam mobilia, vel immobilia propriè tangi, & pal-
pari poſſunt, & de loco ad locum moueri, & cir-
cumſcribuntur loco, quod non contingit in annuis
redditibus, qui ad effectum collectandi neceſſario
trahi non poſſunt, & reduci ad ſpeciem mobilium,
21 vel immobilium, ſed remanent ſub tertia ſpecie,
quæ nihil aliud conſtituit, quàm ius quoddam, ſeu
22 actionem ad illos exigendum, quæ actio non com-
prehenditur appellatione mobilium, vel immobiliū,
ſed & ipſa conſtituit tertiam ſpeciem *l. à Diuo Pio
§. in venditione de re iudic. l. quam Tuberonis §. fi. ff.
23 de pecul.* vnde huiuſmodi annuæ præſtationes tam-
quam ius immobile ſeparatum, & abſtractum de
per ſe dicuntur eſſe de loco, vbi eſt deſtinata ſolu-
tio, & perſonam creditoris ſequuntur iuxta *conſil.
10. Aret. & latè comprobat Caſſan. ad conſuetud. Bur-
gun. in tit. de confiſcat. §. 1. verſ. & aperte num. 18. &
verſ. ſed iuxta num. 23. late Rot. dicta deciſ. 3. a num.
13. vſque ad 17. poſt Cinc. de cenſib.*

24 Quæ procedunt non ſolum quando forenſes non
immediatè, ſed mediatè ſunt ſuppoſiti iuriſdictio-
ni imponentis collectas, quia tunc nec collectari
poſſunt, vt ex *Brun. conſ. 32. dum quæritur col. vlt.
verſ. tertia ratione docet Gratian. diſcept. 29. num. 6.
circa fin.*

25 Verum quod ſupradictæ deciſiones, & doctorum
auctoritates non aduerſentur primæ ſententiæ re-
ſpondet *Cobel. de bon. regim. in cap. 35. num. 109.
verſ. verum quia, & verſ. ſecundo quod,* eo quia
loquantur in puris terminis iuris communis, &
emanauerunt antequam editum eſſet *Breue Pauli V.*
26 quo ſancitum fuit collectas, & onera Cameralia
ſoluenda eſſe, vbi bona ſunt ſita, vnde inoleuit con-
ſuetudo collectandi cenſus, vbi fundati exiſtunt, &
non vbi reperitur creditor.

27 Limit. 1. principalem concluſionem, vt fructus
locorum montium, licet veniant appellatione an-
nuorum redditüum, non ſunt tamen collectarum
oneri obnoxij, nam cenſus reſpectu bonorum mo-
bilium, & immobilium ſicut conſtituit tertiam ſpe-
ciem, ita loca montium quartam conſtituere vi-
dentur immunem ab huiuſmodi onere, ob ſpecia-
lia, & ampliſſima priuilegia in ipſorum erectione à
Summo Pontifice conceſſa, vnde cum eorum fru-
ctus proueniant, & exiguntur ex Principis Supre-
mi conſtitutione, & determinatione vigore contra-
ctus initi inter Principem, & ſubditum nullo adie-
cto onere, ita manuteneri debent, vt non ſubijcian-
tur iuriſdictioni inferiorum ad effectum collectandi
ad tradita per *Gutier. in tract. de gabell. qu. 57. a nu.
1. vſque ad 12. cum alijs per Cobel. de bon. regim. cap.
35. nu. 110. & ſeq.*

28 Limit. 2. vt penſiones domus collectari neque-
ant, cum non ſint propriè fructus, ſed acceſſiones
merè ciuiles, quæ non ex re, ſed propter rem per-
cipiuntur *Ioan. de Plat. in l. 1. num. 5. C. de ann. &
tribut. lib. 10. Petrus de Vbald. conſ. 1. poſt eius tract.
de collect. num. 7.* vbi quod domus pretioſa de ſui
natura etiam dicatur ſterilis, & quatenus etiam
eſſet collectanda tantum eſſet ſoluendum de ipſa
domo pretioſa, quam de vili, nec plus eſſet in Ca-
taſtro deſcribenda, quam domus vilis, niſi haberet
tabernas meritorias, & apothecas, ex quibus au-
geretur fructus, ſeu redditus, commoditas enim
habitationis non minus recipitur ex domo pretio-
ſa, quam vili poſthabito maiori luxu, apparentia,
& magnificentia, quæ non à neceſſitate, ſed a libi-
dine conſtituuntur *Cobel. de bon. regim. cap. 35.
num. 112.*

29 Limit. 3. in fructibus Societatis officij, qui pa-

tiner

ſiter collectari nequeunt, vt tradunt Doctores relati per *Cobel. de bon. regim. cap.* 35. *num.* 113. *vſque ad* 116.

SVMMARIVM.

1 Ius imponendi collectas pro ſoluendis oneribus Cameralibus, & Communitatiuis competit Communitatibus.
2 Pro collectarum exactione competit via executiua.
3 Collectatus non poteſt renunciare æſtimo.
4 Pro collectis inchoari poteſt Iudicium a præceptis, & deueniri ad executionem lite pendente. Contrar, nu. 6.
5 Vocatus ad publicas functiones, & de immunitate contendat, audiri debet.
7 Ab impoſitione collectæ datur appellatio.
8 Pendente lite ſuper impoſitione collectæ non eſt ſuſpendenda executio, ſi liquido conſtat collectatum eſſe debitorem, ſecus ſi concurrat legitima cauſa dubitandi.
10 Pro collectis, & oneribus Cameralibus, boues, res, & homines deſtinati ad culturam pignorari nequeunt.
11 Pro vt etiam arma, & inſtrumenta militaria, & equi militum.
12 A grauaminibus illatis, a Commiſſarijs, & exactoribus onerum Cameralium ad quem detur recurſus.

An pro Collectis competat via executiua.

ADNOTATIO IV.

1 Sicut Vniuerſitatibus etiam inferioribus, & recognoſcentibus ſuperiorem competit de iure facultas imponendi collectas pro ſupportandis oneribus communitatiuis, ac ſoluendis tributis, alijſque contributionibus Principi debitis, & cauſis neceſſarijs *Alex. conſ.* 78. *num.* 4. *lib.* 6. *Farinac. qu.* 173. *num.* 72. *Theſaur. deciſ.* 257. *de Luca in ſuo Theat. veritat. tom.* 2. *tit. de regal. diſc.* 102. *nu.* 1. *Burat. dec.* 751. *num.* 4.

2 Ita prò earum exactione habent executionem paratam, & procedi poteſt de plano, cogendo, & exigendo, & non citando, vt inquit *Bald. conſ.* 429. *verſ. & hoc vol.* 3. per ea, quæ ponit text. in *Auth. ius iur. quod præſtat ab eis §. & primum facit etiam textus in l. miſſi opinatores & in l. fi. C. de exac. tribut. lib.* 10. *ac in auth. de collect. §.* 1. *glo. in l. incola ff. de municip. argum. l. cum eo ff. ad l. Iul. idem videtur tenere Io de Plat. in l. omnes C. de delator. Rol. à Vall. conſ.* 32. *num.* 5.

3 Et pro dictis collectis non ſolum æſtimatus non poteſt renunciare æſtimo, ad hoc ne ſubeat onera *ad text. in §. opportet quoque nos in Auth. vt iudi ſi quoquo ſuff. fiat Rom. conſ.* 161. *in fi* verum etiam
4 inchoari poteſt à præceptis executiuis, & ad executionem deueniri etiam pendente lite *Bald. conſ.* 433. *& conſ.* 238. *num.* 3. *vol.* 1.

5 In contrarium verò allegatur *text. in l.* 2. *C. de offic. ciuil. iudi.* vbi diſponitur, quod vocatus ad publicas functiones, ſi aliqua immunitate ſe defendere prætendit, audiri debeat, cui arridet *text. in Auth. de collect. §. non aliter.*

6 Ac proinde pendente cauſæ cognitione in modo ſoluendi publicas functiones inter fiſcum, aut exactorem, & collectorem, & collectatum interim quod non ſit facienda executio, niſi iuxta ſolitum, & conſuetum, & ad ſtylum Curiæ *per text. in l. coges in Auth. de mandat. Prin.* adeò vt ſuper eo quod prætenditur eſſe debitum, vel non debitum, debitor cogi nequeat ad ſoluendum lite pendente *Iaſ. conſ.* 109. *num.* 2. *vol.* 1. *argum. text. in l. cum ſtatus C. de ord. cogn. vbi Bald.*

7 Quinimò qui prætendit ſe grauatum ex collecta ſibi impoſita poteſt appellare, qua pendente nihil eſt innouandum ſecundum iuris communis diſpoſitionem, *Auth. de collectis §. non aliter l. qui ſe grauatos iuncta glo. C. de cenſib. lib.* 11.

8 Diſtingue conciliando ſupradictas opiniones, quod aut liquido conſtat collectatum eſſe vere debitorem, puta quia deſcriptus eſt in æſtimo, ſeu Cataſtro, & non docet de ſolutione, vel alia cauſa legitima, & tunc executio celeriter fieri debet, cum agatur de publico intereſſe priuilegiato, & fauorabili, & in ijs terminis procedunt iura pro prima opinione adductis *per text. in l. publicas C. de fer. l. miſſi oppinatores C. de exact. trib. lib.* 10. *Pedemon. dec.* 86. *num.* 7.

9 Aut concurrit legitima cauſa dubitandi, an collectatus ſit debitor, & tunc pendente lite non eſt procedendum ad executionem, ſed qui ſe grauatum prætendit eſt audiendus, & cauſa grauaminis, diſcuſſa controuerſia terminanda, & ita loquuntur iura prò ſecunda opinione adducta præſertim *§. non aliter Auth. de collect. & l.* 2. *C. de offic. ciuil. Iud. vt ex Bald. & Angel. tradit Pedemont. dec.* 86. *num.* 6. *verſ. quid dicendum.*

10 Pro collectis, & oneribus Cameralibus boues, inſtrumenta aratoria, & homines deſtinati ad culturam agrorum pignorari non poſſunt, iuxta *conſtitutionem Pij V.* 19. *ex ordine Bullar. nou. §.* 8. *tom.* 2. *pag.* 197. *vbi Cherubin. iun. declarat in ſcol.* 1. quænam ſint inſtrumenta aratoria *& ſcol.* 2. ſubdit Dominum huiuſmodi res poſſe propria auctoritate recuperare, immò licere reſiſtentiam facere, hoc idem cauetur in *conſtit. Pauli V.* 70. *eod Bullar. tom.* 3. *pag.* 263. Et in bandimentis Cardinalis Camerarij emanatis ſuper exactionibus onerum Cameralium ſub *num.* 13. relat *per Cobel. de bon. regim. cap.* 35. *num.* 148. 149. *&* 150. *Iaſ. conſ.* 20. *lib.* 3.

11 Hoc idem priuilegium habent arma, & inſtrumenta militaria, nec non animalia, equi militum Cohortalium, vt legitur in eorum priuilegijs ab *Vrbano VIII. conceſſis in cap.* 19. 20. 21. *&* 22. *de quibus Cobel. de bon. reg. cap.* 35. *num.* 151.

12 A grauaminibus verò quæ forſitan recipiuntur ab Executoribus, Commiſſarijs, vt dicitur *Caualcanti* Theſaurarijs, Appaltatoribus, cæteriſque Miniſtris R. Cameræ Apoſtolicæ datur recurſus ad D. Theſaurarium Generalem, ſeu ad R. Cameram, ſed quia non omnes poſſunt accedere ad Vrbem, propterea huiuſmodi cauſarum cognitio vſque ad ſummam ſcut. 20. per viam recurſus fuit commiſſa Gubernatoribus locorum tamquam Illuſtriſſimi, & Reu. Theſaurarij delegatis iuxta reſolutionem in Congreg. coram Sanctiſſimo habita factam, & ordines Gubernatoribus de partibus eius vigore tranſmiſſos vſque de anno 1596. de quibus *Cobel. in ſuo Bul. pag.* 196. *§. è perche non tutti quelli.*

AMERINA CARCERATIONIS CLERICI.

ARGVMENTVM.

Clericus in minoribus conſtitutus ſi non habens requiſita *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 23. cap.6. de reform.* à Curia ſæculari carceribus mancipetur, non poteſt allegare priuilegium fori, poteſt tamen ab Epiſcopo repeti, niſi à iure, vel ab homine per ſententiam declaratoriam denudatus fuerit priuilegijs clericalibus.

SVMMARIVM.

1 Clericus primæ tonſuræ, & in minoribus ordinibus conſtitutus non gaudet priuilegio fori ſi non habeat requiſita *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ.23 cap.6 de reform.* & num.5. Declara vt num.6.

2 In Sacramento Ordinis, ſicut in Baptiſmo, & confirmatione character imprimitur.

3 Et damnatur eorum ſententia, quod Clerici non exercentes diuinum miniſterium iterum laici efficiantur.

4 Clericus in minoribus ſemper remanet ſubiectus iuriſdictioni Eccleſiaſticæ, niſi fuerit Clericali priuilegio denudatus, ſiue ab homine, ſiue à lege.

6 Clericus non habens requiſita Sacri Concilij Tridentini, non poteſt allegara priuilegium fori poteſt tamen Epiſcopus è manibus Iudicis laici repetere, niſi à iure, vel ab homine ſit priuilegijs Clericalibus denudatus, ſiue Iudex laicus præuenerit, ſiue nō n.10. & 11.

7 Et Epiſcopus poteſt punire Clericos etiam ſi non ſeruent, & habeant requiſita *Sac. Concilij Tridentini*.

8 Referuntur declarationes Sacri Concilij Tridentini in prædictorum corroborationem, & num.9. & 10.

12 Clericus in minoribus non eximitur à iuriſdictione Epiſcopi etiam ſi expreſsè renunciauerit priuilegio Clericali.

13 Priuilegium fori non in particularis Clerici dumtaxat, ſed in totius ordinis fauorem eſt tributum.

14 Clericus non incedens, in habitu, & tonſurâ non deſinit eſſe de foro Eccleſiaſtico in ſui odium.

15 Epiſcopus poteſt repetere Clericum è manibus curiæ ſæcularis, non obſtante expreſſa renunciatione à Clerico facta.

16 Clericus, vt amittat priuilegium fori per dimiſſionem habitus requiritur tanta perſeuerantia, vt publicè habeatur pro laico num.38.

17 Nec amittit, licet tempore delicti, vel capturę careret habitu, & tonſura ſi alias fuerit ſolitus deferre.

18 Et propterea remittendus eſt ad curiam Eccleſiaſticam.

19 Clericus dimittens habitum, non ſubſecuta declaratione Ordinarij ſemper poteſt reaſſumere, non obſtante irregularitate ſuperueniente, & Epiſcopi prohibitione.

20 Priuilegium fori in Clericis in minoribus ob non delationem habitus ſuſpenditur, ſed non extinguitur.

21 Et ſi ante carcerationem reaſſumat habitum gaudet priuilegio fori.

22 Amp. etiam ſi Clericus per longum tempus geſſerit, ſe pro laico, & delicta perpetrauerit, ita vt laicus Iudex poſt reaſſumptum habitum deſiſtere debet ab inquiſitione.

23 Et poteſt reaſſumere etiam poſt obitum Vxoris abſque licentia Epiſcopi.

24 Clericus deferens habitum, & tranſiens ad ſtatum laicalem non dicitur amplius perſona Eccleſiaſtica. Declara vt num.25.

26 Clericus, ſi ad modicum tempus dimiſerit habitum, & ſine eodem repertus fuit in actu capturæ gaudet priuilegio fori, & num. 38.

27 Si tempore delicti geſtabat habitum, & non tempore capturæ gaudet priuilegio fori.

28 Clericus non habens requiſita Sacri Concilij Tridentini efficitur mixti fori, vt inter Eccleſiaſticum, & Laicum Iudicem ſit locus præuentioni Contrarium, quod ſemper ab Epiſcopo repeti poteſt num. 29. Et vt non poſſit repeti quid requiratur num. 30.

31 Clericus de iure antiquo dimittens habitum, & tonſuram immiſcens ſe enormibus non amittebat priuilegiū fori, niſi ter ab Ordinario monitus ſpecialiter, & nominatim, & non generaliter, num. 32. niſi fortè monitio eſſet facta in Synodo num. 33. Secus verò hodie vigore Concilij Tridentini num. 34.

35 Clericus poſt delictum reaſſumens habitum gaudet priuilegio fori ſi non adſit fraus.

36 Sed ſi expreſsè renunciauerit, cum approbatione Epiſcopi non poteſt habitum reaſſumere propria auctoritate.

37 Vt gaudeat priuilegio fori beneficio carentes copulatiue debent habere tria requiſita *Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. de refor.* Declara vt num.38.

39 Non eſt tamen neceſſe, vt continuo inſeruiant Eccleſiæ, & ſufficit ſi interpollatè num. 40. Et ex iuſta cauſa excuſatur num.41.

42 Et ſufficit, vt ſeruitium præſtetur Eccleſiæ ſaltem in genere aſſignatæ.

43 Et etiam alteri Eccleſiæ, quam cui fuit adſcriptus, vt Capellæ Oratorij Confraternitatis num 44.

45 Nec eſt neceſſaria dicta adſcriptio, & gaudet fori priuilegio, licet alicui Eccleſiæ adſcriptus non ſit nu. 46.

47 Nec dicta adſcriptio eſt de forma. Contrarium nu.48, Declara, vt num.49. & 50.

51 Mandatum de inſeruiendo Eccleſiæ ſufficit, vt oretenus detur.

52 Hoc ſeruitium probatur, vel per fidem Parochi, vel per teſtes.

53 Clericus incorrigibilis non amittit priuilegium fori, niſi per ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici brachio ſæculari tradatur.

54 Clerici in minoribus in caſibus, in quibus priuantur priuilegio Clericali puniri poſſunt à Iudice laico nulla præcedente degradatione, ſed tantum declaratione Ordinarij. Contrarium quod dicta declaratio non ſit neceſſaria num. 55.

56 Iudex Eccleſiaſticus debet cognoſcere de Clericatu, & habitu.

57 Clericus non ſeruans requiſita Sacri Concilij Tridentini amittit priuilegium fori, ſed non alia priuilegia, niſi in caſibus à iure expreſſis num.60.

58 Priuilegia Clericis à iure conceſſa, eis competunt ex ſolo Charactere Clericali

59 Per ſublationem vnius Priuilegij, non inducitur priuatio alterius.

DECISIO XIV.

OB graue delictum perpatratum, fuit per curiam ſæcularem Amerinæ Ciuitatis carceribus mancipatus quidam Clericus, & iuſta prætendebatur captura, non obſtante quod in minoribus ordinibus conſtitutus eſſet, eo quia in eo non con-
1 currebat aliquod ex requiſitis à *Sacro Concilio Tridentino ſeſſ.23. cap. 6. de refor.* vbi de Clerico primæ Tonſuræ, & in minoribus ordinibus conſtituto dicitur, quod priuilegio fori non gaudeat, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut Clericalem habitum, & tonſuram deferens alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi ſeruiat, vel in Seminario Clericorū, aut aliqua Schola, vel Vniuerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos verſetur.

Prætendente tamen Epiſcopo præfatum Clericū adhuc ſubeſſe iuriſditioni, nec impediri poſſe,

quin

Digitized by Google

quin vtatur iure ſuo, & repetere valeat, vtpote
quia nunquam mediante legitima declaratione de-
nudatus fuerit priuilegijs clericalibus, magna inter
ipſos ſuborta fuit altergatio, vnde deſuper à D. Gu-
bernatore de meo iudicio requiſitus, ad fauorem
Epiſcopi reſpondendum eſſe credidi.
2 Ea motus ratione, quia in Sacramento ordinis,
ſicuti in Bapteiſmo, & Confirmatione character im-
primitur, qui nec deleri, nec auferri poteſt, vt de-
clarauit *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 23. de Sacramento
Ordinis cap. 4. & can. 4.* vbi merito damnat eorum
3 ſententiam aſſerentium, quod Clerici ſemel ritè or-
dinati, iterum laici efficiantur ſi verbi Dei miniſte-
4 rium non exerceant, ex quo reſultat quod huiuſ-
modi charactere inſignitus donec non fuerit illius
priuilegio denudatus ſeruatis, ſeruandis ſiue ab ho-
mine, ſcilicet per priuationem, per depoſitionem,
per degradationem, ſiue à lege per bigamiam, & ſi-
milia, ſemper remánet ſubiectus iuriſdictioni Eccle-
ſiaſticæ ratione ordinis, & characteris, cuius vigo-
re ceſſare debet poteſtas laica, vbi Epiſcopis in hu-
iuſmodi Clericum delinquentem non ſeruantem re-
quiſita Sacri Concilij curat animaduertere, vt fir-
mat *Garz. de benef. p. 2. cap. 2. num. 16. & 17. Iacob.
Pignatel. conſult. Canon. 47. num. 4. ad textum in cap.
contingit il primo vbi glo. & DD. de ſenten. excom-
municat.*
5 Hinc non obſtat quod fori priuilegio non gau-
deat Clericus, ſi non habeat qualitates requiſitas à
*Sacro Concilio, in dicto cap. 6. late Thom. del Bene
de immun. Eccleſiaſt. cap. 14. dubit. 8. à numer. 1.
cum ſeq. p. 1.*
6 Quia hoc procedit, vt Clericus non poſſit allega-
re priuilegium fori, cum *decretum Sac. Concilij* ema-
nauerit in odium Clericorum, qui ſpernentes con-
ciliare preceptum iniunctas qualitates ſeruare ne-
gligunt, ſecus autem in præiudicium Epiſcopi, in
cuius perſonam non ſunt directa verba eiuſdem
Concilij cum de eo nulla mentio habeatur, ſed tan-
tum diriguntur directè in ipſis Clericis controue-
nientibus, in quorum poteſtate non dependet, ne:
eſſe debet inferre præiudicium Epiſcopali iuriſdi-
ctioni per non geſtationem habitus, & tonſuræ Cle-
ricalis, vel per aliud factum præſertim omiſsionis,
7 vnde abſolutè, & ſimpliciter tribuitur Epiſcopis
facultatem puniendi Clericos abſque alia reſtricti-
ua, quod habeat ſupradictas qualitates, tum de iu-
re communi, tum ex diſpoſitione eiuſdem *Sac. Con-
cilij Tridentini,* vt habetur *in ſeſſ. 14. de reform. cap.
4. ſeſſ. 22. de reform. cap. 1. & ita ſæpe declaraſſe Sac.
Congregationem Concilij refert Iacob. Pignatel. con-
ſult. Canon. 46. à num. 5. cum ſeq.* præcipuè vero in
ſequentibus declarationibus.
8 In vna *Murana* 21. Ianuarij 1594. *Sac. Congreg.
Concilij reſpondit, licet Clerici in minoribus dumta-
xat ordinibus conſtituti niſi beneficium habeant, aut
Clericalem habitum deferentes Eccleſiæ deſeruiant, vel
in Seminario, aut aliqua Schola, vel Vniuerſitate de
licentia Epiſcopi verſentur iuxta declarationem Sac.
Concilij cap. 6. ſeſſ. 23. de reform. forum Iudicis laici
declinare non poſſint, non tamen propterea Sac. Cong.
cenſuit Epiſcopu obſtare, quominus iure ſuo in huiuſ-
modi Clericos delinquentes, ſi adhuc Clerici permaneãt
animaduertere poſſint.*
9 Et in alia Valentina 27. Martij 1627. *Sac. Cong.
Concilij cenſuit ſeruandas eſſe declarationes antiquas
approbando diſtinctionem, vt non poſſit à Clerico non
habente qualitates in decreto Sacr. Concilij Tridenti-
ni requiſitas cap. 6. ſeſſ. 23. allegari priuilegium fori,
ſed non impedire quominus Epiſcopus vtatur iure
ſuo.*
10 Et clarius ad tollendam omnem difficultatem
quoad præuentionem, & permanentiam in ſtatu
Clericali, emanauit alia declaratio eiuſdem Sacræ
Congregationis Concilij ſub die 8. Nouembris
1630. in vna *Leodien.* ſemel, iterum, ac tertio di-
ſcuſſa, & à Sanctiſsimo approbata, tenoris ſequen-
tis.
Die 12. Nouemb. 1630. in Sac. Congreg. *Concilij
facta relatione Sanctiſs. D. N. in cauſa Leodien. 8. eiuſ-
dem in Sac.* Congreg. *Concilij propoſita, & reſoluta
Sanctitas ſua approbauit declarationem factam, vt
Clerici etiam non habentes requiſita cap. 6. ſeſſ. 23. de
reform. licet ipſi tamquam controuenientes ordinationi
Sac. Concilij, non poſsint per ſe ipſos allegare priuile-
gium fori, nihilominus ſubſunt iuriſdictioni Epiſco-
porum, & Ordinariorum* Cognitioni, *ne dum in cau-
ſis, in quibus ijdem Epiſcopi, ſeu Ordinarij præuene-
runt, ſed etiam in quibus nõ præuenerunt, & illos è ma-
nibus Iudicis laici repetant, quando ijdem* Clerici, *ad-
huc* Clerici *permanent, videlicet ſi à iure, vel ab ho-
mine per declarationem ſeruatis, ſeruandis factam
priuilegijs* Clericalibus *denudati, ſeu priuati non ſint.*
*Die 1. Auguſti 1634. facta denuo relatione SS. D.
N. Sanctitas ſua ad remouendam omnem difficultatem
denuo iuſſit omnino obſeruari ſupradictam declaratio-
nem, vt ſupra firmatam in dicta cauſa Leodienſi* quam
declarationem refert per extenſum *Iacob. Pignatel.
loco citato in fi. & Sperel. dec. 17. num. 33. p. 1. &
dec. 133. num. 84. p. 2.* de quibus etiam mentionem
facit idem *Pignatel. conſult. Canon. 20. tom. 3.*
11 Ac proinde cum prætatus Clericus adhuc per-
maneat in ſtatu Clericali, cum nec a iure nec ab ho-
mine denudatus fuerit priuilegijs Clericalibus, ſed
tantum à Sacro Concilio priuatus iure allegandi
priuilegium fori, vtique ab Epiſcopo è manibus
Iudicis laici repeti poteſt, vt comprobat etiam
Garz. de benef. p. 2. cap. 2. num. 16. 17. & 18.
12 Et vlterius apparet euidenter, quia Clericus non
eximitur à iuriſdictione Epiſcopi per eius factum
expreſſum, vt ſi expreſsè renunciaret priuilegio
Clericali, vel ſi confiteatur ſe non eſſe, & nolle eſ-
13 ſe Clericum, cum priuilegium fori Epiſcopalis
non ipſius particularis Clerici dumtaxat, ſed in
totius ordinis fauorem tributum fuerit per *text. cũ
glo. in cap placuit 1. quæſt. 1. cap. cum non ab homine,
& cap. at ſi Cler. in prin. de iudic. cap. ſignif. cap. ſi di-
ligenti de foro competen. vbi communiter Canoniſtæ
cap contingit il p. de ſenten. excom.* Rol. *conſ. 4. num. 9.
lib. 1. Dec. conſ. 150. num 4. & conſ. 241. n. 2. Ambro-
ſin. de immun. Eccleſ. cap. 16. n. 12. & 13.* Gail. *pract.
obſeruat. 40. num 7. lib 1. Scaccia de Iudic. lib. 1. cap.
11. nu. 35. & 36. Surd. conſ. 396. nu. 14. & 15. lib. 3.
Couar. pract. quæſt. cap. 33. num. 2. Cratian. diſcept.
forenſ. cap. 190. nu. 3. tom. 1. Iacob. Pignatel. conſult.
Canon. 46. num. 5. in fi. Afflict. dec. 85. num. 1. in fi.
Gramat. dec. 19. num 5. Maſtril. dec. 169. nu. 11. Spe-
rel. dec. 104. num. 85. tom. 2. Gregor. XV. dec. 144.
numer. 8.*
14 Vnde multo minus poteſt præiudicare Epiſcopo,
& ſe eximere ab eius iuriſdictione per actum taci-
tum, non geſtationis habitus, & tonſuræ Clericalis,
vel

vel per aliud factum præſertim omiſſionis, ſiquidem
hoc caſu licet ceſſet priuilegium ad ſui fauorem,
non tamen ceſſat ſubiectio, nec deſinit eſſe de foro
Eccleſiaſtico in ſui odium, nec poteſt ſua culpa pri-
uare Epiſcopum ſua iuriſdictione, quæ à Clerico-
rum facto non pendet, ſed à caractere, quod eſt in
delebile, *cap. ſi diligenti de foro competen. Innocen in
cap. vt fama num. 1. in fi. de ſent. excom. Garz. de
benef. p. 2. cap. 2. num. 16. vbi ita à Sac. Cong. fuiſſe
reſolutum Sell. in ſelec. canon. cap. 18. vbi ita pariter
reſolutum fuiſſe a Sac. Cong. patet ex reſolutionibus
per eum relatis, & ex alijs relatis per Sperel. dec. 17.
num. 33. & 34. p. 1. dec. 137. num. 20. & deciſ. 183.
num. 84. p. 2. late Gratian. diſcept. 190. a num. 1. cum*
15 *pluribus ſeq. tom. 1.* vbi loquitur in fortioribus ter-
minis, quod non obſtante expreſſa renunciatione a
Clerico facta, poſſit nihilominus Epiſcopus repete-
re à Curia ſæculari.

16 Quibus accedit quod à die dimiſſionis habitus,
& commiſſi delicti effluxit breue tempus ſex, aut
ſeptem menſium, quod non redditur conſiderabile,
nec reputatur tanta perſeuerantia in huiuſmodi di-
miſſione, ad effectum amittendi priuilegium fori,
vt publicè prò laico haberi debeat *Farinac. in prax.
crim. quaſt. 8. num. 68. Suarez. de cenſur. diſ. 22.
ſect. 1. num. 11. Bonacin. in tit. de legib. diſ. 10. qu.
2. punct. 1. §. 4. num. 14.* vbi quod hoc caſu remit-
tendus ſit ad Iudicem Eccleſiaſticum, cum alijs per
*Dian. reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immunit. Eccleſ.
reſol. 33. Guazin. ad defenſ. lib. 1. defenſ. 20. cap. 9.
num. 37. Sperel. deciſ. 26. num. 9. tom. 1.*

17 Quinimò Clericus in minoribus carens tonſura,
& habitu tempore delicti, vel capturæ non amittit
priuilegium fori, dum alias fuit ſolitus deferre,
*Ric. in prax. quotidianarum rer. Eccleſiaſtici for. p. 1.
tit. prax. Clericor. reſol. 540. a num. 5. vſque ad fin.*
vbi re probat *Maſcard. de probat. conclu. 122. contra-
rium tenentem Regen. Tapia in conſtit. Regni de per-
ſon. num. 57. Craſſ. de effect. Cleric. effect. 1. nu. 910.
Genuen. in prax Archiepiſcopal. Neapol. cap. 38. nu.
6. in fi. Anton. de Marin. reſol. quotid. cap. 50. num.
3. Diana reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immunit. Ec-
cleſiaſt. reſol. 33. & p. 4. tract. 1. tit. eod. reſol. 18.
§. ſed contrariam ſententiam.*

18 Et ratio eſt, quia non præſumitur dimiſiſſe ha-
bitum animo illum deſerendi, ſed vt commodius
delictum perpatraret, propterea captus a Curia lai-
cali remittendus eſt ad forum Eccleſiaſticum, *Ric.
in prax. rer. quotidian. for. Eccleſ. p. 1. tit. prax. Cle-
ric. reſol. 540. à num. 5. cum ſeq. Bonac. in tit. de leg.
diſ. 10. quaſt. 2. punct. 1. §. 4. num. 14. Diana reſol.
moral. p. 1. tract. 2. de immunit. Eccleſ. reſol. 33.* vbi
ita fuiſſe *declaratum per Sacram Congregationem Car-
dinalium & p. 4. tract. 1. eod. tit. reſol. 18. Anton.
de Marin. reſol. quotidian. cap. 50. num. 3. Thom. del
Bene de immunit. Eccleſ. cap. 4. dub. 8. num. 20.
tom. 1.*

19 Additur vlterius, quod licet præfatus Clericus
in actu capturæ non erat indutus habitu Clericali,
geſtabat tamen in brachio veſtes Clericales, ac pro-
indè videtur habuiſſe animum reaſſumendi, cum
Clericus dimittens habitum non ſubſecuta decla-
ratione Ordinarij ſemper poteſt reaſſumere, vt gau-
deat priuilegio fori, non obſtante irregularitate
ſuperueniente, iuxta *text. in cap. Clericus 2. de vit.
& honeſt. Cleric. can. col, qui vbi glo. 2. qu. 3. Ciar-
lin. controu. forenſ. lib. 1. cap. 53. num. 12. Barba
ſtrenſ. de competen. iuriſdict. qu. 43. num. 5. Ricciul.
de iure perſonar. lib. 7. cap. 7. num. 23. Grat. diſcept.
forenſ. cap. 75. num. 26. & tradunt alij DD. relati
per Queſſad. controu. forenſ. 29. nu. 41. Sanfilic. dec.
14. num. 1. Sperel. deciſ. 26. num. 19.* vbi quod ob
20 non delationem habitus ſuſpendatur, ſed non ex-
tinguatur priuilegium fori, Rota in *Romana teſta-
menti 13. Iunij 1670. §. hinc non obſtat coram* Bourle-
*mont. & ita declaraſſe Sacram Congregationem Immu-
nit. in vna Baſſanenſi 18. Martij 1631.* vbi fori priui-
21 legium gaudere Clericum, qui ante carcerationem
reaſſumpſit habitum refert *Diana poſt 5. part. reſol.
moral. tit. declarat Sac. Congregat. num 23.*

22 Quod ſibi locum vindicat etiam, ſi Clericus per
longum tempus, ſcilicet octo, vel decem annorum
geſſerit ſe pro laico, & delicta perpatrauerit, nam
ſi poſt captam informationem à Iudice laico de de-
lictis, de quibus diffamatus erat habitum, & ton-
ſuram Clericalem ſtatim reaſſumpſerit, & Eccleſiæ
inſeruire cæperit, recuperat priuilegium Clericale;
tum quo ad perſonam, tum quo ad cauſam, & bo-
na, ita vt iudex laicus, qui incæpit inquirere pro-
ceſſum proſequi non poſſit, nec contra eundem,
eiuſque bona procedere, ita cenſuit *Sacra Congrega-
tio Immunitatis in vna Nicien. 22. Auguſti 1662.* vbi
iniunxit Epiſcopo, vt procederet in cauſa, de qua
*Iacob. Pignatel. conſult. canon. 437. num. 1. & patet
ex alia declaratione eiuſdem Sac. Cong. relat per Dian.
reſol. moral. poſt p. 5. num. 27.* & ita fuiſſe deciſum
in Concil. Neapol. *tradit Trap. in conſtit. de perſon.
num. 37.*

23 Nec ad hunc effectum requiritur licentia Epiſco-
pi, vt patet ex alia declaratione eiuſdem *Sac. Cong.
Immunit. in vna Orien. 18. Auguſti 1654. inſtante Do-
nato Antonio Goia velle reaſſumere habitum accento
obitu vxoris Virginis eadem Sac. Cong. cenſuit Oratori
licere reaſſumere habitum Clericalem, etiam abſque
alia licentia Epiſcopi.*

24 Et licet Clericus deſerens habitum Clericalem,
& tranſiens ad ſtatum laicale, non poſſit amplius
dici perſona Eccleſiaſtica Rot. *deciſ. 51. num. 14. p.
5. tom. 1. recen.* hoc tamen procedit, vbi Clericus
25 per habitus dimiſſionem oſtendat animum perpe-
tuò deſerendi, alias cenſetur ad modicum tempus
dimiſiſſe, cum non ſit præſumendum, nolle perma-
26 nere in ea vocatione, in qua vocatus fuit, vnde de-
bet gaudere priuilegio fori, ſi ad modicum tempus
habitum dimiſerit, etiam ſi in actu capturæ reper-
tus fuerit in habitu ſæculari, & ita cenſuiſſe *Sacram
Cong. in vna Leodienſi* 9. Nouemb. 1630. *refert Dian.
reſol. moral. poſt 5. par. tit. reſol. Sac. Cong. num. 34.*

27 Immo ad hunc effectum eſt potius attendendum
tempus commiſſi delicti, quam capturæ, adeò vt,
qui habitum geſtabat tempore commiſſi delicti, &
non tempore capturæ non priuatur beneficio fori,
*Marius Antonin. var. reſol. lib. 3. reſol. 48. num. 7.
Sanchez. de matrim. lib. 7. diſ. 46. num. 10. Diana re-
ſol. moral. p. 1. tract. 2. de immunit. reſol. 32. ſub §.
non reticeam.*

28 Hinc non iuuat replicare, quod Clericus hoc ca-
ſu efficiatur mixti fori, ita vt inter Eccleſiaſticum,
& laicum Iudicem locus ſit preuentioni in odium
Clericorum requiſitis carentium, dummodo laici,
modo Clerici, pròut eis expedit eſſe volunt, cum
etiam expediat, & vt laici, & vt Clerici puniantur,

& ita

& ita ſæpe fuiſſe reſolutum à Sacra Congregatione patet ex declarationibus relatis à *Sperel. dec. 17. nu. 33. p. 1. & ex alijs relatis per extenſum à Iacob. Pignatel. conſult. canon. 46. à nu. 1. & ſeq. & per Garz. de benef. p. 2. cap. 2. num. 16.*

29 Quia obiectum eliditur, & ceſſant aliæ declarationes Sacræ Congregationis, ſed eſt attendenda dicta vltima declaratio à Sanctiſſimo D. N. approbata, in cauſa *Leodien.* quam idem Sanctiſſimus obſeruari mandauit, vbi tribuitur Epiſcopo facultas repetendi Clericum è manibus Iudicis laici etiã in caſu præuentionis.

30 Ad hoc autem vt Clericus ita amittat priuilegiũ fori, vt ab Epiſcopo repeti nequeat, requiritur, vt reperiatur ſpoliatus priuilegijs Clericalibus, vel à iure, vel ab homine per legitimam declarationem ab Ordinario latam, vt præſcribitur in dicta *Leodien.* alias ſemper eſt locus repetitioni.

31 Et quamuis de iure antiquo Clericus dimiſſo habitu clericali, & tonſura immiſcendo ſe enormibus non amittebat fori priuilegium, niſi prius trina monitione à ſuo Prælato monitus de deſiſtendo a prædictis, & habitum reaſſumendo *cap. fi. de vita honeſtat. Cleric. cap. in audientia, & cap. contingit 2. de ſent. excommun. Clem. 1. vbi glo. verb. tertio vbi etiam Card. Imol. de vit. & honeſt. Cleric. Abb. in cap. tuæ num. 3. de apoſtat. Clar. in §. fi. quæſt. 36. num. 16. verſ. hoc autem Ambroſin. de immunit. Eccleſ. cap. 17. num. 16. Decian. tract. crim. tom. 4. cap. 9. num. 88. & 89. Farinac. in tract. crim. quæſt. 8. num. 60. Ricciul. de iure perſonar. lib. 7. cap. 6. nu. 4. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 1. num. 801. cum alijs copioſe relatis à Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Cleric. perſonal. §. 8. nu. 1. & à Diana reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immunit. Eccleſ. reſol. 23. verſ. ſed hæc ſententia Ric. in prax. rer. quotidian. for. Eccleſiaſt. p. 1. tit. prax. Cleric. reſol. 54. num. 1.* vbi dupliciter limitat *Gratian. diſcept. 190. num. 11. lib. 1.*

32 Adeòut dicta monitio non ſolum debebat eſſe trina, ſed ſpecialis, nominatim, & in perſonam facta, neque ſufficiebat generalis, & vnica *Clem. 1. de vit. & honeſt. Cleric. vbi gla. in verbo tertio Abb. num. 7. Card. Imol. & communiter ſcribentes.* Niſi forte facta fuiſſet in Synodo, ſub expreſſa comminatione, & pœna, eo quia monitio facta in Synodo

33 habet vim conſtitutionis, & vbi fit conſtitutio non requiritur trina monitio, nec eſt neceſſarium, vt fiat monitio ſpecialis, ſeu nominatim *cap. 1. de locat. cap. 2. de conſtit. in 6. vt alijs relatis comprobat Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor Cleric. perſonal. §. 8. num. 4. & 5. Sperel. deciſ. 26. num. 1. & 2. par. 1.*

34 Hodiè tamen Clerici non ſeruantes requiſita *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 6.* fori priuilegium amittunt, etiam ſi trina monitio non præceſſerit, & ita cenſuiſſe *Sac. Congreg. Concilij ſuper dicto cap. 6. teſtatur Bellet. diſquiſit.* Clerical. *p. 1. tit. de fauor* Cleric. *perſonal. §. 8. nu. 7.* vbi etiam hoc comprobat ex *conſtitutione Sixti V. quæ incipit cum ſacroſancta Diana reſol. p. 1. tract. 2. de immunit. Eccleſ. reſol. 33. verſ. an vero Aloyſ.* Ric. *in prax. quotidian. rer. for. Eccleſ. p. 1. tit. prax. Cleric. reſol.* 540. *num. 4.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 190. num. 11. verſ. licet hoc, vbi quod ad hoc faciant. conſtitutiones* Clementis *VII. & Pauli III. de quibus etiam Menoch. conſ. 912. num. 35. Sperel. dec. 26. num. 3. & 4. tom. 1. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 4. dub. 8. num. 14. p. 1.*

35 Et ſi forte Clericus dimiſſo habitu Clericali committat delictum, & poſt eius perpetrationem reaſſumat habitum, non efficitur iuriſdictionis Iudicis laici, cum hoc caſu ceſſet dicta diſpoſitio Sac. Concilij Tridentini, vt colligitur declaratum fuiſſe à Sacra Congregatione *in vna Firmana ſub die 7. Auguſti 1640.* infraſcripti tenoris *Sac. Cong. reſpondit Clericum Franciſcum Caldaronum etiam ſi propria auctoritate habitum Clericalem reaſſumpſerit poſt delictum, & proceſſum gaudere debere priuilegio fori & à iuriſdictione Iudicis laici liberatum eſſe, quo ad perſonam, quod ſi fraus ſubſit, quam Iudex Eccleſiaſticus inſpicere, & declarare debet, poſſe Gubernatorem laicum poſt dictam declarationem proceſſui finem imponere, & quo ad illum, realiter quo ad bona procedere,* & patet ex alia declaratione relata per *Dianam poſt 5. p. reſol. moral. tit. reſol. Sac. Cong. num. 27.*

36 Sed ſi Clericus depoſuerit habitum Clericalem per actum publicum renunciationis, an poſſit illum reaſſumere *Sac. Cong. Immunitatis in vna Mazarenſi ſub die 16. Decemb. 1642.* reſpondit *Clericos niſi voluntariè, & expreſſè deponendo habitum renuncient in actis Curiæ Epiſcopalis, & cum approbatione Epiſcopi, etiam cum declaratione, quod abſque illius licentia eundem habitum amplius non reaſſumat, non poſſe propria auctoritate dictum habitum reaſſumere.*

37 Vt tamen Clerici beneficio carentes fori priuilegium poſſint allegare ratione primæ tonſuræ, & Ordinum minorum, tria illa requiſita à Sac. Concilio Tridentino habere debent, ſcilicet quod geſtent habitum, & tonſuram, & quod Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſeruiant, adeòut non ſufficiat vnum, ſine alio, vt tradunt *DD. latè congeſti per Farinac. qu. 8. num 44. verſ. item dummodo Caſar. de Graſſ. de effect. Clerical. effect. 1. num. 1167. & ſeq. Menoch. lib. 6. præſumpt. 76. num. 38. Guazin. ad defenſ. p. 1. defenſ. 20. cap. 10. num. 35. Scaccia de Iudic. lib. 1. cap. 11. num. 82. verſ. & hæc conſuetudo, & ita fuiſſe declaratum à Sac. Cong. refert Sperel. dec. 20. num. 4. tom. 1. cum alijs per Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 4. dub. 8. num. 4. p. 1.* vbi latè per totam.

38 Veritas tamen eſt, quod ſi per accidens, vel ad modicum tempus Clericus non incedat in habitu, & tonſura, non propterea huiuſmodi priuilegio priuatur, etiam ſi captus fuerit, ſine habitu, & tonſura ob delictum, & homicidium commiſſum, ſi probetur conſueuiſſe illa deferre, cum ad amittendum hoc priuilegium requiratur, vt diximus talis perſeuerantia, vt publice laicus exiſtimetur, denominatio quidem ab vſu frequenti deſumenda eſt, *Marc. Anton. var. reſol. 48. num. 7. lib. 3. Farinac. in tit. de inquiſit. quæſt. 8. num. 66. & ſeq. Sanchez. de matrim. lib. 7. diſ. 46. num. 8. Bonac. in tit. de legibus diſ. 10. qu. 2. punct. 1. §. 4. num. 14.* vbi ita declaraſſe Sacram Congregationem, vt etiam teſtatur *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 4. dub. 8. num. 17. 18. & 20. p. 1. & Sperel. dec. 26. num. 23. 24. & 25. tom. 1. Caplibanc. de offic. Baron. tom. 1. pragam. 8. p. 3. nu. 34. Diana reſol. moral. p. 4. tract. 1. de immunit Eccleſ. reſol. 18. Anton. de Marin. reſol. quotid. cap. 50. num. 3.*

39 Ita pariter, vt Clericus priuilegium fori, non amit-

amittat, exuberat ſi pro maiori parte temporis in-
ſeruiant Eccleſiæ, licet interpellate, & non omni
tempore, quia verba Sacri Concilij non ſunt rigidè
interpretanda, ſed benignè, & ſatis eſt, vt oretenus
habuerit licentiam ab Epiſcopo inſeruiendi alicui
Eccleſiæ, & ita declaraſſe Sac. Congregationem te-
ſtatur ex *Ric. & Gratian. Diana reſol moral. p. 1.
tract. 2. de immunit. reſol. 34. verſ. notandum eſt, &
p. 4. tract. 1. eod. tit. reſol. 88. verſ. ſed quod Cleric.
Sperel. dec. 26. num. 26. cum ſeq. & num.* 28. vbi no-
uiſſime reſolutum fuiſſe in Sacra Congregatione te-
ſtatur, ſcilicet non requiri perſeuarantiam, ſed ſat
eſſe, vt quis aliquando deſeruiat *Maſtril. deciſ.* 113.
num. 13. *tom.* 1. *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ.
cap. 4. dub. 8. num. 30. cum plurib. ſeq. tom.* 1.
41 Præcipuè, ſi ob neceſſarium impedimentum ſer-
uitium intermiſerit, vt deciſum teſtatur *Sperel. dec.*
26. *num.* 29. *tom.* 1. *ex Gallet. in margarit. caſuum
conſcien. verb. Clericus col.* 2. *& ex Ric. dec.* 111. *ſub
num.* 5. *p.* 5.
42 Et quamuis huiuſmodi ſeruitium ſit præſtandum
Eccleſiæ, cui fuit adſcriptus, tamen ſufficit etiam,
vt præſtetur Eccleſiæ ſaltem in genere aſſignatæ, im-
43 mo quod Clericus inſeruiens alteri Eccleſiæ, quam
cui fuit adſcriptus gaudeat fori priuilegio, cenſuiſ-
ſe Sacram Congregationem ex *Proſpero de Auguſtin.
& Ricciul.* teſtatur *Sperel. dec.* 26. *num.* 30. *&* 31.
Genuen. in prax. Archiepiſcopal. Neapol. cap. 7. *nu.* 1.
44 & de inſeruiente Capellæ Oratorij Confraternitatis
laicorum, pariter gaudere, declaraſſe Sac. Congre-
gationem, ex *Barboſ. Ric. Proſper. de Auguſtin.* te-
ſtatur Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 4. *dub.*
8. *num.* 37. *&* 38. *& Diana reſol. moral. p.* 1. *tract.*
1. *de immunit. reſol.* 34. *verſ. ſed contrarium.*
45 Non enim eſt neceſſarium mandatum Epiſcopi,
& hodiè ex decreto Sacræ Congregationis quod
non requiratur huiuſmodi adſcriptio, aduertit,
Nouarius in ſuo ſingulat. canon. ſingular. 3. *in tit. de
Cleric. coniugat. in* 6. *Ric. dec.* 111. *ſub num.* 5. *p.* 4.
quot refert Sperel. dec. 26. *num.* 31. *p.* 1. vbi refert
aliam conciliarem declarationem emanatam ad in-
46 ſtantiam Epiſcopi Ferrarienſis, nempe *An Clericus
in minoribus ordinibus conſtitutus Clericalem habitum,
& tonſuram deferens, atque Eccleſia inſeruiens gau-
deat priuilegio fori, ſi alicui Eccleſia adſcriptus non ſit
Sac. Cong. Concilij Trid. Interpretum cenſuit gaudere,*
& rurſus aliam conſimilem refert *Ric. dec.* 164. *num.*
1. *p.* 4. *de tempore Card, Caraſę.*
47 Nec dicta adſcriptio pro forma requiritur, cum
Eminentiſſimi Patres Concilij Tridentini interpre-
tes pluries contrarium reſcripſerint, ex ſuperius tra-
ditis, vt animaduertit *Sperel. dec.* 26. *num.* 31. *verſ.
nec obſtat.*
48 Contrarium tamen quod pręfata adſcriptio ſit de
forma, propterea ad vngnem ſeruanda, adeo vt
non ſufficiat actus equipollens, tenet *Thom. del Be-
ne de immunit. Eccleſ. cap.* 4. *dub.* 8. *num.* 39. *&* 40.
49 *tom.* 1. vbi ſubdit quod contraria ſententia proce-
dat in caſu, quo Epiſcopus, ſine rationabili cauſa
Eccleſiam aſſignare noluerit, quia tunc cum per
Clericum non ſteterit, ei imputandum non eſt, alias
ſecus, ne inducatur noua diſpoſitio contra Conci-
lium, quod licet valde vrgeat, non tamen recede-
50 rem à prima ſententia, tamquam magis fauorabi-
lis, nec aduerſatiua verbis Sacri Concilij tamquam
demonſtratiuè, & non taxatiuè prolata; quoniam
Sacrum Concilium mandans Clericis inſeruire Ec-
cleſiæ, voluit eos excitare ad Dei cultum, vt aſſue-
ſcant Deo famulari, & erudiri, & progreſſum face-
re in ceremonijs ſacris, quod cum conſequi poſſit,
ſiue ſeruitium præſtetur vni, vel alteri Eccleſiæ, vti-
que ſatisfactum videtur menti Sacri Concilij iuxta
declarationes allegatas.
51 Cæterum quod mandatum Epiſcopi ex praxi non
requiratur, quod ſit in ſcriptis, ſed ſufficiat, quod
ſit oretenus, fatetur idem *Thom. del Bene de immu-
nit. Eccleſ. cap.* 4. *dub.* 8. *num.* 40. *verſ. cæterum to.*
1. *ex* Barboſ. *Diana Squil.* Ric. *quos allegat.*
52 Et præſtitum ſeruitium benè probatur, vel per fi-
dem Rectoris Eccleſiæ, vel per teſtes, adeout ad de-
cipiendum Epiſcopum ipſius Clerici aſſertioni mi-
nimè credatur, vt animaduertit *Sperel. dec.* 26. *nu.*
31. *verſ. nec obſtat tom.* 1.
53 Vlterius eſt animaduertendum, quod Clericus
licet efficiatur incorrigibilis, non tamen amittit pri-
uilegium fori, ſed requiritur ſententia Iudicis Ec-
cleſiaſtici, qui illum brachio ſæculari tradat *cap. cum
non ab homine de Iudic. Ambroſin de immunit. cap.* 17.
num. 28. *Suar. de cenſur. diſ.* 22. *ſect.* 1. *num.* 9. *Co-
nich. de ſacram. diſ.* 14. *dub.* 15. *num.* 19. *Sayr. de
cenſur. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 5. & quod habeatur ex-
preſsè in quadam *bulla Clement. VIII. emanata* 18.
Decemb. 1591 *refert Diana reſol. moral. p.* 1. *tract.* 2.
de immunit. Eccleſ reſol. 50. *ſub verſ. dico igitur.*
54 In prædictis verò caſibus, in quibus Clerici pri-
mæ tonſuræ, & in minoribus priuantur priuilegio
Clericali puniri poſſunt à Iudice ſæculari nulla præ-
cedente degradatione de qua *in cap.* 2. *de pan. in* 6.
præuia tamen declaratione ſui Ordinarij amiſſionis
priuilegiorum *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. al-
leg.* 12. *num.* 31. *p.* 2.
55 Verum quod dicta declaratio non ſit neceſſaria,
ſuadetur, quia Clerici non habentes requiſita Sacri
Concilij non gaudent priuilegio fori ex diſpoſitio-
ne eiuſdem Concilij, ac proinde dum adeſt declara-
tio iuris, non exigitur declaratio hominis, proce-
dere tamen poteſt ſententia *Barboſa* in caſu contro-
uerſiæ, an Clericus in minoribus habeat præfata
56 requiſita, cum coram Iudice Eccleſiaſtico habenda
ſit diſcuſſio de Clericatu, & habitu, & cognitio,
citatis Iudice, & fiſco ſæcularis Curiæ, adeout ſi
Iudex Eccleſiaſticus declarauerit Clericum gaude-
re priuilegio fori, eſt remittendus ad Curiam Ec-
cleſiaſticam, & peti poteſt remiſſio cum dictæ de-
clarationis inſertione ad *textum in cap. ſi Iudex lai-
cus de ſenten. excom. in* 6. *& tradunt DD. relati per
Dian. reſol. moral. p.* 1. *tract.* 2. *de immunit. reſol.* 27.
verſ. ſed abſolute, & p. 3. *tract.* 1. *de immunit. reſol.*
10. *& p.* 4. *tract.* 1. *eod. tit. reſol.* 5. *verſ. ſed ego vbi
in fi. teſtatur ita declaraſſe Sac. Cong. Concil. Barboſ.
de offic. Epiſcop. alleg.* 11. *num.* 33. Bellet. *diſquiſit.
Cleric. p.* 1. *tit. de fauor Cleric. perſonal.* §. 14. *num.* 1.
& 2. *& ſeq. Farinac. in prax. crim. tom.* 1. *p.* 1. *quæſt.*
8. *num.* 33. *Maſcard. de probat. conclu.* 964. *num.* 3.
Scaccia de Iudic. lib. 1. *cap.* 11. *num.* 8. *Menoch. de
præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 76. *num.* 341. *Lother. de
re beneſic. lib.* 3. *quæſt.* 36. *num.* 69. *Ambroſin. de
immunit. Eccleſ. cap.* 23. *num.* 10.
57 Eſt tamen animaduertendum quod Clericus pri-
mæ tonſuræ, & in minoribus ordinibus conſtitutus
non ſeruans ſupradicta requiſita à Sacro Concilio,
licet amittat priuilegium fori, non tamen priuatur
alijs

Google

al:js priuilegijs, in quibus nihil fuit per Concilium innouatum, ſed eius diſpoſitio reſtringitur ad ſolum priuilegium fori, & ita declaraſſe *Sac. Congr. Emin. Card. Concil. Interpret. commemorat. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 5. num. 7. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. de fauore Cleric. perſonal. §. 3. num. 22. Garz. de benef. p. 3. cap. 3. num. 5. in fi. Connital. reſponſ. moral. lib. 6. quaſt. 20.* Nicol. *in ſuis floſculis in verbo Clericus num. 27. Diana reſol. moral. p. 1. reſol. 36. Riccinl. de iure perſonar. extra gremium Eccleſia lib. 7. cap. 6. num. 11. & 12. Barboſ. in Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 6. num. 6. & 14. Squillant. de priuileg. Cleric. cap. 12. limit. 1. Parlador. rerum quotidianar. deſurit. 14. §. 2. num. 6. Sanchez. in precept. Decalog. lib. 7. cap. 13. num. 35. Rot. deciſ. 62. in fi. poſt Zuff. de legitimat. proceſ. & in Romana teſtamenti 13. Iunij* 1670. §. *hinc non obſtat verſ. in cateris autem coram Bourlemont.* & claram reſolutionem Sacr. Congregationis refert *Pignatel. conſult. canon.* 174. *num.* 7. nempe *die 3. Decemb.* 1622. *Sac. Congregat. Concil. cenſuit, decretum Sac. Concilij Tridentini cap. 6. ſeſſ. 23. de reform. non ademiſſe Clericis non habentibus qualitates, qua ibidem exprimuntur niſi priuilegium fori, catera vero remanere ſub diſpoſitione iuris communis.*

58 Et ratio eſt, quia priuilegia a iure Clericis conceſſa eiſdem competunt ex ſolo charactere Clericali, abſque eo, quod concurrant aliæ qualitates ſeruitij, alteriuſue ſimilis, vnde diſpoſitio Concilij tamquam reſtricta ad ſolum priuilegium fori, non comprehendit alia priuilegia *Pignatel. dicta conſult.* 174.

59 *num.* 6. & 7. Tum quia per ſublationem vnius priuilegij non inducitur priuatio alterius, vbi non concurrit iuris communis correptio, *cap. cum expediat de election. in 6.* Et quod expreſsè correptum non inuenitur, ſub iuris communis regulis relictum intelligitur *l. pracipimus in fi. C. de appellat.* adeo

60 vt non inducatur priuatio priuilegiorum Clericis à iure Ciuili, & Canonico conceſſorum, niſi in caſibus à iure expreſſis, latè *Tiraquel. in l. ſi vnquam verbo reuertatur num. 248. C. de reuocan. donat. & alijs congeſtis comprobat Rot. in dicta Romana teſtamenti 13. Iunij* 1670. §. *hinc non obſtat coram Bourlemont.*

SVMMARIVM.

1 Clericus non habens requiſita Sacri Concilii Tridentini amittit priuilegium fori, ſed Iudex laicus non poteſt in eum exercere iuriſdictionem, niſi ſecuta declaratione Iudicis Eccleſiaſtici, quod non habeat dicta requiſita, & num. 3. & 4. & 6.

2 Iudex laicus non poteſt ius reddere, vbi agitur de priuilegio ordinis.

5 Deprehenſus cum veſtibus Clericalibus, ſi publicè pro laico habebatur eſt reddendus Curiæ Eccleſiaſticæ, donec diſcutiatur articulus, ſecus ſi deprehenſus fuerit in habitu ſaculari.

7 Ritus magnę Curiæ Vicariæ Neapolitanæ cognoſcendi de Clericatu, ſublatus fuit in conuentionibus inter Pontificem, & Regem.

8 Clericatus quæſtio cognoſci debet per Iudicem Eccleſiaſticum poſthabito affectu, & cupiditate defendendi propriam iuriſdictionem.

9 Pendente iudicio ſuper hac controuerſia coram Eccleſiaſtico Iudex laicus ſuperſedere debet in fabricatione proceſſus.

10 Clericus immiſcens ſe enormibus, & effectus incorrigibilis non ſubijcitur iuriſdictioni laicali, niſi fuerit à Iudice Eccleſiaſtico declaratus incorrigibilis, & nu. 11. & 15.

13 Clericus quando dicatur incorrigibilis, vt à Iudice ſęculari iudicari poſſit.

14 Degradatio Clerici verbalis, & actualis, quæ ſint, & num. 16.

15 Clericus verbaliter degradatus puniri non poteſt per Iudicem ſęcularem abſque traditione, ſecus ſi fuerit actualiter degradatus nu. 17.

18 Verbaliter degradatus non amittit priuilegium fori, ſicut amittit actualiter degradatus.

19 Actualis Clerici degradatio, & Curię ſæcularis traditio, in quibus caſibus fieri debeat de iure communi, & quid de iure nouo num. 28.

20 Clericus propter hæreſim traditur curiæ ſæculari, ſi ſit relapſus.

21 Clericus ob hæreſim ſi velit ſe corrigere detruditur in Monaſterium ad pænitentiam agendam.

22 Ob crimen falſi commiſſi in literis Apoſtolicis traditur Curiæ ſęculari grauiſſimis tamen concurrentibus circumſtantijs.

23 Et ob conſpirationem in Epiſcopum non traditur curiæ ſęculari, niſi ſit effectus incorrigibilis.

24 Clericus pro ſimplici homicidio non eſt tradendus curię ſæculari ceſſante incorrigibilitate, ſed deponendus, & in carcerem detrudendus.

25 Pro homicidio qualificato quomodo puniatur, & an, & quando ſit curiæ ſæculari tradendus.

26 Clericus aſſaſſinus tradendus eſt curiæ ſæculari, etiam non expectata incorrigibilitate.

27 Non tamen puniri poteſt a Iudice laico, niſi ſequuta declaratione Iudicis Eccleſiaſtici, ſcilicet Clericum eſſe aſſaſſinum.

28 Clericus tradi poteſt curiæ ſęculari pro celebratione Miſſarum, & miniſtratione Sacramenti Pęnitentiæ, ſi non ſit Presbyter.

29 Clericus non eſt degradandus, niſi in caſibus à iure expreſſis.

30 Per conſpirationem in Iudicem ſæcularem Clericus non traditur curiæ ſæculari.

31 Nec a Principe ſæculari puniri poteſt.

32 Clericus ſodomita curiæ ſæculari tradi poteſt, & priuari debet omni officio, & beneficio, & efficitur irregularis.

33 Immiſcendo ſe enormibus non eximitur à iuriſdictione Iudicis Eccleſiaſtici, niſi ſecuta declaratione.

34 Nec Epiſcopus amittit ius in Clericos ob non geſtationem habitus, vt ſemper eos repetere poſſit a curia ſęculari, etiam ſi exercuerint artes mecanicas, viles, & dederint operam militiæ, & artem macellarij exercuerint nu. 35.

36 Declara quod ſubijciuntur curiæ ſæculari in dictis caſibus ſi Epiſcopus, vel non procedat ad eos puniendos, vel non repetat.

37 Clericus non habens requiſita Sacri Concilij ipſo iure amittit priuilegium fori.

38 De iure verò antiquo, quæ ad hunc effectum requirebantur recenſentur.

39 Clericus ſi efficiatur miles ipſo iure amittit priuilegium fori ex nouo iure Sacri Concilij Tridentini.

40 Declara ſi Clericus in militia perſeueret, & ſæua exerceat alias ſola militia non tollit priuilegium Clericatus.

41 Clericus in minoribus habens beneficium gaudet priuilegio fori, licet non incedat in habitu, & tonſura, tam in ciuilibus, quam in criminalibus.

42 Clerici in minoribus cogi non poſſunt ad ſuſcipiendos ſacros ordines, ſed tantum ſunt monendi, & corrigendi.

43 Et Edictum priuationis priuilegiorum, ſi non ſuſcipiant ſacros ordines eſt improbatum.

44 Priuari tamen poſſunt priuilegijs Clericalibus, ſi non incedant in habitu, & tonſura.

45 Clericus, vt perdat priuilegium Clericale quo ad forum quæ requirantur de iure antiquo, & quid vigore Concilij Tridentini nu. 46.

Digitized by Google

Clericus non habens requiſita Sacri Concilij Tridentini, quando puniri poſſit à Iudice ſæculari.

ADNOTATIO I.

1 LIcet Clericus non ſeruans, ſeu non habens requiſita *Sac. Concilij Tridentini ſeſſ. 23. de reform. cap.* 6. amittat priuilegium ſori, & Iudex laicus contra eundem procedere valeat, non tamen poſt oppoſitionem, & notitiam Clericatus hanc iuriſdictionem exercere poteſt abſque incurſu cenſurarum ſtatim, & de facto, ſed expectare debet declarationem Iudicis Eccleſiaſtici, quod Clericus amiſerit priuilegium fori, ex quo non habeat requiſita, Sacri Concilij, vel quod non ſit Clericus Ideoque gaudere non poſſe priuilegio fori, ſiquidem vbi inſurgit controuerſia de Clericatu, vel de amiſſione Clericalis priuilegij huiuſmodi iuriſdictionis inſpectio cognoſcenda, & decidenda eſt non per Iudicem ſæcularem, ſed per Eccleſiaſticum, & ratio eſt, quia agitur de priuilegio ordinis, quod concernit rem ſpiritualem, & Eccleſiaſticam, in cuius articuli diſcuſſione Iudex laicus non poteſt ius reddere, ſed propter maiorem auctoritatem ſpectat ad Epiſcopum, textus eſt *in cap. ſi Iudex laicus & ibi DD. de ſenten. excommunicat. in 6. & de communi teſtatur Couar. pract. quaſt. cap.* 33. *num.* 1. *verſ. primum illud eſt pranotandum Ripa in cap. decernimus num.* 4. *verſ. ſed coram quo de Iudic. Butr. cap. ex parte* 3. *in ſi. de priuil. Boſſ. in tit. de foro competen. num.* 151. & 155. *Carol. de Graſſ. de effect. Cleric.* 1. *num.* 1263. & 1267. *Diana reſol. moral. p.* 1. *tract.* 2. *de immunit. reſol.* 57. *cum alijs congeſtis per Farinac. in tit. de inquiſit. quaſt.* 8. *num.* 33. *cum ſeq.* & ita ſæpè cenſuiſſe Sacram Congregationem Concil. & Sac. Congregationem Immunitatis, patet ex reſolutionibus relatis per *Iacob. Pignatel. conſult. canon.* 20. *p.* 3. *a num.* 14. 15. & 16. uempè in vna *Papienſi* 10. *Septemb.* 1629. & *in Nulline Sancti Laurentij in Campo* 17. *Decemb.* 1630.

3 Et in *Liceinſi* 7. Septembris 1624. Sacra Congregatio Concilij cenſuit &c *Caterum, & ſi Clericus priuilegio fori non gaudeat, quia qualitates Concilij non habeat, vel quia cum falſis dimiſſorijs ordinatus fuerit, eum tamen non poſſe à Iudice laico detineri, niſi prius ſuper qualitatibus, & promotionibus huiuſmodi Iudex Eccleſiaſticus cognouerit, & pronunciauerit, Ideoque Epiſcopum Licienſem, vtique poſſe hoc caſu contra laicos ad ſententiam cenſurarum procedere.*

4 Die 6. Octobris 1612. *Sac. Congregatio &c. propoſito dubio omnes abſque vlla diſſenſione cenſuerunt huiuſmodi Clericum nullo pacto excludi a fori priuilegio, niſi poſt latam à Iudice Eccleſiaſtico declarationem ſuper facto, ſeu delicto, quod habitum, & tonſuram Clericalem minimè detulerit.*

5 Vlterius die 21. Iulij 1625. *S. C. Concil. inhærendo declarationibus alias factis, cenſuit, ſi is, qui prò laico publicè ſe gerens deprehenſus fuerit in habitu Clericali, hoc eſt tonſuram, & veſtes deferens Clericales, aut communi exiſtimatione Clericus habebatur debere donec de contrario conſtiterit, Clericum reputari, ac proinde in continenti, etiam ante cognitionem de Clericatu reddendum eſſe Eccleſiaſtica curia. At ſtante deprehenſione in habitu laicali illius, qui prò laico publicè ſe gerebat, ac pro tali communiter habebatur, remanere debere ſub cuſtodia Iudicis ſæcularis, donec coram Eccleſiaſtico docuerit ſe fori priuilegio gaudere, quod comprobat etiam Farinac. qu.* 8. *num.* 36. *Pignatel. conſult. canon.* 20. *num.* 35. *p.* 3.

6 Non enim videtur rationi cōſonum in poteſtate Iudicis laici eſſe declarare, quod Clerici capti non habeant qualitates à Sacro Concilio præſcriptas in diminutionem iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, odioſa iudicibus laicis, in cuius fraudem ab eiſdem facile præiudiciales reſolutiones exoriri poſſent, vt animaduertit *Iacob. Pignatel. conſult. canon.* 20. *num.* 16. *in fi. tom.* 3. *vbi num.* 17. reprobat ritum magnæ

7 curiæ Vicariæ Neapolitanæ cognoſcendi de Clericatu à Regina Ioanna, vt ſupponitur factum, contra libertatem, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam, præſertim attenta conuentione inter Romanam Eccleſiam, & Regem in inueſtitura Regni conceſſa a *Iulio II.* in qua reuocatur omnes conſtitutiones, leges, & decreta præiudicialia libertati Eccleſiaſticæ, vt atteſtantur ipſimet DD. Neapolitani, & præcipuè *Gramat. dec.* 61. *num.* 17. & *ſeq. & alij relati per eundem Pignatel.*

8 Iudices tamen Eccleſiaſtici cauſas, & controuerſias huiuſmodi cognoſcere, & terminare debent omni animi poſthabito affectu, non cupiditate defendendi, aut ampliandi propriam iuriſdictionem, ſed ſolum zelo iuſtitiæ, nè ſceleſtiſſimi homines à iuſtiſſima ſæcularium Iudicum punitione liberentur, valdè enim reipublicæ intereſt, vt delicta debita pæna ad alios terrendos puniantur, vt ex *Couar. animaduertit Farinac. in tit. de inquiſitian. qu.* 8. *num.* 33. *verſ. vbi per hoc admonet.*

9 Pendente tamen iudicio ſuper huiuſmodi controuerſia coram Eccleſiaſtico Iudice, ſæcularis Iudex ſuperſedere debet, & ad vlteriora in proceſſus confectione non procedere, ne eluſoria reddatur cognitio Iudicis Eccleſiaſtici, ita ex *Cauar. Capol. Mil. Roland. Scaccia, tradit Farinac. de inquiſit. qu.* 8. *num.* 35.

10 Clerici autem quamuis ſe immiſceant enormibus, nullum tamen præiudicium afferunt iuriſdictioni Eccleſiaſticæ, nec eximuntur a iuriſdictione Epiſcoporum, cum ad hunc effectum, etiam ſi Clerici efficiantur incorrigibiles non propterea ſubijciuntur animaduerſioni Iudicis ſæcularis, niſi præcedat ſententia declaratoria eiuſdem Iudicis Eccleſiaſtici, *Roland. conſ.* 4. *num.* 31. *lib.* 1. *Ambroſin. de immunit. Eccleſ. cap.* 17. *num.* 28. *Felin. in cap. cum non ab homine num.* 9. *de iudic. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric.* 1. *num.* 809. *Diana reſol. moral. p.* 1. *tract.* 2. *de immunit. reſol.* 129. *per tot. Iacob. Pignatel. conſult. canon.* 20. *num.* 20. 22. & 23. *tom.* 3. vbi ita cenſuiſſe Sacram Congregationem Concilij in ſequenti declaratione.

11 Die 5. Maij 1616. *In vna Lucana Sac. Cong. exiſtimauit huiuſmodi Clericum, ita demum fori priuilegium amiſiſſe, ſi prius fuerit a Iudice Eccleſiaſtico declaratus incorrigibilis, obſeruata forma præſcripta in cap. cum non ab homine de Iud.*

12 Hinc eſt quod Iudex laicus non poſſit exercere poteſtatem ſuper Clericum incorrigibilem, niſi declarata à Iudice Eccleſiaſtico qualitate incorrigibilitatis *Iul. Clar. in §. fi. qu.* 36. *num.* 29. *ex Diaz. & Fel. n.*

Digitized by Google

& Felin. in cap. cum non ab homine num 10. *de Iudic.*
13 Dicitur verò Clericus incorrigibilis ad effectum
vt per poteſtatem ſæcularem indicetur, & compri-
matur, quando ſcilicet in graui crimine deprehen-
ſus depoſitus fuit, deinde propter contumaciam
excommunicatus, inſuper illa creſcente, anathe-
matis mucrone percuſſus, & tandem impenitens, ac
obduratus in profundum malorum veniens con-
temnat, nam tunc cum Eccleſia fecit totum poſſe
ad ouile reducendum, & vlterius non habeat quid
faciat, abſque eo quod expreſsè exuatur priuile-
gio Clericali, per ſæcularem poteſtatem comprimi
poteſt, tradit *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. al-
leg.* 110. *num.* 15. *&* 16. *p.* 3. *Menoch. de arbit. caſ.*
415. *num.* 29. *per textum in cap. cum non ab homine
de Iudic.*
14 Quod ſi Clericus propter enormia delicta com-
miſſa fuit verbaliter degradatus, ſcilicet per ſen-
tentiam à Iudice priuatus clericalibus ordinibus,
quæ potius dicitur depoſitio, quam degradatio
15 puniri non poteſt à laico Iudice, niſi prius Curiæ
16 ſæculari traditus fuerit, ſed ſi actualiter fuerit de-
gradatus, vt ſi perſonaliter priuetur, exuatur, &
ſpolietur ordinibus Eccleſiaſticis iuxta formam tra-
ditam in *libro Pontificali fo.* 190. *& ſeq.* puniri po-
17 teſt à Iudice ſæculari, etiam ſi illi per Iudicem Ec-
cleſiaſticum non tradatur, latè *Sigiſmund. Scaccia
de Iudic. cap.* 11. *num.* 37. *& ſeq. lib.* 1. *Clar. in* §.
fi. quæſt. 36. *verſ. ſcias autem Farinac. in tit. de in-
quiſit. qu.* 8. *num.* 73. & ratio differentiæ eſt, quod
18 verbaliter degradatus non amittit priuilegium fo-
ri, prout amittit actualiter degradatus, *Menoc. de
arbit. caſ.* 415. *a num.* 12. *cum pluribus ſeq. iuxta
textum in cap. degradatio in prin. de pœnis.*
19 Actualis tamen degradatio, ſeu curiæ ſæcularis
traditio tribus caſibus à iure canonico permittitur,
hæreſis, falſi commiſſi in literis Apoſtolicis, & con-
ſpirationis in Epiſcopum, *cap ad abolendum extra
de hæret. cap. ſuper eo, cap. accuſatus de hæret. in* 6.
*cap. cum non ab homine de iudic. cap. falſariorum de
crimine falſi clar. in* §. *fi. quæſt* 36. *verſ. ſcias enim
Rota deciſ.* 241. *num.* 7. *poſt* 2. *vol. conſ. Farinac.*
20 Declara quod Clericus propter hæreſim traditur
21 curiæ ſæculari, ſi ſit relapſus, ſecus ſi non relapſus
velit ſe corrigere, nam tunc ſolum in carcerem ad
pœnitentiam peragendam detruditur, *cap. penult.
extra de hæret.* In crimine verò falſi regulariter non
22 ſeruatur, niſi grauiſſimis concurrentibus circum-
23 ſtantijs, & demum ſi Clericus non ſit effectus in-
corrigibilis, neque traditur Curiæ ſæculari ob cri-
men conſpirationis in Epiſcopum, *Farinac. in tit.
de inquiſit qu.* 8. *num.* 78. *iunctis duobus numeris ſeq.
ex Claro in* §. *fi. quæſt.* 36. *verſ. videmus etiam, &
verſ. hinc. infertur. Sigiſmund. Scaccia de iudic. lib.* 1.
cap. 11. *num.* 60.
24 Pro ſimplici vero homicidio Clericum ceſſante
incorrigibilitate omnes communiter concludunt
non eſſe curiæ ſæculari tradendum, ſed deponen-
dum, & in carcerem detrudendum, vt tradunt *DD.
relati per Farinac. dicta quæſt.* 8. *num.* 80. *vbi ex Ar-
nald. Albert in tract. de agnoſ. aſſert. cathol. & hæret.
qu.* 25. *num.* 33. *&* 34. ſpecialius declarando ma-
teriam ſubdit, quod Clericus prò ſimplici homi-
cidio deponitur, & in monaſterium detruditur ad
agendam pœnitentiam, ſi verò impœnitens fuerit,
vel illam agere noluerit, puta quia fugere tentaue-
rit, tunc damnatur ad perpetuos carceres, idem
Farinac. qu. 119. *num.* 46. *Charthar. dec.* 66. *nu.* 48.
Virnugliol. conſ. crim. 64. *num.* 5.
25 Prò homicidio vero qualificato, nempè Sacerdo
tis, proditorio, & per inſidias, parricidio, & ſi-
milibus enormiſſimis delictis, vt etiam prò com-
buſtione Eccleſiæ, vna eſt Doctorum opinio, quod
nec etiam in iſtis criminibus Clericus curiæ ſæcu-
lari tradatur, niſi incorrigibilis fuerit, altera verò
firmat quod ſit facienda huiuſmodi traditio, nulla
etiam expectata incorrigibilitate, vt tradunt DD.
relati hinc inde per *Farinac. in tit. de inquiſit. qu.* 8.
num. 81. ipſe tamen fatetur primam opinionem eſſe
magis iuri conſonam, ſecundam verò ſæpius ſerua-
tam, id circo id totum Iudicis arbitrio remitten-
dum, qui iſtis caſibus curiæ ſæculari tradere poſſe
ſubdit, ſi inſpectis loci temporis, & perſonarum
qualitatibus, adeò pernicioſum Republicæ crimen
videatur, vt neceſſe ſit ob ſcandali timorem Cleri-
cum curiæ ſæculari tradere, ſemper tamen Pontifi-
ce conſulto, ſecus verò in dubio, & ceſſante ſcan-
dalo, & cum maiori circumſpectione cum Clericis
ſacris initiatis, quam cum Clericis primæ tonſuræ,
vt etiam concludit *Scaccia de iudic. cap.* 11. *num.* 66.
in fin.
26 Clericum tamen aſſaſſinum etiam non expectata
incorrigibilitate poſſe tradi curiæ ſæculari, tra-
dunt magis communiter Doctores ex *textu in cap.
primo de homicid. in* 6. non poteſt tamen Clericus,
27 vti aſſaſſinus a Iudice ſæculari puniri, niſi ſecuta
declaratione Iudicis Eccleſiaſtici, ſeu niſi poſt
quam vti aſſaſſinus fuerit ab Eccleſiaſtico Iudice
bannitus, diſſidatus, & condemnatus, *Card. Alban.
in ſuo conſil.* 13. *late Farinac. qu.* 8. *a num.* 82. *vſque
ad* 86. *Scaccia de iudic. cap.* 11. *num.* 70. *vbi re-
probato Iulio Claro in* §. *fin. quæſt.* 36. *verſ. ſed
quæritur*, concludit, & firmat concluſionem,
quod Iudex Eccleſiaſticus cognoſcat de aſſaſſi-
nio, quod ſi reperit commiſſum, declaret Cleri-
cum eſſe aſſaſſinum, qua declaratione facta, ſub-
dit, quod nulla alia incorrigibilitate expectata
Iudex ſæcularis poſſit exercere gladium ſangui-
nis, prout etiam dixit *Rot. deciſ.* 241. *ſub num.*
7. *poſt* 2. *vol. conſ. Farinac. Diana reſol. moral. p.* 1.
tract. 2. *reſol.* 51. *verſ. dico igitur*, vbi quod Iudex
laicus aliter faciendo incurrit excommunicatio-
nem Bullæ Cœnæ, & alios allegat.
28 Vlterius de iure nouo Clericus tradi poteſt curiæ
ſæculari, prò celebratione miſſarum, ſi non ſit
Presbyter, & prò crimine præſumentium miniſtra-
re ſacramentum pœnitentiæ, cum non ſint Presby-
teri ex conſtitutione *Clementis VIII.* de quibus
Rota dicta dec. 241. *ſub num.* 7. *poſt* 2. *vol. conſ. Fa-*
29 *rinac.* vbi firmatur regula, quod Epiſcopus non
poſſit venire ad actualem degradationem, niſi in
caſibus à iure canonico expreſſis.
30 Hinc eſt quod propter conſpirationem in Princi-
pem laicum Clericus non traditur curiæ ſæculari,
iuxta communem opinionem, de qua *Roſ. in prax.
in tit. de foro competen. num.* 137. *ſecus per Rot. deciſ.*
241. *num.* 8. *poſt* 2. *vol. conſ. Farinac.*
31 Nec committendo crimen læſæ maieſtatis puniri
poteſt per Principem ſæcularem, cum propriè non
dicatur committere crimen læſæ maieſtatis, eo quod
non ſit verè ſubditus, *Ancar. in cap. quis de pœn. in*
6. *Bart. conſ.* 22. *in p. dubio lib.* 3. *Rol. conſ.* 4. *lib.* 1.

Boſſ. in tit. de crimine leſa maieſt. num. 86. *& praeſer-
tim verſ. omnibus conſideratis Diana reſol. moral. p.* 1.
tract. 2. *de immunit. reſol.* 19. *verſ. ſed hac ſententia,*
vbi teſtatur ita fuiſſe declaratum à *Clemente VIII.*
In caſu ſecuto in Regno Neapolitano, ſed quod de
facto Principes ſæculares, cum agatur de eorum
vita, aut ſtatu non ſoleant remittere Clericos ad
Iudices Eccleſiaſticos, ſed per ſuos Iudices puniti
faciant inquit *Clar. in* §. *fi. qu.* 36. *num.* 23. quod
explorati iuris eſt non poſſe facere ſine incurſu cen-
ſurarum, ex ſupra deductis.

32 Inſuper de iure nouo Clericus, & Regularis ſo-
domitæ, etiam degradari, & curiæ ſæculari tradi
poſſunt, ac priuari debent omni officio, dignitate,
& beneficio, & efficiuntur irregulares, & non poſ-
ſunt promoueri ad alios ordines abſque diſpenſa-
tione Summi Pontificis, & etiam procedi poteſt in
hoc crimine per inquiſitionem, & ſecretam accuſa-
tionem, ſeu denunciationem, iuxta *conſtitutionem
B. Pij V. ex ordine Bul. Cherubin.* 5. §. 11. *& conſtit.*
72. *tom.* 2. *Borgnin. dec.* 13. *num.* 11. *verſ. tamen ſi
non obſtaret Simon. Maiolla de irregularitat. lib.* 5.
cap. 43.

33 Clerici igitur immiſcendo ſe enormibus non exi-
muntur à iuriſdictione Epiſcoporum abſque moni-
tione, & priuatione, ſeu declaratione Iudicis Ec-
cleſiaſtici, nam ratione characteris Clericalis, qui
eſt indelebilis, donec non fuerint denudati priuile-
gio Clericali remanent ſubiecti iuriſdictioni Eccle-
ſiaſticæ, à qua mulctari, puniri, & priuilegijs Cle-
ricalibus priuari debent, *Imol. in cap.* 1. *de Apoſt.
Roland. conſ.* 4. *num.* 31. *lib.* 1. *Ambroſin. de Immu-
nit. Eccleſ. cap.* 17. *num.* 28. *Felin. in cap. cum non
ab homine num.* 9. *de Iudic. Carol. de Graſſ. de effect.
Cleric.* 1. *num.* 809. *Diana reſol. moral. p.* 1. *tract.* 2.
de immunit. reſol. 129. *per tot.*

34 Propterea Epiſcopus nunquam amittit ius, &
ſuam iuriſdictionem in Clericos etiam ſi non ha-
beant requiſita Sacri Concilij Tridentini, qui per
eorum proteruitatem, malam voluntatem, & ne-
gligentiam geſtandi habitum, tonſuram, & inſer-
uiendi Eccleſiæ, nec ita ſubijciuntur poteſtati lai-
cali, vt non poſſint repeti ab Ordinario quamuis
exercuerint artes mechanicas, & viles, & dederint
operam militiæ, vt alias declarauit *Sac. Cong. Im-
munitatis*, & ſignanter *in vna Vmbriaticenſi, menſe
Septemb.* 1626. *& in Parmenſi* 6. *Nouemb.* 1628. in
qua Clericus captus fuerat à curia ſæculari depre-
henſus in habitu laicali, ſine tonſura, & cum coma
aduentitia calamiſtrata, & cum armis prohibitis,
& fuerat miles leuis armaturę, ac vti laicus alias
obtinuerat gratias à curia ſæculari, & nihilominus
fuit reſtitutus.

35 Et *in alia Aſſiſienſi* 24. *Aprilis* 1628. *&* 28. *Iunij*
1629. in qua nemine diſcrepante fuit decretum,
poſſe ab Epiſcopo repeti Clericum, quamuis non
inſeruiet Eccleſiæ, immo artem Macellarij exercuiſ-
ſet, de quibus teſtatur *Iacob. Pignatel. conſult. ca-
non.* 20. *num.* 20. *p.* 3. *vbi in fi.* concludit ita fuiſſe
ſemper obſeruatum à tribunalibus Sedis Apoſtolicę
vt teſtatum reliquerunt Cardinales Bandinus, &
Millinus.

36 Clerici igitur non habentes requiſita Sac. Con-
cilij Tridentini, tunc demum ſubijciuntur punitio-
ni Iudicum laicorum non obſtante eorundem Cle-
ricorum allegatione Clericatus, vel ſi Epiſcopi
non procedant ad punitionem, & correctionem
dictorum Clericorum, vel negligant, è manibus
curiæ ſæcularis repetere non ſe declarando, aut in-
ſtantiam faciendo, quo caſu Iudices laici liberam
habent facultatem contra eoſdem procedendi, mul-
ctandi, & condigna pęna plectendi, eo quod
in eorum præiudicium tantum amiſerint ius alle-
gandi priuilegium fori, iuxta diſpoſitionem *Sacri
Concilij Tridentini in d. ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de reformat.*
37 cuius vigore Clericus non habens requiſita ab eo-
dem præſcripta ipſo iure amittit priuilegium fori
abſque alia monitione *Menoch. conſ.* 918. *num.* 33.
Decian. tract. crim p. 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 83. *Carol.
de Graſſ. de effect. Cleric.* 1. *num.* 1166. *Boſſ. in tit. de
foro competen. num.* 139. *Clar.* §. *fi. qu.* 36. *num.* 19.
Farinac. in tit. de inquiſit. qu. 8. *n.* 54. *Scaccia de Iudic.
to.* 1. *c.* 11. *n.* 82. *verſ. & hac concluſio* vbi paulo ante
38 ſubdit, quod præſcindendo à conſuetudine fundata
in diſpoſitione *S. Concil. Trid. in d. c.* 6. de iure anti-
quo Clericus, vbi non erat monitus ad effectum
amittendi priuilegium fori, quatuor copulatiuè
requirebantur, primo ſcilicet, ſi non deferebat ha-
bitum, & tonſuram, ſecundo quod ſe immiſcuerit
enormitatibus, tertio quod in illis frequentauerit,
quarto quod in illis deprehenſus fuerit, vide *Rol. à
Valle conſ.* 4. *num.* 31. *&* 32. *lib.* 1.

39 Et ſi Clericus dimittat habitum, & efficiatur mi-
les, atque arma exerceat, ipſo iure amittit priuile-
gium fori abſque vlla monitione ex nouo iure
Sac. Concilij Trid. in d. cap. 6. *ſeſſ.* 23. *de reform. Ia-
cob. Pignatel. qui alios allegat. p.* 3. *conſult. canon.* 20.
ſub num. 2. vbi declarat, quod procedat quando
40 Clericus in militia perſeueret, & ſæua exerceat,
alias ſola militia non tollit priuilegium Clericatus,
vt docent *DD. in cap.* 1. *de Apoſt. Alex. conſ.* 8. *lib.*
1. *num.* 3. *Capic. dec.* 161. *Cęſar. de Graſſ. de effect.
Cleric.* 1. *num.* 663. *&* 891.

41 Quod ſi Clericus habeat beneficium gaudere de-
bet priuilegio fori, licet non deferat veſtes Clerica-
les, nec Iudex laicus procedere poteſt in præfatum
Clericum, ſub prætextu quod non habeat requiſita
Sac. Concilij Trid. ſeſſ. 23. *de reform. cap.* 6. cum
Sacrum Concilium loquatur de Clericis primę ton-
ſuræ, & in minoribus non poſſidentibus beneficium
Paul. Squillant. de priuileg. Cleric. cap. 7. *dub.* 1. *nu.*
23. *Cened. quaſt. canon.* 4. *num.* 29. *Nauar. in nouo
iur. Pontific. conclu.* 117. *nu.* 6. *Salzed. in pract. crim.
Bernard. Diaz. cap.* 62. *num* 9. *cum alijs relat. per
Dianam reſol. moral. p.* 4. *tract.* 1. *de immunit. reſol.*
89. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 12. *nu* 6.
vbi ſubdit hoc procedere non ſolum in ciuilibus,
ſed etiam in criminalibus.

42 Et quamuis Clerici in minoribus ordinibus con-
ſtituti quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos
verſari debeant, vt diſponit *Sac. Concil. Trid. ſeſſ.*
23. *de reform. cap.* 6. non poſſunt tamen cogi ad ſu-
ſcipiendos ſacros ordines, neque hac de cauſa pri-
uilegio, & exemptione clericali priuari, dum-
modo ſeruitium debitum Eccleſiæ præſtent, ita de-
claraſſe *Sac. Cong. Epiſcop. refert Iacob Pignatel.
conſult. canon.* 20. *num.* 27. *p.* 3. prout etiam decla-
rauit *Sac. Cong. Immunit.*

43 *In vna Mutinen.* 25. *Maij* 1638. in qua *cenſuit
reſpondendum eidem Epiſcopo Edictum priuationis
priuilegiorum Clericalium contra Clericos ſi non ſu-
ſcipiant vlteriores ordines ſacros eſſe improbatum, ſed*
ipſum

Digitized by Google

ipſum debere monere, & hortari, & delinquentes, ac controuenientes punire.

44 Sed ſi non incedant in habitu, & tonſura moneri poſſunt ad deferendum habitum, & tonſuram, ſub pœna priuationis priuilegij Clericalis, & eſt eiſdem aſſignandus terminus, quo elapſo ſeruatis ſeruandis procedi poteſt ad dictam priuationem, ita etiam declaraſſe *Sac. Cong. in vna Regienſi 20. Decemb. 1667. refert idem Pignatel. p.3. conſult. canon. 30. num. 41.*

45 Ad hoc enim, vt perdatur clericale priuilegium quo ad forum primo requiritur, vt Clericus non incedat in habitu, & tonſura, ſecundo vt immiſceat ſe enormibus, tertio quod in illis frequentet, & perſeueret, quarto quod in illis ſit deprehenſus, quinto quod ſit ter monitus, ſexto quod poſt monitionem effectus ſit incorrigibilis, vt tradunt Doctores plenè relati per *Dianam reſol. moral. p.2. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 129. ſub verſ. at his minimè ſuffraganeibus*, & non præcedente trina monitione Clericus non amittit priuilegium fori, *cap. in audientiam cap. contingit de ſenten. excomm.*

46. Verum quidquid ſit de iure antiquo, hodie vigore *Sac. Concilij Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 6.* Clericus non incedens in habitu, & tonſura, & non inſeruiens Eccleſiæ, cui fuit adſcriptus, ſi non habeat beneficium amittit priuilegium fori, etiam ſi ab Epiſcopo non fuerit monitus, vt habitum, & tonſuram reaſſumat *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 82. num. 29. & in Concil. Trident. dicto cap. 6. num. 22. ex Curb. Lal. Zech. Mar. Anton. Squillan. Vgolin. Aloy. Ric. Proſper. de Auguſtin. & alijs in locis per eundem allegat.*

SVMMARIVM.

1 Clericus ordinatus à non ſuo Epiſcopo, vel ante legitimam ætatem, extra tempora, vel abſque literis dimiſſorijs ſui Ordinarij remanet ſuſpenſus, & num. 3. & 24.

2 Et ſi exercuerit ordinem remanet irregularis.

4 Et efficitur inhabilis ad obtinenda beneficia num. 5.

6 Non tamen priuatur priuilegio fori & nu. 11. & 24.

7 Suſcipiens ordines à non ſuo Epiſcopo verè efficitur Clericus, ſed non licitè nu. 8. & 9.

10 Clericus ordinatus cum dimiſſorijs Epiſcopi titularis ratione familiaritatis eſt validè, ſed non licitè ordinatus.

11 Gaudet tamen priuilegio fori, & immunitate ab oneribus laicalibus num. 12.

14 Ordinatus cum falſis literis dimiſſorijs ſecuta declaratione Iudicis Eccleſiaſtici non gaudet priuilegio fori.

15 Et Iudex laicus poteſt inſtare pro dicta declaratione.

16 Ordinatus falſis dimiſſorijs qua pœna puniatur.

17 Falſi pœna eſt deportatio, & eius loco damnatio ad triremes, ſi procedatur via accuſationis.

18 Ordinatus falſis dimiſſorijs efficitur infamis, & irregularis, à qua diſpenſari poteſt ab Epiſcopo num. 19.

20 Clericus ordinatus cum falſis dimiſſorijs priuatur priuilegio fori, ſicut ordinatus cum falſis dimiſſorijs ad præſcriptum conſtitutionis Vrbani VIII. Contrarium num. 21.

22 Conſtitutio pœnalis non extenditur de caſu ad caſum.

23 Præcipuè ſi ſit pœnalis, & ſimul correctoria.

25 Ordinatus ab alieno Epiſcopo ſine licentia proprij Ordinarij eſt incapax ad obtinenda beneficia.

26 Per ratificationem verò proprij Epiſcopi cenſetur diſpenſatus, tum ad exercitium ordinum, tum ad conſequenda beneficia.

27 Et dicta ſuſpenſio inducta à Sacro Concilio Tridentino habet locum non ſolum in ſacris, ſed etiam in minoribus contrarium num. 30.

28 Et quod etiam habeat locum in prima tonſura contrarium num. 29. & 31.

32 Epiſcopus conferens ordines alterius ſubditu, ſine eius licentia ignoranter non contrahit ſuſpenſionem.

33 Supradicta ſuſpenſio ex conſtitutione Sixti V. eſt reſeruata Summo Pontifici, ſed quo ad pœnas hodiè non eſt admittenda tamquam redacta ad diſpoſitionem Concilij per Clementem VIII.

34 Et diſpenſari poterit ab Epiſcopo ſi delictum ſit occultum.

35 Bulla Pij II. de ordinatis à non ſuo Epiſcopo ſine licentia proprij Ordinarij non comprehendit inſignitos minoribus ordinibus.

36 Licentia proprij Ordinarij de ſe ad ordines promouendo probatur ſola aſſertione ordinati.

37 Et dicta licentia non eſt neceſſe dari in ſcriptis, niſi prò Vltramontanis.

38 Ordines, & tonſuram conferens Vltramontanis abſque literis dimiſſoriis non approbatis à Nuncijs ſuſpenditur per annum à Pontificalibus.

39 Ordinatus abſque patrimonio, aut beneficio non remanet ſuſpenſus, ſed Ordinarius tenetur eum alimentare, vel prouidere de beneficio nu. 41.

40 Limit. ſi ordinatus habeat patrem diuitem.

42 Lim. vbi quis decipiendo Epiſcopum ſe promoueri facit cum falſo titulo.

43 Patrimonium ad cuius titulum quis promotus fuerit, ſi pereat tenetur Epiſcopus prouidere de beneficio, vel de alimentis, ſi promotus non ſit ſoluendo.

44 Ita etiam ſi beneficium euictum fuerit.

45 Ordinatus ſi ſuſcepto ordine patrimonium retrodonet non incurrit ſuſpenſionem.

46 Ordines ſuſcipiens cum pacto reſtituendi patrimonium donatario ſuſpenſus non remanet, modo non reſtituat ante ordinationem, & non inierit hoc pactum cum ordinante, vel præſentante, vel donatio fuerit ficta, num. 47.

48 Proprius Epiſcopus ad effectum validè, & ritè ordines recipiendi quis dicatur.

49 Dicitur proprius ratione originis, ſiue propriæ, ſiue Paternæ.

50 Subditus originarius ad hunc effectum cenſetur, qui natus eſt in loco vbi domicilium parentes contraxerint, ſecus ſi fortuitò, & caſu natus ſit.

51 Originarius dicitur vbi quis baptizzatus fuit.

52 Ab Epiſcopo originis Matris non poteſt quis ordines recipere.

53 Neque ex origine Aui.

54 Ratione domicilij efficitur quis ſubditus Epiſcopi.

55 Domicilium ex quibus contrahatur, & contractum dicatur num. 56. 57. & 58.

59 Habens duo domicilia ſub diuerſis Epiſcopis ab vtroq; ordinari poteſt.

60 Barones, & feudatarij ordinari poſſunt ab Epiſcopo in cuius diœceſi obtinent feudum.

61 Expoſiti recipere poſſunt ordines ab Epiſcopo loci, vbi expoſiti fuerunt.

62 Ratione beneficij poteſt quis ordinari ab Epiſcopo diœceſis, in qua poſſidet beneficium.

63 Amp. etiam ſi beneficium reſidentiam non requirat cõtrarium num. 64.

65 Amp. etiam ſi beneficium ſit tenue, & non ſufficiat ad commodam ſubſtentationem num. 66.

67 Et ſufficit ad effectum promouendi ad ordines, vt ſuppleri poſſit per patrimonium.

68 Contrarium quod beneficium debeat eſſe ſufficiens ad victum.

69 Declara hanc vltimam ſententiam procedere quando beneficium eſſet tenuiſſimum ratione præſumptæ fraudis.

70 Amp. 3. procedere etiam ſi ordinandus habeat beneficium in commendam perpetuam, vel præſtimonium, num. 71.

72 Habens plura beneficia in diuerſis diœceſibus poteſt ab omnibus illis Epiſcopis ordinari.

72 Amp. 4. vt collatio beneficij ſit neceſſaria etiam pro prima tonſura.

73 Amp. 5. vt ſatis ſit quod Epiſcopus paulo antè conferat beneficium cum intentione eundem ordinandi.

74 Nec huiuſmodi collatio ceaſetur emanaſſe in fraudem alterius Epiſcopi originis, vel domicilij.
75 Limit. 1. vt procedat dummodo beneficium ſit perpetuũ, ſecus ſi ſit amouibile, & temporale num. 76.
77 Limit. 2. vt procedat habita beneficij poſſeſſione, vt non ſufficiat ſola collatio. Contrarium nu. 78.
79 Limit. 3. ex cauſa proſionis, quæ non ſufficit ad ordinandum.
80 Limit. 4. ſi beneficium fuit obtentum in fraudem.
81 Regularis ordinari debet ab Epiſcopo loci vbi degit, & manet de familia.
82 Excipiuntur ab hac obligatione Patres Societatis Ieſus, & fratres Sancti Io. Hieroſolimitani.
83 Et Bulla B. Pij V. vt poſſint Regulares ordinari à quocunque reuocata fuit à Clemente VIII.
84 Refertur decretum Sacræ Congregationis Concilij.
85 Quod ſi proprius Epiſcopus non habeat ordinationes, vel abſit tunc expreſſa hac cauſa à quocunque ordinari poſſunt.

An ordinatus à non ſuo Epiſcopo, vel cum falſis dimiſſorijs gaudeat priuilegio fori.

ADNOTATIO II.

1 Clericus ordinatus à non ſuo Epiſcopo remanet ipſo iure ſuſpenſus à ſuſceptorum ordinum executione, quandiu proprio Ordinario videbitur expedire, tum ex conſtitutione *Pij II. 6. in ordine Bullar. & Sixti V. conſtit. 91. eodem Bul. contra Clericos malè promot.* Tum attento nouo iure *Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 8. iuncta ſeſſ. 6. de reform. cap. 5.*

2 Et ſi exercuerit actum ordini ſuſcepto deputatum ſolemniter, incurrit irregularitatem ex eadem *Pij II. conſtitutione Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de diſciplina Clerical. §. 5. num. 63.* vbi quod qui abſ-
3 que diſpenſatione canonica, aut legitima licentia, promouentur ante ætatem legitimam, ſiue extra tempora à iure ſtatuta, vel abſque dimiſſorijs literis, à ſuorum ordinum executione ipſo iure ſunt ſuſpenſi, & ſi huiuſmodi ſuſpenſione durante in eiſdem ordinibus miniſtrare præſumpſerint eo ipſo irregularitatem incurrunt, *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 8. num. 10. p. 2.*

4 Immo inhabilis etiam efficitur ad obtinenda beneficia, ac penſiones, prouiſioneſque ei factæ non ſubſiſtunt, niſi ratum habeatur à proprio Epiſcopo, vt ex *Vgolin. & Add. ad Nauar. conſ. 39. & conſ. 27. & eodem Nauar. Mayol. & Bonac. docet Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 8. num. 10. verſ. ſic etiam & num. 13. cum ſeq. vbi allegat alios concordantes & num. 17.* & ratio eſt quia vigore ſuſpen-
5 ſionis à iure prouenientis, tam ab officio, quam à beneficio, efficitur incapax ad acquirenda beneficia, vnde redditur nulla prouiſio ei facta, *cap. cum dilectus verſ. quia nobis de conſuetud. vbi glo. in verbo ceſſauimus eadem glo. in cap. cum bone in verbo ſuſpenſi de ætat. & qualitat. & in cap. cupientes §. cæterum in verbo beneficijs in fi. de elect
ion. in 6. Mayol. de irregularitat. lib. 3. cap. 19. num. 10. Vgolin. de cenſur. tab. 4. de ſuſpenſione cap. 6. §. 7. num. 4. & cap. 8. §. 6. num. 1. Flamin. Pariſ. de reſignat. lib. 5. qu. 6. num. 84.*

6 Non tamen priuatur priuilegio fori, cum ſuſci-
7 piens ordines à non ſuo Epiſcopo verè efficiatur Clericus, & eidem imprimatur character, cuius vigore verè dicitur perſona Eccleſiaſtica, & conſequenter de foro Eccleſiaſtico, ita *Barboſ. de officio, poteſt Epiſcop. p. 2. alleg. 8. num. 17. per text. in cap. eos de temp. ordinat. in 6. Squillante de priuileg. Cleric. cap. 7. dub. 2. num. 29.*

8 Et quod validè huiuſmodi Clerici promoueantur quamuis non licitè, patet ex declarationibus *Sacræ Cong. Concilij* relatis per *Iacob. Pignatel. conſult. canon. 8. num. 10. cum ſeq. tom. 3.* ſcilicet in vna.

9 *S. Marci ſuſceptionis ordinis Clericus Carolus Corbellus Terra Mattoſollonis narrat ſibi fuiſſe alias conceſſas à Vicario, tunc exiſtentis Epiſcopi S. Marci literas dimiſſoriales, vt promoueri poſſit ad primos duos Ordines minores à quodam Abbate Ciſtercienſi, vti re ipſa fuit ab ipſo Abbate promotus. Nunc verò cupiens Orator ad alios ordines aſcendere renuẽte moderno Epiſcopo illum promouere, eo quia dictus Abbas ſibi non ſubditis ordines conferendi facultatem nullatenus habebat, ſupplicat declarari, an ipſe Orator fuerit validè promotus in caſu, de quo agitur.*

Die 1. Decemb. 1668. Sacra &c. reſpondit Oratorem validè quidem fuiſſe promotum, ſed non licitè.

10 Et in alia *Hyruntina Clericatus, in qua agebatur de Clericis ordinatis cum dimiſſorijs Epiſcoporum Titularium ratione prætenſæ familiaritatis abſque dimiſſorijs Ordinarij Hyruntini, de quo Trid. ſeſſ. 14. cap. 2. de reform. quæſitum fuit.*

Primo an eſſent validè, & licitè ordinati.

11 *Secundò an gaudere debeant priuilegio fori, & immunitate ab oneribus laicalibus.*

12 *Die 16. Decemb. 1673. Sacra &c. ad primum reſpondit eſſe validè, & non licitè ordinatos, ſed eſſe ſuſpenſos.*

13 *Ad ſecundum reſpondit affirmatiuè.*

14 Ordinatus verò cum falſis dimiſſorijs in criminis pœnam non gaudet priuilegio fori ex conſtitutione *Vrbani VIII. de male ordinantibus, & ordinatis 33. ex ordine Bullar. Cherubini tom. 3.* quam etiam refert *Gauant. in addition. ad manuale Epiſcop. in tit. ſeu §. 9. fo. mihi 219. & Iacob. Pignatel. conſult. canon. 66. tom. 2.* vbi expreſsè mandatur, ac ſtatuitur in *§. 4. Italos verò, ſi quos in poſterum clericali charactere inſigniri, vel ad minores ordines promoueri ab alieno Epiſcopo cum falſis dimiſſorijs contigerit, etiam ſi qualitatibus per Concilij Trid. decretum cap. 6. ſeſſ. 23. requiſitis præditi ſint, nihilominus ſecuta tamen prius deſuper Iudicis Eccleſiaſtici declaratione fori priuilegio minimè gaudere, ſed ſęculari iuriſdictioni, vt antea plenè in omnibus ſubiacere, & ſubiectos eſſe reſpectiue volumus,* & attenta dicta conſtitutione, ita etiam docet *Diana reſol. moral. p. 4. tract. 1. de de immunit. Eccleſ. reſol. 26. ſub verſ. ſed contraria.*

15 Vnde ſequitur, quod ante declarationem Iudicis Eccleſiaſtici Clericus ita promotus non ſubijcitur, nec efficitur de foro laicali, poteſt tamen Iudex laicus inſtare apud Iudicem Eccleſiaſticum, vt Clericum ita promotum ad formam præfatæ conſtitutionis Vrbani VIII. pronunciet, & declaret priuatum priuilegijs Clericalibus, quam declarationem Eccleſiaſticus Iudex teneatur proferre, ex *Azor. p. 2. lib. 3. cap. 49. qu. 4. tradit Iacob. Pignatel. conſult. canon. 66. ſub num. 4. verſ. quare poterit Iudex tom. 2.*

16 Promotus enim falſis dimiſſorijs incurrit crimen

falſi,

ſalſi, & pœnis contra falſarios impoſitis ſubijcitur,
vt etiam ad triremes damnari poſſit, ſi via accuſa-
tionis proceſſum fuerit, attentis facti circumſtan-
tijs, & qualitate perſonæ, ad *textum in l. 1. §. vlti-*
17 *mo ff. ad l. Cornel. de falſar.* vbi pœna falſi via accu-
ſationis eſt deportatio *Menoch. de arb. caſ. 306. nu.*
2. & caſ. 315. num. 7. in cuius deportationis locum
ſucceſſit damnatio ad triremes *Clar. in §. fi. qu. 67.*
Pignatel. conſult. canon. 66. num. 4. tom. 3.

18 Quinimò ſi Clericus de huiuſmodi crimine ſit
condemnatus, confeſſus, vel conuictus eſt infamis
infamia iuris, cuius reſpectu contrahit irregulari-
tatem ex delicto prouenien. & ſi hoc crimen ſit no-
torium iure, vel facto, etiam abſque ſententia ſe-
cundum magis communem incurrit hanc pœnam,
quia eſt crimen depoſitione dignum, *Sayr. lib. 7. cap.*
12. num. 5. & 12. licet aduerſus hanc infamiam
19 reſtitui poſſit etiam à ſuo Epiſcopo, & indirectè
diſpenſari ſuper illa irregularitate, iuxta *textum in*
cap. at ſi Clerici §. de adulterijs de iudic. & ex Abb.
Sylueſt. Tolet. Sayr. comprobat Pignatel. conſult. ca-
non. 66. num. 3. & 4. tom. 2.

20 Verum, quod vigore præfatæ conſtitutionis Vr-
bani VIII. Clericus in minoribus conſtitutus à non
ſuo Epiſcopo ſine literis dimiſſorijs, priuetur pri-
uilegio fori, ſicut priuatur Clericus ordinatus cum
falſis demiſſorijs, ex identitate rationis, tradit *Dia-*
na reſol. moral. p. 3. tract. 1. de immunit. Eccleſiaſt.
reſol. 62.

21 Contrarium docet *Iacob. Pignatel. conſult. canon.*
66. num. 3. tom. 2. vt potè quia grauior ſit ſpecies
criminis vtentis falſis dimiſſorijs, cum incurrat, vt
demonſtrauimus, crimen falſi, vndè cum verſemur
22 in odioſis, & pœnalibus eadem conſtitutio non eſt
extendenda de caſu, ad caſum ſpecificè non com-
prehenſum, *cap. is qui de ſenten. excommunicat. l. &*
ſi quis §. Dinus ff. de Relig. §. cum igitur Authen. de
non elig. 2. nub. Dec. in l. factum §. in pœnalib. num.
11. ff. de regul. iur. Menoch. de arbit. caſ. 276. per tot.
Vermigliol. conſ. crim. 137. nu. 5. & conſ. 399. nu. 1.
23 neque ex identitate rationis, vel maioritate exten-
ditur diſpoſitio de caſu ad caſum, quando agitur
de correctorijs, & pœnalibus ſimul, vel vbi conſti-
tutio ſit pœnalis, & ſimul correctoria, vt in præſen-
ti, nam tunc caſus in diſpoſitione non expreſſus,
neque etiam comprehenſiuè dicitur includi, *glo. in*
Clement. 2. in verbo eiſdem iuncto textu de ſtat. &
qualitat. quam vti ſingularem allegat Alex in l. ſi con-
ſtante num. 5. verſ. hoc tamen intelligi debet ff ſolut.
matrim. Iaſ. in Auth. quas actiones nu. 22. verſ. tamen
intellige C. de ſacroſant. Eccleſ. Rom. conſ. 129. nu. 1.
verſ. ſecunda ratio & conſ. 150. num. 5. Vermigliol.
conſ. crim. 400. ſub num. 2.

24 De iure enim antiquo, & præcipuè ex *Concilio*
Niceno in cap. 16. in fi. relat *in cap. ſi quis auſus 71.*
diſt. irrita declaratur ordinatio facta ab alieno Epi-
ſcopo ſine dimiſſorialibus, & licentia proprij Or-
dinarij, non tamen ita ordinati priuantur priuile-
gio fori, ſiquidem ordinatio non redditur verè nul-
la in actu primo, cum verè imprimatur character,
ſed in actu ſecundo, ſcilicet quo ad exercitium, &
licitam ordinis executionem, ad tradita per *Tur-*
recrem. in cap. 1. 9. quæſt. 2. num. 14. & per Sanch.
in Opuſc. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 14. Ac proin-
25 dè ſic ordinatus remanet ſuſpenſus quo ad ſe, &
efficitur incapax ad obtinendum beneficium, *cap.*
nullus cap. Epiſcopi 9. quæſt. 2. cap. cum nullus de
tempor. ordinat. in 6. Gabr. conſ. 181. num. 5. & 8.
lib. 2. DD. in cap. quo ad translationem de elect. cum
alijs relatis per Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 4. quæſt.
2. a num. 53. cum pluribus ſeq. Capuaquen. dec. 106.
lib. 1.

26 Per ratificationem verò proprij Epiſcopi induci
diſpenſationem ſuper ordinibus, ſeu abſolutionem
à prædicta ſuſpenſione, dummodo Epiſcopus ean-
dem auferre intendat, videtur probari, ex eodem
Concilio Tridentino ſeſſ. 23. de reform. cap. 8. ibi *&*
ordinatus à ſuſpenſione ordinum executione, quamdiu
proprio Ordinario videbitur expedire, ſit ſuſpenſus
Maiol. lib. 4 cap. 20. num. 1. Pariſ. de reſignat benef.
lib. 4. quæſt. 2. num. 66. Gabriel. conſ. 181. num. 52.
lib. 2. vbi ſubdit, qui ordinatur ab Epiſcopo non
ſuo præſumitur ritè ordinatus, & valet ordinario,
& ſi conſenſus proprij Epiſcopi accedat, ordinatus
recipit executionem, quæ ante conſenſum non ha-
bebat, ideireo ad effectum executionis ſatis eſt
ordinatum probare, vel licentiam proprij Epiſcopi
ante actum, vel conſenſum poſt actum *Quaranta in*
ſumma bullar. in verbo Ordo §. amplia hanc extrauag.
Pignatel. conſult. canon. 66. num. 10. tom. 2. Barboſ.
in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 8. num. 38.
vbi quod ad hoc, vt ita ordinatus fiat capax, &
poſſit beneficium retinere ſufficiat ratihabitio pro-
prij Epiſcopi *Ciarlin. lib. 1. contron. 46. num. 26.*

27 Præfata tamen ſuſpenſio lata à *Trid.* contra
promotos abſque licentia proprij Epiſcopi, ſibi lo-
cum vindicat nō ſolum contra promotos in ſacris,
verum etiam in minoribus, & quamuis in princi-
pio *cap. 8. ſeſſ. 23. de reform.* loqui videatur de or-
dinibus ſacris, tamen poſtea generalius loquitur,
vt non videatur ad ſacros ordines tantum ſe coar-
ctare, & reſtringere voluiſſe, vnde verba Concilij
ſunt accipienda demonſtratiuè, non taxatiuè, &
generaliter quoque loquitur in *cap. 5. ſeſſ. 6. de re-*
form. ita docent *Mayol. lib. 4. cap. 20. Cherubin. ſu-*
per Bulla 7. Pij II. Schol. 2. Quaranta in ſumma
Bul. in verbo ordo §. limita in eo, Suar. de cenſ. diſ. 31.
ſect. 1. num. 19.

28 An autem diſpoſitio huiuſmodi *Sac. Concil. text.*
in cap. eos de temp. ordinat. in 6. habeat etiam locū
in prima tonſura, quæ in iure canonico venit etiam
appellatione ordinum affirmatiuam ſententiam te-
net *gloſ. in d. cap. eos in verbo ordinare, & in cap.*
nullus in verbo homine eod. tit. Barboſ. in collet. tom.
3. lib. 1. tit. 9. cap. 2. num. 10. ad tradita per Bonac.
de cenſ. diſ. 3. punct. 5. §. 2. num. 4. tom. . . & per
Filiuc. tom. 1. tract. 17. cap. 8. num. 141.

29 Contrariam ſententiam docent *Villalob. in ſumma*
tom. 1. tract. 18. difficult. 7. num. 17. & Aloyſ. Ric.
in addit. ad inſtit. Can. Lancellot. lib. 1. tit. 25. §. pari
ratione, vbi quod hoc caſu Epiſcopus non incur-
rat ſuſpenſionem à collatione ordinum, ſed ſolum
à collatione primæ tonſuræ, quæ ſententia, licet ſe-
cundum eum ſit probabilis, prima tamen eſt magis
probabilis, & tutior ſecundum *Dianam reſol moral.*
p. 3. tract. 4. de ſacramentis reſol. 194. verſ. ſed
mihi.

30 Immo quod Trid. pœna non procedat contra
promotos in minoribus tenent *Auila p. 3. diſ. 5. dub.*
7. §. ſecundo ſupponendum Nauar. conſ. 31. de temp.
ordinat. & conſ. 39. nu. 3. eod. tit. Sanchez. in Opuſ.
lib. 7. cap. 1. dub. 28. per tot. quos refert. Iacob. Pi-
gnatel.

gnatcl. conſult. canon. 66. *num.* 11. *circa med. verſ.*
31 *quamuis contra*, vbi quod hoc caſu non incurratur, vlla cenſura, nec irregularitas propriè dicta, præcipuè in prima tonſura, quæ propriè non eſt ordo, neque ſacramentum, vt communiter tradunt Theologi.

32 Ex probabili tameo ignorantia Epiſcopum ordinantem alterius ſubditum, ſine eius licentia ſuſpenſionem non incurrere reſolutum refert *Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 8. *num.* 32. *ex Nauar. Vgolin. Sayr. Ric. quos allegat. & de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 8. *num.* 3. *p.* 2.

33 Et quamuis ex conſtitutione *Sixti V. Bull. in ordine* 91. *de Clericis male promotis* abſolutio promotionis ſuſpenſionis incurſæ à recipientibus ordines à non ſuo Epiſcopo Summo Pontifici reſeruata ſit, hodie tamen huiuſmodi conſtitutio quo ad pænas non eſt admittenda, cum fuerit redacta ad terminos iuris communis, & ad diſpoſitionem Concilij Tridentini reuocata à *Clemente VIII.* per alteram conſtitutionem *Bullar. ex ordine* 40. vt docet *Quaranta in ſumma Bullar. in verbo ordo verſ. ſecundo limita, & verſ tertius caſus, ſayr de cenſur. lib.* 7. *cap.* 10. *nu.* 36. *& lib.* 4. *cap.* 14. vnde poterit Epi-
34 ſcopus ob priuilegium ſibi conceſſum in *Tridentin. ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 6. diſpenſare in huiuſmodi ſuſpenſione ſi delictum ſit occultum *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 8. *num.* 11. *ſub verſ. ſed poſterior p.* 2. *ex Bonacin. in tit. de Sacramento ordinis diſ.* 8. *quæſt. vnica punct.* 4. *num.* 26. *verſ. ſuſpenſio vero. & verſ. ſeq. tom.* 1. *fo. mihi* 262.

35 Bulla vero *Pij II. ex ordine Bullar.* 6. comprehendit, & tantum loquitur de promotis ad ſacros ordines ab alieno Antiſtite abſque licentia proprij Ordinarij, non autem de minoribus ordinibus inſignitis, vt aduertunt DD. relati per *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg* 8. *num.* 21. *verſ. qua attenta p.* 2. *& in Concil. Trid. ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 8. *num.* 37.

36 Licentia proprij Ordinarij de ſe ad ordines promouendo probatur ſola aſſertione ordinantis, vt ſi Epiſcopus in literis teſtimonialibus ordinis collati atteſtetur de licentia proprij Epiſcopi, præcipuè ſi poſtea ab eodem collatum fuerit beneficium, vt alijs congeſtis, comprobant *Gabr. conſ* 181. *num.* 53. *tom.* 2. *Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib.* 4. *qu.* 2. *num.* 66. *& ſeq. Oltrad. conſ.* 15. *num.* 9.

37 Nec eſt neceſſe licentiam dare in ſcriptis, niſi pro Vltramontano in Italia ordinando, deducitur ex
38 *Tridentino ſeſſ.* 14. *cap.* 2. *de reformat*, nam conferens ordines, vel tonſuram Vltramontano abſque literis dimiſſorijs, non approbatis à Nuncijs, ſeu Collectoribus illarum partium, illiſque approbatis in Vrbe ab Eminentiſs. Papæ Vicario incurrit ſuſpenſionem per annum à Pontificalibus, ipſi vero ordinati perpetuam ſuſpenſionem incurrunt, vt ſanciuit *Vrbanus VIII. conſtitutione ſua incip. ſecretis ſub datum* 11. *Decemb.* 1624. *de qua Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 8. *num.* 33. *& habetur Bullar. Cherubin. ex ordine* 33. §. 3. *tom.* 3. *fol.* 52.

39 Ordinatus vero contra formam Concilij Tridentini ſine patrimonio, vt in *ſeſſ.* 21. *de reform. cap.* 2. aut beneficio, & ſic abſque titulo, non remanet ſuſpenſus, nec aliquam pænam incurrit, ſed cogendus eſt Ordinarius eum prouidere de ſufficienti beneficio, illique interea ſubminiſtrare vitę neceſſaria iuxta *cap.* 2. *de præben. & ita cenſuiſſe Sac.* Congregationem referet *Maſſobr. in prax. habendi concurſ. ad Parocb. requiſit.* 7. *dub.* 21. *Vgolin. de poteſt. Epiſcop. cap.* 26. §. 15. *num.* 1. *Menocb. de arbitrar. caſ.* 169. *nu.* 14. *& caſ.* 520. *poſt num.* 10. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 20. *num.* 3. *late Fagnan. in p.* 1. *tertij Decretal. in cap. cum ſecundum num.* 64. *vſque ad fin. de præben. & dignitat. tom.* 1.

40 Limit. 1. vt eximatur Epiſcopus ab onere alendi ordinatum ſine titulo, ſi habeat patrem diuitem, qui filio neceſſaria alimenta ſubminiſtrare poſſit de veriori teſtatur *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 20. *num.* 4. Contrarium tamen tenet *Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 28. *&* 29.
41 vbi quia Epiſcopus debet eſſe cautus, & magna diligentia in Clericos ad ſacros Ordines, promouendos vti debet, adeo vt ſi verè, & realiter non habeant beneficium, vel patrimonium, eos non debet ordinare, & ita ordinando ſibi imputare debet, ſi contrahat obligationem ſubminiſtrandi ordinato ſine titulo neceſſaria ad vitæ ſubſtentationem.

42 Lim. 2. vbi quis decipiendo Epiſcopum, extorqueat ſe promoueri cum falſo titulo, nam tunc conſequi nequit alimenta ab Epiſcopali menſa, & vlterius remanet ſuſpenſus, iuxta *textum in cap. per tuas de ſimonia Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 2. *nu.* 42. *Antonel. de regim. Eccleſ. lib.* 2. *de ſacris ordin. cap.* 2. *num.* 12. *verſ. ſi verò Bonacin. in tit. de ſacrament. ordinis diſ.* 8. *quæſt. vnica punct.* 5. *nu.* 23. *tom.* 1. *fo. mihi* 266.

43 Quod ſi patrimonium ad cuius titulum quis promotus fuerit chaſmate, vel alluuione pereat, & parentes non ſint ſoluendo, & ſupplere nequeant, tenetur Epiſcopus prouidere, vel de beneficio, vel de alimentis *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 20. *à num.* 11. *vſque ad* 14. vbi quod ita etiam ſer-
44 uandum ſit ſi beneficium collatum cauſa promotionis ad ordines euictum fuerit.

45 Sed ſi ordinatus cum vero patrimonio, ſuſcepto ſacro ordine, patrimonium retrodonet, ſeu renunciet non incurrit ſuſpenſionem, etiam ſi ad alios ſacros ordines aſcendat, quia hic non dicitur ſacros ordines ſuſcipere abſque titolo, cum illa retrodonatio ſit irrita, & inualida ex *decreto Tridentini ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *ita Bonacin. in tit. de ſacrament. ordin. diſ.* 8. *quæſt. vnica punct.* 5. *num.* 25. *tom.* 1. *fo.* 267. *Garz. de benef. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 175. 176. *&* 182. *Gratian. diſcept.* 159. *num.* 18.

46 Ordines vero ſuſcipiens aſſignato ſibi patrimonio cum pacto reſtituendi donatario, ſeu non petendi quidquam, neque videtur affici ſuſpenſione, modo non reſtituat ante ordinationem, & modo pactum non inierit cum ordinante, vel præſentante ad ordines, & ratio eſt, quia aſſignatio non obſtante dicto pacto redditur valida, cum pactum tamquam non ſubſiſtens vitietur, & habeatur pro non appoſito, cum fraus, & dolus nemini patrocinari debeat, & vt actus ordinationis ſubſtineatur, ſubſiſtere quoque debet conſtitutio patrimonij, & conſtituens ſibi imputare debet ſi conſtituit animo ſtatim recuperandi, nam excogitare debebat titulum eſſe irreuocabilem, & firmum ſubſiſtere, donec ordinatus prouideatur de beneficio ſufficientis redditus, ſaltem ſcutorum triginta ad ordinati ſubſtentationem, & ad neceſſaria alimenta, vel donec ad pinguiorem fortunam perueniat, vt poſſit bona propria ſubrogare loco aliorum in patrimonium conſtituro-

torum, hinc eſt quod cum non dicatur ordinatus ſine titulo, non afficitur ſuſpenſione, verum quod hoc procedat cum ſuppoſito, quod dominium tranſlatũ ſit in donatarium tenet *Bonacina ex Toleto*, *Auila Garz. Sanchez. in tit. de ſacrament. ordinis diſ.8. quaſt. vnica punct.5. num.26. tom.1. fol. mihi* 267. vbi ſub-
47 dit, quod ſecus ſit, vbi conſtat donationem prorſus fictam fuiſſe, & donantem, non habuiſſe animum donandi, & abdicandi à ſe dominium bonorum nam hoc caſu dicitur ordinatus abſque titulo, & conſequenter remanet ſuſpenſus, ſecus verò ſi conſtet, vel dubitetur de validitate donationis, nam tunc eſt iudicandum ad fauorem actus, & ſtatus eccleſiaſtici, vt animaduertit Idem *Bonacin. ibidem*.

48 Proprius autem Epiſcopus de quo loquitur *Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap.8.* ad effectum, vt vnuſquiſque ab eodem, vel ab alio Antiſtite de eius licentia, & conſenſu ritè ordinari poſſit, cenſetur ille, cui quis diœcſanus, & ſubditus efficitur, vel ratione originis, vel domicilij, vel beneficij, vel ratione familiaritatis, ſeu triennalis ſeruitij, cum beneficij collatione *Banacin. in tit. de Sacrament. ordin. diſ.8. quaſt. vnica punct.4. num.8. tom.1. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.4. num. 1. & per tot. & ad Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 8. nu. 15. Quaranta in ſumma Bullar. in verbo ordo verſ. quo ad tertium requiſitum. Diana reſol. moral. p.8. tract. 2. de miniſt. Sacrament. ordin. reſ. 8. Corrad. in prax. Apoſtolic. diſpenſat. lib.4. cap.5. num.20. cum ſeq. ad textum cum nullus de tempor. ordinat. in 6.* vbi *Bonifatius VIII.* declarat Epiſcopum originis, domicilij, vel beneficij eccleſiaſtici poſſe ſuos diœceſanos ordinare, & dare literas commendatitias *P. Melfeſ. in ſum. tom.1. tract.2. cap. 2. num.7.*

49 Ratione originis dicitur Ordinarius, ſiue origo deſumatur à natiuitate propria ordinandi, ſiue à natiuitate paterna, adeo vt quis ordines ſuſcipere poterit ab Epiſcopo loci, in quo ipſe, vel pater natus eſt, etiam ſi pater tempore natiuitatis illius filij ad aliam diœceſim iam tranſtulerat domicilium, & ita declaraſſe *Sac. Cong. patet ex declarationibus relatis per Dian. reſol. moral. p.4. tract.4. miſcel. reſol. 148. & p. 8. tit. 2. de miniſtro Sacrament. ordinis reſ. 12. & per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 4. num 4. & in Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap 8. de reform. num. 17. vbi alios allegat. Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib 4. cap.5. num.22. verſ. & cum alias*, vbi refert ad inſtantiam Cardinalis Aquatiuæ Archiepiſcopi Neapulitani fuiſſe Sacræ Congregationi propoſitum inter alia dubium, an qui Neapoli nati ſunt, & domicilium habent, poſſint ordinari ab Ordinario Ciuitatis originis Paternæ abſque literis dimiſſorijs, & atteſtatione de vita, & moribus Ordinarij Neapolitani, & Sacram Congregationem reſpondiſſe *Ad quintum Sacra Congregationi non videri in præſenti in hac re quidquam noui iuris ſtatuere*, vnde concludit *Campan. in diuerſ. iur. can. rub. 9. cap. 8. ſub num.9.* poſſe tam præſulem originis paternæ, tam propriæ illum ordinare, in curia tamen Archiepiſcopali Neapolitana, quod non admittatur ad ordines ratione originis paternæ, ſine literis dimiſſorialibus Epiſcopi propriæ originis ex *Gennen. in prax. Archiep. Neapol. cap. 47. num. 3. ſubdit Corrad. loco citata num.* 23.

50 Eſt tamen animaduertendum, quod ad hoc vt quis dicatur originarius, non ſolum requiritur, vt ſit natus in loco, ſed quod parentes ibidem domicilium contraxerint, etenim natus fortuito in aliqua Ciuitate, ſeu diœceſi, ſcilicet in itinere, tranſitu, aut cauſa alicuius negotij ordinari nequit ab Epiſcopo dictæ diœceſis, cum ei ſubditus originarius non efficiatur *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.4. nu. 18. & ſeq. Banacin. de Sacrament. ordinis diſ.8. quæſt. vnica punct. 4. num.13. tom. 1. fo. mihi 262. Diana reſol. moral. p. 8. tract.2. de miniſt. Sacrament. ordinis reſol.11. & dixit Rot. dec.327. num.3. p.1 diuerſ. quæ eſt coram Cæſare de Graſſ. dec. 15. num. 4. de praben. & tradunt communiter DD. in cap. Roaulphus de reſcript.*

51 Vbi enim quis baptizatus eſt, inde trahit originẽ, & per librum baptiſmi illam probare poſſe, tenent *Rebuff. in tract. de pacificis poſſeſſ. num. 217. Gonzal. ad reg.8. Cancel. gloſ.9. §.1. a num. 105. Gratian. diſcept. forenſ. cap.75. à nu.16. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.23. de reform. cap.8. num. 16.*

52 Ab Epiſcopo originis Matris non poteſt quis ordines recipere, niſi ſit vulgo quæſitus, cuius Pater ignoratur *Nauar. in ſingular. canon. conclu. 101. nu. 19. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.4. nu.15. & in Concil. Trid. ſeſſ.23. cap.8. de reform. num.18. Diana reſol. moral. p. 8. tract. 2. de Sacrament. ordin. reſol. 18.*

53 Neque ex origine aui nepos poteſt ad hunc effectum propriam originem deſumere, vt ex *Ric. Vgolin. Marchin. Nauar.* inſinuat *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.4. num.13. & in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap.8. num.19. Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib.4. cap.5. num.22. in fi.*

54 Ratione domicilij efficitur quis ſubditus, & Diœceſanus Epiſcopi, vt ſiquis transferat ſe ad habitan-
55 dum in aliquo loco animo ibidem larem, rerumq; fortunarumque ſuarum ſummam conſtituendi, & perpetuo permanendi, & habitandi, ex quibus domicilium contrahitur *l. Ciues C. de incol. lib.10. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 4. num. 22. & 27. p.2. & in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap.8. num. 29. Diana reſol. moral. p.3. tract. 2. de miniſtr. Sacrament. ordin. reſol.151 Corrad. in prax. Apoſtolic. diſp. lib. 4. cap.5. num. 24. fo. mihi 95. qui alios allegant.*

56 Vbi enim quis incipit habitare in aliquo loco cũ animo perpetuo permanendi, ſtatim domicilium acquirit, abſque alio curſu temporis, & non expectata decennali habitatione, aut alia temporis diuturnitate, præcipuè ſi declarauerit ſuam voluntatẽ, & ſigna, & actus poſitiuos copulatiuè confirmauerit, alias ſi haberet animum recedendi, etiam ſi per mille annos moratus fuerit in tali loco domicilium non contrahit *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.4. num.25. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib. 4. cap. 5. à num. 25. 26. & 27. Menoch. de arbitrar. iudic. lib.2. cent.1. caſ.86. num.2. Rot. dec.150. num. 8. p. 2. diuerſ.*

57 Aliter cum ſola emptio domus, vel alicuius partis bonorum domicilium non facit *cap. dilectus de reſcript. cap. ſi Epiſcopus de Paroch. cum alijs per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 4. num. 27.* Vnde relinquitur iudicis arbitrio, an ſit aſſumptum domicilium etiam momento, non expectata diuturnitate temporis, arbitrium regulando ex coniecturis in facto occurrentibus *Maſcard. de probat. conclu.534. num.9. Diana reſol. moral. p.8. tract.3. de*

miniſt. Sacrament Ordin. reſol. 15. *circa med. Rota dec.* 105. *num.* 4. *p.* 2. *diuerſ.*

58 Si verò ſumus in dubio, & nullus concurrat extraneus actus aſſumpti domicilij ex decem annorũ habitatione continua cenſetur contractum domicilium, cum præſumatur non velle recedere, ſecus verò ſi adſit aliquod inditium illum non habere animum permanendi, vt accidit in Scolaribus officialibus, & ſimilibus, *Rol. conſ.* 79. *num.* 51. *&* 52. *lib.* 3. *Surd. conſ.* 371. *num.* 47. *Farinac. fragment. crim. p.* 1. *lit. D. num* 215. *&* 222. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop alleg.* 4. *num* 28. *&* 29. *& in Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 8. *num.* 29. *verſ. ſi vero non conſtat. Diana reſol. moral. p* 8. *tract.* 2. *de miniſt. Sacrament. Ordin. reſol.* 15. *Beltram. in addition. ad Greg. XV. dec.* 279. *num.* 26. *Rot. in Romana Societatis coram Comitulo penes Marcheſ. de commiſſion. tom.* 2. *fo.* 227.

59 Sed ſi quis duo domicilia ſub diuerſis Epiſcopis habeat, in quibus licet non æquis mathæmaticis temporibus inhabitet, poteſt indifferenter à quocunque ex his duobus Epiſcopis ad ordines promoueri, quia ratione vtriuſque domicilij vtroque Epiſcopo efficitur ſubditus *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 4. *num.* 34. *p.* 2. *Vgolin. tract. eod. cap.* 26. *cap.* 2. *nu.* 3. *Auerſa de Sacrament. Ord. qu.* 3. *ſect.* 6. *Torreblanc. in pract. iur. ſpiritual lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 11. *Molpheſ. in ſumm. tom.* 4. *tract.* 2. *cap.* 8. *num.* 6. *Præpoſitus in* 3. *p. de Sacrament. ordinis quæſt. vnica dub.* 14. *num.* 135. *Sanchez de matrim. lib.* 3. *diſ.* 24. *num.* 2. *Diana reſol. moral. p.* 8. *tract.* 2. *de Sacram. ordin. reſol.* 14.

60 Barones, & feudatarij, eorumque filij poſſunt ad ordines promoueri ab Epiſcopo in cuius Diœceſi obtinent feudum, etiam ſi non habitent, & alibi domicilium retineant *Marchin. de ſacrament. ordin. tract.* 1. *p.* 5. *cap.* 7. *num.* 15. *Auerſa eod. tract. qu* 3. *ſect.* 6. *Diana reſol. moral. p* 8. *tract.* 2. *de miniſt. ſacrament. ordin. reſol.* 16. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 4. *num.* 32. *&* 33. *p.* 2.

61 Prout etiam expoſiti recipere poſſunt ordines ab Epiſcopo loci, in quo expoſiti fuerunt, cum ſine dubio per expoſitionem efficiantur ciues, & municipes, perinde ac ſi eſſent oriundi, *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 4. *num.* 37. *Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 30. *fo.* 96 *per doctrinam Bart. in l.* 1. *num.* 21. *ff. de municip. l. heres abſens §.* 1. *ff. de iudic.*

62 Ratione demum beneficij, cum quis etiam efficiatur ſubditus Epiſcopi Diœceſis, in qua poſſidet beneficium Eccleſiaſticum, poteſt ab eodem Epiſcopo, ſiue de eius licentia (à quocunque Antiſtite ad ordines promoueri iuxta *text. in cap nullus de temp. ordinat. in* 6. *Marc. Anton. reſol. lib.* 1. *reſol. ſi. caſ.* 28. *Garz. de benefic. p.* 2. *cap.* 4 *à num.* 1. *Squil. de priuileg. Cleric. cap.* 4. *num.* 237. *cum ſeq. Scip. de Rub. in aphoriſm. Epiſc. in verbo ordo ſub num.* 18. *Thom. Valoſc. alleg. iuri tom.* 1. *alleg.* 5. *à num.* 26. *Homobon. de Bonif. de exam. Eccleſiaſt. p.* 1. *tract.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 3. *Quaranta in ſumma bul. in verbo ordo verſ. quo ad tertium, & verſ. circa ſecundum Bonacin. in tit. de Sacrament. ordin. diſ* 8. *quæſt. vnica punct.* 4. *num.* 8. *&* 14. *Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop. alleg.* 4. *num.* 42. *& in Concil. Trident. ſeſſ.* 23 *de reform. cap.* 8. *num.* 21. *Corrad. in prax. Apoſtolic. diſpenſat. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 34. *fo.* 96.

63 Amplia 1. etiam ſi beneficium reſidentiam non requirat, ac proinde obtinentem beneficium ſimplex in aliqua Diœceſi poſſe ab Epiſcopo loci ordinari, cenſuiſſe *Sac. Cong. refert. Sel. in ſelect. canon. cap.* 18. *num.* 19. *Vgolin de offic. & poteſt. Epiſcop. cap.* 20. *§* 3. *verſ. ſecundo locum habet Sanchez. in Opuſc. moral lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 23. *num.* 7. *Campan. rub.* 8. *cap.* 8. *num.* 12. *Quaranta in ſumma bul. in verbo Ordo verſ. circa ſecundum Garz. de benefic. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 9. *Marc. Anton. lib.* 1. *var. reſol.* 112. *cap.* 28. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 4. *nu.* 46. *& in Concil. Trid. ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 8. *nu.* 24. & de communi *Dian. reſol. moral. p.* 8. *tract.* 2. *de Sacrament. Ordinis reſol.* 21. *vt etiam docuit p.* 4. *tract.* 4. *Miſcel. reſol.* 51. *in fi.*

64 Contrarium tenet *Gennen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap.* 48. *num.* 3. vbi teſtatur de praxi Neapolitana, quæ praxis cum non videatur iuri conſona, reprobatur à *Barboſ. d. alleg.* 4. *num.* 47.

65 Amp. 2. vt procedat etiam ſi beneficium ſit tenue, quia per textum in *cap. nullus de temp. ordin. in* 6. non explicatur valor, & qualitas beneficij, ſed ſimpliciter, & generaliter loquitur, vndè cum lex non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus *l. illam C. de collat* ac proindè, quod ſufficiat beneficium eſſe quatuor aureorum tenet, *Profet. in ſua prax. cap.* 1. *num.* 15. immò quod ſufficiat redditus ducatorum duorum docet *Diana reſol. moral. p.* 4. *tract.* 4 *miſcellan. reſol.* 51. *ſub verſ. ego prorſus & p.* 8 *tit. de miniſtro Sacramenti Ordinis reſol.* 20. vbi
66 defendit, quod non ſit neceſſarium, quod beneficium ſufficiat ad victum, & commodam ſubſtentationem, vt etiam animaduertit in dicta *reſol.* 51. vbi ſubdit, quod licet *Concil. Trid ſeſſ.* 21 *de reform. cap.* 2. exigat, vt beneficium ſit ſufficiens, vt quis poſſit ſacris ordinibus inſigniri, hoc tamen procedit, vbi agitur de conſtituendo beneficio in titulũ ad effectum, vt quis promoueri poſſit ad ordines ſacros, nam tunc debet eſſe ſufficiens ad victum, & commodam ſubſtentationem, ſecus autem vbi
67 agitur ſimpliciter de promouendo ad ordines ſubditum ratione beneficij, cuius reſpectu promoueri poteſt, ſiue beneficium ſit pingue, ſiue exiguum, & tenue, & exuberat, vt ſuppleri poſſit per patrimonium, quando ordinarus, ſeu in minoribus ordinibus conſtitutos, ad ſacros ordines promoueri debeat, vt etiam aduertit *Diana d. reſol.* 20. & hanc ſententiam docent *Garz. de benef. tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 4. *num.* 8. *Henriquez. lib.* 10. *cap.* 22. *§.* 1. *iuxta glo. lit. C. & cap.* 17. *in glo. lit. Q. Barboſ. de iure Pontific. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 38. *& in Concil. Trid. ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 8. *num.* 22.

68 Contrarium quod beneficium debeat eſſe ſufficiens ad victum iuxta *decretum Concil. Trid. ſeſſ.* 21. *de reform. cap.* 2. tenet *Quaranta in ſumm. bul. in verbo ordo verſ. circa ſecundum Aloyſ. Ric. in prax. fori Eccleſiaſt. reſol.* 260. *Squillante de priuileg. Cleric. cap.* 4. *dub.* 18. *num.* 238. *Bonac de Sacrament. ordin. diſ.* 8. *quæſt. vnica punct.* 4. *num.* 14. *verſ. dixi præſertim* & hanc opinionem recipit *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 4. *num.* 45. *verſ. quamuis con-*
69 *trarium* quando ſcilicet beneficium eſſet tenuiſſimũ ratione præſumptæ fraudis, veluti in reddente quatuor ducata in anno, vel ad ſummum in reddente ſeptem, ex *Soto de iuſtitia lib.* 11. *qu.* 5. *art.* 3. & ita ordinatum in ſuſpenſionem incidiſſe, & Epiſcopum

ita

ita ordiuantem à collatione ordinum per annum
ſuſpenſum eſſe, cenſuiſſe Sacram Congregationem
Concilij inſtante Archiepiſcopo Neapolitano, re-
fert Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtol. lib. 4. cap. 5.
num. 35. & 36. fo. 96.
70 Ampl. 3. procedere etiam ſi ordinandus non ha-
beat beneficium in titulum, ſed in commendam
perpetuam, vt ex Garz. Nauár. Ric. Sanchez. Mar-
chin. Nouar. comprobat Barboſ. de offic. & poteſt.
Epiſcop. alleg. 4. num. 50. p. 2. & in Concil. Trid.
ſeſſ 23. de reform. cap. 8. num. 25. & num. 28. vbi
ampliat etiam in poſſidente præſtimonium ſ ali-
quod.
71 Amp. 4. quod habens plura beneficia in diuerſis
Diœceſibus poſſit ab omnibus illis Epiſcopis ordi-
nari, adeout per electionem vnius, non cenſeatur
præcluſa via, quo minus prò alijs ordinibus poſſit
ordinatus ad alios Epiſcopos accedere, vt notat
Nouar. in ſing. canon canclu. 105. num. 22. Garz. de
benefic. p. 2. cap. 4. num. 2. Barboſ. de offic. & poteſt.
Epiſcop. alleg. 4. num. 51. p. 2. & in Concil. Trid.
ſeſſ. 23. de reform. cap. 8. num. 27. Diana reſol. mo-
ral. p. 8. tit. de miniſt. Sacrament. ordin. reſol. 23. Cor-
rad. in prax. diſpenſat. Apoſtol. lib. 4. cap. 5. nu. 37.
fol. 96.
72 Amp. 5. vt collatio beneficij ſit neceſſaria, etiam
in prima tonſura, vt ordinatus ab Epiſcopo non
ſuo ratione beneficij, efficiatur de eius foro, & ſit
ei ſubditus Nauar. conſ. 24. in antiq. alias 11. in no-
uis de temp. ordin. Sayr. in flor. dec. ſub eod. tit. dec.
26. Zerol. in verbo ordo verſ. quinto, dubitatur poſt.
med. Cened. canon. quaſt. lib. 1. qu. 38. nu. 30. verſ.
quod decretum Garz. de beneſ. p. 2. cap. 5. num. 84.
Bonacin. in tit. de ſuſpenſ. in particul. diſ. 3. qu. 1.
punct. 11. ſub num. 9. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 23.
de reform. cap. 9. num. 11. Corrad. in prax. diſpenſ.
Apoſtolic. lib. 4 cap. 5. num. 62. verſ. ſilentio autem
vſque ad fin. fo. 98. Rot. dec. 731. num. 15. p. 1. di-
uerſ.
73 Amp. 6. quod Epiſcopus optans aliquem ordi-
nare, etiam ſi nullum habeat beneficium in ſua
Diœceſi poſſit illum ordinare, ſi paulo ante eidem
conferat beneficium, hac intentione, vt eundem
validè initiare valeat, quia textus in cap. cum nullus
de temp. ordin. in 6. ſolum exigit, vt quis beneficiũ
legitimè obtineat, nec diſtinguit qua ratione ob-
tentum fuerit, & conſequenter nec nos diſtinguere
74 debemus, nec videtur eſſe in fraudem alterius Epi-
ſcopi originis, ſeu domicilij, etenim Epiſcopus
beneficij vtitur iure ſuo, ex lege Pontificia proue-
niente, ita ex Vgolin. & Marchin. de Sacram. ordin.
tract. 1. p. 5. cap. 8. nu. 9. tradit Diana reſol. moral.
p. 8. tract. de miniſt Sacram. ordin. reſol. 22. vbi con-
trarijs reſpondet.
75 Limit. 1. vt procedat dummodo beneficium ſit
perpetuum, ita vt non ſufficiat, ſi eſſet manuale,
vel amouibile Diana reſol. moral. p. 8. tract. 2. de
miniſt. Sacram. ordin. reſol. 19. cum generalis regula
76 ſit, quod ad titulum vicariæ temporalis, aliorum-
que ſimilium beneficiorum, ſeu capellaniarum
amouibilium non poſſit quis promoueri ad ſacros
ordines Maiol. de irregularit. lib. 4. cap. 15. num. 4.
Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 2. queſt. 6. nu.
1. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 5. §. 3. num. 42.
cum alijs allegatis per Barboſ. de offic. & poteſt. Epi-
ſcop. allcg. 19. num. 25. & in Concil. Trid. ſeſſ. 21.
cap. 2. de reform.
77 Limit. 2. vt procedat habita beneficij poſſeſſione,
ita vt non ſufficiat ſola collatio, ſeu titulus, Garz.
de benef. tom. 1. p. 2. cap. 4. nu. 17. Barboſ. de offic.
& poteſt. Epiſcop. alleg. 4. num. 55.
78 Contrarium quod actualis beneficij poſſeſſio non
requiratur ad hoc vt Epiſcopus acquirat iuriſdi-
ctionem in beneficiatum, ſed quod ſufficiat etiam
ſola collatio, ſeu titulus, docet ex Ric. p. 2. deciſ.
188. num. 3. Diana reſol. moral. tract. 2. de miniſt.
Sacram. ordin. reſol. 24. p. 8.
79 Limit. 3. ex cauſa penſionis, cuius reſpectu quis
non ſubijcitur Præſuli, in cuius Diœceſi erectum
reperitur beneficium penſionis onere affectum, &
ratio eſt, quia penſio propriè non eſt beneficium,
Ric. in prax. fori Eccleſiaſt. dec. 302. in prima impreſ.
& reſol. 261. in 2. impreſ. Vgolin. de offic. Epiſcop.
cap. 26. §. 3. verſ. excipitur tamen primo Barboſ. eo-
dem tract. alleg. 4. nu. 56. p. 2. Marchin. de Sacram.
ordin. tract. 1. p. 5. cap. 8. num. 10. Diana reſol. mo-
ral. p. 8. tract. 2. de miniſt. Sacram. ordin. reſol. 26.
Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib. 4. cap. 5. nu.
38. fo. 96.
80 Limit. 4. ſi beneficium obtentum fuerit in frau-
dem, quia tunc non iuuat quo ad ſuſceptionem
ordinum, dolus enim, & fraus nemini patrocinari
debent, gla. in cap. cum, qui verſ. figmento in fi. de
temp. ord. Aloyſ. Ric. reſol. 262. cum alijs per Bar-
boſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 4. num. 57.
81 Regulares etiam non poſſunt promoueri ad or-
dines, niſi ab Epiſcopo illius loci, vbi retinent Con-
uentum, & ab eorum ſuperioribus de familia de-
putati fuerunt, & degunt, vel ab alio eius acce-
dente conſenſu, & accedentibus literis dimiſſorijs
ſuorum Regularium ſuperiorum, vt ordinatum
fuit a Leone X. in Concilio Lateranenſi in Bulla mo-
derationis priuilegiorum Religioſorum, Barboſ. de
offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 4. num. 58. 59. & 60.
82 vbi quod ab hac obligatione ſunt exempti Patres
Societatis Ieſu, & num. 60 Fratres Sancti Ioannis
Hyeroſolimitani Iacob. Pignatel. conſult. canon. p. 3.
conſult. 45. ſub num. 10. & licet vigore conſtitutio-
83 nis B. Pij V. Regularibus conceſſum fuit priuile-
gium ſuſcipiendi ordines etiam ſacros à quocun-
que Catholico Antiſtite Ordinarij loci minimè re-
quiſita licentia, hæc tamen conſtitutio a Gregorio
XIII. ſua conſtitutione 15. in ordine Bullar. incip. in
tanta rerum reuocata fuit, & redacta ad terminos
iuris communis, & Sacri Concil. Trid. quo atten-
to hodie Regolares ordinari debent ab Epiſcopo
loci, vbi degunt, aut ab alio de eius licentia Miran-
da in manual. Prælator. tom. 1. quaſt. 38. art. 3. Bar-
84 boſ. dicta alleg. 4. num. 61. & ita ſtatuit Sacra Con-
gregatio Concilij Tridentini, quod decretum con-
firmauit, & ſeruari mandauit Clemens VIII. & de
verbo ad verbum refertur à Nicol. in ſuis Floſcul. in
verbo Regulares num. 35. & in eodem decreto ha-
85 betur quod ſi proprius Epiſcopus abſit, vel non
habeat ordinationes, tunc expreſſa huiuſmodi cau-
ſa ordinari poſſunt à quocunque alio Diana reſol.
moral. p. 2. tract. 16. reſol. 15. & par. 6. tract. 7.
reſol. 35.

SVMMARIVM.

1 Aſſumens Clericatum , vel ingrediens Religionem poſt commiſſum delictum ſecluſa fraude liberatur a iuriſdictione laicali .
2 Et licet attendatur ſtatus de tempore delicti , fallit tamen vbi quis ex ordine Eccleſiaſtico ſuperueniente , eximitur a iuriſdictione laicali nu. 3.
4 Priuilegium enim ſuperueniens liberat ab onere antea incumbente .
5 Amp. vt procedat etiam in Religioſo qui profeſſionem emiſit .
6 Immo etiam in Nouitijs .
7 Amp. in laico relegato ad inſulam per aliquod tempus, ſi interim effectus ſit Clericus , & non ſeruet exilium puniri non poteſt à Iudice laico .
8 Limit. 1. quando ſolum adijciatur forus .
9 Limit. 2. vbi concurrit fraus , nam tunc liberatur , quo ad perſonam, non autem quo ad bona nu. 10. Contrarium num. 12.
11 Clericatum aſſumens , vel ingrediens Religionem poſt delictum , quando cenſeatur in fraudem .
13 Limit. 3. in fideiuſſore laici . qui euaſit Clericum poſt delictum , qui per Iudicem laicum conueniri poteſt ad pœnam promiſſam . Contrarium num. 15.
14 Exceptio declinatoria fori competens principali non datur fideiuſſori .
16 Ab inobſeruantia promiſſorum quis eximitur ob mutationem conditionis perſonarum , & negotiorum .
17 Fideiuſſor laicus , ſi poſtea efficiatur Clericus conueniri debet coram Eccleſiaſtico Iudice .
18 Clericus ſi pro laico fideiubeat eſt conueniendus coram Iudice Eccleſiaſtico non obſtante obligatione in ſolidum .
19 Clericus , & laicus ſi eodem tempore obligantur ambo conueniri debent coram Eccleſiaſtico .
20 Clericus facit priuilegiatum laicum cum ipſo concurrentem .
21 Clericus non debet fideiubere , niſi ob neceſſitatem, pro ſua Eccleſia , vel ālio Clerico nu. 22.
23 Valet tamen fideiuſſio Clerici, quo ad bona patrimonialia , non autem Eccleſiæ .
24 Fideiuſſor quando per mutationem ſtatus , aut mortis principalis liberetur .
25 Fideiuſſor de iudicio ſiſtendo , & iudicatum ſoluendo per mortem ſui principalis liberatur à prima , ſed non a ſecunda .
26 Clericus effectus lite pendente coram Iudice ſæculari non eſt coram eodem proſequendum iudicium num. 27. Contrarium nu. 28
29 Declara 2. ſententiam , vt procedat quo ad proſecutionem iudicij vſque ad ſententiam , non quoad eius executionem , quæ ſpectat ad Epiſcopum .
30 Statuta concedentia executionem inſtrumentis non comprehendunt Clericos .
31 Clericus ſuccedens laico executiuè obligato contrahit eandem obligationem , & ſubijcitur ſtatuto laicali .
32 Coram Iudice tamen Eccleſiaſtico eſt executiue conueniendus .
33 Clericum ſe faciens poſt contractum, & delictum etiam in contractibus , & cauſa ciuili conueniendus eſt coram Iudice Eccleſiaſtico, non obſtante , quod lis fuerit inchoata coram Iudice laico .
34 Clericus venditor , ſi interpelletur ab emptore ad liberandum a moleſtijs non tenetur comparere coram Iudice ſæculari Contrarium nu. 35. Declara nu. 37.
36 Detentor non poteſt allegare priuilegium ſui Iudicis .
38 Clericum ſe faciens poſt delictum pœna vltimi ſupplicij puniendum, eſt degradandus , & curiæ ſæculari tradendus ,
39 Ingrediens Religionem non adhibita diligenti inquiſitione de vita, & moribus ad præſcriptum Bullæ Sixti V. non gaudet priuilegio fori .
40 Sed dicta conſtitutio moderata fuit à Clemente VIII. vnde remanet ingrediens Religionem etiam in fraudem ſubiectus Iudici laico quo ad bona , non quo ad perſonam .
41 Clericus in fraudem reaſſumens habitum dimiſſum gaudet tantum quo ad perſonam , non quo ad bona .
42 Clericus ſi poſt commiſſum delictum ducat vxorem, vel fiat laicus puniendus eſt a Iudice Eccleſiaſtico .
43 Si relegatus durante relegatione efficiatur laicus , & frangat relegationem puniri poteſt à Iudice laico .
Declara vt num. 44.

An aſſumens Clericatum , vel ingrediens Religionem poſt delictum gaudeat priuilegio fori .

ADNOTATIO III.

1 DElinquens ſi poſt commiſſa ſcelera aſſumat
Clericatum , ſeù caracterem , & habitum
Clericalem , aut Religionem ingrediatur ſecluſa
fraude totaliter liberatur à iuriſdictione laicali , &
tantum ſubijcitur Iudici Eccleſiaſtico , à quo puniri debet ,& hanc concluſionem à frequentiori Do-
ctorum calculo receptam eſſe , alijs congeſtis teſta-
tur *Iul. Clar. in §. fi. qu. 36. num. 38. lib.* 5.

2 Et quamuis attendatur ſtatus in quo quis erat
tempore delicti ad fundandam iuriſdictionem , ſeù
ad cognoſcendum ad quem forum ſpectet cognitio
3 criminis ; Tamen hoc ceſſat in laico delinquente ,
qui poſt delictum effectus ſit Clericus , nam tunc ex
ordine Eccleſiaſtico eximitur cauſa perpetrati cri-
minis a iuriſdictione ſæculari , vt potè quia priuile-
4 gium ſuperueniens liberat ab onere , quod alicui
incumbebat *l. Spadone §. ſi autem quis tutor , & l. in-
reperitos in prin. de excuſat. tutor. & comprabat Ol-
trad. conſ. 4. num. 1. qui de veriori teſtatur Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 226. num. 20. & ſeq. tom. 2.*

5 Amp. vt procedat non ſolum in Clerico , ſed etiā
in Religioſo , qui profeſſionem emiſit , qui quo ad
Mundum cenſetur mortuus , mors enim omnia ſol-
6 uit , vt ex *Bart. docet Gratian. diſcept. 226. num. 33.
& 34.* vbi ampliat etiam in Nouitijs , exiſtentibus
intra annum probationis , ex *Decian. in prax. crim.
lib. 4. tom. 1. cap. 9. num. 24. verſ. vndecimo exten-
de Marſil. ſing. 534. attende ad vnum in fi.*

7 Amp. in laico relegato ad inſulam per aliquod
tempus , ſi infra illud tempus promoueatur ad or-
dines Clericatus , & non ſeruet exilium diſcedendo
à loco relegationis , non poteſt condemnari pœna
non ſeruati exilij iuxta formam ſententiæ Iudicis
ſæcularis , ratione mutationis ſtatus , & fori , ac
noua conditione perſonæ, nec propterea Iudex ſæ-
cularis poteſt ſe intromittere pro defenſione ſuę ſen-
tentiæ contra laicum effectum Clericum , qui in
totum per ſuſceptionem ordinis Eccleſiaſtici exi-
mitur ab eius iuriſdictione , ita vt efficiatur omni-
nò incapax ob mutationem ſtatus , & fori , licet ſe-
cus eſſet , ſi adijceretur tantum forus , *Franc. deciſ.
395. Valaſc. conſult. 43. Oltrad. conſ. 4. in prin. latè
Gratian. diſcept. 426. a num. 35. vſque ad 41. to. 2.*

8 Limit. 1. quando ſolum adijciatur forus , cum
tunc non mutetur ſtatus , vt in *l. cum quædam puellę
de iuriſdict. omnium Iud. cap. propoſuiſti de foro com-
peten. & alijs congeſtis tradit Gratian. diſcept. forenſ.
cap. 226. num. 22. tom. 2.*

9 Limit. 2. vt procedat in Clerico , ſeu Monacho
effecto poſt commiſſum delictum ſine fraude , ſecus
ſi in fraudem ad euitandam ſæcularem iuriſdictio-
nem

Digitized by Google

nem, & ad eſſugiendam pœnam à ſæculari Iudice
irrogandam, præcipuè ſi delinquens aſſumpſit habitum Clericalem, non ſolum poſt delictum, ſed etiam poſt fabricatum proceſſum, vel datum fideiuſſorem de ſe repræſentando coram Iudice laico, nam hoc caſu recognita fraude à Iudice Eccleſiaſtico, licet liberetur quo ad perſonam à iuriſdictione Iudicis ſæcularis, & gaudeat priuilegio fori, non tamen liberatur quo ad bona, adeo vt poſſit Iudex laicus proceſſui finem imponere quo ad bona tantũ procedendo, & ita determinaſſe *Sac. Cong. Concil in vna Papienſi 23. Maij 1626. & Sac. Cong. Immunit. in alia Ciuitatis Caſtellanæ 18. Febr. 1631. refert Diana reſol. moral. poſt 5. partem tit. reſol. Sac Cong. 28. & Iacob. Pignatel. reſol. canon. p. 3. conſult. 20. num. 36. idem Diana reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immunit. reſol. 26. verſ. notandum eſt vero Cenedu in collect. Iur. can. p. 1. collect. 3. num. 17. ex originali doctrina Io: Andreę in cap. 1. num. 19. in fi. verſ. puto quod de ratiorin. Flamin. Cartar. de executione ſenten. cap. fi. num. 308. ad med. verſ. tertia concluſio, Farinac. qui alios copioſe allegat. in tit. de inquiſit. qu. 8. num. 104. iuncto num. 107.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 226. num. 29. & 30. Cabal. reſol. crim. caſ. 108. num. 2. Franc. dec. 209. num. 1. & dec. 384. in fin. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Cleric. perſonal. §. 4. num. 3. ſub verſ. ſi vero non eſt prauenita Bonac. in tit. de leg. diſ. 10. qu. 2. punct. 1. num. 16. & in tit. de cenſur. in* Bulla *Cęna contentis diſ. 1. qu. 16. sect. 1. punct. 5. à num. 9. cum plurib. ſeq.* qui
10 omnes concludunt, quod in caſu, quo quis Clericatum in fraudem aſſumpſerit, licet poſſit à ſæculari Iudice puniri, non tamen poterit corporaliter, ſed tantummodo in pecunia, & bonis, & ſic erit Iudex cauſæ, & non perſonæ.

11 In fraudem enim poſt delictum perpatratum Clericatum ſuſcipere, vel Religionem ingredi dicitur, ſi delinquens poſt diffamationem, vel accuſationem, ſeu inquiſitionem, aut citationem, vel contumaciam, ſiue condemnationem promoueatur, vel Religionem ingrediatur per textum *in l. fi. ff. de bon. eor. qui ſibi mort. conſciue l. fi. ff. de re milit. Bart. & alij in l. ſi quis poſtea ff. de iud. & in l. ſi adulter. §. ſi hac tempore ff. de adult.* Boſſ. *in tit. de pan. num. 38. Clar. in §. fi. qu. 36. num. 39. Flamin Cartar. de execut. ſenten. cap. fi. num. 308. verſ ex pluribus autem Farinac. dicta quæſt. 8. num. 110. Franc. deciſ. 209. num. 1. & ſeq. p. 1. Rodriq. quæſt Regul. tom. 2. qu. 2. art. 3. Duard. in comment.* Bullæ *Cænæ Domini lib. 2. cap. 15. quæſt. 11. num. 6. cum alijs per Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Cleric. perſonal. §. 4. num. 2.*

12 Contrarium verò quod hæc diſtinctio, vt poſſit fieri executio in bonis non ſit ex omni parte tuta, cum exempta perſona Clerici, non ſit æquum eum moleſtari in rebus ab eo Iudice à quo fuit exemptus, vt pote quia exemptio perſonæ in Eccleſiaſticis abſorbet etiam bona, vt eadem immunitate fruantur, & vna cum perſona, eiuſque priuilegio confundantur, vt ex *Io. And. animaduertit Gratian. diſcept. forenſ cap. 226. num. 32. tom. 2.*

13 Limit. 3. in fideiuſſore, qui ex eo quod principalis, pro quo fideiuſſit euaſerit Clericus, non propterea liberatur, & contra eum procedi poterit per Iudicem ſæcularem ad pœnam promiſſam, cum non debeat gaudere priuilegio fori Eccleſiaſtici ex perſona eius, pro quo fideiuſſit, quaſi hoc ſit priuilegium perſonale rei, quod non extenditur ad fi-
14 deiuſſorem, cum etiam exceptio declinatoria fori competens principali non detur fideiuſſori, aut ceſſionario *l. ſi reus ff. de Iudic. ſolu. l. ſed & ſi reſtituatur §. 1. ff. de Iudic. ita docet Bald. in l. vnica in fin. num. 10. verſ. extra queritur C. de priuil. dot. Guid. Pap. quæſt. 562. in fi. num 5. Afflict. deciſ. 206. in 1. dub. ibique Vrſil num. 1. cum alijs per Gratian diſcept. 226. nu. 42. verſ. quæ autem dicta ſunt tom. 2.*

15 Contrarium, & verius quod fideiuſſor liberetur, quia reus principalis mutauit ſtatum, ex quo euaſerit Clericus, tunc autem cum mutet forum, non poterit amplius conueniri coram iudice laico, coram quo fuit præſtita fideiuſſio, etenim generaliter
16 quis ab inobſeruãtia promiſſorum eximitur quando ſunt mutatæ conditiones perſonarum, & negotiorum argumento *textus in l. ſi filius ff. de tut. & ration. diſtrahen. Horat. Lutius inter conſ. crim diuerſ. conſ. 163. num. 11. vol. 1. in fo.* vbi hoc comprobat *ex auctorit. Diui Thomæ 2. 2. quæſt. 110. art. 3. ad fin. Card. in Clement. 1. qu. 9. de cenſib Horat. Luc. inter conſ. crim. diu. conſ. 163. num. 11. vol. 1. Marſil. in rub. de fideiuſ. qu. 12. num. 132. & ſeq. Boſſ. in tit. de carcerat. fideiuſ. comit. num. 2. Cephal conſ. 187. num. 8. vol. 2. Muſcatel. in pract. fideiuſ. in 1. p. modo 19. num. 17. Farinac. in tit. de carcer. & carcerat. qu. 34. num. 38. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauore Cleric. perſonal. §. 4. nu. 7.*

17 Quibus accedit, quod ille, qui fideiuſſit, ſi ſit laicus, ſi poſt præſtitam fideiuſſionem aſſumpſerit Clericatum, non poſſit coram laico conueniri, ſed eſt conueniendus coram Eccleſiaſtico ob mutationem ſtatus, & fori ita ex *Marſil. in rub. de fideiuſ. nu. 110. & Surd. conſ. 396. per tot. vol. 3. tradit* Bellet. *diſquiſit. Clerical. p. 1. de fauor. Cler. perſon. §. 4. num. 8.*

18 Ita pariter, ſi Clericus pro laico fideiubeat pro executione fideiuſſionis conueniendus eſt coram Iudice Eccleſiaſtico, & ſi Iudex ſæcularis pronunciauit ſententiam contra principalem laicum, exequi minimè poteſt contra Clericum fideiuſſorem, etiam ſi ſit in ſolidum obligatus, *Bald. in l. 2. in fi. C. de execut. rei iudic. Dyn. in l. 1. ff. ſi quis in iuſ. vocat. non ier. Anchar. in cap. ea quę num. 27. ff de reg. iur. in 6. Surd. conſ. 396. num. 23. relat per* Bellot. *diſquiſit. Clerical. p. 1. de fauor. Cleric. perſonal. §. 4. num. 9.*

19 Quando enim eodem tempore Clericus, & laicus ſimul obligantur, ambo conueniri debent co-
20 ram Iudice Eccleſiaſtico, vt pote quia Clericalis ordo ſit tantæ dignitatis, vt faciat non ſolum ipſum Clericum priuilegiatum, ſed etiam laicum cum eo concurrentem, ita *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 226. num. 42. circa fin. verſ. quidquid alias to. 2. ex Marſil. in rub. de fideiuſ. num. 130. vſque ad num. 133. qu. 12. verſ. quinimmo dico, & ex Bart. in l. præcipimus §. eadem obſeruado num. 2. C. de appel.*

21 Clerici tamen non debent fideiubere *cap. 1. de fideiuſ. & cap. te quidem 11. qu. 1. Vgolin. de offic. &*
22 *poteſt. Epiſcop. cap. 13, §. 30. num. 6.* vbi limitat in tribus caſibus, primo vbi neceſſitas impellat, & vrgeat, cum tunc ex pietate teneatur, *cap. non ſatis diſtin. 86. glo. in cap. te quidem 11. qu. 1.* ſecundo prò ſuis Eccleſijs, tertio prò alio Clerico.

23 Valet tamen fideiuſſio, ex quacunque fideiuſſione

ſione facta à Clericis obligantur ipſi, & ſua bona patrimonialia, vel quaſi, non autem bona Eccleſiæ, ita *DD. in d. cap. 1. de fideiuſ. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. cap. 13. §. 30. num. 5. in fin. fol. 101. & 102.*

24 Per mutationem enim ſtatus, aut per mortem liberatur fideiuſſor, quando id, quod promiſit impoſſibile, eſt præſtari poſſe mortuo principali, vel in alium ſtatum commutato, ſecus ſi morte, vel ſtatus mutatione ſecuta fideiuſſor id, quod promiſit præſtare poſſit, nam tunc non liberatur præcipuè ſi res quæ promiſit conſiſtat in quantitate, quam propterea ſoluere tenetur, vt magiſtraliter diſtinguit *Alber. in l. ſi deceſſerit poſt num. 6. ff. qui ſatisdar. cogunt. cum alijs per, Farinac. in prax. crim. tit. de carcer. & car-*
25 *cerat. quæſt. 34. num. 37.* vbi examplificat in fideiuſſore, qui copulatiuè promiſit, & in iudicato ſiſtere, & iudicatum ſoluere, qui licet per mortem rei liberetur à promiſſionis parte de iudicio ſiſti, non tamen liberatur ab alia parte de ſoluendo iudicatum ex *Iaſ. in l. ſi deceſſerit num. 4. ff. qui ſatisdar. cogunt. ibique Caſtr. poſt num. 6. verſ. idem in fideiuſſore iudicatum ſolui idem Iaſ. in l. ſi vero num. 1. & 2. ff. qui ſatisdar. cogunt.*

26 Quod ſi litigans coram Iudice ſæcolari poſt litem motam, & inchoatum iudicium efficiatur Clericus, cum eximinatur à iuriſdictione Iudicis laici, coram eodẽ non eſt proſequẽdum iudicium *Genuen. in prax. Archiepiſcopal. Neapol. cap. 8. n. 5. Anton. de Marin. quotid. reſol. cap. 54. num. 8. relat. per Dian. reſol. moral. p. 4. tract. 1. de immun. reſ. 38.* vbi ſicuti poſt de-
27 lictum confugiens ad Eccleſiam gaudet immunitate, ita Clericus fori priuilegio poſt Clericatum.

28 Contrarium, quod hoc caſu Clericatus ſuperueniens non impediat, quin cauſa prius inchoata proſequatur coram eodem Iudice, tenent *Carol. de Graſſ. de effect. Clericat. effect. 1. num. 1239. Squillan. de priuileg. Cleric. cap. 7. dub. 3. num. 59. Rit. dec. 218. num. 3. p. 4. Surd. dec. 110. num. 3.*

29 Sed ſi adhærere velis ſecũdæ opinioni, eſt animaduertendum, quod procedat, quouſque lis per ſententiam terminetur, ſed ipſa ſententia eſt exequenda per Iudicem Eccleſiaſticum, non per laicum contra Clericum *Anton. de Marin. & Carol. de Graſsis in locis proximè citatis. Diana dicta reſol. 38.*

30 Vbi autem ſtatuta laicalia concedunt publicis inſtrumentis executionem nullo modo comprehendũt Clericos, vt reiecta opinione *Couar. pract. qu. 16. nu. 5. ad med. verſ. nihilominus*, & improbata quacunque conſuetudine etiam mixta Clericorum, & ſæcularium dixit *Rot. dec. 73. num. 4. poſt Laberint. creditor. Salgad. & dec. 163. per tot. & dec. 603. num. 12. poſt Zacch. de oblig. Cameral. Ciarlin. controuerſ. forenſ. lib. 1. cap. 31. num. 16.*

31 Sed ſi forte Clericus ſuccedat laico executiuè obligato, contrahit eandem obligationem, & huiuſmodi obligatio ex perſona hæredis nõ poteſt immutari, ita vt ſubijciatur ſtatuto laicali, in eo, in quo ſucceſsit ſiquidem hæres adeundo ſe obligat, & quaſi contrahit cum creditoribus, ita *Rot. dec. 73. num. 27. poſt Laberint. creditor. Salgad.*

32 Etenim hoc caſu mutatur tantum forus, ſed non forma obligationis, vnde Clericus hæres conueniri debet etiam executiuè coram ſuo Iudice *Rot. dicta dec. 73. num. 29. poſt Laberint. creditor. Salgad. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effectu 1. num. 281. Marta de iuriſdictione p. 4. cent. 1. caſ. 33. num. 7.* cum repræſentet perſonam defuncti, cuius ius, & actiones, tum actiuè, tum paſsiuè in eum tranſeunt iuribus vulgaribus.

33 Hinc eſt quod non ſolum in delictis, ſed etiam in contractibus, & in cauſa ciuili Laicus, qui poſtea promotus fuerit ad ordines poſsit declinare forum Iudicis ſæcularis, ſiquidem ſi contractus celebratus fuit tempore, quo quis erat laicus, ſi poſtea fiat Clericus debet conueniri coram Iudice Eccleſiaſtico, etiamſi lis eſſet incepta antequam ille fieret Clericus *Felin. in cap. ex tenore num. 19. verſ. fallit vndecimo de reſcript. & in cap. fi. num. 14. de conſtit. late Surd. conſ. 396. num. 19. & per tot. vol. 1. Vincen. de Franc. dec. 400. Adden. ad Capel. Tholoſ. dec. 144. cum alijs relat. per Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. de fauor. Cleric. perſonal. §. 4. num. 11.*

34 Vbi vero Clericus interpelletur ab Emptore moleſtato coram Iudice laico ſuper re vendita ad eum defendendum (vt ſi de euictione teneatur) & ad liberandum à moleſtija non tenetur comparere, coram Iudice ſæculari, ſed coram ſuo Iudice *Marta de iuriſdict. p. 4. cent. 1. caſ. 35. num. 21. & ibi fuiſſe ſepiſſimè iudicatum obſeruat Marant. in ſuo ſpeculo p. 3. diſt. 11. num. 78. Squillan. de priuileg. Cleric. cap. 7. dub. 3. num. 80. cum alijs per Dian. reſol. moral. p. 4. tract. 1. reſol. 25. verſ. verum contrarium Capic. dec. 197. num. 7. Gram. dec. 21. num. 9. & 10.* vbi ita iudicatum refert.

35 Contrarium quod Clericus venditor, teneatur defendere emptorem moleſtatum ſuper re vendita coram Iudice ſæculari, quia accedendo ad huiuſmodi iudicium non efficitur reus neceſſarius, dum ſolum accedit ad aſſiſtendum Emptori, eumque defendendum, vt per hoc non dicatur conueniri coram Iudice laico per textum in *l. venditor ff. de re*
36 *iudi.* vbi dicitur defenſorem non poſſe allegare priuilegium ſui Iudicis *Socein. ſen. conſ. 91. num. 14. vol. 3. Couar. practic. quæſt. cap. 8. num. 2. Facchin. controuerſ. iur. cap. 37. lib. 2. Gail. lib. 1. pract. obſer. 37. num. 7. Cenal. de cognit. per viam violen. p. 2. qu. 23. num. 24. Aufer. ad Capel. Tholoſan. dec. 361. num. 2. per gloſ. in cap. Clericum nullus 11. qu. 1.*

37 Quæ opinio contraria quod procedat, quando Clericus venditor canonicè denunciatus coram Iudice eccleſiaſtico, de eius licentia vellet defendere emptorem coram Iudice laico ſubdit *Diana reſ. moral. p. 4. tract. 1. de immun. reſ. 25. verſ. verum contrarium in fi.*

38 In caſu verò quod delinquens aſſumpſerit Clericatum in fraudem, & delictum eſſet pæna vltimi ſupplicij plectendum, quod Epiſcopus debeat eum degradare, & tradere curiæ ſæculari voluerunt *Bart. in l. 1. ff. de pœn. num. 3. Abb. in cap. 1. num. 2. verſ. ex ijs patet de oblig. ad ratioc. non ordinan. Igneus in l. fideicommiſſum num. 266. ff. ad Syllan. Clar. in §. fi. qu. 36. num. 38. in fi. cum alijs congeſtis per Flamin. Cartar. de executione ſenten. cap. fi. num. 308. ad med. verſ. quamuis deberet Iudex Farinac. qu. 8. num. 108. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor Cleric. perſonal. §. 4. num. 2. circa fin. verſ. in caſu tamen, & nu. 3.* vbi cum *Farinac.* loco citato *num. 9.* & alijs reprehendit Iudices ſæculares pænam imponentes dictis Clericis abſq; degradatione, vbi Epiſcopus difficilis redatur ad huiuſmodi degradationem faciendam, & idem *Farinac.* ſubdit, quod ipſe hoc non

faceret

faceret, ſi eſſet Iudex niſi cum Clericis primæ tonſuræ.

39 Et circa ingredientem Religionem, quod non gandeat priuilegio fori, quoties ad Religionem admiſſus fuerit neceſſaria, & diligenti inquiſitione non adhibita à ſuperioribus, videlicet, an aliquod delictum perpetrauerit, an ſit ære alieno grauatus, vel ad reddendam rationem adſtrictus, & ſimilibus præſcribitur *in conſtitutione Sixti V. ex ordine Bullar. 73. incip. cum de omnibus Eccleſiaſticis ordinibus § ceterū edita de anno 1587. ſexto Kal. Decemb. de qua Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Cleric. perſonal. §. 4. num. 15.* Bonacin. *tit. de cenſur. in Bulla Cenę diſ. 1. qu. 16. punct. 3. num. 15. tom. 3.*

40 Verò cum dicta Bulla *Sixti V.* moderata fuerit à *Clem. VIII.* & redacta ad terminos iuris communis non videtur Nouitium etiam ſi cum fraude ingreſſus ... Religionem eſſe puniendum à Iudice laico ... perſonam, ſed tantum in pecunia, & bonis ... *ſol. moral. p. 4. tract. 1. de immun. Eccleſ. reſ.* ... *verum ego ex Homobon. conſult. moral. vol.* ... *p. 2. reſponſ. 190. Bartolo de Vecchis in prax.* ... *iſſ. 11. dub. 12. num. 11, Marta de iuriſdictio-* ... *cent. 2. caſ. 121. numer. 22. vbi latè com-* ... ræfatum Nouitium neque in pecunia, & bo... i poſſe à Iudice ſæculari.

... atem Clericus poſt dimiſſionem habitus, ... m reaſſumat, gaudet tantum quo ad per... non quo ad bona, & ita declaraſſe *Sac. Reatina 10. Septemb. 1629. refert Iacob. Pi-* ... *nſult. canon. p. 3. conſult. 20. num. 39.*

... cus tamen ſi poſt commiſſum delictum ducat ... i, vel alioquin fiat laicus eſt puniendus a Iudice Eccleſiaſtico, quia inſpicitur tempus commiſſi delicti, & ſtatus in quo eo tempore reperiebatur, cuius reſpectu eo ipſo, quod quis delinquit acquiritur ius ei, cuius iuriſdictioni ſubiectus eſt *Gram. dec. 10. per tot. Vincen. de Franc. dec. 417. nu. 4. & 5. p. 2. Bellet. diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de fauor.*
43 *Cleric. perſonal. § 4. num. 16. vbi in fi.* ſubdit, quod viceuerſa ſi Clericus Relegatus à Curia Eccleſiaſtica, durante relegatione efficiatur laicus, & frangat relegationem poſſit puniri à Iudice laico ex *Alberic. in l. meminiſſe ff. de offic. proconſ. & ex Franc. dec.* 395. per totam, quæ ſententia intelligenda eſt, ſi E-
44 piſcopus noluerit præfatum Clericum repetere, vt alias ex Sacræ Congregationis declarationibus demonſtrauimus.

SVMMARIVM.

1 Clericus repertus in flagranti crimine, vel paratus ad delinquendum, vel poſt delictum capi poteſt a Miniſtris laicis ad effectum ſuo Prælato conſignandi. Contrarium num. 2.

3 Lim. vt ſi non reperiatur in flagranti, licet delictum ſit notorium Iudex laicus non poteſt demandare Clerici capturam, niſi eſſet in actu fuge.

4 Limit. vt debeant concurrere conditiones, quæ hic & & num. 5. referuntur, vt Iudex laicus poſſit demandare capturam Clerici abſque excommunicationis in curſu. 8

6 Clericus paratus ad iniuriam alterius ſi non adſit ſuu Prçlatus capi poteſt à Iudice Laico ad effectum conſignandi ſuo ſuperiori.

7 Clericus inuentus cum armis capi poteſt à Birroarijs Curię ſçcularis, & Iudici Eccleſiaſtico præſentare. Contrarium num. 8.

9 Seruare obligantur ædicta, & leges ciuiles emanatæ ob publicā vtilitatem per viam directiuā, non coactiuam.

10 Inuentus, cum armis, nec puniri, nec armis ſpoliari poteſt à Miniſtris laicis, ſed remittendus eſt vna, cum armis ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum, niſi hoc faciant, ex conceſſione Summi Pontificis.

11 Clericus prohibitam venationem exercens, non poteſt puniri, nec ſpoliari à miniſtris laicis inſtrumentis.

12 Laicus in caſibus quibus poteſt capere Clericum quanto citius illum remitti debet ad ſuum Iudicem, & vltra 20. horas retinere non poteſt. Contrarium num. 13.

14 Remiſſio Clerici cuius expenſis fieri debeat.

15 Eſt facienda abſque Clerici ignominia.

16 Et ſi offerat cautionem de ſe præſentando ſuo ſuperiori non eſt capiendus, ſed admittenda fideiuſſio.

17 Clericus pro debito ciuili ſi ſit de fuga ſuſpectus, ſiue à debitore, ſiue à Iudice laico carcerari poteſt ad effectum remittendi ad ſuum Iudicem.

18 Et etiam deuenire ad bonorum ſequeſtrationem.

19 Sed ſi Clericus offerat idoneam cautionem eſt acceptanda. & non deueniendum ad capturam.

20 Contrarium, quia Clericus non poteſt allegari ſuſpectus de fuga.

21 Et huic priuilegio Clericus renunciare non poteſt.

22 Ampl. etiam ſi Clericus ſit obligatus in forma Cameræ.

23 Declara, vt prima ſententia procedat, quando Clericus eſt in actu fugæ, ſeconda quando non eſt in actu fugæ, ſed tantum adſit ſuſpicio, & num. 24.

25 Lim. 2. ſecundam ſententiam, vt non procedat quando debitum deſcendit à delicto.

26 hoc caſu neque gaudet beneficio *cap. Odoardus de ſolut.*

27 Lim. 3. vt procedat in Clericis exiſtentibus in actu orandi, celebrandi, &c. ſed reprobatur.

Milites carcerari non poſſunt dum in expeditione ſunt ibidem.

28 Clerici pro debitis ciuilibus perraro carcerari debent, niſi concurrat limitationes, quę hic referuntur.

29 Clericus in caſu ſuſpicionis fugæ ſolum tenetur præſtare cautionem iuratoriam, cum hypotheca bonorum.

30 Clericus, ſi pro delicto inquiratur carcerari non debet niſi prius ſuo Iudici conſtet de delicto.

31 Epiſcopus ſi iniuſte deueniat ad Clerici capturam, vel detineat incurrit excommunicationem.

32 Clerici fruuntur priuilegio, vt non teneantur niſi in quantum facere poſſunt.

Et competit etiam Clericis in minoribus, ſi habeant requiſita Sacri Concilij ibidem.

33 Et huic priuilegio, non poſſunt renunciare.

34 Propterea pro debito ciuili non carcerantur, & ſi ſoluere non poſſunt, ſolum iuratoria cautio ab illis exigitur de ſoluēdo ſi ad pinguiorem fortunā deuenerint.

35 Poſſunt eiſdem ſequeſtrari fructus beneficij reſeruata eiſdem pro alimentis congrua portione.

36 Lim. vt Clericus pro pēſione, cui conſenſit carcerari poſſit, ita etiam in Clerico condemnato per tres ſententias, in obligato cum iuramento, & in forma Cameræ, in Clerico Mercatore, & de fuga ſuſpecto.

37 Sed ex benignitate Summi Pontificis admittuntur his caſibus ad beneficium *cap. Odoardus*.

38 De materia *cap. Odoardus* remiſſiue.

39 Clericus iniurioſis verbis prouocans Iudicem ſæcularem poteſt ab eodem carceribus mancipari, dummodo ſtatim remittat ad ſuum Iudicem, reprobata ſententia aliquorum DD. quod puniri etiam poſſit ab eodem Iudice ſæculari, vt num. 44. & 45.

40 Magiſtratui, & Iudicibus honor eſt deferendus.

41 Amp. etiam ab exemptis.

42 Iniuria magiſtratui illata grauis reputatur.

43 Offendens Iudicem dicitur offendere Principem.

44 Iniuria leuior facta Illuſtriori perſonæ pro atroci reputatur.

45 Proferens verba iniurioſa contra Iudicem grauiter puniri debet. Pœna tamen eſt arbitraria num. 46. Et arbitrium extendi poteſt, vſque ad mortem nu. 47. dummodo ratione officij, & non ex particulari odio iniuria illata ſit num. 48.

49 Iniuria illata Iudici, an ſit ratione officij ex coniecturis probatur, in dubio tamen præſumitur ratione particularis inimicitiæ.

50 Puniri poteſt ab eodem Iudice, cui fuit illata.

53 Limit.

74 Nec huiuſmodi collatio cenſetur emanaſſe in fraudem alterius Epiſcopi originis, vel domicilij.
75 Limit. 1. vt procedat dummodo beneficium ſit perpetuũ, ſecus ſi ſit amouibile, & temporale num. 76.
77 Limit. 2. vt procedat habita beneficij poſſeſſione, vt non ſufficiat ſola collatio. Contrarium nu. 78.
79 Limit. 3. ex cauſa penſionis, quæ non ſufficit ad ordinandum.
80 Limit. 4. ſi beneficium fuit obtentum in fraudem.
81 Regularis ordinari debet ab Epiſcopo loci vbi degit, & manet de familia.
82 Excipiuntur ab hac obligatione Patres Societatis Ieſus, & fratres Sancti Io. Hieroſolimitani.
83 Et Bulla B. Pij V. vt poſſint Regulares ordinari à quocunque reuocata fuit à Clemente VIII.
84 Refertur decretum Sacræ Congregationis Concilij.
85 Quod ſi proprius Epiſcopus non habeat ordinationes, vel abſit tunc expreſſa hac cauſa à quocunque ordinari poſſunt.

An ordinatus à non ſuo Epiſcopo, vel cum falſis dimiſſorijs gaudeat priuilegio fori.

ADNOTATIO II.

1 Clericus ordinatus à non ſuo Epiſcopo remanet *ipſo iure ſuſpenſus* à ſusceptorum ordinum executione, quandiu proprio Ordinario vidrbitur expedire, tum ex conſtitutione *Pij II. 6. in ordine Bullar. & Sixti V. conſtit. 91. eodem Bul. contra Clericos malè promot.* Tum attento nouo iure *Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 8. iuncta ſeſſ. 6. de reform. cap. 5.*

2 Et ſi exercuerit actum ordini ſuſcepto deputatum ſolemniter, incurrit irregularitatem ex eadem *Pij II. conſtitutione Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de diſciplina Clerical. §. 5. num. 63.* vbi quod qui abſ-
3 que diſpenſatione canonica, aut legitima licentia, promouentur ante ætatem legitimam, ſiue extra tempora à iure ſtatuta, vel abſque dimiſſorijs literis, à ſuorum ordinum executione ipſo iure ſunt ſuſpenſi, & ſi huiuſmodi ſuſpenſione durante in eiſdem ordinibus miniſtrare præſumpſerint eo ipſo irregularitatem incurrunt, *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 8. num. 10. p. 2.*

4 Immo inhabilis etiam efficitur ad obtinenda beneficia, ac penſiones, prouiſioneſque ei factæ non ſubſiſtunt, niſi ratum habeatur à proprio Epiſcopo, vt ex *Vgolin. & Add. ad Nauar. conſ. 39. & conſ. 27. & eodem Nauar. Mayol. & Bonac. docet Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 8. num. 10. verſ. ſic etiam & num. 13. cum ſeq. vbi allegat alios concordantes & num. 17.* & ratio eſt quia vigore ſuſpen-
5 ſionis à iure prouenientis, tam ab officio, quam à beneficio, efficitur incapax ad acquirenda beneficia, vnde redditur nulla prouiſio ei facta, *cap. cum dilectus verſ. quia nobis de conſuetud. vbi glo. in verbo ceſſauimus eadem glo. in cap. cum bone in verbo ſuſpenſi de ætat. & qualitat. & in cap. cupienter §. cæterum in verbo beneficijs in fi. de election. in 6. Mayol. de irregularitat. lib. 3. cap. 19. num. 10. Vgolin. de cenſur. tab. 4. de ſuſpenſione cap. 6. §. 7. num. 4. & cap. 8. §. 6. num. 1. Flamin. Pariſ. de reſignat. lib. 3. qu. 6. num. 84.*

6 Non tamen priuatur priuilegio fori, cum ſuſci-
7 piros ordines a non ſuo Epiſcopo verè efficiatur Clericus, & eidem imprimatur character, cuius vigore verè dicitur perſona Eccleſiaſtica, & conſequenter de foro Eccleſiaſtico, ita *Barboſ. de officio, poteſt Epiſcop. p. 2. alleg. 8. num. 17. per text. in cap. eos de temp. ordinat. in 6. Squillante de priuileg. Cleric. cap. 7. dub. 2. num. 29.*

8 Et quod validè huiuſmodi Clerici promoueantur quamuis non licitè, patet ex declarationibus *Sacræ Cong. Concilij* relatis per *Iacob. Pignatel. conſult. canon. 8. num. 10. cum ſeq. tom. 3.* ſcilicet in vna.

9 *S. Marci ſuſceptionis ordinis Clericus Carolus Corbellus Terræ Mattoſollonis narrat ſibi fuiſſe alias conceſſas à Vicario, tunc exiſtentis Epiſcopi S. Marci literas dimiſſoriales, vt promoueri poſſit ad primos duos Ordines minores à quodam Abbate Ciſtercienſi, vti re ipſa fuit ab ipſo Abbate promotus. Nunc verò cupiens Orator ad alios ordines aſcendere renuente moderno Epiſcopo illum promouere, eo quia dictus Abbas ſibi non ſubditis ordines conferendi facultatem nullatenus habebat, ſupplicat declarari, an ipſe Orator fuerit validè promotus in caſu, de qua agitur.*

Die 1. Decemb. 1668. Sacra &c. reſpondit Oratorem validè quidem fuiſſe promotum, ſed non licitè.

10 Et in alia *Hyruntina Clericatus, in qua agebatur de Clericis ordinatis cum dimiſſorijs Epiſcoporum Titularium ratione prætenſæ familiaritatis abſque dimiſſorijs Ordinarij Hyruntini, de quo Trid. ſeſſ. 14. cap. 2. de reform. quæſitum fuit.*

Primo an eſſent validè, & licitè ordinati.

11 *Secundò an gaudere debeant priuilegio fori, & immunitate ab oneribus laicalibus.*

12 *Die 16. Decemb. 1673. Sacra &c ad primum reſpondit eſſe validè, & non licitè ordinatos, ſed eſſe ſuſpenſos.*

13 *Ad ſecundum reſpondit affirmatiuè.*

14 Ordinatus verò cum falſis dimiſſorijs in criminis pœnam non gaudet priuilegio fori ex conſtitutione *Vrbani VIII. de male ordinantibus, & ordinatis 33. ex ordine Bullar. Cherubini tom. 3.* quam etiam refert *Gauant. in addition. ad manuale Epiſcop. in tit. ſeu §. 9. fo. mihi 219. & Iacob. Pignatel. conſult. canon. 66. tom. 2.* vbi expreſsè mandatur, ac ſtatuitur in *§. 4. Italos verò, ſi quos in poſterum clericali charactere inſigniri, vel ad minores ordines promoueri ab alieno Epiſcopo cum falſis dimiſſorijs contingerit, etiam ſi qualitatibus per Concilij Trid. decretum cap. 6. ſeſſ. 23. requiſitis præditi ſint, nihilominus ſecuta tamen prius deſuper Iudicis Eccleſiaſtici declaratione fori priuilegio minimè gaudere, ſed ſæculari iuriſdictioni, vt antea plenè in omnibus ſubiacere, & ſubiectas eſſe reſpectiue volumus,* & attenta dicta conſtitutione, ita etiam docet *Diana reſol. moral. p. 4. tract. 1. de de immunit. Eccleſ. reſol. 26. ſub verſ. ſed contraria.*

15 Vnde ſequitur, quod ante declarationem Iudicis Eccleſiaſtici Clericus ita promotus non ſubijcitur, nec efficitur de foro laicali, poteſt tamen Iudex laicus inſtare apud Iudicem Eccleſiaſticum, vt Clericum ita promotum ad formam præfatæ conſtitutionis Vrbani VIII. pronunciet, & declaret priuatum priuilegijs Clericalibus, quam declarationem Eccleſiaſticus Iudex teneatur proferre, ex *Azor. p. 2. lib. 3. cap. 49. qu. 4. tradit Iacob. Pignatel. conſult. canon. 66. ſub num. 4. verſ. quare poterit Iudex tom. 2.*

16 Promotus enim falſis dimiſſorijs incurrit crimen

falſi,

ſalſi, & pœnis contra ſallarios impoſitis ſubijcitur,
vt etiam ad triremes damnari poſſit, ſi via accuſa-
tionis proceſſum fuerit, attentis facti circumſtan-
tijs, & qualitate perſonæ, ad *textum in l. 1. §. vlti-*
17 *mo ff. ad l. Cornel. de ſalſar.* vbi pœna falſi via accu-
ſationis eſt deportatio *Menoch. de arb. caſ. 306. nu.*
2. & caſ. 315. num. 7. in cuius deportationis locum
ſucceſſit damnatio ad triremes *Clar. in §. fi. qu. 67.*
Pignatel. conſult. canon. 66. num. 4. tom. 3.
18 Quinimò ſi Clericus de huiuſmodi crimine ſit
condemnatus, confeſſus, vel conuictus eſt infamis
infamia iuris, cuius reſpectu contrahit irregulari-
tatem ex delicto prouenien. & ſi hoc crimen ſit no-
torium iure, vel facto, etiam abſque ſententia ſe-
cundum magis communem incurrit hanc pœnam,
quia eſt crimen depoſitione dignum, *Sayr. lib. 7. cap.*
32. num. 5. & 12. licet aduerſus hanc infamiam
19 reſtitui poſſit etiam à ſuo Epiſcopo, & indirectè
diſpenſari ſuper illa irregularitate, iuxta *textum in*
cap. at ſi Clerici §. de adulterijs de iudic. & ex Abb.
Syluest. Tolet. Sayr. comprobat Pignatel. conſult. ca-
non. 66. num. 3. & 4. tom. 2.
20 Verum, quod vigore præfatæ conſtitutionis Vr-
bani VIII. Clericus in minoribus conſtitutus à non
ſuo Epiſcopo ſine literis dimiſſorijs, priuetur pri-
uilegio fori, ſicut priuatur Clericus ordinatus cum
falſis demiſſorijs, ex identitate rationis, tradit *Dia-*
na reſol. moral. p. 3. tract. 1. de immunit. Eccleſiaſt.
reſol. 62.
21 Contrarium docet *Iacob. Pignatel. conſult. canon.*
66. num. 3. tom. 2. vt potè quia grauior ſit ſpecies
criminis vtentis falſis dimiſſorijs, cum incurrat, vt
demonſtrauimus, crimen falſi, vndè cum verſemur
22 in odioſis, & pœnalibus eadem conſtitutio non eſt
extendenda de caſu, ad caſum ſpecificè non com-
prehenſum, *cap. is qui de ſenten. excommunicat. l. &*
ſi quis §. Diuus ff. de Relig. §. cum igitur Authen. de
non elig. 2. nub. Dec. in l. factum §. in pœnalib. num.
31. ff. de regul. iur. Menoch. de arbit. caſ. 276. per tot.
Vermiglial. conſ. crim. 137. nu. 5. & conſ. 399. nu. 1.
23 neque ex identitate rationis, vel maioritate exten-
ditur diſpoſitio de caſu ad caſum, quando agitur
de correctorijs, & pœnalibus ſimul, vel vbi conſti-
tutio ſit pœnalis, & ſimul correctoria, vt in præſen-
ti, nam tunc caſus in diſpoſitione non expreſſus,
neque etiam comprehenſiuè dicitur includi, *glo. in*
Clement. 2. in verbo eiſdem iuncto textu de ætat. &
qualitat. quam vti ſingularem allegat *Alex in l. ſi con-*
ſtante num. 5. verſ. hoc tamen intelligi debet ff. ſolut.
matrim. Iaſ. in Auth. quas actiones nu. 22. verſ. tamen
intellige C. de ſacroſant. Eccleſ. Rom. conſ. 129. nu. 1.
verſ. ſecunda ratio & conſ. 150. num. 5. Vermigliol.
conſ. crim. 400. ſub num. 2.
24 De iure enim antiquo, & præcipuè ex *Concilio*
Niceno in cap. 16. in fi. relat in cap. ſi quis auſus 71.
diſt. irrita declaratur ordinatio facta ab alieno Epi-
ſcopo ſine dimiſſorialibus, & licentia proprij Or-
dinarij, non tamen ita ordinati priuantur priuile-
gio fori, ſiquidem ordinatio non redditur verè nul-
la in actu primo, cum verè imprimatur character,
ſed in actu ſecundo, ſcilicet quo ad exercitium, &
licitam ordinis executionem, ad tradita per *Tur-*
recrem. in cap. 1. 9. quaſt. 2. num. 14. & per Sanch.
in Opuſc. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 14. Ac proin-
25 de ſic ordinatus remanet ſuſpenſus quo ad ſe, &
efficitur incapax ad obtinendum beneficium, *cap.*
nullus cap. Epiſcopi 9. quaſt. 2. cap. cum nullus de
tempor. ordinat. in 6. Gabr. conſ. 181. num. 5. & 8.
lib. 2. DD. in cap. quo ad tranſlationem de elect. cum
alijs relatis per Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 4. quaſt.
2. à num. 58. cum pluribus ſeq. Caputaquen. dec. 106.
lib. 1.
26 Per ratificationem verò proprij Epiſcopi induci
diſpenſationem ſuper ordinibus, ſeu abſolutionem
à prædicta ſuſpenſione, dummodo Epiſcopus ean-
dem auferre intendat, videtur probari, ex eodem
Concilio Tridentino ſeſſ. 23. de reform. cap. 8. ibi *&*
ordinatus à ſuſpenſione ordinum executione, quamdiu
proprio Ordinario videbitur expedire, ſit ſuſpenſus
Maiol. lib. 4 cap. 20. num. 1. Pariſ. de reſignat benef.
lib. 4. quaſt. 2. num. 66. Gabriel. conſ. 181. num. 52.
lib. 2. vbi ſubdit, qui ordinatur ab Epiſcopo non
ſuo præſumitur ritè ordinatus, & valet ordinatio,
& ſi conſenſus proprij Epiſcopi accedat, ordinatus
recipit executionem, quæ ante conſenſum non ha-
bebat, ideirco ad effectum executionis ſatis eſt
ordinatum probare, vel licentiam proprij Epiſcopi
ante actum, vel conſenſum poſt actum *Quaranta in*
ſumma bullar. in verbo Ordo §. amplia hanc extrauag.
Pignatel. conſult. canon. 66. num. 10. tom. 2. Barboſ.
in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 8. num. 38.
vbi quod ad hoc, vt ita ordinatus fiat capax, &
poſſit beneficium retinere ſufficiat ratihabitio pro-
prij Epiſcopi *Ciarlin. lib. 1. contron. 46. num. 26.*
27 Præfata tamen ſuſpenſio lata à *Trid.* contra
promotos abſque licentia proprij Epiſcopi, ſibi lo-
cum vindicat nõ ſolum contra promotos in ſacris,
verum etiam in minoribus, & quamuis in princi-
pio *cap. 8. ſeſſ. 23. de reform.* loqui videatur de or-
dinibus ſacris, tamen poſtea generalius loquitur,
vt non videatur ad ſacros ordines tantum ſe coar-
ctare, & reſtringere voluiſſe, vnde verba Concilij
ſunt accipienda demonſtratiuè, non taxatiuè, &
generaliter quoque loquitur in *cap. 5. ſeſſ. 6. de re-*
form. ita docent *Mayol. lib. 4. cap. 20. Cherubin. ſu-*
per Bulla 7. Pij II. Schol. 2. Quaranta in ſumma
Bul. in verbo ordo §. limita in ea, Suar. de cenſ. diſ. 31.
ſect. 1. num. 19.
28 An autem diſpoſitio huiuſmodi *Sac. Concil. text.*
in cap. cos de temp. ordinat. in 6. habeat etiam locũ
in prima tonſura, quæ in iure canonico venit etiam
appellatione ordinum affirmatiuam ſententiam te-
net *gloſ. in d. cap. cos in verbo ordinare, & in cap.*
nullus in verbo homine eod. tit. Barboſ. *in collet. tom.*
3. lib. 1. tit. 9. cap. 2. num. 10. ad tradita per Bonac.
de cenſ. diſ. 3. punct. 5. §. 2. num. 4. tom. . . & per
Filinc. tom. 1. tract. 17. cap. 8. num. 141.
29 Contrariam ſententiam docent *Villalob. in ſumma*
tom. 1. tract. 18. difficult. 7. num. 17. & Aloyſ. Ric.
in addit. ad inſtit. Can. Lancellot. lib. 1. tit. 25. §. pari
ratione, vbi quod hoc caſu Epiſcopus non incur-
rat ſuſpenſionem à collatione ordinum, ſed ſolum
à collatione primæ tonſuræ, quæ ſententia, licet ſe-
cundum eum ſit probabilis, prima tamen eſt magis
probabilis, & tutior ſecundum *Dianam reſol moral.*
p. 3. tract. 4. de ſacramentis reſol. 194. verſ. ſed
mihi.
30 Immo quod Trid. pœna non procedat contra
promotos in minoribus tenent *Auila p. 3. diſ. 5. dub.*
7. §. ſecundo ſupponendum Nauar. conſ. 31. de temp.
ordinat. & conſ. 39. nu. 3. ead. tit. Sanchez. in Opuſ.
lib. 7. cap. 1. dub. 28. per tot. quos refert. Iacob. Pi-
gnatel.

gnatel. conſult. canon. 66. num. 11. circa med. verſ.
31 *quamuis contra*, vbi quod hoccaſu non incurratur,
vlla cenſura, nec irregularitas propriè dicta, præci-
cipuè in prima tonſura, quæ propriè non eſt ordo,
neque ſacramentum, vt communiter tradunt Theo-
logi.

32 Ex probabili tamen ignorantia Epiſcopum ordi-
nantem alterius ſubditum, ſine eius licentia ſuſpen-
ſionem non incurrere reſolutum refert *Barboſ. in
Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 8. num. 32. ex
Nauar. Vgolin. Sayr. Ric. quos allegat. & de offic. &
poteſt. Epiſcop. alleg. 8. num. 3. p. 2.*

33 Et quamuis ex conſtitutione *Sixti V. Bull. in or-
dine 91. de Clericis male promotis* abſolutio promo-
tionis ſuſpenſionis incurſæ à recipientibus ordi-
nes à non ſuo Epiſcopo Summo Pontifici reſeruata
ſit, hodie tamen huiuſmodi conſtitutio quo ad
pœnas non eſt admittenda, cum fuerit redacta ad
terminos iuris communis, & ad diſpoſitionem Con-
cilij Tridentini reuocata à *Clemente VIII.* per alte-
ram conſtitutionem *Bullar. ex ordine 40.* vt docet
*Quaranta in ſumma Bullar. in verbo ordo verſ. ſe-
cundo limita, & verſ tertius caſus, ſayr de cenſur. lib.
7. cap. 10. nu. 36. & lib. 4. cap. 14.* vnde poterit Epi-
34 ſcopus ob priuilegium ſibi conceſſum in *Tridentin.
ſeſſ. 25. de reform. cap. 6.* diſpenſare in huiuſmodi ſu-
ſpenſione ſi delictum ſit occultum *Barboſ. de offic. &
poteſt. Epiſcop. alleg. 8. num. 11. ſub verſ. ſed poſterior
p. 2. ex Bonacin. in tit. de Sacramento ordinis diſ. 8.
quæſt. vnica punct. 4. num. 26. verſ. ſuſpenſio vero. &
verſ. ſeq. tom. 1. fo. mihi 262.*

35 Bulla vero *Pij II. ex ordine* Bullar. 6. comprehen-
dit, & tantum loquitur de promotis ad ſacros ordi-
nes ab alieno Antiſtite abſque licentia proprij Ordi-
narij, non autem de minoribus ordinibus inſignitis,
vt aduertunt DD. relati per *Barboſ. de offic. & po-
teſt. Epiſcop. alleg 8. num. 21. verſ. qua attenta p. 2. &
in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 8. num. 37.*

36 Licentia proprij Ordinarij de ſe ad ordines pro-
mouendo probatur ſola aſſertione ordinantis, vt ſi
Epiſcopus in literis teſtimonialibus ordinis collati
atteſtetur de licentia proprij Epiſcopi, præcipuè ſi
poſtea ab eodem collatum fuerit beneficium, vt alijs
congeſtis, comprobant *Gabr. conſ 181. num. 53. tom.
2. Flamin. Pariſ. de reſignat. beneſic. lib. 4. qu. 2. num.
66. & ſeq. Oltrad. conſ. 15. num. 9.*

37 Nec eſt neceſſe licentiam dare in ſcriptis, niſi pro
Vltramontano in Italia ordinando, deducitur ex
38 *Tridentino ſeſſ. 14. cap. 2. de reformat*, nam conferens
ordines, vel tonſuram Vltramontano abſque literis
dimiſſorijs, non approbatis à Nuncijs, ſeu Colle-
ctoribus illarum partium, illiſque approbatis in
Vrbe ab Eminentiſs. Papæ Vicario incurrit ſuſpen-
ſionem per annum à Pontificalibus, ipſi vero ordi-
nati perpetuam ſuſpenſionem incurrunt, vt ſancinit
*Vrbanus VIII. conſtitutione ſua incip. ſecretis ſub da-
tum 11. Decemb. 1624. de qua Barboſ. in Concil. Trid.
ſeſſ. 23. de reform. cap. 8. num. 33. & habetur Bullar.
Cherubin. ex ordine 33. §. 3. tom. 3. fol. 52.*

39 Ordinatus vero contra formam Concilij Triden-
tini ſine patrimonio, vt in *ſeſſ. 21. de reform. cap. 2.*
aut beneficio, & ſic abſque titulo, non remanet ſu-
ſpenſus, nec aliquam pœnam incurrit, ſed cogendus
eſt Ordinarius eum prouidere de ſufficienti benefi-
cio, illique interea ſubminiſtrare vitę neceſſaria iux-
ta *cap. 2. de præben. & ita cenſuiſſe Sac. Congregatio-
nem refert Maſſobr. in prax. habendi concurſ. ad Pa-
roch. requiſit. 7. dub. 21. Vgolin. de poteſt. Epiſcop. cap.
26. §. 15. num. 1. Menoch. de arbitrar. caſ. 169. nu. 14.
& caſ. 520. poſt num. 10. Barboſ. de offic. & poteſt.
Epiſcop. alleg. 20. num. 3. late Fagnan. in p. 1. tertij
Decretal. in cap. cum ſecundum num. 64. vſque ad fin.
de præben. & dignitat. tom. 1.*

40 Limit. 1. vt eximatur Epiſcopus ab onere alendi
ordinatum ſine titulo, ſi habeat patrem diuitem,
qui filio neceſſaria alimenta ſubminiſtrare poſſit de
veriori teſtatur *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. al-
leg. 20. num. 4.* Contrarium tamen tenet *Flamin. Pa-
riſ. de reſignat. beneſic. lib. 2. quæſt. 6. num. 28. & 29.*
41 vbi quia Epiſcopus debet eſſe cautus, & magna
diligentia in Clericos ad ſacros Ordines, promouen-
dos vti debet, adeo vt ſi verè, & realiter non habe-
ant beneficium, vel patrimonium, eos non debet or-
dinare, & ita ordinando ſibi imputare debet, ſi con-
trahat obligationem ſubminiſtrandi ordinato ſine
titulo neceſſaria ad vitæ ſubſtentationem.

42 Lim. 2. vbi quis decipiendo Epiſcopum, extor-
queat ſe promoueri cum falſo titulo, nam tunc
conſequi nequit alimenta ab Epiſcopali menſa, &
vlterius remanet ſuſpenſus, iuxta *textum in cap. per
tuas de ſimonia Lotter. de re beneſic. lib. 1. quæſt. 2. nu.
42. Antonel. de regim. Eccleſ. lib. 2. de ſacris ordin.
cap. 2. num. 12. verſ. ſi verò Bonacin. in tit. de ſacra-
ment. ordinis diſ. 8. quæſt. vnica punct. 5. nu. 23. tom. 1.
fo. mihi 266.*

43 Quod ſi patrimonium ad cuius titulum quis
promotus fuerit chaſmate, vel alluuione pereat, &
parentes non ſint ſoluendo, & ſupplere nequeant,
tenetur Epiſcopus prouidere, vel de beneficio, vel
de alimentis *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.
20. à num. 11. vſque ad 14.* vbi quod ita etiam ſer-
44 uandum ſit ſi beneficium collatum cauſa promo-
tionis ad ordines euictum fuerit.

45 Sed ſi ordinatus cum vero patrimonio, ſuſcepto
ſacro ordine, patrimonium retrodonet, ſeu renunciet
non incurrit ſuſpenſionem, etiam ſi ad alios ſacros
ordines aſcendat, quia hic non dicitur ſacros or-
dines ſuſcipere abſque titulo, cum illa retrodona-
tio ſit irrita, & inualida ex *decreto Tridentini ſeſſ.
21. cap. 2. ita Bonacin. in tit. de ſacrament. ordin. diſ.
8. quæſt. vnica punct. 5. num. 25. tom. 1. fo. 267. Garz.
de beneſ. p. 2. cap. 5. num. 175. 176. & 182. Gratian.
diſcept. 159. num. 18.*

46 Ordines vero ſuſcipiens aſſignato ſibi patrimo-
nio cum pacto reſtituendi donatario, ſeu non pe-
tendi quidquam, neque videtur affici ſuſpenſione,
modo non reſtituat ante ordinationem, & modo
pactum non inierit cum ordinante, vel præſentante
ad ordines, & ratio eſt, quia aſſignatio non obſtan-
te dicto pacto redditur valida, cum pactum tam-
quam non ſubſiſtens vitietur, & habeatur pro non
appoſito, cum fraus, & dolus nemini patrocinari
debeat, & vt actus ordinationis ſuſtineatur, ſubſi-
ſtere quoque debet conſtitutio patrimonij, & con-
ſtituens ſibi imputare debet ſi conſtituit animo ſta-
tim recuperandi, nam excogitare debebat titulum
eſſe irreuocabilem, & firmum ſubſiſtere, donec ordi-
natus prouideatur de beneficio ſufficientis reddi-
tus, ſaltem ſcutorum triginta ad ordinati ſubſtenta-
tionem, & ad neceſſaria alimenta, vel donec ad pin-
guiorem fortunam perueniat, vt poſſit bona propria
ſubrogare loco aliorum in patrimonium conſtitu-

co-

totum, hine eſt quod cum non dicatur ordinatus ſi-
ne titulo, non afficitur ſuſpenſione, verum quod hoc
procedat cum ſuppoſito, quod dominium translatū
ſit in donatarium tenet *Bonacina ex Toleto, Auila
Garz. Sanchez. in tit. de ſacrament. ordinis diſ. 8. quaſt.
vnica punct. 5. num. 26. tom. 1. fol. mihi* 267. vbi ſub-
47 dit, quod ſecus ſit, vbi conſtat donationem prorſus
fictam fuiſſe, & donantem, non habuiſſe animum
donandi, & abdicandi à ſe dominium bonorum
nam hoc caſu dicitur ordinatus abſque titulo, &
conſequenter remanet ſuſpenſus, ſecus verò ſi con-
ſtet, vel dubitetur de validitate donationis, nam
tunc eſt iudicandum ad fauorem actus, & ſtatus ec-
cleſiaſtici, vt animaduertit idem *Bonacin. ibidem*.
48 Proprius autem Epiſcopus de quo loquitur *Con-
cil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 8.* ad effectum, vt
vnuſquiſque ab eodem, vel ab alio Antiſtite de
eius licentia, & conſenſu ritè ordinari poſſit, cenſe-
tur ille, cui quis diocæſanus, & ſubditus afficitur,
vel ratione originis, vel domicilij, vel beneficij, vel
ratione familiaritatis, ſeu triennalis ſeruitij, cum
beneficij collatione *Bonacin. in tit. de Sacrament. or-
din. diſ. 8. quaſt. vnica punct. 4. num. 8. tom. 1. Barboſ.
de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 4. num. 1. & per tot.
& ad Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 8. nu. 15.
Quaranta in ſumma Bullar. in verbo ordo verſ. quo
ad tertium requiſitum. Diana reſol. moral. p. 8. tract.
2. de miniſt. Sacrament. ordin. reſ. 8. Corrad. in prax.
Apoſtolic. diſpenſat. lib. 4. cap. 5. num. 20. cum ſeq. ad
textum cum nullus de tempor. ordinat. in 6.* vbi *Boni-
fatius VIII.* declarat Epiſcopum originis, domici-
lij, vel beneficij eccleſiaſtici poſſe ſuos diœceſanos
ordinare, & dare literas commendatitias *P. Molfeſ.
in ſum. tom. 1. tract. 2. cap. 2. num. 7.*
49 Ratione originis dicitur Ordinarius, ſiue origo
deſumatur à nativitate propria ordinandi, ſiue à
natiuitate paterna, adeo vt quis ordines ſuſcipere
poterit ab Epiſcopo loci, in quo ipſe, vel pater na-
tus eſt, etiam ſi pater tempore natiuitatis illius filij
ad aliam diœceſim iam tranſtulerat domicilium, &
ita declaraſſe *Sac. Cong. patet ex declarationibus re-
latis per Dian. reſol. moral. p. 4. tract. 4. miſcel. reſol.
148. & p. 8. tit. 2. de miniſtro Sacrament. ordinis reſ.
12. & per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.
4. num 4. & in Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap 8. de reform.
num. 17. vbi alios allegat. Corrad. in prax. diſpenſat.
Apoſtolic. lib 4. cap. 5. num. 22. verſ. & cum alias*, vbi
refert ad inſtantiam Cardinalis Aquauiuæ Archie-
piſcopi Neapolitani fuiſſe Sacræ Congregationi
propoſitum inter alia dubium, an qui Neapoli nati
ſunt, & domicilium habeat, poſſint ordinari ab Or-
dinario Ciuitatis originis Paternæ abſque literis di-
miſſorijs, & atteſtatione de vita, & moribus Ordi-
narij Neapolitani, & Sacram Congregationem re-
ſpondiſſe *Ad quintum Sacra Congregationi non videri
in præſenti in hac re quidquam noui iuris ſtatuere*, vnde
concludit *Compan. in diverſ. iur. can. rub. 9. cap. 8.
ſub num. 9.* poſſe tam præſulem originis paternæ, iam
propriæ illum ordinare, in curia tamen Archiepi-
ſcopali Neapolitana, quod non admittatur ad ordi-
nes ratione originis paternæ, ſine literis dimiſſoria-
libus Epiſcopi propriæ originis ex *Genuen. in prax.
Archiep. Neapol. cap. 47. num. 3. ſubdit Corrad. loco
citato num. 23.*
50 Eſt tamen animaduertendum, quod ad hoc vt
quis dicatur originarius, non ſolum requiritur, vt
ſit natus in loco, ſed quod parentes ibidem domici-
lium contraxerint, etenim natus fortuito in aliqua
Ciuitate, ſeu diœceſi, ſcilicet in itinere, tranſitu, aut
cauſa alicuius negotij ordinari nequit ab Epiſcopo
dictæ diœceſis, cum ei ſubditus originarius non ef-
ficiatur *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 4. nu.
18. & ſeq. Bonacin. de Sacrament. ordinis diſ. 8. quaſt.
vnico punct. 4. num. 13. tom. 1. fo. mihi 262. Diana
reſol. moral. p. 8. tract. 2. de miniſt. Sacrament. ordinis
reſol. 11. & dixit* Rot. *dec. 327. num. 3. p. 1 diuerſ. quæ
eſt coram Cæſare de Graſſ. dec. 15. num. 4. de præben.
& tradunt communiter DD. in cap. Rodulphus de re-
ſcript.*
51 Vbi enim quis baptizatus eſt, inde trahit originē,
& per librum baptiſmi illam probare poſſe, tenent
*Rebuff. in tract. de pacificis poſſeſ. num. 117. Gonzal.
ad reg. 8. Cancel. gloſ. 9. §. 1. à num.* 105. *Gratian. di-
ſcept. forenſ. cap. 75. à nu. 16. Barboſ. in Concil. Trid.
ſeſſ. 23. de reform. cap. 8. num. 16.*
52 Ab Epiſcopo originis Matris non poteſt quis or-
dines recipere, niſi ſit vulgo quæſitus, cuius Pater
ignoratur *Nauar. in ſingular. canon. conclu.* 101. *nu.*
19. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 4. nu. 15.
& in Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 8. de reform. num. 18.
Diana reſol. moral. p. 8. tract. 2. de Sacrament. ordin.
reſol.* 18.
53 Neque ex origine aui nepos poteſt ad hunc effe-
ctum propriam originem deſumere, vt ex *Ric. Vgo-
lin. Marchin. Nouar. inſinuat Barboſ. de offic. & po-
teſt. Epiſcop. alleg. 4. num. 13. & in Concil. Trid. ſeſſ.
23. de reform. cap. 8. num. 19. Corrad. in prax. diſpen-
ſat. Apoſtolic. lib. 4. cap. 5. num. 22. in fi.*
54 Ratione domicilij efficitur quis ſubditus, & Diœ-
ceſanus Epiſcopi, vt ſiquis transferat ſe ad habitan-
55 dum in aliquo loco animo ibidem larem, rerumq;
fortunarumque ſuarum ſummam conſtituendi, &
perpetuo permanendi, & habitandi, ex quibus do-
micilium contrahitur *l. Ciues C. de incol. lib.* 10. *Bar-
boſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 4. num. 22. &
27. p. 2. & in* Concil. *Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 8.
num. 29. Diana reſol. moral. p. 8. tract. 2. de miniſtr.
Sacrament. ordin. reſol.* 15. Corrad. *in prax. Apoſtolic.
diſp. lib. 4. cap. 5. num. 24. fo. mihi 95. qui alios alle-
gant.*
56 Vbi enim quis incipit habitare in aliquo loco cū
animo perpetuo permanendi, ſtatim domicilium
acquirit, abſque alio curſu temporis, & non expe-
ctata decennali habitatione, aut alia temporis diu-
turnitate, præcipuè ſi declarauerit ſuam voluntatē,
& ſigna, & actus poſitiuos copulatiuè confirmaue-
rit, alias ſi haberet animum recedendi, etiam ſi per
mille annos moratus fuerit in tali loco domicilium
non contrahit Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. al-
leg. 4. num. 25.* Corrad. *in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib.
4. cap. 5. à num. 25. 26. & 27. Menoch. de arbitrar.
iudic. lib. 2. cent. 1. caſ. 86. num. 2. Rot. dec. 150. num.
8. p. 2. diuerſ.*
57 Aliter enim ſola emptio domus, vel alicuius par-
tis bonorum domicilium non facit *cap. dilectus de
reſcript. cap. ſi Epiſcopus de Paroch. cum alijs per
Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 4. num.* 27.
Vnde relinquitur Iudicis arbitrio, an ſit aſſumptum
domicilium etiam momento, non expectata diu-
turnitate temporis, arbitrium regulando ex conie-
cturis in facto occurrentibus *Maſcard. de probat.
conclu. 534. num. 9. Diana reſol. moral. p. 8. tract. 2. de*

miniſt. Sacrament Ordin. reſol. 15. *circa med. Rota dec.* 105. *num.* 4. *p.* 2. *diuerſ.*

58 Si verò ſumus in dubio, & nullus concurrat extraneus actus aſſumpti domicilij ex decem annorũ habitatione continua cenſetur contractum domicilium, cum præſumatur non velle recedere, ſecus verò ſi adſit aliquod inditium illum non habere animum permanendi, vt accidit in Scolaribus officialibus, & ſimilibus, *Rol. conſ.* 79. *num.* 51. & 52. *lib.* 3. *Surd. conſ.* 371. *num.* 47. *Farinac. fragment. crim. p.* 1. *lit. D. num* 215. & 222. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop alleg.* 4. *num* 28. & 29. & *in Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 8. *num.* 29. *verſ. ſi vero non conſtat. Diana reſol. moral. p* 8. *tract.* 2. *de miniſt. Sacrament. Ordin. reſol.* 15. *Beltram. in addition. ad Greg. XV. dec.* 279. *num.* 26. *Rot. in Romano Societatis coram Comitulo penes Morcheſ. de commiſſion. tom.* 2. *fo.* 227.

59 Sed ſi quis duo domicilia ſub diuerſis Epiſcopis habeat, in quibus licet non æquis mathematicis temporibus inhabitet, poteſt indifferenter à quocunque ex his duobus Epiſcopis ad ordines promoueri, quia ratione vtriuſque domicilij vtroque Epiſcopo efficitur ſubditus *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 4. *num.* 34. *p.* 2. *Vgolin. tract. eod. cap.* 26. *cap.* 2. *nu.* 3. *Auerſa de Sacrament. Ord. qu.* 3. *ſect.* 6. *Torreblanc. in pract. iur. ſpiritual lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 11. *Molpheſ. in ſumm. tom.* 4. *tract.* 2. *cap.* 2. *num.* 6. *Præpoſitus in* 3. *p. de Sacrament. ordinis quæſt. vnico dub.* 14. *num.* 135. *Sanchez de matrim. lib.* 3. *diſ.* 24. *num.* 2. *Diana reſol. moral. p.* 8. *tract.* 2. *de Sacram. ordin. reſol.* 14.

60 Barones, & feudatarij, eorumque filij poſſunt ad ordines promoueri ab Epiſcopo in cuius Diœceſi obtinent feudum, etiam ſi non habitent, & alibi domicilium retineant *Marchin. de ſacrament. ordin. tract.* 1. *p.* 5. *cap.* 7. *num.* 15. *Auerſa eod. tract. qu.* 3. *ſect.* 6. *Diana reſol. moral. p.* 8. *tract.* 2. *de miniſt. ſacrament. ordin. reſol.* 16. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 4. *num.* 32. & 33. *p.* 2.

61 Prout etiam expoſiti recipere poſſunt ordines ab Epiſcopo loci, in quo expoſiti fuerunt, cum ſine dubio per expoſitionem efficiantur ciues, & municipes, perinde ac ſi eſſent oriundi, *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 4. *num.* 37. *Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 30. *fo.* 96 *per doctrinam Bart. in l.* 1. *num.* 21. *ff. de municip. l. heres abſens* §. 1. *ff. de iudic.*

62 Ratione demum beneficij, cum quis etiam efficiatur ſubditus Epiſcopi Diœceſis, in qua poſſidet beneficium Eccleſiaſticum, poteſt ab eodem Epiſcopo, ſiue de eius licentia [à] quocunque Antiſtite ad ordines promoueri iuxta *text. in cap nullus de temp. ordinat. in* 6. *Marc. Anton. reſol. lib.* 1. *reſol. fi. caſ.* 28. *Garz. de benefic. p.* 2. *cap.* 4 *à num.* 1. *Squil. de priuileg. Cleric. cap.* 4. *num.* 237. *cum ſeq. Scip. de Rub. in aphoriſm. Epiſc. in verbo ordo ſub num.* 18. *Thom. Valuſc. alleg. iuri tom.* 1. *alleg.* 5. *à num.* 26. *Homobon. de Boniſ. de exam. Eccleſiaſt. p.* 1. *tract.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 3. *Quaranta in ſumma bul. in verbo ordo verſ. quo ad tertium, & verſ. circa ſecundum Bonacin. in tit. de Sacrament. ordin. diſ.* 8. *quæſt. vnico punct.* 4. *num.* 8. & 14. *Barboſ. de offic & poteſt Epiſcop. alleg.* 4. *num.* 42. & *in Concil. Trident. ſeſſ.* 23 *de reform. cap.* 8. *num.* 21. *Corrad. in prax. Apoſtolic. diſpenſat. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 34. *fo.* 96.

63 Ampliatur etiam ſi beneficium reſidentiam non requirat, ac proinde obtinentem beneficium ſimplex in aliqua Diœceſi poſſe ab Epiſcopo loci ordinari, cenſuiſſe *Sac. Cong. refert. Sel. in ſelect. canon. cap.* 18. *num.* 19. *Vgolin de offic. & poteſt. Epiſcop. cap.* 20. § 3. *verſ. ſecundo totum habet Sanchez. in Opuſc. moral lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 23. *num.* 7. *Campan. rub.* 8. *cap.* 8. *num.* 12. *Quaranta in ſumma bul. in verbo Ordo verſ. circa ſecundum Garz. de benefic. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 9. *Marc. Anton. lib* 1. *var. reſol.* 112. *cap.* 28. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 4. *nu.* 46. & *in Concil. Trid. ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 8. *nu.* 24. & de communi *Dian. reſol. moral. p.* 8. *tract.* 2. *de Sacrament. Ordinis reſol.* 21. *vt etiam docuit p.* 4. *tract.* 4. *Miſcel. reſol.* 51. *in fi.*

64 Contrarium tenet *Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap.* 48. *num.* 3. vbi teſtatur de praxi Neapolitana, quæ praxis cum non videatur iuri conſona, reprobatur à *Barboſ. d. alleg.* 4. *num.* 47.

65 Amp. 2. vt procedat etiam ſi beneficium ſit te-
nue, quis per textum *in cap. nullus de temp. ordin.*
in 6. non explicatur valor, & qualitas beneficij, ſed
ſimpliciter, & generaliter loquitur, vnde cum lex
non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus *l. il-*
lam C. de collat ac proinde, quod ſufficiat benefi-
cium eſſe quatuor aureorum tenet *Piaſec. in ſuo*
prax. cap. 1. *num.* 15. immò quod ſufficiat redditus
ducatorum duorum docet *Diana reſol. moral. p.* 4.
tract. 4. *miſcellan. reſol.* 51. *ſub verſ. ego prorſus &*
p. 8 *tit. de miniſtro Sacramenti Ordinis reſol.* 20. vbi
66 defendit, quod non ſit neceſſarium, quod benefi-
cium ſufficiat ad victum, & commodam ſubſtenta-
tionem, vt etiam animaduertit in dicta *reſol.* 51.
vbi ſubdit, quod licet *Concil. Trid ſeſſ.* 21 *de reform.*
cap. 2. exigat, vt beneficium ſit ſufficiens, vt quis
poſſit ſacris ordinibus inſigniri, hoc tamen proce-
dit, vbi agitur de conſtituendo beneficio in titulũ
ad effectum, vt quis promoueri poſſit ad ordines
ſacros, nam tunc debet eſſe ſufficiens ad victum,
& commodam ſubſtentationem, ſecus autem vbi
67 agitur ſimpliciter de promouendo ad ordines ſub-
ditum ratione beneficij, cuius reſpectu promoueri
poteſt, ſiue beneficium ſit pingue, ſiue exiguum,
& tenue, & exuberat, vt ſupplere poſſit per patri-
monium, quando ordinatus, ſeu in minoribus or-
dinibus conſtituens, ad ſacros ordines promoueri
debeat, vt etiam aduertit *Diana d. reſol.* 20 & hanc
ſententiam docent Garz. *de benef. tom.* 1. *p.* 2. *cap.*
4. *num.* 8. *Henriquez. lib.* 10. *cap.* 22. §. 1. *iuxta*
glo. lit. C. & cap. 17. *in glo. lit. Q. Barboſ. de iure*
Pontific. lib. 1. *cap.* 33. *num.* 38. & *in Concil. Trid.*
ſeſſ. 23. *de reform. cap.* 8. *num.* 22.

68 Contrarium quod beneficium debeat eſſe ſuffi-
ciens ad victum iuxta *decretum Concil. Trid. ſeſſ.* 21.
de reform. cap. 2. *tenet Quaranta in ſumm. bul. in*
verbo ordo verſ. circa ſecundum Aloyſ. Ric. in prax.
fori Eccleſiaſt. reſol. 260. *Squillante de priuileg. Cleric.*
cap. 4. *dub.* 18. *num.* 238. *Bonac de Sacrament. ordin.*
diſ. 8. *quæſt. vnico punct.* 4. *num.* 14. *verſ. dixi præ-*
ſertim & hanc opinionem recipit *Barboſ. de offic. &*
poteſt. Epiſcop. alleg. 4. *num.* 45. *verſ. quamuis con-*
69 *trarium* quando ſcilicet beneficium eſſet tenuiſſimũ
ratione præſumptæ fraudis, veluti in reddente qua-
tuor ducata in anno, vel ad ſummum in reddente
ſeptem, ex *Soto de iuſtitia lib.* 11. *qu.* 5. *art.* 3. & ita
ordinatum in ſuſpenſionem incidiſſe, & Epiſcopum

ita

ita ordinantem à collatione ordinum per annum
ſuſpenſum eſſe, cenſuiſſe Sacram Congregationem
Concilij inſtante Archiepiſcopo Neapolitano, re-
fert Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtol. lib. 4. cap. 5.
num. 35. & 36. fo. 96.
70 Ampl. 3. procedere etiam ſi ordinandus non ha-
beat beneficium in titulum, ſed in commendam
perpetuam, vt ex Garz. Nauar. Ric. Sanchez. Mar-
chin. Nauar. comprobat Barboſ. de offic. & poteſt.
Epiſcop. alleg. 4. num. 50. p. 2. & in Concil. Trid.
ſeſſ 23. de reform. cap. 8. num. 25. & num. 28. vbi
ampliat etiam in poſſidente præſtimonium aliquod.
71 Amp. 4. quod habens plura beneficia in diuerſis
Diœceſibus poſſit ab omnibus illis Epiſcopis ordi-
nari, adeout per electionem vnius, non cenſeatur
præcluſa via, quo minus prò alijs ordinibus poſſit
ordinatus ad alios Epiſcopos accedere, vt notat
Nouar. in ſing. canon cancln. 102. num. 22. Garz. de
benefic. p. 2. cap. 4. num. 2. Barboſ. de offic. & poteſt.
Epiſcop. alleg. 4. num. 51. p. 2. & in Concil. Trid.
ſeſſ. 23. de reform. cap. 8. num. 27. Diana reſol. mo-
ral. p. 8. tit. de miniſt. Sacrament. ordin. reſol. 23. Cor-
rad. in prax. diſpenſat. Apoſtol. lib. 4. cap. 5. nu. 37.
fol. 96.
72 Amp. 5. vt collatio beneficij ſit neceſſaria, etiam
in prima tonſura, vt ordinatus ab Epiſcopo non
ſuo ratione beneficij, efficiatur de eius foro, & ſit
ei ſubditus Nauar. conſ. 24. in antiq. alias 11. in no-
uic de temp. ordin. Sayr. in flor. dec. ſub eod. tit. dec.
26. Zerol. in verbo ordo verſ. quinto, dubitatur poſt.
med. Cened. canon. quæſt. lib. 1. qu. 38. nu. 30. verſ.
quod decretum Garz. de benef. p. 2. cap. 5. num. 84.
Bonacin. in tit. de ſuſpenſ. in particul. diſ. 3. qu. 1.
punct. 11. ſub num. 9. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 23.
de reform. cap. 9. num. 11. Corrad. in prax. diſpenſ.
Apoſtolic. lib. 4 cap. 5. num. 62. verſ. ſilentio autem
vſque ad fin. fo. 98. Rot. dec. 731. num. 15. p. 1. di-
uerſ.
73 Amp. 6. quod Epiſcopus optans aliquem ordi-
nare, etiam ſi nullum habeat beneficium in ſua
Diœceſi poſſit illum ordinare, ſi paulo ante eidem
conferat beneficium, hac intentione, vt eundem
validè initiare valeat, quia textus in cap. cum nullus
de temp. ordin. in 6. ſolum exigit, vt quis beneficiũ
legitimè obtineat, nec diſtinguit qua ratione ob-
tentum fuerit, & conſequenter nec nos diſtinguere
74 debemus, nec videtur eſſe in fraudem alterius Epi-
ſcopi originis, ſeu domicilij, etenim Epiſcopus
beneficij vtitur iure ſuo, ex lege Pontificia proue-
niente, ita ex Vgolin. & Marchin. de Sacram. ordin.
tract. 1. p. 5. cap. 8. nu. 9. tradit Diana reſol. moral.
p. 8. tract. de miniſt Sacram. ordin. reſol. 22. vbi con-
trarijs reſpondet.
75 Limit. 1. vt procedat dummodo beneficium ſit
perpetuum, ita vt non ſufficiat, ſi eſſet manuale,
vel amouibile Diana reſol. moral. p. 8. tract. 2. de
miniſt. Sacram. ordin. reſol. 19. cum generalis regula
76 ſit, quod ad titulum vicariæ temporalis, aliorum-
que ſimilium beneficiorum, ſeu capellaniarum
amouibilium non poſſit quis promoueri ad ſacros
ordines Maiol. de irregularit. lib. 4. cap. 15. num. 4.
Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 2. quæſt. 6. nu.
1. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 5. §. 3. num. 42.
cum alijs allegatis per Barboſ. de offic. & poteſt. Epi-
ſcop. alleg. 19. num. 25. & in Concil. Trid. ſeſſ. 21.
cap. 2. de reform.

77 Limit. 2. vt procedat habita beneficij poſſeſſione,
ita vt non ſufficiat ſola collatio, ſeu titulus, Garz.
de benef. tom. 1. p. 2. cap. 4. nu. 17. Barboſ. de offic.
& poteſt. Epiſcop. alleg. 4. num. 55.
78 Contrarium quod actualis beneficij poſſeſſio non
requiratur ad hoc vt Epiſcopus acquirat iuriſdi-
ctionem in beneficiatum, ſed quod ſufficiat etiam
ſola collatio, ſeu titulus, docet ex Ric. p. 2. deciſ.
188. num. 3. Diana reſol. moral. tract. 2. de miniſt.
Sacram. ordin. reſol. 24. p. 8.
79 Limit. 3. ex cauſa penſionis, cuius reſpectu quis
non ſubijcitur Præſuli, in cuius Diœceſi erectum
reperitur beneficium penſionis onere affectum, &
ratio eſt, quia penſio propriè non eſt beneficium,
Ric. in prax. fori Eccleſiaſt. dec. 302. in prima impreſ.
& reſol. 261. in 2. impreſ. Vgolin. de offic. Epiſcop.
cap. 26. §. 3. verſ. excipitur tamen primo Barboſ. eo-
dem tract. alleg. 4. nu. 56. p. 2. Marchin. de Sacram.
ordin. tract. 1. p. 5. cap. 8. num. 10. Diana reſol. mo-
ral. p. 8. tract. 2. de miniſt. Sacram. ordin. reſol. 26.
Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib. 4. cap. 5. nu.
38. fo. 96.
80 Limit. 4. ſi beneficium obtentum fuerit in frau-
dem, quia tunc non iuuat quo ad ſuſceptionem
ordinum, dolus enim, & fraus nemini patrocinari
debent, glo. in cap. eos, qui verſ. figmento in fi. de
temp. ord. Aloyſ. Ric. reſol. 262. cum alijs per Bar-
boſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 4. num. 57.
81 Regulares etiam non poſſunt promoueri ad or-
dines, niſi ab Epiſcopo illius loci, vbi retinent Con-
uentum, & ab eorum ſuperioribus de familia de-
putati fuerunt, & degunt, vel ab alio eius acce-
dente conſenſu, & accedentibus literis dimiſſorijs
ſuorum Regularium ſuperiorum, vt ordinatum
fuit a Leone X. in Concilio Lateranenſi in Bulla mo-
derationis priuilegiorum Religioſorum, Barboſ. de
offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 4. num. 58. 59. & 60.
82 vbi quod ab hac obligatione ſunt exempti Patres
Societatis Ieſu, & num. 60 Fratres Sancti Ioannis
Hyeroſolimitani Iacob. Pignatel. conſult. canon. p. 3.
conſult. 45. ſub num. 10. & licet vigore conſtitutio-
83 nis B. Pij V. Regularibus conceſſum fuit priuile-
gium ſuſcipiendi ordines etiam ſacros à quocun-
que Catholico Antiſtite Ordinarij loci minimè re-
quiſita licentia, hæc tamen conſtitutio a Gregorio
XIII. ſua conſtitutione 15. in ordine Bullar. incip. in
tanta rerum reuocata fuit, & redacta ad terminos
iuris communis, & Sacri Concil. Trid. quo atten-
to hodie Regulares ordinari debent ab Epiſcopo
loci, vbi degunt, aut ab alio de eius licentia Miran-
da in manual. Prælatar. tom. 1. quæſt. 38. art. 3. Bar-
84 boſ. dicta alleg. 4. num. 61. & ita ſtatuit Sacra Con-
gregatio Concilij Tridentini, quod decretum con-
firmauit, & ſeruari mandauit Clemens VIII. & de
verbo ad verbum refertur à Nicol. in ſuis Floſcul. in
verbo Regulares num. 35. & in eodem decreto ha-
85 betur quod ſi proprius Epiſcopus abſit, vel non
habeat ordinationes, tunc expreſſa huiuſmodi cau-
ſa ordinari poſſunt à quocunque alio Diana reſol.
moral. p. 2. tract. 16. reſol. 15. & par. 6. tract. 7.
reſol. 35.

SVMMARIVM.

1 Aſſumens Clericatum , vel ingrediens Religionem poſt commiſſum delictum ſeeluſa fraude liberatur á iuriſdictione laicali .

2 Et licet attendatur ſtatus de tempore delicti , fallit tamen vbi quis ex ordine Eccleſiaſtico ſuperueniente , eximitur á iuriſdictione laicali nu. 3.

4 Priuilegium enim ſuperueniens liberat ab onere antea iucumbente .

5 Amp. vt procedat etiam in Religioſo qui profeſſionem emiſit .

6 Immo etiam in Nouitijs .

7 Amp. in laico relegato ad inſulam per aliquod tempus, ſi interim effectus ſit Clericus , & non ſeruet exilium puniri non poteſt á Iudice laico .

8 Limit. 1. quando ſolum adijciatur forus .

9 Limit. 2. vbi concurrit fraus , nam tunc liberatur , quo ad perſonam,non autem quo ad bona nu. 10. Contrarium num. 12.

11 Clericatum aſſumens , vel ingrediens Religionem poſt delictum , quando cenſeatur in fraudem .

13 Limit. 3. in fideiuſſore laici . qui euaſit Clericum poſt delictum , qui per Iudicem laicum conueniri poteſt ad pænam promiſſam . Contrarium num. 15.

14 Exceptio declinatoria fori competens principali non datur fideiuſſori .

16 Ab inobſeruantia promiſſorum quis eximitur ob mutationem conditionis perſonarum , & negotiorum .

17 Fideiuſſor laicus , ſi poſtea efficiatur Clericus conueniri debet coram Eccleſiaſtico Iudice .

18 Clericus ſi pro laico fideiubeat eſt conueniēndus coram Iudice Eccleſiaſtico non obſtante obligatione in ſolidum .

19 Clericus , & laicus ſi eodem tempore obligantur ambo conueniri debent coram Eccleſiaſtico .

20 Clericus facit priuilegiatum laicum cum ipſo concurrentem .

21 Clericus non debet fideiubere , niſi ob neceſſitatem, pro ſua Eccleſia , vel alio Clerico nu. 22.

23 Valet tamen fideiuſſio Clerici,quo ad bona patrimonialia , non autem Eccleſiæ .

24 Fideiuſſor quando per mutationem ſtatus , aut mortis principalis liberetur .

25 Fideiuſſor de iudicio ſiſtendo , & iudicatum ſoluendo per mortem ſui principalis liberatur a prima , ſed non á ſecunda .

26 Clericus effectus lite pendente coram Iudice ſæculari non eſt coram eodem proſequendum iudicium num. 27. Contrarium nu. 28

29 Declara 2. ſententiam , vt procedat quo ad proſecutionem iudicij vſque ad ſententiam , non quoad eius executionem , quæ ſpectat ad Epiſcopum .

30 Statuta concedentia executionem inſtrumentis non comprehendunt Clericos .

31 Clericus ſuccedens laico executiuè obligato contrahit eandem obligationem , & ſubijcitur ſtatuto laicali .

32 Coram Iudice tamen Eccleſiaſtico eſt executiue conueniendus .

33 Clericum ſe faciens poſt contractum, & delictum etiam in contractibus , & cauſa ciuili conueniendus eſt coram Iudice Eccleſiaſtico, non obſtante , quod lis fuerit inchoata coram Iudice laico .

34 Clericus venditor , ſi interpelletur ab emptore ad liberandum a moleſtijs non tenetur comparere coram Iudice ſæculari Contrarium nu. 35. Declara nu. 37.

36 Detentor non poteſt allegare priuilegium ſui Iudicis .

38 Clericum ſe faciens poſt delictum pæna vltimi ſupplicij puniendum, eſt degradandus , & curiæ ſæculari tradendus ,

39 Ingrediens Religionem non adhibita diligenti inquiſitione de vita,& moribus ad præſcriptum Bullæ Sixti V. non gaudet priuilegio fori .

40 Sed dicta conſtitutio moderata fuit à Clemente VIII. vnde remanet ingrediens Religionem etiam in fraudem ſubiectus Iudici laico quo ad bona , non quo ad perſonam .

41 Clericus in fraudem reaſſumens habitum dimiſſum gaudet tantum quo ad perſonam , non quo ad bona .

42 Clericus ſi poſt commiſſum delictum ducat vxorem, vel fiat laicus puniendus eſt a Iudice Eccleſiaſtico .

43 Si relegatus durante relegatione efficiatur laicus , & frangat relegationem puniri poteſt á Iudice laico .

Declara vt num. 44.

An aſſumens Clericatum , vel ingrediens Religionem poſt delictum gaudeat priuilegio fori .

ADNOTATIO III.

1 DElinquens ſi poſt commiſſa ſcelera aſſumat
Clericatum , ſeù caracterem , & habitum
Clericalem , aut Religionem ingrediatur ſecluſa
fraude totaliter liberatur á iuriſdictione laicali , &
tantum ſubijcitur Iudici Eccleſiaſtico , á quo puniri debet ,& hanc concluſionem á frequentiori Doctorum calculo receptam eſſe , alijs congeſtis teſtatur *Iul. Clar. in §. fi. qu. 36. num. 38. lib. 5.*

2 Et quamuis attendatur ſtatus in quo quis erat
tempore delicti ad fundandam iuriſdictionem , ſeù
ad cognoſcendum ad quem forum ſpectet cognitio
3 criminis ; Tamen hoc ceſſat in laico delinquente ,
qui poſt delictum effectus ſit Clericus , nam tunc ex
ordine Eccleſiaſtico eximitur cauſa perpatrati criminis a iuriſdictione ſæculari , vt potè quia priuile-
4 gium ſuperueniens liberat ab onere , quod alicui
incumbebat *l. Spadone §. ſi autem quis tutor , & l. inreperitos in prin. de excuſat. tutor. & comprobat Oltrad. conſ. 4. num. 1. qui de veriori teſtatur Gratian. diſcept. forenſ. cap. 226. num. 20. & ſeq. tom. 2.*

5 Amp. vt procedat non ſolum in Clerico , ſed etiã
in Religioſo , qui profeſſionem emiſit , qui quo ad
Mundum cenſetur mortuus , mors enim omnia ſol-
6 uit , vt ex *Bart. docet Gratian. diſcept. 226. num. 33. & 34.* vbi ampliat etiam in Nouitijs , exiſtentibus
intra annum probationis , ex *Decian. in prax. crim. lib. 4. tom. 1. cap. 9. num. 24. verſ. vndecimo extende Marſil. ſing. 534. attende ad vnum in fi.*

7 Amp. in laico relegato ad inſulam per aliquod tempus , ſi infra illud tempus promoueatur ad ordines Clericatus , & non ſeruet exilium diſcedendo á loco relegationis , non poteſt condemnari pæna non ſeruati exilij iuxta formam ſententiæ Iudicis ſæcularis , ratione mutationis ſtatus , & fori , ac noua conditione perſonæ, nec propterea Iudex ſæcularis poteſt ſe intromittere pro defenſione ſuę ſententiæ contra laicum effectum Clericum , qui in totum per ſuſceptionem ordinis Eccleſiaſtici eximitur ab eius iuriſdictione , ita vt efficiatur omninò incapax ob mutationem ſtatus , & fori , licet ſecus eſſet , ſi adijceretur tantum forus , *Franc. deciſ. 395. Valaſc. conſult. 43. Oltrad. conſ. 4. in prin. latè Gratian. diſcept. 426. a num. 35. vſque ad 41. to. 2.*

8 Limit. 1. quando ſolum adijciatur forus , cum tunc non mutetur ſtatus , vt in *l. cum quædam puellę de iuriſdict. omnium Iud. cap. propoſuiſti de foro competen. & alijs congeſtis tradit Gratian. diſcept. forenſ. cap. 226. num. 22. tom. 2.*

9 Limit. 2. vt procedat in Clerico , ſeu Monacho effecto poſt commiſſum delictum ſine fraude , ſecus ſi in fraudem ad euitandam ſæcularem iuriſdictionem

Digitized by Google

nem, & ad effingiendam pœnam á ſeculari Iudice
irrogandam, præcipuè ſi delinquens aſſumpſit ha-
bitum Clericalem, non ſolum poſt delictum, ſed
etiam poſt ſabricatum proceſſum, vel datum fide-
iuſſorem de ſe repræſentando coram Iudice laico,
nam hoc caſu recognita fraude á Iudice Eccleſiaſti-
co, licet liberetur quo ad perſonam a iuriſdictione
Iudicis ſecularis, & gaudeat priuilegio fori, non
tamen liberatur quo ad bona, adeo vt poſſit Iudex
laicus proceſſui finem imponere quo ad bona tantũ
procedendo, & ita determinaſſe *Sac. Cong. Concil in
vna Papienſi 23. May 1626. & Sac. Cong. Immunit.
in alia Ciuitatis Caſtellanæ 18. Febr. 1631. refert
Diana reſol. moral. poſt 5. partem tit. reſol. Sac Cong.
28. & Iacob. Pignatel. reſol. canon. p. 3. conſult. 20.
num. 36. idem Diana reſol. moral. p. 1. tract. 2. de
immunit. reſol. 26. verſ. notandum eſt vero Cenedo in
collect. Iur. can. p. 1. collect. 3. num. 17. ex originali
doctrina Io: Andreę in cap. 1. num. 19. in fi. verſ. puto
quod de ratiocin. Flamin. Cartar. de executione ſen-
ten. cap. fi. num. 308. ad med. verſ. tertia concluſio,
Farinac. qui alios copioſe allegat. in tit. de inquiſit. qu.
8. num. 104. iuncto num. 107. Gratian. diſcept. forenſ.
cap. 226. num. 29. & 30. Cabal. reſol. crim. caſ. 108.
num. 2. Franc. dec. 209. num. 1. & dec. 384. in fin.
Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Cleric. per-
ſonal. §. 4. num. 3. ſub verſ. ſi vera non eſt pœnenta
Bonac. in tit. de leg. diſ. 10. qu. 2. punct. 1. num. 16.
& in tit. de cenſur. in Bulla Cœnæ contentis diſ. 1. qu.
16. ſect. 1. punct. 5. à num. 9. cum plurib. ſeq.* qui
10 omnes concludunt, quod in caſu, quo quis Cleri-
catum in fraudem aſſumpſerit, licet poſſit à ſecu-
lari Iudice puniri, non tamen poterit corporaliter,
ſed tantummodo in pecunia, & bonis, & ſic erit
Iudex cauſæ, & non perſonæ.

11 In fraudem enim poſt delictum perpatratum
Clericatum ſuſcipere, vel Religionem ingredi dici-
tur, ſi delinquens poſt diffamationem, vel accuſa-
tionem, ſeu inquiſitionem, aut citationem, vel con-
tumaciam, ſiue condemnationem promoueatur,
vel Religionem ingrediatur per textum *in l. fi. ff. de
bon. eor. qui ſibi mort. conſcine l. fi. ff. de re milit. Bart.
& aly in l. ſi quis poſtea ff. de iud. & in l. ſi adulter. §.
ſi hoc tempore ff. de adult. Boſſ. in tit. de pæn. num. 38.
Clar. in §. fi. qu. 36. num. 39. Flamin. Cartar. de exe-
cut. ſenten. cap. fi. num. 308. verſ ex pluribus autem
Farinac. dicta quæſt. 8. num. 110. Franc. deciſ. 209.
num. 1. & ſeq. p. 1. Rodriq. quæſt Regul. tom. 2. qu.
2. art. 3. Duard. in comment. Bullæ Cœnæ Domini lib.
2. cap. 15. quæſt. 11. num. 6. cum alys per Bellet. diſ-
quiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Cleric. perſonal. §.
4. num. 2.*

12 Contrarium verò quod hæc diſtinctio, vt poſſit
fieri executio in bonis non ſit ex omni parte tuta,
cum exempta perſona Clerici, non ſit æquum eum
moleſtari in rebus ab eo Iudice à quo fuit exem-
ptus, vt pote quia exemptio perſonæ in Eccleſiaſti-
cis abſorbet etiam bona, vt eadem immunitate
fruantur, & vna cum perſona, eiuſque priuilegio
confundantur, vt ex *Ia. And. animaduertit Gratian.
diſcept. forenſ cap. 226. num. 32. tom. 2.*

13 Limit. 3. in fideiuſſore, qui ex eo quod princi-
palis, pró quo fideiuſſit euaſerit Clericus, non
propterea liberatur, & contra eum procedi poterit
per Iudicem ſecularem ad pænam promiſſam, cum
non debeat gaudere priuilegio fori Eccleſiaſtici ex
perſona eius, pro quo fideiuſſit, quaſi hoc ſit pri-
uilegium perſonale rei, quod non extenditur ad fi-
14 deiuſſorem, cum etiam exceptio declinatoria fori
competens principali non detur fideiuſſori, aut ceſ-
ſionario *l. ſi reus ff. de Iudic. ſolu. l. ſed & ſi reſtituæ-
tur §. 1. ff. de Iudic. ita docet Bald. in l. vnica in fin.
num. 10. verſ. extra quæritur C. de priuil. dat. Guid.
Pap. quæſt. 562. in fi. num 5. Afflict. deciſ. 206. in
1. dub. vbique Vrſil num. 1. cum alys per Gratian diſ-
cept. 226. nu. 42. verſ. quæ autem dicta ſunt tom. 2.*

15 Contrarium, & verius quod fideiuſſor liberetur,
quia reus principalis mutauit ſtatum, ex quo eua-
ſerit Clericus, tunc autem cum mutet forum, non
poterit amplius conueniri coram iudice laico, co-
ram quo fuit præſtita fideiuſſio, etenim generaliter
16 quis ab inobſeruãtia promiſſorum eximitur quan-
do ſunt mutatæ conditiones perſonarum, & nego-
tiorum argumento *textus in l. ſi filius ff. de tut. &
ration. diſtrahen. Horat. Lutius inter conſ. crim. diuerſ.
conſ. 163. num. 11. vol. 1. in fo.* vbi hoc comprobat
*ex auctorit. Diui Thomæ 2. 2. quæſt. 110. art. 3. ad
fin. Card. in Clement. 1. qu. 9. de cenſib Horat. Luc.
inter conſ. crim. diu. conſ. 163. num. 11. vol. 1. Mar-
ſil. in rub. de fideiuſ. qu. 12. num. 132. & ſeq. Boſſ.
in tit. de carcerat. fideiuſ. comit. num. 2. Cephal conſ.
187. num. 8. vol. 2. Muſcatel. in pract. fideiuſ. in 1.
p. modo 19. num. 17. Farinac. in tit. de carcer. & car-
cerat. qu. 34. num. 38. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1.
tit. de fauore Cleric. perſonal. §. 4. nu. 7.*

17 Quibus accedit, quod ille, qui fideiuſſit, ſi ſit
laicus, ſi poſt præſtitam fideiuſſionem aſſumpſerit
Clericatum, non poſſit coram laico conueniri, ſed
eſt conueniendus coram Eccleſiaſtico ob mutatio-
nem ſtatus, & fori ita ex *Marſil. in rub. de fideiuſ. nu.
110. & Surd. conſ. 396. per tot. vol. 3. tradit Bellet.
diſquiſit. Clerical. p. 1. de fauor. Cler. perſon. §. 4.
num. 8.*

18 Ita pariter, ſi Clericus pro laico fideiubeat pro
executione fideiuſſionis conueniendus eſt coram Iu-
dice Eccleſiaſtico, & ſi Iudex ſecularis pronuncia-
uit ſententiam contra principalem laicum, exequi
minimè poteſt contra Clericum fideiuſſorem, etiam
ſi ſit in ſolidum obligatus, *Bald. in l. 1. in fi. C. de
execut. rei iudic. Dyn. in l. 1. ff. ſi quis in inſ. vocat.
non ier. Ancbar. in cap. ex quę num. 27. ff de reg. iur.
in 6. Surd. conſ. 396. num. 23. relat per Bellot. diſ-
quiſit. Clerical. p. 1. de fauor. Cleric. perſonal. §. 4.
num. 9.*

19 Quando enim eodem tempore Clericus, & lai-
cus ſimul obligantur, ambo conueniri debent co-
20 ram Iudice Eccleſiaſtico, vt pote quia Clericalis
ordo ſit tantæ dignitatis, vt faciat non ſolum ipſum
Clericum priuilegiatum, ſed etiam laicum cum eo
concurrentem, ita *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 226.
num. 42. circa fin. verſ. quidquid alias to. 2. ex Mar-
ſil. in rub. de fideiuſ. num. 130. vſque ad num. 133.
qu. 12. verſ. quinimmo dico, & ex Bart. in l. preci-
pimus §. eadem obſeruando num. 2. C. de appel.*

21 Clerici tamen non debent fideiubere *cap. 1. de fi-
deiuſ. & cap. te quidem 11. qu. 1. Vgolin. de offic. &
22 poteſt. Epiſcop. cap. 13, §. 30. num. 6.* vbi limitat in
tribus caſibus, primo vbi neceſſitas impellat, &
vrgeat, cum tunc ex pietate teneatur, *cap. non ſatis
diſtin. 86. glo. in cap. te quidem 11. qu. 1.* ſecundo prò
ſuis Eccleſijs, tertio prò alio Clerico.

23 Valet tamen fideiuſſio, ex quacunque fideiuſ-
ſione

Digitized by Google

ſione facta à Clericis obligantur ipſi, & ſua bona patrimonialia, vel quaſi, non autem bona Eccleſiæ, ita *DD. in d. cap. 1. de fideiuſ. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. cap. 13. §. 30. num. 5. in fin. fol.* 101. & 102.

24 Per mutationem enim ſtatus, aut per mortem liberatur fideiuſſor, quando id, quod promiſit impoſsibile, eſt præſtari poſſe mortuo principali, vel in alium ſtatum commutato, ſecus ſi morte, vel ſtatus mutatione ſecuta fideiuſſor id, quod promiſit præſtare poſſit, nam tunc non liberatur præcipuè ſi res quæ promiſit conſiſtat in quantitate, quam propterea ſoluere tenetur, vt magiſtraliter diſtinguit *Alber. in l. ſi deceſſerit poſt num. 6. ff. qui ſatisdar. cogunt. cum alijs per, Farinac. in prax. crim. tit. de carcer. & car-*
25 *cerat. quæſt. 34. num. 37.* vbi examplificat in fideiuſſore, qui copulatiuè promiſit, & in iudicato ſiſtere, & iudicatum ſoluere, qui licet per mortem rei liberetur à promiſſionis parte de iudicio ſiſti, non tamen liberatur ab alia parte de ſoluendo iudicatum ex *Iaſ. in l ſi deceſſerit num. 4. ff. qui ſatisdar. cogunt. ibique Caſtr. poſt num. 6. verſ idem in fideiuſſore iudicatum ſolui idem Iaſ. in l. ſi vero num. 1. & 2. ff. qui ſatisdar. cogunt.*

26 Quod ſi litigans coram Iudice ſæculari poſt litem motam, & inchoatum iudicium efficiatur Clericus, cum eximinatur à iuriſdictione Iudicis laici, coram eodē non eſt proſequēdum iudicium *Gennen. in prax. Archiepiſcopal. Neapol. cap. 8. n. 5. Anton. de Marin. quotid. reſol. cap. 54. num 8. relat. per Dian. reſol. moral. p. 4. tract. 1. de immun. reſ.* 38. vbi ſicuti poſt de-
27 lictum confugiens ad Eccleſiam gaudet immunitate, ita Clericus fori priuilegio poſt Clericatum.

28 Contrarium, quod hoc caſu Clericatus ſuperueniens non impediat, quin cauſa prius inchoata proſequatur coram eodem Iudice, tenent *Carol. de Graff. de effect. Clericat. effect. 1. num.* 1239. *Squillan de priuileg. Cleric. cap. 7. dub. 3. num. 59. Ric. dec. 218. num. 3. p. 4. Surd. dec. 110. num. 3.*

29 Sed ſi adhærere velis ſecūdæ opinioni, eſt animaduertendum, quod procedat, quouſque lis per ſententiam terminetur, ſed ipſa ſententia eſt exequenda per Iudicem Eccleſiaſticum, non per laicum contra Clericum *Anton. de Marin. & Carol. de Graſsis in locis proximè citatis. Diana dicta reſol.* 38.

30 Vbi autem ſtatuta laicalia concedunt publicis inſtrumentis executionem nullo modo comprehendūt Clericos, vt reiecta opinione *Couar. pract. qu. 16. nu. 5. ad med. verſ. nihilominus*, & improbata quacunque conſuetudine etiam mixta Clericorum, & ſæcularium dixit *Rot. dec. 73. num. 4. poſt Laberint. creditor. Salgad. & dec. 163. per tot. & dec. 603. num. 12. poſt Zacch. de oblig. Cameral. Ciarlin. controuerſ. forenſ lib. 1. cap. 31. num. 16.*

31 Sed ſi forte Clericus ſuccedat laico executiuè obligato, contrahit eandem obligationem, & huiuſmodi obligatio ex perſona hæredis nō poteſt immutari, ita vt ſubijciatur ſtatuto laicali, in eo, in quo ſucceſsit ſiquidem hæres adeundo ſe obligat, & quaſi contrahit cum creditoribus, ita *Rot. dec. 73. num. 27. poſt Laberint. creditor. Salgad.*

32 Etenim hoc caſu mutatur tantum forus, ſed non forma obligationis, vnde Clericus hæres conueniri debet etiam executiuè coram ſuo Iudice *Rot. dicta dec. 73. num. 29. poſt Laberint. creditor. Salgad. Carol. de Graff. de effect. Cleric. effectu 1. num.* 281. *Marta*

de iuriſdictione p. 4. cent. 1. caſ. 13. num. 7. cum repræſentet perſonam defuncti, cuius ius, & actiones, tum actiuè, tum paſsiuè in eum tranſeunt iuribus vulgaribus.

33 Hinc eſt quod non ſolum in delictis, ſed etiam in contractibus, & in cauſa ciuili Laicus, qui poſtea promotus fuerit ad ordines poſsit declinare forum Iudicis ſæcularis, ſiquidem ſi contractus celebratus fuit tempore, quo quis erat laicus, ſi poſtea fiat Clericus debet conueniri coram Iudice Eccleſiaſtico, etiamſi lis eſſet incepta antequam ille fieret Clericus *Felin. in cap. ex tenore num. 19. verſ. fallit vndecimo de reſcript. & in cap. fi. num. 14. de conſtit. late Surd. conſ. 396. num. 19. & per tot. vol. 1. Vincen. de Franc. dec. 400. Adden. ad* Capel. *Tholoſ. dec. 144. cum alijs relat. per* Bellet. *diſquiſit. Clerical. p. 1. de fauor. Cleric. perſonal. §. 4 num. 11.*

34 Vbi vero Clericus interpelletur ab Emptore moleſtato coram Iudice laico ſuper re vendita ad eum defendendum (vt ſi de euictione teneatur) & ad liberandum à moleſtijs non tenetur comparere, coram Iudice ſæculari, ſed coram ſuo Iudice *Marta de iuriſdict. p. 4. cent. 1. caſ. 35. num. 21. & ibi fuiſſe ſepiſſimè iudicatum obſeruat* Marant. *in ſuo ſpeculo p. 3. diſt. 11. num. 78. Squillan. de priuileg.* Cleric. *cap. 7. dub. 3. num. 80. cum alijs per Dian. reſol. moral. p. 4. tract. 1. reſol. 25. verſ. verum contrarium* Capic. *dec. 197. num. 7. Gram. dec. 21. num. 9. & 10.* vbi ita indicatum refert.

35 Contrarium quod Clericus venditor, teneatur defendere emptorem moleſtatum ſuper re vendita coram Iudice ſæculari, quia accedendo ad huiuſmodi iudicium non efficitur reus neceſſarius, dum ſolum accedit ad aſſiſtendum Emptori, eumque defendendum, vt per hoc non dicatur conueniri coram Iudice laico per textum in *l. venditor ff. de re*
36 *iudi.* vbi dicitur defenſorem non poſſe allegare priuilegium ſui Iudicis *Soccin. ſen. conſ. 91. num. 14. vol. 3. Couar. practic. quæſt. cap. 8. num. 2. Facchin. controuerſ. iur. cap. 37. lib. 2. Gail. lib. 1. pract. obſer. 37. num. 7. Ceual. de cognit. per viam violen. p. 2. qu. 23. num. 24. Aufer. ad Capel. Tholoſan. dec. 361. num. 2. per gloſ. in cap. Clericum nullus* 11. *qu.* 1.

37 Quæ opinio contraria quod procedat, quando Clericus venditor canonicè denunciatus coram Iudice eccleſiaſtico, de eius licentia vellet defendere emptorem coram Iudice laico ſubdit *Diana reſ. moral. p. 4. tract. 1. de immun. reſ. 25. verſ. verum contrariam in fi.*

38 In caſu verò quod delinquens aſſumpſerit Clericatum in fraudem, & delictum eſſet pæna vltimi ſupplicij plectendum, quod Epiſcopus debeat eum degradare, & tradere curiæ ſæculari voluerunt Bart. *in l. 1. ff. de pæn. num. 3. Abb. in cap. 1. num. 2. verſ. ex ijs putes de oblig. ad ratioc. non ordinan. Igneus in l. fideicommiſſum num. 266. ff. ad Syllan Clar. in §. fi. qu. 36. num. 38. in fi. cum alijs congeſtis per Flamin. Cartar. de executione ſenten. cap fi. num. 308. ad med. verſ. quamuis deberet Iudex Farinac. qu. 8. num. 108. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor Cleric. perſonal. §. 4. num. 2. circa fin. verſ. in caſu tamen, & nu. 3.* vbi cum *Farinac.* loco citato *num.* 9. & alijs reprehendit Iudices ſæculares pænam imponentes dictis Clericis abſq; degradatione, vbi Epiſcopus difficilis redatur ad huiuſmodi degradationem faciendam, & idem *Farinac.* ſubdit, quod ipſe hoc non

facerer

facerit, ſi eſſet Iudex niſi cum Clericis primæ tonſuræ.

39 Et circa ingredientem Religionem, quod non gaudeat priuilegio fori, quoties ad Religionem admiſſus fuerit neceſſaria, & diligenti inquiſitione non adhibita à ſuperioribus, videlicet, an aliquod delictum perpetrauerit, an ſit aere alieno grauatus, vel ad reddendam rationem adſtrictus, & ſimilibus præſcribitur *in conſtitutione Sixti V. ex ordine Bullar. 73. incip. cum de omnibus Eccleſiaſticis ordinibus § caterũ edito de anno 1587. ſexto Kal. Decemb. de quo Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Cleric. perſonal. §. 4. num. 15. Bonacin. tit. de cenſur. in Bulla Cang diſ. 1. qu. 16. punct. 3. num. 15. tom. 3.*

40 Verò cum dicta Bulla *Sixti V.* moderata fuerit à *Clem. VIII.* & redacta ad terminos iuris communis non videtur Nouitium etiam ſi cum fraude ingreſſus ſit Religionem eſſe puniendum à Iudice laico quo ad perſonam, ſed tantum in pecunia, & bonis *Diana reſol. moral. p. 4. tract. 1. de immun. Eccleſ. reſ. 95. verſ. verum ego ex Homobon. conſult. moral. vol. 1. prac. 8. p. 2. reſponſ. 190. Bortolo de Vecchis in prax. Nouit. diff. 11. dub. 12. num. 11. Marta de iuriſdictione par. 4. cent. 2. caſ. 121. numer. 22. vbi latè comprobat* præfatum Nouitium neque in pecunia, & bonis puniri poſſe à Iudice ſæculari.

41 Si autem Clericus poſt dimiſſionem habitus, in fraudem reaſſumat, gaudet tantum quo ad perſonam, non quo ad bona, & ita declaraſſe *Sac. Cong. in Reatina 10. Septemb. 1629. refert Iacob. Pignatel. conſult. canon. p. 3. conſult. 20. num. 39.*

42 Clericus tamen ſi poſt commiſſum delictum ducat vxorem, vel alioquin fiat laicus eſt puniendus à Iudice Eccleſiaſtico, quia inſpicitur tempus commiſſi delicti, & ſtatus in quo eo tempore reperiebatur, cuius reſpectu eo ipſo, quod quis delinquit acquiritur ius ei, cuius iuriſdictioni ſubiectus eſt *Gram. dec. 10. per tot. Vincen. de Franc. dec. 417. nu. 4. & 5. p. 2. Bellet. diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de fauor.*

43 *Cleric. perſonal. § 4. num. 16. vbi in fi.* ſubdit, quod viceuerſa ſi Clericus Relegatus à Curia Eccleſiaſtica, durante relegatione efficiatur laicus, & frangat relegationem poſſit puniri à Iudice laico ex *Alberic. in l. meminiſſe ff. de offic. proconſ. & ex Franc. dec. 395.* per totam, quæ ſententia intelligenda eſt, ſi E-

44 piſcopus noluerit præfatum Clericum repetere, vt alias ex Sacræ Congregationis declarationibus demonſtrauimus.

SVMMARIVM.

1 Clericus repertus in flagranti crimine, vel paratus ad delinquendum, vel poſt delictum capi poteſt à Miniſtris laicis ad effectum ſuo Prælato conſignandi. Contrarium num. 2.

3 Lim. vt ſi non reperiatur in flagranti, licet delictum ſit notorium Iudex laicus non poteſt demandare Clerici capturam, niſi eſſet in actu fugæ.

4 Limit. vt debeant concurrere conditiones, quæ hic & & num. 5. referuntur, vt Iudex laicus poſſit demandare capturam Clerici abſque excommunicationis incurſu. 5

6 Clericus paratus ad iniuriam alterius ſi non adſit ſuus Prælatus capi poteſt à Iudice Laico ad effectum conſignandi ſuo ſuperiori.

7 Clericus inuentus cum armis capi poteſt à Birroariis Curiæ ſæcularis, & Iudici Eccleſiaſtico præſentare. Contrarium num. 8.

9 Seruare obligantur edicta, & leges ciuiles emanatæ ob publicã vtilitatem per viam directiuã, non coactiuam.

10 Inuentus, cum armis, nec puniri, nec armis ſpoliari poteſt à Miniſtris laicis, ſed remittendus eſt vna, cum armis ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum, niſi hoc faciant, ex conceſſione Summi Pontificis.

11 Clericus prohibitam venationem exercens, non poteſt puniri, nec ſpoliari à miniſtris laicis inſtrumentis.

12 Laicus in caſibus quibus poteſt capere Clericum quanto citius illum remitti debet ad ſuum Iudicem, & vltra 20. horas retinere non poteſt. Contrarium num. 13.

14 Remiſsio Clerici cuius expenſis fieri debeat.

15 Eſt facienda abſque Clerici ignominia.

16 Et ſi offerat cautionem de ſe præſentando ſuo ſuperiori non eſt capiendus, ſed admittenda fideiuſsio.

17 Clericus pro debito ciuili ſi ſit de fuga ſuſpectus, ſiue à debitore, ſiue à Iudice laico carcerari poteſt ad effectum remittendi ad ſuum Iudicem.

18 Et etiam deuenire ad bonorum ſequeſtrationem.

19 Sed ſi Clericus offerat idoneam cautionem eſt acceptanda, & non deueniendum ad capturam.

20 Contrarium, quia Clericus non poteſt allegari ſuſpectus de fuga.

21 Et huic priuilegio Clericus renunciare non poteſt.

22 Ampl. etiam ſi Clericus ſit obligatus in forma Cameræ.

23 Declara, vt prima ſententia procedat, quando Clericus eſt in actu fugæ, ſecunda quando non eſt in actu fugæ, ſed tantum adſit ſuſpicio, & num. 24.

25 Lim. 2. ſecundam ſententiam, vt non procedat quando debitum deſcendit à delicto.

26 hoc caſu neque gaudet beneficio *cap. Odoardus de ſolut.*

27 Lim. 3. vt procedat in Clericis exiſtentibus in actu orandi, celebrandi, &c. ſed reprobatur.
Milites carcerari non poſſunt dum in expeditione ſunt ibidem.

28 Clerici pro debitis ciuilibus perraro carcerari debent, niſi concurrat limitationes, quę hic referuntur.

29 Clericus in caſu ſuſpicionis fugæ ſolum tenetur præſtare cautionem iuratoriam, cum hypotheca bonorum.

30 Clericus, ſi pro delicto inquiratur carcerari non debet niſi prius ſuo Iudici conſtet de delicto.

31 Epiſcopus ſi iniuſtè deueniat ad Clerici capturam, vel detineat incurrit excommunicationem.

32 Clerici fruuntur priuilegio, vt non teneantur niſi in quantum facere poſſunt.
Et competit etiam Clericis in minoribus, ſi habeant requiſita Sacri Concilij ibidem.

33 Et huic priuilegio, non poſſunt renunciare.

34 Propterea pro debito ciuili non carcerantur, & ſi ſoluere non poſſunt, ſolum iuratoria cautio ab illis exigitur de ſoluẽdo ſi ad pinguiorem fortunã deuenerint.

35 Poſſunt eiſdem ſequeſtrari fructus beneficij reſeruata eiſdem pro alimentis congrua portione.

36 Lim vt Clericus pro pẽſione, cui conſenſit carcerari poſſit, ita etiam in Clerico condemnato per tres ſententias, in obligato cum iuramento, & in forma Cameræ, in Clerico Mercatore, & de fuga ſuſpecto.

37 Sed ex benignitate Summi Pontificis admittuntur hic caſibus ad beneficium *cap. Odoardus.*

38 De materia *cap Odoardus* remiſsiue.

39 Clericus iniurioſis verbis prouocans Iudicem ſæcularem poteſt ab eodem carceribus mancipari, dummodo ſtatim remittat ad ſuum Iudicem, reprobata ſententia aliquorum DD. quod puniri etiam poſſit ab eodem Iudice ſæculari, vt num. 44. & 45.

40 Magiſtratui, & Iudicibus honor eſt deferendus.

41 Amp. etiam ab exemptis.

42 Iniuria magiſtratui illata grauis reputatur.

43 Offendens Iudicem dicitur offendere Principem.

44 Iniuria leuior facta Illuſtriori perſonæ pro atroci reputatur.

45 Proferens verba iniurioſa contra Iudicem grauiter puniri debet. Pœna tamen eſt arbitraria num. 46. Et arbitrium extendi poteſt, vſque ad mortem nu. 47. dummodo ratione officij, & non ex particulari odio iniuria illata ſit num. 48.

49 Iniuria illata Iudici, an ſit ratione officij ex coniecturis probatur, in dubio tamen præſumitur ratione particularis inimicitiæ.

50 Puniri poteſt ab eodem Iudice, cui fuit illata.

53 Limit.

53 Limit. vt procedat vbi pæna ex particulari conſtitutione ſtatuta ſit, ſecus ſi ſit arbitraria, & etiam hoc caſu ſi ſit notoria num. 54. ſublim. 2. vt procedat ſi iniuria illata fuerit contemplatione officij num. 56.
55 Iudex in notorijs non allegatur ſuſpectus.

Clericus in quibus caſibus auctoritate laica capi, & carcerari poſsit, & de materia carcerationis Clerici.

ADNOTATIO IV.

1 CLericus, & Eccleſiaſtica perſona in fragranti crimine reperta, vel ſi probabiliter præſumatur ad delinquendum incedere, & paratum eſſe ad crimen perpatrandum, vt ſi nocturno tempore mutato habitu, vel cum armis incedat, vel etiam poſt delictum commiſſum, capi, & carcerari poteſt à Miniſtris laicis, vel à laica poteſtate per ſuos officiales, ad effectum ſuo Prælato præſentandi, & vt Iudici Eccleſiaſtico ſiſtatur, in ijs enim caſibus quilibet dicitur habere mandatum à lege capiendi malefactorem *l. raptores C. de Epiſcop. & Cleric. l. capita 5. de adult.* vtpote quia periculum eſt in mora, & ex alio capite expedit reipublicæ quod delicta non remaneant impunita, ita docent *Abb. in cap. cum non ab homine num. 12. de Iudic. & tradunt DD. relati per Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Cleric. perſonal. §. 11. num. 1. & tit. de fauor. Cler. can. §. 2. num. 24. & per Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap. 9. dub. 7. num. 1. tom. 2. Farinac. in prax. crim. qu. 8. num. 120. 121. & 122. Diana reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immun. Eccleſ. reſol. 10. verſ. ſed non deſunt, & p. 5. tract. 1. tit. eod. reſol. 22. Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 78. num. 5. verſ. amplia iſtam limitationem Clar. in pract. crim. qu. 38. num. 6. Angel. de malefic. in verb. fama publica num. 65. Boſſ. in tit. de foro competen. num. 150. Felin. in cap. ſi vera num. 4. de ſenten. excommun. Paregr. de immun. Eccleſ. cap. 16. num. 37. Olibanus de iure fiſci cap. 14. num. 140. Duard. in Bulla Cœnæ lib. 2. cap. 19. qu. 7. num. 2. Pararia de manu Regia cap. 10. nu. 6. Suarez contra Regem Angliæ lib. 4. cap. 34. num. 15. Bonacin. circa octauum Decalogi præceptum diſ. 10. qu. 2. punct. 1. §. 1. num. 21. tom. 2. fo. mihi 363.* vbi animaduertit, quod hoc caſu nihil fieri videatur contra rationabilem Eccleſiæ voluntatem *Menoch. de arbitr. caſ. 180. num. 22. & ſeq. & caſ. 393. num. 3. Auedanus de exequen. mandat. p. 1. cap. 22. num. 12. Olibanus de iure fiſci cap. 14. num. 140. Piaſecius in prax. Epiſcopal. p. 2. cap. 4. art. 3. num. 13. Auila de cenſur. p. 2. cap. 5. diſ. 3. dub. 13. caſ. 13. Curtel. de immun. Eccleſ. lib. 2. qu. 11. & 12. Coriolanus in Bulla Cœnæ excommunicat. 19. Homobon. de examin. Eccleſiaſt. p. 2. tit. 11. cap. 4. q. ſuppoſ. 3. Caned. quaſt. canon. 4. num. 13. Borel. de poteſt. Regis Cathol. cap. 71. num. 185. Nauar. in manual. c. 27. nu. 82. & lib. 5. conſil. 27. de ſent. excommun.*

2 Contrarium tenent *Marta de iuriſdict. p. 1. cent. 1. caſ. 42. num. 11. Souſa in Bulla Cœnæ cap. 16. diſ. 82. n. 8. Megala in 3. p. lib. 3. cap. 11. n. 7. & alij DD. per vos allegati.*

3 Limita primam opinionem, in caſu, quo Clericus non capiatur in fragranti, licet delictum eſſet notorium, nam tunc Iudex laicus non poteſt demandare capturam Eccleſiaſticæ perſonæ, niſi eſſet in fuga, cum timore ne euaderet impunitus *Deciani. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 20. Farinac. qu. 8. num. 22. in fi. & qu. 27. ſub num. 76.*

4 Limi. 2. & declara ſecundum *Dianam reſol. moral. p. 5. tract. 1. de immun. reſol. 22. verſ. ſed hæc doctrina,* vt procedat tribus concurrentibus, primo ſi præſumatur fuga, niſi Clericus tunc capiatur, ſecundo ſi adſit difficultas impetrandi mandatum à proprio Prælato, tertio vt ſtatim Iudici proprio remittatur.

5 Vlterius ſecundum *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap. 9. dub. 7. tom. 2.* requiritur ad reddendam iuſtam capturam primò, vt ſit crimen pernicioſum reipublicæ, ſcilicet furtum, rapina, homicidium, &c. ſecundo quod non leuis ſuſpicio, ſed valdè probabilis præſumptio ſit, quod Clericus tale facinus meditetur, tertiò quod incumbat neceſſitas illum capiendi, ſed ſi Clericus oblato idoneo fideiuſſore promittat ſe conſtituere, & ſe repræſentare in carceribus ſui Ordinarij capi, & carcerari non debet. Quarto quod Miniſter modum non excedat, nempè indecore Clericum ducendo, vel pugnis, & contumelijs afficiendo, cum ire paratus ſit; alias ſupradictis non concurrentibus Iudex laicus, excommunicationis pænam non euaderet, notauit *glo. in cap. ſi clericis in verb. excedatur de ſenten. excommun. in 6.*

6 His ita firmatis, ſi concurrant, & ſeruentur huiuſmodi conditiones, Iudex laicus, ſeù etiam priuata perſona, ſi videat Clericum præparatum ad iniuriam alterius, & non adſit, ſeu ob diſtantiam adiri nequeat ſuus Prælatus, & ipſum aliter compeſcere non poteſt, tunc abſque excommunicationis incurſu, eundem ligare poteſt, vel capere ad finem conſignandi ſuo ſuperiori, vt communiter tradunt *DD. in cap. cum non ab homine de iudic. & præcipuè Abb. num. 11. & 12. Felin. num. 1. Dec. nu. 36. Innoc. in cap. ſi verò 2. vbi etiam Abb. num. 6. Alciat. nu. 58. de ſenten. excom. Boſſ. in tit. de captura num. 39. Menoch. de arbitrar. caſ. 180. num. 20. lib. 2. cum alijs per Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Cleric. can. §. 2. num. 24.*

7 Quod ſi Clericus, & perſona Eccleſiaſtica, ſiue die, ſiue nocte inuenta fuerit, cum armis prohibitis poteſt capi à ſæcularibus Birruarijs, & Iudici Eccleſiaſtico præſentare, tum ad euitanda delicta, quæ Clericus perpatrare poſſet, quia Clericis, & Eccleſiaſticis per ſacros canones, eſt interdicta armorum delatio, vtpote quia Clericorum arma lacrimæ eſſe debeant *Abb. in cap. cum non ab homine num. 15. de Iudic.* Nauar. *conſ. 39. de ſenten. excom. Clar. in §. fi. qu. 36. verſ. vlterius quæra Zecchius de Repub. Eccleſiaſt. in tit. de Clericis verſ. 2. verb. & ſi Clericus ante med. Menoch. de arbitrar. caſ. 393. num. 3. & 4.* Bellet. *diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauore Cleric. can. §. 2. num. 38. & de fauor.* Cleric. *perſonal. §. 11. num. 1. in fi. verſ. ſextus familia Iudicis* Genuen. *in prax. Epiſcopal. Neapolit. cap. 27. num. 8.* Bobadilla *in polit. lib. 2. cap. 18. num. 50. Et ex Theologis docet hoc etiam Souſa in Bulla Cœnæ can. 16. diſ. 82. num. 9. Pater Io. de la Crux in directòr. conſ. p. 1. precept. 8. qu. 3. art. 1. dub. 3. conclu. 3. Bannez. in 2. 2. qu. 67. art. 1. dub. 1. conclu. 5. Lorca in p. 2. tom. 2. tract. de legib. diſ. 25. nu. 4. quos refert Diana p. 1. reſol. moral. tract. 1. de immun. Eccleſ. reſol. 12. verſ. ſed his non obſtantibus.*

8 Contrarium tamen defendit *Megala in 3. p. lib. 3. cap. 11. art. 7.* vtpote quia in Bulla Cœnæ excommuni-

Digitized by Google

municantur Magiſtratus, & Iudices laici, qui laica auctoritate ſe interponunt circa capturam Clericorum, abſque expreſſa licentia Sedis Apoſtolicæ.

9 Clerici autem licet quo ad viam directiuam obligentur ſeruare leges ciuiles ob publicam, vtilitatemque Reipublicæ tranquillitatem promulgatas, prò vt ſunt ædicta prohibentia armorum dela-
10 tionem, non tamen quo ad viam coactiuam obligantur, ita vt à ſæculari magiſtratu puniri non poſſint, minuſque armis ſpoliari, & priuari abſque obligatione reſtituendi, niſi hoc faciant Summi Pontificis conceſſione, & non aliter defendi poſſe conſuetudinem Galliæ, & Hiſpaniæ, vt Clerici arma geſtantes per legem ciuilem prohibita, a ſæculari Iudice, vel eius Miniſtris priuentur, abſque obligatione reſtituendi, docet *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap 9. dub. 7. num. 7. & pluriq. ſeq.* impugnando Doctores per eum relatis de huiuſmodi conſuetudine atteſtantes, ſiquidem non ſpectant ad Iudices ſæculares, vt leges ciuiles à Clericis obſeruentur ex eorum propria auctoritate, defectu iuriſdictionis præſertim coactiuę, ſed ſolum per Iudices Eccleſiaſticos, (qui etiam huiuſmodi ædicta promulgare ſolent) cogi debent ad earum obſeruantiam, armorum autem ſpoliatio, & amiſſio violentiam continet, & rationem pænæ, ſeu coactiuę iuriſdictionis habet, quod Iudicibus laicis abſque indulto Apoſtolico omninò eſt interdictum, ac proinde Clerici inuenti cum armis ad proprium Iudicem vna cum armis veniunt remittendi, vt tradunt alij DD. quos citat, & ſequitur *Barboſ. in collect. tom. 1. lib. 3. tit. 2. cap. 2. num 6. & tom. 2. lib. 5. tit. 39. cap. 25. num. 4. cum alijs concordantibus relatis per Thom. del Bene de immunit Eccleſ. c. 9. dub. 7. à num. 9. & ſeq. tom. 2. & per Bellet. diſquiſit. Cleric p. 1. tit. de fauor. Cleric. can. §. 2. nu. 38. Genuen. in Prax. Archiepiſ. Neapol. cap. 79. nu. 6.*

11 Hinc eſt quod Clericus prohibitam venationem, vel piſcationem exercens non poteſt ſpoliari a Iudice ſæculari, eiuſque Miniſtris, Auibus, Canibus alijſque venationis inſtrumentis, vt pote quia venatio, & piſcatio non tendunt, (ſicut arma prohibita) in præiudicium Reipublicæ, & boni communis, ac proinde Iudices ſæculares, hoc caſu non poſſunt in Clericos animaduertere, minuſque inſtrumenta venationis, & piſcationis à Clericis ablata, capientibus adiudicare, vt reprobato *Ledeſma, Villalobos Salzed.* Morlan. *Cened. Curtel.* tradit *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 9. dub. 7. nu. 14. & 15. tom.*

12 Eſt tamen animaduertendum, quod laicus in caſibus, quibus poteſt capere Clericum quanto citius illum remittere debet ſuo Iudici competenti, & non poſſe retinere in carceribus vltra viginti horas, tradit *glo. in l. capite quinto ibique Bart. ff. de adulter. Abb. in cap. cum non ab homine num. 11. de Iudic. Hoſtien. in cap. ſi vero 1. num. 8. de ſenten. excom. & ibidem Abb. num. 11. Genuen. in prax. Epiſcop. Neapol. cap. 59. num 3. Farinac. quaſt 8. num.* 118. Bellet. *diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Cler. can. §. 2. num. 26. & tit. de fauor. Cleric. perſonal. §. 11. num. 2. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 9. dub. 8. num. 3. tom. 2.* & ita contra *Garz. de Hiſpan. nobilitat. glo. 3. num. 39. & Villadieg. in Polit. caſ. 5 num. 60. firmat Megalius in 3. p. lib. 3. cap. 11. art. 7. Diana reſol. moral. p. 1. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 11. verſ. ſed his non obſtantibus in fin. Scaccia de Iudic. lib. 1. cap. 78. num. 6.*

13 Contrarium verò, quod huiuſmodi ſpatium viginti horarum non ſit admittendum, ſed ſtatim Clericum recto tramite ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum remittendum eſſe, ac proinde Iudicem laicum incurrere excommunicationem, ſi eum poſſit ſtatim non tradat Clericum Iudici Eccleſiaſtico, putant *Campanil. in diuerſ. iur. rub. 4. nu. 27. Barboſ. in ſuis collect. tom. 1. lib. 3. tit. 1. cap. 2. num. 5. & 7.* ſed quod prima opinio ſit probabilis, & magis communis tradit *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 9. dubit. 8. in fi. tom. 2.*

14 Hanc tamen remiſſionem fieri debet expenſis eiuſdem Clerici iuxta textum *in l quoniam liberi C. de teſtibus l. cum ſaepe C. de erogat. mil. annon. lib. 12. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Cleric. can. §. 2. num. 28. & 29.* vbi ſubdit, quod ſi forſan Clericus non ſit ſoluendo, tunc remiſſio fieri debeat expenſis Epiſcopi, vel expenſis inſtigatoris, aut etiam Iudicis laici capientis, vbi primum ſciuit eſſe Clericum, & remittere procraſtinauerit, & allegat *Boer. dec. 303. Carauit. ſuper rit. Magnæ Curię tit. 235.*

15 Hæc tamen remiſſio fieri debet abſque ignominia Clerici, alias Iudex laicus eſſet puniendus, & committeret vim publicam, & non redderetur immunis ab incurſu cenſurarum, vt ex *Gemin. Ric. Franc. Clar. Diaz. Carauit.* Boer. *dec. 303. probat. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Cleric. can. §. 2. num. 30.*

16 Laicus autem in ſupradictis caſibus non debet modum excedere in captura Clerici, male illum afficiendo, impingendo pugnum, nolenti ſe capi, ſed curare debet, vt quiete ducatur, & niſi grauitas delicti, aut alia iuſta cauſa exigat Clericum deberi capi, ſi offerat fideiuſſionem de ſe præſentando ſuo Prælato, vtique eſt admittenda *Petrus Io. della Cruz. in direct. conſc. p. 1. praecpt. 8. qu. 3. art. 1. dub. 2. conclu. 3. quem refert Diana reſol. moral. p. 1. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol. 11. verſ. ſed his non obſtantibus prope fin.*

17 Ex cauſa verò ciuili vbi timetur de fuga Clerici debitoris, quando non adeſt copia Iudicis Eccleſiaſtici ab ipſo debitore, & Iudice laico capi poteſt, ad effectum quanto citius remittendi ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum, vt ad ſolutionem compellatur, dummodo debitum ſit alicuius conſiderationis, & difficile ſit a Clerico debitore recuperare, ſi aufugere permittatur, ſiquidem hoc caſu Clericus perinde ſe habet, ac ſi alienam pecuniam fugiens auferret, vnde contra hanc vim iniuſtam, ſe defendere cuilibet naturali iure permittitur, eſt doctrina *Abbat. in cap. cum non ab homine num. 10. de iudic. & in cap. famæ num. 6. de ſenten. excom. Felin. in eodem cap. cum non ab homine nu. 1. in fi. & num. 4. ibique Dec. num. 48. & 49. Bald. in cap. dilectis num 9. de appel. Boſſ. in tit. de captura nu. 27. Baptiſt. de Sancto Seuerino in tract. de debitore ſuſpect. qu. 6. quintę quęſt. princ. Diaz in prax. crim. canon. cap. 125. num. 3. vbi Lopez. in addit. verſ. per laicum & ex Nauar. Sa Silu. docet etiam Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 9. dub. 8. num 1. tom. 2. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauore Cleric. can. §. 2. numer. 31. & de fauor. Cleric. perſonal. §. 11. ſub num 1. verſ. quintus caſus eſt,*

qui ferè omnes de communi teſtantur, cum alijs relatis per *Farinac. qu. 8. num. 119. & quaſt. 27. num. 71.*

18 Amp. vt non ſolum poſſit ipſum Clericum detineri, ſed etiam deuenire ad bonorum ſequeſtrationem, quando eſt periculum fugæ, & dilapidationis *Caualcan. deciſ. 3. num. 26. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Cleric. can. §. 2. num. 31. verſ. ex ſupra deductis.*

19 Limit. quod vbi Clericus offerat idoneam cautionem, tunc laicus debet illam acceptare, & non eum capere, alias non euitabit excommunicationem, *Bald. in cap. cum non ab homine num. 7. de iudic. Bellet. diſquiſit. Cleric. can. §. 2. num. 31. in fin. & tit. de fauor. Cleric. perſonal. §. 81. num. 1. verſ. ſi autem Clericus Farinac. qu. 8. num. 119. circa fi.*

20 Hæc tamen ſententia, licet à grauiſſimis Doctoribus ſit firmata, non tamen in praxi ſubſtineri poſſe videtur, quia Clericus non poteſt allegari ſuſpectus de fuga, *Scandarol. de viſitat. carcerat. lib. 3. §. 8. cap. 2. num. 71. & 72. fol. 509.* vbi ſubdit,

21 quod huic priuilegio neque renunciari poſſit in Clericalis ordinis præiudicium, & refert ita à viſita obſeruatum fuiſſe de anno 1637. ſub die 5. Martij, ſcilicet *Antonius Seneca carceratus pro mandato ſuſpicionis fugæ relaxetur, quia eſt Clericus*, & dixit *Rota in* Romana *pecuniaria 1. Decemb.* 1670. ibi, ſeu *§. verum caracteris Eccleſiaſtici reuerentia non patitur, vt fama Clerici maculetur, eum ob ſuſpicionem fugæ trudendo in carceribus &c. coram Bourlemont.* vbi vltra *Scandarol. loco citato allegat glo. in l. miles ff. de re iudic. Germon. de immunit. tom. 1. lib. 3. cap. 5. num. 86. & 87.* Ac proinde ſi Clericus neque ſuſpectus de fuga allegari poteſt coram Iudice Eccleſiaſtico, multo minus capi, & carcerari debet à creditore, & Iudice laico; ſiquidem ob præſumptam Clerici vitæ honeſtatem, & morum probationem non cadit in eo fugæ ſuſpicio, *Scandarol. de viſit. carcerat. lib. 3. §. 8. cap. 2. num. 75. fo. 509.*

22 Amplia vt procedat etiam in Clerico obligato in *forma Cameræ* non obſtante quod huiuſmodi obligatio habeat in ventre clauſulam renunciantem omni legum, & iuris auxilio, & propterea cenſeatur renunciatum priuilegio *§. ſi quis contra Auth. de Sacroſant. Epiſcop.* quia ſolum ſe extendit ad expreſſa, & promiſſa, & non comprehendit ea, quæ extra veniunt, vt ſubdit idem *Scandarol. loco citato nu. 76. vbi allegat tradita per* Gratian. *diſcept. 508. num. 19. tom. 3. & per Zacch. de oblig. Cameral. qu. 28. ferè per totum.*

23 Subſtineri tamē poteſt prima opinio in limitationem, & declarationem huius ſecundæ ſententiæ, vt prima procedat, quando Clericus eſſet in actu fugæ, quo caſu quia periculum eſt in mora, & militat ratio naturalis defenſionis, capi poteſt, etiam à laico ad effectum illum Iudici ſuo conſignandi, *Scandarol. de carcerat. viſitat. lib. 3. § 8. cap. 2. nu. 78. fo. mihi 510. vbi allegat. Dec. in l. 1. num. 12. ff. de ſeruo fugit.* Genuen. *in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 3. num. 17.* Bart. *in l. ſi quis in ſeruitute ff. de furt. Abb. in cap. cum non ab homine num. 12. & 17. de Iudic.* Menoch. *de arbit. caſ. 180. num. 23 ita etiam dixit Rot. in d. Romana Pecuniaria 1. Decemb.* 1670. *ſub dicto §. verum caracteris coram Bourlemont.*

24 Secunda verò procedit, quando Clericus non eſt in actu fugæ, ſed tantum adeſt ſuſpicio fugæ, quæ non videtur ſufficiens, vt Clericus capi, & carcerari poſſit auctoritate laica, ex ſupra deductis.

25 Limita 2. hanc ſecundam ſententiam, vt non procedat, quando debitum deſcendit à delicto, cum tunc ratione doli, qui nemini patrocinari debet, permittitur id, quod alias non permitteretur vt ex *Marſil. qui concordantes allegat in pract. crim. §. attingam. num. 70. verſ. hanc tamen concluſionem intellige, & in tract. de bannit. in verbo carcerati ſub nu. 12. docet Farinac. in tit. de carcerib. & carcerat. qu. 27. num. 72. &* ex Gratian. *diſcept. 222. num. 49. pariter tradit Scandarol. de viſitat. carcerat. lib. 3. §. 8. cap. 2. num. 78. fo. mihi 510.*

26 Et hoc caſu neque gaudere debet beneficio *cap. Odoardus de ſolut.* præcipuè, ſi verè de fuga ſuſpectus ſit, vt atteſtantur *Farinac. & Scandarol. proximè citati.*

27 Limit. 3. ſecundum *Paſcal. de patria poteſt. p. 2. num. 38.* vt ſupradicta 2. ſententia procedat in Clericis dumtaxat in actu celebrandi, orandi, prædicandi, vel ſub obedientia ſuperioris pro vt ſunt Regulares, ad inſtar militum armatæ militiæ, qui carcerari non poſſunt, dum in expeditione ſunt, & ad bellum parati, ſed reprobatur à *Scandarola loco citato num. 73.*

28 Ex Clericalis ordinis prærogatiua perrarò Clerici in vinculis detineri poſſunt pro debitis ciuilibus, niſi concurrant limitationes ponderatæ apud *Gomeſ. in compend. vtriuſque Signaturæ col. fin. & apud Farinac. in pract. crim. qu. 27. num. 70. p. 1.* vbi quod quando Clericus tribus ſententijs conformibus ad ſoluendum condemnatus eſt, vel quando in contractu iurauit ſoluere, vtroque caſu poteſt præciſè cogi ad ſoluendum, & non ſoluens, carcerandus venit, non obſtante beneficio *cap. Odoard. de ſolut.* præcipuè concurrente obligatione Camerali, in qua obligans aſtringit ſe vt poſſit carcerari, pro vt etiam animaduertit *Rot. in d. Romana pecuniaria 1. Decemb.* 1670. *ſub §. verum caracteris coram Bourlemont.*

29 Mandata autem ſpicionis fugæ reſoluuntur præſtita cautione de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo. Clericus verò ad huiuſmodi cautionem præſtandam cogi non poteſt, ſed ſolum tenetur præſtare cautionem iuratoriam cum hypotheca bonorum, vt firmauit *Rot. in Romana pecuniaria 4. Iulij* 1670. *§. fin. coram Celsaio & in eadem* 30. *Aprilis* 1670. *§. ſi coram Bourlemont* & ita S*ignatura plena* 30. *Aprilis* 1671. *in vna Ceſenaten. referente R. p. d. Victorio* mandauit excarcerari præſtita cautione iuratoria cum hypotheca bonorum, & eſt textus in *§. ſi quis in fi. ibi ſi quis autem pro pecuniaria Auth. de Sacroſant. Epiſcop. Scandarol. de viſit. carcerat. lib. 3. §. 8. cap. 2. nu. 74. fo. mihi 509.*

30 Ad Clericorum igitur carcerationem non ita facile procedendum, ſed magis temperatè, & cum maiori deliberatione, quam contra laicum, vndè ſi Clericus inquiratur prò delicto, carcerari non debet, niſi priùs Iudici conſtet de delicto, & ita admonet Prælatos *Io. Andre. in cap. ſi Clericos de ſenten. excom. in 6. & de communi Corn. conſ. 325. lit. C. lib. 4. Clar. in §. fi. qu. 28. ſub verſ. quæro nunquid Farinac. in tit. de carcer. & carcerat. qu. 27.*

ſub

Digitized by Google

ſub num. 73. & ſeq. Scandarol. de viſit. carcerat. lib. 1. §. 5. cap. 2. num. 13. fo. mihi 60.

31 Adeout Epiſcopus, qui iniuſtè deueniat ad Clerici capturam, vel ſi poteſt expedire, eundem iniuſtè carcere vexet, incurrit excommunicationem, *cap. ſi Clericos de ſenten. excom. in 6.* ita *Scandarol. loco citato num.* 15.

32 Cæterum Clerici, etiam in minoribus ſi habeant requiſita *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 6.* tamquam Cæleſtis militiæ milites fruuntur priuilegio, vt non teneantur, niſi in quantum facere poſſunt, vigore *cap. Odoardus de ſolut. & cap. peruenit de fideiuſſor. Seraph. de priuil. iuram. 56. num. 7. Caſtagna de deducto ne egeat qu. 10. num. 1. & 2. Leoncil. de priuil. pauper. p. 2. priuil. 53. num. 1. Brun. de ceſſ. bonor. qu. 3. priu. num. 10. & ſeq. Menoch. de arbit. caſ. 183. num. 29. & 30. Giurba dec. 42. nu. 21. cum alijs per Scandarol. de viſit. carcerat. lib. 3. §. 7. cap. 6. num. 1. ſo. mihi 496. Surd. de alimentis qu. 78. num. 21. verſ. tamen demitti Farinac. de carcer. & carcerat. qu. 27. num. 65.* & quod ita quotidie in curia ſeruetur, ne Clerici mendicare cogantur in opprobrium ordinis Clericalis, dixit *Rot. rec. 645. num. 2. p. 2. recen.* qui ferè omnes atteſtantur
33 quod Clerici huiuſmodi priuilegio tamquam in Clericalis ordinis fauorem introducto nullo pacto quouis iuramento roborato renunciare poſſint.

34 Ac proinde ſi contra eoſdem Clericos prò debito ciuili agatur, quod ſoluere minime valeant, non capiuntur, nec in carcerem mittuntur, ſed abſque eo, quod bonis cedant, iuratoria ſolum cautio ab illis exigitur de ære alieno ſoluendo, cum ad pinguiorem fortunam deuenerint, iuxta diſpoſitionem *cap. Odoardus de ſolut. & cap. peruenit de fideiuſ. Menoc. de arbit. caſ. 183. num. 29. lib. 2. Gomez. var. reſol. tom. 2. cap. 13. tit. de fideiuſſ. num. 18. in fin. verſ. vnum. tamen eſt cum alijs per Farinac. in tit. de carcer. & carcerat. qu. 27. a num. 65. vſque ad 68.*

35 *vbi in fin. ſubdit*, quod quando Clericus prò debito ciuili conuenitur, ſi non habet, vndè ſoluat ex patrimonio ſuo ipſi ſequeſtrantur fructus beneficij ad effectum adiudicandi creditoribus vſque ad integram ſatisfactionem, reſeruata tamen eidem Clerico pro alimentis congrua portione, ne in opprobrium ordinis Eccleſiaſtici mendicare cogatur.

36 Limit. hanc concluſionem primò in Clerico, qui pro penſione, cui conſcuſit carcerari poteſt, ſecundo in Clerico condemnato per tres ſententias, tertio in Clerico obligato cum iuramento propter peccatum periurij, quarto in Clerico de fuga ſuſpecto, quinto in Clerico Mercatore, ſexto in Clerico obligato in forma Cameræ, iuxta conſtitutionem *Gregorij XIV. de facultatibus Auditoris Cameræ §. 26. impreſ. poſt Prax. Saluſt. Tiber. & Pauli V. conſtit. 28. §. 26. & 27. etiam impreſſ. poſt Prax. Ridolphin. fa. 734. late Caſtag. in tract. deducto ne egeat qu. 10. ſal. 2, 3. & ſal. 4. & ſal. 9. per tot. cum alijs per Farinac. d. qu. 27. num. 70. & 71. & per Scandarol. dicto cap. 6. a num. 9. vſque ad 18. fo. mihi* 497. Sed verum qui-
37 dem eſt Summum Pontificem ex ſua benignitate recurrentes Clericos admittere ad huiuſmodi beneficium *cap. Odoardus*, *& cap. peruenit*, vt ſubdit idem *Scandarol. loco citato num.* 10. Secundum Theoricam *Staphil.* de qua materia idem *Scandarol. lib. 3.*
38 *cap. 3. per tot. fol. mihi 526. & Marcheſ. in tit. de commiſ. admiſſionis ad capit. peruenit p. 3. cap. 1. §. 1. fol.* 208.

39 Quod ſi Clericus compareat coram Iudice ſeculari, & illum, vel iniurioſis, vel impertinentibus verbis prouocet, non videtur interdictum eidem Iudici laico, quin poſſit deuenire ad capturam Clerici ita inſolenter comparentis abſque labe excommunicationis, dummodo ſtatim carceratum remittat ſuo Iudici competenti, vt potè quia hoc caſu Clericum tamquam deprehenſum in fragranti crimine carcerare facit, ita docet *Cæſar. de Graſſ. de effect. Clerical. effect. 1. num. 935. vbi alios alleg.* Sed hæc ſententia tantum in grauiſſimis, & atrociſſimis practicatur, in quibus tantum videtur locum ſibi vindicare poſſe.

40 A iure enim, & meritò ſtatutum eſt, vt Magiſtratui, & Iudicibus honor deferatur, *l. omnem honorem C. quando prouoc non eſt neceſ. cap. vt debitus de appel. l. 1. C. de demoſt. lib. 12. & late comprobat. Scandarol. de viſit carcerat. lib. 2. §. 35. cap. vnico de iniur. in magiſt. ſeu iud. a num. 1. & per tot. fo. mihi* 365.

41 Adeo vt etiam exempti teneantur præſtare reuerentiam ei, à quo eximuntur, *Caſſan. in Catal. glor. mund. conſiderat.* 27. *p. 4. fol.* 110. *Gratian diſcept. forenſ. cap. 184. num. 57. tom. 1. Scandarol. de viſit. carcerat. lib. 2. §. 35. cap. vnic. de iniur. in Magiſt. ſeu Iud. num. 7. fa.* 365.

42 Iniuriam enim Magiſtratui illatam atrocem à iure reputari, cum reſpiciat perſonam publicam, probat *text. in l. prætor edixit §. fi. ff. de iniur. Bart. in l. non ſolum §. mandato ff. eod Salic. in l. non ideo minus ff. de accuſ. Menoc. de arbit. quæſt. caſ. 263. nu. 5. & ſeq. lib. 2. Farinac. in prax. crim. in tit. de accuſat. qu. 17. num. 37. Scandarol loco citato num. 22. & 23.* vbi reddit rationem, quia qui officialem,
43 ſeu miniſtrum, Domini offendit, ipſum Principem, ſeu Dominum offendere videtur, ex *Cyn. Caſſan. Luc. de Pen. Iaſ. & Iurb. in locis per eum relat.* tanto magis, quia ipſemet Iudex Princeps dicitur, *l. ſciant Principes C. de offic. Iud. l. Spadonem §. ſi Ciuitatis ff. de excuſ. tut.*

44 Et quamuis iniuria illata eſſet leuior, tamen facta Illuſtriori, aut ſublimiori perſonæ prò atroci reputatur, ita teſte *Saluiano lib. 8. de prouiden. Dei tradit Scandarol. de viſit. carcerat. lib. 2. §. 35. cap. vnic. num. 2. fo. mihi* 365.

45 Proferens igitur verba iniurioſa contra Iudicem grauiter puniri debet, tam de iure canonico per textum in *cap. dilectus de pæn.* quam de iure ciuili iuxta textum in *l. Iudici vbi glo. ff. de iur. iur.*

46 Pæna verò, qua huiuſmodi delinquentes puniendi ſunt, eſt arbitraria, *§. in ſumma, & ibi glo. & DD. inſtit. de iniur. Faber. qu. 23. num. 14. & 15. Baiard. ad Clar. §. fi. qu. 68. num. 55. Menoch. de arbit. caſ. 263. num. 6. Scandarol. de viſitat. carcerat. lib. 2. §. 35. cap. vnica de iniur. in Magiſt. ſeu iud. num. 28. fo. mihi 367. Farinac. in tit. de accuſat. qu. 17. num. 36.*

47 Et arbitrium extendi poſſe, vſque ad mortem, vt in caſu dantis alapam officiali comprobat *Farinac. d. qu. 17. num. 36. Menoch. de arbit. caſ. 263. num. 7. cum ſeq. Io. Maria Monticel. in pract. crim. reg. 2. num. 3. Boſſ. in tit. de iniur. nu. 30. Rol. conſ. 48. num. 1. vol. 2. Gram. dec. 36. nu. 4.*

48 Limit. vt procedat in dante alapam officiali contemplatione officij, ſecus autem ſi ex odio, & particulari inimicitia, vtpotè quia deficiente cauſa

tuitus, & contemplationis officij dicitur deficere qualitas aggrauans, & ſic cauſa arbitrandi pœnam ad mortem, vt de veriori, & æquiori ſententia in praxi ſequenda reprobato *Bal. in cap. 1. §. iniuria de pace iuram. firman.* cum alijs concordantibus contrarium tenentibus teſtatur *Farinac. dicta qu. 17. nu. 30. & 40. qui alios allegat. & num. 41.* ſubdit quod

49 ad coniecturas recurrendum ſit, vbi non apparet an offenſa facta Officiali, ſit facta contemplatione officij, vel dignitatis, an ratione particularis odij, & non vti publicę, ſed priuatæ perſonæ, & inter alias coniecturas, quod delictum fuerit commiſſum ratione, ſeù contemplatione iuriſdictionis potiſſimam eſſe exiſtimat, quando iniuria illata ſit Iudici ſedente pro tribunali, vel in actu iudicandi, ceſſantibus verò coniecturis, & in dubio, quando non appareat de cauſa offenſionis concludit præſumendum eſſe potius offenſam illatam fuiſſe ratione particularis inimicitiæ, quam publici officij ad excludendum maius delictum, vt per *Roland. conſ. 1. num. 36. & ſeq. lib. 3.*

50 Iniuria autem officiali, & Iudici illata ita grauis reputatur, vt ab eodem Iudice puniri poſſit de facto, & ſine proceſſu, quia defendit ſuam iuriſdictionem, & honorem ſui officij, & delictum ſit mali exempli Baiard. *ad Clar. in §. iniuria num. 23. cum alijs per Farinac. qu. 105. num. 194.*

51 Amp. ſecundum aliquos DD. relatos per *Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 1. num. 1146.* docentes quod etiam ſit permiſſum Iudici laico exercere hanc iuriſdictionem, & animaduertere in Clericum, ita delinquentem.

52 Hæc tamen ſententia omnino videtur reijcienda, cum Iudex laicus nullam iuriſdictionem exercere poſſit in Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, ſine excommunicationis incurſu, tanto magis, quia Bulla Cœnæ Domini generaliter loquitur, & hunc caſum non excipit, & conſequenter Iudex laicus, non poteſt punire Clericum ita delinquentem, ſed tantum eſſet tolerabilis dicta ſententia quo ad Clerici carcerarionem animo tamen ſtatim conſignandi Iudici Eccleſiaſtico, concurrentibus requiſitis ſupra relatis, vt admittunt alij DD. relati per eundem *Carol. de Graſſ. dicto effectu p. num. 1146.* Et hæc ſententia, niſi in grauiſſimis practicari debet.

53 Limit. ſupradictam concluſionem, vt Iudex de iniuria ſibi facta non ſit competens, quando pœna non eſt ſtatuta à municipali conſtitutione, ſed eſt arbitraria, pro vt generaliter eſt pœna iniuriarum, quia tunc ob particulare intereſſe, & animi paſſionem arbitrium poſſet extendere vltra iuris debitum, ſecus autem quando offenſa eſſet notoria, vt ſi fieret Iudici ſedenti pro tribunali, vel coram populo, vel etiam coram decem hominibus, quia quando

54 delictum eſt notorium non requiritur cauſæ cognitio, ſed punitio *l. ea quidem C. de accuſat.* & ideo eo caſu Iudex offenſus non dicitur Iudex in cauſa ſua,

55 ſed iuris executor *cap. in manifeſtis 2. qu. 1.* & in notorijs Iudex non allegatur ſuſpectus *Rol. conſ. 43. num. 2. 3. 44. lib. 2. Clar. in §. fi. qu. 35. verſ. ſolet etiam,* cum alijs per *Farinac. dicta qu. 17. num. 44. & 45.*

56 *& num. 46.* animaduertit, quod etiam ſit competens Iudex de offenſa ſibi facta, ſi illata fuerit contemplatione officij, ſecus ſi ex odio particulari, & alios allegat.

SVMMARIVM.

1 Clericus, ſiue in ſacris, ſiue in minoribus contra laicum examinari non poteſt in cauſa criminali, præcipuè ſi agatur de pœna ſanguinis.

2 Nec Epiſcopus poteſt concedere licentiam deponendi coram laico ſi pœna ſanguinis ſit irroganda.

3 Amp. vt neque in criminibus exceptis, vt in crimine læſæ maieſtatis Clericus admittitur contra laicum, niſi ad damnandam memoriam defuncti.

4 Limit. ſi non agatur de pœna ſanguinis, & ſi veritas aliter haberi non poſſit, quo caſu tam in criminalibus, quam in ciuilibus Clericus admittitur contra laicum, ſecus ſi agatur ad vindictam num. 5.

6 Limit. vt Clericus coram Iudice Eccleſiaſtico examinari poſſit contra laicum, & num. 7.

8 Limit. 3. ad defenſam, & ad repulſam teſtium, dummodo repulſa non ſit infamatoria num. 9.

10 Clericus in cauſa ciuili coram laico examinari poteſt de licentia ſui ſuperioris, iuramentum tamen præſtare debet coram perſona Eccleſiaſtica.

Vel Epiſcopus poteſt illum examinare, & examen ad ſæcularem Iudicem tranſmittere, a num. 11. vſque ad 14. vbi traditur formula concedendi dictam licentiam. Contrarium num. 15.

12 Quod etiam procedit in Regularibus.

16 Clericus ſi abſque licentia ſui ſuperioris deponat coram Iudice ſæculari, valet eius depoſitio, ſed a ſuo Prælato puniri poteſt.

17 Iudex laicus examinans Clericum abſq; coactione non incidit in excommunicationem, ſecus ſi examinaret vti principalem quo ad ſe, & teſtem in alios.

18 Iudex laicus ſi viſitet, & examinet Clericum à Laico vulneratum, an & quando incidat in excommunicationem.

20 Clericus ſi vltroneè depoſuerit coram Iudice laico non videtur omni exceptione maior.

21 Lim. ſi veritas ex natura rei aliter haberi non poſſit.

22 Clerici depoſitio facta coram laico abſque licentia Epiſcopi ſi a parte opponatur non valet eius depoſitio.

23 Et quid in criminalibus referuntur DD. ſententiæ, & num. 24. & 25. vbi declarantur, & concordantur. Contrariæ ſententiæ.

26 Clerici, ſiue in minoribus, ſiue in ſacris, vbi veritas aliter haberi non poſſit, cogi poſſunt ad deponendum coram laico.

27 Declara, vt procedat vbi veritas, nec aliter, nec habita aliter haberi poſſit.

28 Declara 2. vt procedat dummodo non agatur de pœna ſanguinis.

29 Declara 3. vt etiam ſi agatur de alia pœna mitiori tamen ad offenſam, nec teſtificari debet.

30 Clericus in conficiendis inſtrumentis, & contractibus de iure communi nequeunt in teſtes adhiberi, ſecus de conſuetudine num. 31.

31 Laicus contra Clericum etiam primæ tonſuræ in cauſa criminali teſtimonium ferre non poteſt:

33 Limita in ſubſidium. Contrarium num. 34.

35 Limit. in criminalibus exceptis hæreſis, ſimoniæ &c. Contrarium nu. 36.

37 Limit. 3. vt laici licet contra Clericum in teſtem recipi non debeant, examinari tamen ſi ſint plures contra eundem faciunt indicium ad torturam, ſecus ſi ſit vnicus.

38 In ciuilibus vnus Laicus contra Clericum non plenè probat.

39 Quæ in ciuilibus faciunt plenam probationem in criminalibus faciunt indicium ad torturam.

40 Limit. 4. in crimine notorio, in quo laici admittuntur in teſtes contra Clericum.

41 Limit. 5. quod ſi laici non admittuntur contra Clericos ad offenſam, admittuntur ad defenſam,

42 Limit. 6. in cauſa ciuili, in qua Clericus admittitur contra Clericum ad teſtificandum.

43 Limit. 7. vbi cum laico examinatur alter Clericus.

44 Limit. 8. vbi de crimine ciuiliter agatur.

45 Limit. 9. vbi agitur de probatione famæ.

46 Mona-

48 Monachi, & Religioſi à teſtimonio repelluntur.
49 Contrarium, quod & pro alijs, & pro cauſis etiam eorum Monaſteriorum poſſunt eſſe teſtes etiam in teſtamentis. Declara, vt in num. 49. & 50.
51 Monachi, & Religioſi, licet examinari nequeant abſq; eorum ſuperiorum licentia, examinati tamen valet eorum depoſitio.

Clericus, an poſsit eſſe teſtis contra laicum, & è contra, & an examinari poſsit à Iudice Laico.

ADNOTATIO V.

1 Clericus, ſiue in ſacris, ſiue in minoribus ordinibus conſtitutus contra laicum examinari non poteſt in cauſa criminali, & præcipuè ſi agatur de crimine, pro quo laicus puniẽdus eſſet pæna ſanguinis propter periculum irregularitatis, etiam ſi veritas aliter haberi non poſſit, adeo vt cum repellatur à limine depoſitionis, iuxta textum in *cap. teſtimonium* 11. *qu.* 1. ſi examinetur contra iuris prohibitionem, nullum inditium faciat *Abb. in cap. de cætero poſt num.* 1. *de teſtib. ibique Felin. ante num.* 1. *Crot. in tract. de teſtib. num.* 69. *in prin. Gram. conſ.* 3. *num.* 8. *Natta conſ.* 39. *num.* 1. *lib.* 4. *Marſil. conſ* 123. *num.* 5. *Monticel. in ſuo repertor. teſt. verb. teſtes in criminalibus ſo.* 359. *col.* 1. *verſ. fi. & in verbo Clericus num.* 6. *Campeg. de teſtib. reg.* 91. *in* 5. *Pal. Gomez. var. reſol. tom.* 3. *cap.* 12. *rub. de probat. delict. num.* 19. *verſ. repellitur Clericus Maſcard. de probat. lib.* 1. *conclu.* 306. *num.* 6. *verſ. quod verum eſt, & lib.* 3. *conclu.* 1358. *num.* 21. *cum alijs per Farinac. in tract. de teſtib. qu.* 61. *oppoſit.* 12. *à num.* 57. *vſque ad* 61. *Belles. diſquiſ. Cleric. p.* 1. *tit. de Clerico teſte* §. 2. *num.* 6. *&* 8. *Sperel. dec. fori Eccleſiaſt.* 50. *nu.* 5. *tom.* 1.

2 Amp. vt neque Epiſcopus, aut Iudex Eccleſiaſticus poſſit licentiam concedere Clericis deponendi coram laico, ſiue principaliter, ſiue incidenter, vbi pæna ſanguinis venit irroganda *cap. teſtimonium* 11. *qu.* 1. etiam ſi veritas aliter haberi non poſsit, vt ex *Innocen. Diaz. & Add. ad Guid. Pap. tradit Bellet. diſquiſit. Cleric. p.* 1. *tit. de Cleric. teſte* §. 2. *num.* 9. *Maria de iuriſdict. lib.* 4. *caſ.* 117. *num.* 4. *Maiol. in tract. de irregularit. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 31. *Auila de cenſur. p.* 7. *diſ.* 5. *dub.* 13. *cum alijs relatis per Sperel. dec.* 50. *num.* 6. 7. 8. *&* 9. *tom.* 1. vbi ſubdit, vt hoc procedat, ſiue agatur de probando delicto in genere, ſiue in ſpecie.

3 Ampl. vt neque in criminibus exceptis, vt in crimine læſæ maieſtatis, cuius pæna eſt ſanguinis Clericus admittitur contra laicum, præter quam quando agitur ad damnandam memoriam defuncti, quo caſu non eſt amplius pæna ſanguinis, ſed confiſcatio bonorum *text. in l. penult. & fi. C. ad l. Iul. maieſt. l. fi. ff. eod. ita Gigas de crimine læſæ maieſtatis lib.* 2. *tit. quomodo, & per quos crim. læſæ maieſtat. prob. quæſt.* 14. *num.* 7. *&* 8. *Farinac. qu.* 63. *num.* 65. *cum duob. ſequen.* vbi reprobat Boyran. *cap. de cætero num.* 5. *&* 6. *verſ. aut non ſunt conſpiratores extra de teſtib. & ferrans Gargiar. conſ. crim. diuerſor.* 126. *num.* 40. *&* 41. *lib.* 1. contrarium tenentes.

4 Lim. 1. ſupradictam regulam, vt procedat quando agitur de pæna ſanguinis, ſecus vbi agitur de alia pæna, quæ non ſit ſanguinis, nam tunc non prohibetur Clericus contra laicum teſtimonium dicere etiam in criminalibus, quando per alios veritas haberi non poſſit, nam tunc in ſubſidium tam in ciuilibus, quam in criminalibus Clericus admittitur contra laicum, & cogi poteſt, ad teſtimonium perhibendum, prout etiam quando cauſa criminalis agitur ciuiliter, quia tunc nihil eſt, quod impediat teſtimonium Clerici contra laicum *Gigas de crimine læſæ maieſtat. lib.* 2. *tit. quom. & per quos crimen læſæ maieſt. probet. qu.* 14. *num.* 3. *&* 4. *&* 6. cum alijs, quos plenè cumulat *Farinac. dicta qu.* 61. *num.* 68. *iuncto num.* 69. 71. *&* 77. *Carol. de Graſ. de effect. Cleric.* 10. *num.* 28. *Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol cap.* 43. *numer.* 6. *Sperel. dec.* 50. *numer.* 25. *&* 26.

5 Sublim. vt extra ſupradictos caſus, quando criminaliter agitur, & ad vindictam verius eſt Clericum non admitti in teſtem aduerſus laicum etiam quod de pæna ſanguinis non agatur, ita *Felin. in cap. de cætero num.* 1. *in fi. verſ. ſed conſidera bene ibique Abb. etiam num.* 1. *in fi. extra de teſtib. Gigas de crim. læſæ maieſtat. lib.* 2. *tit. quomod. & per quos crimen læſæ maieſt. probet. qu.* 14. *num.* 4. *&* 5. *cum alijs per Farinac. quæſt.* 61. *num.* 69. *verſ. & extra hos caſus late Sperel. dec.* 50. *à num.* 28. *vſque ad* 31.

6 Lim. 2. vt Clericus poſſit contra laicum examinari coram Iudice Eccleſiaſtico, & ſuper Eccleſiaſtico crimine *Abb. in cap. de cætero num.* 1. *verſ. dicit tamen de teſtib. & ibidem Felin. num.* 1. *Aret. num.* 2. *Gigas. de crim. læſæ maieſt. lib.* 2. *tit. quom. & per quos crimen læſæ maieſt. probet. qu.* 14. *num.* 2. *cum alijs allegatis per Farinac. in tract. de teſtib. qu.* 61. *nu.* 70. *Belles. diſquiſ. Clerical. p.* 1. *tit. de Cleric. teſte*
7 §. 2. *num.* 10. vbi quod coram Iudice Eccleſiaſtico etiam alieno non prohibeatur Clericus aduerſus laicum teſtificari, etiam abſque licentia ſui ſuperioris, ex *Præpoſito in cap. teſtimonium num.* 3. *&* 4. 11. *qu.* 1. *vbi etiam Archidiac. num* 3. *Abb. in cap.* 1. *nu.* 21. *verſ. & aduerte de iuram. Cal.*

8 Lim. 3. Vt Clericus ad defenſam, & ſic ad laici fauorem, pro detegenda, & probanda eius innocentia admittatur *Felin. in cap. de cætero num.* 3. *de teſtib. foller. in pract. crim. in frag. poſt num.* 9. *Alex. Sciar. conſ. crim diuerſ.* 117. *num.* 34. *in fi. lib.* 1. *Farinac. de teſtib. qu.* 61. *num.* 74. *&* 75. vbi exemplifi-
9 cat quando Clericus examinatur pro laico criminaliter inquiſito ad repulſam teſtium contra eundẽ laicum examinatorum, ſcilicet ad probandum exceptiones contra eorum perſonas, quod ſint accuſatoris conſanguinei, accuſati amici, & ſimilis, non tamen concernentia crimen, & infamiam ipſorum teſtium, & repulſa eſſet infamatoria, & criminoſa, quia tunc neque ad defenſam examinari poſſunt bene *Coran. ſuper ritu magnæ curiæ* 144. *num.* 7. *&* 8.

10 In cauſa vero ciuili poteſt Clericus contra laicũ teſtimonium ferre coram Iudice Eccleſiaſtico, & etiam coram Iudice laico, cum licentia ſui Prælati *cap. ſicut cum ſeq.* 2. *quæſt.* 7. *cap. teſtimonium, & ibi glo.* 2. *Archidiac. num* 3. *in fi. præpoſit. num.* 1. 11. *qu.* 1. *cap. ſuper prudentia, & cap quamquam* 14. *q.* 2. *cap. nullus, & ibi glo. fi.* 22. *qu.* 5. *Abb. in cap. cum nuncius num.* 3. *& ibi glo. fi. & Felin. num.* 3. *de teſtib. Natta conſ.* 39. *num.* 1. *vol.* 4. *Pariſ. conſ.* 83. *num.* 35. *vol.* 1. *Alex. conſ.* 65. *circa fin. vol.* 2. *Maſcard. de probat.*

bat. lib. 1. *conclu.* 306. *num.* 6. *Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap.* 43. *num.* 4. *Farinac. de teſtib. qu.* 61. *num.* 78. & ita de conſuetudine ſeruari affirmat *Franc. Marc. dec.* 777. *num.* 4. *p.* 2. *Sperel. deciſ.* 50. *num.* 2. *tom.* 1.

11 Sed iuramentum Clericus coram Iudice ſæculari præſtare non debet *cap. quamquam* 14. *qu.* 2. *cap. teſtimonium* 11. *qu.* 1. *cap. nullus* 22. *qu.* 5. *Syluest. in verbo Clericus* 3. *num.* 6. *Bellet. diſquiſit. Clerical. p.* 1. *tit. de Cleric. teſte* §. 2. *num.* 1. & 2. vbi quod hoc

12 etiam procedat in Regularibus, qui ſine licentia ſuorum ſuperiorum non poſſunt teſtificari coram Iudice ſæculari, & comprobat etiam *Sperel. dec.* 50. *num.* 4. *tom.* 1.

13 Vnde non poteſt Epiſcopus, ſiue ſuperior concedere licentiam Clerico iurandi coram Iudice ſæculari, ſed quod teſtimonium perhibeat coram Iudice ſæculari, præſtito tamen iuramento veritatis dicendæ in ſuis manibus, vel Vicarij, aut alterius perſonæ Eccleſiaſticæ, vel poteſt Epiſcopus coram ſe ipſo, vel alio Iudice Eccleſiaſtico Clericum teſtem examinari facere, & examen ad ſæcularem Iudicem tranſmittere, *cap. quamquam vbi glo. pen. & fin. & Archid. num.* 2. & 3. 14. *qu.* 2. *Maſcard. de probat. lib.* 3. *conclu.* 1358. *num.* 61. & *tradunt alij DD. relati per Farinac. in tract. de teſtib. qu.* 61. *num.* 84. & *per Sperel. dec.* 50. *num.* 3. & 4. & *per Bellet. diſquiſit Cleric. p.* 1. *tit. de Cleric. teſte* §. 2. *num.* 5. vbi quod de hac licentia conſtare debet, & tradit for-

14 mulam expediendi huiuſmodi licentiam, ſcilicet *Conceditur licentia* N. *Clerico deponendi in curia ſæculari in cauſa verten. inter A. actorem ex vna, & B. reum conuentum partibus ex altera, dummodo non deponat ſuper articulis concernentibus criminalitatem, infamiam, negatiuam, aut repulſam, & iuramentum veritatis dicendæ præſtet in manibus noſtris, vel Noſtri Vicarij Generalis,* (vel alterius perſonæ Eccleſiaſticæ.) *In quorum &c. Datum &c.* quæ vltima verba ſuperaddere duxi ad ſupplendam formulam à *Belletto* traditam.

15 Contrarium, quod Clericus petita licentia, & a ſuo ſuperiore obtenta deponendi coram Iudice laico poſſit etiam in ſuis manibus iurare, quia iuxta diſpoſitionem iuris canonici, licet prohibitum ſit Clericis iurare abſque Epiſcopi licentia, non tamen dicitur eum iurare debere in manibus Epiſcopi, vel alterius perſonæ Eccleſiaſticæ, aliter Iudices ſæculares cauſa huius reſtrictiuæ conditionis nollent eos in teſtes recipere, in præiudicium inducentis, qui aliter ſuam intentionem, ſeu creditum, aut alias exceptiones probare non poteſt, & hanc ſententiam tuetur *Abb. in cap.* 1. *num.* 20. *in fi.* & *num.* 21. *de iuram. calun.* & *in cap. cum nuncius ſub num.* 3. *de teſtib.* & ita obſeruari teſtatur *Franc. Marcb. dec.* 777. *in fi. p.* 2. & ita practicari vidiſſe teſtatur *Sperel. dec.* 50. *num.* 4. *vbi in fin. ſubdit*, quod vbi viget conſuetudo iurandi in manibus Eccleſiaſticæ perſonæ, omninò ſeruanda ſit, & quod non attenta ſupradicta ſententia, aliquorumque locorum conſuetudine Curia Romana declarauit licentiam Ordinariorum non ſufficere, ſed neceſſe eſſe illam à Sede Apoſtolica impetrare, prout de facto ſæpè Ordinarij illam à Sacra Congregatione requirunt, & obtinent.

16 Quod ſi forte Clericus abſque licentia ſui Prælati teſtimonium perhibeat coram Iudice ſæculari non irritatur, ſed valet dicta depoſitio, licet malè fecerit, & à ſuo Ordinario puniri poſſit, vt ex *Abb. Felin. Speculat. Ang. Ric. Crot. Rol. comprobat Bellet. diſquiſit Cleric. p.* 1. *tit. de Cleric. teſte* §. 2. *num.* 3. *Sperel. dec.* 50. *num.* 14. *tom.* 1. *cum alijs allegatis per Farinac. in tract. de teſtib. qu.* 61. *num.* 84.

17 Immò ſi Iudex laicus examinet Clericum abſque coactione, ſiue in ciuili, ſiue in criminali cauſa, ſine ſui Prælati licentia, quod non incidat in excommunicationem, licet malè faciat, & peccet, docet *Alterius in tract. de cenſur. diſ.* 20. *lib.* 5. *cap.* 1. §. *capiendo verſ. quæret quis Duard. in Bulla Cœnæ Domini can.* 19. *qu. vltim. in fi. Bonac. in tit. de cenſur. in particul. diſ.* 1. *qu.* 2. *punct.* 2. *num.* 10. qui tradunt, quod Iudex examinans Clericum ad rei veritatem indagandam, non incidat in excommunicationem, niſi examinaret illum vti principalem quo ad ſe, & teſtem in alios, *Sperel. dec.* 50. *num.* 11. & 12. *tom.* 2.

18 Prout etiam ſi Curia, vel Iudex ſæcularis viſitet, & examinet Clericum vulneratum à laico non incidit in excommunicationem, ſi Clericus ſpontaneè examen ſubierit, ſecus verò ſi inuitum examini ſuppoſuiſſet, nam hoc caſu abſque dubio incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ, eo quod traxit Clericum ad ſuum Tribunal contra *can.* 15. *eiuſdem Bullæ*, & ſibi tribuit, & vſurpauit iuriſdictionem ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectantem contra *can.* 19. *eiuſdem Bullæ*. Sed ſi ſponte, & vltroneè viſitationem, & examen patiatur, & ſubeat dici nequit ad ſuum tribunal traxiſſe, & in illum iuriſdictionem exercuiſſe, & vſurpaſſe, cum trahe-

19 re, & iuriſdictionem exercere ſupponat coactionē, & actionem moraliter violentam, adeò ut tunc Iudex trahere dicatur, ex proprio officio, qui nemine petente, quaſi hoc ei ex officio competat, aliquem ad ſuum iudicium, quaſi nolentem adducit, vel ad inſtantiam partis, vel aliorum, quando alio petente, ſeu inſtante aliquem ad ſuum iudicium quaſi per coactionem trahit, ac proinde ceſſante coactione, ceſſat etiam tractio, & iuriſdictionis exercitium, ita docet *Sperel. dec.* 50. *num.* 10. *tom.* 1. *faciunt tradita per Suar. de cenſur. diſ.* 21. *ſect.* 2. *num.* 78. & *per Bonac. de cenſur. in particular. tit. de cenſur. in Bulla Cœnæ contentis diſ.* 1. *qu.* 16. *ſect.* 1. *punct.* 4. *nu.* 3. *tom.* 3. *fol.* 104.

20 Clericus verò ſi vltroneè ſe obtulerit, & depoſuerit coram Iudice laico non videtur omni exceptione maior, ſed diminuitur fides, cum reddatur ſuſpectus ob vltroneam depoſitionem *Ceuall. conſ.* 2. *num.* 5. *Scarlat. inter conſ. crim. diuerſ. conſ.* 116. *nu.* 20. *lib.* 2. *Ruin. iun. conſ.* 360. *num.* 15. *lib.* 4. *Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect.* 10. *num.* 8.

21 Limit. vt hoc non procedat, vbi veritas ex natura rei, vel negotij aliter haberi non poſſit, cum in ciuilibus, & in pecuniarijs cauſis, ne veritas lateat, & ob defectum probationum damnum proximo contingat, tenetur quis vltro ſe offerre, ita ex *D. Th. Silueſtr. Nauar Sot. Salon.* Greg. *de Valent. Roderiq.* & *alijs comprobat Sperel. dec.* 50. *num.* 16. *tom.* 1. & *num.* 17. ſubdit, quod etiam hoc caſu debet ſe vltrò offerre cum Epiſcopi licentia, & licet aliter faciens malè agat, non tamen dici poteſt ei diminui de fide, tamquam vltrò ſe obtulerit, cum ad id in foro interno teneatur.

22 Sed ſi fortè à parte opponatur de dictæ licentiæ defe-

diſectu, & adhuc Clericus ad teſtificandum admiſſus fuerit, non valere teſtimonium docent *Bart Soc. conſ. 17. num. 16. vel. 1. ita etiam Sanchez. in Decalog. lib. 6. cap. 13. in fi.*

23 In criminalibus verò ad offenſam non vitiari eius depoſitionem abſque ſui Ordinarij licentia factam, tenent *Guid. Pap. dec. 65. in prin. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 98. num. 25. Genuen. in prax. Archiepiſc.*
24 *Neapol. cap. 43. ſub num. 4. in fi.* Sed contraria ſententia eſt magis à frequentiori Doctorum calculo recepta, ſcilicet Clericum in criminali cauſa examinatum abſque Epiſcopi licentia, nullum facere probationis gradum, immò neque inditium, *Natta conſ. 394. num. 3. & 4. lib. 2. Gram. conſ. 3. num. 9. & 10. Foller. in pract. crim. in fragment. numer. 9. in fin. Marſil. in ſingular. 123. numer. 6. verſ. & ſi in iſtis* vbi quod nec facit inditium ad interrogandum *Carol. de Graſſ. effect. Cleric. 30. numer. 17. Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de Cleric. teſt. §. 2. num. 8. cum alijs per Farinac. de teſt. q. 61. num. 61.* & ratio eſt quia Clerici in criminalibus repelluntur à limine depoſitionis *cap. teſtimonium 11. qu. 1.* vnde examinati contra iuris prohibitionem iudicium non faciunt, *Sperel. dec. 50. num. 19.* ſed de materia huius articuli vide *Farinac. de teſtib. qu. 62. num. 261.*

25 Declara conciliando has contrarias opiniones, vt prima ſubſtineatur, & procedat in criminali cauſa ciuiliter mota, vel ad defenſam. Secunda in criminali criminaliter intentata præcipuè ſi agatur de pæna ſanguinis, ita *Sperel. dec. 50. num. 21.*

26 Clerici verò, & Religioſi quamuis ſint ex perſonis priuilegiatis, qui regulariter cogi non poſſunt ad teſtimonium perhibendum *l. nec honorem C. de Epiſcop. & Cleric. cap. fi. 14. qu. 2.* Tamen in ſubſidium, & vbi veritas aliter haberi non poſſit Clericum, ſiue in minoribus, ſiue in ſacris conſtitutum non ſolum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus cogi poſſe ad deponendum coram laico eſt textus *in cap. quamquam 14. qu. 2. ibi vbi nullę idoneæ ſæcularium inueniuntur perſonæ, ne veritas occultetur*, & tradunt *Anton. de Butr. Aretin. Abb. Alex. Natta, Genuen. Bellett. Carol de Graſſ. relati per Sperel. deciſ. 50. num. 26. tom. 1. Farinac. qui alios allegat tract. de teſtib. qu. 61. nu. 71.*

27 Declara vt procedat vbi veritas, nec actu, nec habitu aliter haberi nequeat, adeout non ſufficiat, quod actu tantum alij teſtes non interfuerunt, ſed vlterius requiratur, quod ex natura negotij de cuius probatione agitur, alij teſtes non interfuerunt, nec intereſſe potuerunt, vt declarat *Natta conſ. 394. num. 7. Gram. conſ. 3. num. 8. verſ. eſt tamen aduertendum Farinac. de teſtib. qu. 61. num. 72. & faciunt tradita per eundem de teſte inhabili qu. 62. num. 62. & ſeq. Sperel. dec. 50. num. 27.*

28 Declara 2. vt procedat dummodo non agatur de pęna ſanguinis, nam hoc caſu etiam ſi veritas aliter haberi non poſſit, tamen, nec Clericus debet, nec cogi poteſt ad teſtimonium ferendum propter periculum irregularitatis, quæ non euitatur per contrariam proteſtationem, ſcilicet ſi proteſtentur ſe examinari citra pænam, & intentionem ſanguinis, *Felin. in cap. de cætero num. 1. verſ. ſed conſidera extra de teſtib. & ibidem Aret. num. 2. in fi. Natta conſ. 394. num. 1. & 2. lib. 2. Anton. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 12. rub. de probat delict. num. 19. verſ. repellitur Clericus Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 306. num. 6. verſ. quod verum eſt, & lib. 3. conclu. 1358. num. 61. Clar. in pract. §. fin. qu. 24. verſ. vlterius quęre & verſ. & quid ſi Clericus Campez. de teſtib. reg. 91. in 5. fal. Farinac. tract. eod. qu. 61. num. 59. Sperel. dec. 50. num. 28.*

29 Quinimò etiam ſi non agatur de pæna ſanguinis ſed de alia corporali mitiori Clericus ad offenſam teſtificari non debet, & nec de ſui ſuperioris licentia admittendus eſt contra laicum coram Iudice ſæculari in inditio criminali ad euitandas inimicitias, quæ facile propter hunc actum exoriri poſſunt & ne reddatur ſæcularibus odioſus, & conſequenter à cultu diuino ſubtrahatur, ita *Marta de iuriſdiction. p. 4. caſ. 117. num. 2.* & hanc opinionem ſubdit amplecti communiter à legiſtis *in l. 1. §. gener, & in l. abſentem, & in l. capitalium ff. de pæn. & tradunt alij DD. relati per Speral. dec. 50. nu. 29. & ſeq.*

30 In conficiendis verò inſtrumentis laicorum, licet Clerici de iure communi non recipiantur in teſtes *ad text. in cap. ſuper prudentia §. poteſt* ibi *in conficiendis autem inſtrumentis ſæcularium negotiorũ Preſbyteri non vocentur ad teſtimonium* ibique *gla. in verbo poteſt 14 qu. 2. & per text. in cap. quamquam eadem cauſa, & qu.* ibi *aut conficiendis inſtrumentis non rogentur, quia eos in talibus rebus eſſe non conuenit* & ibi *glo.* in figuratione caſus.

31 Tamen de generali cõſuetudine Clericos in quibuſcunque contractibus in teſtes haberi etiam abſque licentia ſuperioris, docet *ferrans Garg. conſ. crim. diuerſ. 126. num. 43. lib. 1. Farinac. in tract. qu. 61. num. 63. & 64.* & quod *text. in cap. ſuper prudentia* procedat potius de honeſtate, quam de neceſſitate affirmant *Felin. in cap. cum nuncius num. 3. col. 2. in fi. de teſt. & atteſtat. Siluan. conſ. 16. poſt num. 4. Caraui. ſuper ritu magnæ Curiæ 114. num. 4. ex Aret. in conſ. 159. num. 20.*

32 Laicus verò contra Clericum etiam primæ tonſuræ in cauſa criminali teſtimonium ferre non poteſt, tum ob reuerentiam, quam laicus Clerico exhibere debet, tum etiam quia ſicut Clericus non poteſt contra laicum teſtimonium ferre, ita ratione æqualitatis ſeruandæ, nec id poteſt laicus contra Clericum, eſt *text. in cap. de cætero extra de teſtib.* ibi *de cætero laicos in accuſationem, vel teſtimonium contra Clericos in criminali cauſa non eſſe aliquatenus admittendos cenſura ſacrorum canonum manifeſtius edocet*, & ibi notat *Io. And. in ſumm. Anan. num. 1. Imol. in prin. in 2. notab. Abb. nu. 1. Felin. & Aret. in ſumm. Nepos de Monte Alban. in tract. de teſtib. num. 153. Alber. de Malet. tract. eod. cap 5. nu. 39. Campez. eod. tract. regul. 98. in prin. Boſſ. in tit. de oppoſ. contra teſt num. 91. Diaz. in pract. crim. can. cap. 20. in prin. Clar. in pract. §. fi. qu. 24. verſ pręterea quęro Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 962. num. 1.* vbi quod ita concludunt omnes ſcribentes *in d. cap. de cætero lib. 3. & conclu. 1358. num. 44. Rol. conſ. 24 nu. 15. lib. 1. Decian. conſ. 63. nu. 35. vol. 3. cum alijs congeſtis per Farinac. in tract. de teſtib. qu. 61. num. 98. cum plurib. ſeq.*

33 Lim. 1. in ſubſidium, & quando veritas aliter haberi non poſſit, ſcilicet ſi delictum commiſſum fuerit in loco, vbi alij Clerici non commorantur, puta in Villa, quo caſu nè veritas occultetur, & delictum remaneat impunitum, admittendi ſunt

laici

laici ad teſtificandum contra Clericum, vt in genere diſponitur de teſte inhabili *Abb. in cap. de cætero num. 3. de teſt. & ibidem rationibus comprobat Aret. num. 4. 8. 9. & 10. Crot. de teſtib. num. 61.* vbi bene fundat, & reſpondet rationibus *Aretini* contrarium ſentientis *Campeg. de teſtib. reg. 98. in 1. fallen. Decian. conſ. 63. num. 35. verſ. tamen fallit num 3. vol. 3.* vbi quod hoc caſu etiam laici cogi debeant, *Viui commun. opin. verb. teſtificari poſſunt contra Clericum laici verſ. ſublimitatur hoc dictum*, *vbi de communi teſtatur Maſcard. de probat. lib. 3. conclu. 1358. verſ. tamen cum alijs relatis per Farinac. tract. de teſtib. qu. 61. num. 107.* vbi quod pro hac *Abbatis* opinione magis communis DD. ſententia ſtet.

34 Contrarium docet *Felin. in cap. de cætero num. 5. de teſt. Diaz. in prax. crim. canon. cap. 120. verſ. poſſe tamen conſiderari*, *Ferret. conſ. 238. num. 12. lib. 2.* nam ſi prima opinio ſeruanda eſſet, vtique daretur Presbyteris cauſa ſecure, & impune plura committendi delicta, etiam præſentibus laicis, expectata opportunitate quod nullus Clericus exiſtat in loco commiſſi delicti, de quo teſtis eſſe poſſit, & præcipuè contingere poſſet in illis Presbyteris, qui ſoli habitant in oppidis ruſticanis, ac proindè quod prima opinio poſſet ſeruari habita prudenti conſideratione per Iudicem qualitatis perſonæ Clerici delinquentis, teſtium, delicti perpatrati, & etiam particulariter, an ille Clericus ſit inuiſus, aut gratus Oppidanis illius loci, vt animaduertit *Diaz. d. cap. 120. verſ. quod tamen limita iuncto verſ. ſed quia*.

35 Limit. 2. in criminalibus exceptis, puta in crimine hæreſis, ſimoniæ, læſæ maieſtatis, & ſimilibus, in quibus laicus contra Clericum non prohibetur teſtimonium ferre, & ita tenent omnes DD. teſtatur *Anſer de reprobat. teſt. num. 61. verſ. 5. limit. Crot. de teſtib. num. 60. Campeg. eod. tract. regul. 98. in 5. fall. Martin. Landen. in tract. de crim. læſæ maieſt. qu. 27. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 120. verſ. item etiam fallit Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 462. num. 14. conclu. 962. nu. 10. lib. 2. & conclu. 1358. num. 58. lib. 3.* & hanc opinionem eſſe à DD. communiter receptam firmat *Farinac. in tract. de teſtib.*
36 *qu. 61. nu. 104.* quamuis contrarium doceat *Menchiaco lib. 3. de teſt. §. 25. num. 73. quem refert Clar. in §. fi. qu. 24. ſub verſ. præterea quæro.*

37 Limit. 3. vt laici licet contra Clericum in teſtes recipi non debeant, examinati tamen faciunt contra ipſum inditium ad torturam, dummodo laici examinati contra Clericum, ſint plures, ſecus verò
38 ſi ſit vnus tantum, quia in ciuilibus vnus laicus contra Clericum non plenè probat, ac proinde in criminalibus non facit inditium ad torturam iuxta
39 regulam quod ea, quæ in ciuilibus faciunt plenam probationem in criminalibus faciunt indicium ad torquendum, & hanc eſſe veritatem concludit *Farinac. de teſt. qu. 61. num. 109. iuncto num. 111. præcipue in fi.* vbi reprobat *Boſ. in tit. de oppoſit. contra teſtes nu. 91. in fi. prin. contrarium tenentem ad tradita in ſimili per Hippol. Rimin. in conſ. 213. num. 91. lib. 2.* & voluerunt etiam *Abb. in cap. de cætero num. 5. ibique Felin. num. 7. de teſt. Crot. de teſtib. nu. 62. & ſeq.* vbi reſpondet contrarijs *Aretini* fundamentis *Campeg tract. eod. reg. 98. in 3. fallen. Boſſ. in tit. de oppoſit. contra teſtes num. 91. Decian. conſ. 63. num. 36. lib. 3. Rol. conſ. 24. nu. 15. verſ. quia reſpondetur lib. 1.*

40 Lim. 4. in crimine notorio, in quo laici admittuntur ad ferendum teſtimonium contra Clericum, *Abb. in cap. de cætero num. 4. ibique Felin. num. 6. de teſtib. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 120. verſ. quod etiam fallit Anſer. de reprobat teſt. num. 61. verſ. ſecunda limit. Campeg. de teſtib. reg. 98. in 2. fallen. Maſcard. de probat. lib. 3. conclu. 962. num. 8. Dec. conſ. 63. num. 35. verſ. ſecundo dica vol. 3. cum alijs per Farinac. de teſtib. qu. 61. num. 118.*

41 Limit. 5. quod ſi laici non admittuntur contra Clericos ad offenſam, admittuntur tamen ad eorum fauorem, & ad defenſam *Felin. in cap. de cætera nu. 8. de teſtib. vbi allegat text. in cap. peruenit il 2. de teſtib. cogen. Aret. in eodem cap. de cætero num. 11. verſ. illud etiam ſcias per textum in cap. ſi hæreticus, & cap. ſeq. 2. qu. 7.* vbi hæreticus contra catholicum non probat, ſed ad eius fauorem ſic, *Maſcard. de probat. lib. 3. conclu. 1358. num. 53. Farinac. de teſtib. qu. 61. num. 115.*

42 Limit. 6. in cauſa merè ciuili, in qua laicus admittitur contra Clericum, quia cauſa ciuilis non reputatur ita grauis, ſicut reputatur cauſa criminalis, vt animaduertit *Imol. in cap. de cætero num. 3. verſ. item aduerte de teſtib. Prapoſit. in cap. teſtimonium num. 3. & ibi etiam Archidiac. num. 3. verſ. item in cauſa ciuili 11. qu. 1. Viuian. in commun. opin. verbo teſtificari poſſunt contra laicum Clerici in prin. Farinac. de teſtib. qu. 61. num. 122.*

43 Limit. 7. vbi cum laico examinatur alter Clericus, quia tunc coniunguntur, ita quod fides vnius ſuppleat inhabilitatem alterius, *Crot. de teſtib. nu. 68. Maſcard. de probat. lib. 3. conclu. 1358. num. 59. & ſeq. Farinac. de teſt. qu. 61. nu. 117.*

44 Limit. 8. in cauſa vbi non criminaliter, ſed de crimine ciuiliter agatur, nam tunc admittuntur laici contra Clericum, etiamſi tractetur de priuatione beneficij *Hoſtien. in cap. de cætera in prin. in verbo in criminali ibique Abb. num. 6. Felin. num. 9. de teſtibus Crot. de teſt. num. 65. Anſer. de reprobat. teſt. num. 61. verſ. 4. limit. Clar. in pract §. fi. qu. 24. verſ. præterea quæro in fi. Decian. conſ. 63. num. 35. verſ. tertia limit. Maſcard. de probat. lib. 3. conclu. 1358. num. 54. & lib. 2. conclu. 962. num. 13. Farinac. de teſtib. qu. 61. num. 120. & ita concludere Doctores omnes teſtatur Ferret. conſ. 183. poſt num. 4. verſ. vltimo confirmatur* à quibus tamen diſſentit *Archi. in cap. quia iuxta 5. qu. 6.* contrarium docens.

45 Limit. 9. vbi agitur de probatione famæ, in qua etiam laici contra Clericum admittuntur *Maſcard. de probat. lib. 3. conclu. 1358. num. 49. lib 3. Dec. conſ. 63. num. 35. poſt verſ. ſecunda dicu Farinac. de teſt. qu. 61. num. 119.*

46 Monachi, verò, & Religioſi a teſtimonio repelluntur, *Campeg. de teſtib. reg. 94. in prin.* vbi de Monachis, & *reg. 96. in prin* vbi de Fratribus Prædicatoribus, & minoribus *Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 261. num. 1. & 2.* vbi de Monachis, & Canonicis Regularibus.

47 Contrarium, & verius firmant alij DD. relati per *Farinac. de teſtib. qu. 61. num. 124. & ſeq.* vbi quod poſſunt eſſe teſtes non ſolum in cauſis aliorum, ſed etiam proprij Monaſterij, & latius *qu. 60. nu. 463. cum pluribus ſeq.* vbi examplificat non ſolum in Monachis, ſed etiam in omnibus fratribus conuentualibus, & Regularibus, & minoribus, ac Prædica-

48 dicatoribus, & Fratribus Sancti Auguſtini, qui poſſunt eſſe teſtes etiam in teſtamentis, quamuis aliquid relinquatur ad fauorem eorum Monaſterij, & latè *quaſt. 61. numer. 126. & 127.* vbi quod multò magis in teſtamentis ad pias cauſas, *Clar. in §. teſtamentum qu. 55. verſ. vlterius quæro Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 261. nu. 11.*

49 Limit. concordando has contrarias opiniones, vt prima procedat de iure ciuili, ſecus de iure canonico, ex cuius diſpoſitione Monachi, & Religioſi poſſunt eſſe teſtes cum licentia eorum ſuperioris, ſecus ſine tali licentia *Felin. in cap. cum nuncius num. 3. de teſtib.* vbi quod contraria *Abb.* opinio cum difficultate ſeruaretur in practica, & ſaltem ſibi locum vindicare poſſet, vel vbi pars non opponeret, vel in inſtrumentis, & contractibus, in quibus valet Monachi depoſitio etiam ſine Superioris licentia, ſecus in alijs, vt inquit *Soccin. in conſ. 17. nu. 15. lib. 1.* & hanc ſententiam etiam profitentur *Nepos de Monte Alban. in tract. de teſtib. nu. 59. Nell. eod. tract. num. 22. verſ. Monachus Lanfranc. eod. tract. num. 37. Papien. eod tract. num. 96. verſ. teſtis Monachus concl. 49. Auſer. de reprobat. teſt. num. 13. Boſſ. de oppoſ. cont. teſt. nu. 92. Campeg. de teſtib. reg. 94. in 2. fall. & reg. 96. in 1. fallen. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 261. num. 5. & 12. & lib. 3. conclu. 1358. num. 32. vbi de communi opinione cum alijs congeſtis per Farinac. de teſtib. qu. 61.*

50 *num. 129. iuncto nu. ſeq.* & ratio eſt, tum quia Religioſi mortui ſunt in mundo, nec habent velle, nec nolle, vnde eorum vox funeſta reputatur, vt potius interdici, quam audiri debeat, & eorum voluntas à Superioris voluntate dependeat, vt animaduertit *Farinac. loco citato à num. 131. cum ſeq.*

51 Sublim. quod licet Monachi, & alij Religioſi non poſſint teſtimonium ferre abſque eorum ſuperiorum licentia, examinati tamen valet eorum depoſitio, & plenam fidem faciunt, ſiquidem huiuſmodi licentia exigitur potius ex quadam condecentia, & honore ordinis clericalis, & ſtatus religioſi, ac proindè eius omiſſio tamquam leuis ſolemnitas actum non vitiat, *Speculat in tit. de teſte §. 1. num. 36. in fi. Abb in cap. cum nuncius num. 4. de teſtib. Crot. de teſtib. num. 178. Corn. conſ. 135. num. 33. lib. 1. Silua conſ. 16 num. 7. & 8. Guid. Pap. dec. 517. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 261. num. 13. Farinac. de teſtib. qu. 61. num. 134.*

PRAENESTINA CONTRIBVTIONIS.

ARGVMENTVM.

VBi agitur de reparanda, & manutenenda Eccleſia inſtructa de neceſſarijs ornamentis, & paramentis in primis attenditur conſuetudo, qua ceſſante tenetur Rector ſi beneficij fructus ſubſtentandæ vitæ ſuperſint, fructus vnius Eccleſiæ ſuperflui, an poſſint aſſignari fabricæ alterius Eccleſię pauperis, materia explicatur.

SVMMARIVM.

1 In Eccleſiæ reparatione, & manutentione inſtruendi de neceſſarijs in primis attenditur conſuetudo.

2 Rectori Eccleſiæ incumbit onus reparandi, & manutenendi Eccleſiam inſtructam de neceſſarijs.

3 Limit. vt procedat, ſi redditus ſubſtentandæ vitæ ſuperſint.

Sublim. vbi introducta reperitur conſuetudo, vt alij ſubeant hoc onus nu. 7.

4 Rectori parochialis Eccleſiæ debetur congrua, quæ debet eſſe ſcutorum centum, & libera ab omni onere num. 5.

6 Fructuum quantitas probatur à conſuetis percipi antecedentibus annis.

8 Conſuetudo legitimè præſcripta per 40 annos, licet ſit contra, vel præter ius obligat ad obſeruantiam.

9 Confraternitates laicorum tenentur manutenere altaria, vbi erectæ exiſtunt inſtructa de neceſſarijs.

10 Patronus Altaris, vel Eccleſiæ, ſi non aſſignauit dotem tenetur præſtare omnia neceſſaria.

11 Fructus vnius Eccleſiæ ſuperflui non poſſunt aſſignari fabricæ alterius Eccleſiæ pauperis, ſine licentia Papę.

Declara vt num. 13. Contrarium nu. 19.

12 Conſuetudo alienandi res Eccleſiæ abſque ſolemnitatibus non ſubſiſtit.

14 Conſuetudo, & ſolitum rationabile, & non multum oneroſum ſubſiſtit, & ſeruandum eſt.

15 Fructus bonorum Eccleſiæ, eiuſque redditus alienari poſſunt ſine ſolemnitatibus.

16 Prælati, & Rectores Eccleſiæ, & locorum piorum habent liberam adminiſtrationem fructuum.

17 Quos diſtrahere, & vendere poſſunt abſque vlla ſolemnitate,

18 Quod procedit præcipuè in fructibus perceptis.

20 In facultatiuis non acquiritur poſſeſſio manutenibilis & num. 21.

22 Amp. non obſtante quocunque lapſu temporis etiam immemorabilis.

23 In facultatiuis nec inducitur conſuetudo.

24 Limit. vt procedat quando clare conſtat materiam eſſe facultatiuam, alias ſecus.

25 Lim. 2. vbi præcedit titulus, nam tunc ceſſat materia facultatiua.

26 Lim. 3. vt ex pluralitate actuum per longum tempus excludatur præſumptio facultatis.

27 Nam gratia multiplicata non præſumitur.

28 Lim. 4. fauore piæ cauſæ, & cultus diuini.

29 Ea quæ ſunt meræ facultatis fauore piæ cauſæ, & cultus diuini a principio, poſtea fiunt neceſſitatis.

30 Laudabilis conſuetudo præter ius etiam decennalis fauore piæ cauſæ, & Eccleſiæ obligat in futurum etiam in facultatiuis.

31 In facultatiuis non oritur obligatio.

32 Lim. vbi concurrit fauor Eccleſiæ, & piæ cauſæ.

DECISIO XV.

ECcleſia Parochialis Sancti Blaſij Oppidi Sancti Viti non habet fabricam, ſeu proprios redditus, ex quibus manuteneri poſſit de neceſſarijs decenter inſtructa, redditus verò Archipresbyteri non aſcendunt ad congruam ſcutorum centum à Sacro Concilio Tridentino prò commoda Rectoris ſubſtentatione ſtatutam, erecta tamen exiſtit in Altari maiori eiuſdem Eccleſiæ Venerabilis ſocietas Sanctiſſimi Sacramenti, quæ quo ad reddituum adminiſtrationem coniunctè, ac ſimul procedit cum Societate Sanctiſſimi Roſarij, à quibus diebus feſtiuis in celebratione Miſſæ parochialis, & diuinorum ſubminiſtrata fuerunt intorticia, vinum, & prouiſum Altare de paramentis, alijſque ornamentis ne-

ceſſarijs, vt conſtat ex partitis regiſtratis in libris rationum introitus, & exitus dictarum ſocietatum, & ex depoſitionibus diuerſorum teſtiuum.

Contendentibus modo, & recuſantes moderni officiales ſupradicta ſubminiſtrare, fuit pro parte Archipresbyteri habitus recurſus ad Sacram Congregationem Eminentiſſimorum Cardinalium Sacri Concilij Tridentini interpretum à qua pro informatione ad me tranſmiſſo ſupplici libello, tempore quo Præneſtini Epiſcopatus Vicarij Generalis munus gerebam, extraiudicialiter auditis his quorum intereſt, excitatum fuit dubium, an attenta dicta conſuetudine ſupradictæ Confraternitates teneantur ad hanc præſtationem, & affirmatiuè videbatur reſpondendum.

1 Quoniam receptiſſima eſt iuris concluſio, quod vbi agitur de reparanda, & manutenenda Eccleſia, instructa de neceſſarijs paramentis, & ornamentis in primis attendatur conſuetudo *Genuen. in prax. Archiepiſcopal. curia Neapolitan. cap. 93. num. 13. in fi. verſ. conſuetudo itaque Sperel. dec. 67. num. 3. tom 1.* vbi alios copiosè allegat.

2 Et quamuis huiuſmodi onus etiam ſpectet ad Rectorem Eccleſiæ iuxta *text. in cap. 1. vbi communiter DD. & in cap. de his de Eccleſ. ædifican. Genuen. dicto cap. 91. num. 13. Sperel. dec. 67. num. 4. & 5.*

3 Tamen hoc præcedit ſi beneficij, & Rectoris redditus ſubſtentandæ vitæ ſuperſint, adeo vt Rector teneatur erogare redditus in fabricam Eccleſiæ deductis prius alimentis ſibi neceſſarijs, vt expreſsè declarat *textus in cap. de ijs de Eccleſ. ædifican. Genuen. in prax. Archiepiſcopal. curia Neapolitan. cap. 91. num. 13. circa med. verſ. ita quoque cum alijs allegatis per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 64. num. 4. in fi. verſ. vbi reſoluit.*

4 Redditus autem præfati Archipresbyteri, cum non conficiant congruam ſcutorum centum ad præſcriptum *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 24. de reform. cap. 13. paulo ante fin.* non videntur ſufficere ad eiuſdem commodam ſubſtentationem, adeo vt non teneatur in fabricam conferre, cum certum ſit Recto-

5 ri curato deberi congruam *cap. extirpanda cap. de Monachis de præben. cap. 1. eod. tit. in 6. Rebuf. in tract. de congrua qu. 4. in prin. Barboſ. de offic. Paroch. p. 3. cap. 29. num. 20. verſ. certum eſt Caſar. de Graſſ. dec. 6. num. 7. eod. tit. Rot. dec. 763. num. 1. p. 2. rec. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de Clerico debitore §. 15. num. 5. Sperel. dec. 67. num. 28.* quæ congrua debet eſſe libera, & integra deductis oneribus, & expenſis, tam ordinarijs, quam neceſſarijs, licet ſecus ſit de oneribus incertis variabilibus, voluntarijs, & arbitrarijs *Bellet. ad dicto §. 15. num. 6. & 7. late Beltram. in addit. ad Greg. XV. dec. 245. num. 12.*

Quod autem non aſcendant ad ſummam ſcutorũ centum dicti redditus, & ſic non conficiant congruam Parocho debitam, doctum fuit ex aſſignationibus factis per decennium occaſione ſolutionis decimarum papalium, vt ex fide Reuerendi D. Sub-

6 collectoris Apoſtolici, fructuum enim quantitas benè probatur à conſuetis percipi præcedentibus annis *Achil. dec. 22. de reſtit ſpoliat. Seraph. dec. 1393. num. 3. Burat. dec. 307. num. 6. & dec. 722. num. 4 Rot. in Bononien. manutentionis 5. Iunij 1650. § quod liberi coram Meltio.*

7 Et in omnem caſum etiam ſupradictis ceſſantibus vbi introducta reperitur conſuetudo, quod populus, aut alij ſubeant huiuſmodi onus reparandi, ornandi, & prouidendi Eccleſiam de neceſſarijs, vtique Parochus, & Rector liberatur à præfato onere, & omnino eximitur *Genuen. in prax. Archiepiſcopal. cap. 91. num. 13. circa fin. verſ. declara notabiliter, vbi ita dixiſſe Rot. coram Orano, Suſch. de viſitat. Eccleſ. lib. 1. cap. 10. num. 5. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 64. num. 4. in fi.*

8 Et cùm dicta conſuetudo, ſeu ſolitum obſeruatum fuit longè vltra quadraginta annos tamquam legitimè præſcriptum, etiam ſi eſſet præter, vel contra ius obligat imposterum ad obſeruantiam, *cap. auditis §. quo circa ibi vt illo ſecuſſo non ſit quadragenaria completa præſcriptio de præſcription. cap. fi. iuncta glo. in verbo legitimè præſcripta de conſuet. Rot. deciſ. 284. ſub num. 9. coram Mantica & deciſ. 524. num. 3. p. 1. in recen.*

9 Conſiderabam vlterius, quod Societas Sanctiſſimi Sacramenti per eius erectionem factam in dicto Altare maiori, cenſetur ſe obligaſſe ad manutenendum altare instructum de luminarijs, fabrica, & alijs neceſſarijs, tam ad Altaris ornatum, quam ad Miſſæ ſacrificij celebrationem, vt generaliter laicorum ſocietates prouidere ſolent Altaria, & Oratoria, vbi erectæ exiſtunt, perinde ac ſi eſſent Altarium patronæ, & vbi Patronus non aſſignauit

10 dotem congruam tenetur ad hanc præſtationem *Abb. conſ. 89. p. 2. Genuen. in prax. Archiepiſcopal. Neapol. cap. 91. nu. 13. verſ. & hæc eſt veritas Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop. alleg. 54. num. 16.*

11 Aduerſus hoc fundamentum, nec videbatur obeſſe concluſio illa, quod fructus vnius Eccleſiæ ſuperflui non poſſint aſſignari fabricæ alterius Eccleſiæ pauperis carentis fabrica, ſiue ad eius parietes reficiendos, ſiue ad emenda ornamenta, ſine auctoritate, & licentia Papæ, tam iure antiquo, vt in *Clement. quia contingit de religioſ. domib.* quam nouo *Concil. Trid.* confirmatione, vt tradit ex *Nouar. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 64. num. 17.*

12 Et quod propterea non ſubſiſtat conſuetudo alienandi res Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus eſt *textus in cap. 1. de conſuet. Butr. in cap. nulli num. 9. de reb. Eccleſ. non alienan. ibique Abb. num. 6. verſ. & nota. Imol. num. 5. verſ. ſi autem Bero. num. 45. Oldrad. conſ. 226. num. 50. verſ. quia non poteſt.*

13 Quia obiectum ſibi locum vindicat in redditibus vnius Eccleſiæ, vel alterius loci pij deſtinatis pro eorum fabrica, qui nequeunt priuata, vel inferiori auctoritate in alios vſus conuerti, ſecus autem in redditibus Confraternitatum laicorum, qui non habent certam deſtinationem, ſed erogari ſolent in vſus, & opera pia, in quibus ſe exercent, & præcipuè ad instruendum, & manutenendum altare vbi ſunt erectæ bene prouiſum de neceſſarijs, cum ad hoc teneantur prout tenentur patroni, adeo vt erogatio fructuum, & expenſæ in hanc cauſam cedant in fabricam, & cauſam propriam, & non ſit applicare redditus vnius fabricæ ad fauorem alterius, ac proindè cum non cenſeatur alienatio exigens ſolennitates, huiuſmodi conſuetudo, ſeù ſolitum ſubſiſtit,

14 & ſeruandum eſt tamquam rationabile, & non læſiuum, & multum oneroſum, vt declarat *gloſ. in dicto cap. 1. de conſuetud.*

Quod facilius ſuadetur, quia expenſæ, quæ erogantur ad instruendum præfatum altare proueniunt

ex

Digitized by Google

ex fructibus prædictarum ſocietatum, qui diſtrahi
15 poſſunt abſque ſolennitatibus, nec comprehendun-
tur ſub conſtitutione Paulina *relat. in extrauag. Am-
bitioſæ de reb. Eccleſ. non alienan.* ſed Prælati Recto-
16 res, & alij Officiales, & Miniſtri locorum piorum
habent liberam adminiſtrationem, dictorum fructuũ,
vt latè comprobat *Redoan. in tract. de reb. Eccleſ. non
alienan. qu. 51. cap. 2. à num. 1. & per tot. & quæſt.
53. cap. 1. à num. 1. & ſeq.*
17 Quibus non eſt prohibitum quin diſtrahere, &
vendere poſſint abſque aliqua ſolennitate *cap. ſi. ne
Prælat. vices ſuas Clem. 2. §. ſi. de reb. Eccleſ. non
alienan. Redoan. eodem tract. de reb. Eccleſ. non alie-
nan. qu. 51. cap. 2. à num. 1. & per tot. & qu. 53. cap.*
18 *1. à num. 1. cum ſeq.* & quod hoc procedat præci-
puè in fructibus perceptis ſubdit idem *Redoan. dicta
qu. 51. num. 13.*
19 Immo quod redditus ſuperflui vnius Eccleſiæ
poſſint applicari fabricæ alterius indigentis tenet
*glo. in cap. conſtitutus de religioſ. domib. & in cap. 1.
de reb. Eccleſ. non alienan. Marcb. Anton. Genuen. in
manual. Paſtor. cap. 36. num. 8.*
20 Nec propterea obeſſe poteſt, quod licet per offi-
ciales, & miniſtros præfatarum Societatum ſubmi-
niſtrata fuerint intorſitia, vinum paramenta, & res
aliæ controuerſæ, non tamen ex hac ſubminiſtratio-
ne tamquam merè facultatiua, & non ex præuia
obligatione fuit aliquod ius, vel poſſeſſio altari, &
Rectori acquiſita, in qua manuteneri debeat ad *no-
tata in l. Proculus ff. de damn. infect.* in actibus autem
21 facultatiuis non ſolum non datur poſſeſſio manu-
tenibilis *Gratian. diſcept. 645. num. 49. Bellet. diſ-*
22 *quiſit. Clerical. p. 1. tit. de Clerico debitore §. 12. num.
10. 11. & 12. Rot. dec. 565. ſub num. 1. p. 1. in recen.*
non obſtante quocunque lapſu temporis etiam im-
memorabilis *Surd. conſ. 127. num. 82. in ſi. & ſeq.
Beltram. in Addit. ad Greg. XV. dec. 162. num. 16.
Rot. dec. 701. num. 3. p. 4. tom. 3. rec.*
23 Verum etiam, nec poteſt fieri fundamentum ad
inducendam conſuetudinem *Calder. conſ. 1. & 3. de
conſuet. Rol. conſ. 53. num. 38. lib. 2. Dec. conſ. 8. nu.
4. & conſ. 175. ſub num. 5. verſ. propterea licet Greg.
XV. dec. 162. num. 10. ibique Adden. num. 15. Rot.
dec. 536 ſub num. 4. p. 2. rec.*
24 Siquidem obiectum procedit, quando clarè con-
ſtat materiam eſſe facultatiuam, alias ſub prætextu
materiæ facultatiuæ non eſt ita de facili manutentio
deneganda, niſi præſumptio ſit valde vrgens *Seraph.
dec. 323. num. 3. Beltram. in addition. ad Greg XV.
dec. 162. num. 16. in ſi.*
In præſenti autem non verſari in merè facultati-
uis, deducitur, tum quia cum ſocietas erecta exiſtat
in dicto Altare, tenetur ex ſupra deductis ad eius
25 manutentionem, ac proinde cum præcedat aliquis
titulus, actus ſubſequentes contributionis præfata-
rum rerum præſumuntur facti in vim tituli præce-
dentis ad excluſionem voluntarij actus *Menoch. de
præſumpt. lib. 6. præſumpt. 67. Beltram. in Addition.
ad Greg. XV. dec. 162. ſub num. 16. verſ. primo ſcien-
dum eſt vbi alias Rot. dec. allegat.*
26 Tum quia concurrit pluralitas actuum per lon-
gum temporis interuallum geſtorum, ex quibus ex-
cluditur præſumptio facultatis *Ripa in cap. cum Ec-
cleſia num. 55. de cauſ. poſſeſſor. Caſat. de Graſſ. dec. 1.
num. 3. de cauſ. poſſeſ. Seraph. dec. 212. num. 3. & dec.
323. num. 4. cum alijs per Adden. ad Greg. XV. dec.
162. ſub num. 16. verſ. ſecundo excluditur*, & affert
27 rationem, quia toties multiplicata gratia non eſt
præſumenda *Rot. dec. 397. num. 3. p. 2. rec. Sperel.
dec. 67. num. 49.*
28 Tum etiam, quia vbi agitur fauore piæ cauſæ, &
diuini cultus non præſumitur materia facultatiua
*Adden. ad Greg. XV. dec. 162. ſub num. 16. verſ. ter-
tio vbi agitur Sperel. dec. 67. num. 50.*
29 Et in omnem euentum cum præfatæ Confrater-
nitates per longiſſimum temporis ſpatium ſupradi-
cta ſubminiſtrare conſueuerunt, fuit idem ius Alta-
ri, & Rectori quæſitum, quia ea quoque, quæ me-
rè voluntatis ab initio ſunt, fiunt ex curſu longiſſi-
mi temporis fauore cultus diuini neceſſitatis *Abb.
in cap. ſuam num. 8. de Simon. Felin. in cap. ad Apo-
ſtolicam num. 3. eod. tit. de Simon. Rot. dec. 365. nu. 6.
p. 2. & dec. 54. nu. 9. p. 4. tom. 2. & dec. 701. num. 5.
ead. p. 4. tom. 3. rec.*
30 Immo laudabilis conſuetudo etiam decennalis
cum ſit præter ius fauore Eccleſiæ, & piæ cauſæ
obligat in futurum etiam in facultatiuis *cap. ad
Apoſtolicam de Simon. & ibi Felin. num. 3. Abb. in
cap. ſuam num. 8. eod. tit. Couar. var. reſol. lib. 1. cap.
17. num. 3. verſ. quod ſi Clerici Felin. in cap. veniens
il primo num. 3. de teſtib. Gabr. in tit. de præſcription.
conclu. 10. num. 12. in 2. limit. Leo in Theſaur. for.
Eccleſ. p. 2. cap. 11. num 48. Sperel. dec. 67. num. 47.
Caſſad. dec. 1. de conſuet. & dec. 3. num. 2. ſuper reg.
Cancellar. Rot. dec. 365. num. 4. p. 2. rec.*
31 Vnde penitus ceſſat obiectum, quod verſemur in
facultatiuis, in quibus non producitur obligatio,
ſecundum *Innocen. in cap. cum Eccleſia de cauſ. poſ-
ſeſſ. & propriet. Bart. in l. cum de in rem. verſ. de
vſur. & tradunt DD. in l. certis annis C. de pact.*
32 Quia non habet locum, & corruit quando con-
currit fauor Eccleſiæ, & piæ cauſæ ex *DD. ſupra re-
latis, & dixit Rot. dec. 365. num. 5. p. 2. rec.*

SVMMARIVM.

1 Eccleſia collapſa refici debet ex proprijs fructibus, & ſi non ſint ſufficientes, tenentur Patroni, & illorum defectu Parochiani.
2 Sed ſi ſufficiunt redditus Eccleſiæ nullus eſt grauandus.
3 Parochiani, ſeu Populus ad reparandam Eccleſiam taxari debent per æs, & libram, & num. 27. vbi quod etiam ſunt includendi exempti, & exteri.
4 Vicarius Epiſcopi ſi habeat ſpeciale mandatum poteſt cogere populum, & parochianos ad reparandam Eccleſiam.
5 Forenſis etiam collectari poteſt ad hanc reparationem pro bonis in loco poſſeſſis.
6 Penſionarius tenetur etiam contribuere ad ratam penſionis, ſecus ſi penſio reſeruata ſit libera ab omni onere num. 7.
8 Vbi adeſt legatum, ſtatutum, vel conſtitutio circa modũ reparandi, vel ornandi Eccleſiam ſeruanda eſt.
9 Ita etiam vbi adeſt conſuetudo ſeruanda eſt etiam quo ad reparationem Eccleſiæ Cathedralis num. 11.
10 Sed hoc limita, vt procedat ſi habuerit initium a ſpontanea, & non coacta populi voluntate, & animo inducendi.
12 Circumſcripta verò conſuetudine ſi Eccleſia non habeat proprios redditus hoc onus ſpectat ad Epiſcopum de quarta redditũum ſuæ Eccleſiæ.
13 Et ſi quarta ſupradicta non ſufficiat Canonici cõtribuere tenentur, & alij beneficiati, & poſtea totus Clerus, & alij beneficiati aliarum Eccleſiarum, & demum Parochiani.
14 Et ſi redditus Epiſcopatus, & Canonicorum non ſuffi-

eiant poteſt Epiſcopus applicare redditus beneficiorum vacantium.

15 Epiſcopus poteſt etiam applicare deſtributiones quotidianas deficientium.

16 Lim. vt hoc procedat in ſubſidium ſi quarta Epiſcopi, & Canonicorum contributiones non ſufficiant.

17 Ecclesiæ inferiores quomodo, & à quibus reparandæ, & num. 20. 21.

18 Lampas accenſa coram Sanctiſsimo retinenda à quibus fieri debent expenſę, & num. 19.

21 Rectores Eccleſiarum tenentur ad reparationem Eccleſię deductis neceſſarijs quatenus reſideant, vel aliud onus beneficij impleant. Limit. vt num. 22.

23 Domus Rectoris reparanda eſt eodem modo, & ab eiſdem perſonis, prout reparari debent aliæ Eccleſiæ.

24 Parochiani vbi concurrere debent ad Eccleſię reparationem tenentur etiam ſi vellent recedere à Parochia.

25 Prout nec Epiſcopus, nec beneficiatus poteſt renunciare beneficium ad euitandum onus reparandi Eccleſiam.

26 Vaſſallus non poteſt renunciare feudum, vt ad ſeruitia Domino non teneatur.

28 Clerici quando ſunt collectandi, collecta eſt eiſdem imponenda per Iudices Eccleſiaſticos, & non per Maſſarios.

29 Vbi populus tenetur ad reparandam Eccleſiam Iudicium eſt dirigendum tam contra Maſſarios, quam contra ſingulos de vniuerſitate.

30 Et ſi magis expediat poteſt interdici Eccleſia arbitrio Epiſcopi.

31 Eccleſia ſi habet opulentam dotem, licet pro eius reparatione alienare bona ſuperflua.

32 Clericus ſi habet pingue patrimonium in foro poli tenetur de proprio reſtaurare Eccleſiam, alias peccat mortaliter.

33 Eccleſia de iurepatronatus quomodo, & à quibus ſit reparanda, & num. 34 & 31.

35 Patronus ex iurepatronatus recipit fructum ex præſentatione.

36 Et honorandus, & præcedere debet in ſeſsionibus, & proceſsionibus.

37 In neceſsitate poteſt quærere alimenta ab ipſa Eccleſia.

38 Debet conſtituere dotem ſufficientem.

39 Et poteſt compelli ab Epiſcopo ad conſtituendam dotem, licet ab initio conſtituta non fuerit.

40 Epiſcopus permittens fundari Eccleſiam, ſine dote tenetur de proprio dotare defectu Patroni.

41 Eccleſia vetuſtate collapſa ſi refici non poſſit ad Matricem, vel viciniores Eccleſias transferri poteſt, licet etiam ſit de iurepatronatus.

42 Ita pariter transferre poteſt beneficia ſimplicia etiam de iurepatronatus.

43 Epiſcopus non poteſt prophanare cæmeterium.

44 Cæmeterium à quibus reparandum ſit.

45 Eccleſia ſi indigeat ampliatione ob populi excreſcentiam, cuius expenſis ſit facienda.

46 Populus non tenetur contribuere ad fabricam Eccleſiæ noniter conſtruendæ in loco opportuniori. Declara, vt ibidem.

47 Nemo tenetur rem communem meliorem facere.

48 Paramenta, Luminaria, cæteraque Eccleſiæ neceſſaria à quibus fieri debent.

49 Conſuetudo reparandi Eccleſiam ab alijs, quam à Rectore ſi eius redditus augeantur ceſſare debet.

50 Prout etiam ob populi egeſtatem, ſi Eccleſia deueniat ad meliorem fortunam.

51 Epiſcopus cum circumſpectione, & prudentia ſe gerere debet in taxando Parochianos pro Eccleſiæ reparatione.

52 Eccleſię vetuſtate collapſæ ſi ob omnium inopiam reſtaurari nequeant ſunt deſtruendæ, & beneficia, & onera ad matrices, ſeù viciniores Eccleſias transferenda.

Eccleſia quomodo, & à quibus reparanda, ornanda, & de neceſſarijs inſtructa manutenenda ſit.

ADNOTATIO I.

1 Eccleſia collapſa refici, & reſtaurari debet ex fructibus, & prouentibus eiuſdem Eccleſiæ, qui ſi non fuerint ſufficientes, omnes Patroni, & alij, qui fructus aliquos ex dictis Eccleſijs prouenientes percipiunt, aut in illorum defectum Parochiani omnibus remedijs opportunis cogendi ſunt omni appellatione, exceptione, & contradictione remota, vt ſanciuit *Concil. Trid. ſeſſ. 21. de reform. cap. 7. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 64. num. 8.*

2 Vbi tamen adeſt quarta, vel proprij Eccleſiæ redditus, ſeù fructus pro eius fabrica deſtinati, ſeù reſeruata iuxta diſpoſitionem *cap. vnici* 10. *qu.* 3. & *cap. quatuor* 12. *qu.* 12. Et ſint ſufficientes tunc ex huiuſmodi fructibus reparanda, & manutenenda eſt Eccleſia, & nullus eſt grauandus, vel moleſtandus *Federic. de Sen. conſ.* 224. *per tot.* Bero. *conſ.* 3. *nu.* 6. *Lambertin. de iurepatronat. lib.* 3. *qu.* 7. *per totam Fuſcus de viſitat. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 15. *Valaſc. tom.* 2. *conſult.* 179. *num.* 12. *Surd. conſ.* 62. *num.* 22. *lib.* 1. *Barboſ. de offic. Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 64. *num.* 4. *Cæpol. de ſeruit. Vrban. prædior. cap.* 59. *Petrus Gregor. in Sintagm. iur. vniuerſ. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 12. *Mainard. deciſ. Toloſ.* 31. *Aufer. de commun. in addition. ad Capell. Tholoſ. dec.* 499. & *alibi* 500. *in prin. cum alijs congeſtis per Sperel. dec.* 67. *num.* 1. *tom.* 1.

3 Sed ſi populus, & Parochiani cohercendi, ſint ad huiuſmodi contributionem, vt ſeruetur æqualitas, & ne vnus plus alio grauetur, eſt imponenda collecta per æs, & libram, vt ſeruauit, & iudicauit *Sperel. dec.* 67. *num.* 31. *verſ. his tamen non attentis tom.* 1. *Bellet. diſquiſit. Clerical. tit. de Cleric. debitor.* §. 14. *ſub num.* 11.

4 Et hanc facultatem populum, & Parochianos cohercendi etiam habet Vicarius Generalis, qui facit vnum tribunal cum Epiſcopo, & ordinariam iuriſdictionem exercet, ſi tamen habeat ſpeciale mandatum, vel generales facultates etiam ſpeciale mandatum requirentes Leo in *Theſauro fori Eccleſiaſtici p.* 2. *cap.* 16. *num.* 16. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 64. *num.* 9. *in fi.*

5 Amp. concluſionem, vt hoc caſu etiam forenſis collectari poſſit ad huiuſmodi refectionem pro bonis in loco poſſeſſis *Barboſ. de offic. & poteſtat. Epiſcop. alleg.* 64. *num.* 10. *vbi alios allegat.*

6 Amp. vt etiam penſionarius teneatur contribuere ad ratam penſionis ad Eccleſię reparationem *Nauar. conſ. vnico de Eccleſ. ædifican. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 64. *num.* 18. vbi quod
7 ſecus, ſi penſio impoſita, ſeù reſeruata ſit, vt ab omni onere libera ſoluatur, cum tunc titularis cenſetur in ſe aſſumpſiſſe hoc onus, & liberaſſe penſionarium.

8 Si tamen adeſſet aliquod legatum, conſtitutio, vel ſtatutum, quo præſcribatur modus reparandi, ornandi, & prouidendi Eccleſiam inſtructam de neceſſarijs, pariter ſeruandum eſt *Abb. in cap.* 1. *nu.* 3. *de Eccleſ. ædifican. Bero. conſ.* 3. *num.* 3. & 4. *vol.* 1.

quos

quos refert. & ſequitur Sperel. dec.67. num.2.

9 Ita etiam ſi adeſt conſuetudo, illa vti laudabilis, & Eccleſiæ vtilis ſeruanda eſt, adeo vt illi, qui ad ad huiuſmodi expenſas concurrere ſolent, compelli poſſint, nemine excepto, vt vltra citatos in deciſione, docent *Hoſtien. & Anchar. in cap. 1. de Eccleſ. ædif. num. 2. ibique Butr. num.6. verſ. primo igitur Abb. num.3. & communiter Canoniſtæ Federic.de Sen. conſ. 224. Campanil. in diuerſor. iur. canon. rub. 12. cap. 13. ſub num. 19. Surd. conſ.62. num. 16 vol. 1. Auſer. de poteſt. Eccleſ. ſuper laic. num.23. Bellet. diſquiſit. Clerical. in tit. de Clerico debitore* §. *13. nu.2. & 3. Capel. Tholoſ. qu.500. Lambert. in tract. de iurepatronat. lib.3. qu.7. art.2. nu.2. 4. & 7. verſ. omnia prædicta Mantic. dec.284. num.1. & 2. Rot. deciſ. 627. num.1. in fi. p.1. rec.*

10 Limita, vt ſupradicta concluſio procedat, ſi conſuetudo licitum habuerit initium, nempè à ſpontanea, & liberà voluntate, ſecus ſi malum ortum habuerit ab extorſione, & non à ſpotanea, & liberali voluntate, vt animaduertit *Auſer. de poteſt. Eccleſ. ſuper laic. num. 23. relat. per Sperel. dec.67. num. 3. in fi.* Inſuper, vt inducta dicatur requiritur, vt populus, ſeù alij fuerint in tali vſu animo inducẽdi cõſuetudinem, & ſic vt concurrat conſenſus inducentium *Bellet. diſquiſit. Clerical. tit. de Cleric. debitor.* §. *13. num. 10.*

11 Hinc eſt quod etiam ad reparationem Eccleſiæ Cathedralis attendi debeat conſuetudo prout generaliter in omnibus alijs Eccleſijs attendi debet latè *Bero. conſ 3. num.1. & 2. vol.1.* Rot. *dec.627. nu.1. in fi. p.1. rec.*

12 Circumſcripta verò conſuetudine, & hoc caſu, aut Eccleſia haber proprios fructus pro fabrica, & ex illis eſt reparanda, quod ſi non habeat, onus reparandi ſi ſit Cathedralis ſpectat ad Epiſcopum de quarta reddituum ſuæ Eccleſiæ, eiuſque fructuũ, non ſolum futurorum, ſed etiam præteritorum, quos ad hunc effectum tenetur conſeruare, vt concludit *Bero. conſ. 3. num. 6. & ſeq. Surd. conſ.62. nu. 23. vol.5. Barbat. conſ. 26. num. 4. verſ. & prædicta omnia lib. 3. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 64. num. 5. p.3.* Bellet. *diſquiſit. Clerical. tit. de Clerico debitore* §. *13. num.12.* Mantica *dec. 284. num. 4. & 5. Rot. dec.627. num.3. p.1. rec.*

13 Et ſi quarta Epiſcopi non ſufficiat, tenentur contribuere Canonici, & alij in eadem Eccleſia beneficia poſſidentes, & poſtea totus Clerus, & alij, qui in inferioribus Eccleſijs obtinent beneficia, demum verò Parochiani, & ſuper hoc Epiſcopus haber facultatem condendi ſtatutum, & collectam imponendi *Bero. conſ.3. num 6. & ſeq. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop alleg.64. num.5. & ſeq. p.3. Sperel.dec. 68. num. 20. p.1. Rot. dec. 627. num.4. p.1. rec. cum alijs congeſtis per Bellet. diſquiſit. Clerical. tit.de Cleric. debitor.* §. *13. num.16. & 17. Azor. inſtit. moral. p 2. lib. 9. cap.3 qu.10.*

14 Rurſus poteſt etiam Epiſcopus applicare redditus beneficiorum vacantium fabricæ Eccleſiæ Cathedralis, ſi redditus Epiſcopatus, & Canonicorum non ſufficiant, vt ex *Abbat. & Felin. ſubdit Barboſ. de offic. & poteſtat Epiſcop. allegat.64. n.5. p.3.*

15 Inſuper poteſt etiam Epiſcopus aſſignare fabricæ diſtributiones quotidianas deficientium, vbi adſunt, & non ſint valdè tenues, *Rot. dec.325. per tot. p.2. diuerſ.*

16 Limit. vt procedat iuris ordine ſeruato, ſcilicet in euentum, quod quarta Epiſcopi non ſufficeret, nec pariter ſufficerent contributiones faciendæ per Canonicos, qui tenentur ſecundo loco, nam tunc in ſubſidium huiuſmodi quotidianarum diſtributionum applicatio fieri debet, etenim quanto minus fieri poteſt deſtributiones quotidianæ in aliũ vſum conuerti debent, tamquam ordinatæ ad interreſſendum, & perſoluendum horas canonicas, aliaque diuina, & inuitandum Canonicos, & beneficiatos ratione lucri, & retrahendum ab abſentia formidine pœnæ, ſeù amiſſionis diurnæ, & quotidianæ diſtributionis, vt bene animaduertit *Rot. dec.627. nu. 4. p.1. recen.*

17 Quo vero ad alias Eccleſias inferiores deficiente fabrica, & redditibus Eccleſiæ ad eius reparationẽ, & manutentionem deſtinatis, vel conſuetudine, vel legato, ſeù alio ſtatuto, ſi beneficium ſit pingue, & tunc tenetur etiam Clericus beneficiatus, & alij Eccleſiarum Rectores, licet ſint inferiores reparare, & altaria paramentis, mappis, & alijs neceſſarijs ad Miſſæ ſacrificium inſtruere, quia reparatio Eccleſię, eiuſque etiam fabricatio, & præparatio ornamentorum à pari procedunt, vt vltra *Genuen. in prax. Archiepiſcopal.* Neapol. *cap. 91. nu. 13. Nauar. in tract. de reddit. Eccleſ. qu. 1. monit. 36. nu.4. Capella Tholoſ. dec. 499. & alibi 500. ibique Auſer. in addition. Paul. Cittadin. de iurepatronat. diſ.6. art. 5. num. 6. Lambert. eod. tract. lib.3. qu.7. art.2. ſub num.4. & 7. Guttier. alleg.10. & practic. quæſt. lib.1. qu.18. nu. 15. Fuſcus de viſitat. cap.10. num.18. Piaſec. in prax. Epiſcopal. p. 2. cap. 3. fol. 141. verſ. quis autem Valaſc. conſult.179. num.12. & 13. & 16. Surd. conſ.62. num.1. cum pluribus ſequen. vol.1. vbi rationes adducit. Ric. dec. 21. num.1. p.4. Coſta de remed. ſubſidiar. remed.106. illat.2. num. 1. & ſeq.* vbi animaduertit, quod ita procedat diſpoſitio *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 7.* § *Parochiales*] *de reform. Bellet. diſquiſit. Clerical. tit. de Clerico debitore* §. *14. num. 1.* qui loquitur de reſtauratione alterius Eccleſiæ non Cathedralis.

18 Et ſic ad rectorem pertinet, vt ignis, ſeù lumen accenſus retineatur ante Sanctiſſimum Eucharistiæ Sacramentum *cap. ſanè de celebrat. miſſar.* ſed ſi adeſ-
19 ſet cõſuetudo. vt Populus, vel alij faciant huiuſmodi ſumptum pro lampade collucente ante Sanctiſſimum eſſet ſeruanda, & Parochus, ſeu Rector remanerent exempti ab hoc onere *Ripa conſ. 2. num 4 & 5. de conſuetud. Surdus. conſ.254. num.9. Bellet. diſquiſit. Clerical. tit. de Clerico debitore* §. *13. num. 8. Sperel. dec.68. num. 16. p.2.*

20 Limit. ſupradictam concluſionem quando beneficium ſit tenue, adeo vt vltra congruam, & beneficiati ſubſtentationem nihil, vel parum ſuperſit, nam tunc in ſubſidium compellendi ſunt Parochiani, omneſq; alij diuina officia in Eccleſia audientes; & ſacramenta ſuſcipientes, & quouis alio modo illa vtentes, per *textum in cap. ſi Epiſcopus de offic. ordin.* & ita etiam cum hac iuris canonici diſpoſitione videtur concordare *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 21. de reform. cap. 7. vbi Barboſ. in collect. num. 13. & de poteſt. Epiſcop alleg. 64. num. 7. p.3. & de poteſt. Paroch. p. 1. cap. 13. num 6. & ſeq. qui alios allegat. Coſta de ratione rata qu.157. nu. 10. Sacca reſponſ.36. num. 2. Guttier. alleg. 10. num. 7. & tradit. Abb. in cap.1. num 4 de Eccleſ. ædifican. idem Guttier. pract. quæſt.*

Digitized by Google

Quaſt. lib. 1. qu. 18. num.15. fuſch. de v ſitat. Eccleſ.
lib. 1. cap. 10. ſub num. 16. Cæpol. de ſeruit. Vrban.
prædior. cap. 52. num. 22. Paul. de Cittad. de iurepatr.
p.6. art.5. num.6. Capel. Tholoſ. dec.499. Valaſc. dec.
179. vbi teſtatur ſe ita pluries practicare vidiſſe *Rot.*
dec. 627. num.4. p.1. rec. cum alijs congeſtis per Sperel.
dec.67. num.8. & 9. vbi in fine ſubdit, quod hoc ca-
ſu Parochiani teneantur ad fabricam cum operibus
etiam manualibus, & cum equis, calcemque, ac cæ-
menta neceſſaria ſubminiſtrare vſque ad finem ope-
ris perfecti ex *Mainard. dec. 33.* Bellet. *diſquiſit. Cle-*
rical. p.1. tit. de Cleric. debitore §. 14. *num.6.* vbi ple-
nè concordantes *allegat. iuncto* §. 15. *num. 1.*

21 Limit.2. vt in tantum Beneficiati, & Rectores Ec-
cleſiarum non teneantur ad hanc contributionem
niſi deductis neceſſarijs ad victum, & congruam
ſubſtentationem, in quantum reſideant, vel aliud
onus beneficij impleant, cum huiuſmodi alimenta
debeantur propter ſeruitium, quo ceſſante, ceſſat
etiam ratio detractionis alimentorum *Surd. conſ. 62.*
num. 11. & 12. vol.1. Canale. dec. 24. num. 23. p.1.
Caned. collect. in Decretal. 253. ſub num. 1. Rip. re-
ſponſ.1. de conſuetud. num.7. quos refert, & ſequitur
22 *Sperel. dec.67. num.6.* vbi hoc ſublimitat, vt proce-
dat ſi beneficiatus, Rector, aut Parochus habeant
aliunde alimenta, alias etiam non reſidens debet ha-
bere ex beneficio, ne mendicare cogatur, in dedecus,
& contemptum Clericalis militiæ, & ordinis ad *text.*
in cap. de his & ibi Hoſtien. num.1. & Abb. num.1. de
Eccleſ. ædifican. & videtur etiam ſentire *Bellet. diſ-*
quiſit. Clerical. p.1. tit. de Clerico debitore §. 15. *nu. 1.*

23 Hęc autem, quæ ita diſpoſita fuerunt circa reſtau-
rationem Eccleſiarum ampliantur, & procedunt etiã
ad reſtaurationem domus Rectoris, vt qui tenen-
tur ad refectionem Eccleſiæ, teneantur pariter ad re-
ſtaurationem ædium ſacerdotalium, quæ acceſſoriè
veniunt ad ipſam Eccleſiam, etenim Eccleſia indiget
ſacerdotibus miniſtrantibus *cap. reuertimini 16. qu.1.*
& ſic habitatione pro eorum neceſſaria commodita-
te, & ita declaraſſe *Sac. Cong. Concil. Trid. ſuper cap.*
7. de reform. §. *idem cenſuit, &* §. *contradictione ſeſſ. 21.*
teſtatur Bellet. diſquiſit. Clerical. p.1. tit. de Cleric. de-
bitor. §. 14. *num.9. ex Lambert. de iurepatronat. lib.1.*
qu.7. art.3. per tot. Sperel. dec.68. num.4. 5. & 6.

24 Quando autem Parochiani tenentur concurrere
ad huiuſmodi expenſas, tenentur concurrere etiam
qui intendunt recedere à Parochia, & alibi domi-
cilium transferre, cum hoc onus ſit de præterito,
& ideo in præiudicium Eccleſiæ non eſt mutandum
domicilium ad *textum in cap. vnio vbi DD. 10. qu.*
3. Abb. in cap. 1. num. 4. in fi. de Eccleſ. ædif. Surd.
conſ. 62. num. 19. lib.1. Vgolin. de offic. Epiſcop. cap.
14. ſub num. 3. verſ. quinto Lambert. de iurep. lib.3.
qu. 7. art. 2. num. 7. verſ. & ſi iſte, & art.5. num.2.
Paul. de Cittadin. eodem tract. p. 6. art. 5. ſub nu. 6.
Bellet. diſquiſit. Cleric. p.1. in tit. de Cleric. debitor.
§. *14. ſub num. 7. Pariſ. de reſignat benefic. p. 3. qu.*
15. num. 5. & ſeq. Sperel dec. 67. num. 51. & 52.
25 qui exemplificant etiam in Epiſcopo, & Clerico
beneficiato, qui nec poſſunt renunciare Epiſcopa-
tum, & beneficium, vt euitent huiuſmodi onera,
26 & contributionem, vt dicitur etiam de Vaſſallo,
qui vult renunciare feudo, vt ad ſeruitia domino
non teneatur.

27 In taxa autem adhuc effectum facienda per æs,
& libram, & non per capita, vt ſupra diximus, &
tradunt etiam *Leon. in Theſaur. for. Eccleſ. p.2. cap.*
16. num.73. & ſeq. includendi ſunt etiam exempti,
& Ciues, cum hoc ſit opus publicum, & commu-
ne, & concernens omnium Sacramenta percipien-
tium vtilitatem *Auendan. de exeq. mandat princip.*
lib. 2. cap. 14. num. 19. Cened. collect. iur. can. 153.
num. 4. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 64.
num. 7. Ric. dec. 15. num. 4. p. 4. Cabed. dec. Luſit.
19. num. 1. & 2. p. 1. relat. per Sperel. dec. 67. nu.
54. 55. & 56. vbi ſubdit, quod quando Clerici
28 veniunt collectandi, tunc collecta quo ad Eccleſia-
ſticos imponenda eſt ab Ordinario, & non per Maſ-
ſarios Communitatis per text. in *Auth. item nulla*
Communitas C. de Epiſcop. & Cleric. Rip. conſ. 1.
num. 25. & 26. de conſuet.

29 Iudicium verò ad exigendam hanc collectam
tamquam onus reale, vel mixtum non eſt dirigen-
dum contra Maſſarios tantum Vniuerſitatis, ſed
etiam contra ſingulos de eadem vniuerſitate, cum
debitum Vniuerſitatis non ſit debitum ſingulorum,
nec è contra *Bero conſ. 19. num.31. vol. 1. late Rol.*
conſ. 53. num. 5. cum pluribus ſeq. vol.4. Sperel. dec.
67. num. 57. vbi ſubdit, quod ad euitandas lites,
30 & odia inter Parochos, & Parochianos, ſi conſtat
de bono iure Parochi, & magis expediat interdici
Eccleſiam, ad hoc vt Parochiani tædio, & incom-
moditate affecti ad ſatisfaciendum ſe diſponant,
Ordinarij arbitrio, & prudentia remittendum ſit.

31 Quando verò Eccleſia habet opulentam dotem,
tunc prò reparatione Eccleſiæ, & domus Rectoris
licita eſt alienatio bonorum Eccleſiæ ex dote ſuper-
abundantium, vt deducitur ex *Clement. 1. de reb.*
Eccleſ. non alien. ibi niſi neceſſitas, aut vtilitas Prio-
ratus Monaſterij, vel Eccleſiæ hoc expoſcat Paul. Ci-
tadin. de iurep. p. 6. art. 5. num.8. Sperel. dec.67. nu.
13. vbi ſubdit hoc procedere in foro fori, ſed in
32 foro poli, ſeu interno Clericum ſi habeat pingue
patrimonium teneri reſtaurare de proprio alias pec-
care mortaliter ex *D. Th. 2. 2. qu.185. art. 7. circa*
fi. & alijs, quos allegat.

33 Eccleſiæ verò Parochiales, & aliæ de iurepatro-
natus, ſi indigeant reparatione debent pariter ſicut
dictum fuit de alijs Eccleſijs liberis refici, & inſtau-
rari ex fructibus, & prouentibus quibuſcunque ad
eaſdem Eccleſias quomodocunque pertinentibus,
ſi Eccleſia habeat redditus ſufficientes pro Rectoris
ſubſtentatione, & fabricæ reſtauratione *cap. vnico,*
vbi gloſ. 10. qu. 3. cap. de his de Eccleſ. ædif. Lam-
bert. de iurep. art. 2. 7. qu. princ. lib. 3. nu. 7. Abb.
conſ. 89. p. 2. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de
Clerico debitore §. *14. num. 11. Sperel. dec. 67. num.*
10. qui tamen ſi non fuerint ſufficientes, & tunc
etiam Patroni, & alij, qui fructus aliquos ex eadem
Eccleſia percipiunt ad hanc contributionem tenen-
tur, propterea Epiſcopus in viſitatione poteſt fa-
cere Patrono præceptum de reputando ſub pœna
priuationis, ita expreſsè diſponitur à *Sac. Concil.*
34 *Trid. ſeſſ. 21. cap. 7.* §. *Parochiales de reform.* re-
probato *Lambert.* & alijs relatis per *Bellet. & Spe-*
rel. locis citatis contrarium tenentibus, eo quia
Patroni nullum fructum percipiunt, cum hoc non
35 ſit verum, vt potè quia ipſa præſentatio eſt fru-
ctus iuriſpatronatus, adeout etiam emolumentum,
& fructum ex eodem iurepatronatus percipiant,
cap. 1. cap. conſultationibus, & tot. tit. de iurepat.
36 eo magis quia eiſdem debentur honorantiæ, ſcili-
cet

Digitized by Google

eet primi loci in proceſſionibus, & in ſeſſionibus,
37 & etiam in neceſſitate quærere poſſunt alimenta ab ipſa Eccleſia, *cap. nobis* §. *fi. & ibi glo. pen. & fi. de transp. cap. quicunque* 2. *& ibi gloſ.* 1. 16. *qu.* 7. *Bellet. d.* §. 14. *num.* 11. *verſ. ratio autem, & etiam ponderauit Sperel. d. dec.* 67. *num.* 11. *&* 12. & generaliter tradunt *DD.* in *cap.* 1. *de Eccleſ. ædif. Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap.* 91. *nu.* 13. *Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.* 21. *cap.* 7. *de reform. num.* 8.
38 Declara hoc procedere, quando Patronus non dedit dotem ſufficientem pro victu Sacerdotis, Luminarijs, fabrica, & alijs neceſſarijs, eo quia fundans Eccleſiam tenetur prædicta præſtare *cap. nemo*
39 *de conſecrat. diſt.* 1. in nihilo refragante ſi Eccleſia fundata fuerit Epiſcopi auctoritate, ſine aſſignatione dotis, & neceſſariorum, quia nihilominus
40 Patronus per Epiſcopum compelli poteſt, alias eius defectu tenetur Epiſcopus, *glo. in d. cap. nemo Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 64. *num.* 16. *Sperel. dec.* 68. *num.* 11. *p.* 1.
41 Quod ſi fortè ob inopiam ipſius Eccleſiæ eiuſque Rectoris, quam Patroni, & Parochianorum refici, & reparari minimè poſſit, Epiſcopus hoc caſu etiam tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus illam etiam ſi iuriſpatronatus, & etiam ſi Parochialis exiſtat ad matricem, ſeù viciniorem Eccleſiam transferre poteſt, cum facultate illam ſic dirutam in prophanos vſus non ſordidos conuertendi, erecta tamen ibi cruce in ſignum ſanctitatis loci, vt ſanciuit *Sac. Concil. Trid. ſeſſ.* 21. *de reform. cap.* 7. §. *Parochiales verò vbi Barboſ. in ſuis collect. & de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 64. *a num.* 13. *cum ſequen.*
42 Prout etiam poteſt Epiſcopus eadem auctoritate transferre beneficia ſimplicia etiam iuriſpatronatus ex Eccleſijs, quæ vetuſtate, vel alias collapſæ ſint, & ob eorum inopiam nequeunt reſtaurari vocatis quorum intereſt in Matrices, ſeu viciniorem ſuo arbitrio præuia tamen erectione altaris, ſeu Capellæ ſub eiuſdem inuocatione, vel in iam erecta altaria, vel capellas transferre valet cum omnibus emolumentis, & oneribus prioribus Eccleſijs impoſitis, vt etiam ſtatuit, *Concil. Trid. ſeſſ.* 21. *de reform. cap.* 7. *vbi Barboſ. in ſuis Collectan.* multa congerit.
43 Non poteſt tamen Epiſcopus prophanare cæmeterium, ſicut Eccleſiam dirutam prophanare poteſt, cum *Sac. Concil. Trid. in d. ſeſſ.* 21. *de reform. cap.* 7. faciat tantum mentionem de Eccleſijs dirutis, ſeu collapſis, itaut iuris diſpoſitio non comprehendat cæmeterium, quod non appareat fuiſſe tale, *ad l.* 4. §. *toties, & ibi DD. ff. de dam. infect & tradit Barboſ. in Concil. Trid. d. cap.* 7. *num* 22. *in fi. & dixit Rot. dec.* 707. *num.* 2. *p.* 3. *recen.*
44 Ad cæmeterij verò reparationem, & reſtaurationem tenetur Populus, ſeu Parochiani etiam ſi beneficiatus eſſet diues, quia cæmeterium non continet niſi ſepulchra parochianorum, quorum ſumptibus confici debent, ſed in caſu neceſſitatis etiam Eccleſiæ ſumptibus confici debent, ita *Sperel. deciſ.* 68. *num* 8. *ex text. per eum allegat in cap. aurum* 70. *& cap. nemo vbi gloſ.* 12, *qu.* 2.
45 Amplia diſtinctionem, & graduationem ex ſupra deductis concluſionibus firmatam procedere, etiam vbi agitur de amplianda Eccleſia ob Populi excreſcentiam, ſi vetus Eccleſia non ſit capax, ex identitate rationis, *Ripa conſ.* 1. *nu.* 10. *de conſuet. Surd. conſ.* 62. *num.* 7. *vol.* 1. *Bellet. diſquiſit. Clevic. p.* 1. *tit. de Cleric. debitor.* §. 14. *num.* 7. *Sperel. dec.* 68. *num.* 1. *cum duob. ſeq.*
46 Non tamen tenetur Populus contribuere ad fabricam Eccleſiæ nouiter conſtruendæ in loco opportuniori, ſi vetus Eccleſia ſufficiebat, immo nec tenetur ad refectionem Eccleſiæ, ſi per eam forma antiquior immutetur, niſi collecta impoſita fuerit prò impenſa vtili, & neceſſaria, & expediat mutare formam antiquam ex iuſta cauſa, alias impenſa redderetur voluntaria, quæ non obligat Populum,
47 & Parochianos, cum nemo teneatur rem communem meliorem facere ad *textum in l. parietem ff. de ſeruit. vrban. prædior. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap* 84. *num.* 21. *& ita tradit Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 64. *num.* 11. *&* 12.
48 Ampliantur etiam ſupra firmatæ concluſiones, quo ad paramenta, ornamenta, Calices, Patenas, luminaria, aliaque ſuppellectilia, & cætera Eccleſiæ neceſſaria, quæ ſunt acceſſoria, & à pari procedunt cum Eccleſiæ reſtauratione, & manutentione, vt militet eadem ratio, & idem ius, vt probat text. in *cap. fi. de teſtam. ibi in ornamentis, ſeu fabrica, luminarijs, ſiue alijs ad perpetuum cultum diuinum*, & in puncto *Barbat. conſ.* 26. *num.* 1. *&* 4. *vol.* 3. *Surd. conſ.* 62. *ſub num.* 4. *&* 5. *vol.* 1. *Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap.* 109. *ſub num.* 13. *vbi ita dixiſſe Rot. coram Orano in Aegiſtanen. fabricæ* 15. *Decemb.* 1589. *Sperel. dec.* 68. *num.* 9.
49 Conſuetudo verò, (vt demonſtrauimus nu. 9.) quæ onus fabricæ, ſeu reparationis, ſeu Eccleſiæ manutentionis tranſtulit in Populum, vel in alios ſi orta fuit in ſubſidium cauſa tenuitatis redditorum beneficij, & ob paruum Populi, ſeu familiarum numerum, ſi deinde redditus augeantur, vel familiæ excreſcant, adeout decimæ etiam multiplicentur, vt ſufficiant ad Rectoris ſubſtentationem, ad Eccleſiæ reſtaurationem, cæteraque neceſſaria. Populus ab onere fabricæ liberatur, illudque ad Rectorem tranſiret, vt porè quia ceſſante cauſa debet ceſſare effectus, *Nauar. de ſpol. Cleric.* §. 10. *ſub nu.* 7. *verſ. tertio dicendum eſſe relat. per Sperel. dec.* 68. *num.* 24.
50 Prout etiam ſi Eccleſia abundet, & ipſius Parochiani ſint egeni, talis conſuetudo ceſſare debet, & ſeruanda non eſt, nam tunc ob Populi egeſtatem non videtur rationabilis *ad textum in cap aurum* 12. *qu.* 2. *Lel. Zacchias in tract. de priuil. Eccleſ. priuil.* 15. *nu.* 3. *relatum per Sperel. deciſ.* 68. *nu.* 24. *verſ. & quod.*
51 In hac tamen materia tamquam odioſa ad effugiendas diſcordias inter Parochos, & Eccleſiarum Rectores, maxima circumſpectione, & prudentia ſe gerere debet Epiſcopus in taxando Parochos, & Populum, etiam concurrente conſuetudine, vt admonet *Sperel. d. dec.* 68. *a num.* 5. 6. 7. *&* 24. *in fi.*
52 Quod ſi Eccleſiæ vetuſtate collapſæ ob eorum, & aliorum inopiam reſtaurari nequeant, vocatis ijs, quorum intereſt Epiſcopus tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus in matrices, vel viciniores Eccleſias beneficia in eiſdem erecta transferre poteſt, cum deſtructione dictarum Eccleſiarum, vt expreſsè decreuit *Sac. Concil. Trid. ſeſſ.* 21. *de reform. cap.* 7. vbi late *Barboſ.*

SVM.

SVMMARIVM.

1 Congrua portio Eccleſiæ Cathedralis, eſt ſcutorum mille, & Parochialis centum.
2 Penſionibus grauari non poſſunt, ſi non excedant dictam ſummam.
3 Vnde in reſeruatione penſionis apponi ſolet clauſula dummodo remaneant centum ducati liberi pro Rectore.
4 Congrua aſſignanda Vicarijs non poſſe excedere ſcuta centum, nec eſſe minorem quinquaginta ſecundum Bullam B. Pij V. computatis etiam incertis. Declara vt num. 9. & 10.
5 Congrua debetur ex fructibus certis, vel de incertis, qui reduci poſſunt ad aliquam certitudinem Declara vt num. 8.
6 Secus ex omnino incertis, & qui ſint, & non imputentur.
7 Venter non debet pendere ab incerto, & non patitur dilationem.
8 Incerta quæ ad aliquam certitudinem rediguntur non ſunt exactè, & rigoroſè in congruam imputanda.
9 Congrua quando augeri poſſit vltra ſcuta centum.
10 Bulla B. Pij V. ſuper congrua declaratur.
11 Congrua ſemel aſſignata debet Vicarius illa eſſe contentus. Limit. vt nu. 12.
13 Rectori quando competat reſtitutio in integrum aduerſus congruam tenuem.
14 Et quando agere poſſit ad ſupplementum.
15 Congruæ quantitas taxanda eſt arbitrio Epiſcopi cogendo etiam populum in ſubſidium, & num. 18.
16 Non obſtante Bulla B. Pij V. quæ loquitur de Vicarijs & non de Rectoribus.
17 Et non obſtante diſpoſitione Concil. Trid. vbi declaratur.
19 Ex congrua ſcutorum 100. deducenda ſunt onera neceſſaria, & ordinaria.
20 Quæ ſint onera ordinaria, & neceſſaria referuntur, & num. 21.
22 De oneribus verò incertis, variabilibus, & non perpetuis non habetur ratio.
23 Onus quod titulare per ſe ipſum explere poteſt, non eſt deducendum.
24 De oneribus extraordinarijs neque eſt habenda ratio.
25 Nec de oneribus arbitrarijs, & voluntarijs.
26 Rector non poteſt ad libitum imponere onera voluntaria.
27 Onus retinendi factorem prò prędijs non eſt neceſſarium.
28 Onus retinendi Coadiutorem, ſeù Capellanum non eſt detrahendum. Declara vt num. 29.
30 Onera ex congrua deducenda, taxanda ſunt arbitrio Ordinarij.
31 Congrua ex decimis in primis eſt detrahenda.
32 Congrua prò titulari in primis eſt detrahenda ex redditibus beneficij.
Tam ex diſpoſitione Concil. Trid. num. 33.
Quam ex Clauſula dummodo remaneant centum prò Rectore num. 34.
34 Per Clauſulam dummodo remaneant centum pro Rectore titularis præfertur Penſionario in huiuſmodi congrua.
35 Summa ſcutorum centum reſeruata prò congrua intelligitur de valore centum ſcutorum illarum partium, vbi reperitur beneficium, & num. 37.
36 Limit. vbi fuit narratum fructus beneficij in ducatis de Camera, nam tunc etiam in dictis ducatis debetur congrua.
38 Ducatus de Camera cuius valoris ſit.
Penſio reſeruata in ducatis de Camera, in eiſdem ducatis ſoluenda eſt, & ſi in alia moneta, ſolui debet tantundem ibid.
39 Congrua conſtituenda Vicarijs Parochiali vacante, vel ob impedimentum legitimum proprij Rectoris relinquitur arbitrio Epiſcopi.
40 Et potest eſſe duorum aureorum ſingulis menſibus.
41 Deputatio Vicarij cum congrua Eccleſia Parochiali vacante ſpectat ad Epiſcopum, & non ad inferiores non habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & ius congregandi Synodum.

Congrua titularis cuius ſummæ eſſe debeat, ex quibus debeatur, & quæ in congruam imputari non debeant.

ADNOTATIO II.

1 Congrua portio Eccleſiæ Cathedralis debet eſſe ſcutorum mille, & Eccleſiæ Parochialis
2 ſcutorum centum, adeout huiuſmodi Eccleſiæ Cathedrales, quarum redditus ſummam ſcutorum mille, & Parochiales, quæ ſummam ſcutorum centum, ſecundum verum annuum valorem non excedant, nullis penſionibus, aut reſeruationibus fructuum grauari poſſunt, vt ſanciuit *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 13.*

3 Vndè in reſeruatione pēſionis ſolet apponi clauſula dummodo remaneant centum ducati liberi prò Rectore, ſcilicet abſque vllo grauamine, & diminutione, *Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 6. qu. 2. nu. 21. Garc. de benef p. 1. cap. 5. num. 375. Barboſ. in collect. ad Sac. Concil. Trid ſeſſ. 24. de reform cap. 13. num. 13. Rot. deciſ. 298. p. 1. diuerſ. & in Compoſtellana Coadiutoria 9. Martij 1653. §. ſed nihilominus coram Zarate.*

4 Et congrua aſſignanda Vicarijs non poſſe excedere annua ſcuta centum, nec eſſe minorem quinquaginta ſcutorum annuorum computatis etiam incertis emolumentis, & alijs obuentionibus communiter percipi ſolitis, declarauit *B. Pius V. conſtit. ſuper congrua aſſignanda Vicarijs in Bullar. nona 47. §. 1. & 2. tom. 3. de qua Muſſob. in Prax. haben. concurſ. ad Paroch. in tit. de deput. Vicar. requiſit. 1. dub. 25. num. 8. & 9. fo. mihi 330.* Rot. *deciſ. 246. num. 10. p. 8. recen.*

5 Declara quod hoc ſit intelligendum de incertis, qui tamen habent quandam certitudinem, vt ſunt decimæ, frumenti, vini, & alij fructus, ac emolumenta, & obuentiones, quæ pænes Vicarium ſunt incertæ, quantum ex illis percipere poſſit, & ſic congrua debetur ex fructibus certis, vel ex illis, qui licet ſint incerti ratione ſummæ, habent tamen quandam certitudinem, prò vt ſunt dictæ decimæ frumenti, & vini, non autem ex illis, qui ſunt omninò incerti, prò vt ſunt funeralia, anniuerſa-
6 ria, oblationes, diſtributiones, emolumenta baptiſmalia, nuptialia, & ſimilia, quæ tamquam omninò incerta non habentur in conſideratione, & ſic in congruam non imputanda ad tradita per *Rebuf. in tit. de congrua num. 63. & 86.* Barboſ *de iure Eccleſia lib. 6. cap. 3. num. 44. Mantic. dec. 269. nu. 6. Rot. deciſ. 5. num. 3. & 4. p. 2. diuerſ. deciſ 420. num. 2. p. 1. deciſ. 449. num 0. p. 2. deciſ. 230. nu. 2. 3. 4. & 5. part. 6. recen. & in Hippoligien. penſionis 28. Iunij 1651. §. nec etiam releuat cor. Meltio.*

7 Et ratio eſt, quia venter non debet pendere ab incerto, cum venter non patiatur dilationem. *Rot. d. deciſ. 420. num. 2. p. 1. & dec. 230. num. 5. p. 6. recen. & dec. 500. p. 4. diuerſ Surd. de aliment. tit. 1. qu. 44. num. 36. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 399. num.*

num. 18. & etiam dixit Rot. in Bononien. alimento-
rum 10. Maij 1656. §. non etiam à conſuetudine coram
Meltio.
8 Declara 2. huiuſmodi incerta quæ ad certam
ſummam redigi poſſunt, licet imputentur in con-
gruam, non tamen ita exactè ſicut cætera imputa-
ri debent, ita declarat Rebuſ. de congrua q. 8. nu. 87.
Felin. in cap. ad aureſ. num. 16. circa med. de reſcript.
Anchar. in Clem. vnica col. vltim. num. 41. verſ. ſed
aduerte de conceſ. præbend.
9 Declara 3. Vt diſpoſitio Bullæ diui Pij V. qua
taxatur congrua in ſumma ſcutorum centum non
impediat, quin congrua poſſit augeri, quando con-
ſuetudo loci, numerus animarum, qualitas Vicarij,
& Eccleſia, vel ſimilia requirant maiorem quanti-
tatem Rot. dec. 420. num. 10. p. 1. dec. 220. num. 11.
p. 6. rec. & dec. 631. num. 6. coram Amat. Dunozet.
10 Sed dicta Bulla loquitur de congrua aſſignanda
Vicarijs Eccleſiarum pijs locis vnitarum, non autem
de congrua aſſignanda Rectoribus, quibus nihilo-
minus ratione qualitatis Eccleſiæ adaptari poſſe,
dixit Rot. dec. 449. num. 7. p. 2. rec.
11 Congrua tamen à principio quando ſemel fuit
aſſignata, debet Vicarius illa eſſe contentus, & ſibi
imputare debet ſi beneficium minus tenue accepta-
uerit Rot. dec. 469. n. 1. Greg. XV. dec. 429. n. 2. & 3.
12 Limit. diſtinguendo, quod aut congrua eſt te-
nuis, Rector tamen poteſt viuere, & ſubſtinere one-
ra Eccleſię, & iſto caſu procedit hæc concluſio
quod ſibi debeat imputare ſi tenue beneficium ac-
ceptauerit glo. in cap. 1. in verbo neceſſitatem 20. q. 2.
13 Rebuſ. de congrua q. 12. num. 92. Aut verò congrua
eſt ita tenuis, vt Rector non poſſit viuere, & ſubſti-
nere onera Eccleſiæ, & hoc caſu ſaltem per viam
reſtitutionis in integrum ſuccurritur Rectori ad-
uerſus aſſignationem congruæ, adeo vt Rector ac-
ceptando, non dicitur ſibi præiudicaſſe, cum non
agatur de præiudicio ſuæ perſonæ tantum, ſed or-
dinis Clericalis Rebuſ. de congrua q. 12. num. 19. Rot.
dec. 420. num. 4. p. 1. & dec. 449. num. 5. p. 2. rec. &
dec. 230. num. 7. & 8. coram Amat. Dunozet. tom. 1.
Adden. ad Greg XV. dicta dec. 429. ſub num. 8. & ita
eſt intelligenda hæc Deciſio Greg. XV.
14 Vnde ſi fuit congrua per Ordinariũ aſſignata in
certa quantitate in Erectione Parochialis Eccleſiæ
Rector non poteſt aliam congruam petere, niſi pro-
bauerit congruam aſſignatam non eſſe ſufficientem,
vt agere poſſit ad ſupplementum Rot. dec. 594. ſub
num. 1. p 4. rec. ſecundum impreſſionem Lugduni.
15 Congruæ tamen quantitas taxanda eſt arbitrio
Epiſcopi, qui tamen prius debet arbitrari circa bo-
na, & redditus Matricis ſi ſufficiant, & poſtea in
ſubſidium cogere populum, vel alio modo prouide-
re cap. ad audientiam de Eccleſ. ædifican. vbi Hoſtien.
num. 3. in prin. Abb. num. 7. Bal. conſ. 132. ad fin.
verſ. & ſi fructus lib. 1. Rebuſ. de decimis qu. 6. nu.
22. verſ. & Parochiani tenentur Rot. dec. 594. nu. 3.
vbi quod ita etiam reſponderit Sac. Cong. Concilij
p. 4. rec. ſecundum impreſſionem Lugdunen. vbi nu. 6.
16 ſubdit quod hoc procedat non obſtante Bulla B. Pij
V. 45. in Bullario nouo, cum loquatur tantum de
Vicarijs, & non de Rectoribus, vt ſupra demonſtra-
17 uimus, & etiam non obſtante diſpoſitione Sac. Con-
cilij Trid. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 13. cum ſolum
in ea decernatur, quod Parochiales, quæ non exce-
dunt centum non grauentur penſionibus, & ſic non
diſponitur, quod in earum dotatione pro congrua
ſint aſſignanda centum, adeo vt coarctetur Epiſcopi
arbitrium ad dictam ſummam præciſe conſtituen-
dam, vt animaduertit Rot. dec. 173. num. 1. & dec.
18 550. num. 1. coram Card. Seraphin. Et Rota in taxa-
tione congruæ plurimum defert arbitrio ordinarij,
cum præſumatur illum conſideraſſe omnes qualita-
tes de iure requiſitas Rot. dec. 40. num 11. p 8. rec.
19 Ex congrua tamen ſcutorum centum aſſignanda
titulari deducenda ſunt onera neceſſaria, & ordina-
ria, ad textum in cap. 1. & 2. §. vbi autem de præben.
in 6. Gigas de penſion. qu. 96. num. 2. Caſſad. dec. 19.
num. 1. & 2. de praben. Aloix. Ric. in prax. rerum
fori Eccleſ. reſol. 511. in 2. edition. Beltram. in addit.
ad Greg. XV. dec. 245. num. 2. Burat. dec. 418. num. 1.
vbi late Ferentil. in adnotat.
20 Vnde deducenda ſunt onera Capellani, Clerici,
Candelarum in feſtiuitate Purificationis Beatæ Ma-
riæ Virginis, Manutentionis Sacriſtiæ Cathedratici,
Prædicatoris, Viſitationis Epiſcopi, & Organi, vt
Rot. in Feretrana penſionis 4. Decemb. 1623. coram
Vbaldo ſeniore, quam refert Barboſ. de officio Paro-
chi p. 3. cap. 29. nu. 18. Adden. ad Greg. XV. dec. 245.
num. 12. verſ. onera vero Adden. ad Burat. dec. 418.
lit. A.
21 Inſuper deducenda ſunt onera expenſarum pro
cultu diuino, ſcilicet pro cera, hoſtijs, vino, oleo
pro luminarijs Sanctiſſimi Sacramenti, & Muſica in
feſto Sancti, ſub cuius inuocatione fit Eccleſia, iux-
ta quantitatem per Ordinarium declarandam Bar-
boſ. de offic. Parochi p. 3. cap. 29. num. 18. vbi ita fir-
maſſe. Rot. coram Card. Caualer. dec. 466. num. 3. Ad-
den. ad Greg. XV. dec. 245. num. 12. verſ. onera vero.
22 De oneribus vero incertis, variabilibus, & non
perpetuis non eſt habenda ratio, & non ſunt dedu-
cenda, cum incerta in congruam non imputentur,
ſed tantum, quæ ſunt certa, & quæ ex cauſa Recto-
riæ, ſeù beneficij capiuntur Barboſ. de offic. Paroch.
p. 3. cap. 29. nu. 20. circa med. Rebuſ. in tract. de con-
grua num. 83. & 86. Surd dec. 323. nu. 9. Rot. dec. 5.
num. 3. 4. & 8. p. 2. diuerſ. dec. 158. p. 1. dec. 437.
num. 2. ead. p. 1. & dec. 230. nu. 5. p 6. rec. cum alijs
relatis per Beltram in addit. ad Greg. XV. dec. 245.
num. 12. circa med. & in Romana penſionis 25. Maij
1646. coram Bichio, & in Hipporigien. penſionis 28.
Iunij 1651. §. nec etiam releuat. coram Meltio.
23 Hinc eſt quod onus, quod titularis per ſe ipſum
explere poteſt non eſt deducendum Adden. ad Greg.
XV. dec. 245. num. 12. circa med. verſ. hinc eſt quod
onus Barboſ. de offic. & poteſt. Parochi p. 3. cap. 29.
num. 20. in fi. Rot. dec. 418. num. 6. coram Burat. dec.
158. num. 19. p. 1. rec.
24 De oneribus etiam extraordinarijs, neque eſt ha-
benda ratio, & deduci non debent Barboſ. de offic.
Parochi p. 3. cap. 29. num. 20. Adden. ad Greg. XV.
dec. 245. ſub num. 12. ſub prin. Rot. dec. 298. num. 2.
p. 1. diuerſ. & in Coſentina penſionis coram Litta inter
impreſ. penes Marcheſan. de commiſſion. tom. 1. 629. &
dec. 418. num. 2. coram Burat.
25 Prout neque onera voluntaria, & arbitraria ſunt
deducenda ad textum in cap. præſenti §. porro de offic.
ordin. in 6. glo. in cap. ſi propter tua in verbo ſpecialis
gratia de reſcript. in 6. Caputaquen dec. 74 lib. 2. Bar-
boſ. de offic. Parochi p. 3. cap. 29. ſub num. 20. Burat.
dec. 418. num. 3. cum alijs per Adden. ad Greg. XV.
26 dec. 245. ſub num. 12. circa med. in quibus deciſio-

nibus ſuit conſideratum, quod non poſſit Rector ad libitum imponere onera voluntaria in præiudicium penſionariorum,

27 Onus retinendi factorem pro prædijs non eſt habendum pro onere neceſſario, præcipuè ſi Rector non colat prædia per ſe ipſum, cum regulariter per colonos partiarios expleatur prædiorum cultura *Barboſ. de offic. Parochi p.3. cap.19. num.20. Caualer. dec.462. num.2. Adden. ad Greg. XV. dec. 245. n.12. in fi. primi §.*

28 Ita etiam onus Coadiutoris, ſeù Capellani, ſeù Vicarij non eſt detrahendum, quia regulariter in in Eccleſia Parochiali vltra ſacerdotem ſufficiat ſimplex Clericus pro officijs minoribus *Caſſad. dec. 19. ſub num.1. de præb. Rot. dec.56. num. 10. p.2. diuerſ. & ita dixiſſe Rot. coram Caualerio dicta dec. 462. & Andrea refert. Beltram. in addition. ad Greg. XV. dec. 245. ſub num.12. circa med.*

29 Limit. vt hoc non procedat, vbi vnus Rector ſolus ſine alio ſacerdote coadiutore non poſſit supplere, nam tunc cum coadiutor dicatur neceſſarius huiuſmodi onus tamquam neceſſarium eſſet pariter detrahendum, ſed hoc eſt iuſtificandum à Rectore, & ad iſtum effectum probare debet, quod ob defectum miniſtrorum, & multitudinem Parochianorum, & incolarum infantes ſine baptiſmo, & homines ſine ſacramentis obirent, adeout non ſufficiat probare, quod tempore quadrageſimali, & Paſchatis, vel alijs ſolemnibus feſtiuitatibus non ſufficiat vnus Rector prò audiendis confeſſionibus, & ſubminiſtrando Sanctiſſimo Eucariſtiæ Sacramento, quia tunc Rector pro illo tempore, & particulari indigentia vti poteſt auxilio aliorum ſacerdotum, & non eſſe neceſſe toto anni tempore huiuſmodi coadiutores retinere *Hoſtien. in cap.ad audientiam il p. num.3. de Eccleſ. ædif Veral. dec. 240. num. 3. p. 2. & dixit Rot. in Valiſoletana ſeruitij 11. Ian. 1619. coram Andrea, quam refert Beltram in Addit. ad Greg. XV. dec. 245. ſub num. 12. circa med. verſ. hinc etiam eſt.*

30 Onerum verò, & impenſarum beneficij taxatio in ſupradictis caſibus, vbi veniunt detrahendæ, relinquitur arbitrio Iudicis, & Ordinarij ad *textum in l.quidam in teſtamenta in fi. ff. de legat. 2. & per eum Bald. in l.voluntatis num.12. C. de fideicom. Menoch. alia exempla adducens de arbitrar. quaſt 11. n.8. & in puncto firmauit Rot. dec. 418. nu. 7. coram Burat.* vbi aliæ deciſiones referuntur.

31 Congrua ex decimis in primis, & ante omnia detrahenda eſt, quia decimæ ſpecialiter iure diuino, & poſitiuo ſactorum canonum deſtinatæ ſunt ad vſum Rectoris ſubſtinentis curam animarum *cap.cum contingat cap.in tua cap.Parochianus ad decimis cap. reuertimini 11. qu.1. Rebuſ. de decim. qu. 7. nu.4. Veral. dec.356. nu. 2. & 3. p.2. late Barboſ. de offic. Paroch p. 3. cap. 29. nu. 20. verſ. certum eſt.*

32 Et pro titulari congrua eſt in primis, & ante omnia deducenda ex redditibus beneficij, præcipuè vbi ſit ſoluenda penſio *cap.extirpanda cap.cum ſecundum Apoſtolum de praben. Rot. dec. 352. num.4. p.2. rec. & ita paſſim firmaſſe Rot. patet ex alijs deciſionibus congeſtis per Ferentil. in Addit.ad Burat. dec.448. num. 11.*

33 Quod ſuadetur non ſolum ex diſpoſitione *Sac Concil. Trid. ſeſſ 24. de reform. cap. 13.* cui Papa non detogat *Mandaſ. in tract. de ſignatur. gratia ſub-*

34 *tit. de fruct. reſeruat. ad fin.* Sed etiam ex clauſula apponi ſolita dummodo remaneant centum pro Rectore, per quam clauſulam videtur Sum. Pontifi. cem prius reſeruaſſe ducatos centum Titulari, quá alios fructus penſionario, adeo vt titularis ſit potior in iure, & præferatur in congrua ipſo penſionario *Rebuſ. in tract. de congrua num.103. ad med. & firmauit Rot. dec.763. nu.1. p.2. rec.*

35 Summa verò ſcutorum centum, quæ ex decreto *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 13.* reſeruatur pro congrua Parocho intelligenda eſt de valore centum ſcutorum illarum partium, & iuxta vniuſcuiuſque regionis morem, vbi reperitur beneficium *Aloyſ. Ric. in collect. deciſ. p.4. collect.745. in fi. & in prax. rerum fori Eccleſ. dec. 428. num. 1. in prima editione, alias reſol. 165. num. 2. & reſol. 644. in 2. editione, & ita declaraſſe Sac. Congr. Concilij refert. Sel. in ſelect. canon. cap.81. num. 8. & 10. Lel. Zech. de repub. Eccleſ. cap. 28. num. 4. fo. mihi 323. Galet. in margarita caſuum conſcientia in verba Parochus vltimo, in verba penſio* 10. *in verbo pecunia 1. Garz. de benefic. in addition ad p.1. cap.5.§.3.n.373. vbi refert ita etiam declaraſſe Sac. Cong. Concil. Barboſ. in collect. DD. in Concil. Trid. ſeſſ.24. de reform. cap.13. nu. 14. & de offic. Parochi p.3. cap.29. nu.17.*

36 Limit. vt hoc non procedat vbi fuit narratum fructus beneficij in ducatis de Camera, vt narrari ſolet de ſtylo curię in reſeruatione penſionis, nam tunc *Clauſula dummodo remaneant centum pro Rectore* ſolet intelligi pariter de ducatis de Camera, & ſic congrua Rectoris erit ſcutorum centum iuxta valorem ducati de Camera, attenta præcipuè alia

37 clauſula de ducatis ſimilibus, alias ſi ſimpliciter, & abſolute diceretur dummodo remaneant centum ducati pro Rectore, eorum valor intelligeretur iuxta morem cuiuſcunque regionis *Gigaſ. conſ. 53. alias reſponſio 59. de penſion. Belenzin. de Charitatiuo ſubſid. qu. 89. Garz. de benefic. in Addition. ad p. 1. cap.5. nu.373. & p.5. cap.3. num.151. Rot. in Compoſtellana Coadiutoria 9. Maij 1653. § nec ex ea in fi. coram Zarate.*

38 Et ſic penſio reſeruata de ducatis de Camera ſcilicet intelligendo ducatum valoris vnius ſcuti auri, & vnius iulij argentij, vt eſt valor ducati de Camera in eiſdem ducatis ſoluenda eſt, & ſi ſolutio fiat in alia moneta, quæ fieri poteſt ſi ducati de Camera in loco ſolutionis non reperiantur, ſolui debet tantumdem, ſeù æſtimationem valoris ducati de Camera, etiam ſi ſolutio ſit deſtinata fieri in partibus, vbi ducati plus, vel minus valuerunt, & ita firmaſſe *Rot. in Conchen. penſionis coram Orano, & in Acherontina fructuum coram Blanchetto, & in Aretina penſionis coram Litta referuntur deciſiones per Garz de beſ. p.5. cap.3. à num. 147. vſque ad 151. Sarnen. de valore qu.8. circa fin. Gigaſ. de penſion. qu. 93.*

39 Congrua verò conſtituenda Vicarijs, Aeconomis, ſeù Coadiutoribus deputandis in Eccleſia Parochiali vacante, donec de ſuo Paſtore prouideatur, aut prouiſus ex aliqua legitima cauſa impediatur exercere curam animarum, arbitrio Epiſcopi conſtitui debet, quam quidem penſatis qualitate perſonæ, beneficij, & loci, Epiſcopum, arbitrare poſſe referunt deciſum *Garz. de benef. p.9 cap.2. num 15. Maſobr. in prax. habendi concurſ. ad Parochias requiſit 1. dub. 25. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. in addit ad al-*

40 *leg 60. nu. 2. prope fin. fo mihi 836.* vbi ſubdit poſſe

eſſe

Digitized by Google

eſſe duorum aureorum ſingulis menſibus, *ex Gallet. in margarit. caſuum conſcient. verbo Vicarius num. 8. & Campan. in diuerſ. iur. canon. rub. 7. cap. 6. num. 116. in fi.*

Et deputatio Vicarij, cum congrua in qualibet parochiali vacante, ſiue de iure, ſiue de facto, ſiue de facto tantum, ſiue per obitum, ſiue per ſimplicem reſignationem, aut priuationem, donec prouideatur de Rectore ſpectat ad Epiſcopum, non autem ad inferiores non habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, cum facultate congregandi Synodum *Franc. Leo in Theſaur. fori Eccleſ. p. 2. cap. 18. num. 52. Garc. de beneſic. p. 9. cap. 2. num. 8. Maſſobr. in prax habend. concurſ. ad Paroch. requiſit. 1. dub. 8. num. 11. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. in addit. ad alleg. 60. num. 2. verſ. deputationem Vicarij fo. mihi 886.*

PRAENESTINA VVLNERIS.

ARGVMENTVM.

Paena vulneris, cum nec iure Cæſareo, nec Pontificio ſit clarè ſtatuta, eſt arbitraria. Clericus prò vulnere illato in perſonam alterius Clerici, quomodo puniatur, & qualis pæna irroganda ſit prò vulnere in capite, in facie, vel in alia parte corporis illato, & delictum ex quibus circumſtantijs reputetur graue, hic perſpicuè exaratur.

SVMMARIVM.

1 Pæna vulneris armis illati eſt Iudici arbitraria.
2 Vulnerans punitur pæna *l. Iulia de vi publica.*
3 Et pæna iniuriarum.
4 Pænæ ſecundum Sacros Canones fere omnes ſunt arbitrariæ.
5 Delictum ex quibus circumſtantijs graue reputetur, & num. 6. 7. & 21.
8 Pęna augetur in delictis mali exempli, & ſi ex eodem oriatur ſcandalum in populo num. 9.
10 Clericus delinquens ob malum exemplum grauius punitur.
11 Pæna vulneris illati in perſonam Eccleſiaſticam extendi poteſt etiam ad triremes.
12 Clericus prò homicidio perpatrato tranſmittitur ad triremes.
13 Et ſecundum Sacros Canones quomodò pro homicidio puniatur.
14 Vulnus in faciem illatum pæna triremium mulctatur, & num. 15.
Cum ſit delictum graue, & num. 16. Refertur irrogatam fuiſſe pænam pecuniariam, & relegationis.
17 Limit. vt hoc caſu pæna triremium non ſit inferenda, ſi ex cicatrice non oriatur deformitas, vel ſi bireto tegi poſſit.
18 Clerici percuſſor mulctatur pæna exilij.
19 Et quando pæna mortis puniri poſſit.
20 Et regulariter mulctatur pecuniarijs, & temporalibus pænis.
22 Clericus delinquens iuxta ordinem Sacrorum canonum quomodo puniatur, & num. 23.
24 Pæna perpetui carceris, vel detruſionis in Monaſterium hodiè non eſt in vſu, & eius loco imponitur pæna triremium in perpetuum, & ad tempus.
25 Sed ex conſtitutione Vrbani VIII. in Ergaſtulo ſecluduntur Clerici ſi ſint Sacerdotes.
26 Delictum inconſulto iracundiæ calore commiſſum excuſat à culpa, & mitius eſt puniendum, & num. 27. & 28.
29 Amp. etiam ſi inculpatæ tutelæ modus excedatur.
Limit. vt procedat ſi ira proueniat ex iuſta, & non ex iniuſta cauſa num. 33.
Limit. 2. quando iracundia ſit affectata, & orta ſine cauſa, & vitio naturæ delinquentis num. 34.
Lim. 3. vt neque excuſet, ſi proueniat ex actu illicito, vt ſi quis det operam rei illicitæ num. 35.
Lim. 4. vt neque excuſet, quando delictum cum armis commiſſum fuit.
30 Delictum, commiſſum appenſatè, & deliberato animo magis punitur, quam inconſulto.
31 Delictum, & homicidium commiſſum ex improuiſo, & ſubitanea rixa non dicitur deliberatè commiſſum.
32 Amp. vt ad excludendam deliberationem, & præmeditationem non ſit neceſſe, vt committatur infragranti rixa, in eodem actu, & impetu, ſed ſufficit, quod etiam ex interuallo poſt rixam, & deindè ad aliquos dies committatur, dummodo calor rixæ duret.

DECISIO XVI.

Clericus quidam die ſacro Sanctorum Innocentium permanens vna cum alijs ſocijs circa horam vigeſimam ſecundam in Salſamentaria cuiuſdam Oppidi ſibi omnem, ſeu fortunam dicere faciebat à quadam Muliercula Africana, ſeu vt dicitur Zingara, cum qua omnes alij ſocij indecentibus actibus nugabantur, quæ animaduertens Oppidi Archipresbyter, paſtorali zelo motus, vocauit è feneſtra propriæ domus Salſamentarium, eidem dicendo, quod dimitteret illam Mulierculam, cum nefas eſſet huiuſmodi diſſolutiones præcipuè in illa ſolemnitate peragere: præfatus Clericus fumens in ſe, & ægrè ferens paſtorale monitum, reſpondit *meglio fareſti a badare à tè, ed al tuo vicinato, ſe voi niente viem a baſſo, che ti darò ſodisfatione*, multiſque alijs verbis contumelioſis eundem afficiendo, & licet Archipresbyter reſponderit, *che non l' haueua con lui*, nihilominus malum animum fouens, & mala malis addendo, circa ſignum veſpertinæ ſalutationis Angelicæ, dum pręfatus Archipresbyter domum reuertebatur propè Eccleſiam Parochialem eundem aggreſſus fuit, & gladio, quo armatus erat lætaliter in capite vulnerauit, & tam immani perpatrato flagitio, fugam arripuit, & in tutum ſe ponere curauit, vndè cum de prædictis repertus fuerit culpabilis, & de iure punibilis, & de pæna perpatrati flagitij quæreretur, ad triremes per quinquennium condemnandum fore duxi.

1 Pæna quidem vulneris armis illati, cum nec iure Pontificio, nec Cæſareo ſit clare inflicta eſt Iudici arbitraria, ſiue attendatur DD. ſententia, quod
2 hodie ſic vulnerans pæna *l. Iulia de vi public.* coerceatur, etiam ſi ſolus, & non coadunatis hominibus alium vulnerauerit, quæ *l. Iulia pęna* hodie Iudicis arbitrio remiſſa eſt, vt tradunt *Iodoc. in pract. crim. cap. 97. de vi public. nu. 10. Gram. conſ. crim. 43. per totum Clar. in pract. crim. §. fi. qu. 83. verſ. vim publicam Deciau. tract. crim. lib. 8. cap. 16. num. 1. iuncto cap. 18. num. 19. Menoch. de arbit. caſ. 394. num. 1. 2. & 102. Viui. dec. 391. num. 3. & 5. lib. 2.*

3 Siue attendatur aliorum ſententia, quod pæna iniuriarum pro vulnere irroganda ſit, quæ pariter

prudentis Iudicis arbitrio commiſſa eſt, vt probat textus in §. *iniuria inſtit. de iniur. Clar. in §. iniuria in prin. & verſ. quæro, Menoch. de arbit. caſ.* 263. *num.* 3.

4 Siue etiam attendatur diſpoſitio Sacrorum Canonum, cuius vigore omnes ferè pœnæ ſunt arbitrariæ, vt teſtatur *Anton. Scop. de iure non ſcripto lib.* 5. *cap.* 193. *nu.* 1. *Diaz. in pract. crim. canon. cap.* 138. *in prin.*

5 Arbitrium autem in præſenti caſu ad dictam pœnam triremium extendi poſſe ſuadetur, quia ex qualitatibus, & circumſtantijs, delictum graue reputatur, tum ratione perſonæ offenſæ, ſcilicet Archipresbyteri, & Vicarij foranei, tum ratione
6 loci, nempe prope Eccleſiam, Parochialem, vbi perpetratum fuit, tum ratione cauſæ, qua dictus
7 Clericus motus fuit ad ſic vulnerandum, ſcilicet quia ægre tulit, & ad animum reuocauit boni paſtoris monitum, vt in ſimilibus terminis animaduertit *Carthar. deciſ. crim.* 82. *num.* 81. *& late comprobat Farinac. in tit. de delict. & pæn. qu.* 18. *num.* 63. 64. *&* 81.

8 Tum etiam quia augetur pœna in delictis, quæ ſunt mali exempli, tamquam reipublicæ perniciosa, ad *textum in l.* 3. §. *ſed ex Sen. conſulto ff. ad l. Cornel. de ſicar. Menoch. de arbit. caſ.* 358. *num.* 4. *cum alijs relatis per Farinac. d. qu.* 18. *nu.* 4.

9 Tum demum, quia quando ex delicto oritur ſcandalum in populo, vt oritur in Clericis delin-
10 quentibus, in quibus populus magis reſpicit, eſt etiam ſeuerius per Iudicem reſpiciendum, eo quia in eiſdem ratione ſtatus exigitur maior vitæ, & morum honeſtas, ac proindè ex eorum delicto maior reſultat contemptus, & conſequenter grauior pœna eſt irroganda, *can. non afferamus* 22. *qu.* 1. *& Foller. & alijs docet Farinac. d. qu.* 18. *num.* 82.

11 Ex quibus ferè circumſtantijs condemnatum fuiſſe ad triremes per quinquennium ex ſententia Senatus quemdam, qui baculo percuſſerat P. Guardianum Sancti Franciſci in Clauſtro eiuſdem Monaſterij refert *Theſaur. dec.* 114. *num.* 2. *& per tot.*

12 Dubitari tamen poteſt, quod nimis grauis videatur huiuſmodi pœna, dum pœna triremium hodie apud nos mulctetur Clericus, vel pro homici-
13 dio perpetrato, licet ſecundum diſpoſitionem Sacrorum Canonum pro tali crimine imponatur tantum pœna depoſitionis, & detruſionis in Monaſterium, vel in carcerem *cap. minor. cap. ſi Epiſcopus cap. ſi quis viduam* 50. *diſ. cap. presb.* 81. *diſt. cap. cum non ab homine vbi Abb. num.* 26. *de Iudic. gloſ. in cap. ſicut dignum* § *Clericos verſ. conſilium de homicid. Abb. in cap. at ſi Clerici num.* 39. *de Iudic. Diaz. in pract. crim. canon. cap.* 97. *vbi Lopez. in addition. Bellet. diſquiſit. crim. p.* 2. *tit. de pæn. Cleric.* §. 23. *num.* 1. *Farinac. in tit. de homicid. quæſt.* 118. *num.* 55. *Vermigliol. conſ. crim* 68. *num.* 8.

14 Vel irrogatur ob vulnus in faciem illatum, prò vt in Curia Archiepiſcopali Mediolanenſi ad triremes per triennium damnatum fuiſſe quendam Clericum, qui mandato alterius recepta mercede aliū in faciem vulnerauit, refert *Iul. Chartar. dec. crim.* 82. *num.* 24 & practicatum fuit etiam in hac Curia Epiſcopali contra alium Clericum, qui paucis ab hinc annis Præpoſitum cuiuſdam Eccleſiæ ſimiliter in facie propè naſum vulnerauit, prout etiam regulariter in ciuitatis ſæcularibus vigore ſtatuti, aut bandimentorum generalium huiuſmodi pœna prò hoc crimine irrogatur.

15 Siquidem vulnus in faciem illatum reputatur delictum grauioris animaduerſionis, ex quo perpetua remanſura ſit cicatrix, & ſic perpetua deformitas, & disfiguratio pulchritudinis à Summo Creatore traditæ, propterea grauiter magis, quam cætera vulnera in aliam corporis partem illata coercendum eſt *l. pœtor ad fi. l. vulneris ff. de iniur. l. fi. ibi cicatricem ff. de nox. l. ex hac ibi diſformitas ff. ſi quadrupes pauper feciſſe dicat Marc. Anton. Eugen. conſ.* 87. *num.* 1. *Menoch. de arbit. caſ.* 293. *num.* 87. *Anton. Gomez. var. reſol. to.* 3. *de delict. tit. de iniur. num.* 12. *prope fin. Farinac. in tit. de delict. & pæn. q.* 18. *num.* 97. *Chartar. dec. crim.* 82. *nu.* 33. *cum ſeq.*

16 quendam tamen Clericum, qui faſſus fuit ex pluribus cicatricibus in faciem illatis alteri Clerico, illum oculis obcecaſſe, & ſatis difformem reddidiſſe, & inſtantibus fiſci aduocatis morti tradendum eſſe, cum eruens oculos prò homicida habeatur, non tamen obtinere potuiſſe, ſed tantum damnatum fuiſſe in pœnam pecuniariam ſcutorum duorum milium, & cum ſoluere non potuerit facto verbo, cum Sanctiſſimo relegatum fuiſſe ad arcem. Hoſt ... recenſet idem *Farinac. d. qu.* 18. *num.* 100. *circa med.*

17 Quinimo, nec habet locum pœna triremium à ſtatuto, vel bandimentis impoſita contra vulnera in faciem inferentes quando ex cicatrice non oritur difformitas, vel quando bireto, vel pileo tegi poteſt ex *Bertazol. Chartar. & alijs docet Farinac. qu.* 18. *num.* 98. *verſ. inde non immerito.*

18 Vnde pœna Clerici percuſſoris in alia corporis parte, quam in facie, quod vltra excommunicatio-
19 nem incurſam ſit exilij, & etiam omnis quatuor copulatiuè concurrentibus primo quod percuſſus ſit Clericus, ſecundo quod hat in Eccleſia, tertiò quod diuina celebrentur, quarto quod diuinum officium perturbetur, vt tradit *Menoch. de arbit. caſ.* 389. *num.* 15. 16. *&* 17.

20 Regulariter tamen huiuſmodi ſacrilegos pecuniarijs, & temporalibus pœnis ab Eccleſiaſtico Iudice, ſiue ſint Clerici, ſiuè laici mulctari poſſe, ex *Foller. in pract. crim. canon. cap.* 33. *nu.* 127. *ſubaz Chartar. dec. crim.* 72. *num.* 24. *& ſeq.*

21 His tamen non obſtantibus ex qualitatibus, & circumſtantijs delictum aggrauantibus, ratione perſonæ vulneratæ, loci, & cauſæ propter quam vulnus illatum fuit, augenda eſt pœna, & arbitrium extendi poteſt etiam ad triremes ad tempus, vt alios terreat, & auertat ad ſimilia delicta perpetranda iuxta firmata per *Theſaur. dec.* 224. *num.* 1. *& per Chartar. dec.* 82. *num.* 39.

22 Iure enim Sacrorum Canonum pœnarum genus in Clericis ſtatutum reperitur, vt primo inferatur ſuſpenſio, quæ prò leuibus infligitur, poſtea ſequatur depoſitio prò grauibus, tertio detruſio prò grauioribus, quarto perpetuus carcer pro grauiſſimis, & vltimo degradatio, & traditio Curiæ ſæculari pro delictis qualificatis, quæ ſuccedit loco pœnæ mortis naturalis, adeòut ſi ob delicti quali-
23 tatem, vel reiterationem pœna depoſitionis ordinaria ſacrilegij in Clerico augenda ſit, augeri debet ad illi proximam, & ita detruſionis, vel ſi pœna eſſet depoſitionis, cum detruſione in Monaſterium ad perpetui carceris pœnam illi etiam proximam

mam augenda eſſet, verum cum pœna perpetui car-
24 ceris, vel detruſionis in Monaſterium non ſit in
vſu teſte *Clar. in §. fi. qu. 70. verſ. pœna autem, & verſ. ſunt etiam*, eius loco imponi poterit pœna
triremium in perpetuum facta depoſitione verbali,
& etiam ad tempus prò delicti qualitate, licet Sa-
cerdotes hodie ex conſtitutione *Vrbani VIII.* in
Ergaſtulo recludantur, ita alijs relatis docet *Char-
tar. dec. crim. 67. a num. 129. vſque ad 139.*
26 Hinc patet non ſubſiſtere præfatum Clericum ad
ſupradicta verba prolata per Archipresbyterum in-
conſulto iracundiæ calore ad crimen adductum
27 fuiſſe, adeo vt cum ira impediat animum, & ra-
tionis vſum obtenebret, ne poſſit diſcernere verum,
28 excuſat à culpa, & minuit delictum, vt mitius
puniendum ſit, etiam ſi inculpatæ tutelæ modus
29 excedatur *per textum in l. 2. ibi ſeu calorem C. de abol. l. aut facta §. cauſa ibi cum quis per iram ab ex-
traneo pulſatus eſt ff. de pæn. cap. ſi quis iratus vbi
gloſ. 12. qu. 3. & in cap. ira 11. qu. 3. late Tiraquel.
de pœn. temperan. caſ. 2. num. 1. Nouel. in tract. ad
defenſam num. 82. verſ. calor iracundia Clar. in §. fi.
qu. 60. verſ. eſt etiam, & verſ. tunc quæro Farinac.
in tit. de pæn temperan. qu. 91. num. 1. & 4. 7. & 8.*
30 Tantò magis quia qualitas prætenſi caſus ap-
penſari ad augendum crimen, magiſque punien-
dum iuxta *Platonis ſententiam dialogo 9. de legibus
relatam per Menoch. de arbit. caſ. 353. num. 25. &
26. & per Vermigliol. conſ. crim. 43. num. 1. & per
Ioſeph. Ludouic. dec. Lucen. 16. num. 6.* tollatur ex
31 præcedenti rixa, & verbis altercatorijs ſecutis in-
ter Clericum, & Archipresbyterum, quæ exclu-
dunt præcedentem deliberationem, & tractatum,
*Clar. in §. homicidium num. 5. verſ. dolaſum autem
Vermigliol. conſ. crim. 28. num. 3. conſ. 37. num. 2.
conſ. 67. num. 1. conſ. 69. num. 2. Farinac. in tit. de
homicid. qu. 126. num. 211. Tandut. quæſt. Ciuil. cap.
171. num. 4. tom. 2.*
32 In nihilo refragante quod Clericus non ipſa
rixa, ſed ex interuallo poſt duas horas Archipreſ-
byterum vulnerauerit, quia ad ſubuertendam de-
liberationem, & præmeditationem, & ad hoc vt
delictum commiſſum dicatur calore rixæ, non eſt
neceſſe, vt illud committatur in fragranti rixa, &
in eodem actu, & impetu, nullo prorſus interdi-
cto temporis ſpatio, ſed ſufficit, quod etiam ex in-
teruallo poſt rixam, & deinde ad aliquos dies com-
mittatur durante tamen eodem rixæ calore, vt in-
quit *Farinac. in tit. de homicid. qu. 126. num. 214.
& conſ. crim. 2. num. 8. Boſſ. in tit. de homicid. nu.
61. Clar. in §. homicidium num. 21. Vermigl. conſ.
crim. 43. num. 6. & conſ. 44. num. 1. & paſſim.*
33 Quoniam obiectum diluitur ob iniuſtam iracun-
diam per Clericum conceptam, qua motus fuit ad
delinquendum, nam verba prolata per Archipreſ-
byterum in perſonam Salſamentarij non debebat in
ſe ſumere, ſed potius parere, & non iraſci boni pa-
ſtoris monitis, vndè cum concepta ira, & calor ira-
cundiæ prouenerit ex iniuſta cauſa, eundem excu-
ſare non poteſt à pœna rigoroſa, & DD. loquentes
de hac excuſatione loquuntur de iracundia iuſta
ad *textum in l. ſi adulterium ff. de adult. l. Gracchuſ.
C. eod. Clar. in §. fi. qu. 60. verſ. eſt etiam, Carrer. in
pract. crim. in tract. de homicid. §. 7. excuſat calor ira-
cundiæ, & num. 5. Farinac. in tit. de pæn. temperan.
qu. 91. num. 13. & 32. Spada conſ. 110. num. 2. &
14. tom. 1.*
34 Ceſſat vlterius obiectum non ſolùm quia ex ver-
bis prolatis per Archipresbyterum nulla conſidera-
ri poteſt offenſio, quæ ad iram Clericum concita-
re poterat, vnde ſi orta fuit, emanauit vitio eiuſ-
dem, qui adeo ſine cauſa iraſcitur, vt eundem ex-
cuſare nequeat, ita alijs congeſtis, tradit *Farinac.
in tit. de pæn. temperan. qu. 91. num. 39. Spada conſ.
110. num. 14. verſ. nec obſtat.*
35 Verum etiam quia ira nec excuſat, quando pro-
uenit ex actu illicito, prout contingit, quando quis
dat operam rei illicitæ, prout dabat præfatus Cle-
ricus, dum cum dicta Muliercula nugabatur *Claud.
ad Bertaz. conſ. 299. lit. A. verſ. ſed caſus in fi. Fa-
rinac. d. qu. 91. ſub num. 39. circa med. facit Decian.
in ſuis tract. crim. p. 2. lib. 6. cap. 11. rub. de excu-
ſat. per iniur. num. 9.*
36 Tandemum quia vulnus illatum fuit cum ar-
mis, quo caſu, neque ira excuſat, vt comprobat,
Spada conſ. 110. num. 4. tom. 1. qui alios allegat.

SVMMARIVM.

1 Iniuria non tantum facto, ſed etiam verbis infertur.
2 Scriptura etiam inferri poteſt iniuria, & num. 3.
4 Verbis quando committatur iniuria, & quomodo pu-
niendus num. 5.
6 Obijciens alteri, quod ſit claudus iniuriarum actione
tenetur.
7 Appellans aliquem giboſum de iniuria tenetur.
8 Dicens alteri, tu es cæcus crimen iniuriarum committit.
9 Idem dicens, tu es monoculus.
10 Idem dicens, tu es leproſus.
11 Appellans aliquem luſcum animo iniuriandi iniuria-
rum pœna tenetur.
12 Idem ſi quis alteri dixerit, tu es mutus.
13 Idem appellans aliquem guercium.
14 Idem vocans aliquem ebrium, vel pauperem.
15 Iniuria irrogatur, ſiue obiectum fuerit verum, ſiuè fal-
ſum defectum.
16 Iniuria, vt puniatur debet fieri doloſè animo iniuriãdi.
17 Et onus probandi dolum, & malum animum ſpectat ad
accuſantem, & fiſcum.
18 Animus iniuriandi præſumitur excepto inter conſan-
guineos, & affines.
19 Animus ab operibus operantis dignoſcitur.
20 Animus, & hominis voluntas eſt ſoli Deo nota tamquã
latens in corde.
21 Vnde per teſtes probari nequit, limit. vt nu. 22. & 23.
22 Teſtis deponens ſuper eo, quod non ſenſu corporis, ſed
mentis oculo percipitur, ſi reddat rationem probat
23 Teſtis deponens ſuper animo, & voluntate alterius ad-
ducendo rationem per actus exteriores probat.
24 Quæ in animo conſiſtunt probantur indicijs, & conie-
cturis.
25 Ad probationem animi admittuntur teſtes ſingulares.
26 Iniuriæ leuitas, & grauitas ex quibus dignoſcatur. Et
Iudicis arbitrio remittitur num. 27.
28 Iniuria grauis reputatur, quæ multis adſtãtibus illata eſt.
29 Ita etiam ſi ſit illata Doctoribus.
30 Alapha dicitur atrox iniuria, quam ſi vulnus illatum
fuerit. Contrarium num. 31.
32 Iniuria illata pugno, quando ſit leuis, & grauis & n. 33.
34 Iniuria baculo illata grauis reputatur.
35 Et tenetur pœna iniuriarum.
36 Extraordinaria tamen pœna dicta iniuria punienda eſt.
37 Iniuria illata in propria domo iniuriati grauis eſt.
38 Et grauior ſi inferatur in Eccleſia, in Choro, in Platea,
in Theatro, in foro, in ludis publicis, vel in Pa-
latio Poteſtatis, eiuſque conſpectu num. 39. & 41.
40 Generaliter iniuria grauior reputatur ex loco, tempo-
re, & perſona.
41 Iniuria illata in Eccleſia tempore quo expoſitum erat
Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum grauior dici-
tur.

42 Per-

42 Perſonalis iniuria grauis, & atrox reputatur.
43 Et quæ infertur ſacerdoti etiam grauis dicitur.
44 Iniuria ad hoc vt atrox reputetur debet interuenire vulnus, aut fractura.
45 Mentita eſt quoque grauis iniuria, etiam ſi data ſit cum proteſtatione num. 46. Declara vt num. 52.
47 Limit. vt mentita data ad propulſandam iniuriam non eſt punibilis.
48 Sublim. vt procedat quando iniuria ſit falſa, & mentita falſa.
49 In dubio iniuria præſumitur falſa, & mentita vera.
50 An ſit iniuria Tu non dicis verum, tu dicis falſum, & nu. 51. Referuntur hinc inde opiniones.
53 Mentita data ex interuallo eſt punibilis, licet ſit data ad propulſandam iniuriam.
54 Iniuriarum actione tenetur ille, qui de nocte frequentat viam alicuius honeſtæ mulieris, & ante eius domum emittit cantilenas.
55 Pro ut etiam de facientibus viduis ſcampanatas.

Iniuria quomodo inferatur, & quando leuis, atrox, & grauior reputetur.

ADNOTATIO I.

1 INiuria non tantum facto, ſed etiam verbis infertur, probatur in *l. ſi conuicij C. de iniur. & in l. cum qui nocentem, & in l. item apud labeonem ff. eod. tit. & in cap. tum te de ſenten. & re iudicat. Conac. var. reſol. lib. 1. cap. 51. in prin. Farinac. conſ. crim. 30. num. 1. Chartar. dec. crim. 37. nu. 1.*

2 Vel etiam ſcriptura infertur iniuria, quæ ad publicam accuſationem pertinet, & pœna eſt capitalis, vt in *l. vnica C. de famoſ. libel.* ad differentiam
3 iniuriæ, quæ facto, vel verbis infertur, quæ continet priuati querelam, & in momento perficitur, ea verò, quæ fit ſcriptura habet tractum ſucceſſiuum, & ſemper dũ ſcriptura permanet, ſucceſſiuè durat, & noua in eius lectura infertur iniuria, *Farinac. conſ. crim. 30. num. 1.*

4 Verbis autem iniuria committitur, quando alteri ſuæ naturæ vitia exprobantur, ſi Reipublicæ non intereſt ea nouiſſe, *Bart. in l. cum qui nocentem in prin. ff. de iniur. Rom. in l. ſi. ff. quod quiſque iniur. Iodoc. in pract. crim. cap. 136. num. 4. Gomez. in coment. var. reſol. tom. 3. de delict. cap. 6. rub. de iniur. poſt. num. 2. verſ. dubium tamen eſt, Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 11. nu. 6. & num. 7. verſ. octauo mihi probabile Chartar. dec. crim. 37. num. 2. & 3.* vbi
5 quod hoc caſu, qui iniuriam infert extra ordinem puniendus ſit.

6 Hinc eſt quod obijciens alteri quod ſit claudus iniuriarum actione tenetur *Anton. Gomez. in coment. var. reſol. tom. 3. de delict. cap. 6. num. 2. verſ. dubium tamen eſt Gram. dec. 37. num. 20. Chartar. dec. crim. 37. num. 5.*

7 Appellans aliquem giboſum de iniuria puniendus eſt, *Gomez. in coment. var. reſol. tom 3. de delict. cap. 6. poſt num. 2. Farinac. de var. & diuerſ. crim. qu. 105. num. 24. Iodoc. in pract. crim. cap. 136. num. 4. Chartar. deciſ. crim. 37. num. 6.*

8 Dicens alteri, tu es cæcus, vel orbus crimen iniuriarum committit *Iodoc. in pract. crim. cap. 136. num. 4. Anton. Gomez. de delict. cap. 6 de iniur. num. 2. Baiard. in addition. ad Clar. in §. iniuria num. 32. Gram. dec. 14. Ioſeph Ludou. dec. Lucen. 4. num. 26. Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crimin. qu. 105. nu. 24. Chartar. dec. 37. num. 4.*

9 Obijciens alicui, quod ſit monoculus iniuriarum pœnam pati debet, *Iodoc. in pract. crim. cap. 136. num. 4. Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crim. qu. 105. num. 24. Chartar. dec. 37. num. 7.*

10 Dicens alteri, tu es Leproſus iniuriarum pœna plectendus eſt, *Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crim. qu. 105. num. 24. Chartar. dec. 37. num. 8.*

11 Appellans aliquem luſcum animo iniuriandi iniuriarum pœna mulctandus eſt *Iodoc. in pract. crim. cap. 136. num. 4. Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crim. qu. 105. num. 24. Chartar. dec. 37. num. 9.*

12 Si quis alteri dixerit, tu es mutus tenetur iniuriarum actione, ita ex *Bonacoſ. tradit Chartar. dec. 37. num. 10.*

13 Exprobans alteri eſſe ſtrabonem, ſeu guerceium iniuriarum actione puniendus eſt *Iodoc. in pract. crim cap. 136. num. 4. Chartar. dec. crim. 37. num. 11.*

14 Vocans aliquem ebrium, vel pauperem, vel quid ſimile iniuriarum pœnas luere debet, *Gomez in tit. de delict. num. 6. verſ. dubium tamen eſt Chartar. dec. crim. 37. num. 5. circa med.*

15 Declara primò, vt ſupradicta procedant, ſiue prolatum fuerit verum, ſiue falſum, nam ſemper committitur iniuria, & actione iniuriarum tenetur, quia defectum alterius detegere, vel obijcere iniurioſum eſt, & inhumanum, ob ignominiam, opprobrium, & contemptum perſonæ iniuriatæ, cum Reipublicæ interſit, vt mutuus deferatur honor, & reuerentia, & naturalis vrbanitas, & naturæ ratio exigit, *Bonacoſ. in p. 1. commun. opin. crim. lit. I. verſ. iniuriarum actione tenetur fo. 91. & p. 2. I. in verſ. iniuria eſt ſi quis obijciet fo. 38. vbi ex Gomez. de communi opinione teſtatur Chartar. dec. 37. num. 5.*

16 Declara 2. quod ad hoc vt iniuria puniatur, debet inferri doloſè, animo iniurandi alias tollitur actio iniurarum, ita de communi *Soccin. conſ. 115. num. 2. vol. 1. Bonacoſ. commun. opin. crim. lib. 1. lit. I. verſ. iniuria, vt puniatur.*

17 Et onus probandi dolum, & animum iniurandi pertinet ad accuſatorem, & ſileum iuxta *textum in l. illud §. ſane conſtat, & in l. iniuriarum in prin. verſ. ſi quis quod decreto, & in §. item labeo ſcribit ff. de iniur. iunct. l. ſi quis graui §. 1. ff. ad Syllan. Maſcard. de probat conclu. 902. num. 4. vol. 2. Chartar. deciſ. crim. 37. num. 24.*

18 Sed quod animus iniurãdi ſatis probetur ex iuris præſumptione excepto inter conſanguineos, & affines, niſi contrarium probetur, eſt *textus in l. ſi non conuicij, & ibi glo. in verbo probari & Bald. num. 1. C. de iniur. cap. 1. de præſumpt. Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 922. num. 6. & 7. Guil. lib. 2. pract. obſer. 106. ſub num. 1. Clar. in §. iniuria verſ. quæro nunc Chartar. dec. crim. 37. num. 25.*

19 Animus enim ab operibus operantis benè dignoſcitur, & talis præſumitur animus, qualem facta demonſtrant, & ex qualitate facti facientis animus præſumitur, vt probatur in *l. 1. §. fi. ff. de dolo Gramat. conſ. 13. num. 2. & 3. & dec. 37. num. 6. Neuizan. conſ. 50. num. 52. Chepal. conſ. 75. num. 3. lib. 1. Maſcard. de probat lib. 1. conclu. 95. num. 1. & 2. & conclu. 1304. num. 24. & ſeq. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 1. num. 42. verſ. & ideo dicitur Farinac. in fragment. crim. p. 1. lit. B. in verbo Animus hominis num. 228.*

20 Verum cum animus, & voluntas hominis ſit quid latens in corde, & ſoli Deo nota, *Maſcard.*

ec

de probat. lib. 1. conclu. 94. num. 1. Seraph. de priuil.
21 iuram. priuil. 1. nu. 1. hoc ideo per teſtes probari
nequit, & teſtes dicentes talem habuiſſe animum
aliquid faciendi, vel non faciendi minimè probant,
etiam ſi eſſent centum Innocen. in cap. ſuper hoc nu.
2. extra de renun. Menoch. conſ. 149 num. 23. lib 2.
Farinac. fragment crim. p. 1. in verbo animus num.
231.

22 Limit. ſupradictam concluſionem ſi teſtis ratio-
nem ſui dicti concludenter reddat, nam quando
teſtis deponit ſuper eo, quod non ſenſu corporis
ſed mentis oculo percipitur, tunc ſi non reddit ra-
tionem nihil probat, ſecus ſi reddat, Nel. in tract.
de teſt. nu. 151. Curt. iun. conſ. 151. nu. 1. Farinac.
fragment. crim. p. 1. in verbo animus nu. 232. & 233.

23 Ac proindè, ſi teſtes deponant ſuper animo, &
voluntate alicuius adducendo veriſimilem, & pro-
babilem rationem per actus exteriores denotantes
internam intentionem, vtique optimè probant, ſe-
cundum Bart. in l. is, qui §. diuus num. 3. ff. de tut.
& curat. datis ab his Bal. in tract. de teſt. p. 3. nu. 39.
verſ. qualiter teſtis debeat deponere ſuper aliqua qua-
litate animi, Hector. Aemil. in tract. de teſt. in rub.
teſtis animum, & quæ in animo conſiſtunt deponens,
vel probans num. 1. & plurib. ſeq. fo. mihi 188. &
ſeq. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 1. num. 42. cum
alijs per Farinac. fragment. crim. p. 1. in verbo ani-
mus num. 233.

24 Et quæ in animo conſiſtunt tamquam occulta
probantur, etiam indicijs, & coniecturis Surd. de
aliment. tit. 6. qu. 11. num 50. in fi.

25 Quinimò ad probationem animi admittuntur te-
ſtes ſingulares, Caſtren. conſ. 395. col. 3. vol. 2. Cra-
uet. conſ. 73. num. 33. Surd. conſ. 94. num. 47. & in
tract. de aliment. tit. 6. qu. 11. num. 52.

26 Iniuriæ verò leuitas, & grauitas cognoſcitur ex
illius qualitatibus habito reſpectu ad cauſam, ad
perſonam iniuriantis, & iniuriati Menoch de arb.
caſ. 263. num. 1. & 2. Farinac. in tit. de var. & diu.
crim. qu. 105. num 176.

27 Et regulariter Iudicis arbitrio relinquitur iudi-
candum, quæ dicatur leuis, atrox & inhoneſta
iniuria Anton. Gomez. de delict. cap. 6. num. 1. & 2.
Barboſ. in cap. fi. num. 2. de donat. Clar. in §. iniur.
num. 1. & 2. Menoch. de arb. caſ. 263. Farinac. de
var. & diuerſ. crim. qu. 105. num. 177. Chartar. dec.
crim. 37. num. 21.

28 Grauis reputatur iniuria, quæ multis adſtanti-
bus, videntibus, vel audientibus facta eſt, vt pro-
bat text. in cap. 1. ibi multis coram obſtantibus de
maled. Anton. Gomez. de delict. cap. 6. de iniur. ſub
num. 4. Menoch. lib. 2. de arb. caſ. 263. nu. 24. Au-
guſtin. Barboſ. in cap 1. num. 4. de maled. Farinac. de
var. & diuerſ. crim. qu. 105. num. 289. Chartar. dec.
37. num. 19. & 20.

29 Iniuria illata doctoribus præcipuè legentibus
ratione prærogatiuæ perſonæ, & Doctoratus gra-
dus, cuius vigore nobilis reputatur, grauis eſt,
per textum in cap. deteriores 6. qu. 1. Baiard. ad Clar.
in §. iniur. num. 48. vbi quod huiuſmodi iniuria
punitur l. Iulia de vi public. Guid. Pap. dec. 88. nu.
5. Menoch. de arb. quæſt. caſ. 263. num. 17. Farinac.
in tit. de var. & diuerſ. crim. quæſt. 105. num. 203.
& ſeq.

30 Alapha etiam dicitur grauis, & atrox iniuria,
vt probat textus in l. Prætor edixit §. fin. in fi. ff. de
iniur. & eſt grauior offenſa, quam ſi vulnera illata
fuerint, Petrin. Bel. de re militar. p. 10. tit. 2. num.
29. Bero conſ. 178. num. 6. & 7. lib. 3. Vin. dec. 47.
num. 10. cum alijs congeſtis per Farinac. in tit. de
var. & diu. crim. qu. 105. num. 207.

31 Sed quod alapha inferat leuem iniuriam, niſi
inferatur perſonæ nobili, vnde nõ punitur niſi pœ-
na pecuniaria, aut exilij, vndè exilio per bimeſtre
mulctatum fuiſſe quendam Neapolitanum, qui
alaphã dedit in Eccleſia alteri perſonæ refert Gram.
dec. 14. Iudoc. in pract. crim. cap. 35. num. 5. cum
alijs, qui prò hac contraria ſententia referuntur per
eundem Farinac. d. qu. 105. num. 208.

32 Ita etiam ex pugno leuis iniuria illata dicitur, ſi
ſit ſine liuore, tumore, ſanguine, aut maximo
dolore, ſecus ſupradictis concurrentibus, aut ra-
tione qualitatis perſonæ ita augeatur, & qualifi-
cetur, vt etiam grauis reputetur Farinac. eadem qu.
105. num. 212. & 214. licet generaliter quod ſit
33 grauis, docet Aret. in §. ſeruus autem num. 2. per
textum in l. non ſolum §. ſi mandato & ibi Bart. num. 7.
in fi. ff. de iniur.

34 Reputatur quoque grauis iniuria, quando quis
aliquem fuſtibus, aut baculo cedit §. atrox. inſtit. de
iniur. Corrad. in pract. in tit. de iniur. num. 11. poſt
prin. Graff. deciſ. caſ. conſcien. num 3. lib. 2. p. 2. Fa-
rinac. in tit. de var. & diu. crim qu. 105. num. 215.
35 & 217. qui propterea tenetur pæna iniuriarum, l.
item apud §. ſi quis pulſatus ff. de iniur. Carrer. in §.
homicidium num. 344. verſ. iure verò.

36 Extraordinaria tamen pæna huiuſmodi iniuria
punienda eſt l. fi. de iniur. l. apud Labeonem §. quod
ait prætor. eodem tit. Gram. dec. 17. in fi. vbi quod il-
le, qui percuſſit baculo perſonam mediocris quali-
tatis ſit banniendus Theſaur. dec. 224. num. 1. in fi.
vbi refert, quendam, qui baculo alium ciuem per-
cuſſerat pæna exilij per triennium mulctatum fuiſſe,
& num. 2. alium qui baculo percuſſerat Guardianum
Sancti Franciſci in Clauſtro proprij Monaſterij, tum
ratione perſonæ, tum ratione loci, & in domo pro-
pria damnatum fuiſſe ad triremes per quinquenniũ,
licet, quod alij in ſenatu exiſtimarent ſupradictum
fuſtigari, & banniri debere.

37 Grauis enim iniuria dicitur, quæ in propria do-
mo iniuriati infertur l. quod ait §. 1. ff. de adulter. Car-
rer. in pract. crim. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſin.
§. ſequitur ex quibus cauſis excuſatur Mandatarius nu.
3. Farinac. in tit de var. & diuerſ. crim. qu. 105. nu.
214. Theſaur. dec. 324. num. 2. & 3.

38 Et grauior reputatur, ſi in Eccleſia, in Choro, in
Platea, vel in Theatro inferatur Matthæus de Afflict.
in conſtit. Neapol. lib. 1. rub. 54. de tranſact. poſt n. 4.
Gomez. in tit. de delict. cap. 6. de iniur. ſub nu. 4. Fa-
rinac. in tit. de var. & diuerſ. crim. q. 105. n. 206. Char-
tar. dec. crim. 37. num. 15. & 16.

39 Prout etiam ſi inferatur in loco publico, vt in
foro in ludis publicis, in Palatio Poteſtatis Fari-
nac. dicta quæſt. 105. num. 186. & 188. vbi exempli-
ficat ſi ſit illata in domo Principis, & num. 192. vbi
præcipuè ſi illata ſit in Prætoris conſpectu.

40 Et generaliter iniuria grauior reputatur ex loco
tempore, & perſona l. Prætor §. atrocem l. vulneris
l. ſed eſt ff. de iniur. §. atrox. inſtit. eodem tit. Iodoc. in
pract. crim. cap. 137. num. 18. & 19. Menoch. de ar-
bitrar. caſ. 263. ferè per tot. Petrus Cabal. in ſuis re-
ſol. crim. caſ. 71. num. 7. lib. 1. Iacob. Galiard. in
tract.

tract. de delict. tit. de iniur. poſt num. 139. Chartar. dec. crim. 37. num. 12.

41 Hinc eſt, quod grauior dicitur iniuria ratione temporis, vt ſi ſit facta in Eccleſia, tempore, quo diuina celebrantur officia, præcipuè ſi ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum in altare adorandum reperiatur expoſitum *Fab. à Montel. in prax. arbitrar. p. 4. num. 64. fa mihi 370. Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crim. qu. 105. num. 206. Chartar. deciſ. crim. 37. num. 17. & 18.*

42 Et perſonalis iniuria non ſolum grauis, ſed etiam atrox reputatur *l. Prætor edixit in fi. ff. de iniur.* ibi *vt atrocem iniuriam haberi Labeo ait*, vt puta ſi vulnus illatum, vel os alicui percuſſum ſit *Bart. in l. non ſolum §. ſi mandato meo num. 7. in fi. verſ item puto ff. de iniur. Bonifat. de Vitalin. in tit. de iniur. num. 42. in fi. verſ. non ſolum Carrad. in pract. in tit. de iniur. nu. 11. Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crim. q. 105. nu. 181. & 183.* vbi ſubdit quod reputatur atrox perſonalis iniuria, non ſolum ſi corpori inferatur, ſed etiam ſi ſcindantur veſtes *textus expreſſus in l. ſed eſt quæſtionis in prin. ff. de iniur. ibique Bart. num. 1.*

43 Grauior inſuper dicitur iniuria, quæ infertur ſacerdoti *l. atrocem* ibi *cum eſſe in ſacerdotia C. de iniur. Chartar. dec. crim. 37. num. 13. Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crim qu. 105. num. 195.* vbi *in fi.* ſubdit, quod percutiens Clericum vltra excommunicationem eſt etiam puniendus grauius propter qualitatem perſonæ percuſſæ, iuxta tradita per *Menoch. de arbitrar. caſ. 189. num. 15. & 16.*

44 Notandum tamen eſt, quod iniuria ad hoc vt atrox reputetur, debet interuenire vulnus, aut fractura, quibus non concurrentibus, iniuria in corpus illata, licet ſit grauior iniuria verbali, non autem prò atroci reputari debet, vt explicat *textus in l. Prætor edixit in fi. ff. de iniu. & ex Angelo declarat Farinac. in tit. de var. & diu. crim. qu. 105. 184.*

45 Mentita quoque eſt iniuria, vt ſi quis alteri aliquid aſſerenti, vel neganti, quod in ſe iniuriam non habeat dicat. *Tu mentiris*, nam per dictam mentitionem iniuriam infert, & iniuriarum actione tenetur, quia mentita eſt verbum iniurioſum, & pro graui iniuria reputatur, *Dec. conſ. 488. nu. 4. Boer. conſ. 4. nu. 10. & 14. Soc. conſ. 145. nu. 2. ad med. verſ. confirmantur prædicta lib. 1. Iodoc. in pract. crim. cap. 136. num. 6. Soc. iun. conſ. 122. num. 11. lib. 2. Clar in §. iniu. in princ. poſt med. Paul. Grammat. Theorem. 5. num. 3. cum alijs congeſtis per Farinac. in tit. de var. & diu. crim. qu. 105. num. 310. & nu. 311.*

46 ſubdit, quod mentita inferat iniuriam, etiam quod ſit data cum proteſtatione ſaluo ſemper honore mentiti, cum hæc proteſtatio ſit contraria facto, vt etiam docet *Clar. in §. iniu. num. 14. verſ. ſed pone, ibique Baiard. num. 64. in fi.*

47 Limit. hanc concluſionem, vt mentita data ad propulſandum iniuriam punibilis non ſit, *Bart. conſ. 45. lib. 3. Deciſ. conſ. 488. numer. 5. Boer. conſil. 4. numer. 25. latè Menoch. conſil. 41. per totum lib. 1.* vbi quod ædictum puniens hanc iniuriam intelligendum ſit, quod non comprehendat mentitas datas ad propulſandam iniuriam, ita etiam *Bertaz. conſ. 199. num. 3. lib. 2. & conſ. 152. num. 6. lib. 1. Baiard. in addition. ad Clar. in §. iniuria num. 63. 64. & 66.* vbi quod ſit permiſſum etiam in foro conſcientiæ, *Boſ. in tit. de iniu. num. 7. verſ. quo ad ſecundum & in tit. de homicid. num. 86. Corrad. in pract. in tit. de iniu. num. 4. verſ. quando quis dicit fo. 403. & num. 34. ad med. Gayl. pract. obſer. 100. nu. 3. p. 2. Farinac. in tit. de var. & diu. crim. qu. 105. num. 315. & num. ſeq.* refert contrarium tenentes, & *num. 318.* nititur concordare has contrarias opiniones.

48 Sublim. vt procedat quando iniuria eſt falſa, nam tunc mentita eſt impunibilis ſi ſit vera, ſecus verò ſi iniuria illata ſit vera, & conſequenter falſa mentita, quia tunc eſt punibilis etiam ſi ad propulſandã iniuriam prorupta ſit, ita Doctores relati per *Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crim. qu. 105. nu. 321.*

49 *cum duob. ſeq. & num. 324.* ſubdit quod in dubio iniuria præſumitur falſa, & mentita vera.

50 Iniuria tamen non eſt dicere *Tu non dicis verum, Tu dicis mendacium, Tu dicit falſum ſecundum DD. relatos per Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crim qu. 105. num. 327. & 328. ſed num. 329.* concludit,

51 quod ex vera talia verba de ſui natura, & proprietate iniuriam important, ac proindè puniendum eſſe pœna extraordinaria illum, qui irato animo alteri dixit *Tu dicis falſum* credit *Baiard. in Addit. ad Clar. in §. iniuria num. 20. Soccin. iun. conſ. 103. n. 10. lib. 3. Bertaz. conſ. 152. num. 12. & ſeq. lib. 1.*

52 Notandum inſuper eſt quod iniuriarum actione non tenetur ille, qui dat alteri mentitam conditionaliter, quatenus ſcilicet de ſuo honore oblocutus ſcilicet, nam ſi conditio non verificetur, quod ſcilicet mentitus non abloquutus fuerit de honore mentientis, cum nihil ponat in eſſe, mentita non habet locum, ſi verò verificetur conditio, & tunc mentita eſt impunibilis, tamquam illata ad propulſandam iniuriam, ob læſionem proprij honoris paſſam, & ad eiuſdem defenſionem, vt latè comprobat *Dec. conſ. 437. num. 6. & ſequen. lib. 4. & copioſè Soccin. iun. conſ. 122. nu. 16. & ſeq. lib. 2. & conſ. 123. num. 29. & 32. eod. lib. 2. Bertazol. conſ. 135 num. 1. lib. 1. Bero. conſ. 173. num. 11. in fi. & ſeq. lib. 3. Farinac. in tit.*

53 *de var. & diuerſ. crim. qu. 105. num. 330. cum ſeq.*

Mentita verò data ex interuallo eſt punibilis etiã ſi data fuerit ad propulſandam iniuriam *Boſſ. in tit. de iniur. n. 7. verſ quo ad ſecundum Gayl. obſeruat. 101. num. 5. verſ. intellige autem hanc fallentiam lib. 2. Baiard. ad Clar. in § iniuria num 64. in fi Bertaz. conſ. 152. n. 19. & 21. lib 1. Farinac. dicta q. 105. n. 333.*

54 Iniuriarum actione tenetur pariter ille, qui ſugitte nocturno tempore viam alicuius honeſtæ Mulieris frequentat, vel ante illius domum emittit cantilenas, ſeù facit matinatas, cum ex huiuſmodi frequentia, & matinatarum emiſſione denigretur bona fama, & mulieris conditio, ob ſiniſtras opiniones, quæ in Populo, & Vicinia exoriri poſſunt, vt ex *Angelo in l. item apud Labeonem §. meminiſſe nu. 2. ibique glo. ff. de iniur.* tradit *Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crim. qu. 105. n. 92. & 93* vbi ampliat etiam

55 ad facientes viduis ſcampanatas, quod etiam teneantur actione iniuriarum, non obſtante conſuetudine, quæ tamquam turpis, inhoneſta, & irrationabilis, non poteſt excuſare *Boer. conſ. 4. n. 13. & 14.*

SVMMARIVM.

1 Iniuriarum actione tenetur, licet verum quis dixerit, ſi adeſt animus iniurandi.

2 Præcipuè de iure canonico extraiudicialiter tamen, & licet intereſſit Reipublicæ ſciri.

3 Con-

3 Contrarium de iure ciuili.
4 Veritas conuitij excuſat ſi interſit Reipublicæ ſciri, ſecus ſi non expediat, & num. 4. referuntur exempla.
6 Amp. licet adſit animus iniuriandi.
7 Iniuria ſi contineat aliquid turpe proueniens culpa iniuriati veritas conuitij excuſat, ſecus ſine dicta culpa.
8 Veritas conuitij excuſat ſi conuitium concernat delictum accuſabile, ſecus ſi non accuſabile.
9 Veritas conuitij nunquam excuſat, quando illud emanauit e malo animo iniurandi; licet dicat verum, & expediat reipublicæ ſciri, & concurrat culpa iniuriati, & quod de eo accuſari poſſit.
10 Iniurians non eximitur a pœna, quando iniuria contineat aliquid notorium, & quare.
11 Veritas conuitij excuſat, ſi iniuria ex iuſta cauſa illata fuit, ſecus ſi ſine cauſa.
12 Veritas conuitij illati in iudicio, & ſub calore iudicij excuſat, ſi talis veritas probetur, ſecus ſi non probetur.
13 Excipiens contra teſtes ſi exceptiones infamatorias non probauerit tenetur actione iniuriarum, ſecus ſi probauerit.
14 Porrigens Principi memoriale continens alterius iniuriam, tenetur actione iniuriarum, ſi contenta in eo vera non ſint, ſecus ſi vera.
15 Prouocatus, qui prouocanti veram iniuriam infert, non punitur.
16 Iniuria tacitè, & expreſsè remitti poteſt, & ex quibus coniecturis cenſeatur remiſſa.
17 Limit. vt dictæ coniecturæ operentur in præiudicium partis remittentis, ſecus autem in præiudicium fiſci.

Iniuriarum actione an, & quando quis teneatur, ſi iniuria illata vera ſit.

ADNOTATIO II.

1 INiuriarum actione tenetur etiam quod quis verum dixerit, ſi adeſt animus iniuriandi de iure ciuili per *textum in l. 3. ff. de offic. Rector. prouin. & de iure Canonico in cap. ſi peccauerit qu. 1. & ibi glo. in verbo proditor. Felin. in cap. cum te col. ſi. verſ. vltimo dum ponit de re iudicat. Io. Andr. in Addit. ad Speculat. in tit. de iniur. Diaz. reg. 784. in prin. Iodoc. in pract. crim. cap. 136. num. 1. Boſſ. in tit. de iniur. n. 35. verſ. quoad primam quæſtionem Corrad. in pract. in tit. de iniur. num. 4. verſ. item amplia fo. 403. Farinac. conſ. 30. num. 8. & 125. tom. 1.*

2 Et de iure canonico iniurians tenetur indiſtinctè actione iniuriarum, etiam ſi verum dixerit extraiudicialiter tamẽ, & quod dicit interſit Reipublicæ ſciri, cum tunc videtur habere iniuriandi intentionem, & propterea pœna iniuratum plecti debet *Io. Lopez in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 66. alias 60. rub. de maledicis lit. C. verſ. illud equidem Alex. de Neuo conſ. 82. num. 4. & 5. Clar. in §. iniuria nu. 16. verſ. item quæro in fi. cum alijs congeſtis per Famian. Centolin. in addit. ad Farinac. in conſ. 30. lit. V. verſ. decima tertia eſt opinio*, vbi de communi, & tradunt *alij DD. relati per Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crim. qu. 105. num. 246.* de iure tamen ciuili, veritas

3 conuitij excuſat *l. 3. C. de iniur. Farinac. vt ſupra n. . . Famian. Centolin. loco citato lit. V. verſ. iniuria vera, qui alios allegant.*

4 Declara primo iuxta aliorum ſententiam, quod veritas conuitij continentem excuſat, præſertim quando conuitium expedit Reipublicæ ſciri, ſecus improperatum delictum, non expediat Reipublicæ ſciri *Gram. dec. 37. num. 1. & 2. Andr. Gayl. pact. obſer. 99. per tot. tom. 2. & poſt Petrum Cyn. tenet Bart. in l. eum qui nocentem ff. de iniur. Boer. conſ. 4. nu. 36 verſ. teneo opinionem Dec. inter conſ. crim. Tolet. tom. 1. conſ. 102. nu. 7. Gomez. de delict. tit. de iniur. cap. 6 num. 2. Clar. in §. iniuria num. 16 verſ item quæro vbi*

5 *num. 41.* tradit, quod non tenetur actione iniuriarum, qui vocat meretricem eam, quæ olim fuit meretrix, licet hodie ſit emendata, & *num. 61.* vbi quod nec teneatur iniuriarum actione ille, qui alteri dixerat, quod erat baſtardus, vel excommunicatus, cum talis re vera erat, ſed abſolutus, vel legitimatus, ſi abſolutionem, & legitimationem ignorabat *Bertazol. conſ. 214. nu. 2. Suarez. in commun. opin. lit I. nu. 85. Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crim. qu. 105. à num. 119. vſque ad 222. inuſto num 226. & conſ. crim. 30. num. 47. 48. 49. 54. 104. 111. & 156.* vbi expreſsè

6 etiam quod adſit animus iniuriandi, & *num. 157.* vbi præſertim, quando improperatur delictum proueniens culpa iniuriati, & tradunt alij *DD. relati per Famian. Centolin. in addit. ad dictum conſ. crim. Farinac. 30. lit. V. verſ. iniuria vera, & verſ. quinta fuit opinio.*

7 Declara 2. quod ſi iniuria contineat aliquid turpe proueniens culpa iniuriati, & tunc iniurians non tenetur ſi verum dicit, vt ſi obijciatur delictum ab iniuriato commiſſum, ſecus verò ſi contineat id, quod ſine iniuriati culpa contingit, vt ſi dicatur tu es baſtardus, iuxta opinionem *Hoſtien. in ſumma de iniur. §. contra quos, verſ. illud etiam, quam refert Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crim. q. 105. n. 224. & Famian. Centolin. in adnot. ad conſ. 30. eiuſdem Farinac. lit. V. verſ. tertia eſt opinio Oltrad. conſ. 53. num. 1. in prin. Rom. conſ. 96. num. 1. in 2. opinione Boer. conſ. 4. num. 22.*

8 Declara 3. quod iniuriarum pœna non eſt irroganda, in caſu, quo quis dicat verum, & iniuria contineat factum punibile, pro quo iniuriatus accuſari poſſit, nam quia tunc intereſt Reipublicæ delicta punire, ac proinde obijciens conuitium puniri non debet, nam ſi delicta ſilentio occultentur, vtique impunita remanerent, & hoc ſi alteri diceret *Tu es Latro, Homicida*, & ſimilia, ſecus autem quando iniuria continet factum non accuſabile, & non punibile, vt ſi obijciatur tu es *ſcabioſus, pauper, gibboſus, ſtrabo, ſeu guercius*, & ſimilia, quia tunc inhumanum eſt alienos defectus detegere, iuxta opinionem *Bellaper. in l. ſi non conuitij col. 2. verſ. vnde diſtingue C. de iniur. Cyn. ibidem num. 12. verſ. dicunt quidam moderni Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crim qu. 105. num. 225. Famian. Centolin. in adnot. ad conſ. crim. 30. eiuſdem Farinac. lit. V. verſ. quarta eſt opinio.*

9 Declara 4. iuxta aliorum ſententiam, qua firmatur, quod iniurians teneatur actione iniuriarum, etiam quod dicat verum, & etiam ſi iniuria contineat vitia, quæ Reipublicæ expediat nota eſſe, & etiam quod proueniat culpa iniuriarum paſſi, & quod de illis etiam accuſari poſſit, ſi animo iniuriandi vitium improperatum fuerit, vt probat *text. in l. iuſtiſſimos C. de aſſe. Rector.* ibi *nam ſi vera voces ſint nec ad libidinem effuſa, facit etiam textus in cap. cũ te de re iudic. Alex. de Neuo conſ. 82 num. 4 & 5 vbi de communi Aufer. in addit. ad Capel Tholoſ. dec. 127. num 8. Vrſil. in addit ad Afflict dec. 206 n. 23. Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria num. 70. Boſſ. in tit. de iniur. num. 103. verſ. & de alio Andr. Gayl.*

lib. 2. pract. obſer. 99. num. 2. & ſequen. Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crim. qu.105. num.227. & num. 228.allegat. DD.contrarium docentes *Famian.Centolin. in adnot. ad conſ.30. eiuſdem Farinac. lit. V. verſ. ſexta eſt opinio Magon. deciſ. Florent. 25. num. 5. in fi. Surd. dec. 89. num. 29. Ludou. Peguer. deciſ. crim.13. num.9. & 16. & ex moral. Graſſ. deciſ. caſ. conſcienſ. 137. num.6. lib.2. p.1.*

10 Declara 5. ſecundum aliorum ſententiam, quod quando iniuria illata continet aliquod vitium notorium, tunc iniurians tenetur, quamuis expediret Reipublicæ ſciri, quia ob eius notorietatem, cum huiuſmodi cauſa ceſſet, cenſetur iniuriam illatam fuiſſe in contumeliam, & in opprobrium, & habuiſſe animum iniuriandi *Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crim. qu. 105. num. 230. Famian. Centolin. in Addit. ad conſ. 30. eiuſdem Farinac. lit. V. verſ. ex Angelo in l.3. C. de iniur.*

11 Declara 6. vt iniuriatum pœna habeat locum non obſtante quod iniuria ſit vera, quando iniurians hoc fecit, ſine cauſa, vt puta in rixa, licet expediat Reipublicæ illam ſciri, ſecus verò ſi eum aliqua cauſa, vt ſi inferatur conuitium cauſa correctionis, vel coram Superiore, vt puniatur, vel vt euitetur ad effugiendum aliquod nocumentum corporale, aut ſpirituale, & ratio eſt, quia in primo caſu videtur adeſſe animus iniuriandi, ſecundo caſu abeſſe ſecundum *Pomat. in addit. ad Bart. in l.eum, qui nocentem lit. A. verſ. ſi vero non habet ff. de iniur. Hoſtien. in ſum. de iniur. & dam. dat. §. contra quos verſ. niſi hoc dicas Oltrad. conſ. 53. num.2. verſ. ſi ex cauſa & num.3. Roman. conſ.92. num. 6. col.2. verſ. ſi vero Diaz. 784. in t.2. & 3. Fallen. Alex. de Neuo conſ.72. num. 4. & 5. Aufrer. in addit. ad Capell. Tholoſ. dec.127. num.7. Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crim. quaſt. 105. numer. 231. Famian. Centolin. in adnot. ad conſ. crim. 30. eiuſdem Farinac. lit. V. verſ. octaua eſt opinio Surd. deciſ. 89. num. 24. Grammat. deciſ. 27. num. 6. & ſeq. & num.12. in fi.* vbi refert exilio multatum fuiſſe Carolum Marmillum Nobilem Neapolitanum pœna exilij, qui ſine cauſa, & in rixa dixerat Leonardo de Ligorio, quod erat ſpurius, & filius pediſſequæ meretricis, quamuis verum dixerit *Magon. dec. Floren. 25. nu.9. in fi.*

12 Declara 7. vt veritas conuitij illati in iudicio, & ſub calore iudicij excuſat ſi talis veritas appareat, & probetur, ſed ſi non probetur non excuſat, & datur exemplũ in eo, qui iudicialiter aliquem accuſat, & in accuſatione accuſatũ infamat, nam tunc ſi vera dixerit nõ ſolum non punitur, ſed etiam præmiũ, & laudem meretur, ſecus autem ſi vera non propoſuerit, eſt *textus apertus in l.1. §. ſane, & in § ſi vero vbi glo. in verba ſane Iacob. Butrigar. in ſummar. C. de famoſ. libel. Hoſtien. in ſumm. in tit. de iniur. & dãno dat. §. contra quos verſ. & quod ſi voces Oltrad. cõſ. 53. poſt num. 1. col. 1. in prin. & nu.2. col. 2. verſ. ſi in iudicio Azo. in ſumm de libel. famoſ. num. 2. in fi. Rom. conſ.96. num. 1. in prima opinione, & num. 2. in tertia opinione Adden. ad Capel. Tholoſan. dec. 410. num.2. Aufer. ad eandem Capel. Tholoſ. dec. 127. nu. 4. & 5. Boſſ. in tit. de iniur. num. 3. verſ. & hanc concluſionem Magon. deciſ. Florent. 25. num. 9. Farinac. in tit. de delict. & pœn. qu.105. num. 232. Famian Centolin. in adnot. ad conſ. crim. Farinac. 30. lit. V. verſ nona eſt opinio.*

13 Hinc eſt, quod excipiens contra teſtes obijciendo conuitium contra eorum perſonas, & dicta, ad labefactanda, & proſternenda per ipſos teſtificata actione iniuriarum tenetur, ſi infamatorias exceptiones non probauerit, ſecus autem ſi illas iuſtificauerit, ſecundum *Alber. in l. ſi non conuitij num. 11. verſ. quid ſi opponitur, & num. 12. C. de iniur. late Oltrad. conſ. 53. num.6. & omnibus ſeq. Boſſ. in tit. de iniur. num.4. poſt. prin. verſ. ſed aduerte Clar. in §. fi. qu. 43. num. 5. verſ. caueant tamen Iodoc. in pract. crim. cap.136. num.2. & ſeq. Aufer. in addit. ad Capel. Tholoſ. dec. 127. num. 6. Villalob. in commun. opin. lit. A. nu. 29. Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crim. qu.105. num. 233. Famian. Centolin. in adnot. ad eundem Farinac. in conſ. 30. lit. V. verſ. ſic & excipiens Surd. dec. 89. num.2.*

14 Declara 8. Vt porrigens Principi memoriale, ſeu ſupplicem libellũ, in quo aliquem infamet, ſeu petat aliquem pro iuſtitia caſtigari pro delictis per eũ commiſsis iniurarum actione tenetur, ſi obiecta delicta vera non ſint, aut non probentur, & cum iniuria tamquam illata coram Principe atrox cenſeatur grauius eſt punienda, ſecus autem ſi vera ſint, & iuſtificentur, eſt *textus in l. item apud Labeonem §. ſi quis libello ff. de iniurijs, & ita declarat Socin. conſ. 118. num. 5. col. 3. in fi. verſ. hoc idem Bertaz. conſ. 390. per totum Magon. deciſ. Florent. 25. per tot.* Farinac. *in tit. de var. & diuerſ. crim. qu. 105. num. 240.* Famian. *Centolin. in adnot. ad conſ. crim. 30. eiuſdem* Farinac. *lit. V. verſ. decima eſt opinio.*

15 Declara 9. in iniuria à prouocato illata contra prouocantem, nam licet prouocatus inferendo aliam iniuriam, non euadat pœnam, ſi tamen illata iniuria vera ſit, nullo modo punitur propter precedentem prouocationem, & ratio eſt, quia quilibet præſumitur bonus, & non malus, propterea in dubio præſumitur, quod vnuſquiſque dicat falſum, adeo vt vnuſquiſque dictum ſuum iuſtificare tenetur faciunt tradita per *Beluſ. in pract. lib. 1. cap. 1. rub. de iniur. num. 22. late Bologuet. in l. vt vim. nu. 94. ſub verſ. & ego puto ff. de iuſt. & iur. Soccin. in cap. fi. num. 21. in fi. extra de iniur.* Farinac. *in tit. de var. & diuerſ. crim. qu. 105. num. 245.* Famian. *Centolin. in adnot. ad conſ. crim. 30.* Farinac. *lit. V. verſ. duodecima eſt opinio Vrſil. in addit. ad Afflict. deciſ. 306. num. 13.* vbi refert, quod quidam ſabius prouocatus dixit ſuo Procuratori, quod erat traditor, ex quo demonſtrauerat ſuos articulos parti aduerſæ, & quia verum dixerat, fuit per ſacrum conſiliũ abſolutus, quamuis per plures ſententias fuerat cõdemnatus in pœnam ſcutorum ducentorum de pœna Libelli famoſi, eiuſque materia tractaui *in deciſione 52. Adnot. 1.*

16 Iniuria expreſsè, & tacitè remitti poteſt, & ex coniecturis remiſſa cenſetur, nempè per ſalutationem, per familiarem conuerſationem, per diſſimulationem, & non reuocationẽ ad animum, per ſatiſfactionem, & ſimilia, late Farinac. *in tit. de var. & diuerſ. crim. qu. 105. inſpect. 8. à num. 334. cum pluribus ſeq.*

17 Limit. vt ſupradictæ coniecturæ operentur effectũ ſuum quo ad præiudicium partis remittentis, ſecus autem in præiudicium fiſci, vt alijs congeſtis docet Farinac. *loco citato num. 364.* vbi tradit alias limitationes.

PRAE-

Digitized by Google

PRAENESTINA HOMICIDII.

ARGVMENTVM.

PErcutiens aliquem in Eccleſia cum ſanguinis effuſione incurrit excommunicationem, arbitrariam tamen pœnam abſque ſanguinis effuſione. In ſacrilegio, & delictis mixti fori, an Iudex Eccleſiaſticus contra laicos procedere poſsit tam ad pœnas ſpirituales, quam ad temporales, & corporales citra ſanguinem. Birruarijs excedentibus ea, quę ad eorum officium ſpectant, an liceat reſiſtere declaratur.

SVMMARIVM.

1 Offendens, ſeù percutiens laicum in Eccleſia cum ſanguinis effuſione incurrit excommunicationem, abſque ſanguine, arbitraria pœna plectendus.

2 Offendens aliquem in Eccleſia committit ſacrilegium, ſacrilegium conſiſtit in violatione immunitatis Eccleſiæ.

3 Iudex Eccleſiaſticus in crimine ſacrilegij poteſt condemnare laicum ad carceres perpetuò.

4 Pœna triremium hodie ſucceſſit in locum immurationis, & carcerationis, & loco deportationis num.5.

6 Sacrilegium de iure communi punitur pœna capitis, & vltimi ſupplicij, & crimine leſæ maieſtatis num.7. hodiè tamen ſacrilegij pœna eſt arbitraria num. 8.

9 Sacrilegium quibus pœnis à Iudice laico, & Eccleſiaſtico puniri poſſit, & num.10.

11 Iudex Eccleſiaſticus, & Laicus poſſunt procedere ad pœnas, ſiue proueniat à iure ciuili, ſiue canonico in delictis mixti fori.

12 In delictis mixti fori Iudex Eccleſiaſticus procedere poteſt ad pœnas ſpirituales, & Laicus ad temporales. Contrarium, & verius num.16. Declara primam ſententiam, vt num. 13. & 14.

14 Iudex Eccleſiaſticus non poteſt ſe intromittere in pœna ſanguinis, ſed facienda remiſſio curię ſæculari nu.15.

16 Epiſcopus poteſt in cauſis ſpectantibus ad ſuum forum laicos carcerare, pignorare, mulctare, in exilium mittere num. 18. & 19. & infringere pœnam carceris num.20. & pœnas pecuniarias laicis imponere nu.21. & etiam reos, flagellis, fuſtigationibus, tortura punire num. 22. & ad triremes tranſmittere num. 23. & poteſt torquere teſtes ratione mendacij num.24.

17 Delicta mixti fori poſſunt temporaliter ab vtroque Iudice puniri.

24 Conceſſa iuriſdictione, cenſentur etiam conceſſa ea, per quæ peruenitur ad illam.

25 Iudex omnia poteſt, per quæ peruenitur ad illam.

26 Epiſcopus poteſt indicere pœnam pecuniariam.

27 Epiſcopus habet territorium ſeparatum, & merum, & mixtum imperium in ſua diœceſi.

28 Et poteſt retinere familiam armatam.

29 Et habet fiſcum.

30 Delinquens calore iracundię, ſeu ex iuſto dolore excuſatur, & mitius punitur.

31 Iuſtus dolor redditur valdè conſiderabilis ad euitandam pœnam ordinariam.

32 Delinquens calore iracundiæ, vel ex iuſto dolore non dicitur in dolo, ſed in culpa, & ſic punitur pro culpa extra ordinem, & non de dolo pœna ordinaria.

33 Bulla Sixti V. de reſiſtentibus executoribus, quando non habeat locum.

34 Birruarij ſi velint aliquem iniuſtè, & indebitè capere, ſi eis fiat reſiſtentia, non dicitur reſiſtentia, ſed defenſio permiſſa.

35 Birruarij excedentibus ea, quæ ad eorum officium ſpectant adeo, vt credantur inimici, reſiſti licitè poteſt.

36 Birruariis non permittitur, aduerſus alios exonerare archebuſatas, & ita exonerantes puniuntur, & reſiſti poteſt.

DECISIO XVII.

PEtrus Bertinus ſenſiens ſe grauatum à quadam ſententia, ſeu decreto per D.Gubernatorem Terræ Zagaroli lato ad fauorem ſui aduerſarij, peracta audientia, in gradibus Eccleſiæ Diuì Laurentij, vbi ſe contulerat conquerebatur de iniuſtitia præfati decreti, quas conqueſtiones ægrè ferens Gubernator, eundem è foribus ſuæ reſidentię obiurgauit dicendo *tu ſei vn furbaccio*, & replicante dicto Petro, *furbaccio ſei tu*, alijſque ad inuicem contumelioſis prolatis verbis, accerſiuit Gubernator Baroncellum, eique oretenus dedit ordinem carceribus Petrum mancipandi, & male tractandi, in cuius ordinis executionem feſtinanter Baroncellus curauit è dictis gradibus, extrahere Petrum, qui dum vim faciebat ne extraheretur impugnato paruo ſcopo, ſeù piſtola eundem replicatis ictibus in capite vulnerauit.

Verum cum ab adſtantibus, & ſignanter à Io: Petro Maſtriglia Baroncellus reprehenſus, & ſimul hortatus fuerit, vt honorem, & reuerentiam Eccleſiæ deferret contumelioſam aduerſus Maſtrigliam dedit reſponſionem, vnde inſurrexit Benedictus Alberinus conſanguineus, & irata forſan facie dixit *E Barinrello che coſa ti è*. Hinc diſceſſit Baroncellus, & congregatis alijs birruarijs ſtatim impugnato manuali tormento vociferando, *A dietro chi non ti hà che fare* rediuit ad plateam, & irruit, ſeù cum impetu præfatum Benedictum agreſſus fuit, & dum abſtantes ſe interponebant, vt ab impetu deſiſteret, Aegidius Lezza euaginato gladio vnum ex Birruarijs vulnerauit ad quam violentiam repellendam alter Birruarius ſocius aduerſus eundem Aegidium exonerauit Archebuſeum, & tranſuerberauit, prout etiam illico trucidatus fuit Baroncellus, vnde tam Birruarius vulneratus, quam alter, qui dictum homicidium perpatrauerat videntes ſe in vitæ diſcrimine conſtituti, habuerunt confugium ad Eccleſiam Diui Laurentij, ſed Thomas Folcarius maximo dolore, ac iracundia commotus ob Aegidij nepotis necem aſſociatus à Ioanne Lezza Aegidij germani fratre ſe contulit ad dictam Eccleſiam, ibique dictos Birruarios interfecit, ſeu interfecerunt; & fugam deinde arripuerunt; de quo ſagrilego flagitio, cum plenè ex proceſſus reuolutione doceatur, propterea Thomam, & Ioannem publicè denunciari excommunicatos, & ad triremes per decennium condemnandos eſſe arbitratus ſum; & regulatum videbatur arbitrium quo ad vtramque pœnam.

1 Quo ad excommunicationem, quia offendens, vel percutiens laicum in Eccleſia incurrit excommunicationem, vt habetur in *cap. cum pro cauſa de ſenten. excommun. Sperel. dec.92. num. 17. tom. 1.* pręcipuè vbi concurrit ſanguinis effuſio, ſecus autem ſi percuſſio eſſet abſque ſanguinis effuſione, nam tunc percuſſor non eſſet excommunicandus, niſi Epiſcopus hoc magis expedire cognoſcat, ſed pœna pecuniaria, aut alia Epiſcopo arbitraria plectendus venit iuxta *textum in cap. quiſquis, &*

cap. ſi quis in atrio 17. qu.4. Farinac. qu. 28. num.5.
& in Append. de immun. Eccleſ. cap.5. num.1. & 2.
Sperel. dec.4. num. 12. tom.1.

2 Siquidem offendens aliquem in Eccleſia com-
mittit ſacrilegium, quod conſiſtit in violatione im-
munitatis Eccleſiaſticę, quæ non minus læditur, &
violatur percutiendo, & offendendo aliquem intra
Eccleſiæ ſepta, ratione irreuerentiæ loci, in quo fit
offenſio, quam extrahendo ex eadem confugientem,
cap. pro cauſa 27. de ſent. excomm. Vermigliol. conſ.
crim. 102. num. 8. & 9. verſ. idemque firmat Paul.
Grilan. de pœnis omniſariam coitus illiciti p. quæſt. nu.
4. verſ. tertia ſpecies inter tract. crim. diuerſ. fo. mihi
416. Turrecremat. in cap. ſi quis contumax 20. poſt
med. verſ. & eſt notandum 17. qu. 4. Abb. in cap. fi.
num. 5. ante med. de immun. Eccleſ. Guttierez. pract.
quæſt. lib.3. qu.1. num. 32. Farinac. conſ. crim.30. nu.
4. tom.1.

3 Quo vero ad pœnam triremium deducitur, quia
ſicut Iudex Eccleſiaſticus in crimine ſacrilegij po-
teſt condemnare laicum etiam ad carceres perpetuò,
vt docet Marta de iuriſdictione p.2. cap.11. circa fin.
4 ita poteſt etiam irrogare pœnam triremium, quę
hodiè ſucceſſit in locum immurationis, & arctæ
carcerationis, præcipuè vbi agitur de puniendis
reis humilis conditionis, vt in præſenti, ita ex Fol-
ler. Diaz & alijs docet Borgnin. dec. 21. num. 1. p.1.
5 prout etiam loco deportationis hodiè fit condem-
natio ad triremes Io. Baptiſta Ziletti conſ. crim. di-
uerſ. 73. num.15. tom.2.

6 Et licet de iure communi ſacrilegium puniatur
pœna capitis l. ſi ſi quis in hoc vbi Bald. & Salicet.
C. de Epiſcop. & Cleric. Paul. Grilland. de pœnis
omniſar. coitus illic. quæſt. 1. num. 7. circa prin. inter
tract. crim. diuerſ. fo. mihi 416. à tergo Carol. de
Graſſ. de effect. Cleric. 9. num. 93. pulchrè Io. Ligon. de
cauſ. Eccleſiaſt. §. 5. num. 3. & 4. Boer. dec. 254 nu.
5. & in fi. Sperel. dec. 45. num. 52. tom.1. Beller. diſ-
quiſit. Cleric. tit. de pœn. Cleric. §. 42. num 2. in fi.
vbi ſubdit antiquos adeo hoc crimen abhorruiſſe,
vt etiam pueros ſacrilegos comburi iuſſerint.

7 Seruanda eſt enim Eccleſię debita reuerentia ſub
pœna vltimi ſupplicij l. fi. C. de ijs, qui ad Eccleſ. con-
fugiunt, & criminis læſæ maieſtatis, vt in l. 2. tit. eod.
in tantum quod, qui in Eccleſia crimina commit-
tunt vltimo debeant ſubiacere ſupplicio l. denunciamus
C. de ijs qui ad Eccleſ. confug. Farinac. conſ. crim.
30. num.5. tom.1.

8 Hodiè tamen ſacrilegij pœna non eſt mortis, ſed
arbitraria, vt vltra excommunicationem pro cau-
ſarum diuerſitate diuerſæ pœnę imponi poſſint, ſci-
9 licet infamiæ, carceris, & pecuniarię, vt tradunt
communiter ſcribentes in cap. qualiter, & quando de
accuſat. Marta de iuriſdict. p. 2. cap. 11. circa fin. De-
cian. tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 30. num. 24. & 25.
Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 4. caſ. 389. num. 1. Fa-
rinac. conſ. crim. 74. num 9. tom. 1. Boer. dec. 254. nu.
7. Sperel. dec. 4. num. 5. tom. 1.

10 Iuxta tamen qualitatem facti, & perſonarum
conditionem poteſt etiam Iudex laicus aliquando
pœnam mortis indicere pro commiſſo ſacrilegio
Menoch. de arbitrar. dicto caſu 389. num. 4. & 12.
& ſic etiam Iudex Eccleſiaſticus poterit in hoc caſu
extendere arbitrium vſque ad triremes Beller. diſ-
quiſit. Clerical. tit. de diſciplina Cleric. §. 5. nu. 153.
& tit. de ſupplic. Cleric. §. 5. num. 123. prope fin.

verſ. licet in contrarium.

11 Nec quidquam facit ſi pœnę temporales proue-
niant à iure canonico, vel ciuili, cum etiam Iudex
Eccleſiaſticus poſsit imponere pœnas temporales,
licet dumtaxat à iure ciuili deſcendant citra ſan-
guinem, prout etiam Iudex ſæcularis in delictis
mixti fori procedere poteſt ad pœnam, licet à iure
canonico tantum impoſita fuerit, quia forum fori
accumulatur Decian. tract. crim. tom.1. lib.4. cap.25.
num.64. Sperel. dec.4. num. 13.

12 Nec dicatur quod in delictis mixti fori ſolum
Iudex laicus procedere poſſit ad pœnas corporales,
& pecuniarias; Eccleſiaſticus verò dumtaxat ad ſpi-
rituales, & cenſuras, iuxta ſententiam Amadei quam
refert, & ſequitur Clar. in §. fi. qu. 36. num. 47. verſ.
quęro quid ſi per laicum, & qu. 37. num. 8. vbi Ba-
iard. num. 2. Giurb. conſ. 70. num. 16. & 17. Marſ. de
Bannit. in verbo Eccleſia num. 26. Amod. de ſcindirat.
num. 179. Camil. de Curte diuerſ. feud. p. 2. cap. 2. nu.
170. Tuſch. lit. S. conclu. 293. num. 22. Gomez. p. 3.
reſol. tit. de immun. Eccleſ. ſub num. 2. Carol. de
Graſſ. de effect. Cleric. 1. n. 260. Decian. tract. crim. to. 1.
lib. 4. cap. 26. num. 15. Foller. in pract. crim. canon. nu.
52. & 53. Syntagm. commun. opin. in tit. de Deo, &
vniuerſ. Eccleſ. œconom. loc. 1. tit. 7. de Epiſcop. &
præben. cap. 1. numer. 4. verſ. Epiſcopus non poteſt
in criminal. fo. mihi 83. tom. 1. Ric. dec. 295. p. 2. Ma-
ſtril. dec. 86. num. 7. Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 12.
num. 80.

13 Tum quia ſupradicti DD. vel non firmant id, ad
quod allegantur, vel loquuntur de ipſo delicto prin-
cipali abſtracto, & independenter à ſacrilegio, vt
animaduertit Sperel. dec. 4. num. 14. tom. 1.

14 Tum quia eorum ſententia ſibi locum vindicare
poteſt in delictis capitalibus, in quibus propter eorũ
grauitatem, & qualificationem eſſet infringenda
pœna ſanguinis, & facenda traditio curię ſæculari,
cum in his Iudex Eccleſiaſticus ſe intromittere, &
reos huiuſmodi pœna punire nequeat cap. Felicis §.
per hoc de pœn. in 6. cap. ſententiam ſanguinis, ne Cle-
ric. vel Monac. Card. Tuſch. in verbo Immunitas
conclu. 59. num. 13. Guazzin. ad defenſ. in prima de-
fenſ. cap. 11. num. 18. ſed tantum hoc caſu ab ipſo
15 Iudice Eccleſiaſtico remiſſio rei facienda eſſet per in-
uocationem brachij ſæcularis, & traditionem curiæ
laicali cap. cum non ab homine in fi. de iudic. cap. 2. in
fi. de Cleric. excomm. cap. quoniam in pleriſque de offic.
ordinar. Vermigliol. conſ. crim. 38. num. 4. & 7.

16 In alijs verò delictis mixti fori, & ſacrilegijs,
quod poſsit Iudex Eccleſiaſticus, tam ad ſpiritua-
les, quam ad temporales, & corporales pœnas ci-
tra ſanguinem contra laicos procedere hodie red-
ditur indubitabile, tum ex diſpoſitione Sac. Con-
cilij Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 3. vbi habetur
non ſolum in criminalibus, ſed etiam in ciuilibus
cauſis ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet per-
tinentibus poſſe Iudicem Eccleſiaſticum ad captio-
nem pignorum, mulctas, aliaſque executiones
reales, & perſonales contra laicos procedere, tum
etiam de iure antiquo iuxta textum in cap. cum
idolorum vbi glo. 26. qu. 5. cap. cum attendendum 16.
qu. 4. cap. 2. de adult. cap. ſi quis contumax. cap. de-
finiuit 17. qu. 4. cap. neceſſitas §. nec in atrio, & cap.
nulli 12. qu. 1. in quibus iuribus habetur Epiſco-
pum poſſe laicos capere, & corporaliter carcerare,
& hanc ſententiam veriorem, & in tribunalibus

Eccle-

Eccleſiaſticis ſeruatam teſtantur *Innocen in cap. cum*
pro cauſa ſub num. 1. in fi. de ſenten. excommun. Butr.
in cap. cum ſit generaliter num. 11. vbi Abb. num. 15.
Felin. num. 20. de for. competen. Oltrad. conſ. 86. &
conſ. 89. Calderin. conſ. 11. nu. 2. de Iudic. Roman.
ſing. 53. verſ. fui interrogatus Nauar. conſ. 1. de fo-
ro competen. Couar. practic. qu. cap. 10. num. 2. verſ.
contrarium plenè Tuſch. in verbo immunitas conclu.
59. num. 17. Mart. de iuriſdict. p. 2. cap. 29. num. 1.
& 2. Diaz. in prax. crim. canon. cap. 125. verſ. licet
quid, & verſ. illud etiam Autonin. var. reſol. lib. 3.
reſol. 14. Gutierez pract. quaſt. lib. 1. quaſt. 44. per
totam Boſſ. de foro competen. num. 159. Cabal. reſol.
crim. lib. 1. caſ. 194. num. 10. & 11. Guazzin. ad
defenſ. 3. cap. 11. num. 20. in fi. Giaccar. in addit.
ad Clar. in §. ſacrilegium in 1. addit. Bellet. diſqui-
ſit. Clerical. tit. de fauor. Cleric. real. §. 5. num. 123.
Vermigliol. conſ. 102. num. 3. Oſaſch. dec. Pedemont.
103. num. 7. Gratian. dec. March. 111. nu. 17. Spe-
rel. dec. 4. num. 3. 7. & 14. tom. 1. Et in cauſis
mixti fori, quod poſſint Epiſcopi contra laicos fa-
cere executiones realea, & perſonalca abſque re-
quiſitione Iudicis ſæcularia, & pænis temporali-
bus punire, ita inſtante S. Carolo Boromeo deter-
minaſſe Sac. Congreg. Card. deputatorum per B.
Pium V. factam coram ipſo ſub die 5. Iunij 1567.
refert *Diana poſt part. 5. reſol. moral. tit. declarat.*
Sac. Cong. num. 52.

17 Perperam autem delictum eſſet mixti fori, niſi
poſſet ab vtroque Iudice temporaliter puniri, vt
pulchre docet *Oſaſch. deciſ. Pedemont. 103. num. 7.*
Vermiglial. conſ. crim. 88. num. 6.

18 Hinc eſt quod Iudex Eccleſiaſticos non ſolum
poteſt reos exilio mulctare, *cap. ad audientiam, &*
ibi Abb. nu. 3. de crim. falſ. & Clericos in exilium
19 mittere, *cap. in Synodo in fi. 63. diſt. cap. in primis*
2. qu. 1. cap. hi qui 3. qu. 3. cap. attendendum 17.
20 *qu. 4.* & pænam damnationis ad carceres infringe-
re, *cap. excommunicamus 2. de haretic. cap. quamuis*
de pan. in 6. Bellet. diſquiſit. Cleric. in tit. de diſci-
plina Cleric. §. 5. num. 153. & in tit. de fauor. Cleric.
21 *real. §. 5. num. 123.* & in cauſis ad ſe ſpectantibus
pænas quoque pecuniarias laicis imponere, *cap. di-*
lectus de offic. Ordin. cap. ſi vos 23. qu. 5. Farinac.
qu. 19. num. 51. Bellet. loco citato num. 123. in fi.

22 Verum etiam flagellis, fuſtigationibus, ictibus
funis, ſeu tortura reos punire *cap. fi. vbi gloſ. in*
verbo aut corporali 35. diſt. cap. 1. & ibi glo. fi. 23.
qu. 5. cap. 1. & ibi glo. 1. de Cleric. percuſ. cap. in
Archiepiſcop. de raptorib. cap. Clericis, & ibi Abb.
num. 5. ne Cleric. vel Monac. Diaz. in pract. crim.
canon. cap. 136. num. 4. & cap. 146. num. 3. Bellet.
de diſciplina Cleric. §. 5. num. 152. & 153. & in tit.
de fauor. Cleric. real. §. 5. nu. 123.

23 Inſuper quod etiam attenta delicti qualitate poſ-
ſit reos ad triremes tranſmittere ex *Diaz. in pract.*
crim. canon. cap. 146. num. 3. docet *Bellet. in dicto*
tit. de diſciplina Clerical. §. 5. num. 153. verſ. ex
quibus poteſt etiã Colligi & in tit. de fauor. Cleric. real.
§. 5. num. 123. verſ. licet in contrarium, & nu. 125.
ſubdit quod etiam poſſit torquere teſtes laicos co-
ram eo citatos ratione mendacij, & ratio eſt quia
24 conceſſa iuriſdictione, ſunt etiam conceſſa ea per
quæ peruenitur ad illam, *cap. preterea cum ibi nota-*
tis de offic. delegat. & Iudex omnia poteſt quæ ad
25 ſuam iuriſdictionem pertinent, & ſine quibus
cauſa expediri non poteſt *l. cum quadam vbi DD.*
de iuriſdict. omnium Iudic. cap. praterea ſignificaſti,
& cap. prudentiam §. fi. extra de offic. delegati.

26 Et vlterius quod poſſit indicere pænam pecunia-
riam, & locis pijs applicare ad effugiendam auari-
tiæ ſuſpicionem, *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop.*
allegat. 107. num. 18. & 19. Peregrin. de iure fiſci
in tit. de ijs, qui iura fiſc. habent num. 106. & 107.
Guaz de confiſcat. bonor. conclu. 13. ampliat. 24.
num. 2.

27 Epiſcopus enim habet territorium ſeparatum,
& merum, & mixtum *in cap. omnes Baſilicæ 16. qu.*
7. ac propterea retinere poteſt familiam armatam,
28 vt propria ordinaria iuriſdictione cognoſcere poſ-
ſit cauſas etiam contra laicos per bonorum appre-
henſionem, & perſonarum diſtrictionem iuxta
Decretum Sac. Concilij Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap.
3. & tradunt DD. pleno calamo relati à Barboſ. de
offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 107. num. 1. vſque ad
9. & in Concil. Trid. d. ſeſſ. 25. de reform. cap. 3.
num. 28. Peregr. de iure fiſci lib. 1. tit. 2. num. 105.
Ia. Franciſ. Leo in Theſ. for. Eccleſiaſt. p. 1. cap. 9.
à num. 23. Marta de iuriſdict. p. 1. cap. 51. num. 10.
latiſſimè Franc. Molin. de brachio ſecul. cap. 18. Bellet.
diſquiſit. Cleric. tit. de fauor. Cleric. real. §. 1. num.
18. & in tit. de bon. Cleric. §. 14. num. 8. vbi quod
29 Epiſcopus habeat fiſcum *Rot. dec. 7. de teſtam. in*
antiq. Capella Tholoſ. dec. 275. num. 6. Ric. in prax.
reſol. p. 2. reſol. 387. Sperel. dec. 4. num. 7. 8. & 9.
tom. 1. & dec. 124. num. 13. tom. 2.

Quod autem irrogata triremium pæna com-
menſuretur delicto ſuadere videbatur, quia non
verſamur in delicto atrociſſimo, & in homicidio
appenſate, ex propoſito, & doloſè commiſſo, &
conſequenter, nec ratione delicti principalis, nec
ratione ſacrilegij in cauſa ſanguinis, ita quod re-
miſſio eſſet facienda Curiæ ſæculari, ſed in homi-
cidio à Thoma, & Io: perpatrato inconſulto ira-
30 cundiæ calore, ſeu ex iuſto dolore ad vlciſcendam
nepotis, & fratris necem, propterea veniunt ex-
cuſandi, & mitius puniendi, cum homo iuſto do-
lore permotus non ſit in plenitudine intellectus, vt
pulchrè comprobat *Tiraquel. de pen. temperan. caſ.*
1. per tot. & habemus optimum textum in l. Graccus,
& in l. adulterium cum conſenſu §. Imperatores ff. de
adult. Giurba conſ. 86. num. 8. Bellon. de ijs, quæ
fiunt in continenti cap. 8. num. 2. Cabal. reſol. crim.
caſ. 288. num. 63. Gram. deciſ. 5. num. 1. Peguer.
deciſ. 78. num. 43.

31 Iuſtus enim dolor redditur valdè conſiderabilis
ad euitandam pænam ordinariam, quando proue-
nit, vt in præſenti ex graui iniuria illata agnatis,
& cognatis facto ipſius occiſi, iuxta tradita per
Farinac. quaſt. 91. num. 7. & qu. 105. num. 288. &
32 *qu. 126. num. 214.* & ratio eſt, quia hoc caſu de-
linquens non dicitur in dolo, ſed tantum in culpa,
& ſic non de dolo pæna ordinaria, ſed de culpa
extra ordinem mitius venit puniendus, *Tiraquel.*
de pen. temperan caſ. 1. num. 6. Rom. ſingul. 3. Mar-
ſil. conſ. 137. num. 21. & 22. Vermigliol. conſ. crim.
37. num. 1. Farinac. quaſt. 91. num. 8. & qu. 126.
num. 50. Gizzarel. dec. 18. num. 4. Gram. deciſ. 5.
num. 21. 26. & 27.

33 Eoque fortius, quia conſtat huiuſmodi birrua-
riorum homicidium non fuiſſe perpatratum cauſa
reſiſtendi Curię, vel impediendi executionem, vel
eximen-

eximendi carceratum è manibus ſamiliæ, vnde non intrat diſpoſitio *Bullæ Sixti V. de reſiſtentibus executoribus ex ordine 8. p. 2. Bullar.*

Hinc non obſtat quod Baroncellus voluerit carceribus mancipare præfatum Benedictum, quia in actu huius capturæ Thomas, & Ioannes non interſuerunt, nec ſe ingeſſerunt, ſed ſolum poſt nepotis necem, & confugium habitum à Birruarijs ad Eccleſiam feſtinauerunt ad vindictam, & vltionem, quinimò ex facti ſerie colligitur Baroncellum iracundia commotum, ex quo fuit reprehenſus à Maſtriglia, & à Benedicto, qui eius partes ſubſtinere voluit de iniuria Eccleſiæ illata, non vti executorem, & Iuſtitiæ miniſtrum, ſed potius vti inimicum violenter in Benedictum irruiſſe impugnato Archebuſeo, dicendo aſtantibus *A dietro*
34 *chi non ci hà che fare*, vnde poterat licitè reſiſti, quia tunc non dicitur reſiſtentia, ſed defenſio adeò vt hoc caſu etiam ſit permiſſa acclamatio, & conuocatio amicorum, & coniunctorum ad repellendam violentiam, vt tradunt communiter DD. & teſtatur *Farinac. in tit. de carcerib. & carcerat. qu. 32. num. 20. 30. & 118.*

35 Vbi enim Birruarij excedunt ea, quæ ad eorum officium ſpectant, adeout potius credantur inimici, dum inimicorum modo ſe gerunt, iuſte reſiſti poteſt, *Bart. in l. prohibitum num. 1. verſ. fateor tamen C. de iure fiſc. lib. 10. Auguſt. ad Angel. de maleſ. in verbo quod fama publica præcedente nu. 54. ad fin. verſ. hoc verum Farinac. quaſt. 32. num. 37. Cabal. reſol. crim. caſu. 127. num. 2. vbi contrarios plenè reprobat Vermigliol. conſ. 76. num. 11. & conſ. 87. num. 5.*

36 Exceſſus concurrit in præſenti, ex quo Baroncellus, cum alijs Birruarijs in actu exonerationis Archebuſij Benedictum inuaſit, non enim permittitur Birruarijs aduerſus alios exonerare Archibuſatas, & ita exonerantes non ſolum veniunt puniendi, *Cabal. reſol. crim. caſ. 132. nu. 11. poſt prin. & nu. 7. in fin. Vermigliol. conſ. crim. 76. num. 12. in fin.* verum etiam licita redditur reſiſtentia ad propriam defenſionem, *Farinac. conſ. crim. 120. nu. 6. 7. & num. 13. Vermigliol. d. conſ. 76. num. 12.*

SVMMARIVM.

1 Delicta, quæ ab vtroque iure Ciuili, & Canonico puniuntur, & prohibentur ſunt mixti fori.
2 Laicus in delictis mixti fori puniri poteſt ab Eccleſiaſtico.
3 Cauſa mixta, & mixti fori in quo differant.
4 Cauſæ mixtæ natura in quo conſiſtat.
5 Cauſa mixti fori eſt vbi pœna impoſita ſit à iure Canonico, & perſona punienda ſit ſæcularis.
6 Sacrilegium eſt crimen mixti fori.
7 Laicus delinquens in Eccleſia puniri poteſt ab Eccleſiaſtico Iudice ratione ſacrilegij.
8 Delictum commiſſum in Eccleſia, an priuatiuè puniendum ſit ab Eccleſiaſtico, an a laico, tres referuntur opiniones, quarta firmat, quod ſit mixti fori, vt nu. 9. 10. & 11. Declara vt nu. 12.
Quod delictum commiſſum in Eccleſia, vt eſt merè ſæculare priuatiuè ſpectat ad Iudicem laicum, prò vt eſt ſacrilegium, eſt mixti fori, & nu. 17. & 18.
13 Eccleſiaſticus vbi præuenit, & prò ſacrilegio condignam imponat pœnam, vel ritè abſoluat Iudex laicus non poteſt rurſus delinquentem punire, prò illata puta vulnere, niſi eſſet imponenda pœna ſanguinis.
14 Effectus præuentionis eſt, vt vnus alium excludat.
15 Limit. non procedere ſi ab Eccleſiaſtico fuiſſet impoſita pœna medicinalis, vel eſſet imponenda pœna ſanguinis.
16 Laicus committens delictum merè Eccleſiaſticum puniri non poteſt à Iudice laico.
19 Delinquens in Eccleſia, ſi gaudeat priuilegio fori eſt puniendus à Iudice Eccleſiaſtico.
20 Percuſſio facta à laico in perſonam Clerici eſt mixti fori, & eſt locus præuentioni & nu. 21. 22. & 26.
23 Eccleſiaſticus eſt dignior in ijs, quæ ſunt mixti fori.
24 Homicidium commiſſum à laico in Religioſum eſt mixti fori, ita etiam in perſonam Sacerdotis nu. 25.
27 Præuenire dicitur Iudex per capturam.
28 Iudex Eccleſiaſticus vbi præueniat poteſt procedere per cenſuras contra laicum non deſiſtentem.
29 Delictum commiſſum in loco immuni non ſacro, eſt mixti fori.
30 Copula cum moniali eſt mixti fori.
31 Furtum commiſſum in Eccleſia eſt mixti fori.
32 Spoliantes Eccleſias videntur ipſo facto excommunicati, ſi concurrant ſimul effractio, & ſpoliatio.
33 Nomine effractionis Eccleſiæ quid veniat.
34 Clericos, & laicus, ſi ſimul delinquant à quo Iudice ſint puniendi duæ referuntur ſententiæ & nu. 36.
35 In delictis ſocius criminis non gaudet beneficio ſocij.
37 Si Clericus, & laicus ſimul delinquant integra cognitio cauſæ ſpectat ad Epiſcopum num. 38. & 44.
39 Et in hac cauſa Epiſcopus non poteſt delegare Iudicem ſæcularem.
40 Iudex Eccleſiaſticus non poteſt communicare ſuum proceſſum Iudici laico.
41 Iudex Eccleſiaſticus non poteſt procedere contra laicum, vt in delictis ſibi communicet proceſſum.
42 Eccleſiaſticus poteſt procedere contra Clericum, & laicum ſimul delinquentes concurrente cauſæ indiuiduitate non obſtante Bulla Pij IV. tamquam reuocata à B. Pio V. num. 43.
45 Adulterium an ſit mixti fori, & quando ad laicum, quando ad Eccleſiaſticum ſpectet.
46 Cauſa alimentorum, & dotis quando ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum, & quando ad laicum num. 48. & 49.
Vbi agitur de adulterio Iudex Eccleſiaſticus poteſt cognoſcere de alimentis, & dote, ſæcularis vero debet ſuperſedere, niſi ab Eccleſiaſtico terminetur cauſa diuortij, ſecus ſi cauſa, vel adulterium ſit notorium nu. 47.
50 De legitimitate filij Iudex Eccleſiaſticus tantum cognoſcere poteſt reprobato *Bart. & Abb.* num. 52.
53 Iudex criminalis incidenter cognoſcere poteſt de cauſa ciuili.
54 Iudex ciuilis incidenter de cauſa criminali.
55 Facultas, & arbitrium conceſſum in cauſa principali extenditur etiam in incidenti, & dependenti, licet reſpiciat diuerſam iuriſdictionem.
56 Cauſa alimentorum ſubijcitur foro Eccleſiaſtico.
57 A ſpurio ſolum coram Eccleſiaſtico ſunt petenda.
58 Contrarium quod ſit mixti fori.
59 Vbi alimenta relicta ſunt diuiti cauſa ſpectat ad Iudicem laicum.
60 Laicus Iudex in terris Eccleſiæ eſt competens in cauſa alimentorum.
61 Cauſa concubinatus eſt mixti fori.
Contrarium quod tantum ſpectet ad forum Eccleſiaſticum, etiam quo ad laicum nu. 62.
62 Concubinatus de iure ciuili non eſt prohibitus, ſecus de iure Canonico nu. 63.
64 Concubinæ in cap. is qui, & in cap. Chriſtiano intelliguntur vxores ductæ abſque inſtrumento dotali.
65 Iudex Eccleſiaſticus poteſt contra concubinarios procedere ad cenſuras, & etiam irrogare pœnas temporales.
66 Contra Concubinas Eccleſiaſticorum ſolus Iudex Eccleſiaſticus procedere poteſt.
67 Concubinatus crimen punitum ab Eccleſiaſtico, an puniri poſſit à Laico, & è contra.
68 Stuprum eſt mixti fori, & nu. 79. Contrar. nu. 78.
69 De ſtupro commiſſo à Clerico cognoſcit Eccleſiaſticus ſi à laico Iudex laicus.

70 Decla-

Digitized by Google

70 Declara procedere quoad pœnas temporales, ſecus ſi agatur ad dotandam, vel ad deſponſandam, nam hoc caſu ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum.

71 Stuprans virginem promiſſo matrimonio tenetur ducere attento foro conſcientiæ, ſi ex animo promiſerit, ſi fictè ſatisfacit dotando.

72 Contrarium quod etiam fictè promittens teneatur ducere.

73 Limit. 1. ſi maxima ſit diſparitas inter virum, & fœminam, & quid ſi interueniat iuramentum.

74 Iuramentum non inducit obligationem, niſi iuxta intentionem promittentis.

75 Lim. 2. ſi magnum ſcandalum timeretur, vel mulier deciperet virum.

76 Limit. ſi fœmina poſt deflorationem cum alio fornicetur.

80 Cauſæ matrimoniales ſpectant ad forum Eccleſiaſticũ.

81 Iudex laicus poteſt compellere ſtupratorem, vel ſponſum ad contrahendum matrimonium, ſi nulla eſt dubitatio de validitate ſponſalium, ſed contrarium verius.

82 Cognitio ſeparationis vxoris factæ propria auctoritate, & an cogenda ſit ad cohabitandum ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum.

83 Limit. ſi quæſtio ſit ſuper mero facto, vt ſi tantum vir petat præcipi vxori, vt ad ſe reuertatur.

84 Sublim. ſi allegata fuerit ab vxore cauſa reſpiciens ſeparationem Thori, nam tunc ſecularis eſt incompetens.

85 Contrarium quod neque in quæſtione facti Index ſæcularis Iudicare poſſit, & ſe intromittere in hac controuerſia.

86 Sequeſtrare puellam ad explorandam eius voluntatem pendente lite ſuper matrimonio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum.

Delictum an, & quando cenſeatur mixti fori.

ADNOTATIO I.

1 DElicta, quæ ab vtroque iure ciuili, & Canonico puniuntur, & prohibentur ſunt mixti fori, vt tradunt omnes *Canoniſtæ in cap. cum ſit generale de foro competen. Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 25. num. 63. Sperel. dec. 3. num. 15. tom. 1.*

2 Ac proindè Laici ſortiuntur forum canonicum, & ab Eccleſiaſtico Iudice puniri poſſunt quoties committunt crimina communia, vel Eccleſiaſtica, ſiue ratione perſonæ offenſæ, ſiue ratione loci, ſiue ratione rei, ſiue ratione pœnæ *Bald in Auth. Clericus quoque num. 7. in fi. verſ. & conclude C. de Epiſcop. & Cleric. Io. de Anan. in cap. cum ſit generale in prin. verſ. quæ ſint, & ibi Anton. de Butr. num 5. verſ. nota de foro competen. Oldrad. conſ. 86. Sperel. dec. 4. nu. 6. tom. 1.*

3 Differunt tamen inter ſe cauſa mixta, & cauſa mixti fori, etenim mixta dicitur quando aliquid vtroque iure prohibitum eſt, vt notatur *in cap. cum ſit generale de foro competen. ad tradita per Cyn. & Bald. in Auth. Clericus qui C. de Epiſcop. & Cleric. Soccin. conſ. 119. num. 7. vol. 4. Decian. tract. crim.*
4 *tom. 1. lib. 4. cap. 25. num. 63.* Et cauſæ mixtæ ea eſt natura, vt Eccleſiaſticus cognoſcat aduerſus Eccleſiaſticos, & laicus contra laicos, ſecundum communem opinionem, de qua *Nauar. in cap. nouit 6. notabil. num. 43. de iudic. Sperel. dec. 9. num. 18.*

5 Cauſa verò mixti fori eſt quando perſona eſt ſecularis, & pœna impoſita à iure canonico, tunc enim vterque Iudex aduerſus laicum procedere poteſt, laicus ratione perſonæ, Eccleſiaſticus ratione pœnæ, vnde locus eſt præuentioni, *cap. ſit generale de foro competen. vbi communiter ſcribentes Burboſ. in l. Titia nu. 51. ff. ſolut. matrim. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 25. num. 63. & 64. Sperel. dec. 9. num. 16. & 18. verſ. mixti vero fori tom. 1.* vbi *num. 17.* ſubdit hoc procedere, ſi pœna impoſita ſit temporalis, vel corporalis, ita vt adaptari poſſit Iudici laico, & ſit capax, & competens ad irrogandam, ſecus verò, ſi pœna ſit ſpiritualis, quæ irrogari non poteſt, niſi priuatiuè à Iudice Eccleſiaſtico, iuxta *decretum ex Synodo Eugenij Papæ relatum in cap. decernimus 2. extra de Iudic.*

6 Hinc eſt quod ſacrilegium ſit crimen mixti fori, in quo eſt locus præuentioni inter Eccleſiaſticum, & ſæcularem Iudicem, *cap. cum ſit vbi Anton. de Butr. & Abb. num. 31. Soc. num. 47. Felin. num. 12. de foro competen. Rol. conſ. 24. num. 5. & 6. lib. 2. Clar. in §. fi. qu. 38. verſ. vide etiam Boſſ. in tit. de coitu damnato, & punib. num. 13. & ſeq. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 3. num. 1. verſ. ego vt liberè in fin. Fariuac. in prax. qu. 8. num. 132. & qu. 28. num. 62. Oſach. dec. Pedemont. dec. 103. num. 7. & per totam Diana reſol. moral. p. 1. tract. 1. reſol. 81. verſ. ideo abſolute, & p. 4. tract. 1. reſol. 67. circa fi. Menoch. de arbit. caſ. 389. nu. 33. & 34. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 26. num. 1. & 20. Vlpel. in tract. de libertate Eccleſ. p. 1. num. 29. cum alijs relatis à Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de fauor. Cleric. reali §. 4. num. 2. & 9.*

7 Et Iudex Eccleſiaſticus ratione ſacrilegij poteſt procedere ad illius pœnam contra delinquentem in Eccleſia etiam ſi ſit laicus, *Abb. in cap. inter alia ſub num. 29. de immunit. Eccleſ. Baiard. ad Clar. qu. 38. num. 51. Fariuac. quæſt. 28. num. 62. in fin. Leo in Theſaur. for. Eccleſiaſt. p. 2. cap. 13. num. 23. Gutier. pract. qu. lib. 3. cap. 1. num. 14. cum alijs per Spad. conſ. 128. num. 5. tom. 2.* vbi quod poſſit procedere non ratione puta homicidij, vel mutilationis membri, ſeu ſolum ratione ſacrilegij.

8 Delictum commiſſum in Eccleſia, ſcilicet an laicus occidens, mutilans, aut aliter offendens laicum in Eccleſia puniendus ſit à Iudice Eccleſiaſtico, an verò à ſæculari, controuerſa, & perdifficilis redditur huiuſmodi quæſtio, dum pro Eccleſiaſtica iuriſdictione, quod priuatiuè cognitio cauſæ ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum, quia cum delictum ſit commiſſum in iuriſdictione Eccleſiaſtica, ideò puniri debet à Iudice loci commiſſi delicti, cuius ratione delinquens, forum ſortitur voluit, *Cynus in l. præſes num. 4. C. de ijs, qui ad Eccleſ. confug. Salicet. in auth. item nulla communitas nu. 3. C. de Epiſcop. & Cleric. Io de Anan. in cap. inter alia num. 5. de immunit. Eccleſ. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 29. num. 5.*

9 Prò ſæculari verò iuriſdictione ſecunda ſententia eſt, quod laicus priuatiuè ſit competens, *Bart. in l. ſi cui §. fi. num. 3. ff. de accuſat. per textum expreſſum in l. ſi quis hoc genus C. de Epiſcop & Cleric. & in cap fi. de immunit. Eccleſiaſt. vbi Abb. num. 5. & in cap. inter alia num. 29. verſ. vlterius quæritur tit. eod. in cap. cum ſit generale num. 27. verſ. addò etiam de foro competen. Clar. in §. fi. qu. 38. num. 8. Steph. Aufer. de poteſt. ſæcul. ſuper Eccleſiaſt. perſon. reg. 4. num. 21. Gutier. pract. quæſt. lib 3. & 4. qu. 1. num. 13. Rol. conſ. 24 num. 5. & 6. Menoch conſ. 1000. nu. 27. verſ. ad tertium obiectum lib. 10. Fariuac.*

rinac. qu. 28. num. 62. et de immunit. cap. 16. num. 234. Cabal. reſol. crim. caſ. 194. num. 1. 2. et 3.

10 Tertia opinio eſt, quod vterque Iudex procedat, Eccleſiaſticus quo ad pœnas ſpirituales, laicus verò, quo ad temporales, & fiſco applicandas, *Amode. de Sindicat. num. 171. Clar. in §. fi. qu. 36. num. 47. verſ. quæro quid ſi per laicum*.

11 Quarta opinio eſt, quod etiam ſi delictum commiſſum à laico in Eccleſia, cæmeterio, vel alio loco immuni non ſit Eccleſiaſticum, ſed ſeculare, tamen ratione loci ſortiatur naturam mixti fori prò vt eſt ſacrileginm, adeout ſit locus præuentioni inter Eccleſiaſticum, & ſecularem Iudicem, vt altero præueniente, alter nequaquam procedere valeat, *Guid. Pap. deciſ. 562. num. 2. et 9. Pappon. lib. 4. tit. 4. arreſt. 6. Farinac. in Appen. de immun. Eccleſ. cap. 16. num. 226. Diana reſol. moral. p. 4. tit. 1. reſol. 67. verſ. ſed his non obſtantibus Sperel. dec. 3. num. 3. tom. 1.*

12 Atque hinc diſtinguendo ad concordiam reducuntur præfatæ opiniones, quoniam animaduertendum eſt, quod à laico in Eccleſia delinquente duo committuntur crimina, aliud ſeculare conſiſtente in ipſo vulnere, mutilatione, homicidio, ſeù alia offenſione, aliud ſacrilegij conſiſtente in violatione immunitatis Eccleſiæ, vt tradit *Bertacchin. in tract. de Epiſcop. inter tract. diu. tom. 13. p. 2. nu. 7.* ſi igitur agatur de vulnere, & ipſa offenſione prout delictum ſeculare reputatur, & ſpectat priuatiuè ad Iudicem ſecularem, eo quia Eccleſia non habet territorium, niſi in ijs, quæ pertinent ad forum Eccleſiaſticum, ſi vero agatur de eodem delicto habente annexum ſacrilegium, vel ratione perſonæ, vel ratione loci, vel ratione rei, efficitur mixti fori, & ſic ad vtrumque Iudicem, & eſt locus præuentioni, ita originaliter diſtinguit *Abb. in cap. inter alia ſub num. 29. de immun. Eccleſ. & in cap. cum ſit generale num. 27. verſ. adeo de for. competen. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 1. num. 614. Guttier. pract. quæſt. lib. 3. & 4. qu. 1. num. 13. & 14. Anſer. in tract. de poteſt. ſæcular. ſuper Eccleſiaſt. perſon. regul. 4. num. 21. poſt med. verſ. dicit tamen, Leo in Theſaur. for. Eccleſiaſt. cap. 13. num. 23. poſt prin. verſ. negari tamen non poteſt Cabal. reſol. crim. caſ. 194. num. 56. 7. & ſeq. Farinac. qu. 28. num. 62. ante fi. verſ. benè verum eſt, & de immun. cap. 16. num. 235. & ſeq. Vermigliol. conſ. crim. 88. num. 3. conſ. 10. num. 2. conſ. 102. num. 2. Spada conſ. 128. num. 5. tom. 1. Sperel. deciſ. 3. nu. 6. 7. & 8. tom. 1.*

13 Ex quo reſultat, vt quoties Eccleſiaſticus præuenit, & prò ſacrilegio condignam impoſuit pœnam, vel ritè abſoluit, Iudex laicus, non poſſit punire rurſus delinquentem prò illato vulnere, niſi in caſu, in quo eſſet imponenda pœna ſanguinis, & ita paſſim in praxi ſeruari vidiſſe teſtatur *Sperel. dec. 3. num. 8. verſ. bene verum eſt tom. 1.*

14 Effectus autem præuentionis eſt, vt vnus alium excludat, & altero procedente, alterius forus ſileat, ita quod in Iudice procedente, omnis conſolidetur iuriſdictio facit *textus in cap. propoſuiſti 19. de foro competen. & in l. ſi quis poſtea ff. de iudic. Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 12. num. 57. & 67. Guazzin. in Reorum defenſ. 1. cap. 8. num. 1. Farinac. de inquiſit. quæſt. 7. num. 52. & 54. Antonel. de regim. Eccleſ. lib. 5. cap. 5. num 9. Vermigliol. conſ. crim. 102. num. 3. Ciarlin. controu. forenſ. cap. 188. num. 9. tom. 2. Theſaur. deciſ. 90. ſub num. 6. Maſtril. dec. 210. num. 3. Sperel. dec. 4 num. 4. tom. 1.*

15 Limita hoc non procedere in duobus caſibus, primo quando à Iudice Eccleſiaſtico impoſita ſolum eſſet ſola pœna medicinalis potius ad ſalutem animæ, quam corporis afflictionem, nam tunc non obſtante præuentione poteſt Iudex laicus imponere pœnam temporalem, ſecundo quando ex qualitate delicti imponenda eſſet pœna, quæ ſub iuriſdictione Eccleſiaſtici non comprehenderetur, vt eſt pœna ſanguinis, quæ ab Eccleſiaſtico Iudice imponi non poteſt, *Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 12. num. 91. Leon. in Theſaur. for. Eccleſ. cap. 13. num. 24. Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 20. num. 15. 16. & 17. Vermigliol. conſ. crim. 88. num. 5. & 7.* qui firmant, quod his caſibus punitus ab Eccleſiaſtico, iterum puniri poteſt a ſæculari Iudice.

16 Vbi verò laicus committit crimen merè Eccleſiaſticum cauſa non eſt mixti fori, nec Iudex laicus poteſt in ea ſe intromittere, ſed ſolum Eccleſiaſticus procedere debet, vt declarat poſt alios *Decian. tom. 1. lib. 4. cap. 17. ſub num. 34. Cabal. lib. 1. reſol. crim. cap. 194. num. 3. Sperel. dec. 3. nu. 27. tom. 1.*

17 Quod autem cauſa delicti commiſſi in Eccleſia ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum declarauit *Sac. Cong. Immun. in vna Senogallien. die 14. Ianuarij* 1648. in qua cenſuit, *cauſam homicidij commiſſi in in perſonam Vincentij formiti in Eccleſia minorum Cõuentualium Terræ Rochæ Contradæ ſpectare ad Curiã Eccleſiaſticam, & in alia Fauentina die 27. Martij 1640. cenſuit cauſam præſentis delicti ob exploſionem Archebuſei in aditu domus Parochialis Sanctæ Mariæ contra Mutium Coſtam ſpectare ad Curiam Eccleſiaſticam*.

18 In contumaciam verò poſſe vtrumque forum procedere, cenſuit eadem *Sac. Cong. Immun. in Ceſenaten. ſub die 10. Iulij* 1640.

19 Sed ſi delinquens in Eccleſia gaudeat priuilegio fori, licet ſit perſona laica, nihilominus ſolum ſubijcitur Iudici Eccleſiaſtico, vt ſæpe firmauit *Sacra Congregatio Immunitat.* & ſignanter in vna *Narnien. die 28. Iulij* 1648. *in qua cenſuit cognitionem Cauſæ homicidij à Baroncello Curiæ Epiſcopalis Narnien. commiſſi ſpectare ad Epiſcopum, & non ad Gubernatorem*.

20 Percuſſio facta à laico in perſonam Clerici eſt mixti fori, & conſequenter ab vtroque Iudice puniri poteſt tamquam ſacrilegium *cap. cum ſit generale vbi Butr. & Abb. de foro competen. cap. 1. num. 3. & 6. de offic. Ordin. Surd. conſ. 498. num. 10. Calder. conſ. 11. num. 2. de Iudic. Clar. in §. ſi quæſt. 37. num. 6. Guazzin. reorum defenſ. 1. cap. 11. num. 11. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 26. num. 17. Menoch. de arbit. caſ. 389. num. 14. & 15. Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de fauore Cleric. real. §. 4. num. 13. Vrſil. ad Afflict. dec. 219. num. 2. latè Giurb. conſ. crim. 70. num. 10. Theſaur. dec. 224. num. 2. Marta dec. 235. num. 1. Franc. March. dec. 123. num. 6. deciſ. 595. num. 3. dec. 597. nu. 3. dec. 608. p. 2. Oſaſch. dec. 103. num. 7. Maſtril. deciſ. 68. num. 4. & 5. & dec. 210. num. 7. Sperel. dec. 3. num. 20. & 21. tom. 1.* vbi quod Clericus offenſus habeat hoc caſu fori
21 electionem, eſt tamen locus præuentioni, vt decla-
22 rauit *Sac. Cong. Epiſcop. ſub die 16. Iunij* 1615. *de qua*

Diana

Diana reſol. moral. poſt. 5. partem tit. declarat. Sac. Congreg num. 32. latè *Clar. §. fi. qu. 36. num. 42. & & qu. 38. Boſſ. in tit. de ſacrileg. ad fin. Tuſch. in lit. S. conclu. 6. num. 11. Cabal. reſol. crim. caſ. 194. numer. 9 Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 36. num. 6. Scaccia de Iudic. lib. 1. cap. 12. numer. 57. Caſar. de Graſ. de effect. Cleric. effect. 1. numer. 613. Surd. conſ. 498. num. 20. Giurba conſ. 70. num. 10. verſ.* vt præuentioni locus ſit *Maſtril. dec. 68. num. 4. & 5. &*

23 *dec. 210. num. 7.* vbi ſubdit, quod Eccleſiaſticus ſit dignior in ijs, quæ ſunt mixti fori *Giurba conſ. 70. num. 11. verſ. ſed Eccleſiaſticus.*

24 Prout etiam Homicidium commiſſum à Laico in Religioſum eſt mixti fori *Vermigliol. conſ. 52. nu. 1. vbi allegat. textum in l. ſi quis hoc genus 10. C. de Epiſcop. & Cleric. cap. cum ſit generale 8. de foro competen. vbi Abb. num. 30. & 31.* qui declarat, quæ ſint crimina merè Eccleſiaſtica, quæ merè ſæcularia, & quæ mixta.

25 Et in puncto offenſionis factæ à Laico in perſonã ſacerdotis, Sacra Congregatio Immunitatis in Aſculana inſtante Epiſcopo Terami ſub die 8. Aprilis 1642. *cenſuit in cauſa ſacerdotis offenſi tamquam mixti fori, vtrumque forum procedere poſſe in contumaciam, ſed ſi Epiſcopalis curia præueniat in captura ſolam procedere debere.*

Et in alia *Tortonen.* occaſione homicidij commiſſi in perſonam Clerici Guglielmi Andeliæ in loco Caſtellanij Tortonen. Diœceſis dum Vicarius Generalis in loco commiſſi delicti faciebat recognitionem Cadaueris, ſeu viſum, & repertum præfati Clerici, acceſſit etiam Cancellarius Curiæ ſæcularis, & eandem recognitionem facere intendens, fuit monitus à Vicario, vt ſe abſtineret, ex quo agebatur de perſona Eccleſiaſtica ſub pœna excõmunicationis, ſed quia curia ſæcularis præmiſſis non obſtantibus conſtruxit proceſſum, & vlterius intendebat procedere ad deſcriptionem bonorum delinquentium ſub prætextu, quod Iudex Eccleſiaſticus poſſit procedere ad pœnas ſpirituales etiam ſi præueniat, eo quia delinquentes ſpontè ſe conſtituerant in fortijs curiæ Epiſcopalis, vnde certiorata *Sac. Congr. Immun.* à Vicario inſtetit declarari.

26 *Primo an Vicarius in dicta cauſa mixti fori attenta præuentione poſſit punire delinquentes etiam in pœnis temporalibus, excepta pœna ſanguinis iuxta allegata per Ciarlin. cap. 15.*

27 2. *An Vicarius per capturam, de qua ſupra dicatur præueniſſe iuxta ſuperius allegata.*

28 3. *An dictus Vicarius poſſit procedere ad cenſuras contra Iudicem ſæcularem, quatenus procedat ad dictam deſcriptionem bonorum, iuxta allegata per Sperel. dec. 92. & 134.*

Sacra Congregatio reſpondit *ad primum cognitionem cauſæ homicidij commiſſi in Clericum Guglielmum Andeliã ſpectare ad curiam Eccleſiaſticã, quæ præuenit.*

Ad 2. dictam curiam præueniſſe per capturam.

Ad 3. Ordinariam poſſe ſeruatis, ſeruandis ad cenſuras procedere contra Iudicem Laicum ſi in dicta cauſa, & ad deſcriptionem bonorum procedat. Die 10. Septembr. 1652.

29 Delictum commiſſum in loco immuni, non tamen ſacro puta intra ſpatium triginta paſſuum Eccleſiæ, vel in domo Parochialis Eccleſiæ eſt mixti fori, vt cenſuit *Sac. Cong. Immunit. in vna fauentina ſub die 27. Martij 1640.* proponente bo. me. *Card. Falconerio*, in qua agebatur de delicto in domo Eccleſiæ Parochialis patrato, & vnanimiter Eminentiſsimi Patres moti fuerunt, ex textu in *cap. quis, quis 17. quæſt. 4 in prin. Syluest. in ſumma in verbo ſacrilegium in prin. vt teſtatur Sperel. dec. 62. nu. 29 tom. 1.* vbi concludit, quod impoſterum iſta media ſententia ſit tenenda, prout etiam reprobatis contrarium tenentibus docet *Vermigliol. conſ. crim. 102. à n 4. vſque ad fin.*

30 Copula cum Moniali, ſeu ſacrilegium reſultans ex ſtupro commiſſo à Laico in perſonam Monialis eſt mixti fori *cap. impudicas 27. qu. 1. & poſt Soccin. tradit Felin. in cap. cum ſit num. 12. de foro competen. Menoch. de arbitrar. caſ. 389. num. 22. & 23. Guazzin. ad defenſ. 1. cap. 11. num. 11. circa fin. Oſaſch. dec. Pedemont. 103. num. 7. & per tot Sperel. dec. 3. nu. 23. tom. 1.* & de hac materia egregie *Dec. tom. 2. tract. crim. lib. 6. cap. 20. per tot. Cabal. reſol. crim. caſ. 200. num. 73. Campanil. in diuerſor. iur. Canon. rub. 12. cap. 16. in fi. Bellet. diſquiſit. Clerical. tit. de fauor Cleric. real. §. 4. num. 15.*

31 Furtum commiſſum in Eccleſia, ſeu ſacrilegium quod committitur in rapiendo ſacrum de ſacro, vel ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro pariter eſt mixti fori, vtpote ab vtroque iure vetitum, à iure quidem ciuili per textum in *l. ſacril. pœnam in prin. & in l. ſacrilegij capite §. 1. ff. ad l. Iuliam peculat.* à iure verò canonico in *cap. quiſquis 17. qu. 4.* latè *Menoch. de arbitrar. caſ. 389. à num. 2. vſque ad 15. Dec. tract. crim lib 6. cap. 30. num. 16.* latè *Bellet. diſquiſit. Cler. tit. de fauor Cler. real. §. 4. num. 11. Sperel. dec. 3. num. 24. & 26.* vbi quod ablatio rerum laico facta ab alio laico in Eccleſia ſecundum ius ciuile eſt ſimplex furtum *l. 1. Diui Seuerus Antoninus ff. ad l. Iul. peculat.* tamen de iure canonico, eſt ſacrilegium *cap. quamuis 17. qu 4* & propterea delictum huiuſmodi concludit eſſe mixti fori, quidquid ſenſiat in contrarium *Hortenſ. Caualcan. in tract. de brachio regio p. 1. num. 75.* in facti vero contingentia fatetur ad partis læſæ querelam proceſſiſſe, non tamen ex officio, licet tamquam in delicto mixti fori procedere potuiſſet.

32 Effringentes verò, & ſpoliantes Eccleſias videntur ipſo facto excommunicati *per textum in cap. omnes Eccleſiæ 17. qu. 4.* ſed ad incurrendam hanc excommunicationem copulatiuè requiruntur, effractio, & ſpoliatio, ſeu furtum, ita vt qui effrangit Eccleſiam, ſed non furatur, non incurrit hanc excommunicationem, prout etiam, qui furatur, & ſpoliat Eccleſiam, ſed non effrangit, vel qui ſurripit alterius priuati crumenam in Eccleſia neque ſubijcitur huiuſmodi cenſuræ, ita *Bonaccina, qui alios refert. de cenſur. in particular. tit. de excomm. in particolar. extra Bullam Cœnæ diſ. 2. qu. 3. punct. 12. nu. 1. 2. & 9. tom. 3.*

33 Nomine autẽ confractionis Eccleſiæ intelligitur omnis violenta actio, quæ fit rumpendo parietem, valuas, feneſtras, ligneas, vitreas, ſeu papiraceas, ſiue tectum, ſiue cardines, quibus valuæ ſuſtinentur, vt declarat idem *Bonaccina loco citato num. 3.*

34 Clerici, & laici ſi ſimul aliquod delictum cõmittãt, à quo Iudice ſint puniendi, ſeù iudicandi prima ſententia eſt, quod Iudex laicus cognoſcat, quo ad laicos, & eccleſiaſticus quo ad Clericos, & hanc opinionem ſeruari in practica aſſerit *Clar. in § fi. qu. 36. num. 41. circa med. Cracc. conſ. 232. vol. 2. Couar.*

practic. quæſt. cap. 34. num. 1. Ignens in l. ſenatus conſultus num. 14. ff. ad Syllan. Rebuf. in repetition. Auth. habita priuil. 106. *C. ne fil. pro patre, & in probem. Regiar. conſtit. glo. 1. num.* 117. *Boer. in conſtit. Bituricen. tit. de iuriſdict.* §. 9. *Aym. conſ.* 232. *qui latiſſimè Steph. Lambert. de contract. glo. fi. num.* 244. *Gomez. vaſ. reſol. lib. 3. cap. 10. num. 6. Menoch. de arbitrar. caſ.* 371. *num. 12. Farinac. qu. 8. num.* 151. *Bonaccin. de cenſur. diſ. 1. qu. 16. punct. 5. ſeſſ. 1. num. 20. verſ. ſed contrarium tom. 3. fo. mihi* 108. vbi de probabiliori teſtatur, & quod ita obſeruatur Mediolani, quia cauſa diuidua eſt, & ritè ſubiaci poteſt vtrique foro, ſernato modo procedendi iuxta proprias regulas *Vrſil. ad Afflict. dec.* 213. *num.* 7. *Oſaſcb. dec. Pedemont.* 103. *num.* 10. *Capic. dec.* 173. & pro hac opinione facit textus in *l. ſi quis vxori ff. de furt. in*
35 *prin.* vbi quod in delictis ſocius criminis minimè gaudet beneficio ſocij *Pereria de manu regia p. 1. cap.* 41. *num. 3. Nouar. de electione fori ſect. 3. qu. 1. num. 28. Sanchez. in Opuſc. tom. 1. lib. 3. cap. vnico cap. 30. num. 5. Caſtr. Palaus tom. 2. diſ. vnica punct. 6. nu. 11. Caballin. ad conſtit. Aegid. lib. 5. cap 1. num. 24. verſ. qua opinio Ceſar. de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 1. num.* 134.

36 Contrarium verò quod inter plures delinquentes exiſtente Clerico, Eccleſiaſticus debeat eſſe etiã omnium laicorum Iudex, ex originali doctrina *Anton. de Prato veteri in l. 1. in fi ff. qua ſent. ſine appel. reic.* ea ratione quia magis dignus trahit ad ſe minus dignum, & ne continentiæ cauſæ diuidantur, & ne forte diuerſæ ſententiæ ſequantur, vt ſi vnus abſoluat, alter condemnet iuxta *cap. quanto de Iudic. Boſſ. in tit. de foro competen. num.* 116. *in fi. Soccin. in l. cum Senatus in fi. ff. de reb. dub. Foller. in pract. crim. fa.* 75. *num. 79. Mainard. de priuil. Eccleſ. p. 1. art. 17. num. 10. Tamburin. de iure Abbat. tom. 1. diſ. 15. qu. 19. num. 31. Murta de iuriſd. p. 4. cent. 2. caſ.* 119. *num* 1. *Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect. 1. num.* 232. *Gomez. cap. 1. de reſcript. num. 74. Menoch. de arbitrar. caſ.* 371. *numer. 12. & 13. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 9. numer. 44. Scaccia lib. 1. de Iudic. cauſ. cap. 11. numer. 24. Ambroſin. de immunit. Eccleſ. cap. 20. num. 9. & 12.* vbi reprobat contrariam opinionem, & contrarijs reſpondet, & in *verſ. quod non ſic erit,* teſtatur cum *Scaccia in dicto cap. 11. n. 24. de iudic.* ita anno 1591. ordinatum fuiſſe per Sacram Conſultam in Clerico, & Laicis Inquiſitis de violentia illata cuidam mulieri, qui omnes remiſsi fuerunt ad Eccleſiaſticum Iudicem, ex quo decreto motus *Farinac. qu. 8. num.* 151. *in fi.* cum hac parte tranſiuit *Belles. diſquiſit. Cler. p. 1. tit. de fauor Cler. perſonal.* §. 16. *ſub num. 1. verſ. altera opinio Balard. in addit. ad Clar.* §. *fi. qu. 36. num. 50. Pariſ. conſ. 154. nu. 1. vol. 4. Marian. Soccin. in cap. 2. num. 2. de mut. petit. & conſ. 12. num. 19. vol. 1. Soccin. in l. cum ſenatus num. 11. ff. de reb. dub. vbi ita in pract. fuiſſe obtentũ Felin. in cap. 1. num. 6. de præſumpt. Duard. in Bulla Cœnæ cap. 17. qu. 11. num. 48. Marſil. ſing.* 180. *Menoch. de adipiſcen. poſſeſſ. remed. 4. num* 475. *Surd. conſ.* 501. *num* 81. *& conſ.* 496. *num. 15. 17. & 18. vol. 3. Vermigliol. conſ. crim.* 210. *num. 1. Rim. conſ.* 261. *num. 43. Diana reſol. moral. p. 3. tract. 1. de immun. reſol. 1.* §. *ſed affirmatiuam, & p 4. tract. 1. reſ. 7. verſ. ſed ego Laiman. in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 4. num. 10.*

37 De quatuor etiam hodie non eſt dubitandum, cum ita ſæpe reſolutum fuerit à *Sac. Cong. Immun.* & ſignanter *in vna Mantuana ſub die* 18. *Iuly* 1651. in qua inſtante Epiſcopo eiuſdem Ciuitatis occaſione capturæ factæ à curia ſæculari aliquorum laicorum, & Eccleſiaſticorum ob fabricationem falſæ monetæ propoſita fuerunt infraſcripta dubia.

Primo ſe il Veſcouo può formare proceſſo per l'intereſſe dell'Eccleſiaſtici, è conoſcere la cauſa congiuntamente con la parte ſecolare, per riſpetto de Laici.

2. Se per formare il detto proceſſo ſi poſſa delegare ſino alla ſentenza excluſine il Giudice ſecolare.

3. Se facendoſi il proceſſo nella Carte Veſcouale ſi poſſino communicare l'inditij reſultanti da quella contro li Laici.

4. Se perſiſtendo la corte ſecolare in negare di communicare al Veſcono il ſuo proceſſo nella parte concernente l'Eccleſiaſtici, mentre ch'all'incontro non ſi communicano da eſſa l'inditij, che reſultano. da quello che ſi forma nel foro Veſcouale, debia il Veſcouo rilaſciare detti Sacerdoti, poiche contro di loro non hà inditio nè meno il corpo del delitto.

38 Sacra Congregatio *ad primum Reſpondit Epiſcopum non poſſe coniunctim procedere. & ad ipſum ſpectare integram cognitionem totius cauſa.*

39 *Ad 2. Eundem Epiſcopum non poſſe delegare Iudicem Laicum.*

40 *Ad 3. Non poſſe proceſſum communicare.*

41 *Ad 4. non poſſe de rigore iuris procedere, ſed facere diligentias pro habendo proceſſu, & corpore delicti, quod ſi non habuerit dimittat carceratos, cum cautione de ſe repræſentando.*

42 Limit. ſecundam opinionem, vt Eccleſiaſticus procedat contra Clericum, & laicum ſimul delinquentes concurrente cauſę indiuiduitate, ſecus autem ea ceſſante, quia tunc ceſſat ratio ne cauſarum continentiæ diuidantur, vbi enim non concurrit indiuiduitas connexionis delicti à Laicis, & Clericis ſimul perpatrati, non cenſeatur eadem cauſa, vt magis dignus trahat minus dignum, etenim in delictis vnuſquiſque puniri debet de eo, quod egit adeo, vt ſi laici, non ſint ſocij in delicto, ſeu de eo, quod actum fuit à Clericis, excluditur indiuiduitas cauſæ, ac proindè vnuſquiſque pro eo, quod egit remanet ſubiectus ſuo iudici competenti, vt animaduertit *Vermigliol. conſ. crim.* 210. *nu. 3. ex Bart. in l præcipimus* §. *eadem obſeruando C. de appellat. & in l. iuriſperitos* §. *fi. ff. de excuſat. tutor. Couar. pract. quæſt. cap. 34. num. 1. & ſeq. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 9. ex num. 44. verſ. duodecimo delictum Carol. de Graſſ de effect. Cler. 1. num.* 137.

43 Et licet contra hanc vltimam veriorem ſententiã videatur obſtare Bulla *Py IV. emanata ſub die* 26. *May* 1565. in qua diſponitur, quod in cauſis criminalibus mixtis ſit locus præuentioni inter ſæcularem, & Eccleſiaſticum Iudicem, ſed data pręuentioni ex parte Iudicis Eccleſiaſtici non niſi contra Clericum tantum procedere poſſit. Tamen dicta Bulla fuit ſublata, & ad terminos iuris communis redacta per aliam *conſtitutionem B. Py V. emanata ſub die* 20. *Iunij* 1566. qua expreſsè cauetur quod in pręuentionibus inter ſæcularem, & Eccleſiaſticum Iudicem procedatur in omnibus, & per omnia iuxta formam iuris communis, & decreta Sacri Concilij Tridentini, & non alias aliter, de quibus conſtitutionibus *Farinac. qu. 8. num.* 156. *Diana reſol. moral. p. 4. reſ. 7. verſ. ſed ego in fi. la tit. 1. de immun.*

44 Propterea poſtquam præfata bulla ſublata fuit, Sacra Congregatio Immunitatis in facti contingentia ſemper declarauit Iudicem Eccleſiaſticum poſſe, & debere cognoſcere de tota cauſa, tam quo ad Clericos quam quo ad laicos ſimul delinquentes, & complices, tum in vna *Policaſtren.* 30. *Auguſti* 1641. *tum in vna Vrbeuetana* 19. *Iuly* 1661. *tum in vna Ferentilli 28. Septemb* 1666. de quibus nouiſſimè teſtatur *Iacobus Pignatel. conſult. canon. 482. num. 1. tom. 1.*

45 Adulterium an ſit mixti fori, diſtinguendum eſt, quod aut in cauſa adulterij venit imponenda pęna ſanguinis, & ſolus Iudex laicus eſt competens, quo ad alias verò pęnas eſt mixti fori, & ideo datur locus præuentioni, ſi vero agatur ciuiliter ad effectum ſeparationis Thori, ſeu in cauſa diuortij, & tunc ſolus Iudex Eccleſiaſticus priuatiuè procedere poteſt, & ratio eſt, quia pœna ſeparationis Thori eſt pœna canonica, quæ videtur impedire effectum Sacramenti matrimonij, propterea huiuſmodi cauſa eſt ſpiritualis, & ſolius fori Eccleſiaſtici, & ita nemine excepto ſic omnes tradere teſtatur *Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 26. ſub num. 7. verſ. tertia eſt concluſio per textum in cap. tua de procurat. cap. plerumque de donat. Abb. in cap. 1. num. 3. de offic. Ordin. Couar. in 4. Decretal. p. 2. cap. 7. §. 6. num. 8. Dec. conſ. 212. num. 2. Rom. ſing. 664. Angel. de Vbald. inter conſ. matrim. conſ. 42. Clar. §. fi. qu. 37. verſ. quero non quid, & in §. Adult. num. 6. Couar. in Epitom. de ſponſal. & matrim. p. 2. cap. 7. §. 6. num. 8. pulchrè Barboſ. in l. 2. p. 1. num. 139. in fi. & num. 140. ff. ſolut. matrim. & pulchrius Sanchez. de matrim. lib. 10. diſ. 8. num. 15. & 16. Corrad. in prax. rub. de adult. num. 6.* Miranda de ordine iudic. qu. 1. art. 5. conclu. 6. *Ric. p. 5. collect. 2076. Farinac. in prax. crim. qu. 8. nu. 130. & qu. 89. num. 112. & qu. 141. num. 42. & 47. Bellet. diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de fauor. Cler. real. §. 4. num. 68. & 69. Layman. in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 2. num. 5. & commun. DD. in cap. accedentibus de exceſ. Pralat. Diana reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immun. reſol. 86. & p. 4. tract. 1. reſol. 16. verſ. ſed hec opinion. Vincen. de Franch. dec. 312. num. 3. Sperel. dec. 9. nu. 29. tom. 1. Th. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 10. dub. 2. ſect. 4. num. 5. & 6.*

46 Si vero agatur de diuortio coram Eccleſiaſtico, quæſtio alimentorum, & dotis amittendæ tamquam ei acceſſoriæ pertinet ad eundem, & poteſt cognoſcere de hac cauſa temporali, ſecus verò ſi cauſa principalis verteretur de dote, nam tunc talis cognitio ſpectat ad ſolum Iudicem laicum, vt probat *textus in cap. de prudentia, & in cap. nuper, & in cap. per veſtras de donat. inter virum, & vxorem Diana reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immunit. Eccleſ. reſol. 86. verſ. immo & ſi, Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 84. num. 19. vbi allegat. Hipol. ſing. 589. Gom. in l. 50. Thauri num. 53. Nouel. de dote p. 9. priuil. 16. Molin. de primog. lib. 2. cap. 15. nu. 76. Gutier. pract. lib. 1. qu. 44. à num. 6. & lib. 3. qu. 29. num. 28.*

Vndè quæſtione mota coram Iudice laico ſuper præſtatione alimentorum, aut reſtitutione dotis, vel ob adulterium, vel ob furorem, vel ob aliam cauſam, propter quam deueniri poſſit ad ſeparationem Thori, eſt ſuperſedendum ab Eccleſiaſtico, donec ab eodem diuortij quæſtio dirimatur *Sanchez. de matrim. tom. 3. lib. 10. diſ. 8. num. 17. Diana reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immunit. reſol. 86. verſ. ex his autem Vincen. de Franch. deciſ. 312.*
47 *num. 3.* & per totam, vbi declarat, quod etiam Iudex laicus ſit competens quando tractatur de amiſſione dotis ob adulterium uxorium, per confeſſionem, & per ſententiam, & in his terminis ſubdit quod ſuſtineri poſſit doctrina *Decy in conſ. 212.* vbi tradit, quod quando vir prætendit amiſſionem dotis ob vxoris adulterium, ſit etiam Iudex competens laicus quamuis ciuiliter agatur.

48 Cauſa igitur dotis quando dependet ex ſola matrimonij validitate, vel nullitate ad Eccleſiaſticum pertinet, *cap. de prudentia de donat. inter vir, & vxor.* vbi expreſsè cauetur quod delegatus ad cauſam matrimonij, ſi ferat ſententiam diuortij pronunciare etiam debet dotem reſtituendam eſſe, ſi verò principaliter de ea agitur inter laicos ad Iudicem ſæcularem eſt deferenda, nempè quando ſoluto matrimonio reperitur ab hæredibus vxoris, vel quando eo conſtante mulier agit ex capite inopiæ, ad quam vergit maritus, vel ſi petatur à viro tamquam promiſſa, ex notatis *in l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim. & in cap. per veſtras de donat. inter virum, & vxor.* & ratio differentiæ eſt, quia in primo caſu, quando Iudex Eccleſiaſticus iudicat matrimonium non valuiſſe, meritò, & conſequenter debet iudicare dotem reſtituendam, propter neceſſariam dependentiam, cum principali articulo ſpirituali, in ſecundo verò caſu articulus redditur merè prophanus, propterea ſpectat ad Iudicem laicum, vt pulchrè ratiocinatur *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 84. num. 30.* vigore tamen
49 iuramenti, & obligationis Cameralis poteſt etiam huiuſmodi cauſa reſtitutionis dotis cognoſci à Iudice Eccleſiaſtico, licet ſit merè prophana aduerſus eos, qui primo ſe in forma Cameræ obligauerunt, & iurauerunt, vt alibi latè demonſtrauimus.

50 De legitimitate filij Iudex ſæcularis cognoſcere non poteſt, ſed cauſa neceſſario remittenda eſt ad Iudicem Eccleſiaſticum, adeout quæſtio natiuitatis oppoſitę petenti hæreditatem coram Iudice ſæculari eſt ad Eccleſiaſticum Iudicem tranſmittenda, per textum notabilem in *cap. lator qui filij ſint legitimi, & cap. tuam vbi gloſ. de ordine cognitionum Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 84. nu. 20.*
51 *p. 3.* vbi reprobat *Bart. in l. Titia num. 3. ff. ſolut. matrim. vbi num. 5.* aſſerit, ſi quæſtio validitatis matrimonij incidat coram Iudice ſæculari non inter coniuges ad effectum decidendi, ſeu pronunciandi ſuper eiuſdem matrimonij validitate, ſed ad effectum conſequendi hæreditatem vti filio legitimo debitam, & ſic non principaliter, ſed incidenter, hoc caſu Iudex ſæcularis cognoſcere poteſt de validitate matrimonij, ſiquidem hic intellectus conuincitur *ex d. cap. lator & cap. tuam,* in quibus contrarium diſponitur.

Abbas verò in dicto *cap. tuam num. 9. de ordine*
52 *cognition.* diſtinguit inter cauſas incidentes inter eandem ſpeciem iuriſdictionis, vel diuerſam, ſcilicet ſi cauſa incidens eſt eiuſdem ſpeciei cum principali, quod tunc Iudex alias incompetens poſſit de ea cognoſcere, ſecus autem ſi ad diuerſam ſpeciem iuriſdictionis pertineat, vt eſt iuriſdictio ſæcularis reſpectu Eccleſiaſticæ, quæ diſtinctio neque videtur

obtinere poſſe, quia licet cauſa diuortij, & cauſa
reſtitutionis dotis tamquam vna ſpiritualis, & al-
tera prophana ad diuerſam iuriſdictionem perti-
neant, nihilominus quod Iudex Eccleſiaſticus, ſi
ferat ſententiam diuortij pronũciare etiam debeat
dotem reſtituendam eſſe expreſsè cauetur *in cap. de
prudentia de donat. inter virum, & vxor.* prout etiã
53 Iudex criminalis de cauſa ciuili incidenter cogno-
ſcere poteſt *l. 4. §. ſi dicatur in prin. ff. fin. regund.*
54 ſicut è contra Iudex ciuilis de criminali incidenter
cognoſcere poteſt, probat *textus in l. nullum C. de*
55 *teſtib.* ex quibus manifeſtè colligitur quod arbi-
trium, & facultas conceſſa in cauſa principali ex-
tendatur etiam in incidenti, & dependenti, licet
reſpiciant diuerſam iuriſdictionem, vt animaduer-
tit *Menoch. de arbit. qu. 82. a num. 10. vſque ad fi-
nem, cum alijs allegatis per Barboſ. de offic. & poteſt.
Epiſcop. alleg. 84. num. 21. & 22.*

56 Alimentorum pariter cauſa tamquam priuile-
giata ſubijcitur foro Eccleſiaſtico, adeout vbi agi-
tur de alimentis alicui debitis adiri poteſt Iudex
Eccleſiaſticus, alimenta enim gaudent priuilegio
cauſæ piæ; cuius reſpectu Iudex Eccleſiaſticus ef-
ficitur competens, etiam quo ad laicos, vt com-
probat *Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 9. num. 2. &
3. ex Barsal. quem allegat in l. ſolent num. 13. ff. de
aliment. & cibar. legat. Io. Lup. in cap. per veſtras in
2. notab. in prin. num. 19. de donat inter vir. & vxor.
fo. mihi 126. Didac. in Epitom de ſponſal. p. 2. cap.
8. §. 0. num. 6. Ludouic. Molin. de primogen. Hiſpan.
lib. 2. cap. 15. num. 76.*

57 Spurius verò ſi petat alimenta, vel relicta, vel
alites debita cogitur Iudicem Eccleſiaſticum adire,
nec poteſt ea petere coram laico, & hanc ſenten-
tiam docent *Caccialup. Dec. Grama. Cephal. Burſat.
Bonacoſ. relati per Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 9.
num. 0.*

58 Contrarium verò, quod cognitio huius cauſæ
ſit mixti fori *Lancel. Galia. in rub ff. de verb. oblig.
num. 22. & ſeq Caccialup. in l. frater a fratre §. quæ-
ſitum num. 87. ff. de condit. indeb. licet idem in Auth.
ſi qua illuſtris num. 93. in fi. C. ad Orfician.* neutram
in partem inclinet, ſed quærendum dimittat *Me-
noch. conſ. 461. num. 22. Cordub. in l ſi quis a libe-
ris §. idem reſcripſit num. 78.* vbi dicit eſſe in facul-
tate ſpurij coram quo malit agere *Rip. in rub. ff. de
verb. oblig. num. 58.* dicens communem opinionem
eſſe in contrarium, quia etiam in foro Cæſaris filij
ſpurij ſunt alendi à Patre *Simon. de Pret. de coniect.
vltim. volunt. lib. 3. interpet. 1. dub. 3. ſol. 2. num.
6. Surd. de aliment tit. 8. dub. 9. num. 0. verſ. ſed
contr. & num. 7. vbi in fi.* concludit, quod ſit mixti
fori *Couar. de ſponſ. p. 2. cap. 8. §. 6. num. 6. Molin.
de primog. lib. 2. cap. 15. num. 76 Sanctarel. var. re-
ſol. p. 1. qu. 34. num. 2. Diana reſol. moral. p. 1. tract.
2. de immunit. reſol. 85. §. ſed contrariam ſententiam.*

59 Vbi vero alimenta relicta ſunt diuiti cauſa ſpe-
ctat ad Iudicem laicum, & non ad Eccleſiaſticum,
quia hoc caſu non reſpiciunt piam cauſam, prout
reſpiciunt, quando debentur pauperi, vt ex *Bart.
Cordub. Lup. tradit Surd. de aliment. tit. 8. dub. 9.
num. 5.*

60 Et generaliter quod in terris Eccleſiæ Iudex lai-
cus ſit competens in cauſa alimentorum *ex gloſ. Si-
mon. de Pr., & Feli. aſſerit Surd. de aliment. tit. 8.
priuil. 9. num. 8.*

61 Concubinatus cauſa quod ſit mixti fori docent
Doctores citati per *Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de
fauor. Cleric. real. §. 4. num. 52. Azor. inſtit. moral.
tom. 2. lib. 3. cap. 53. verſ. dubia quæſt. & p. 3. lib.
13. cap. 14. verſ. crimina merè ſæcularia Venerus in
examine Epiſcop. lib. 3. cap. 27. num. 66. Bobadilla
in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 17. num. 53. Barboſ. in
Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 8. num. 5.*

62 Contrarium verò quod ſpectet tantum ad forum
Eccleſiaſticum Concubinariorum etiam laicorum
punitio, quia concubinatus Cæſaris legibus nullis
pœnis plectitur de veriori docent *Abb. in cap. cum ſit
generale de foro competen. Marcellus Vulpe in prax.
fori Eccleſiaſt. cap. 41. num. 51. Anton. Cucchus in in-
ſtit. lib. 2. tit. 6. nu. 101. Megalius in Promptuario verſ.
cauſa ſpiritualis num. 10. & verſ. Concubina num. 10.
Emanuel. Suarez. in Theſaur. recept. ſenten. lit. C.
verſ. Concubinatus num. 106.* & cum hac ſententia
videtur pertranſire etiam *Iulius Clarus in §. fornica-
tio num 6.* vbi concludit, quod concubinatus non
ſit de iure ciuili prohibitus, & propterea de con-
ſuetudine, quod Iudices ſæculares hoc crimen non
puniunt, latè *Diana reſol. moral. p. 1. tract. 2. de
immunit. reſol. 87. & p. 5. tract. 1. eodem tit. reſol.
10. ſub prin.*

63 De iure autem canonico, & ex diſpoſitione *Sa.
Concilij Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 8.* penitus
64 prohibetur, & in foro conſcientiæ omnis coitus ex-
cepto matrimoniali eſt prohibitus ſecundum cano-
nes, *glo. in Clement. vt noſtrum in verbo non eſt de-
beret. Iul. Clar. in §. fornicatio num. 6.* in nihilo re-
fragrante, quod *in cap. is qui, & in cap. Chriſtiano
diſt. 34. qu. 1.* permittatur non habenti vxorem,
prò vxore concubinam habere, vt a communione
non ſit repellendus, quia dicti canones iuxta mo-
dum loquendi illorum temporum loquuntur de
concubinis, ſcilicet de mulieribus non ſolemniter
ductis, eo quia non interuenerant inſtrumenta do-
talia, & alia de iure canonico, & ciuili requiſita,
quæ licet re vera eſſent vxores, ſed quia deficiebat
huiuſmodi ſolemnitas vocabantur Concubinæ, vt
declarat *glo. in eodem cap. is qui, & cap. Chriſtiano.*

65 Poteſt autem Iudex Eccleſiaſticus non ſolum
procedere ad cenſuras trina præcedente monitione
contra Concubinarios, ſed etiam irrogare alias
pœnas temporales, ſcilicet pecuniarias exilij, car-
ceris, ſeu reclufionis, etiam trina non præcedente
monitione, quæ tantum exigitur, quando proce-
ditur ad cenſuras ad formam *Sac. Concilij Trident.
ſeſſ. 24. de reform. cap. 8.* per quod decretum non
tolluntur aliæ pœnæ à iure communi, vel à conſti-
tutionibus Synodalibus contra Concubinarios in-
flictæ, ita ſæpius declarauit Sacra Congreg. Con-
cilij, vt teſtatur *Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de
fauor Cler. real. §. 4. num. 2. in fi. Armendar. in re-
copil. leg. Nauar. lib. 5. tit. 3. l. vnica de adult. nu.
num. 9. Barboſ. in collect. tom. 1. lib. 1. tit. 35. cap.
1. num. 3. & 4. Diana reſol. moral. p. 1. tract. 2. de
immun. reſol. 87. & late p. 5. tract. 1. tit. eodem re-
ſol. 10. verſ. ſed hec.*

66 Concubinas verò Clericorum, ſiue fœminas, quę
ſunt cum Clericis ſuſpectę ſolus Iudex Eccleſiaſti-
cus punire, & in eas animaduertere poteſt, eiſ-
demque mulieribus inhibere, ſuper pœna futurum,
vel alijs pęnis de amplius cum Clericis non habi-
tando, ſeu conuerſando, quia ratione huius deli-
cti

ſi huiuſmodi concubinæ efficiuntur de foro Eccleſiaſtico priuatiuè quo ad Iudicem laicum, vt tradunt DD. copiosè relati à *Bellet. diſquiſit. Cler. p. 1. tit. de fauor. Cler real. §. 4. num. 53.*

67 Hoc tamen concubinatus crimen ſemel punitum per viam correctionis ab Eccleſiaſtico, an præuentionem inducat, vt à ſæculari nequeat deinde puniri, vel è conuerſo *Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 9. num. 5. ex Gabr. Perer. de manu Regia p. 2. cap. 34. num. 22.* aſſerit quod punitus à ſæculari Iudice, poterit iterum puniri ab Eccleſiaſtico, cum concubinatus crimen in vtroque iudicio ab alijs ſpecialiter differat quo ad cognitionē, ex quo in ſæculari procedatur ad illius punitionem ne crimina remaneant impunita, in Eccleſiaſticis vero Tribunalibus ad correctionem procedatur, de cuius concluſionis veritate, ſeu in quibus caſibus procedere poſſit, ex dicendis in ſequenti adnotatione demoſtrabitur.

68 Stuprum pariter eſt mixti fori *Oſaſch. conſ. 25. & dec. Pedemont. 305. num. 5. Theſaur. dec. 148. Farinac. in prax. qu. 8. num. 130. verſ. quid iuris Bellet. diſquiſit. Cler. p. 1. tit. de fauor. Cler. real. §. 4. num. 120.*

69 Ac proindè puniri poteſt, tam à Iudice Eccleſiaſtico, quam ſæculari, ſi fuerit commiſſum ſine vi, & cum conſenſu puellæ, ſecundum *Iodoc. in pract. crim. cap. 92. rub. de ſtupro num. 5. Bermo de public. concub. rub. de ſtupro num. 40. verſ vlterius poteſt dubitari,* vbi diſtinguendo dicit. quod de ſtupro commiſſo à Clerico Eccleſiaſticus Iudex cognoſcit, de ſtupro vero commiſſo à laico cognoſcit ſęcularis Iudex, *Corrad. in prax rub de ſtupratoribus num. 16. verſ. & ex prædictis Menoch. de arbit. quęſt. lib. 2. caſ. 288. num. 21. & ſeq in addit. Theſaur. dec. Pedemont. 148. num. 4. cum alijs relatis per Farinac. in tit. de delict. carn. qu. 147. §. ſtuprum num. 53.*

70 Declara procedere, vbi agitur de irroganda pœna temporali, ſecus autem ſi defloratа agere intendit, vt vir cogatur eam deſponſare, aut alternatiuè ad deſponſandam, vel dotandam, nam hoc caſu cum cauſa ſit matrimonialis ad ſolum Iudicem Eccleſiaſticum ſpectabit, & ad hoc per ſolum Epiſcopum compelli poteſt, *cap. 1. vbi Abb num. 1. de adult. & iuxta cap. multorum 35. qu. 6. Bellet. diſquiſit. Cler. p. 1. tit. de fauor. Cler. real. §. 4. num. 122. & præcipue in verſ. quod ſi deflorata.*

71 Deflorans virginem promiſſo matrimonio, vt frequenter contingere ſolet, an teneatur ducere, etiam attento foro conſcientiæ, animaduertendum eſt, quod aut promiſſio fuit vera, & ex animo, & non ſimulata, & certum eſt apud omnes corruptorem debere ſtare promiſſis, & eam ducere, quia hoc reſultat ex contractu oneroſo, in quo ſe poſuit, & voluit ſe obligare ad rem, quam licitè promittere, & exequi poterat, ſi de nouo non inſurgat impedimentum dirimens matrimonium, vel aliud ſufficiens ad diuortium celebrandum, ſi contractū eſſet matrimonium, aut promiſſio fuit ficta, & ſine animo ſe obligandi, & hoc caſu licet præcisè nō teneatur ducere, tenetur tamen eam dotare, & ſatisfacere tradendo dotem, tradunt DD. relati per *Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 10. num 2. & Emin. Card. de Lugo de iuſt & iure tit. de reſtit. ob ſtuprum diſ. 12. ſect. 2. num. 19. & 20.*

72 Contrarium vero quo ad hanc ſecundam dubij partem ex veriori ſententia, quod etiam fictè promittens matrimonium in actu ſtupri teneatur in ſpecie adimplere quod promiſit, vt non ſatisfaciat adimplendo per æquipollens, & ratio eſt, quia ſi ſolum dotem promiſiſſet, vtique fœmina non tradidiſſet corpus ſuum, vt tradunt *DD. congeſti per Sanchez de matrim lib. 1. diſ. 10. num. 3. ſecutum à Card. de Lugo de iuſt. & iure diſ. 12. ſect. 2. num. 20.*

73 Lim. 1. ſi maxima ſit diſparitas inter virum, & fœminam, ſcilicet ſi vir fœminæ conditionem excedat, vt quia ipſe ſit nobilis, & fœmina filia Agricolę, nam tunc fœmina, quæ diſparitatem, & exceſſum nouerat prudenter debebat animaduertere fictionem, vt ſibi imputare debeat ſi paſſa fuerit ſtuprum, *Card. de Lugo loco citato num. 21. & 22.* vbi ſecus ſi interuenerit iuramentum *Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 9. num. 6. & diſ. 10. num. 8.* vbi
74 probabilius docet non obligari, quia iuramentum, & promiſſio non inducit obligationem, niſi iuxta intentionem promittentis, & iurantis.

75 Lim. 2. ſi ſcandalum magnum timeretur ex tali matrimonio, vel ſi fœmina deciperet virum, di-
76 cendo ſe eſſe virginem, cum non ſit, quo caſu non tenetur, etiam ſi verè promiſſum eſſet matrimonium *Sanchez de matrim. lib. 1. diſ. 10. num. 13. cum ſeq. Card. de Lugo de iuſt. & iure tit. de reſtit. ob ſtuprum diſ. 12. ſect. 2. num. 23. cum ſeq.*

77 Lim. 3. ſi fœmina poſt deflorationem ſub ficta promiſſione cum alio fornicetur, & faciat ſui copiam, nam hoc caſu ceſſat obligatio, *Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 10. num. 13. Card. de Lugo loco citato num 26.*

78 Sed vt redeamus ad materiam concluſionis ſupra firmatæ *nu.* 68. non deſunt DD. aſſerentes crimen ſtupri commiſſi à laico, abſque fide, ſeu promiſſione matrimonij non eſſe mixti fori, & non obſtante quod ius canonicum in *cap. 1. & 2. de adult.* pœnas imponat ſtupratori, nihilhominus ad ſolum Iudicem ſęcularem ſpectare criminis cognitionem, & præſcriptarum pęnarum executionem, ſi ſtuprator ſit laicus, & ſtupro non ſit annexum adulterium, ita docent *Menoch. de arbit. in addit ad caſ. 233 nu. 21. Farinac. de delict. carn. qu. 147. §. ſtuprum num. 53. & de inquiſit. qu. 8. num. 130. in addit. Oſaſch. conſ. 25. Fontanel. de pact. nuptial. Clauſ. 5. 1. p. nu. 5. Franc. Marcb. deciſ. ſeu quæſt. 6. lib. 1. Theſaur.*
79 *dec. 148. num* 4 ſed non eſt recedendum à prima ſententia tamquam veriori præcipuè vbi procedendum eſſet ad coactionem matrimonij, quo caſu Iudex Eccleſiaſticus cognoſcere debet, cum agatur de Sacramento matrimonij, & ad eundem ſpectat cognitio legitimæ cauſæ compellendi, vel non compellendi ad contrahendum matrimonium, vt comprobat *Boſſius de matrim. cap. 1. §. 5. num. 19. fo. mihi 319.* etenim maximum eſſet abſurdum, quod Eccleſia prohiberi poſſit delictum ſub certis pœnis, & deinde nequeat exercere iuriſdictionem in puniendo delinquentes, eoſque inflictis pęnis mulctare.

80 Cauſę matrimoniales coram Iudice Eccleſiaſtico tantum deducendæ ſunt, vt alibi latè demonſtrauimus, & tradit *Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 10. dub. 2. ſect. 4. num. 1. & ſeq. & habetur in cap. multorum 35. qu. 6. cap. accedentibus de exceſ. Prælat. & cap. tua de procurat.*

81 In cauſa verò ſponſalium, ſcilicet qui poſt contracta ſponſalia iniuſtè renuit contrahere, quod etiam Iudex laicus ſit competens ad compellendū ſponſum iniuſtè renuentem, vt adimpleat promiſſionem matrimonij, cum moderamine tamen, nè coactio reddatur violenta, & aduerſetur libertati matrimonij, & dummodo certo conſtet ſponſalia fuiſſe contracta, & alterum iniuſtè recedere, etiam ſi ſponſalia fuerint iuramento firmata, & dummodo nulla ſit controuerſia circa illorum valorem, nam tunc cognitio priuatiuè ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, prout etiam ſi allegaretur adeſſe legitimam cauſam reſcindendi, & quia in hac facti contingentia, vt plurimum excitari ſolet controuerſia, & moueri lis circa validitatem ſponſalium, vel allegari cauſa reſciſſionis contractus, ac proinde huiuſmodi coactionem ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectare concludit *Boſſ. de matrim. cap.* 1. §. 5. *num.* 52. *&* 57. *fo. mihi* 318. *&* 319. *ex Abbat. in cap. ex literis* 2. *num.* 4. *de ſponſal. & ex Sanchez. de matrim. lib.* 1. *diſ.* 29. *num.* 9. *Diana reſol. moral. p.* 1. *tract.* 2. *de immun. reſ.* 130. Contrariam verò ſententiam tenentes allegaui *in dec.* 12. *Adnot.* 9. *num.* 7.

82 Cognitio vero ſeparationis vxoris factæ propria auctoritate, an ſit iuſta, vel tollenda, vel potius ſit cogenda ad reuertendum reſeruatur iudicio Eccleſiæ, & determinationi Iudicis Eccleſiaſtici, *per textum in cap. porro vbi Butr. in primo notat. de diuort. glo. in cap. literis in verb. diuertil. Gabr. conſ.* 161. *n.* 8. *lib.* 1. *Sperel. dec.* 9. *num.* 31. *& firmauit Rot. dec.* 294. *num.* 1. *coram Greg. XV. vbi Beltraram. in addit. nu.* 13. *qui alios allegat.*

83 Limit. non procedere ſi vertatur dumtaxat quæſtio ſuper facto, & vir petat præcipi vxori, vt ad ſe reuertatur, nam hoc caſu etiam Iudex laicus procedere poteſt, ſaltem donec aliquid à partibus opponatur, quod ſpiritualitatem ſapiat, vel ab Eccleſiaſtico Iudice inhibeatur; etenim quādo quæſtio poſſeſſorij matrimonialis ab omni ſpiritualitate ſeparata in ſolo facto conſiſtat cognoſci poteſt à Iudice laico, qui ſpectando dumtaxat, quod ſecundum ius naturale, & politicum coniux cum coniuge cohabitare tenetur, valet alium, qui ſine iuſta cauſa ab alio diuertit cogere ad redeundum pulchrè *Petrus Barboſ. in l. Titia* 35. *ſub num.* 36. *ff. ſolut. matrim. Menoch. conſ.* 366. *num.* 11. *& conſ.* 367. *num.* 14. *vol.* 4. *Sanchez. de matrim. lib.* 3. *diſ.* 54. *nu.* 4. *Afflict. dec.* 219. *num.* 5. *Vrſil. ad eundem Afflict. dec.* 138. *num.* 1. *Capic. dec.* 7. *num.* 2. *Sperel. dec.* 8. *num.* 56. *& dec.* 9. *num.* 24. cum alijs allegatis *in dec.* 12. *Adnot.* 9. *num.* 10.

84 Sublim. vt Iudex laicus ſit incompetens, & incapax, ſi allegata fuerit à coniuge cauſam abſentiæ, quæ talis ſit, vt ex eadem prætendatur ſeparatio Thori, vt ſi ad hunc effectum deducatur ſæuitia viri, vel aliæ cauſæ, ex quibus deueniri poteſt ad Thori ſeparationem, & ratio eſt, quia hoc caſu nō vertitur amplius quæſtio facti, ſed ſuboritur quæſtio iuris, ex quo cauſa deuoluitur ad Iudicem Eccleſiaſticum, cui propterea eſt remittenda *Afflict. dec.* 219. *num.* 5. *Vrſil. ad eundem Afflict. dec.* 138. *num.* 1. *cum alijs allegatis per Sperel. dec.* 9. *num.* 26. *&* 27.

85 Immo quod neque in quæſtione facti poſſit Iudex laicus iudicare latè defendit *Bolognet in l.* 2. *nu.* 4.. *&* 43. *ff. de iuriſ* [illegible] *omnium Iud. Butr. in cap. literas ſ[illegible] de iuramen. calum. & In hac* *ſententiam videtur magis inclinare Couar. in Epit. de ſponſal. p.* 2. *cap.* 8. §. 12. *num.* 3.

86 Sequeſtrare puellam ad effectum explorandi eius voluntatem pendente lite ſuper matrimonio, & ſponſalibus ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum *Diana reſul. moral. p.* 1. *tract.* 2. *de immun. reſol.* 131. *vbi alios allegat.*

SVMMARIVM.

1 Cognitio criminis vſurarum, an ſit merè Eccleſiaſtica, vel mixti fori referuntur hinc inde opiniones.

2 In ſtatu Eccleſiaſtico propter bandimenta generalia ſpectat ad curiam Eccleſiaſticam.

3 Declara quod ſi vſura ſit clara, & quæſtio ſit in ſolo calculo, & tantum facti, & tunc eſt mixti fori, ſed ſi quæſtio ſit iuris, & dubitetur de ſubſtantia contractus, & tunc ſpectat ad ſolum Iudicem Eccleſiaſticum.

4 Crimen Sodomiæ eſt mixti fori.

5 Inceſtus eſt delictum mixti fori.

6 Crimen ſortilegij eſt mixti fori. Contrarium, quod ſpectet tantum ad Inquiſitores num. 7.

8 Sortilegia ſapiunt hæreſim manifeſtè, quando inuocantur Dæmones ad futura ſcienda, & eiſdem hant preces, & ſacrificia.

Si fiant cum hoſtia conſecrata, aut rebaptizando aliquē, aut admiſceantur ſacramenta, aut ſacramentalia ibidem.

Inuocare Dæmones ad tentandam pudicitiam mulieris ad inueniendum Theſaurum, non ſapit hæreſim manifeſtè ibidem.

9 De iure ciuili ſortilegus punitur pœna ſanguinis.

Et vbi hæc pœna imponi debet, tunc Iudex laicus eſt competens ibidem.

10 Simoniæ crimen etiam quo ad laicos ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum.

11 Periurium vbi agitur ad eius pœnam eſt mixti fori. Contrarium quod ſpectet tantum ad Eccl[illegible] n. 12.

13 Declara procedere in iuramento iudiciali [illegible] ſecus in extraiudiciali, in quo etiam Iudex laicus procedere poteſt.

14 Quo ad obſeruandum iuramentum in contractu appoſitum eſt mixti fori.

15 Limita procedere quo ad principalem, qui iurauit, ſecus in hærede iurantis.

16 Iuramenti vices quo ad obſeruantiam contractus tranſit in hęredem, ſecus quo ad reatum periurij num. 17.

Iuramentum quo ad vinculum ſpiritualitatis eſt perſonale ibidem.

18 Vbi agitur de exonerando anima defuncti iurantis implorari poteſt officium Iudicis Eccleſiaſtici etiam contra hæredem.

19 Ludentes ludis prohibitis ſubijciuntur vtrique foro.

20 Lenocinium Mariti cum propria vxore eſt mixti fori.

21 Prout etiam Lenocinium mediatoris, vt Virgo deflorетur.

22 Contrahentes ſecundas nuptias viuente prima vxore puniri poſſunt in vtroque foro.

23 Cauſa extractionis rerum vetitarum ſi controuertatur, an ſpectet ad Eccleſiaſticum, ſpectat ad Ordinarium num. 24.

25 Laicus abutens licentia Iudicis Eccleſiaſtici in extrahendo res vetitas ab vtroque Iudice puniri poteſt.

26 Clericus non poteſt gerere vices Gubernatoris laici abſentis.

27 Pręcedentiæ controuerſiæ inter confratres poſſunt etiā à Iudice laico terminari, ſecus vbi agitur de canonica electione num. 28.

29 Contrarium quod dicta ſententia ſit tolerabilis quando agitur iudicio merè poſſeſſorio, alias non eſt admittenda.

30 Cognitio habitus, an ſit Clericalis, vel ne ſpectat ad Iudicem laicum.

31 Contrarium, & verius quod priuatiuè ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum.

32 Declara, vt ſi Clericus Captus incedebat in habitu lai-

laicum, & tunc poteſt Iudex ſæcularis detinere, donec declaratum fuerit ab Eccleſiaſtico, ſecus ſi notorium eſſet, quod eſſet Clericus.
33 Clericus coniugatus, an gaudeat beneficio fori cognoſci debet per Iudicem Eccleſiaſticum
34 Cognitio, an quis captus fuerit in loco immuni ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum.
35 Iudex ſæcularis poteſt dare tutorem Clerico minori actori litiganti in ſuo foro.
36 Limita procedere de curatore dando ad vnam litem tantum, ſecus ad omnes cauſas.
37 Pro confectione Inuentarij poteſt laicus Iudex citare Clericum debitorem. Contrarium num. 38.
39 Iudex laicus poteſt compellere Clericum ad reſtitutionem depoſiti, ſi in ſuo Tribunali ſe obligauit. Contrarium num 40. Declara, & concilia dictas opiniones, vt num 41.
42 Clericus hæres laici tenetur proſequi litem cæptam cum defuncto in foro laicali.
43 Contrarium quod denuò ſit conueniendus in foro Eccleſiaſtico.
44 Amp. ſecundam ſententiam, vt procedat etiam ſi Clericus hæres poſſideret rem ſpecialiter obligatam.

Referuntur alij caſus communis fori.

ADNOTATIO III.

1 COgnitio criminis vſurarum ad quem ſpectet variæ referuntur hinc indè opiniones à *Farinac. qu.8. à num.134. vſque ad num.140. vbi in verſ. quarta ſit concluſio,* firmat quod ſit mixti fori, & pro hac opinione, & pro contraria quod ſcilicet crimen vſurarum ſit merè Eccleſiaſticum pariter coploſè referuntur *DD. à Belletto diſquiſit. clerical. p.1. tit. de fauor. Cler. real. §.4. num. 138.*

2 Et in ſtatu Eccleſiaſtico non eſt dubium, quod cognitio huius articuli ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum, vt expreſsè diſponitur in bandimentis generalibus emanatis de ordine Sanctiſſ. Innocentij Papæ X. ſub die 17. Februarij 1645. in §. 15. *non intende però S. Eminenza, che nel tribunale della corte ſecolare ſi debbia procedere ne anco criminalmente in cauſa ſimili, ſe non doue il contratto ſenza alcuna cognitione di cauſa ſia manifeſtamente, è notoriamente vſurario, anzi dichiara, che doue ſia alcuno dubio, ò ſia di giuditiaria cognitione della cauſa, ancorche la parte nō nè faccia inſtanza l'articolo ſi debbia rimettere al ſuo Giudice Eccleſiaſtico, ſecondo la dichiaratione del quale ſi douerà venire poi à condannatione, ò ad altra ſpeditione, &c. & il medeſimo dichiara in tutti l'altri articoli ſpirituali.*

3 Hinc conciliantur ſupradictæ opiniones, quod vbi contractus abſque vlla cauſæ cognitione notoriè, & manifeſtè ſit vſurarius, ita vt verſemur in caſu claro, agaturque tantummodo ad repetitionē vſurarum, & quæſtio ſit ſuper ſolo calculo, & tantum facti, & tunc vterque Iudex eſt competens, aut vero eſt quęſtio iuris, & ita dubitatur de ſubſtantia contractus, an ſit vſurarius nec ne, & tunc ſolus Iudex Eccleſiaſticus eſt competens, quia hæc eſt determinatio peccati, & prohibitio vſurarum habet ortum à iure diuino, vt comprobat *Bellet. diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de fauor. Cler. real. §.4. num. 138. verſ. huiuſmodi tamen opiniones Farinac. qu. 8. num. 137. ex Bal. in cap. ex literis num. 4. de iure iuran. Lap. in tract. de vſur. commentar. 4. §.4. ſub num.66. paulo poſt prin. Suar. commun. opin. in verbo vſura num.81. Pegaer. dec. crim.30. num. 23. & 27.*

4 Sodomiæ crimen eſt mixti fori *Abb. poſt Imol. in cap. quod ſuper num.14. de vot. & in Cap. de Archiepiſcopat. in prin. & num. 1. & 7. de raptor. Felin. in cap. cum ſit num. 18. verſ. alius caſus in crim ſodomiæ de foro competen. Aarbar. conſ.277. Clar. in §. fi. qu.3. verſ item quæro Menoch. de arbitrar. caſ.586. num. 24. Lopez. ad Diaz. in prax. crim. Canon. cap. 89. verſ. laicus verò Calder. conſ.3. de foro comp. Auſer. de poteſt. ſæcular. ſuper Eccleſ. reg.4. fallent. 15. Farinac. qu. 8. num. 129. Bellet. diſquiſit. Cler. p.1. tit. de fauor. Cler. real §.4. num.128.*

5 Inceſtus pariter eſt delictum mixti fori, *Boſſ. in tit. de coitu damnat. num. 17. Berma. de publ. concub. rub. de inceſtu num. 34. & ſeq. Oſaſch. dec.103. num. 5.* quia hoc crimen vtroque iure eſt prohibitū *cap. 1. & tot. tit. de inceſt. nupt. cum alijs per Bellet. diſquiſit. Cler. p.1. tit. de fauor. Cler. real. §.4. n.129.* vbi quod etiam inceſtus cum Commatre ſit mixti fori, tum quia ſit proindè iniuria ſacramento, quo mediante oritur impedimentum cognationis ſpiritualis, & ideo huiuſmodi cauſa eſt ſpiritualiter annexa propter ſacramēntum à quo dependet *cap. quanto vbi glo. de Iudic. glo. & DD. in cap.2. verbo de iure de except. in 6. Farinac. qu.8. num.20.* tum quia impedimentum cognationis ſpiritualis fuit adinuentum de iure canonico, vt in *tot. tit. de cognat. ſpiritual. Concil. Trid. ſeſſ.24. de reform. cap.2.*

6 Sortilegij crimen eſt etiam mixti fori *cap. accuſatus §. ſane vbi glo. & DD. de heret. in 6. DD. in cap. 1. de ſortileg. l. 3. & tot. tit. C. de maleſic. Clar. in §. hæreſis verſ. ſucceſſiuè quæro Oltrad conſ.110. Rimin. conſ. 414. vol.4. Grillan. in tract. de ſortileg. qu. 11. num.4. in fi. inter tract. crim. diuerſ. fo. mihi 108. Farinac. qu. 8. num. 133. Bellet. diſquiſit. Clerical. p.1. tit. de fauor. Cler. real. §.4. num 130.*

7 Contrarium quod hoc crimen tamquam Eccleſiaſticum ſpectare debet ad Iudices Eccleſiaſticos, & Inquiſitores, a quibus publicantur ædicta, & obligantur fideles ad denunciandum huius criminis reos præcipuè ſi hoc ſortilegij crimē ſapiat hæreſim *cap. accuſatus §. ſane cum negotium de heret. in 6. Barbat. conſ. 55. vol.1. Socin. iun conſ.414. Alberic. de agnoſcen. aſſert. cathol. relat. per Bellet. diſquiſit. Clerical. p.1. tit. de fauor. Cler. real. §.4. num. 131.*

8 Quando autem ſortilegia ſapiant hæreſim manifeſtè, latè *Grillan. de ſortileg. qu. 10. inter tract. crim. diuerſ. fo. mihi 105. à tergo, & latiſſimè Farinac. qu. 20. num. 70. cum ſeq.* & tunc ſapiunt hæreſim manifeſtè, quando inuocantur, aut conſuluntur Dæmones ad futura ſcienda, & expectantur eorum reſponſa, & fiunt eis preces, & ſacrificia, vlterius quando fiunt cum hoſtia conſecrata, ſeù rebaptizando aliquem, aut admiſcentur ſacramenta, ſiue ſacramentalia, ſecus autem vbi non fiunt iſta, vel huiuſmodi, nam licet inuocarentur Dæmones ad tentandam pudicitiam mulieris, ſiuè viri, ad inueniendum Theſaurum, tunc non ſapiunt hæreſim manifeſtè, niſi concurrant aliæ circumſtantiæ, ex quibus hæreſis inducatur, licet in ſe grauiſſima ſint peccata, & grauitèr punienda *Abb. in cap.1. nu.4. de ſortileg. Clar. in §. hæreſis num.23. Alphonſ. de Caſtr. lib. 2. de iuſta heret. punit. cap. 15. Barbat. conſ. 55. vol. 1. Director. Inquiſit p. 2. qu. 42. & ibidem Pegnia relat. per Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Cleric. real. §.4. num. 132.*

9 Et prima ſententia ſibi locum vindicare poteſt

vbi

vbi eſſet imponenda pœna ſanguinis pro perpatrato
crimine ſortilegij, pro vt de iure ciuili pœna capi-
tis punitur tam Sortilegus, & Magus, quam ille,
qui eoſdem conſulit, & ſortilegia ipſa confici man-
dat l. nemo C. de maleſ. & Matthe. Grilan. in tract.
de ſortileg. qu. 11. num. 5. inter tract. crim. diuerſ. ſe-
mihi 109.
10 Simoniæ verò crimen tamquam merè ſpirituale
cum conſiſtat in traditione rei ſpiritualis pro tem-
porali, & è contra etiam quo ad laicos ſpectat ad
Iudicem Eccleſiaſticum, vt tradunt DD. relati per
Farinac. qu. 8. num. 128.
11 Periurium, quando agitur ad eius pœnam, eſt
mixti fori, & vterque Iudex eſt competens ſcriben-
tes in cap. teſtimonium de teſtibus per textum in cap.
Rex debet 23. qu. 5. cap. nouit. de Iudic. Abb. in cap.
cum ſit num. 21. verſ. quandoque conſtat, & Felin. nu.
8. verſ. limita 2. & verſ. limita 4. de foro competen.
Aufer. ad Capell. Tholoſ. qu. 17. num. 1. cum alijs re-
latis per Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor.
Cler. real. §. 4. num. 136.
12 Sed quod periurus etiam laicus ſit puniendus ab
Eccleſiaſtico, & non à ſæculari iudice tradunt DD.
relati per Farinac. qu. 8. num. 142. Boer. dec. 305. nu.
13 2. vbi diſtinguit hoc procedere in iuramento iudi-
cialiter præſtito ſuper partito ſcilicet litis deciſiuo,
ſecus autem in alijs ſacramentis, & iuramentis ex-
traiudicialibus, & rationem differentiæ aſſignat,
quia iuramentum iudiciale, vt plurimum defertur
in iudicio ſuper eo, quod tangit commodum iu-
rantis, ideo veriſimile eſt iuraſſe ad ſuum commo-
dum ad imponendum finem liti, ſecus in extraiudi-
ciale, eo quod tendat ad commodum vtriuſque
partis, tùm etiam quia iurans iudicialiter videtur
principaliter date fidem Deo, & Deum fallere, & ſic
eum ſolum, quem offendit, habet vltorem, iurans
vero extraiudicialiter videtur principaliter dare fi-
dem homini, & ei fidem frangere, ac proinde in
hoc ſecundo caſu poteſt ſæcularis Iudex procedere,
ſecus in primo caſu, in quo ratione deceptæ diui-
nitatis procedere debet Eccleſiaſticus.
14 Quo verò ad obſeruandum iuramentum in con-
tractu appoſitum, & ſic ad obſeruandum contractũ,
eſt mixti fori cap. licet de iure iuran. in 6. cap. fi. &
ibi gloſ. verbo iuramenti de foro competen. Felin. in
cap. cum ſit num. 6. verſ. recipit dicta regula, ibique
Abbas num. 18. & 21. verſ. aut igitur tit. eod. Imol.
in cap. cum contingat num. 29. de iure iuran. Corſet. in
tract. de iure iuran. num. 33. Boſſ. in tit. de foro com-
peten. num. 167. Seraph. in tract. de priuil. iurament.
priuil. 67. Oſaſcb. dec. 78. num. 1. cum alijs per Bel-
let. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Cler. real. §. 4.
num. 133.
15 Limit. procedere quoad principalem, qui iura-
16 uit, ſecus in hærede iurantis, quia licet iuramenti
vices quo ad obſeruantiam contractus per defun-
ctum celebrati tranſeat etiam in heredem Bart. in
l. qui ſuperſtis col. fi. verſ. & de iſto ff. de acquirend.
17 hæred. tamen quo ad reatum periurij ad hæredem
non tranſit Bal. in l. etiam in fi. ff. de iure iuran. Aſ-
flict. dec. 381. num. 8. Oſaſcb. dec. 40. num. 15. quia
iuramentum quo ad vinculum ſpiritualitatis eſt
perſonale, ideo hæres iurantis ad obſeruationem
iuramenti per defunctum præſtiti coram Iudice Ec-
cleſiaſtico conueniri non poteſt, vt ex Abb. Butr.
Anchar. Gemin. Felin. Guid. Pap. tradit Bellet. diſ-
quiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Cler. real. §. 4. nu.
18 134. & 135. vbi in fi. ſubdit, quod quando agitur
de exonerando animam defuncti iurantis poſſit ni-
hilominus implorari officium Iudicis Eccleſiaſtici
cap. fi. vbi Abb. num. 4. de ſepult. cap. nobis de ſen-
ten. excommun.
19 Ludentes aleis, & alijs prohibitis in publicis, vel
priuatis domibus, vel locis, & etiam inſpicientes
ſubijciuntur vtroque foro, ita vt contra eoſdem
poſſit Iudex ſæcularis, & Eccleſiaſticus inquirere,
& prouidere l. alearum C. de ale. luſ. & aleat. Lopez.
ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 37. verſ. hoc de
Cler. Pariſ. de Puteo in tract. de ludo nu. 43. Menoch.
de arbitrar. caſ. 399. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit.
de fauor. Cler. real. §. 4. num. 149. vbi allegat Conſti-
tut. Iulij III. ex ordine Bullar. nu. 23. §. quia vero.
20 Lenocinium mariti cum propria vxore eſt pariter
mixti fori, nam Iudex, qui de adulterio cognoſcit
etiam de lenocinio cognoſcere poterit l. 2. §. ſi pu-
blico vbi Bart. num. 20. ff. de adulter. l. ſi lenones C.
21 de Epiſcopis, ita etiam dicendum de lenocinio com-
miſſo ab eo, qui fuit mediator, vt virgo deflorare-
tur, quia cum hoc caſu crimen lenocinij ſit annexũ
crimini ſtupri, media perſona lenonis ſubijcitur Iu-
dici inquirenti, & efficitur de eius foro cap. tranſla-
to de conſtit. vbi Bald. Io. And. & Anton. in prin.
Hoſt. num. 6. & 8. Dec. num. 5. Butr. num. 9. Bellet.
diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Cler. real. §. 4.
num. 152.
22 Contrahens ſecundas nuptias viuente priori co-
niuge pariter ſubijcitur vtrique foro, vt non minus
contra eundem animaduertere poſſit Iudex Eccle-
ſiaſticus, quam ſæcularis Couar. in 4. Decretal. p. 2.
cap. 17. §. 3. num. 6. Lopez. ad Diaz. in pract. crim. ca-
non. ad cap. 84. verſ. nec illud, & verſ. receptum. Bel-
let. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Cler. real.
§. 4. num. 151. tamen in hoc poligamiæ crimine
Inquiſitores procedunt priuatiuè quo ad Iudices
laicos, quia committens hoc crimen redditur ſu-
ſpectus de hæreſi.
23 In cauſa extractionis rerum vetitarum à laica
poteſtate, ſi extrahantur ab Eccleſiaſticis, ſiue ab
eorum famulis laicis, & controuertatur, an res
aſportatæ, & extractæ ſpectent ad Eccleſiaſticos,
cognitio huius articuli ſpectat ad Iudicem Eccle-
ſiaſticum, vt cenſuit Sac. Cong. Immun. in vna Ci-
uitatis Plebia, in qua Vicarius Generalis imparti-
titus fuerat licentiam Patribus Sancti Auguſtini
extrahendi quandam quantitatem caſtanearum ve-
rum, quia vector, qui aſportabat apprehenſus fuit
à Birruarijs Gubernatoris, & carceratus, ac proin-
de Vicarius Generalis prætendens ad ſe ſpectare
cognitionem huius articuli inſtetit reſponderi in-
fraſcriptis dubijs.

*Primo, an dicto Gubernatore controuertente caſta-
neas prædictas eſſe dictorum fratrum aſſerentium eſſe
proprias recollectas in eorum poſſeſſione cognitio huiuſ-
modi facti ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum.*

*2. An in caſu, quo quis abtinuerit licentiam in foro
Eccleſiaſtico poſſit à Iudice dicti fori puniri priuatiuè
quo ad Iudicem laicum.*

*3. An Epiſcopus dictæ Ciuitatis poſſit permittere
quod Clericus incedens in habitu, & tonſura gerat vi-
ces dicti Gubernatoris abſentis, & alias impediti maxi-
mè in criminalibus.*

24 Sac. Congregatio Immunitatis ad primum Re-
ſpon-

ſpondit cognitio, an bona quę aſportantur ſine perſona Eccleſiaſtica ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticū non autem ad Iudicem laicum.

25 *Ad 2. Iudex Eccleſiaſticus poteſt punire eum, qui abutitur licentia fori Eccleſiaſtici, non autem priuatiuè quo ad Iudicem laicum, quando abutens eſt laicus.*

26 *Ad 3. Epiſcopum non poſſe, nec debere permittere, vt Clericus incedens in habitu, & tonſura vices Gubernatoris abſentis gerat. 14. Decemb. 1649. & 25. Ianuarij 1650.*

27 Præcedentiæ controuerſiæ ortæ inter confratres in proceſſionibus, vt puta ſi debeat incedere in primo, vel ſecundo loco, quod poſſint terminari, & dirimi etiam à Iudice laico, ſecus verò ſi ageretur

28 de canonica electione officialium, ſcilicet ſi quis, ſit benè, vel malè cancellatus, & ſimilia, cum huiuſmodi controuerſiæ ſint per Epiſcopum terminandæ tenet *Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect. 1. n. 613.*

29 Contrarium quod *Caroli de Graſſis* ſententia quo ad primum membrum videri poſſit tollerabilis, quando agatur iudicio merè poſſeſſorio, tamen extra illud non eſt admittenda, ſed reſoluendum ſpectare ad Iudicem Eccleſiaſticum huiuſmodi controuerſias dirimere, ſi agatur inter confraternitates laicorum, vel circa modum procedendi, vel procedendi, vel circa habitum, vel quid ſimile, cum talia ſint actiones ſpirituales, & laici in dictis actionibus ſpiritualibus, & concernentibus cultum Diuinum ſubijciuntur iudicio Epiſcopi, vt ex *Stephano Gratian. dec. Marchia 232. num. 4. docet Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 78. num. 42. vſque ad fin. Diana reſol. moral. p. 3. tract. 1. de immun. Eccleſ. reſol. 70. verſ. ſed obſeruat.* facit decretum *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regular. & Monial. cap. 13.* vbi quod lites præcedentiæ inter perſonas Eccleſiaſticas tam ſęculares, quam regulares ab Epiſcopo componantur.

30 Controuerſia habitus, vel ſi dubitetur an habitus ſit Clericalis, vel ne quod ſpectet ad Iudicem laicum tradit *Iul. Clar. in §. fi. qu 36. n. 11. & 18. circa med. Perer. de manu Regia p. 2. cap. 44. num. 3. Io. Hanor. in compend. iur. canon. lib. 3. tit. p. num. 15. Poponius lib. 1. tit. 5. arreſt. 4. Cenal. in tract. de cognition. per viam violentia in præbem. cap. 8. nu. 39.*

31 Contrarium, & verius quod ſolum coram Iudice Eccleſiaſtico non ſolum de Clericatu, ſed etiam de habitu habenda ſit diſcuſſio, & cognitio citato Iudice, ſeu fiſco curiæ ſæcularis, habetur ex *cap. ſi Iudex laicus de ſenten. excommun. in 6. Couar. pract. quaſt. cap. 37. Rol. à Val. conſ. 4. num. 37. lib. 1. Zerol. in prax. Epiſcop. p. 1. verſ. Clericus num. 3. Molina de iuſt. tom 4. tract. 3. diſ. 49. num. 6. & 11. Io. della Cruc. in director. Conſcien. p. 2. de Sacrament. ord. nu. 5. dub. 8. conſ. 1. Duard in Bulla Cœna lib. 2. cap. 19. qu 4. num. 19. Molina de iuſt. tract. 2. diſ. 49. num. 11. Ganant. in manual. Epiſcop. in verb. fori priuilegium num. 32. Lother. de re benefic. lib. 3. qu. 36. num. 69. Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 11. num. 8. Menoch. de præſumpt. lib. 6. qu. 76. nu. 341. Gennen. in prax. curiæ Archiepiſcop. Neapol. cap. 38. num 6 in fi. Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 23. num. 10. Bonaccin. de cenſur. in particular. tit. de cenſur. in Bulla Cœna content. diſ. 1. qu. 16. ſect. 1. punct. 6. num. 31. Farinac. in prax. qu. 8. num. 19. Diana reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immun. reſol. 27. §. ſed abſolute, & p. 3. tract. 1. tit. eod. reſol. 10. & p. 4. tract. 1. tit. eod. reſol. 5. verſ. ſed ego,* vbi circa fin. teſtatur, ita declaraſſe *Sac. Cong. Cardinal. 11. Iulij* 1595.

32 Limita, ſeù declara hanc ſecundam ſententiam, quod ſi Clericus captus incedebat in habitu laicali, & tunc poteſt detineri per Iudicem ſæcularem, donec Iudex Eccleſiaſticus ferat declarationem, qua cognitione pendente idem Iudex ſęcularis debet ſuperſedere in fabricatione proceſſus in cauſa delicti, niſi notorium eſſet, quod eſſet Clericus, nam tunc ſtatim eſſet remittendus ad Iudicem Eccleſiaſticum *Diana reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immun. reſol. 27. verſ. nota vero Afflict. ſuper p. 1. conſti. Regni rub. 3. num. 19. Ripa in cap decernimus nu. 4. verſ. ſed coram quo de Ind. Didac. pract. quaſt. 53. num. 1.*

33 Clericus vero coniugatus ſi à Iudice ſæculari pro aliquo crimine captus fuerit, & in carceribus detineatur, & alleget ſe Clericum, & doceat de Clericatu per literas ordinatoris, & propterea petat ſe remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum, non eſt ſtatim remittendus, niſi doceat ſe contraxiſſe cum Virgine, & vnica, & geſtaſſe habitum, & tonſuram clericalem, quia alias non gaudet priuilegio fori Eccleſiaſtici *cap. vnico de Cler. coniugat. in 6.* de his tamen cognoſcere debet Iudex Eccleſiaſticus, & non ſæcularis argumento eorum, quę habentur, & notantur in *cap. ſi Iudex de ſenten. excommun. in 6. Rot. dec. 3. alias 202. de ſenten. excommun. in nouiſ.*

34 Cognitio controuerſiæ, an quis captus fuerit in loco immuni ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum, vndè ſi captus à ſatellitibus affirmet ſe in loco ſacro, illiſque negantibus fuiſſe captum, Iudex Eccleſiaſticus cognoſcere debet, qui non debet credere birruarijs, cum agatur de magno præiudicio tertij, ſed aliundè ſumere debet probationes, & conſiderare circumſtantias, quas notat *Peregr. in tract. de immun. Eccleſ. cap. 13. num. 16. & 18. Diana reſol. moral. p. 3. tract. 1. de immun. Eccleſ. reſol. 32.*

35 Clericus minor ſi tamquam actor velit conuenire la cum coram Iudice ſæculari, poteſt idem Iudex ſæcularis dare eidem curatorem ad litem, tum quia datur curator ad obſeruandam ſolemnitatem iudicij, tum quia curator datur rebus, & non perſonæ, ita ex *Oltrad. Dec. Genun. Ferret. tradit. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauore Cler. perſonal §. 5. num. 15. Diana reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immun. Eccleſiaſt. reſol. 94. verſ. ſed iſte Rot. dec. 7. num 6. de iudic. in nouiſ. dec. 14. in antiq. & dec. 8. num. 4. & 5. coram Achil de Graſſ. in tit. qui filij ſint legit.*

36 Limita procedere de curatore dando ad vnam litem tantum, nam tunc dari debet ab illo, coram quo cauſa tractatur, ſecus autem ſi eſſet deputandus curator generalis ad omnes cauſas, & ad omnia bona Clerici, nam hoc caſu dari debet à Iudice Eccleſiaſtico, & non à Iudice laico *Oltrad. conſ. 55. Bellet. diſquiſit. Clerical. p 1, tit. de fauor. Cler. perſonal §. 5. num. 16. Achil. de Graſſ. dec. 8. num. 4. qui fil. ſint legit. Diana reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immun. reſol. 94. verſ. ſed iſte.*

37 Pro confectione inuentarij poteſt laicus citare Clericum creditorem coram Iudice laico, quia talis citatio non ſupponit iuriſdictionem, & ſuperioritatem, & ſic non arctat citatum ad neceſſario comparendum *Cenal. in tract. de cognit. per viam violentiæ p. 2. qu. 78. num. 3. Io. de Nenia in curia Philippica p. 1. §. 5. num. 31. Gironda de Gabellis p. 4. §. 1. num. 18.*

Yy 38 Con-

38 Contrarium quod Clericus creditor ſit citandus coram Iudice Eccleſiaſtico in confectione inuentarij laici, cum ipſe trahat ad ſe alios laicos ad ſuum Iudicem, *Marta de iuriſdict. p. 4. cent. 1. caſ. 38. num. 8. Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 22. nu. 73. Duard. in Bulla Cęnę lib. 2. cap. 15. qu. 11. nu. 50. Bonac. in tit. de legib. diſ. 10. qu. 2. punct. 1. §. 1. num. 27. Diana reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immun. reſol. 20. §. ſed contrarium.*

39 Iudex laicus, poteſt compellere Clericum ad reſtitutionem depoſiti, quoties ſe obligauit reſtituere in tribunali Iudicis ſæcularis, non rela, & ordine iudiciario, ſed executiuè per bonorum ablationem *Bobadilla in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 130. Gutier. de tutel. p. 3. cap. 1. num. 9. Carol. de Graſſ. de effect. clerical. effect. 1. num. 855.*

40 Contrarium, & verius docent *Surd. conſ. 396. nu. 33. lib. 3. Ceual. de cognition. per viam violent. p. 2. qu. 76. num. 16. Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 20. nu. 53. Duard. in Bulla Cęnę lib. 2. cap. 15. qu. 11. num. 36. Bonac. in tit. de legibus diſ. 10. qu. 2. punct. 1. §. 1. num. 26.*

41 Declara conciliando ſupradictas contrarias opiniones, vt poſſit Iudex laicus declarare Clericum depoſitarium teneri ad reſtituendum, vel ad conſignandum depoſitum, ſed non poteſt ad executionem deuenire, cum ad hanc deueniendum ſit per Iudicem Eccleſiaſticum *Marta de iuriſdict. p. 4. cent. 2. caſ. 104. num. 9. Diana reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immun. reſol. 21. verſ. ſed hæc ſententia.*

42 Clericus hæres laici conuenti ante obitum corã Iudice laico tenetur proſequi litem iam cæptã, cum defuncto coram eodem Iudice laico, *Ceual. in tract. de cognit. per viam violentiæ p. 2. qu. 40. nu. 9. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effet. 1. num. 282. Io. de Neuia in Curia Philip. p. 1. §. 5. num. 20. Carialan. in Bulla Cænæ excom. 16. fo. mihi 495. Megala in 3. p. lib. 3. cap. 10. num. 59. Rodriq. in ſum. nouiſſ. tom. 2. cap. 216. num. 15.*

43 Contrarium verò quod dennò ſit conueniendus in foro Eccleſiaſtico, ita vt non teneatur proſequi litem iam cæptam coram laico, cum militet eadem ratio exemptionis *Paul. Squillan. de priuil. Cleric. cap. 7. dub. 3. num. 58. 75. & 82. Alter. de Cenſur. lib. 5. diſ. 16. cap. 1. col. 12. & ſeq. caſ. 3. Bonac. de leg. diſ. 10. qu. 2. punct. 2. §. 1. num. 25. & de cenſur. in particul. in Bulla Cænæ diſ. 1. qu. 16. punct. 5. num. 18. tom. 3. Tambu. de iure Abb. tom. 1. diſ. 15. qu. 19. num. 27. Ambroſin. de immunit. Eccleſ. cap. 20. num. 45. Diana reſol. moral. p. 1. tract 2. de immun. reſol. 24. verſ. ſed non deſunt, & p. 3. tract. 1. de immun. reſol. 31. & p. 4. tract. 1. tit. eodem reſol. 31. verſ. ſed ſententiam negatiuam, vbi in fi.* ampliat

44 procedere etiam ſi Clericus hæres poſſideret rem ſpecialiter obligatam, cum neque ratione huiuſmodi ſpecialis hipothecæ conueniri poſſit coram Iudice ſæculari.

SVMMARIVM.

1 Iudex laicus in cauſa poſſeſſorij rei ſpiritualis, beneficialis, & Eccleſiaſticæ eſt competens.
2 Declara procedere vbi agitur inter duos laicos, vel inter Clericum actorem, & laicum reum.
3 Declara 1. procedere dummodò cauſa poſſeſſorij nihil admixtum habeat proprietatis.
4 Contrarium, & verius quod Iudex laicus non poſſit cognoſcere ſuper poſſeſſorio rei ſpiritualis.
5 In cauſa poſſeſſorij beneficij retinendi, vel recuperandi Iudex laicus cognoſcere non poteſt.
Cauſa poſſeſſorij beneficij, & aliarum rerum ſpiritualium dicitur Eccleſiaſtica ibidem.
6 Contrarium quod etiam laicus cognoſcere poſſit.
7 Non eſt recedendum a prima ſententia præcipuè vbi agitur inter Clericos de beneficio litigantes.
8 Limit. hanc ſententiam quando Clericus ageret contra laicum eundem in beneficij poſſeſſione turbantem, nam tunc laicus eſt competens.
9 Cauſa decimarum in feudum à Papa laicis conceſſarum ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum.
10 Cauſa decimarum in petitorio, & quando eſt quæſtio iuris priuatiuè ſpectat ad Eccleſiaſticum:
Cauſa decimarum eſt ſpiritualis ibidem.
11 Iudicium poſſeſſorium adipiſcendæ poſſeſſionem decimarum eſt inchoandum, & intentandum coram Iudice Eccleſiaſtico non obſtante quacunque conſuetudine.
12 Cauſa decimarum, vbi agitur de quæſtione facti, puta de fructibus decimarum eſt mixti fori. Contrarium ibidem in fin.
13 In iudicio retinendæ, & recuperandæ poſſeſſionis decimalis laicus etiam poteſt eſſe Iudex, Contrarium num. 14.
15 Vbi agitur contra laicum condoctorem decimarum Iudex etiam laicus eſt competens. Contrarium nu. 16.
17 Iudex laicus neque de conſenſu partium poteſt definire cauſas decimarum.
18 Iudex laicos cognoſcere debet in cauſa decimarum, quę conceduntur per Pontificem Regibus.
19 Papa poteſt concedere ex cauſa decimas laicis, & tunc amittunt ſpiritualitatem, ſecus autem ſi dentur in feudum.
20 Decimæ ſi cum alia re permutatæ fuerint amittunt ſpiritualitatem, & de eiſdem cognoſcit Iudex ſæcularis.
21 Vbi controuertitur, an laicus poſſideat decimas iuſto titulo cognitio de veriori ſpectat ad Eccleſiaſticum.
22 Vbi agitur de titulo ſpirituali incidenter etiam Iudex ſæcularis cognoſcere poteſt.
23 Prout etiam vbi euidenter conſtaret de titulo, vt non requiratur eius diſcuſſio Iudex ſæcularis poteſt eſſe competens.
24 Prout etiam vbi agitur, an decimæ ſint ſolutæ.

An in cauſa poſſeſſorij ſpiritualis laicus Iudex ſit competens.

ADNOTATIO IV.

1 IN cauſis vbi eſt quæſtio merè facti, & poſſeſſorij quod Iudex ſæcularis poſſit eſſe competens, etiam ſi agatur de re Eccleſiaſtica, ac beneficiali, & ſpirituali, dummodo ſummariè, & de plano ſine diſenſſione liquere poſſit, quia poſſeſſorium rei ſpiritualis non eſt ſpirituale, cum non tangat ſubſtantiam ipſius rei, ſed merum factum, & poſſeſſionem, vt tradunt DD. plenè relati à *Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauar. Cleric. real. §. 4. num. 143. Gutierez. canon. qu. cap. 34. Auedan. de exequen. mandat. cap. 1. Menoch. de recuperand. poſſeſſ. remed. 15. num. 210. & ſeq. & de retinen. poſſeſſ. remed. 3. num. 327. Farinac. qu. 8. num. 23. Rebuf. de decimis qu. 10. num. 39. Miſyng. pract. obſeruatur. 2. obſer. 67. in prin. Anton. de Petra in tract. de poteſt Principis cap. 8. num. 83. & 85. & cap. 15. num. 51. & 52. Boer. dec. 69. num. 23. Amed. de Ponte in tract. de poſſeſſ. in tit. quis ſit Iudex in cauſa feud. Oſaſcb. dec. 116. num. 1. Theſ. dec. 82. num. 1. & ſeq. & dec. 117. num. 1. & per totam.*

2 Quod

Digitized by Google

3 Quod tamen intelligendum eſt, vbi agitur inter duos laicos, vel inter Clericum actorem, & laicum reum, alias ſolus Iudex Eccleſiaſticus erit competens *Bero. in rub. de iudic. num. 51. Couar. pract. ſqu. cap. 35. num. 1. verſ. quamobrem, & verſ. primum etenim Menoch. de recuperand. poſſeſſ. remed. 15. nu. 223. & 234.* prout eſt etiam intelligendum dummodò cauſa poſſeſſorij nihil admixtum habeat proprietatis, quia tunc cauſa poſſeſſorij rei Eccleſiaſticæ, aut ſpiritualis neque etiam incidenter poteſt per Iudicem ſæcularem expediri, ſed tantum per Eccleſiaſticum, vt tradunt *DD. relati per Bellet. diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de fauore Cler. real. §. 4. num. 143. verſ. quod tamen intelligendum eſt Farinac. qu. 8. nu. 23. verſ. ſublimita primo.*

4 Contrarium, & verior ſententia eſt, quod Iudex laicus non poſſit cognoſcere cauſam, etiam ſuper poſſeſſorio rei ſpiritualis, licet poſſeſſio rei ſpiritualis ſit merè temporalis, & laicalis, ſed huiuſmodi cognitio ſpectat tantum ad Iudicem Eccleſiaſticū, ſicut ad eundem ſpectat cognitio proprietatis, cum qualitas ſpiritualitatis qualitatem temporalitatis abſorbeat, tum quia ſaltem titulus coloratus oſtēdi debeat, & ſic laicus etiam de ipſa re ſpirituali in conſequentiam cognoſceret, tum etiam propter connexionem, quam habet poſſeſſio cum proprietate ſpirituali, vt tradunt *DD. copiosè relati à Bellet. diſquiſit. Cler. p. 1. tit. de fauor. Cleric. real. §. 4. num. 144. Bero. in rub. de Iudic. nu. 51. Valaſc. conſult. 93. num. 3. Cranet. conſ. 258. num. 8. Roland. conſ. 12. num. 35. & ſeq. lib. 2. Gutierez. canon. qu. cap. 34. num. 22. cum ſeq. Garz. de benef. p. 1. cap. 2. num. 51. & 52. Antonin. var. reſol. lib. 1. reſol. 91. per tot. Conar. pract. qu. cap. 35. num. 1. Menoch. de recuperand. poſſeſſ. remed. 15. num. 205. & ſeq. latè Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 14. qu. 1. Duard. ad Bullam Cenę lib. 2. cap. 15. qu. 19. num. 47. plenè Diana reſol. moral. p. 5. tract. 1. de immun. reſol. 27. §. ſed his non obſtantibus, & per tot.* vbi contrarijs reſpondet *Puteus deciſ. 361. lib. 1. in antiquiſ. & dixit Rot. in Rauennaten. emphyteuſis 28. Martij 1631. coram Merlino in recen. dec. 42. num. 13. p. 6.*

5 Amp. hanc ſecundam ſententiam in cauſa beneficij, in qua non ſolum in petitorio, ſed etiam in poſſeſſorio beneficij retinendi, vel recuperandi Iudex laicus cognoſcere non poteſt, non obſtante quacunque conſuetudine, quæ merito reprobatur a *DD. allegatis a Garz. de benef. p. 1. cap. 2. nu. 51. cum plurib. ſeq.* & ratio eſt, quia cauſa poſſeſſoria beneficij, & aliarum rerum ſpiritualium, ſeu quaſi dicitur Eccleſiaſtica, *Clemen. vnica de cauſ. poſſeſſ. & de ſequeſtrat. poſſeſſ.* maximè quando habet admixtam cauſam proprietatis, tum quia poſſeſſio beneficij eſt quid ſpirituale, ſeu connexum ſpirituali propter adminiſtrationem ordinis, vel clauiū, vndè ſi poſſeſſio eſt ſpiritualis, ſeu ſpirituali annexa, eo modo, quo ipſum beneficium, cauſa poſſeſſorij beneficij erit ſpiritualis, ita docent *Afflict. in conſtit. Neapol. lib. 1. rub. 67. de iudic. à num. 9. Bero. in rub. de Iudic. a num. 51. Sarnen. in regul. de annali qu. 46. Mandoſ. de monitor. qu. 13. num. 3. Gutier. canon. qu. lib. 1. cap. 34. nu. 16. Zerola in prax. Epiſcopal. 2. p. verb. poſſeſſ. Bero in rub. de iudic. à num. 51. cum alijs per Garz. de benef. p. 1. cap. 2. a num. 51. vſque ad 54. & dixit Rota in Maioricen. praecminen. 21. Maij 1554. coram Veſtano impreſſ. penes eundem Garz. d. num. 54.* & hanc ſententiam latè defendit *Sabagus in cap. 2. de iudic. num. 177. cum ſeq. & num. 183. vbi veriſſimam, & ſemper obſeruandam dicit* Bellet. *diſquiſit. Clerical. tit. de fauor Cleric. real. § 4. num. 144* vbi alios allegat.

6 Contrarium quod etiam laicus cognoſcere poſſit præſertim ſtante conſuetudine per textum in *cap. fi. de iudic.* docent *Ripa in rub. de Iudic. num 90. & in l. naturaliter §. nihil commune ff de acquirend. poſſ. num. 19. Aufrer. de poteſt ſecul ſuper Eccleſias reg. 2. num. 24. Rebuf. ad l Gallicas tom. 3. tit. de cauſ. benef. poſſeſſ. art. 8. glo. 2. Coraſ. de benef. 1. p. cap. 2. num. 8. Gabriel. in tit. de reſtit. ſpoliat. conclu. 5. nu. 134. P. Greg. de benef. cap. 40. nu. 10. Rodriquez. de annuis redditibus lib. 1. qu. 17. à nu. 55. & tradunt alij DD. relati per Menoch. de recuperand. poſſeſ. remed. 15. Torreblanca de Magia lib. 3. cap. 26. num. 2. Gail. lib. 1. pract. obſer. 28. nu. 2. Myſinger. cent. 2. obſer. 67. Bobadil. in Polit. to. 1. lib. 2. cap. 17. nu. 153. Cenal. in tract. de cognit. per viam violent. p. 2. qu. 65. Guid. Pap. dec. 1. dec. 85. & 207. & 552. Cacheran. dec. Pedemont. 116. nu. 1. Theſaur. dec. 82. dec. 110. ad fi. & dec. 117. & 130. nu. 10. Franch. March. dec. 190. p. 1. & dec. 245. nu. 3. p. 2.*

7 Non tamen recedendum à prima ſententia, etiam ſi prætendi poſſit, quod cauſa poſſeſſorij beneficij non ſit ſpiritualis, quia inter Clericos de poſſeſſorio beneficij litigantes nulla ratione laicus cognoſcere poteſt, ex defectu iuriſdictionis, quam non poteſt exercere in Clericos, qui ratione Clericatus non ſubijciuntur eius foro, & textus *in cap. fi. de iudic.* prò contraria ſententia allegatus, non loquitur de beneficio, ſed de officio ſæculari, vt patet ex ipſo texto, & *gloſ. vt ex Bero. Rolan. Conar. Meno. Guttier. Sabagu. explicat Garz. de benef. p. 1. cap. 2. nu. 65. vſque ad 58.*

8 Limit. hanc opinionem, in caſu, quo Clericus ageret contra laicum, eundem turbantem in poſſeſſione beneficij, vel aliam vim inferentem, ne Clericus pacificè in ſua poſſeſſione permaneat, nam tunc Iudex laicus eſſet competens, quia tunc verè non eſſet poſſeſſorium beneficiale, nec cauſa beneficialis, ſed temporalis, cum laicus non ſit capax beneficij, niſi forte laicus contendens ſe prò Clerico gereret, & ad ſe ſpectare beneficium prætenderet, nam tunc cauſa ſpectaret ad Iudicem Eccleſiaſticum *Menoch. de recuperand. poſſeſ. remed. 15. num. 223. & 234. Garz. de benef. p. 1. cap. 2. nu. 59.*

9 Amp. 2. in decimis ex diſpenſatione Apoſtolica in feudum ſæcularibus conceſſis quarum cauſa diſcutienda eſt coram Iudice Eccleſiaſtico, licet dominium huiuſmodi decimarum, ſcilicet fructuum illarum omninò ſpectet ad laicos, & feudum cenſeatur ſeculare, tamen, quia oritur, & dependet à iure ſpirituali, & Eccleſiaſtico, non poteſt Iudex laicus de illis cognoſcere, etenim priuilegium Pōtificis percipiendi decimas non extenditur ad cognitionem cauſæ, vt ex *Azor. inſtit moral. lib. 7. qu. 3. cap. 36. tradit Gratian. diſcept. 238. nu. 61. & 81. in fi. tom. 2. Federic. de Sen. conſ. 245. nu. 1. Monet. de decim. cap. 8. qu. 1. nu. 15. Azor. inſtit moral. p. 1. lib. 7. cap. 39. qu. 3. Facundez. ſuper precept. Eccleſ. precept. 5. lib. 3. cap. 5. nu. 5. vbi Couar. Rupel.* & alios contrarium ſentientes refellit, vt comprobat *Rot. in Rauennaten. emphyteuſis 28. Martij 1631. coram Merlino in recen. dec. 42. nu. 15. & 16. p. 6. cum alijs allegatis*

gatis à Bellet. diſquiſit. Cler. p. 1. tit. de fauor. Cleric. real. §. 4. nu. 145. ve. ſ. idem dicendum erit.

10 Verum, quod vbi quæſtio decimarum ſit iuris, & agatur in petitorio, quod tunc ſolus Eccleſiaſticus ſit Iudex competens priuatiuè quo ad Iudicem ſæcularem, eo quia cauſa decimarum ſit ſpiritualis habetur *in cap. literas de iurament. calum. c. tua nobis cap. Parochianos de decim. Clement. diſpendioſam de iudic. glo. in cap. ex tenore in verbo Eccleſ. de foro competen. Rebuf. in tract. de decim. qu. 10. nu. 2. & 35. Menoch. conſ. 268. nu. 4. & 16. Monet. de decim. cap. 8. nu. 1. & ſeq. Azor. inſtit. moral. p. 1 lib. 7. cap. 25. qu. 1. & 2.* vbi quod neque poſſet laicus Iudex iunctus cum Clerico de illis iudicare, vt etiã docet *Rebuf loco citato nu. 36. late Bellet. diſquiſit. Cler. p. 1. tit. de fauor. Cleric. real. §. 4. nu. 145. Gratian. diſcept. 238. nu. 30. tom. 2.*

11 Prout etiam in poſſeſſorio adipiſcendæ, vt quando quis petit ſe immitti in poſſeſſionem exigendi decimas ſolus Clericus eſt Iudex competens, *Bero. in rub. de Iudic. num. 51. Menoch. conſ. 268. nu. 7. & 8. & de recuperand. poſſeſſ. remed. 15. nu 235. Farinac. in pract. crim. qu. 8. nu. 23. verſ. procedit Bellet. diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de fauor. Cleric. real § 4. num. 145. verſ. in poſſeſ. quoque adipiſcendæ reprobato Theſauro dec. 82. num. 1.* qui fundatur ſuper contraria locorum obſeruantia, quæ abuſus potius, quam rationabilis, & legitima conſuetudo reputatur, etenim cum hoc iudicium adipiſcendæ habeat annexam cauſam proprietatis, ex quo cognoſci debeat, an petens habeat titulum, quo mitti debeat in eam poſſeſſionem, ac proinde huiuſmodi cognitio tituli trahit ad ſe cauſam poſſeſſionis, ita vt efficiatur de foro, cui ſubijcitur ipſa proprietas, & titulus principalis, ſine quo poſſeſſio ſubſiſtere nequit *Gratian. diſcept. 238. nu. 1. tom. 2.*

12 Vbi verò agitur de quæſtione facti, puta de fructibus decimarum, an ſolutæ ſint, nec ne, vel fuerint furto ſubtractæ, & de ſola veritate facti, quod huiuſmodi cognitio ſit mixti fori tradit *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 238. nu. 10. 16. 81. & 82.* vbi quod hoc potius faueat libertati Eccleſiaſticæ, vt Clerici poſſint habere duos Iudices aduerſus laicos recuſantes ſoluere decimas *Diana reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immunit. reſol. 89. & ante eos Moneta de decimis cap. 8. qu. 1. nu 1. & 5. Gutier. de iuram. confirmat p. 1. cap. 2. nu. 35. Germon de ſac. immun. lib. 3. cap. 19. num 95. Couar. pract. qu. cap. 35 num. 2. verſ ſecundo Rebuf. de decim. qu. 10. num. 5.* ſed quod etiam in hac quæſtione facti ſolus Iudex Eccleſiaſticus ſit competens, tenet *Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 7. cap. 36. qu. 5. Homobon. de exam. Eccleſ. p. 2. tract. 8. cap. 8. qu. 24.*

13 In iudicio autem retinendæ, & recuperandæ poſſeſſionis decimalis laicus etiam poteſt eſſe Iudex cum in huiuſmodi iudicio non ſit neceſſaria diſputatio ſuper titulo, quaſi ſufficiat in primo iudicio docere actorem eſſe in quaſi poſſeſſione exigendi decimas, & in alio quod actor aſſerat ſe fuiſſe ſpoliatum ea poſſeſſione, vel quaſi exigendi decimas, vt comprobant *DD. relati per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 238. nu. 3. iuncto nu. 7.*

14 Verum quia dicta concluſio non videtur tuta, ideò tutius dicendum eſt, vt neque hoc caſu poſſit Iudex ſæcularis cognoſcere, etenim quoties agitur de poſſeſſorio, ſiue adipiſcendæ, ſiue recuperandæ, ſiue retinendæ cauſæ ſpiritualis ſemper probandus eſt titulus ſaltem coloratus, adeout requiratur huiuſmodi ſummaria cognitio, ſeu probatio alicuius tituli ad iuſtificandam poſſeſſionẽ, tum quia beneficiati non dicuntur domini bonorum ſpiritualium, ſed habentur loco adminiſtratorum, & procuratorum, & propterea ante omnia tenentur oſtendere, & exhibere mandatum, quod deducitur ex titulo, ſine quo præſumitur intruſio, nec aliter obtineri poteſt in quibuſcunque interdictis, vt reprobato *Bero. in cap. 1. num. 51. de iudic.* late comprobat *Gratian. diſcept. 238. num. 3. verſ. iſta tamen concluſio & nu. 4. 5. & 8. vbi allegat. Cou. pract qu. cap. 35. num. 1. verſ. ex quo patet, & verſ verum ſi diligenter per gloſ. quem celebrem dicit in cap. vnico de cauſ. poſſeſ & propriet. Rebuf. de decimis qu. 10. num. 7.*

15 Vbi verò agitur contra laicum conductorem decimarum, Iudex etiam laicus videtur competens, quia tunc non agitur de decimis ſoluendis, ſeu de iure illarum, ſed ſolum de ſoluendo pretio, quo fuerunt conductæ decimæ alicuius Parochiæ, quaſi tunc agatur actione merè perſonali puta ex locato ad mercedem, & ad fructus decimarum perceptarum, & non de reſtitutione rei Eccleſiæ, vel Clerici, vt ex *Couar. & Matth. Boyſſ tradit Gratian. diſcept. 238. nu. 11. & ſeq. tom. 2.*

16 Contrarium, quod ſit conueniendus ſolum coram Iudice Eccleſiaſtico, docent *Moneta de decim. cap. 8. qu. 1. nu. 17. Azor. inſtit. moral. lib. 7. cap. 36. qu. 6. quos reprobato Couar. refere, & ſeq. Diana reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immunit. Eccleſ. reſol. 93.* & ratio eſt, quia licet agatur de ſoluendo pretio, tamen cum huiuſmodi pretium ſit ſubrogatum loco decimarum, ſapit eiuſdem naturę, immo contractus locationis decimarum, cum proueniat ex iure percipiendi decimas in locante efficitur ſpiritualis, ſicuti eſt præfatum ius, & conſequenter talis debet eſſe actio, quæ ex eodem oritur, ſed quod nihilominus verior ſit opinio quod hæc cognitio ſit mixti fori, & ad vtrumque Iudicem ſpectet concludit *Gratian. diſcept. 238. num. 18. in fi.*

17 Iudex laicus neque ex partium conſenſu poteſt cognoſcere, & definire cauſas decimarum, quæ ad Eccleſiaſticos pertinent, cum regulariter Iudex ſæcularis non poſſit ferre ſententiam in cauſa ſpirituali, in qua cum ſit incapax partes ex eorum conſenſu, vel non contradicendo non poſſunt firmare ſuam iuriſdictionem, vt latè comprobat *Gratian. diſcept. 238. a num. 34. vſque ad 43. a quo alij allegantur.*

18 De cauſa verò decimarum, quæ conceduntur per Pontificem Regibus, & Principibus cognoſcere debet Iudex ſæcularis, etiam priuatiuè quo ad Eccleſiaſticum, quia hoc caſu poſſidentur titulo temporali, & non ſpirituali, etenim per hanc conceſſionem, & donationem ſimpliciter factam decimæ prædictæ deſinunt eſſe ſpirituales, & conſiderantur tamquam quid temporale. vtpotè quia dominium vtile, & directum translatum fuit in donatarios.

19 cum Papa ex iuſta cauſa poſſit concedere decimas laicis, & omninò expropriare ab Eccleſia, *cap. ſina exceptione 12. qu. 2.* ſecus autem in decimis datis in feudum, cum tunc non amittant, ſed retineant earum ſpiritualitatem, ita ex *D. Thoma Couar. Rebuf. Heriq. Barboſ. tradit Gratian. diſcept. forenſ.*

cap.

Digitized by Google

cap. 238. num. 54. & ſeq. tom. 2.

10 Prout etiam ſi fuerit permutata decima, cum alia re, vel maioris, vel æqualis æſtimationis, & pretij, vel vtilitatis, tunc cauſa de decima coram Ciuili Magiſtratu eſt intentanda, & cognoſcenda, cum Eccleſia, & Eccleſiaſtici, eorum ius integrum retineant in re permutata, & ſubrogata, & non in decimis, quæ propterea ſicut amplius non militant ſub dominio, & proprietate Eccleſiæ, ita non retinent ſpiritualitatem, propter quam ſortiebantur forum Eccleſiaſticum *Azor. inſtit. moral. cap. 35. qu. 3. in fi. verſ. ceterum ſi decima lib. 7. Gratian. diſcept. 238. num. 83. tom. 2.*

21 Si verò controuertatur an laicus poſſideat decimas iuſto titulo, vel colorato quamuis multi tenrant quod ſæcularis ſit Iudex competens, etiam priuatiuè ad Eccleſiaſticum, tamen contrarium eſt verius, quia in cognitione huius cauſæ eſt facienda diſcuſſio tituli, ſiue iuſti, ſiue colorati, & ſic agendum de iure decimarum, quod cum ſit ſpirituale, & Eccleſiaſticum, merito eius cognitio ſpectat ad Eccleſiaſticum, *Barboſ. in l. Titia 35. nu. 39. ff. ſolut. matr. Gratian. diſcept. forenſ. 238. num. 64. tom. 2.*

22 Vbi vero ageretur de titulo incidenter, quod tunc etiam Iudex ſæcularis cognoſcere poſſit, voluerunt *Menoch. de retinen. poſſeſ. remed. 3. nu. 331. & ſeq. Nau. in repetit. cap. cum contingat verſ. quarto idrò non obſtat de reſcript. Theſ. dec. 117. nu. 4 quot allegat Bellet. diſquiſit. Cleric. p. 1. de fauor. Cleric. real. §. 4. num. 145. circa med. verſ. ſecus vero vbi*
23 *ageretur*, vbi ſubdit, idem dicendum eſſe vbi conſtaret de titulo, vel notoriè ex actis, vel ex confeſſione partis, nam hoc caſu Iudex ſæcularis etiam poteſt eſſe competens, *Dec. in cap. 2. nu. 180. de iudic. Nau. in repetit. cap. cum contingat num. 338. Oſaſcb. dec. 116. num. 3.* ita etiam quando agitur, an decimæ ſint ſolutæ, ita ex *Couar. Rebuf & Monet. tradit Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Cler. real. §. 4. num. 145. propè fin.*

SVMMARIVM.

1 Condemnatus, ſeu abſolutus à Iudice Eccleſiaſtico in delictis mixti fori poteſt etiam inquiri in foro ſæculari, & num. 5.

2 Contrarium quod non poſſit hoc caſu Iudex laicus inquirere, niſi in cauſa ſanguinis num. 6. & 7.

3 Immò hoc caſo Iudex Eccleſiaſticus poteſt inhibere Iudici ſæculari moleſtare volenti reos ab eo abſolutos.

4 Ampl. etiam ſi pęna ab Eccleſiaſtico impoſita eſſet minor illa, quæ imponi poſſit á Iudice ſæculari.

6 Offendens aliquem in Eccleſia duo delicta committit, vnum ſæculare nempè vulnerum, aliud mixti fori nempè ſacrilegium.

7 Iudex laicus vbi eſt imponenda pæna ſanguinis in delictis mixti fori poteſt procedere contra reum condemnatum, ſeu abſolutum ab Eccleſiaſtico.

8 Prout etiam ſi ab Eccleſiaſtico impoſita eſſet tantum pæna medicinalis, vel Eccleſiaſtica puta excommunicationis, poteſt Iudex laicus imponere pænam ſæcularem.

9 Iudex Eccleſiaſticus in delictis mixti fori in quibus non poteſt imponere pænam competentem non obſtante pæna ab eo irrogata non poteſt impedire laicum Iudicem, quin poſſit imponere pænam condignam.

Pæna Eccleſiaſtica non tollit pænam ſæcularem ibid.

10 In delictis, in quibus Eccleſiaſticus Iudex poteſt imponere pænam condignam, & reum ita condemnauit, vel abſoluit, non poteſt amplius à Iudice laico inquiri.

11 Condemnatus à Iudice ſæculari, non poteſt iterum condemnari ab Eccleſiaſtico in delictis mixti fori.

12 Limit. ſi pæna impoſita a ſæculari Iudice eſſet minor illa, quæ ab Eccleſiaſtico imponi poſſit.

13 Lim. 2. ſi Eccleſiaſticus procedere vellet ad pænas ſpirituales.

14 Præuentio allegari non poteſt ab Eccleſiaſtico vbi agitur de pæna ſanguinis, & á laico in pæna ſpirituali.

15 Iudex Eccleſiaſticus poteſt imponere pænam excommunicationis licet laicus condemnauerit in delictis mixti fori & num. 16. ita etiam ſi abſoluerit nu. 17.

18 Præuentionis effectus eſt vt vnus alium excludat.

19 Non inducitur per ſolam quærelam, aut inquiſitionem ſed per capturam, ſecus per rei ſpontaneam comparitionem poſt citationem alterius Iudicis num. 20.

21 In contumaciam vterque Iudex in delictis mixti fori procedere poteſt.

22 Reus ſe conſtituens vigore monitorij non dicitur ſpontaneè, ſed coactè ſe conſtituere.

23 Quando dicatur ſpontaneè comparere.

24 Iudex qui præuenit in captura poteſt reum condemnare, licet alter Iudex primo citauit, & condemnauit in contumaciam.

25 Præuentio inducitur ex præcepto de non diſcedendo ab aliquo loco.

26 Inducitur etiam ſi reus ſe conſtituerit, & relaxatus fuerit ſub cautione de ſe repręſentando.

27 In præuentionibus procedi debet inter Iudices Eccleſiaſticos, & ſæculares iuxta formam iuris communis, non obſtante conſtitutione Pij IV. tamquam ſublata, & redacta ad terminos iuris communis a B. Pio V. num. 28.

Condemnatus, ſeu abſolutus ab Eccleſiaſtico in delictis mixti fori, an poſſit inquiri in foro ſæculari, & è contra.

ADNOTATIO V.

1 CONdemnatus, ſeu abſolutus à Iudice Eccleſiaſtico adhuc in delictis mixti fori poterit non obſtante tali abſolutione, ſeu condemnatione accuſari, ſeu inquiri in foro ſæculari, & ratio eſt quia iuriſdictio Eccleſiaſtica, & ſæcularis ſunt prorſus ſeparatæ, & diſtinctæ, ideo abſolutoria in vna iuriſdictione non parit in alia exceptionem rei iudicatæ *Con. var. reſol. lib. 2. cap. 10. nu. 6. verſ. vndecimo eadem conſtitutio Clar. in §. fi. qu. 57. num. 11. & 14. cum alijs per Farinac. in tit. de inquiſit. qu. 4. num. 7.*

2 Contrarium quod condemnatus, ſeu abſolutus à Iudice Eccleſiaſtico non debet amplius a Iudice ſęculari inquiri, & puniri, etenim vbi Iudex Eccleſiaſticus poteſtatem habet condignam imponendi pęnam, ſi reus reperiatur culpabilis, ſicut cenſetur ſufficienter punitus, ita ſi fuerit abſolutus, abſolutoria hoc caſu ab eodem lata parit exceptionem rei iudicatę in foro laico, vndè ſi ſequuta fuerit gratia, vel remiſſio Epiſcopi, vel compoſitio, aut concordia cum delinquente, ſi prò delicto non veniat imponenda pęna ſanguinis non debet Iudex laicus illum inquirere, ſecus vero ſi ab Eccleſiaſtico fuiſſet abſolutus in cauſa ſanguinis, in qua ille non poteſt condignam imponere pænam *Aret. conſ. 58. num. 12. Farinac. in tit. de inquiſit. qu. 3. ſub nu. 11. Sperel. dec. 3. num. 8. & dec. 92. num. 5. & 10.*

3 vbi quod hoc caſu Iudex Eccleſiaſticus poſſit

inhi-

inhibere Iudici ſæculari moleſtare volenti reos ab eo abſolutos in delictis mixti fori, non tamen capitalibus attenta præuentione, & ita ſæpè practicaſſe teſtatur, præſertim cum Rota criminali Genuæ & num. 12. vbi alios allegat, alias materia præuentionis redderetur inutilis, ſi Iudex laicus amplius ſe intromitteret *Scaccia de Iudic. lib. 1. cap. 12. num. 21.*

4 Quod ſibi locum vindicat etiam ſi pæna ab Eccleſiaſtico impoſita ſecundum iuris Canonici diſpoſitionem eſſet minor illa, quæ potuiſſet imponi à Iudice ſæculari ſecundum diſpoſitionem iuris ciuilis, cũ adhuc reus ſufficiẽter punitus dici debeat, vt nequeat vlterius à laico Iudice moleſtari *Calderi conſ. 11. ſub num. 2. tit. de iudic. & for. competen. Farinac. in tit. de inquiſit. num. 11. in fi.*

5 Non tamen deſunt alij DD docentes, quod licet eſſet ſecuta gratia, vel remiſſio Epiſcopi, adhuc tamen poſſit Iudex laicus illum punire, ita firmat *Viuian. dec. 497. num 6. per doctrinam Bertrach. in tract. de Epiſcop. p. 2. num 7.*

6 Verum quod Viuij deciſio ſit intelligenda cum grano ſalis inquit *Sperel dec. 92. num. 12.* qua *Bertrach.* non dicit, quod reus poſſit puniri à laico, pro quo fuit ab Eccleſiaſtico gratiatus, ſed tantum docet, quod ex percuſſione facta in Eccleſia oriantur duo delicta, vnum ſæculare, nempè vulnerum, aliud mixti fori, nempè ſacrilegium, vnde ſi pro delicto ſit imponenda pœna ſanguinis Iudex laicus pro delicto merè laico procedere poteſt, ſecus autẽ ſi dicta pœna non ſit imponenda, nam tunc non debet illum inquirere.

7 Limita igitur primò hanc ſecundam ſententiam in criminibus, in quibus eſt irrogãda pæna ſanguinis, quia huiuſmodi pœna nõ cadit ſub Iudicis Eccleſiaſtici iuriſdictione, vndè cum reus hoc caſu non dicatur ſufficiẽter punitus, meritò iterum à ſæculari Iudice puniri poteſt, ne delictum remaneat impunitũ, pro vt remaneret ſi minor, & non condigna eſſet impoſita pæna latè *Gomez. var. reſol. tom. 3. c. 1. ſub n. 40. per text. in c felicis §. hac quoq; de pæn. in 6. Dec. tract. crim. to. 1. lib. 9. c. 45. Brunor. à Sole in ſuis quæſt. legal. qu 17. nu. 53. in prin. Farinac. qu. 4. n. 11. Scaccia de Iud. cap. 12. num. 91. Sperel. dec. 92. num. 4.*

8 Limit. 2. ſi ab Eccleſiaſtico impoſita eſſet pæna tantum medicinalis potius tendens ad animæ ſalutem, quam ad corporis afflictionem, vel alia pæna eccleſiaſtica non ordinaria delicti, puta excommunicationis, nam hoc caſu per hanc pænam irrogatã, non tollitur pæna ſæcularis, nec remanent ligatæ manus Iudicis laici, & conſequenter, ita punitus ab Eccleſiaſtico poteſt iterum in delictis mixti fori puniri à Iudice ſæculari, per textum in *l. placet verſ. ſi quis contrauenerit, & ibi communiter DD. de Sacroſanct. Eccleſ. Clar. in §. fi. qu. 57. num. 14. in fi. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 1. ſub num. 40. in 2. concluſione Farinac. qu. 4. num. 8. Scaccia de Iud. lib. 1. cap. 12. num. 91. in prin. cum alijs relatis per Sperel. dec. 92. num. 3.*

9 Quod ſi forte ab Eccleſiaſtico impoſita fuerit pæna ordinaria delicti, & tunc ſi ſimus in atrocioſibus, & grauiſſimis delictis mixti fori, in quibus Iudex Eccleſiaſticus non poteſt ratione ſuæ iuriſdictionis imponere pænam delicto competentem, & tunc non obſtante pæna irrogata per Eccleſiaſticũ, poteſt Iudex ſæcularis delinquentem punire pæna condigna, ſiquidem hoc caſu pæna Eccleſiaſtica nõ tollit pænam ſæcularem *cap. felicis §. hoc de pæn. in 6.* qui textus licet videatur ſpecialiter loqui in offendente Cardinalem, tamen quod hoc generaliter procedat etiam in omnibus alij delictis teſtatur *Farinac. qu. 4. num. 10.* vbi ſubdit quod omnes DD. in hoc conſentiunt *Clar. in §. fi qu. 57. in fine quæſt. verſ. vnum tamen ſcias.*

10 In delictis verò non ita grauibus, & atrocibus, in quibus Iudex Eccleſiaſticus poteſt imponere condignam pænam delicti, & delinquens condigna pæna ab eodem multatus fuerit, vel ſeruatis ſeruandis abſolutus non poterit amplius à Iudice ſæculari inquiri, & moleſtari *Couar. var. reſol. cap. 10. nu. 6. verſ. vndecimo eadem conſtitutio, cum alijs adductis per Farinac. in tit. de inquiſit. qu. 4. num. 11.*

11 Condemnatus verò à Iudice ſæculari, cum tunc pæna ab eodem impoſita ſemper cenſeatur competens, & grauior, ex qualitate iuriſdictionis, & ideo abſque dubio per Iudicem Eccleſiaſticum puniri non poteſt *Clar. in §. fi. qu. 57. num. 14. circa med. Farinac. qu. 4. num 12. Scaccia de Iudic. cap. 12. nu. 73.*

12 Limit. ſi pæna impoſita per Iudicem laicum eſſet minor illa, quam pro eo crimine poteſt Iudex Eccleſiaſticus imponere, vt de pæna corporali, & pecuniaria *Clar. §. fi. qu. 57. num. 14. in fi. Farinac. quæſt. 4. num. 18. in fi.*

13 Lim. 2. procedere quoties Iudex Eccleſiaſticus contra reum ſacrilegum à laico punitum ad ſolas temporales pænas procedere vellet, ſecus autem quo ad pænas ſpirituales, ſcilicet excommunicationis, & ſimilium *DD. in cap. cum ſit de for. competen. Baiard. ad Clar. in §. fi. qu. 36. num. 50. Antonin. var. reſol. lib. 3. reſol. 38. num. 7. Salſed. ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 77. Afflict. dec. 419. num. 4. & 5. Oſaſch. deciſ. Pedemont. 103. in fi.* vbi quod Eccleſiaſticus poſſit his caſibus procedere contra ſacrilegos ad excommunicationem, aliaſque pænas ſpirituales.

14 Etenim quando agitur de imponenda pæna canonica excommunicationis Iudex laicus nunquam cenſetur præuenire Iudicem Eccleſiaſticum, cum ipſe ſit penitus incompetens quo ad irrogationem præfatę pænę, ſicut vice verſa nec Eccleſiaſticus cenſetur præuenire Iudicem laicum, quando agitur de pæna ſanguinis, ac proindè his caſibus allegari non poteſt præuentio, vel rei iudicatæ exceptio, ſed accumulatur contra ſacrilegum forum foro *Scaccia de Iudic. lib. 1. cap. 12. num. 13. Guazin. ad defenſ. reor. defenſ. 1. cap. 11. ſub num. 80. in fi.*

15 Vbi enim pro eodem delicto eſt diuerſa, conſtituta pæna, & omninò ſeparata à iure canonico, & ciuili, tunc punitus per vnum Iudicem poteſt etiam per alium puniri, ac proinde, quia pæna cenſorarum eſt penitus diuerſa, & ſeparata à pænis iuris ciuilis, irrogari poteſt à Iudice Eccleſiaſtico, etiam ſi laicus condemnauerit, non obſtante eius præuentione, ita ſæpè practicaſſe, licet Iudex laicus ſe oppoſuerit, teſtatur *Sperel. dec. 92. num. 19.* & pro hac ſententia allegat *text. in cap. felicis §. per hoc de pæn. in 6. Couar. in cap. Raynutius in prin. num. 19. de teſtam. Farinac. qu. 4. num. 7. cum ſeq. Oſaſch. deciſ. Pedemont. 103. num. 8.*

16 Et in ſupradictis terminis procedere, & ſubſtineri poteſt aliorum doctorum ſententia, quod ſcilicet cõdemnatus à Iudice laico præueniẽte in delictis mixti fori, tam quo ad principale delictum, quam quo

ad

ad ſacrilegium non poſſit alia pæna ſpirituali, & Eccleſiaſtica ab Eccleſiaſtico Iudice puniri, eum neque quo ad ſacrilegium hoc caſu procedere valeat *Rol. à Valle conſ. 24. num. 13. & 14. lib. 2.* qui loquitur in puncto laici percutientis aliquem in Eccleſia *Gomez. var. reſol. lib. 3. cap. 1. num. 30. in fi. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect. 1. ſub num. 29. verſ. quod abſque ratione Cabal. lib. 1. reſol. crim. caſ. 193. ſub num. 8. in fi. Farinac. qu. 4. num. 12.* etenim præuentio hoc caſu ſolum ligat manus Iudicis Eccleſiaſtici quo ad pænas temporales, ſecus autem quo ad cenſuras, in quibus non datur præuentio ex ſupra allegatis.

17 Hinc eſt quod ſi reus fuerit abſolutus in foro laicali poſſit nihilominus à Iudice Eccleſiaſtico excommunicari, alijſque pænis eccleſiaſticis mulctari, ex rationibus mox allegatis, vt tradunt *DD. relati per Farinac. tit. de inquiſit. qu. 4. ſub num. 7. Sperel. dec. 92. num. 20.*

18 Cæterum effectus præuentionis, eſt vt vnus alium excludat, & altero præueniente alterius forus ſilent, adeo vt in Iudice præueniente tota iuriſdictio conſolidetur *cap. penultimo de foro competen. l. ſi quis poſtea ff. de Iudic. Scaccia de Iudic. cap. 12. num. 57. 66. & 67. lib. 1. Ciarlin. controuerſ. foreuſ. cap. 188. num. 9. tom. 2. late Farinac. de inquiſit. qu. 7. num. 52. & 54. Guazin. ad defenſ. p. 1. cap. 8. num 1. Vermigliol conſ. crim. 102. num. 3. Theſaur. dec. 90. ſub num 6. Marſil. dec. 210. num. 3. Sperel. dec. 4. num. 4. tom. 1.*

19 Non tamen inducitur præuentio per ſolam accuſationem, ſeu querelam, vt ex *Bal. Io. And. Spec. Dec. tradit Scaccia de Iud. cap. 12. num. 76. Farinac. conſ. 160. num. 14. & 27. tom. 2.* neque per inquiſitionem *Scaccia loco citato num. 75. lib. 1. ex Boſſ. in tract. crim. de foro competen. num. 103. Gram. conſ. 28. num. 10. cum alijs per eum allegatis.*

20 Sed tunc Iudex dicitur præuenire, quando in captura præueniat, adeo vt præuentio ſit realis, & ſecuta fuerit de mandato Iudicis, quæ præfertur verbali, ſecus ſi per ſpontaneam rei comparitionem, & conſtitutionem poſt citationem ab alio Iudice tranſmiſſam, nam tunc præuentio verbalis per citationem præualet reali per conſtitutionem ſpontaneã *Farinac. conſ. crim. 134 num 1. & 2. tom. 2. & q. 7. num. 53. Vermigliol. conſ. 212. num. 1. Boſſ. tract. 1. de foro competen. num. 79. Clar. in § fi. qu. 37. verſ. vlterius quæro Gail. lib. 1. pract. obſeruat. 29. num. 3 Scaccia de Iud. lib. 1. cap. 12. num. 57.*

21 In contumaciam verò, ſcilicet ſi reus fugam arripuerit, vel aliter ſit contumax, vtique præuentio allegari non poteſt, ſed vterque Iudex contra eundem reum habet facultatem procedendi, ſæculares quidem ad temporales pænas, Eccleſiaſticus vero ad ſpirituales, & alias temporales, quas imponere poteſt *Farinac. in Append. de immun. Eccleſ. cap. 56. num. 236. Sperel. dec. 92. num 11.*

22 Et licet ſpontanea conſtitutio reorum in carceribus ad effectum præuentionis non ſuffragetur concurrente malitia, aut fraude, ſecus tamen eſt quando reus ſe in carceribus conſtituat vigore monitorij ad perſonaliter comparendum emanati ab eodem Iudice, & ſic coactè ne in contumaciam indefenſus patiatur condemnationem *Farinac. qu. 7.*
23 *num. 53.* vbi quod ſponte dicitur comparere, qui coram alio Iudice comparet, quam eo, vbi citatus fuit *Vermigliol. conſ. crim. 121. num. 8.*

24 Iudex autem qui præuenit in captura habet præuentionem realem pro ſe, & ſic reum in manibus poteſt illum punire, etiam ſi alius Iudex primo illum citaſſet, & monuiſſet, immo etiam ſi in contumaciam condemnaſſet, vt ex allegatis per *Farinac. qu. 7. num. 53. tradit Vermigliol. conſ. crim. 212. nu. 1. & 2. Bellet. diſquiſit. clerical. tit. de fauor. Cler. real §. 4. num. 5. & Marſil. in l. fi. num 206. ff. de iuriſdict. omnium Iud. Angel. de malef. in verbo Iudex commiſit num. 14 Boſſ. in tit. de foro competen. n. 97. Decian. de delictiſ. lib. 4. cap. 20. 21. & 22. Gramat. dec. 30. num. 6.*

25 Dicitur quoque facta præuentio, ſi Iudex fecerit alicui præceptum de non diſcedendo de aliquo loco *Dec. in tract. crim. lib. 4. cap. 21. num. 17. & cap. 20. num. 14. Farinac. de inquiſit. qu. 7. num. 56. in fi. Bellet. diſquiſit. Cler. p. 1. tit. de fauor. Cler. real §. 4. num. 5.*

26 Ita etiam realis dicitur præuentio, ſi aliquis in carceribus ſe conſtituerit, & relaxatus fuerit ſub fideiuſſione de ſe repræſentando ad omne mandatum Domini, quia etiam carceratus dicitur, ex textu *in l. in eadem 10. verſ. in vinculis autem, & l. nec non. 28. verſ. ſed ſub fideiuſſorum ſatisdatione ff. ex quibus cauſis maiores Vermigliol. conſ. crim. 212. num. 4. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Cler. real. §. 4. num. 6.* vbi loquitur quando etiam fuiſſet præſtita cautio de non recedendo, & alios allegat.

27 Procedi tamen debet in præuentionibus inter Iudices Eccleſiaſticos, & ſæculares in omnibus, & per omnia iuxta formam iuris communis, & decretorũ Sacri Concilij Tridentini, iuxta conſtitutionem
28 *B. Pij V. emanata ſub die 20. Iunij* 1566. per quam ſublata fuit, & ad terminos iuris communis redacta *Conſtitutio Pij IV.* in qua diſponitur quod in cauſis criminalibus mixtis, ſit locus præuentioni inter ſæcularem, & Eccleſiaſticum Iudicem, ſed data præuentione ex parte Iudicis Eccleſiaſtici, non niſi contra Clericos tantum procedere poſſit, de quibus conſtitutionibus *Farinac. in tit. de inquiſit. quaſt. 8. num. 156.*

PRAENESTINA CENSVS.

ARGVMENTVM.

Reintegratio, ſeu ſpolium non intrat, quando poſſeſsio capta fuit auctoritate Iudicis ritè, & rectè procedentis, & ſi inferat grauamen, & iniuſtitiam, quæ reddatur turbida, ſuccurritur ſpoliato remedio ordinario appellationis, & nõ per viam extraordinariam manutentionis, aut reintegrationis, ſecus ſi conſtet ex eiſdem actis de notoria nullitate, & iniuſtitia.

SVMMARIVM.

1 Primum, & ſecundum extremum in ſpolio nempè de anteriori poſſeſſione ſpoliati, & de noua aduerſarij probatur ex confeſſione emanata in libello, ex ſententia immiſſionis, ex litis ſubſtentatione, & ſimilibus.

2 Rein-

2 Reintegratio conceditur probatis extremis neceſſarijs io ſpolio.
3 Actio ſpolij competens actori tranſit ad eius hæredes.
4 Ius fuodatum in perſona actoris non alteratur ex eius mutatione.
5 Ex poſſeſſione authoris competit reintegratio eius hæredibus.
6 Reintegratio, ſeu ſpolium non intrat, quando poſſeſſio fuit capta authoritate Iudicis.
7 Limita procedere ſi Iudex, ritè, & rectè procedat.
8 In iudicijs poſſeſſorijs ſi Iudex ſeruato iuris ordine aliqnod inferat grauamen ſuccurritur ſpoliato per remedium ordinarium appellationis, & non per extraordinarium manutentionis, vel reintegrationis.
9 Lim. ſi conſtet ex eiſdem actis de notoria nullitate, & iniuſtitia ſententię ibidem.
10 Quilibet præſumitur ſoluendo, & num. 11.
12 Creditum cum hypotheca eſt neceſſarium antecedens; & fundamentum ſaluiani.
13 Creditum io iudicio ſaluiani debet eſſe clarum, & indubitatum.
14 Immiſſio in ſaluiano corruit defectu crediti, & hypothecæ.
15 Ceſſionarius, vt petere poſſit damna paſſa à cedente debet docere de decoctione debitoris ceſſi.
16 Ceſſionarius habet regreſsum contra cedentem ſi nihil à debitore ceſſo conſequi potuerit.
17 Cedens nomeo debitoris tenetur præſtare locupletem, & ſoluendo.
18 Limit. procedere in ſubſidium facta diligentia, & excuſſo debitore, & fideiuſſore in bonis, & perſona.
19 Limit 2. procedere in ſimplici ceſsione, vt creditor conſequi poſſit ſatisfactiooem ſuper nomine debitoris ceſſi.
20 Cum periculum debitoris ceſſi ſpectet ad cedentem.
21 Secus in venditione, datione in ſolutum, & in delegatione nomiois debitoris.
Vendens, dans in ſolutum, aut delegans oomen debitoris non tenetur præſtare locupletem, & ſoluendo, ac exigibile, & eſſe verum, & obligatum ibidem.
22 Exigibilitas non cenſetur promiſſa, niſi dicatur.
23 Promittens nomeo debitoris exigibile, & bonum intelligitur de bonitate de tempore venditionis, & ceſſionis.
24 Limit. ſi fuerit etiam promiſſa manutentio.
Sublim. ſi manutentio non fuerit promiſſa cum clauſula omni tempore, ſeu eum dictione ſemper, cum tunc reſtringatur ad tempus contractus num. 26.
25 Relatio fit ad proxma.
26 Promittens manutenere nomen debitoris ceſſum, boo um, & exigibile tenetur ſolum manuteoere bonum de tēpore contractus, niſi adiecta fuerit elauſula omni tempore, vel dictio ſemper.
27 Cedens nomen debitoris ſi promiſerit bonum, & exigibile liberatur, ſi debitor ceſſus per doas, aut tres ſolutiooes ſatisfecerit.
28 Cedens nomen debitoris ſi promiſerit euictionem tenetur de realitate, & oon de exigibilitate.
Amp. etiam ſi euictio eſſet promiſſa elauſulis ampliſſimis ibidem.
29 Limita ſi eſſet promiſſa euictio tam de inre, quam de facto.
30 Ceſſionarius non poteſt habere regreſſum contra cedētem, qui promiſit, & ſe obliganit præſtare ſoluendo, niſi fecerit diligentiam coorra debitorem ceſſum.
31 Fructus in ſpolio ſimplici, etiam iudiciali, & in interdictis regulariter debentur, & liquidantur à die motæ litis.
32 In ſpolio attentato, vel violento, vel in malæ fidei poſſeſſore veniunt reſtituendi fructus à die ſpolij.
33 Non ſolum percepti, ſed etiam qui percipi potuerunt;

DECISIO XVIII.

ANgelus Cicconius vſq; ab anno 1625. vendidit, ſeù ceſſit Antonio de Matthęis vnum annuum redimibilem cenſum alias impoſitum à Fabio Tuttopecto ſub fideiuſſione Dominici Scoſeſchi ad fauorem Alexandri eius Patris prætendente vero Anibale de Matthęis filio, & hærede dicti Antonij, quod cenſus eſſet inexigibilis, pro conſecutione fructuum ab ipſo cedente loco damnorum, & interreſſe, egit ex remedio vtilis ſaluiani interdicti contra quondam Franciſcum Lanzam poſſeſſorem prædij, de quo agitur vti olim poſſeſſi per dictum Angelum cedentem, & fauorabilem ſententiam ſuper petita immiſſione reportauit.

Quam ſententiam notoriæ iniuſtitię vitio laborare contendentes Angela, & Margarita filiæ dicti Franciſci Lezæ introduxerunt coram me in foro Epiſcopali iudicium ſuper reintegratione ad poſſeſſionem prædij controuerſi, & diſcuſſo dubio petitam reintegrationem dandam eſſe cenſui.

1 Conſtat enim de vtroque extremo, nempè de anteriori poſſeſſione Angelæ, & Margaritæ, earumque authoris, & de noua aduerſarij, tum ex confeſſione Anibalis in libello emanata, tum ex fauorabili ſententia ſuper immiſſione obtenta, tum ex confeſſione Canonici Hyeronimi de Matthęis aduerſarij iudicialiter emanata in intimatione cantelæ Angeli ad euitandam executionem ſuper prędio controuerſo, tum ex litis ſubſtentatione, iuxta tradita per *Abb. in cap. cum ad ſedem num. 28. de reſtit. ſpoliat. Gabr. eod. tit. conclu. 5. num. 36. Poſtius reſol. 35. num. 1. Boer. dec. 239. num. 6. Capniaquen. dec. 328. num. 6. lib. 2. Greg. XV. dec. 362. num. 1. Mantica dec. 181. num. 1. Burat. dec. 736. num. 1. & 2. Rot. dec. 165. num. 1. p. 2. diuerſ. dec. 229. num. 1. & 4. p. 7. recen. & in firmana dotis 20. Iunij 1664. §. ideo Ioanna coram Emerix.* & quo ad primum extremum in noſtris terminis *Bichius dec. 63. num. 2. Ottbobon. dec. 70. nu. 1. dec. 104. num 1. & dec. 137. num. 3. & 20.* vbi quo ad ſecundum extremum, de quo etiam *Greg. XV. dec. 15. num. 1. dec. 105. num. 3. dec. 209. num. 1. dec. 362. num. 3. dec. 485. num. 1. dec. 500. num. 3. & dec. 543. num. 1.*

2 Ac proinde verificatis extremis, ſuccedit vulgaris, ſed certa concluſio pro reintegratione iuxta notata *in cap. ſępe de reſtit. ſpoliat. Menoch. de recuperan. poſſeſſ. remed. 15. qu. 31. nu. 383. & dixit Rot. dec. 736. num. 4. coram Burat. & paſſim.*

3 Quæ actio bene competit pręfatis mulieribus, ſicut competebat Franciſco earum auctori, cùm actio ſpolij competens actori tranſeat in eius hæredes, tāquam remedium in rem ſcriptum *Cagnol. in l. hæredem num. 17. ff. de reg. iur. Neuiz. conſ. 78. num. 1. Rol. conſ. 6. num. 14. lib. 2. Natta conſ. 439. num. 4. Pontan. de ſpol lib. 1. num. 132. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 173. num. 3. & cap. 477. num. 26. & 27. Creſen. dec. 3. de reſtit. ſpoliat. Mohed. dec. 3. tit. eod. Canale. dec. 524. num. 3. Burat. dec. 231. num. 1. & in Romana domorum de Burgo 12. Iunij 1651. §. ſi. coram Penting.*

4 Non enim alteratur ius fundatum in perſona authoris, ex eius mutatione *Pontan. de ſpol. lib 2. cap. 15. num. 138. tom. 14. fo. 288. Gigaſ. de penſion. qu. 47. num 9. verſ. quarto ſciendum eſt tom. 15. p. 1. fo. 346.* vnde ex poſſeſſione authoris bene competit
5 reintegratio eius hæredibus *Sabel. var. reſol. cap. 4. num 21. Rot. dec. 63. num. 1. coram Bichio & dec. 70. num. 14. & 15. & dec. 137. num. 19. ac dec. 195. n. 6. coram Card. Ottbob.*

6 Nec valet obeſſe, quod reintegratio, ſeù ſpolium

non

non intrat, quando poſſeſſio fuit capta auctoritate
Iudicis *l.iuſtè procedit. & acquirend. poſſeſſ. glo. in
cap. præſentium in glo. fi. 7. qu. 1. Bald. in l. fi. per to-
tam C. vnde vi. Felin. in cap. dilectus il 1. num 1. de
reſcript. Ruin. conſ. 49. ſub num. 11. verſ. & hac ra-
tione lib. 4. Rot. dec. 502. num. 1. p. 1. diuerſ. dec. 53.
num. 1. p. 2. dec. 85. num. 2. eadem p. 2. in recen. dec.
43. num. 1. dec. 105. num. 4. coram Greg. XV.*
7 Quia hoc ſibi locum vindicat quando Iudex ritè,
& rectè procedat, nam tunc ſpoliatus non eſt ante
omnia reſtituendus per viam extraordinariam ma-
nutentionis, aut reintegrationis, pro vt generaliter
8 in iudicijs poſſeſſorijs, & in executione obligationis
Cameralis, in quibus non datur appellatio ſuſpenſi-
ua, ſi Iudex, ſeruato quidem iuris ordine, aliquod
inferat grauamen, & iniuſtitiam, quæ ſi reddatur
cuibida, ſuccurritur ſpoliato per reuiſionem cauſę
ex ordinario remedio appellationis ſaltem deuolutì-
uè in petitorio, non autem per viam manutentio-
nis, vel reintegrationis, eo quia remedium retinen-
dæ, vel recuperandæ hoc caſu dependet à negotio
principali, hoc eſt à probatione iniuſtitiæ prioris
ſententiæ, nec expeditur niſi cum ipſo negotio prin-
cipali, ſeu cauſa cognita in petitorio, & probata
iniuſtitia coram Iudice ad quem in gradu appella-
9 tionis, ſecus autem quando conſtat ex eiſdem actis
de nullitate, & iniuſtitia ſententiæ, adeo clara, & no-
toria, vt nulla probabili ratione excuſari valeat, nam
tunc cum Iudex non vt Iudex in forma iudicij, ſed
vt priuatus procedere dicatur, veique intrat ſpoliũ,
& eſt locus reintegrationi, vt benè explicat *Menoch.
de recuperand. poſſeſſ. remed. 8. à num. 27. vſque ad
31. Cranet conſ. 302. num. 3. & 4. Hoſtien. in tit de
reſtit. ſpoliat. tit. quando facienda in prin. Saluſt. Ty-
ber. in prax. lib. 2. cap. 2. nu. 27. Paul. Marcel de Sal-
uian. p. 3. cap. 19. nu. 10. & 11. Pacif eodem tract. in-
ſpect. 4. cap. 1. num. 120. Ridolph in prax. recen. p. 2.
cap. 14. num 126. & 128. Gratian. diſcept. forenſ. cap.
926. nu. 18. & 23. Antonel. conſ. 82. num. 7. 8. & ſeq.
latè Poſthius de ſubbaſt. inſpectione 58. à num. 97. vſ-
que ad 105. idem Poſthius reſol. ciuil. 113. num. 1. Tho-
mat. dec. 53. num. 9. & dec. 55. num. 10. & 11. Capu-
taquen. dec. 180. p. 3. Caſar. de Graſſ. dec. 1. num. 4.
de conſt. Greg. XV. dec. 43. num. 3 dec. 105. num. 5. &
dec. 254. num 1. ibique Adden. num. 6. Burat. dec. 20.
ſub num. 7. Adden. ad eundem dec. 848. num. 16. Se-
raph. dec. 867. in prin. Mantica dec. 44. num 5. Cana-
le. dec. 597. num. 1. Rot. dec. 9. per totam, & ſignan-
ter à num. 19. & dec. 465. num. 3. 4. & 5. penes Po-
ſthium de manuten. dec. 77. num. 5. & dec. 69. num. 4. &
9. poſt tractatum eiuſdem de ſubbaſt. dec. 59. num 19.
poſt Labeiunt. creditor. Salgad. dec. 48. num 1. dec. 86.
num. 1. & 2. dec. 90. num. 1. poſt Margil. de ſubbaſt.
deciſ. 11. num 8. poſt Pacif de ſaluian deciſ. 365. nu-
mer. 11. deciſ. 674. numer. 3. in fi p. 1. deciſ. 646.
num. 1. p. 2. dec. 53. num. 1. dec. 85. num. 2. eadem p. 2.
dec. 1668. num. 1. p. 3. dec. 113. num. 10. & dec. 187.
num. 2. & 3. p. 7. dec. 174. num. 19. p. 11. in recen. &
in Senogalien. Saluiani 3. Iunij 1647. §. fi. coram Card.
Corrado, & in Romana reſtitutionis dotis 4. Feb. 1050.
§. penult. & fi. & in eadem 27. Iunij 1650. ſub prin.
coram Peuting. in Auximana fideicom 24. Martij
1662. §. vide. & § fi. coram, & in Tudertina bonorum
15. Iunij 1668. §. ad hæc aduertebant coram Card.
Carpineo.*
Iniuſtitia in præſenti viſa fuit incontrouertibilis,
& nullo velamine excuſabilis, quia fuit intentatum
judicium immiſſionis in vim Saluiani per Anibalem
contra cedentem, & cauſam ab eo habentem, ſub
prætextu, quod debitor ceſſus non erat ſoluendo,
10 & cum quilibet præſumatur ſoluendo iuxta ſenten-
tiam *glo. in cap bonæ il 1. in verbo naturam in fi. de
electione, & probatur in l. ſi creditores ff. de priuileg.
creditor. Maſcard. de probat. conclu. 205. num. 4. Rot.
in Romana cenſus 15. Iunij 1603. coram Card Vice-
11 comite*, hoc tamquam fundamentum eius intentio-
nis erat concludenter probandum ob contrariam
iuris pręſumptionem, quod non ſoluendo non prę-
ſumatur, vt dixit *Rot. dec. 494. num. 15. coram Pe-
nia, & in Bononien. cenſuum 28. Apr. 1651. § fi. co-
ram Peuting.*
12 Ac proinde non verificata inexigibilitate debito-
ris, ſeù euictione paſſa, non erat locus ſaluiano ob
non verificationem crediti Anibalis ad effectum
agendi aduerſus cedentem, quod erat neceſſarium
antecedens huius remedij, & principale fundamen-
tum, vt latè comprobat *Pacif. de ſaluiano interdict.
inſpect. 1. cap. 5. num. 70. ex Menoch. de adipiſcend.
poſſeſſ. remed. 3. num. 163. Rot. dec. 67. num. 1. coram
Greg. XV. repetita poſt Pacif. dicto tract dec. 22. nu. 1.
& dec. 10. num. 1. dec. 20. num. 1. dec. 19. num. 1. dec.
26. num. 10. dec. 29. num. 2. poſt eundem Pacif. de
Saluian. Caputaquen. dec. 328. nu. 6. & dec. 368. p. 2.*
13 Creditum autem in iudicio ſaluiani debet eſſe
clarum, & indubitatum, & ante omnia iuſtificandũ
latè *Pacif. de Saluian. inſpect. 1. cap. 5. à num. 1. &
per tot. inſpect. 4. cap. 1. num. 4. & inſpect. 5. cap. vni-
co num. 34. Rot. dec. 609. num. 4 p. 4. in recen. & in
Romana dotis 5. Iunij 1648. §. dum enim coram Card.
Celſo inter eius impreſ. dec. . . .* adeo vt immiſsio in
14 ſaluiano corruat defectu crediti, & hypothecæ *l. 1.
ff. de Saluian. Rot. dec. 1290. num. 5. coram Card. Se-
raph. dec. 775. num 1. p. 5. dec. 499. num 2. p. 9. tom.
2. in recen.*
15 Nec certum, & indubitatum creditum Anibalis
dici poterat ad effectum habendi regreſſum aduer-
ſus cedentem, niſi plenè iuſtificata inexigibilitate,
& decoctione debitoris cenſus ceſſi, eiuſque fideiuſ-
ſoris, vt peti potuerint fructus cenſus ab ipſo met
cedente loco damnorum, & intereſſe *Menoch conſ.
778. num. 3. vol. 7. Becci. conſ. 105 ſub num. 25. &
28. vol. 1. Altograd. conſ. 37. ſub num. 30. tom. 1. Cy-
riac. controuerſ. forenſ. 375. num. 17. 18. & 19. Poſth.
reſol. ciuil. 61. ſub num. 6. verſ. creditum vero, &
numer. 7.*
16 Et quamuis regulariter cedens per ſimplicem
ceſſionem nominis debitoris non liberetur, ſed ceſ-
ſionarius habeat regreſſum contra ipſum cedentem,
ſi nihil, vel minus à debitore ceſſo exigere potuerit,
vt comprobat *Ferentil. in addition. ad Burat. dec.
476. num. 16.* immo quod cedens, qui ceſſit nomen
17 debitoris teneatur præſtare debitorem, cuius nomẽ
ceſſit locupletem, & ſoluendo, quia ceſſio habet
hanc tacitam conditionem, vt creditor ceſſionarius
habeat regreſſum contra cedentem, ſi à debitore
ceſſo non potuerit conſequi docent *Altograd. conſ.
37. num. 24. & ſeq. Antonel. de tempore legal. lib. 1.
cap. 30. num. 6. Scaccia de commerc. & camb. § 2. glo.
5. num. 252. fo. mihi 555. ex Dec. conſ. 99. ſub nu. 4.
Franc. Bec. conſ. 105. num. 1. & 34. in fi. verſ. ſupe-
reſt. & num. 35. Surd. conſ. 145. ſub num. 6. verſ. ſe-
cundo contra, & ſub num. 28. in fi. lib. 1. Montic in*

Digitized by Google

tract. de inuent. cap. 9. num. 80. in fi. tom. 8. p. 2. fo. 220. vbi quod cedens remaneat adhuc obligatus ceſſionario.

18 Hoc tamen non habet locum, niſi prius ceſſionarius adhibita diligentia excutiat debitorem ceſſum, & vlterius vt diligentiam perducat ad finem conſequendo ſolutionem, aut declaratoriam Iudicis, quod debitor fuerit excuſſus, & repertus non ſoluendo, & non ſolum fieri debet excuſſio in bonis, ſed etiam in perſona, tam debitoris principalis, quam fideiuſſoris dati ab eodem principali debitore, quibus deficientibus non competit ceſſionario regreſſus contra cedentem, vt pulchrè ſcribit *Scaccia de commerc. & camb. §. 2. glo. 5. num. 255. vſque ad 259. Ferentil. in addition. ad Burat dec. 476. num. 17. faciunt tradita per Poſth. reſol. ciuil. 58. num. 29. & reſol. 61. nu. 8. & 9. cum alijs per Antonel. de tempore legal. lib. 1. cap. 36. num. 8. & 9. & per Altrograd. conſ. 37. nu. 28. & 29.*

19 Vltra quod neque eſt applicabilis ſupradicta con-
cluſio in præſenti, quia non verſamur in ſimplici
ceſſione facta ad fauorem creditoris ad effectum,
vt poſſit conſequi ſatisfactionem ſuper nomine de-
bitoris ceſſi, quam ſi conſequi non potuerit, vtique
habet regreſſum contra ipſum cedentem, quia cede-
re non eſt ſoluere, *glo. in l. legaui in glo. magna circa*
20 *fi. ff. de liber. legat.* & periculum debitoris ceſſi per-
tineat ad cedentem, & non ad ceſſionarium ſecun-
dum *Dec. conſ. 99. num. 5. Oſaſch. dec. Pedemont. 61.*
ſub num. 9. Surd. conſ. 145. ſub nu. 6. & 28. in qui-
bus terminis loquuntur Scac. Ferentil. & DD. per eos
allegati.

21 Sed in venditione cenſus, cum pretij ſolutione, quo caſu vendens, aut dans in ſolutum, aut delegans, & cedens nomen debitoris, non tenetur præſtare debitorem locupletem, eumque bonum facere, & eſſe ſoluendo, & exigibile, ſed ſolum eſſe verum debitorem, & efficaciter obligatum, & ſic tenetur facere bonum de iure, id eſt obligatum eſſe, non autem de facto, id eſt eſſe ſoluendo, per textum expreſſum *in l. ſi nomen ff. de hared. vel action. vendit. Bart in l. vnica 50. ff. ſolut. matrim. Dec. conſ. 105. num. 13. & 14. Surd. conſ. 170. num. 2. lib. 2. & conſ 452. num. 14. in fi. & num. 15. lib. 3. Soccin. conſ. 37. col. 1. in fin. verſ. confirmatur iſta reſponſio num. 8. lib. 4. Dec. conſ. 99. num. 4. Scaccia de commerc. & camb. §. 2 glo. 5. num 283. & 291. Olea de ceſſion. iur. tit. 7. qu. 3. num. 3. & 4. Theſaur. inn. qu. 73. per totam lib. 3. Cyriac. contron. 225. num. 9. & 31. tom. 2. & contron. 375. nu. 12. & ſeq. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 527. num. 3. 4. & 13. Beltram. in addition. ad Greg. XV. dec. 579. in fi. Maſtril. deciſ. 179. num. 18. & 19. p. 2. & dec. 240. nu. 9. Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 1. quaſt. 21. num. 66. & 68. Felician. de cenſib. tom. 2. lib. 2. cap. 1. num. 13. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 4. tit. 13. num. 5. Ambroſin. dec. Peruſ. 25. num. 16. p. 1. Amat. deciſ. Marchia 6. num. 9. Rota Iannen. deciſ. 2. num. 26. Surd. dec. 326. num. 41. Cinc. de cenſib qu. 72. ſub nu. 23. verſ. prima eſt. Poſtius reſol. ciuil. 58. nu. 3. Hodiern. in addit. ad Surd. dec 326. num. 2. & 3. Cohel. de bon regim. cap. 48. num. 28 Antonel. de tempore legal. lib. 1. cap. 36. num. 15. Rot. deciſ. 639. num 3. coram Merlino & dec. 404. nu. 5. coram Durano Barz. dec. 110. nu. 1.*

22 Tanto magis quia huiuſmodi exigibilitas non fuit promiſſa in inſtrumento ceſſionis, nec de iure promiſſa cenſetur, niſi expreſsè dicatur *l. ſi nomen ff. de hared. vel action. vendit vbi Bal. idem Bal. in l. 1. in fi. ff. ad Macedonian. Dec. conſ. 105. nu. 13. Mantic. de tacit. & ambig. conuen lib. 4. tit. 13. num. 11. Tondut. qu. ciuil. cap. 49. nu. 25. & 26. lib. 2. Cinc. de cenſib. qu. 72. num. 23. in 2. conclu. verſ. ampliatur hac concluſio & poſt eundem Rot. dec. 477. nu. 2.*

23 Hinc non vrget promiſſio bonitatis huius ceſſionis, quia intelligitur de bonitate de tempore venditionis, & ceſſionis, adeòut ſi poſtea debitor ceſſus fiat non ſoluendo, periculum pertinet ad ceſſionarium, quia qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi *l. in delictis §. ſi damnum extraneus ff. de noxal. action. vt docent Ruin. conſ. 45. num. 4. & 5. lib 5. Gozad. conſ. 38. num. 11. Dec. conſ. 99. num. 4. Dec. conſ. 105. num. 19. & 25. Cinc. de cenſib. qu. 72. num. 27. verſ. declaratur 2. Merlin. de pignor. lib. 5. qu. 21. num. 69. Tondut. qu. ciuil lib. 2. cap. 49. num. 29. tom. 1. Antonel. de tempore legal. lib. 1. cap. 36. num. 11. 12. & 13. Poſtius reſol. ciuil. 58. num. 7. Rot. poſt Cinc. de cenſib. dec. 470. num. 1. & dec. 506. num. 4.*

Nec prædictis reſiſtit quod etiam fuerit promiſ-
ſa manutentio, ibi *propterea huiuſmodi ceſſionem eſſe*
bonam, & validam, beneque, validè, & legitimè
geſtam, & factam, & tamquam talem manutenere
24 *&c.* & ſic quod bonitatis obligatio etiam ad tem-
pus futurum protrahatur, & præſeferat exigibili-
tatem, ne dum de tempore ceſſionis, ſed ſucceſſi-
uam etiam futuris temporibus *Tondut. qu. ciuil. lib.*
2. cap. 49. num. 30. & 31. tom. 1. Gratian. diſcept. fo-
renſ. cap. 527. num. 1. 5. & 7. Barz. dec. Bonon. 110.
num. 20.

Quia contrarium ſuadetur ex dictis verbis, cum
verbum *manutenere* referri nequeat ad verba *eſſe*
bonam, & validam, eo quod dicta verba habent
orationem perfectam, & regantur à verbo *eſſe*, ſed
ad verba beneque, validè, & legitimè geſtam, &
factam, & tamquam talem manutenere, cum vlti-
25 mum verbum referendum ſit ad proxima, & im-
mediatè præcedentia, non autem ad remota, &
diſtantia, *l. ſi idem de iuriſdict. omnium Iud. Rot. dec.*
348. num 4. coram Greg XV. dec. 060. num. 1. p. 1.
diu. dec. 267. num 3 p. 2. dec. 232. num. 17. dec. 62.
num. 10. p. 6. dec. 175. num. 9. p. 7. dec. 98. num. 11.
p. 8. dec 476. num. 3. p. 9. tom. 2. in recen. & in Pe-
ruſina ſucceſſionis 14. Ian. 1064. §. & licet coram
Veroſpio.

26 Et in omnem caſum, quia promiſſio manutenſionis non eſt cum clauſula omni tempore, vel cum dictione ſemper, reſtringitur tantum ad tempus venditionis, & contractus, & exuberat quod talem præſtiterit debitorem, qui erat a principio ſoluendo, vt declarat *Merlin de pignor lib. 5. tit. 1. qu. 22. num 69. & 70.*

27 Ac proinde cedens liberatur à promiſſione bonitatis debitoris ceſſi, nec tenetur amplius de exigibilitate, ſi debitor ceſſus per duas, aut tres ſolutiones ſatisfecerit ceſſionario ad tradita per *Doctores in cap. cum Eccleſia, & ibi Ripa num. 53. & ſeq. de cauſ poſſeſſ & propriet. Poſtius reſol. ciuil. 58. nu. 8. Rot. dec. 476. nu. 5. 6. & 7. dec. 506. nu. 3. & dec. 507. num. 2. poſt Cinc. de cenſib.*

28 Minuſque refragatur promiſſio euictionis in eodem inſtrumento ceſſionis adiecta, quia per dictam pro-

promiſſionem cedens tenetur ſolum de realitate, & non de exigibilitate, etiam ſi eſſet promiſſa clauſulis ampliſſimis, cum omnes ad veritatem nominis, non ad illius bonitatem extendantur, l. ſi nomen ff. de hered. vel action. vend. l. ſi plus §. ſi. ff. de euict. l. pupilli 96. §. ſoror. ff. de ſolut. Menoch. conſ. 778. nu. 1. Surd. conſ. 44. nu. 3. Roderiq. de annuis reddit. lib. 2. qu. 21. Gratian. diſcept. 527. num 4. Tondut. qu. ciuil. cap. 49. nu. 1. & 2. lib. 2. tom. 1. Donat. Anton. de Marin. quotid. reſol. cap. 42. num. 2. Theſaur. iun. qu. forenſ. lib. 3. qu. 73. Cobel. de bono regim. cap. 48. num. 28. quidquid ſit quando fuit promiſſa euic-
29 ctio, tam de iure, quam de facto, cum tunc cedens nomen debitoris tenetur præſtare non ſolum verum, ſed etiam exigibile, & facultatibus idoneum Roderiq. de annuis redditibus lib. 1. qu. 5. nu. 23. Tondut. qu. ciuil. lib. 2. cap. 49. num. 16. Giurba dec. 117. num. 14.

30 Et ceſſat omnis difficultas, quia etiam in caſibus, in quibus cedens, vel vendens nomen debitoris tenetur illud præſtare ſoluendo, & exigibile, non poteſt ex abrupto ceſſionarius, & emptor agere contra cedentem, & venditorem, niſi prius omnem adhibuerit diligentiam contra debitorem ceſſum prò illius exactione, vt late deducit Bec. conſ. 105. num. 13. cum plurib. ſeq. & num. 19. verſ. quæ cum ita ſint Eugen. conſ. 73. num. 9. & 10. lib. 1. Menoch. conſ. 778. num. 3. & 4. cum alijs adductis per Cenc. de cenſib. qu. 72. num 45. verſ. ceterum in ijs etiam, & in fortioribus terminis etiam ſi cedens ſe debitoris ceſſi fideiuſſorem principaliter, & in ſolidum conſtituerit, dixit Rot. in Romana, ſeu Florentina cambiorum 3. Iunij 1650. §. nec refert & §. ſeq. coram Card. Corrado poſt Oleam de ceſſion. iur. dec. 15. vnde cum ſententia immiſſionis lata ad fauorem Anibalis emauerit ex abrupto non conſtito de diligentia adhibita contra debitorem ceſſum, eiuſque fideiuſſorem à notoria iniuſtitia, & vitio nullitatis excuſari non valet Poſtb. reſol. ciuil. 58. nu. 24.

31 Fructus verò percepti pendente tempore huiuſmodi immiſſionis reſtituendi veniunt à Canonico de Mattheia à die motæ litis, quia verſamur in ſpolio ſimplici iudiciali non attentato, nec violento, in quo iudicio fructus debentur à die motæ litis, à quo tempore poſſeſſor conſtituitur in mala fide l. ſed & ſi reſ. §. ſi ante ff. de petit. hered. l. Iulianus 17. §. 1. iuncto prin. ff. de rei vendicat. l. certum C. eod. tit. l. 2. C. de fructib. & litis expenſ. §. 2. inſtit. de officio Iudic. Ridolphin. in ſua prax. p. 2. cap. 14. num. 158. Theſaur. dec. 29. num. 8. Veral. dec. 27. la 2. num. 2. & 3. p. 2. Coccin. dec. 439. num. 1. Duran. dec 272. num. 2. & deciſ. 454. num. 6. Greg XV. dec. 74. num. 1. Caual. dec. 409. num. 1. & dec. 586. num 4. Amat. Dunozet. dec. 723. num. 6. tom. 2. Rot. dec. 4. ſub num. 1. de reſtit. ſpoliat. in nouiſſ. deciſ. 343. num. 7. p 1. dec. 740. num. 3. p. 4. tom. 2. deciſ. 187. num. 17. p. 7. in recen.

32 In ſpolio verò attentato, vel violento, vel alias in malæfidei poſſeſſore liquidatio, & condemnatio in fructibus eſt facienda à die commiſſi ſpolij, Rot. dec. 4. & 5. de reſtit. ſpoliat. in nouiſ. Veral. dec. 27. la 2. num. 1. p. 2. Duran. dec. 272. num. 2. Ferentil. in addit. ad Burat. dec. 678. num. 6. Rot. deciſ. 187. num. 17. p. 7. in recen. & ſunt reſtituendi in hoc iu-
33 dicio non ſolum fructus percepti, ſed etiam, qui veriſimiliter percipi potuerunt, & ita ſæpe dixiſſe Rot. patet ex deciſionibus relatis per Ridolphin. in ſua prax. recen. p. 2. cap. 14. num. 160. & num. 161.

Et ita &c.

SVMMARIVM.

1 Ceſſionarius cum reperit nomen ceſſum non eſſe verum habet regreſſum contra cedentem.
Habet regreſſum contra cedentem cenſum ſi reperiatur nulliter conſtitutus ſuper fundo non libero ibidem.
2 Cedens promittens defendere, & conſeruare ceſſionarium non tenetur, niſi de veritate nominis ceſſi.
3 Cedens nomen debitoris ſub conditione, & ea pendente debitor eſt effectus non ſoluendo periculum ſpectat ad cedentem.
4 Ceſſionarius habet regreſſum contra cedentem ob probabilem ignorantiam, quod nomen ceſſum non erat ſoluendo, ſecus ſi ſciuit.
5 Amp. etiam ſi cedens debitoris inopiam ignoraret contrarium nu. 6.
7 Emptor tenetur ſoluere pretium venditori nominis debitoris, licet non ſit ſoluendo, ſi ſit verum.
8 Ceſſionarius habet regreſſum contra cedentem, ſi eius facto nomen ceſſum non ſit exigibile.
9 Cedens nomen debitoris ſi promittat illud eſſe idoneum & exigibile, tenetur præſtare tale.
10 Ampl. ita etiam ſi promittat illud nomen eſſe bonum.
11 Limit. ſi ceſſum fuerit tale, quale reperiebatur.
12 Limit. 2. vt nomen debitoris ceſſi non dicatur exigibilis, ſi ſit difficilis exactionis.
13 Limit. 3. vt cedens non teneatur de exigibilitate, ſi nomen ceſſum eſt effectus non ſoluendo ob negligentiã ceſſionarij.
14 Limit. 4. ſi ceſſionarius tempore ceſſionis ſciebat non eſſe ſoluendo, & pro idoneo, & exigibile acceptauit.
15 Limit. 5. ſi ceſſionarius exigat à debitore nouam obligationem.
18 Limit. 7. ſi bona debitoris ſint intricata, & difficilis venditionis, tunc ceſſionarius habet omiſſa excuſſione regreſſum contra cedentem.
19 Limit. 8. ſi cedens fideiuſſit, & vti principalis, principaliter, & in ſolidum ſe obligauit.
20 Alias tenetur diſcutere nomen ceſſum.
21 Diſcuſſio, & diligentia contra nomen ceſſum, quando facta dicatur.
22 Et inexigibilitas quomodo probetur nu. 23.
24 Et excuſſio formalis non requiritur, ſed ſufficit relatio executorum, & citationes ad indicanda bona.
25 Præſertim quando debitor eſt notoriè non ſoluendo.
26 Ceſſio reſoluitur in ſimplicem mandatum ad exigendũ ſi non interueniat delegatio, vel venditio, vel datio in ſolutum.
27 Nouatio inducitur ex delegatione, venditione, & datione in ſolutum, quæ liberat cedentem.
28 Ceſſio ſimplex acceptata à creditore retentis prioribus actionibus non liberat cedentem.
29 Ceſſionarius detectis creditoribus anterioribus, & bona debitoris vindicantibus, non tenetur excutere bona ſuperexiſtentia.

Ceſſionarius, an, & quando habeat regreſſum contra cedentem, ſi nomen debitoris ceſſi non ſit ſoluendo, & exigibile.

ADNOTATIO I.

1 CEdens nomen debitoris, vt dictum fuit in deciſione ad nihil aliud tenetur, niſi quod illud nomen ceſſum ſit bonum de iure, id eſt quod ſit verum,

rum, non quod ſit locuples, & ſoluendo, vndè ceſſionarius reperto quod nomen ceſſum non ſit verum, & efficaciter obligatum habet regreſſum contra cedentem, vt comprobat *Gratian. dec. Marcb.* 13. *per totam Amat. deciſ.* March. 6. *num.* 9. vbi teſtatur fuiſſe datum regreſſum ceſſionario contra cedentem ob ceſſionem cenſus nulliter conſtituti ſuper fundo non libero, ex quo reſultabat, quod nomen ceſſum non fuerat præſtitum verum in ſua ſubſtantia,) prout etiam videtur firmaſſe *Rot. deciſ.* 123. *num.* 7. *p.* 2. *diu. & deciſ.* 639. *num.* 6. *coram Merlino.*

a Ampl. procedere etiam ſi cedens, & vendens promittat defendere, & conſeruare indemnem ipſum ceſſionarium, & emptorem, nam hæc promiſſio non ampliat contractum, & obligationem, ſed reſtringitur, & intelligitur ſolum quo ad defenſionem, & conſeruationem nominis debitoris ceſſi, quo ad eius veritatem, & efficaciam obligationis *Bec. conſ.* 105. *num.* 14. *Felician. de cenſib. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 13. *in fi. Cinc. de cenſib. qu.* 72. *num.* 23. *verſ. quam ampliant ſcribentes Adden. ad Greg. XV. dec.* 579. *num.* 14.

3 Limit 1. quando fuit facta ceſſio nominis debitoris, ſub conditione, & ea pendente, ſi debitor efficiatur non ſoluendo, cum tunc periculum ſpectet ad cedentem, ceſſionarius poteſt agere contra cedentem *Felician. de cenſib. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 16. *Antonel. de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 36. *num.* 1.

4 Limit. 2. vt procedat quando ceſſionarius, vel emptor nominis ceſſi ſcirbat illud non eſſe ſoluendo, vel fuit in culpoſa, & ſupina ignorantia, ita vt penitus ignoranter acceptaſſe non dicatur, ſecus ſi ſciuiſſet debitorem ceſſum non eſſe ſoluendo, vel ſi alleget iuſtam, & probabilem cauſam ſuæ ignorantiæ, nam tunc cedens tenetur non ſolum de veritate crediti ceſſi, ſed etiam de eius exigibilitate. quia alias non fuiſſet contracturus, licet nulla facta fuerit promiſſio euictionis, vt probatur per textum in *l. præmittendo* 42. §. *ſi à debitore ff. de iure dotium in verbo ſciens argumento à contrario ſenſu Bart. in l. ſi cum dotem* §. *Mulier, & ibi Alex. num.* 4. *ff. ſolut. matr. Roderiq. de annuis reddit lib.* 2. *qu.* 21. *num.* 22. *verſ. ſi autem debitor Barboſ. in l. æſtimatis num.* 11. *ff. ſolut. matrim. Felician. de cenſib. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *num* 13. *verſ. & deciſum fuit Cinc. de cenſib. qu* 72. *nu.* 23. *verſ. declaratur etiam Donat. Anton. de Marin. quotid. reſol. cap.* 42. *num.* 2. *Tondut. qu. ciuil. cap.* 49. *num.* 10. & 13. *lib.* 2. *tom.* 1. *Vincen. de Franc. dec.* 108. *num.* 3. & 4.

3 Quod ſibi locum vindicat, licet cedens, vendens vel in ſolutum dans nomen debitoris ipſe etiam eius inopiam ignoraret, quia nihilominus ceſſionarius propter. probabilem ignorantiam haberet regreſſum contra cedentem, etenim ſi debitor non ſit ſoluendo, perinde eſt, ac ſi nihil ceſſiſſet, vt ſubdit *Tondut. qu. ciuil. cap.* 49. *num.* 13. *lib.* 2. *tom.* 1.

6 Contrarium videtur docere *Surd. conſ.* 452. *num.* 14. *in fi. & num.* 15. *lib.* 3. vbi quod creditor ſi acceptauit a ſuo debitore nomen debitoris in ſolutũ, ſibi præiudicat ſi non ſit ſoluendo, cum ſibi imputare debeat ſi eum in ſolutum acceptauit, & ſe prius non informauerit, an eſſet ſoluendo.

7 Vnde quod emptor teneatur ſoluere pretium venditori nominis debitoris, licet non ſit ſoluendo, dummodò debitum ſit verum, & reale tradunt. *Eugen. conſ* 73. *num* 3. & *per tot. vol.* 1. *Paccian. conſ* 50. *per tot. Pariſ. conſ.* 88 *num.* 13. *vol.* 1. *Bald. conſ.* 73. *num.* 2. *vol* 3. *Caſtr. conſ* 170. *num* 2. *verſ. ſecundo præmittendum vol* 2. *Surd. conſ.* 22. *ſub* 33. *Cyriac. contron.* 225. *num.* 7. & 8. *tom* 2.

8 Limit. 3. vt non procedat, ſi nomen debitoris ceſſum redderetur minus idoneum, & non ſoluendo ex facto ipſius cedentis, ſcilicet ſi ceſſionarius excluderetur aliqua exceptione ex perſona cedentis, vnde non eſſet exigibilis, etenim cedens, ſi non remoueat obſtaculum, creditum nõ redditur verum & ceſſionarius habere poteſt regreſſum contra eundem, ſi non præſtet nomen debitoris verum, & ſimul ſoluendo *Bald. conſ* 72. *num.* 2. *lib.* 3. *Dec conſ.* 102. *num.* 1. *Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib.* 4. *tit.* 13. *nu.* 6. & 10. *cum alys per Cinc. de cenſib. qu.* 72. *num.* 23. *verſ. limitatur autem.*

9 Limit. 4. quando cedens, & vendens nomen debitoris promiſit illud præſtare idoneum, & exigibile, nam tunc non ſufficit quod debitum, & nomen ceſſum ſit verum, reale, & efficaciter obligatum, ſed requiritur etiam vt ſit ſoluendo, locuples & idoneum, adeout teneatur manutenere ceſſionarium in illa qualitate exigibilitatis alias contra cedentem poſſit habere regreſſum, *l. ſi venditor* 39. *ff. de action empti in prin. l. qui fundum* 40. §. *qui agrum de contrahend empt. Fulgoſ in l. ſi nomen ff de hered. vel action. vend. Bec. conſ* 105. *num.* 16. *Surd. conſ.* 441. *num.* 7 & 15 *lib.* 3. *Eugen. conſ.* 73. *num.* 1. & 2 *Felician. de cenſib. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 13. *ad fi. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 13. *num.* 8. *Cinc. de cenſib. qu.* 72 *num.* 23. *verſ. ſecunda concluſio Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 527. *num* 1. 2. 4. 5. & 14. *tom.* 3. *Antonel. de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 36. *num.* 3.

10 Quod procedit etiam, ſi cedens, vel vendens ſimpliciter promittat dictum nomen eſſe bonum, cum idem ſit, ac ſi promittat illud eſſe ſoluendo, & exigibile, *Bald. in l. ſi nomen ff de hered. vel actio vendit Bart. in l.* 1. *in prin. ff. ad Macedon. Bec. conſ.* 105. *num.* 37. *Dec. conſ.* 202 *ſub num.* 1. *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 13. *num.* 11. *Felician de cenſib. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 13. *circa fi. Cinc. de cenſib. qu.* 72. *num.* 23. *verſ. amplia hac concluſio Tondut. reſol. ciuil. p.* 2. *cap.* 49. *num.* 30 & 31. *tom.* 1. *Barz. dec. Bonon.* 110. *nu.* 4. & 20. *Gratian. diſcept. forenſ cap.* 527. *num.* 35. vbi addit, quod ille, qui aſſirmat aliquem eſſe idoneum habetur loco fideiuſſoris *Merlin. de pignor. lib.* 5. *quæſt.* 21. *num* 71. *Antonel de tempore legali lib.* 1. *cap.* 36. *num.* 4. & 5. *Duran. dec.* 404. *num.* 8. & 9.

11 Sublimit. hanc limitationem vltra alias ſublimitationes poſitas in deciſione, vt non procedat, ſi ab initio fuiſset ſimpliciter ceſsum creditum, & nomen debitoris, & illud in ſolutum datum per cedentem tale quale reperiebatur, & ceſſionarius etiam tale, quale acceptauit, tunc cedens non tenetur creditum ceſsum præſtare exigibile poſt tempua ceſſionis, & nominis debitoris ceſſi periculum ad eum non ſpectat, ita *Paul. de Caſtr. in l. pupilli debitor* §. *foror. ff. de ſolut. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 527. *num.* 4. 5. & 14. *Antonel. de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 36. *num.* 14. *Rot. dec.* 663. *num.* 4. *coram Penia*, vbi ita declarat procedere diſpoſitionem

textus

textus in *l. pupilli debitor §. ſoror.*

12 Sublim. 2. vt nomen debitoris non poſſit dici exigibilis, niſi ſit facilis exactionis, ſecus ſi difficilis, vt ſi debitor ceſſus reperiatur tutus ſub aliquo ſaluo conductu, vnde ſi ceſſionario reddatur difficilis exactio, agere poteſt contra cedentem, qui promiſit nomen debitoris ceſſi bonum, vel exigibile, *Cinc. de cenſib. qu. 72. num. 23. verſ. declaratur autem ſupra firmata ſecũda concluſio Anton. Monac. dec. Bonon. 35. nu. 3. & 17. & 19. Rot. Genuen. dec. 156. num. 10. verſ. vltimo.*

13 Sublim. 3. ſi poſt perfectam ceſſionem, & venditionem ob negligentiam ceſſionarij, vel emptoris non curantis exigere, debitor lapſus eſt facultatibus, vel ob moram in exigendo nomen ceſſum efficiatur minus idoneum, & non ſoluendo, talis deterioratio cedere debet damno ipſius emptoris & ceſſionarij, etiam ſi eſſet promiſſa exigibilitas, vt tradunt DD. relati per Bec. *conſ. 105. num. 19. & 25. verſ. quarta Ruin. conſ. 45. num. 4. ad fin. & num. 5. lib. 5. Gozad. conſ. 38. num. 11. Dec. conſ. 99. num. 4. Eugen. conſ. 73. num. 15. lib. 1. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 4 tit. 13. ſub num. 8. Felician. de cenſib. tom. 2. lib. 2. cap. 1. nu. 15. Cinc. de cenſib. qu. 72. num. 23. verſ. declaratur ſecundo Antonel. de tempore legal. lib. 1. cap. 36. num. 12. & 13. in fi.* Barz. *dec. Bonon. 110. num. 12. Surd. dec. 326. num. 42. Scaccia de commerc. & camb. §. 2. glo. 5. num. 254.*

14 Sublim. 4. ſi ceſſionarius tempore ceſſionis, & emptionis nominis debitoris ceſſi, vel venditi habebat notam illius qualitatem, & ſciebat non eſſe facultatibus idoneum, & non ſoluendo, nam ſi receperit pro bono, idoneo, & exigibili, illius deterioratio non ad ipſum cedentem, ſed ad ceſſionarium pertinet, cum ſibi imputare debeat, ſi acceptauit pro bono, & exigibili, quod ſciebat, non eſſe bonum, & ſoluendo, vt tradunt *DD. relati num. 4. quibus addo Bec. conſ. 105. nu. 18. Marcabrun. conſ. 63. num. 15. Barz. dec. Bonon. 110. nu. 8. 9. & 10. Cinc. de cenſib. qu. 72. num. 23. verſ. limita 2. ſi ceſſionarius.*

15 Sublim. 5. quando ceſſionarius nouam exegit obligationem ab ipſomet debitore ceſſo, nam cum tunc videatur approbare perſonam debitoris ceſſi pro bono, & exigibili vigore noui contractus, & nouæ obligationis inter eos factæ, cedens liberatur, vt non obſtante ſua promiſſione de faciendo nomen debitoris ceſſi bonum, & exigibile non teneatur de illius deterioratione Gozad. *conſ. 38. nu. 11. Soc. ſen. conſ. 64. num 6. verſ. capio nunc tertium lib. 3. Menoch. conſ. 778. num. 13. lib. 8. Cinc. de cenſ. qu. 72. num. 23. verſ. limita tertio quando ceſſionarius Rota Genuen. dec. 2. nu. 3. in fi iuncto num. 19. prope med.*

16 Limita 6. in caſu euictionis nominis debitoris ceſſi, vel venditi, cum tunc cedens teneatur omni tempore, & ceſſionarius omni tempore repetere poteſt à cedente pretium ſolutum *Bart. in l. ſi quis aliam ff. de ſolut. Bero. conſ. 46. num. 10. lib. 1. Surd. conſ. 22. num. 34. Rot. dec. 639. num. 5. & per totam*
17 *coram Merlino*, niſi aliter conuentum fuerit *Cyriac. controu. 225. num. 7. tom. 2. per textum expreſſum in l. ſi nomen ff. de hered. vel action. vend.*

18 Limit. 7. quando bona debitoris ceſſi ſint talia, vt commodè vendi non poſſint, ſeu ſint valdè intricata, vt extricari nequeant abſque longa mora, & ſine impenſa non leui, & ceſſionario debeatur pecunia, nam hoc caſu ceſſionarius poteſt omiſſa excuſſione tamquam, ſi nulla bona extarent habere regreſſum contra cedentem, cum paria ſint bona non extare, vel inutiliter extare propter difficultatem in eorum venditione, nec ceſſionarius tenetur illa bona capere in ſolutum, cum aliud prò alio inuito creditore ſolui non poſſit, ad tradita per *Paulum de Caſtro in l. 52. inter eos §. creditor ff. de fideiuſ. & mandat Scaccia de commerc. & camb. §. 2. glo. 5. nu. 268. fo. mihi 556. Rot. Genuen. dec. 156. num. 7. & ſeq. Ferentil. ad Burat. dec. 476. nu. 18.*

19 Limit. 8. quando in ipſo actu ceſſionis, & venditionis nominis debitoris, & ſignanter cenſus ipſe cedens, ſeu vendens non ſolum promiſit nomen illud eſſe verum, & facere bonum, & exigibile cenſum ceſſum, & venditum, ſed etiam acceſſit tamquam fideiuſſor prò debitore, & tamquam principalis, principaliter, & in ſolidum ſe obligauit, & teneri voluit, tam reſpectu ſortis principalis, quam etiam reſpectu fructuum inpoſterum decurrendorum, nam hoc caſu ceſſionarius poteſt agere contra cedentem, etiam non diſcuſſo nomine, ſeu debitore ceſſo, & hanc eſſe optimam practicam ad fauorem ceſſionarij, quam approbat, & commendat Felician. *de cenſib. tom. 2. lib. 2. cap. 1. num. 14. verſ. verum, vt in hac Cinc. de cenſib. qu. 72. num. 23. verſ. quam neceſſitatem, vbi in verſ. ſeq.*
20 *ſubdit.*, quod non adhibita hac cautela non poterit ceſſionarius, & emptor cenſus redire ad cedentem, & vendentem, niſi prius facta diligentia cum principali debitore.

21 Hanc autem diligentiam à ceſſionario adhibitã fuiſſe probatur, eo ipſo quod egit, & obtinuit mandatum contra debitorem ceſſum, & ex relatio-
22 ne executorum atteſtãtium nihil fuiſſe inuentum, in quo potuerit fieri executio, quibus in hoc creditur, præcipue accedente fuga debitoris probatur quoque inexigibilitas, vt alijs relatis tradit *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 527. nu. 10. & ſeq.*

23 Vlterius inexigibilitas probatur per citationem factam ad indicanda bona, ſuper quibus poſſit fieri executio, & hos eſſe bonos modos probandi inexigibilitatem dixit *Rot. deciſ. 49. num. 1. & 2. poſt Merlin. de pignor. iuxta theoricam glo. in l. à Diuo Pio §. in venditione in verb. capiantur ff. de re iudicat. quam ſequitur Ang. Imol. Paccian. & alij quamplures DD. relati per Cyriac. controuerſ. 5. à num. 142. vſque ad num. 147. & dixit etiam Rot. in Nouarien. pecuniaria 26. Iunij 1652. §. non obſtat in fi. coram Bichio.*

24 Nec eſt neceſſaria alia formalis excuſſio, vbi agitur vigore obligationis de manutenendo nomen debitoris exigibile, ſed ſufficiunt ſupradictæ diligentiæ executorum, & citationes pro indicatione bonorum *Aret. in § ſi quis, in fraudem num. 13. inſtit. de action. Papien. in form. reſp. libel. in action. hypothec. in verbo exceptionem excuſſionis nu. 17. Thomat.*
25 *dec. 91. num. 10. & 11. cum ſeq.* præſertim quando debitor eſt notoriè non ſoluendo *Bald. in conſ. 198. lib. 2.* Rol. *conſ. 9. num. 20. lib. 1. Neguſ. de pignor. p. 8. memb. 1. num. 14. Ioſeph. Ludou. dec. Peruſ. 45. num. 15.* quos refert, & ſequitur *Rot. dec. 49. nu. 2. poſt* Merlin. de pignor. *Gratian. diſcept. 527. num. 11. tom. 3.*

26 Limit.

26 Limit. 8. vt ceſsio reſoluatur in ſimplex mandatum ad exigendum, nec liberationem debitoris cedentis operatur, ſi non interueniat delegatio, vel venditio, vel in ſolutum datio *l. ſi mandauero §. interdum ff. mandat. notat glo. magna in l. legaui ad fin. ff. de liberat legat. Alex. in l ſi cum emptor num. 4. verſ. vel ſecundum Imolam. ff. de pact. Imol. in l. facta §. ſi hareſ. num. 11. circa fin. ff. ad S.C. Trebel. Cancer. var. reſol. lib. 2. cap. 6. nu. 168. Oſaſcb. dec 61. nu. 7. & 9. Rot. dec. 146. num. 6. poſt Merlin. de pignor. dec. 13. num. 40. p. 5. tom. 1. in rec.*

27 Siquidem ex delegatione, vel ex venditione, vel ex datione in ſolutum inducitur nouatio, quæ operatur liberationem cedentis, & in ceſsionarium etiam transfertur periculum *l. ſi nomen ff. de hered. vel action. vendit. Dec. conſ. 99. num. 4. verſ. ergo non poteſt dici. Cancer. var. reſol. lib. 2. cap. 6. num. 174. Vrgellen. dec. 266. num. 17. §. alia vero ceſſio eſt Rot. dec. 49. num. 5. poſt Merlin. de pignor.*

28 Vnde ſi ceſsio ſit ſimplex, & facta tantum ad cõmodum cedentis, & à ceſsionario non acceptetur abſolutè, ſed retentis prioribus actionibus, nec interueniat vnum ex requiſitis *l. 3. C. de nouat.* cum non habeatur loco ſolutionis, ſed tamquam ſimplex mandatum *l. ſi mandauero §. interdum ff. mandati* ſemper apud ceſsionarium remanent actiones directę, & efficaces, ita vt debitor non poſsit contra creditorem de ceſsione opponere *Bart. in l. pacta §. ſi hereſ. ff. ad Trebel. Guid. Pap. dec. 576. num. 3. latiſſimè Oſaſcb. dec. Pedemont. 62. per totam Rot. dec. 13. num. 40. & 41. p. 5. tom. 1. in rec.*

29 Limit. 9. vt etiam reperto nomen debitoris ceſsi eſſe verum, & quod reperiantur bona einſdem debitoris, ex quibus ceſſionarius poſsit conſequi partem crediti ceſsi, tamen ſi à creditoribus anterioribus alia bona eiuſdem creditoris fuerint occupata, non tenetur ceſſionarius excutere, & in ſolutum accipere, alia bona ſuperexiſtentia, & non occupata, ſed poteſt agere contra cedentem ob detectionem creditorum anteriorum, cum eorum iura ſunt effecta intricata, & probabiliter obnoxia euictioni, & conſequenter non commoda ad vendendum, & parum vtilia ceſſionario, vt docet *Ferentil. in addit. ad Burat. dec. 476. num. 18. in fi.*

SVMMARIVM.

1 Debitor delegando ſuum debitorem liberatur.
Delegatio inducit liberationem debitoris ibidem.
3 Delegatio idem importat, quam ſolutio.
4 Obligatio, & actio primeua per delegationem extinguitur etiam ſi debitoris nomen euincatur. Declara, vt num. 6. remiſſiuè
5 Solutione eius, quod debetur tollitur omnis obligatio.
6 Aliud pro alio ſolui poteſt conſentiente creditore.
7 Periculum nominis debitoris delegati ſpectat ad delegatarium.
8 Delegatio, vt facta cenſeatur, quæ requirantur.
9 Debitor, qui delegauit non tenetur præſtare debitorem delegatum eſſe locupletem.
10 Amp. procedere etiam ſi debitor doloſè delegauerit.
11 Scientia delegantis debitorem ceſſum eſſe breui ceſſurũ foro ex quibus probetur & num. 12. & 13.
12 Dolus ex breuitate temporis præſumitur.
13 Valet argumentum á ſolitis, & communiter accidentibus.
14 Delegans doloſè conueniri poteſt de dolo.
15 Delegatio non dicitur facta ſi delegans promiſerit bonum nomen debitoris.
15 Per delegationem debitor non liberatur ſi non fuerit acquiſita obligatio ei, cui delegatur.
17 Nec liberatur ſi delegatio fiat periculo delegantis.
18 Nec liberatur ſi creditor reſeruauerit ſibi ius contra delegantem in caſu non ſolutionis, dummodo non fuerit negligens in exigendo.
19 Prout etiam ſtante pacto quod non cenſeatur liberatus niſi ſecuta actuali ſolutione.
20 Delegatio inter mercatores inducitur abſque ſtipulatione.
21 Delegatio non inducitur ſi debitor promittat ſe facturum, & curaturum, quod delegatus ſoluat.
22 Nec inducitur per ſolam literarum præſentationem.
23 Non inducitur, ſine animo mandantis, & ſine animo recipientis.
24 Delegans non liberatur quando promiſſio ſit in diem, vel ſub conditione. Declara, vt num. 25.
25 Literæ cambij ſunt irreuocabiles.
26 Delegans non liberatur ſi fuerit facta reſeruatio primorum iurium.
27 Decoctio campſoris, qui recepit ordinem ſoluendi cedit damno mandantis, ſeu debitoris.
28 Limita ſi fuerit facta delegatio.
29 Debitor debitoris ad hoc vt iure exigi poſſit, quæ requirantur.
30 Excuſſio principalis debitoris, non eſt neceſſaria ſi agatur actione hypothecaria, vel vigore obligationis Cameralis.
31 Obligatio Cameralis continet renunciationem omnium legum auxilij.
32 Tertius poteſt ſoluere debitum alterius etiam inuiti.
33 Qui per alium ſoluit per ſe ipſum ſoluere videtur.
34 Per oblationem ſoluendi facta à tertio impeditur creditor agere contra ſuum debitorem.
35 Limit. vbi creditor eſſet in damno.
36 Limit. 2. in Domino directo Emphyteuſis, & feudi.
37 Tertius inuito domino directo non poteſt ſoluere Canonem pro Emphyteuta, & feudatario.
38 Limit. vt creditor Emphyteutæ pro ſuo intereſſe ne res cadat in commiſſum poſſit ſoluere Canonem inuito Domino directo.
39 Soluens pro alio poteſt actione negotiorum geſtorum repetere ſolutum, etiam non reportata ceſſione rationum à creditoribus num. 40.
40 Ceſſio iurium inducitur per ſolutionem ad fauorem ſoluentis.
41 Declara ſi ſoluens alium liberauerit, & non ſe ipſum.

Debitor an, & quando liberetur per delegationem.

ADNOTATIO II.

1 DEbitor delegando alium ſuum debitorem, ad hoc vt ſoluat ſuo creditori, liberatur, ex natura delegationis, quæ ſtatim inducit liberationẽ, nec aduerſus delegantem datur regreſſus *Bald. in l. pro debito 6. in fi. vbi Saliret. num 4. verſ. vbi autem C. de bon. auth. Iud. poſſid. Caſtren. in l. ſi vſufructus num. 2. ff. de nouat. Scaccia de commerc. & camb. §. 2. glo. 5. num. 280. & plurib. ſeq. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 64. num 2. Acoſta de priuil. creditor. reg. 2. ampliat. 6. num. 53. circa med. fo. 223. Surd. dec. 23. num. 2. & 9. in fi. Rot. Genuen. dec. 60. num. 10. in fi. & 11.*

2 Delegatio autem idem importat, quam ſolutio, & cedit eius loco *l. quamuis §. interdum ff. ad Velleianum l. inter cauſas §. abeſſe ff. mandati l. ſi rem. in fi. ff. de nouat. Scaccia de commerc. & camb. §. 2. glo. 5. n. 287. verſ. effectus primus Acoſta de priuil. creditor. reg. 2. ampliat.*

ampliat 6. num. 54 Surd. dec. 23. num. 1. Vincen. de Franc. dec. 108. per totam.
3 Amp. vt obligatio, & actio primæua regulariter
per delegationem, ſeu nouationem extinguatur, &
non reuiuiſcat, etiam ſi debitoris nomen euincatur
Surd. conſ. 23. num. 4. & 11. Scaccia de commerc. &
camb. §. 2. glo. 5. num. 188. & 189. vbi aſſignat ra-
4 tionem, quia ſolutione eius, quod debetur tollitur
omnis obligatio, nam nomen debitoris ſolui poteſt
pro quantitate, & quando datur in ſolutum pro
aliquo debito, perinde eſt ac ſi res ipſa debita ſolue-
5 retur loco illius, quod debetur, cum aliud pro alio
ſolui poſſit conſentiente creditore, actio autem ſemel
extincta per ſolutionem, vel alio modo nunquam
reuiuiſcit Surd. conſ. 145. num. 14. 15. 16. & 17. &
dec. 266. num. 5. & 6. quæ ampliatio, an & in quibus
6 caſibus procedat latè tradit Scaccia loco citato à nu.
290. vſque ad 315. & tradunt latè DD. in l. ſingula-
ria ff. ſi cert. petat. & in l. delegare ff. de nouat. &
Menoch. lib. 3. præſumpt. 134. num. 49. Acoſta de
priuil. creditor reg. 2. ampliat. 6. num. 69. & ſeq.
7 Hinc eſt quod periculum nominis debitoris dele-
gati, ſeù dati in ſolutum ſpectet ad creditorem,
cui facta eſt delegatio Surd. conſ. 145. num. 20. in fi.
& num. 21. & ſub num. 28. verſ. non etiam lib. 1. Scac-
cia de commerc. & camb. §. 2. glo. 5. num. 292.
8 Delegatio verò vt facta cenſeatur, & propterea
mandans liberetur, tria requiruntur, primo quod
delegatus, ſeù mandatarius ſit debitor delegantis,
& mandantis, ſecundo quod delegatus promittat
creditori principali per ſtipulationem 3. quod pro-
mittat tamquam debitor delegantis, ad inducendam
igitur delegationem exigitur, quod mandans ſolu-
tionem ſit creditor illius, cui mandat, & mandata-
rius, ſeu delegatus tamquam eius debitor ſe obli-
get ad fauorem eiuſdem creditoris, & quod illa
obligatio acceptetur à creditore, cui eſt ſoluendum
gloſſa magna in l. quamuis § ſi mulier il 2. ff. ad Vel-
leian. Soc. conſ. 267. num. 3. vol. 2 Bero. conſ. 197. nu.
2. vol. 1. late Gabr. in tit. de nouat concl. 1. à nu. 20.
vſque ad 26. Mareſcot. var. reſol lib. 2. cap. 11. num. 2.
Gratian. diſcept. 64. num. 16. Scaccia de commerc. &
camb. §. 2. glo. 5. num. 280. & ſeq. Acoſta de priuil. cre-
ditor. reg. 2. ampliat. 6. num. 73. Maſcard. de probat.
lib. 2. conclu. 1107. num. 5. Antonel. de tempore legal.
lib. 1. cap. 36. num. 17. verſ. vbi dicit Gabr. in tit. de
nouat. conclu. 1. à num 20. vſque ad 26. Surd. dec. 23.
num. 6. Ferentil. in addition. ad Burat. dec. 486. num.
11. Rot dec. 217. num. 2. coram Greg. XV. & in Ro-
mana literarum cambij coram Sacrato inter impreſ. pe-
nes Marcheſ. de commiſſion. p. 1. §. 2. fo. 873. dec. 439.
num. 2. p. 4. tom 2. & dec. 303. num 10. p. 8. in re-
cen.
9 Debitor verò qui delegauit non tenetur præſtare
debitorem delegatum eſſe locupletem, & ſoluendo,
vnde licet iſte debitor delegatus ſtatim decoxerit nõ
tamẽ delegatarius habere poteſt regreſſum cõtra de-
legantem, cũ ſolum teneatur præſtare debitorẽ dele-
gatũ eſſe verũ debitorem delegantis, ac proinde ſibi
imputare debet creditor, qui loco ſolutionis accepta-
uit illud nomen in ſolutũ, & ſe prius non informauit,
an eſſet ſoluendo Surd. conſ. 145. ſub nu. 18. verſ. ſe-
cundo, quia, & num. 21. Bec. conſ. 105. nu. 13. 18. 19.
& ſub num. 35. lib. 1. cum alijs relatis per Scacc. de
commerc. & camb. §. 2. glo. 5. num. 182. & 183. Aco-
ſta de priuil. credit. reg. 2. ampl. 6. num. 53. verſ. per
delegationem propriè ſumptam per textum in l. ſi cum
mulier ff. ſolut. matrim. vbi Bart. l. inter cauſas §. abeſ-
ſe ff. mandat.
10 Quod procedit etiam ſi debitor doloſè delegaſ-
ſet, quia tunc ratione delegationis non poteſt credi-
tor delegatarius habere regreſſum contra delegantẽ,
ſed ſolum exceptione, ſeu actione de dolo contra
eundem agere poteſt, præcipuè ſi delegans erat con-
ſcius decoctionis, ſeu futuræ fugæ debitoris delega-
ti Bart. in l. ſi cum dotem §. cum mulier ff. ſolut. matrim.
Bald. Nouel. in l. 1. num. 311. ff. ſolut. matrim. Socc.
iun. conſ. 59. num. 46. vol. 3. Scacc. de commerc. &
camb. §. 2. glo. 5. num. 288. Surd. dec. 23. num. 3. 4.
7. & 11.
11 Scientia verò delegati campſorem, ſeu debitorem
delegatum breui ceſſurum foro, & inexigilem effici
probatur, & deducitur ſi caſus decoctionis ſequatur
breui tempore poſt delegationem, ita Imola in l. ſi cũ
dotem §. ſi mulier col. 2. verſ. dolus autem præſumitur
ff. ſolut. matrim. ad notat per Bart. in l. poſt contractum
ff. de donat. breuitas enim temporis facit præſumere
12 dolum, vt comprobat Surd. dec. 23. num. 11. 12. 13.
& ſeq. vbi quod etiam probatur, ſi debitor delegans
feſtinauit facere delegationem ante diem, & ante
quam deuenerat tempus ſolutionis, vnde actus non
caret ſuſpicione, quia non conſueuere debitores eſſe
feſtini ad ſoluendum, ſed potius curant procraſtina-
re, & retardare, & valet argumentum à ſolitis, &
13 communiter accidentibus, vt latè deducit Marſil.
ſing. 1. nã quod non eſt veriſimile habet falſitatis ima-
ginem Bald. in l. 1. num. 9. C. de ſeru. fugit. & quod
14 hoc caſu delegans non liberetur, aut ſi liberetur, ni-
hilominus conueniri poteſt de dolo, tradit idem
Surd. conſ. 145. ſub num. 10. lib. 1. & tradunt DD. re-
lati per Gabr. lib. 3. in tit. de nouat. conclu. 1. num. 29.
& 30. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 64. num. 23. Strac.
de decoct. p. 5. num. 4.
15 Limita 1. principalem concluſionem, vt delega-
tio ad effectum liberandi creditorem non cenſeatur
facta, ſi fuerit initum pactum, vt teneatur delegans
facere bonum nomen debitoris delegati, cum repu-
gnet naturæ veræ delegationis, vtpote quia non re-
manet per hoc pactum extincta obligatio debitoris
delegantis per nouationem, vt tradunt DD. relati
per Gratian. diſcept. 64. num. 1. Scacc. de commerc. &
camb. §. 2. glo. 5. num. 286. Surd. dec. 23. num. 6 verſ.
his tamen, & num. 7. cum alijs per Gabr. in tit. de no-
uat. conclu. 1. num. 32.
16 Limit. 2. vt per delegationem debitor non libere-
tur, ſi non fuerit ex delegatione acquiſita obligatio
ei, cui delegatur, quamuis eſſet facta delegatio, &
concurrerent ſupradicta requiſita, vt ex Bart. &
Bald. tradit Gratian. diſcept. forenſ. cap. 64. num 21.
17 Limit. 3. in caſu quo delegatio fiat periculo dele-
gantis, qui propterea non liberatur l. ſi mandatu meo
§. ſi ff. mandat. & ex Ambroſ. & Purpurat. tradit
Gabr. lib. 3. tit. de nouat. conclu. 1. num. 33. Gratian.
diſcept. cap. 64. num. 22.
18 Limit. 4. ſi creditor expreſsè proteſtauerit, quod
caſu, quo debitor delegatus non ſolueret, non cen-
ſeatur delegans liberatus, ſecus ſi creditor fuerit
in mora exigendi, quia tunc ſibi imputare debet, ſi
delegatus effectus ſit non ſoluendo, cum per lapſum
temporis non exigendo videatur voluiſſe ſequi eius
fidem, ac proindè inducitur liberatio primi Scaccia
de commerc. & camb. §. 2. glo. 5. num. 286. Gratian.
diſcept.

Digitized by Google

diſcept. 64. *num.* 22. *&* 23. *&* 24. *tom.* 1. *Surd. dec.* 23. *num.*8. *&* 9.

19 Limit. 5. ſi fuit adiectum pactum quod delegans non iotelligatur, nec ſit liberatus niſi ſecuta actuali ſolutione à delegato, cum hoc pactum repugnet naturæ delegationis, ex qua ipſo iure delegans liberatur, vt traduot *DD. relati per Surd. dec.*23. *nu.*8. *& ſeq.*

20 Limit.6. ſi ageretur in curia mercatorum, in qua cnm de æquitare procedatur, delegatio etiam pacto nudo valet, etiam ſi non concurrant ſupradicta requiſita *Dec. conſ.*107. *col.*2. *Bertraz. cauſ.*33. *nu.*7. *glo.*5. *Gabr. lib.*3. *in tit. de nouat. concln.*1. *num.* 23. *Gratian. diſcept.*64. *num.*17. *&* 18. *tom.*1. *Puteur dec.* 123. *num.*1. *&* 2. *& dec.* 126. *num.* 6. *&* 7. *lib.*3.

21 Limit.7. quando delegans promittat ſe facturum, & curaturum, quod delegatus ſoluet, nam tunc nõ inducitur nonatio eo oon ſolnente, & ille, cui facta eſt delegatio connnmeratur inter creditores delegãtis, & non delegati, dnmmodo reddantur ſuæ literę, & ratio eſt, quia hoc caſu ceoſeatur facta delegatio periculo delegantis, rum etiam qoia videatur demandata ſolntio ſub conditione, qua pendente non inducitur nouatio, aut liberatio *Bertraz. clauſ.* 33. *glo.*18. *num.*3. *verſ. idem eſt quando delegans Gabriel. lib.*3. *in tit. de nouat. conclu.*1. *num.* 31. *Gratian. diſcept.*64. *num.* 3. *&* 4. *Surd. dec.* 23. *à num.* 7. *cum plurib. ſequen.*

22 Limit.8. quod delegatio non inducator, vt delegans liberatus cenſeatur, per ſolã literarũ præſentationem, quæ non induclt acceptationem illius, cuĩ literæ præſentantur in debitorem, cum per hunc actum præſeotans ſequatur bonam fidem mercatoris, quatenus ſoluat, & accipit eum pro ſoluendo, non pro ſoluto, vnde hoc caſu non videtur adfuiſſe animum faciendi delegationem, quæ non indu-

23 citur, ſine animo mandantis, & ſine animo recipientis, vt dixit *Rot. dec.* 217. *num.* 4. *&* 5. *coram Greg XV.*

24 Limit. 9. quando promiſsio fit in diem, aut ſub conditione, quo caſu debitor, ſeu mandans ante diem, vel conditionis euẽtum oon liberatur *Soer. in l. ſingularia col. fi. in* 2. *limitatione ff. ſi certum petat. Gabr. in tit. de nouat. lib.*3. *conclu.* 1. *num.* 35. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.*64. *num.* 25. *Puteus dec.*123. *num.*2. *&* 3 *& dec.* 126. *nu.* 2. *lib.*3.

25 Sublimit. procedere to mandato de ſoluendo, non autem in literis cambij, & ratio differentię eſt, quia mandatum reuocari poteſt, literæ verò cambij ſunt irreuocabiles, vt declarat idem *Socc. conſ.* 68. *in prin. vol.*3. *Puteur dec.*123. *num.* 3. *& clarius dec.* 126. *num.* 3. *facit* Gabr. *in tit. de nouat. concln.* 1. *num.*36.

26 Limit. 10. vt delegaos neque cenſeatur liberatus ſi fuerit facta reſeruatio priorum iurium, ſeu quod ſalua ſint iura Hypothecæ contra ipſum debitorem delegantem, quia huiuſmodi pacta inficiunt naturam delegationis *Scacc de commerc. & camb.* §.2. *glo.* 5. *num.* 286. *verſ. vel ſit appoſitum pactum Gratian. diſcept forenſ. cap.*64. *num.*20. *Surd. dec.*23. *nu.*6. *in fi. & ſub num.* 7. *&* 9.

27 Decoctio verò capſnris, cui debitor dedit ordinem, vt ſolueret creditori, cedit damno ipſius debitoris, etiam ſi ordo à debitore præſentatus fuerit, & & à capſore acceptatus, quia non propterea cenſetur inducta liberatio principalis debitoris, oiſi ſecuta fuerit ſolutio *l. ſi literarum vbi Bald. C. de ſolut. Autonel. de tempore legal. lib.*1. *cap.*36. *num.* 16. *Mellin. dec.* 136. *per tot. vbi aliæ allegantur.*

28 Limit. quaodo fuerit facta delegatio, nam tunc debitor liberatur *glo. in l. quamuis* §. *ſi mulier* 2. *vbi Caſtren. ff. ad Velleian. Dec. in l. ſingularia num* 27. *ff. ſi cert. petat. cum alijs relatis per Antonel. de tempore legal. lib.*3. *cap.*36. *num.* 17.

29 Debitor debitoris ad hoc, vt iure exigi poſſit tria copulatiuè requiruntur, primo quod debitor debitoris debitum fateatur, ſecundo quod principalis debitor fuerit condemnatus, tertio quod fuerit excuſſus, nec repertus ſoluendo *Surd. conſ* 4. *num.* 1. *vol.*1. *Roman. conſ.*224. *nu.*7. *conſ.*292. *in prin. Fenſon ad Statutum Vrbis cap.* 194. *num.* 75. *lib.* 1. *per textum in l. à Diuo Pio* §. *ſed vtrum ff. de re iudicat.*

30 Excnſsio tamen principalis debitoris non eſt neceſſaria, ſi creditor agat actione hypotecaria *Alex. conſ.* 15. *num.* 6. *lib.* 6. *Fenſon. ad Statutum Vrbis cap.*194. *num.*85. *lib.* 1. vel vigore obligationis Cameralis, quæ tollit, & ceſſare facit beneficium excuſſionis *Grat. conſ.*87. *num.*25. *lib.* 1. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.*7. *num.*28. *Zacchias de oblig. Cameral. qu.* 15. *num.*16. *&* 17. *vbi aſſignat. rationem, & poſt eundem* Rot. *dec.*22. *num.*4. *dec.* 55. *num.* 4. etenim obli-

31 gatio Cameralis continet renunciationem omnium legum auxilij, & ſic etiam beneficij excuſsionis *Rot. dec.* 466. *lib.*3. *coram Puteo, dec* 143. *num.*3. *&* 4. *poſt eundem Zacchiam de oblig.* Cameral.

32 Quilibet tamen tertius ſoluere poteſt debitum alterius, ita vt illum liberet etiam inuitum, & ignorantem extinguendo eiuſdem obligationem etiam ſine mandato *l. ſolutionem ff. de ſolut. l. ſoluendo ff. de negot. geſt. inſtit. quib. modis tollitur obligat. in prin. l. qui decem* §.1. *de ſolut. l. poſtliminium C. de captiuis Rol. conſ* 14. *num.*10. *lib.* 1. *Roman conſ.* 428. *nu.* 8. *vbi Mandoſ. in addit.* Marſil. *ſingular.* 368. *num.* 1. *Cinc. de cenſib. p.*3. *cap.*1. *qu.*3. *art.*3. *num.* 15. *Scaccia de commerc. & camb.* §.2. *glo.*5. *num* 73. *fo.* 511. *Gratian. diſcept. forenſ. cap* 150. *nu.* 24. *& cap.*338. *num.*5. *Salgad in Laberint. creditar. p.*3. *cap.*8. *num.* 46. *Conciol. allegat.*56. *num.*30. *Surd. dec.*118. *nu.*2. *dec.*172. *nu.*27. *Rat. dec.*111. *nu.*4. *coram* Greg. *XV. ibique Beltram. in addit. num.* 8. *dec.* 89. *num.*3. *p.*2. *dec.*278. *nu.*7. *p.*8. *dec.* 104. *nu.*11. *p.*9. *tom.*1. *in rec.*

33 Solutio enim facta à tertio meo creditori à me facta dicitur *Poſtius reſol.*36 *nu.*4. oam qui per alium ſolnit per ſe ipſum ſoluere videtur, & creditor cogitur recipere *Andreol. controuerſ.*70. *num.* 2. *&* 18. *Surd. dec.* 174. *num.* 27. *Gratian. diſcept. forenſ. c.*8. *num.* 7. *Beltram. in addit. ad Greg. XV. dec.* 111. *ſub num.*8. etenim creditoris noo intereſt ao ab vno, vel ab alio ſatisfiat.

34 Hinc eſt, quod per ipſam oblationem creditori factam ab extraneo impediatur creditor agere contra debitorem, qui propterea opponere poteſt de huiuſmodi oblatione ab extraneo facta, illumque ab agendo repellere *Iaſon. in l. tale pactum* §. *poſt diuiſionem ff. de pact. vbi Paul. de Caſt.* dicit hoc perpetuo menti tenendum, & ibidem comprobat *Fulgoſ. Rolan. conſ.*14. *num.*10. *lib.*1. *Neguſ. de pignor. in* 5. *p.*3. *memb. num.*93.

35 Limit. non procedere, vbi creditor eſſet in damno per oblationem ab extraneo factam, nam tunc non poteſt cogi ad recipiendum, vt animaduertit *Andreol. controuerſ.* 70. *numer.* 18.

36 Limit.

36 Limit. 2. non procedere in domino directo emphyteuſis, & feudi, qui non poteſt compelli ad recipiendum canonem ab alio, quam ab emphyteuta,
37 & feudatario, vnde tertius inuito domino directo non poteſt ſoluere canonem pro emphyteuta,& feudatario, cum huiuſmodi canonis ſolutio non ſit ſimplex ſolutio,ſed recognitio domini directi,quam alius pro alio facere non debet *Marſil. ſingular.* 58, *&* 168, *Bald. in l acceptam qu.* 25. *C. de vſur. Corbul. de emphyteu. tit. de cauſ. priuat. ob non ſolution. can. limit.*7. *Surd. dec.*180. *num.*10. *Beltram.in addit. ad Greg XV. dec.*111. *num* 8, *Gratian. diſcept.forenſ. cap.* 8. *num.* 8.

38 Sublim. vt tertius, ſcilicet creditor emphyteutæ poſſit ſoluere canonem etiam inuito domino directo pro ſuo intereſſe,nè res cadat in commiſſum non ſoluente emphyteuta, vt facilius poſſit ſibi ſatisfieri ex re emphyteutica, eiuſque fructibus *Angel. in l.lex vectigali fundo ff. de pignor. Ripa in l.*1. *num.*12. *col.*3. *de pignor. Iaſ. in l.*2. *num.* 18. *&* 22.*C. de re emphyteut. Marſil.ſing.*368. *num.*2. *Dec.conſ.*58. *col.* 2. *ad med.Carbul. de cauſ. priuat. ob non ſolution. can. limit.* 7. *num.* 4. *Gratian. diſcept. forenſ. rap.* 8, *num.* 12, *Magon. deciſ. florent.*117, *num.*31, *Beltram.in addit. ad Greg.XV. der.*111. *ſub num.* 8.

39 Soluens verò pro alio poteſt vtili actione negotiorum geſtorum vtiliter ſolutum repetere *l.ſi filius in fi. ff.de negot. geſt.*cum ſolutio facta à tertio pariat actionem negotiorum geſtorum contra debitorem liberatum etiam abſque eius mandato,& ſic contraria actione negotiorum geſtorum ſoluens repetere poteſt §. *igitur inſtit. de oblig. qua ex quaſi contract. naſcunt. Cabal. conſ.*138, *nu.*11. *&* 12. *Pyrrh. Alaur. Aretin. de ſolut. rap.* 90. *& rap.* 25. *per tot. latiſſimè Petrus Barboſ. in l.diuortia* § *fi. num.* 3, *&* 4. *fo.*186. *Salgad. in Laberint. creditor. p.*3, *cap.*8. *num.*47. *Gratian. diſcept. farenſ. rap.*388, *num.*5. *Surd.de aliment. tit.*8. *priuil.*34. *nu.*11, *Adden. ad Greg.XV. dec.*111. *num.*8, *in fi. Rota Genuen. dec.*6. *num.*7. *dec.*143. *nu.* 2.*dec.*197, *num.*2. *Rot. dec.* 96. *num.* 7. *poſt addit. ad Cinc. de cenſib. der.*4. *num.*4.*&* 5.*dec.*509.*num.*2.*dec.* 637. *num.* 2.

40 Ampl. vt huiuſmodi actio negotiorum geſtorum competat ſoluenti pro alio etiam non reportata ceſſione à creditoribus *l.ſoluendo ff. de negot. geſt.* Rot. *dec.* 637. *num.* 7, *&* 13. *raram Burat. & in Romana contributionis* 15. *Iunij* 1665. §.*quod autem coram Cardinal Cerro , & tradit Mantica de tacit.& ambig. conuent. lib.*11. *tit.*29, *num.*10.

41 Nam ſoluens pro alio ſuccedit in locum prioris creditoris, cui ſoluit ,etiam abſque ceſſione, quando ſolutio eſt facta ad effectum ſatisfaciendi priori creditori, & acquirendi illius iura, vbi enim ſolutio realiter ſubſecuta eſt , idem eſt , ac ſi iura ceſſa fuiſſent ad notata per *DD. in l.Ariſto vbi glo. in verbo pignaris in fi. &* Bart. *num.*7, *quæ reſ. pign. oblig.poſſ. Neguſ. de pignor. in* 3, *memb.*5, *p. prin. nu.*45, *verſ. ſi autem ille* Rot.dec.509, num.1, *coram Burat.& dec.* 202, *num.*1, *poſt Cinc. de cenſib. & dec.*128. *n.*3.*poſt addit. ad eundem ſecundum veterem impreſſionem* .

42 Limit. procedere ſi ſoluens liberauit alium,& non ſe ipſum, & ſic ſi geſsit negotium ſuum,licet in conſequentiam aliorum , & cauſa ſit lucratiua , & oneroſa *Burat. dec* .645, *num.* 8, *repetita poſt addit. ad Cinc. de cenſib. dec.*96, *num.*8.

SVMMARIVM:

1 Nouatio de iure veteri inducebatur quomodocunque agebatur , hodie non inducitur niſi exprimatur nu. 2.
3 Potius ad negandam , quam ad concedendam nouationem faciliores eſſe debemus .
4 Per additionem, vel detractionem temporis non inducitur nouatio , etiam ope exceptionis num. 5. Contrar. num.6.
7 Nec per dationem aliorum fideiuſſorum, aut pignorum.
8 Nec ex iis , quæ fiunt ad cautelam, & maiorem creditoris ſecuritatem, ſecus ſi inducunt contrarietatem cum primo contractu num. 9.
10 Impropriè dicitur nouatio ſi per additionem nouæ formæ prima obligatio remaneat in ſuo robore .
11 Et hoc caſu ſecunda dicitur venire cumulatiuè .
12 Nouatio præſumitur ex coniecturis indicantibus animū nouandi, dummodo ſint manifeſtæ , & non ex legis præſumptione .
13 Inducitur nouatio ſi addatur , vel detrahatur antiquæ, vel pactum ſit diuerſum à primo num. 14.
15 Amp. vt etiam inducatur ſi ſecundus contractus non compatiatur cum primo .
16 Amp. vt inducatur nouatio ſi augeatur debitum .
17 Non tamen inducitur per ſimplicem diminutionem ſummæ debitæ .
18 Nec ſolutio pro parte nouat pro alia .
19 Nouatio non inducitur ſi aliquid fiat in executionem præcedentis obligationis .
20 Nouatio extinguit præcedentem obligationem .
21 Inducitur ex pactis , & conuentione irritante primum contractum .
22 Per tranſactionem nouatio inducitur , ſi adimpleta , & valida ſit num. 23.
24 Stipulatio inutilis non nouat ſtipulationem vtilem .
25 Nouatio cenſetur facta , quando debitor alium delegauit .
26 Prout etiam ſi creditor in ſuis libris rationum ſcripſit alium debitorem, loco ſui primi debitoris .
27 Promiſſio facta per capſoreos pro alieno debito habet vim ſolutionis .
28 Declara hoc procedere inter Mercatores,inter quos pactum habetur loco ſtipulationis , ſecus extra Mercatores, niſi interueniat ſtipulatio.
29 Debitor liberatur eo ipſo, quod creditor acceprat literas cambij .
30 Exceptio nouæ conuentionis admittitur ad retardandam obligationem Cameralem, ſi ſit contraria primæ n.31.
32 Executio obligationis Cameralis non retardatur per renouationem contractus factam, ſine obligatione Camerali .

Nouatio an , & quando inducta dicatur, vt extincta remaneat prima obligatio .

ADNOTATIO III.

1 NOuatio de iure veteri inducebatur quomodocunque agebatur , ſiue verbis , ſiue conuentione , ſiue interuentu nouæ perſonæ *l.*2.*ff.de nouat.*
2 hodie vero de iure Codicis , & Iuſtiniani conſtitutione non aliter fit nouatio, quam ſi disertè contrahentes exprimant ſe velle priorem obligationem abolere , & fieri nouam, vt expreſsè cauetur in *l fi. C. de nouat. & in* § *præterea inſtit. quib. mod. tollat. oblig.* Maſcard. *de probat. conclu.* 1107. *num.*1. *lib.*2. & non inducitur , nec præſumitur niſi expreſsè fiat *Mantic. de tacit. lib* 17, *tit.*3, *num.*3. *&* 4, *Antonel. de tempore legali lib.* 1, *cap.* 27, *num* 1. *Gratian. diſcept.*962, *num.*54, *& diſcept.*509. *num.*10.*Vrgellen.*

dec.11. num.17. Seraph. dec.1172. num. 2. Coccin.dec. 8. num.2. Pena dec.288 num 5. Burat. dec.749. nu. 18. Rot dec.204. num.12. poſt Cinc. de cenſib. ſecundum veterem impreſſionem dec.456. num.1. dec. 797. num.10 p.1. dec.30. num.2. p.2. dec.363. num. 4. p. 3. diu. dec.149. num.3. dec.392. num 4. p.1. dec.523. num.2. p.4. dec.146. num.17. p. 9. tom. 1. in recen. & in Auximana dotium 27. May 1653. §. minus releuat coram Albergato.

3 Nouatio igitur cum non præſumatur, hodie faciliores eſſe debemus ad negandam nouationem, quam ad eam inducendam, vt inquit Maſcard. de probat. lib.2. conclu. 1107. num.1. in fi. ex Bart. in l. penult. ff. de prætor. ſtipulat. per textum in l. vltima vbi Bald. & omnes alij ſcribentes C. de nouat. Abb. conſ.2. nu.10. Gabr. conſ.155. num.17. Menoch. conſ. 95. num.35. Dec. conſ. 97. num. 5. Gabriel. in tit. de nouat. conclu. 1. num.7. & per tot. Franc. Marc. dec. Delph. 412. num.1. & dec.528. nu. 2. p. 1. Caualer. dec.124. nu.4. & DD. contrarium tenentes loquuntur ante ius Codicis, vt animaduertit Gratian. diſcept. forenſ. cap. 962. num. 8.

4 Hinc eſt quod ſi terminus prorogetur, aut longior dilatio concedatur non inducitur, nec extinctiuè dicitur facta nouatio l. fi. C. de nouat. Dec. conſ. 400. num. 1. Maſcard. de probat. conclu. 1107. num.9. lib.2. Gabr. in tit. de nouat. conclu.1. num. 3. & 64. lib. 3. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 290. ſub num.9. & 10. & 30. vbi quod per additionem, vel detractionem temporis nõ inducitur nouatio Merlin. de pignor. lib.5. qu.31. Antonel. de tempore legali lib. 1. cap. 27. num.1. Rot. deciſ.860. in antiq. etiam

5 ope exceptionis Iaſ. in l. eum qui §. ſi hominem num. 3. ff. de verb. oblig. Dec. in l. lecta num. 13. ff. ſi certum petat. Alex. conſ 72. num.10. Maſcard. de probat. lib.2. conclu. 1107. num.10. & 11. verſ. ſed cum hodie Gabr. in tit. de nouat. conclu. 1. num. 56. vbi copioſè alios allegat.

6 Contrarium verò, quod cenſeatur facta nouatio, quia reſultat vtilitas in tempore tenent, Bart. in l. penult. ff. de prætoria ſtipulat, & de communi Iaſ. in l. qui bis num.8. ff. de verb. oblig. Cephal. conſ. 66. num.22. lib. 1. Borgnin. dec. 20. num.6.

7 Nec præſumitur facta nouatio ex datione aliorũ fideiuſſorum, vel aliorum pignorum aſſignatione, quo ad liberationem primi fideiuſſoris, vel pignoris primo loco aſſignati, cum huiuſmodi datio veniat cumulatiuè, cum prima datione ad maiorem cautelam, & ſecuritatem creditoris Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 1107. num.14. & 15. Gabr. in tit. de nouat. conclu. 1. num.2. & 4. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 290. num.9. & 10. vbi quod hoc caſu non intelligatur facta nouatio extinctiuè, neque reſpectu priorum fideiuſſorum, aut pignorum, quibus propterea non cenſetur renunciatum, & tradunt DD. in l. Valerianus ff. de prætor. ſtipulat.

8 Nunquam enim inducitur nouatio ex ijs, quæ fiunt ad cautelam, & tuitionem, ſeu maiorem ſecuritatem creditoris, præſertim concurrentibus clauſulis citra innouationem, & ſine præiudicio prioritatis, & non animo aliquid innouandi, ſed iura iuribus addendi, vel cum clauſula ſine præiudicio priorum inſtrumentorum, & citra nouationem, & liberationem obligatorum, & non alias aliter, & non alio modo, quæ conſeruant antiquas hypothecas Alex conſ. 193. num.6. lib. 6. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 290. à nu. 25. vſque ad 28. Rot. dec.8. num.2. & 3. coram Cuccino dec. 131. num. 10. & 11. coram Card. Ottbob. dec. 104. num. 11. deciſ. 288. num.2. & dec. 289. num. 1. poſt Cinc. de cenſ. dec. 30. num. 2. p.2. diu. dec.425. num.18. p. 5. tom. 2. recen. & in Bononien. bonorum de Graſſijs 13. Iunij 1657. §. non obſtat coram Card. Cerro, & in Viterbien. Saluiani 18. Iunij 1660. §. fi. coram Card. Celſo & in Romana vineæ 26. Feb. 1666. §. nec dominium coram Albergato & dec. 1063. num. 7. coram Card. Seraph.

9 Declara quod per hanc reſeruationem non inducatur nouatio, quando non inducitur contrarietas, & incompatibilitas per nouam diſpoſitionem, nam illa exiſtente dicitur receſſum à primo contractu non obſtãtibus ſupradictis clauſulis præſeruatiuis, quæ non poſſunt operari, & alterare naturam conuentionis, & principalis contractus, vt animaduertit Gratian. diſcept. forenſ. cap. 290. num. 29. & 30.

10 Impropriè enim appellatur nouatio quãdo prior obligatio remanet in ſuo robore, & noua forma ei adijcitur tamquam cumulatiua, quaſi addatur ſecunda, non vt prior ſit perempta, ſed vt efficacius debeatur l. obligationum fere 43. §. fi. de act. & oblig. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 17. tit. 1. num. 3. cum alijs per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 290. num. 7.

11 Inducitur verò nouatio, quando præexiſtens prima obligatio transfunditur in ſecundam, ſcilicet cum ex præcedenti cauſa, ita noua conſtituitur, vt prior perimatur, alias ſi non perimitur prima, dicitur ſecunda venire cumulatiuè, quæ primam non tollit l. 1. ff. de nouat. l. nouatione C. eod. tit. §. præterea inſtit. quib. mod. tollat. oblig. Rot. dec. 150. nu. 19. 20. & 21. p. 5. tom. 1. in recen.

11 Nouatio tamen præſumitur ex coniecturis, ex quibus de partium animo nouandi conſtet, vt recedendum ſit à diſpoſitione l. fi. C. de nouat. Menoc. conſ. 5. num. 12. Maſcard. lib. 2. de probat. conclu. 1107. num. 18. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 17. tit. 3. num. 12. Gab. in tit. de nouat. conclu. 1. num.57. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 962. num.8. circa med. & num. 9. & 10. tom. 5. Afflict. dec. 44. num. 15. Antonel. de tempore legali lib. 1. cap. 27. num. 4.

12 Declara vt coniecturæ in hoc caſu debeant eſſe manifeſtę, quæ ex verbis expreſſis contrahentium colligantur, vt vehementes, & perſpicuæ reddantur, ac proindè non ſufficiant coniecturæ legis, quæ tolluntur per textum in l. fi. C. de nouat. vt ibidem expreſſe ſentit Salycet. & alij relati per Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 1107. num.19. & 20. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 17. tit.3. nu. 12. Gabr. in tit. de nouat. lib. 3. conclu. 1. num. 58. Rot. dec. 562. num. 1. p. 1. diu.

13 Inducitur igitur nouatio, ſeu noua diſpoſitio; quando aliquid additur, vel detrahitur antiquæ l. ius ciuile, ff. de iuſt. & iure l. ſi vnus §. pactum verſ. quod ſi non in totum ff. de pact. Greg. XV. dec. 30. num. 2. vel ſi pactum ſit diuerſum à primo,

14 Bald. in l. pacta nouiſſima num. 12. C. de pact. Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 1107. num. 21. in fi. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 509. num. 3. vbi ita etiam ſi ſecundum pactum ſit diuerſum à primo, tam reſpectu quantitatis, quam reſpectu conditionis,

nis, & modi ſoluendi Coccin. dec. 102. num. 1.

15 Amp. 1. vt nouatio tacitè inducatur, ſi primus, & ſecundus contractus inter ſe non compatiantur, adeout ſi ſecundus contineat incompatibilitatem cum primo, intelligitur nouatus primus, ſecus ſi compatiantur ad inuicem, nec ſecundus alteri aduerſetur, ex theorica Bald. in l. pacta nouiſſima nu. 12. vbi etiam Dec. num. 5. C. de pactis Alex. conſ. 193. num. 3. lib. 6. Aym. conſ. 26. num. 7. Pariſ. conſ. 78. num. 14. & ſeq. lib. 3. Gabr. conſ. 170. num. 5. lib. 2. Menoch. conſ. 562. num. 2. & 3. late Menoch. lib. 3. præſumpt. 134. num. 39. & 40. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 17. tit. 3. nu. 13. Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 1107. num. 23. Gabr. in tit. de nouat. conclu. 1. nu. 61. Gratian. diſcept. forenſ. c. 290. num. 17. diſcept. 864. num. 8. diſcept. 876. nu. 17. diſcept. 962. num. 56. Antonel. de tempore legali lib. 1. cap. 27. num. 6. verſ. quemadmodum Beltram. in addit. ad Greg. XV. dec. 76. nu. 8. Puteus dec. 262. num. 3. lib. 2. Coccin. dec. 329. num. 1. Seraph. deciſ. 163. num. 2. & dec. 1063. num. 2. Caualer. dec. 124. num. 4. Rot. dec. 262. num. 3. p. 2. diu. dec. 571. nu. 2. p. 1. diu. dec. 149. num. 3. p. 1. dec. 621. num. 11. p. 4. tom. 3. dec. 199. num. 4. p. 6. in recen. & in Auximana dotium 27. May 1652. §. minus releuat coram Albergato, & in Romana locationis 10. Iuny 1661. §. vena quippe coram Veroſpio cum alys per Surd. dec. 288. num. 39. & 40.

16 Amp. 2. vt inducatur nouatio, ſi augeatur debitum, vt ſi prò decem, quæ debentur promittantur quindecim, vel è contra, quia ex tacita mente contrahentium, prima obligatio transfertur in ſecundam Aret. in §. præterea num. 6. inſtit. quib. mod. tollat. obligat. Alex. conſ. 13. num. 8. lib. 2. Soc. ſen. conſ. 21. num. 3. lib. 1. Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 1107. num. 21. Menoch. lib. 3. præſumpt. 134. num. 3. Antonel. de tempore legal. lib. 1. cap. 27. nu. 6. Rot. dec. 562. num. 1. p. 1. diu. & tunc licet remaneat prima obligatio, tollitur tamen per exceptionem, glo. ſingularis in l. fi. C. de nouat. in verbo neutralibus Theſaur. dec. 125. num. 9. Marſil. ſingul. 520. num. 5. Tiraq. de retract. conſanguinit. §. 1. gloſ. 18. num. 54. & 55. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 509. nu. 1. vſque ad 8. per textum expreſſum in l. pacta conuenta §. Paulus ff. de contrahenda emptione.

17 Per ſolutionem verò, & diminutionem ſimplicem ſummæ debitæ, quod non inducatur nouatio, quia agi nequeat ad reſidui ſolutionem vigore mandati relaxati, eſt textus in l. 4. §. ſi ex conuentione, & ibi glo. in verbo nouatio, & commun. ſcribentes ff. de re iudicat. & dixit Rot. dec. 49. num. 4. 5. & ſeq. coram Burat. repetita in recen. dec. 545. nu. 3. p. 2. & ratio eſt quia mandatum relaxatum habet vim ſententiæ, quæ non nouatur, niſi expreſsè agatur.

18 Neque acceptilatio, & ſolutio pro parte nouat prò alia; §. item per acceptilationem verſ. ſicut autem inſtit. quib. mod. tollat. oblig alias ſi induceretur nouatio, ſolutio partis debiti, quæ fieri nequit, niſi volente creditore, & ſic eius fauore, retorqueretur in eius præiudicium, contra text. in l. 4. §. ſi ex conuentione ff. de re iudicat. ita Rot. deciſ. 49. num. 6. 7. & 8. coram Burat.

19 Solutio autem pro parte facta cenſetur in executionem, ſeu vigore præcedentis præambulæ obligationis, ſeu contractus, & nouatio non inducitur, ſi aliquid fiat in executionem præcedentis diſpoſitionis Rot. dec. 150. num. 52. p. 9. tom. 1. recen.

20 Alias ſequeretur abſurdum, quod creditor per receptionem partis ſummæ debitæ non poſſet amplius agere vigore primi cõtractus, ſi eſſet facta nouatio, cum nouatio extinguat præcedentem obligationem, ita vt ex ea agi nequeat, ex quo illa transfunditur in ſequentem, l. 1. ff. de nouat. Bart. in l. fi. ff. de prætor. ſtipulat. Rot. dec. 329. num. 2. coram Cocc. dec. 150. num. 6. & dec. 501. num. 3. p. 1. in recen.

21 Ampl. 3. vt nouatio contractus inducatur, ſi ſecundus contineat diuerſa pacta irritantia, & caſſantia primum contractum l. pacta nouiſſima C. de pact. l. cum plures §. locat ff. locat. Rot. dec. 76. num. 1. vbi Adden. num. 8. coram Greg. XV. dec. 435. nu. 10. in fi. p. 1. recen. vbi quod per interuentum nouæ perſonæ, & per noua pacta inducatur nouatio, dũmodo nouiſſima pacta ſint incompatibilia cum primis, iuxta ſuperius tradita Gratian. diſcept. forenſ. cap. 290. num. 23. tom. 2.

22 Ampl. 4. vt per tranſactionem nouatio inducatur, cum de ſui natura recedatur à priori obligatione, cum qua non cõpatitur, & ſic per eam omnis prior obligatio tollitur, quando fuit adimpleta, & obſeruata, tranſactio enim eſt diſtractus in quantum eſt liberatio, contractus vero in quantum eſt promiſſio, vt inquit Gratian. diſcept. forenſ. cap. 290. num. 11. & 12. latè Dec. conſ. 400. num. 9. & 10. Gab. in tit. de nouat. conclu. 1. num. 61.

23 Requiritur tamen ad hunc effectum, quod non ſolum tranſactio fuerit adimpleta, ſed etiam quod ſit valida, vt dicatur facta nouatio, nam ſtipulatio inutilis non nouat ſtipulationem vtilem, quaſi ex
24 ſtipulatione inutili non naſcatur noua obligatio, ac proindè remanet prima in ſuo robore cap. conſtitutus de tranſact. & ex Bart. Alex. Purpurat. Card. Mantic. & Rota auctoritate comprobat Gratian. diſcept. forenſ. cap. 290. num. 13. tom. 2.

25 Amp. 5. quando debitor delegauit alium etiam non debitorem ſuum, & creditor acceptauit delegatum illum, tunc etiam nouatio cenſetur facta, Aret. conſ. 5. Comenſ. in l. delegare ff. de nouat. Menoch. lib. 3. præſumpt. 134. num. 38. Antonel. de temp. legal. lib. 1. cap. 27. num. 6. in fi. Afflict. deciſ. 353. num. 4.

26 Amp. 7. vt nouatio etiam optimè cognoſcatur ex eo, quod creditor in ſuis libris rationum ſcripſit alium debitorem loco ſui primi debitoris, quia qui eligit vnum debitorem prò alio nouare videtur, Alex. in l. qui vſumfructum 58. n. 6. verſ. idem etiam eſſet ff. de verb. oblig. Pariſ conſ. 107. ſub num. 18. & 19. lib. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 17. num. 35. Scaccia de commerc. & camb. §. 2. glo. 5. num. 245. vbi quod ſi ego dixero Mercatori quod ſoluat Titio centum, quæ dicto Titio debeo, & mercator promiſit Titio, ego tunc ſum liberatus, & hoc eſſe vtile ſcire, quia quotidie de facto contingit, ſcribit Paul. de Caſtr. in l. qui vſumfructum 58. num. 3. qu. vltim. ff. de verb. oblig. & quod iſta
27 ſit conſuetudo in Ciuitate Genuæ, & tota Italia, vt promiſſio facta per Capſorem, vel argentarium pro alieno debito habeat vim ſolutionis, præcipuè quando in libris illius, qui erat creditor facta eſt mentio de tali promiſſione nummularij, ſeu bancherij, ſcribendo illum in debitorem in loco debitoris, & talem promiſſionem ſcribendo loco ſolutionis re-

ceptæ à creditore, & factæ à debitore, ſcribit *Rota Genuen. deciſ. 4. num. 9. & 10.* vnde videndus eſt liber rationum quomodo loquatur, vt animaduertit *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 17. ſub num. 25.*

28 Declara hoc procedere inter Mercatores, inter quos pactum habetur loco ſtipulationis, ita quod inoleuit conſuetudo, vt poſt quam capſor, ſeù Mercator promiſit creditori, & creditor approbauit, debitor cenſetur ipſo iure liberatus, ſecus extra Mercatores, & dempta conſuetudine, nam tunc eſt neceſſaria ſtipulatio, ita *Scaccia de commerc. & camb. §. 2. glo. 5. num. 245.* vbi in fine concludit,
29 quod debitor eo ipſo liberatur, quod creditor acceptat literas cambij alicuius mercatoris, etiam ſi non ſit debitor debitoris, quia acceptando videtur ſibi ſatisfactum, & ex ſatisfactione ſequitur liberatio debitoris, vt quaſi per nouationem contrahatur creditum cum noua perſona.

30 Effectus autem nouationis eſt vt recedatur à prima conuentione, & contractu, adeout exceptio nouæ conuentionis admittatur ad retardandam executionem obligationis Cameralis, *Ridolphin. in ſua prax. p. 1. cap. 8. num. 237. Zacchias de oblig. cam. qu. 17. num. 64. & poſt eundem Rot. dec. 64. num. 1. dec. 89. num. 3. dec. 114. num. 1. dec. 148. num. 1. & dec. 155. num. 2. & p. 4. diu. dec. 90. num. 1. Capie. dec. 167. num. 4. verſ. mihi viſum eſt Afflict. dec. 38. num. 3. verſ. ad hoc bene facit.*

31 Declara procedere quod tunc noua conuentio retardet executionem huius obligationis, quando eſſet illi contraria, non tamen retardatur executio
32 per renouationem contractus abſque hac obligatione, quia non per hoc cenſetur debitor à prima obligatione liberatus, immo quamuis in inſtrumento liberationis fuiſſet expreſſa liberatio debitoris à dicta obligatione, tamen ſi facta fuerit abſque creditoris interuentu, non remanet liberatus debitor, & per talem renouationem non retardaretur executio obligationis Cameralis *Zacch. de oblig. Cam. qu. 17. num. 65. Gugliem. Dunozet. deciſ. 280. num. 2. repetita poſt dictum Zachiam dec. 168. num. 2.*

PRAENESTINA MATRIMONII.

ARGVMENTVM.

MAtrimonium metu contractum, & defectu liberi conſenſus nullum, & inualidum redditur, etiam propter parentum metum reuerentialem, quomodo verò talis metus incuſſus cenſeatur, & ex quibus actibus probetur latè depromitur.

SVMMARIVM.

1 Matrimonium celebratum ab alio Sacerdote de licentia Parochi eſt validum.
2 Matrimonium, vt reddatur nullum cauſa metus talis eſſe debet, vt cadat in conſtantem virum.
3 Minæ quando inducant metum iuſtum.
4 Metus probatur ex lamentationibus, conqueſtionibus, lacrimis, mœſtitia proteſtationibus, & magna animi repugnantia.
5 Inuito aliquem tractum fuiſſe ad nuptias arguitur ex antecedentibus lamentationibus, conqueſtionibus, & lacrimis.
6 Metus reuerentialis concurrentibus minis eius, cui reuerentia debetur eſt ſufficiens ad matrimonium annullandum.
7 Metus à Matre incuſſus, an ſit ſufficiens ad annullandum matrimonium.
8 Metus reuerentialis eſt etiam Matri debitus.
9 Ad matrimonij validitatem conſenſus debet eſſe liber.
10 Metus, & violentia arguitur ex ſubſecutis poſt matrimonium, vt ſi mulier poſt oſtendat auerſionem erga ſponſum, & impugnet matrimonium.
11 Metus iuſtus ex quibus inducatur.
12 Minor metus ſufficit in minore, & puella teneræ ætatis ob fragilitatem ſexus.

DECISIO XIX.

CAtherina de Lucianis ſupplici libello Sacræ Congregationi Concilij porrecto ex triplici capite impugnare contendebat matrimonium contractum cum Io. Antonio Macharono, ex minis ſcilicet, & metu incuſſo ab eodem Io. Antonio, vt cum ipſo nuberet, ex defectu præſentiæ Parochi, & ex auerſione, contradictione, & repugnantia habita, tam antea, quam in ipſo actu, & poſt matrimonij celebrationem, capta deſuper de mandato eiuſdem Sacræ Congregationis per *mo* tunc Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. D. Cardinalis Facchinetti Vicario Generali Præneſtino diligenti informatione, ad inſtruendos Eminentiſſimos PP. animaduertebam ex depoſitionibus teſtium formiter examinatorum
1 ceſſare primum, & ſecundum motiuum, ſiquidem conſtat matrimonium ſolemnizatum fuiſſe ſi non à proprio Parocho, ab alio tamen Sacerdote de licentia eiuſdem Parochi, immò ipſo præſente licet per alium factas ceremonias ad formam Ritualis explere faceret, quod cauſerat ad ſubuertendum hoc motiuum, & inducendam matrimonij validitatem, *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 32. num. 114. & de offic. & poteſtat. Parochi cap. 21. num. 65. Sanchez. de matrim. lib. 3. diſ. 34. num. 3. Guttier. eodem tract. cap. 62. nu. 10. & 11. & cap. 69. num. 8. Rot. dec. 380. num. 35. p. 1. in recen. & in Neapolitana matrimonij 1. Iulij 1650. §. fi. coram Royas & in Mediolanen. matrimonij 5. Martij 1666. in prin. & §. etiam ſi matrimonium coram Cardinali Cerro.*

2 Nec etiam iuſtificantur aſſertæ minæ, & metus incuſſus à præfato Io. Antonio, ſaltem quod cadere poſſit in conſtantem virum, vt exigitur ad infringendum matrimonium iuxta textum *in cap. veniens il 2. de ſponſal. ibi niſi metu coactus & tradunt communiter canoniſtæ in cap. 1. de offic. delegat. Sanchez. de matrim. lib. 4. diſ. 1. num. 9. & late diſ. 17. per totam Menoch. de arbit. qu. caſ. 135. nu. 2. late Boſſ. de matrim. cap. 12. §. 5. num. 38. 39. & 40. Rota dec. 40. nu. 3. dec. 202. nu. 3. dec. 343. num. 17. p. 6. & dec. 516. num. 18. p. 5. tom. 2. in recen.*

3 Minæ autem non inducunt metum iuſtum, niſi tribus concurrentibus, (quæ deficiunt in præſenti) primo quod periculum comminatum ſit magnum de perſona, vel de bonis, ſecundò quod perſona minans veriſimiliter potuerit damnum inferre, tertio quod minans fuerit ſolitus minas exequi latè *Rolan. conſ. 83. num. 22. & 23. Adden. ad Iul. Clar.*

5. teſta-

Digitized by Google

5. *teſtamentum quæſt. 87. lit. A.*

Tota igitur controuerſia reſtringi videbatur ad tertium motiuum, & quidem ex teſtibus pro parte Catherinæ examinatis clariſſimè conſtat huiuſmodi matrimonium fuiſſe violentum, meticuloſum, atque inuoluntarium, optimè enim deponunt ſeptem teſtes *Sum. num. 2. 3. & 4. & à num. 9. vſque ad 13.* de contraria voluntate eiuſdem Catherinæ, & totali auerſione à nubendo, quam dicunt ſemper habuiſſe, eamque ſemper continuo declaraſſe verbis, mæſtitia, afflictione, lacrimis, & lamentationibus, tam ante, quam poſt matrimonij cele-
4 brationem, quæ auerſio, & repugnantia multum confert etiam ad metum probandum, vt in terminis matrimonij animaduertit *Ruin. conſ. 77. nu. 24. inter conſilia matrimonialia diu. Sperel dec. 75. num. 2. tom. 1. Rot. dec. 205. num. 1. & 4. coram Burat. dec. 326. num. 7. & 8. coram Greg. XV. repetita poſt 2. vol. conſ. Farinac. dec. 242. num. 3.*

5 Antecedentes autem lamentationes, conqueſtiones, lacrimæ manifeſtè denotant inuitam, ſeu per vim, & metum tractam fuiſſe ad nuptias *Menoch. lib. 3. preſumpt. 4. num. 11. & præſumpt. 126. num. 15. Baſſ. de matrim. cap. 12. §. 22. num. 362. Burat. dec. 205. num. 14. Rot. dec. 242. num. 29. & dec. 260. num. 3. in fi. poſt 2. vol. conſ. Farinac.*

6 Quæ augentur ex importunis precibus, coactionibus, verbis, & moleſtijs à Matre illatis, quæ coniuncta cum reuerentia eidem debita inducunt iuſtum metum ad reſcindendum matrimonium per *textum in cap. ex literis de ſponſal. impub.* ibi *nolens, & inuita* minis parentum impulſa, *Farinac p. 2. fragment. crim. in verbo metus, num. 55. & nu. 125. & tradunt innumeri DD. relati per Sanchez. de matrim. lib. 4. diſ. 6. num. 4. 5. & 6. Boſſ. eodem tract. cap. 12. §. 5. num. 62. & 68. Card. Seraph. dec. 771. num. 9. Burat. dec. 628. num. 6. vbi Ferentil. in addit. lit. A. Rota dec. 463. num. 3. p. 2. in recen. deciſ. 242. nu. 11. poſt. 2. vol. conſ. Farinac. cum alijs per Sperel. dec. 75. nu. 62.* de quibus Matris moleſtijs, & coactionibus benè deponunt 2. 6. 9. & decimus teſtis, vt *Sum. num. 3. 9. 12. & 13.*

7 Et quamuis metus à Matre incuſſus non reputetur ſufficiens ad matrimonium irritandum, cum fœmina, ſeu Mater minus timeatur, quam Pater ſecundum *Burgoſ. de Paz. & Marſ. relatos per Sperel. dec. 75. num. 15. & 16. tom. 1.*

8 Tamen multum conferunt ad probandum Catherinam inuitam inductam fuiſſe ad contrahendum, cum etiam Matri ſit debitus metus reuerentialis, immo in hac parte præſumitur, ex quo vtrique parenti filius diſplicere timet, vt ex *Aret. Sanchez. Gutier. tradit idem Sperel. deciſ. 75. num. 71. tom. 1.*

9 Accedit vlterius quod in ipſo actu celebrationis matrimonij ad Sacerdotis loco Parochi interrogationem, *ſe valeua per marita Gio: Antonio* prædicta Catherina reſpondit *io non lo voglio* vt deponit primus teſtis *Sum. num. 1.* & vndecimus teſtis *Summ. num. 4.* & quod iterum ab eodem Sacerdote interrogata, noluerit reſpondere, ſed ſolum ad inſtigationem, & impulſum Matris, & conſanguineorum ſponſi frigidè inclinauerit caput, atteſtantur ſecundus teſtis *Sum. num. 4.* tertius teſtis *Sum. num. 6.* quartus teſtis *Sum. num. 7.* quintus teſtis *Summ. num. 8.* vndè colligitur capitis flexionem non proueniſſe ex libera voluntate, & libero conſenſu, vt requiritur ad perfectionem, & validitatem matrimonialis contractus ad tradita per *Boſſ. de matrimonio cap. 12. §. 9. nu. 129. & ſeq. Maſcard. de probat. conclu. 1055. num. 36. Sperel. dec. 75. num. 30. tom. 1. & in ſimili dixit Rota dec. 705. num. 4 in fi. p. 2. recen. Ferentil. ad Burat. dec. 205. num. 30.*

10 Conferunt ad prædictorum corroborationem ſecuta poſt celebratum matrimonium, dum Catherina ſtatim proiecit annulum, nunquam voluit videre ſponſum, nec cum eodem conſumare matrimonium, ſæpè dicendo *che non voleua vn Villano*, & continuando in auerſione erga eundem Io. Antonium, ſemper matrimonium impugnauit, ex ſubſecutis autem poſt matrimonium etiam arguitur metus, & violentia, vt tradunt *DD. relati per Sperel. dec. 75. num. 54. Ciarlin. controu. forenſ. cap. 163. num. 33. p. 2. Greg. XV. deciſ. 351. num. 43. poſt 2. vol. conſ. Farinac. dec. 242. num. 30. Burat. deciſ. 205. num 14. Rota dec 643. num. 17. p. 1. recen.*

11 Et quamuis huiuſmodi minæ maternæ non videantur valdè violentæ ad inducendum iuſtum metum, cum non proueniant ex terrore armorum, ex corporis cruciatu, vel timore mortis, aut ex ſubtractione alimentorum, & ſimilium *Rota deciſ. 40. num. 6. dec. 202. num. 3. p. 6. in recen. per textum in cap. cum dilectus de ijs, quæ vi. met. cauſ. fi.* Nihil-
12 ominus redduntur conſiderabiles, attenta qualitate perſonæ Catherinæ, teneræ ætatis quattuordecim annorum, in qua minor metus ſufficit propter eius imbecillitatem, *Sanchez. de matrim. lib. 4. diſ. 3. nu. 12. Baſſ. eodem tract. cap. 12. §. 22. num. 353. Farinac. p. 2. fragment. crim. in verba metus num. 73. & 74. Card Seraph. dec 771 num. 4. Burat. dec. 205. num. 19. Greg. XV. deciſ. 326. num. 25. & dec. 374. num. 7. Rota dec. 202. num. 6. p. 6. deciſ. 115. num. 17. dec. 173. num. 10. & 11. p. 7. in recen.*

SVMMARIVM.

1 Matrimonium ſolo conſenſu contrahitur, & in illo conſiſtit eius materia, & forma num. 2.
3 Conſenſus matrimonialis quid concernat.
4 Conſenſus in matrimonio fieri poteſt per verba, vel ſigna extrinſeca num. 6.
5 Obligatio non oritur niſi exprimatur conſenſus ſaltem per ſigna.
7 Mutuus conſenſus in celebratione matrimonij audiri debet à Parocho, & teſtibus.
8 Et ſufficit, vt quoquo modo coram ſupradictis exprimatur.
9 Ad Parochum, & ad contrahentes matrimonium ſpectat declarare dubietatem verborum prolatorum in conſenſu, ſi poſſint habere plures interpretationes.
10 Parochus in celebratione matrimonij non debet præſtare vllum conſenſum, ſed tantum præſentiam.
11 Matrimonium ſufficit, quod celebretur coram Parocho vnius ex contrahentibus.
12 Proprius Parochus ad effectum contrahendi matrimonium quis dicatur.
13 Parochus alienigenarum eſt ille, in cuius Parochia contrahentes habitant maiori anni parte num. 15.
14 Amo etiam ſi data opera, & ad fraudandum proprium Parochum in parochia habitare inceperint.
16 Parochus proprius non efficitur ad effectum contrahendi matrimonium, vbi quis reperitur recreationis cauſa, vel ad colligendos fructus num. 17.
18 Parochus ruralis non eſt proprius Parochus.
19 Matrimonium ſufficit celebrari coram alterutro Parocho, ſi quis contrahentium duo habeat domicilia.

20 Et

20 Ex quando quis dicatur habere duplex domicilium.

21 Parochus proprius habitantis in confinio duarum Parochialium quis dicatur.

22 Parochianus ſtatim quis efficitur ſi incipit habitare animo habitandi.

23 Matrimonomonium celebratum coram alio Sacerdote de Parochi, vel Ordinarij licentia tenet.

24 Matrimonium ſufficit, contrahere coram Sacerdote, cui generaliter commiſſa eſt cura adminiſtrationis ſacramentorum Parochiæ.

25 In licentia data à Parocho alteri ſacerdoti aſſiſtendi matrimonio non eſt neceſſe, vt ſpecificentur nomina contrahentium.

26 Dicta licentia probatur ex atteſtatione Parochi.

27 Presbyter dicens habere licentiam ab Epiſcopo pro matrimonio celebrando priuatim creditur.

28 Sola aſſertio Presbyteri, quod interuenerit matrimonio de licentia Ordinarij præſtat bonam fidem ad effectum legitimationis filiorum.

29 Licentia aſſiſtendi matrimonio negari non poteſt ſi fuerit contractum coram Vicario Generali.

30 Matrimonium non vitiatur ſi non præceſſerit interrogatio Parochi, & *Ego vos coniungo*.

31 Et etiam ſi Parochus diſſentiat, & ab Altari fugam arripiat.

32 Vbicunque contrahitur eſt validum, etiam ſi domi contrahatur num.33.

Conſenſus ad perfectionem matrimonij qualis eſſe debeat, & ex quibus eliciatur, & de Parochi præſentia.

ADNOTATIO I.

1 MAtrimonium ſolo conſenſu contrahitur *cap. cum locum de ſponſal. cap. ſufficiat 27. qu. 2. & colligitur in cap aliter in cap. veſtratet 30. qu. 5. cap. ſi quis 29. qu. 2. il p. cap. tua de ſponſal.* & matrimonij

2 validitas dependet à conſenſu, dum in eo conſiſtit non ſolum illius materia, ſed etiam forma quocunque modo matrimonium conſideretur, ſiue vt contractus, ſiue vt ſacramentum ex magis communi *D. Thom. in 4. ſenten. diſ. 26. qu. 2. art. 1. Suarez. ad 3. p. tom. 3. de ſacrament. diſ. 2. ſect. 1. Paludan. in 4. ſent. diſ. 1. qu. 4. Card. Belarmin. de ſacrament. matrim. lib. 1. controuerſ. 2. cap. 6. quos refert, & ſequitur Rot. dec. 124. num. 1. & 2. p. 7. rec.*

3 Et huiuſmodi conſenſus requiſitus ad matrimonium concernit obligationem cohabitandi, & indiuiduam vitæ cõſuetudinem retinendi, quæ indiuidua vitæ conſuetudo eſt talis, vt vxor debet ſe in omnibus exhibere viro qualis ipſa ſibi eſt, & è conuerſo *cap. ſufficiat 27. qu. 2.*

4 Expreſsio verò conſenſus in matrimonio fieri poteſt, tum expreſsè per verba, tum etiam tacitè per ſigna extrinſeca, dummodo ſint apta exprimere conſenſum de præſenti, vt notatur *in cap. tua, & in cap. ex parte de ſponſal. glo. in can. ſi quis diuinis 30. qu. 1. Conar de matrim. p. 2. cap. 4. §. 1. nu. 1. P. Ledeſma in addit. ad 3. partem D. Thom. qu. 45. art. 2. dub. 2.* Rot. *dec. 124. num. 5. & 13. p. 7. in rec. quibus addo Sanchez. lib. 2. de matrim. diſt. 33. num. 1.* Guttier. *eodem tract. cap. 46. num. 8. Baſili. Pont. lib. 2. cap. 6. Boſ. eodem tract. de matrim. cap. 3. §. 14. num. 36.*

5 Et ratio eſt quia in omni contractu humano ſigna externa expreſſiua interioris voluntatis ſunt de ratione contractus, ex quo non oritur obligatio neque naturalis, niſi quando voluntas, ſeu conſenſus exterior, per aliquod ſignum exterius exprimatur *Aegid. Coninch. de ſacrament. tom. 2. cap. 24. dub. 8. num. 63, Valer. Reginald. in prax. fori pœniten. lib. 31. num. 16. Filliuc. p. 1. tract. 10, cap. 3. num. 78. & ex Sanchez. Pontio, Guttier.* Bonacc. *Rebellio Barboſ. comprobat. Boſſius de matrimon. cap. 3, §. 15. à nu. 37. vſque ad fin. & §. 16. num. 44.* vbi concludit, quod

6 ad valorem matrimonij non requirantur verba, ſed conficiatur etiam ſignis, nutu, & qualitercunque mutuus conſenſus contrahentium exprimatur, & innoteſcat *Glo. Panormitan. Imol. Præpoſ. Anton. Card. & Canoniſta in cap. tuæ fraternitati de ſponſal. Maſcard. de probat. conclu. 1024. num. 2, Spino in ſpecula Teſtam. glo. 15, num. 3. & 13. Gam. de ſacrament. præſtan. vltimo ſupplicio damnat. qu. 4. num. 6. Viuius opin. 438. num. 1. Auguſtin. Barboſ. tom. 2, collectan. lib. 4, tit. 1, cap. 25. num. 2, & tom. 4. in Decretal. p. 2. 27. qu. 2. cap. ſufficiat num. 2.* Bellarminus *ad cap. 1. ſeſſ. 24. de reform. matrimon. in obſeruat. verbo Viro, & Muliere interrogatis, & verbo mutuo conſenſu, cum alijs relatis per Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 31. nu. 5. ad textum in l. Pater naturalis ff. de adoption. l. conſenſum ff. de action. & oblig. & dixit Rot. dec. 124. num. 13. p. 7. rec.*

7 A Parocho verò, & teſtibus exaudiri, & intelligi debet mutuus conſenſus contrahentium matrimonium Rot. *dec. 124, num. 12. p. 7, in rec.* ſufficit autem

8 ad præſentiam moralem Parochi, & teſtium à Tridentino requiſitam *ſeſſ. 24. de reformat. Matrim cap. 1,* ad matrimonij validitatem, vt quoquomodo contrahentium conſenſus exterius declaretur, vel exprimatur *Boſſ. de matrim. cap. 3, §. 17. num. 47.*

9 Vnde ad Parochum, & ad contrahentes matrimonium ſpectet declarare dubietatem verborum prolatorum in conſenſus præſtatione, dum illa poſſunt habere plures interpretationes iuxta *textum in cap. intelligentia de verbor. ſignificat. Reginal. in prax. fori pœnitential. lib. 31, cap. 7. num. 45. Rot. dec. 124. num. 11. p. 7, in rec.*

10 Parochi verò præſentia in matrimonio non requiritur ad hoc vt præſtet conſenſum, ſed duntaxat præſentiam, ad effectum, vt matrimonium innoteſcat *Sanchez. de matrim. lib. 3. diſ. 30, ſub num. 1. Rot. dec. 124, num. 16. verſ. demum, & num. 17. p. 7, in rec. & in Neapolitana matrimonij 3. Martij 1651. §. nec proinde coram Card. Corrado, &* in Mediolanen. *matrimonij 5. Martij 1666. §. præterea in fi. coram Cardinali Cerra.*

11 Et matrimonium, vt validè celebratum dicatur coram Parocho, ſufficit vt ſacerdos ſit Parochus vnius ex contrahentibus *Zerol. in prax. Epiſcop. p. 2, in verbo Parochus §. 1. Paul. Comitol. reſponſ. moral. lib. 1, qu. 131. num. 2. Aloyſ. Ric. in prax. rer. for. Eccleſ. dec. 244, in 1. edit. alias reſol. 214, num. 1. in 2. edit. Gaſpar Hurtado de matrim. diſ. 5. diffic. 6. nu. 20. Franc. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. p. 2, cap. 9, nu. 39, in fi. Sanchez. de matrim. lib. 3, diſ. 19. cum alijs relatis per Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24, de reform. cap. 1, num. 14. & de offic. & poteſt. Epiſcopal. leg. 32. num. 98, Rot. dec. 530, num. 17. & dec. 713. num. 13, coram Buratto dec. 194. num. 6, coram Merlino, & dec. 330, ſub nu. 6. p. 2. in rec. &* in Mediolanen. *matrimonij 5. Martij 1666. §. inde dubitari coram Cardinali Cerro.*

12 Proprius enim Parochus ad effectum contrahendi

Digitized by Google

12 matrimonium ad formam, & præſcriptum Sacri Concilij Tridentini, ille dicitur, in cuius Parochia contrahentes domicilium habent, vel cui principaliter incumbit cura animarum in loco domicilij, & habitationis *Abb. in cap in noſtra 11, de ſepultur. Piaſec. in prax. Epiſcop. p.2, cap.4 num.32, Cened pract. & canon. quæſt. lib. 1. qu.30, num. 45. Hurtada de matrim. diſ. 5. diffic. 6, num. 19. Sà in Aphoriſm, in verbo matrimonium nu. 2, & in verbo Parochus nu.2. verſ. ad matrimonium* Franc. *Molin. de ritu nuptiar. lib.2, differeat. 11. num.88, Sanchez de matrim. lib.3. diſp.23, num. 14.* Barboſ. *in Concil. Trid. ſeſſ. 14. de reform. cap. 1, num. 5. & 6.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.76, num.18. Ferentil. in adnot. ad Burat. dec.713, num. 15.*

13 Vnde Parochus alienigenarum eſt ille, in cuius Parochia contrahentes habitant, ſeu commorantur maiori anni parte, ita ex declaratione Cardinalium tradit *Bonacc. in tit. de natura, & propriet. matrim. qu.2, punct.8, num.1. tom. 1. Sanchez. lib. 3, diſ. 23. Guttier. de matrim. cap.63, num.19. & 20. Conineb. diſ. 27. dubia 2. num. 18,* Menoch, *conſ.398, num.33. lib.4, Riccius in prax. dec.244.*

14 Et quamuis data opera contracturi matrimoniũ in aliquo loco habitare inceperint ſimulatè, & animo fraudandi proprios Parochos, nihilominus Parochus illius loci efficitur proprius ad validè contrahendum matrimonium, tum quia vtuntur iure ſuo, tum quia proprius eorum Parochus eſt ille, in in cuius Parochia commorantur, tum quia per præſentiam huius Parochi conſequitur fines Sacrum Concilium Tridentinum, vt matrimonium ritè, & ſolemniter celebratum dicatur *Sanchez. de matrim. lib.3. diſ.18. num. 29. & diſ. 23, num. 13. & 14. & diſ.65. num.11, & 12. Filiuc. quæſt. moral. tract. 10. de ſacrament. p.1. cap.6, num. 199. Bonacc. in tit. de natura, & propriet. matrim. qu.2. punct.8. nu.4. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.24. de reform cap.1, num. 8. vbi ita dixiſſe Rot. in Toletana matrimonij 10. Decemb. 1625. coram* Merlino *Ferentil. ad Burat. dec. 713. num. 16.*

15 Inſuper, qui ad aliquem locum accedit intentione ibi permanendi maiori anni parte, poteſt matrimonium contrahere coram Parocho illius loci, in quo incipit habitare, cum intentione ibi permanendi maiori anni parte, vel gerendi negotium, quod permanentiam ibidem faciendam per maiorem anni partem exigat, & ratio eſt, quia ibi contrahit domicilium Parochiale ad ſuſcipienda ſacramenta excepto ordine, & tonſura, tum quia poteſt ibi ſepeliri, & aſtringitur legibus illius loci, & conſequenter poteſt coram Parocho illius loci matrimonium celebrare, ita *Bonaccina in tit. de natura, & proprietat. matrim qu.2. punct.8. num.2. tom.1.* Secus

16 verò ſi contrahentes reperiantur in aliquo loco, nõ animo ibidem domicilium contrahendi, ſed recreationis cauſa, nam tunc Parochus illius loci non dicitur proprius, & matrimonium coram eodem contractum non tenet, vt deciſum tenet *Garz. de benef. p.5. cap.7, nu.11. ad 4. Barboſ. in* Concil. *Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap.1. num. 19. Bonaccina in tit de natura, & propriet. matrim. qu. 2, punct. 8. num. 3.*

17 *verſ. tertio patet tom. 1.* vbi idem eſſe ſi quis ſe transferat in illud oppidum cauſa colligendorum fructuũ ſi alibi habeat principale domicilium, & ita ſubdit ſæpe à *Rota* fuiſſe declaratam teſte *Riccio dec.244.*

18 vnde Parochum talem non eſſe proprium Parochum, quando eus vel recreationis cauſa habitauit, aut ad paucos dies tantum incolitur non autem maiori parte anni, reſoluunt *Sanchez. de matrim. diſ. 23. num. 12, Nauar. conſ. 3. num.2, in tit. de clandeſtin. ſponſal. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de exempt. Clericor. à ſtatut. §.5, num. 8. & ſeq. Ric. in prax. for. eccleſiaſt. reſol.214. num.2. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap.1, num.16. & de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.32. num.66. & de offic. & poteſt. Paroch. cap.21, num.42.*

19 Quod ſi alter coniugum duo habeat domicilia ſufficit matrimonium coram alterutro Parocho contrahere *Sanchez. de matrim. lib.3, diſ.24. num.2, & 3.* Baſil. *Pont. eadem tract. lib. 5, cap. 13. num. 2, verſ. ex quo conſequenter, Guttier. eodem tract. cap.62, num.4, & cap.64. num.2, Nauar. conſ. 7, num. 3. in tit. de clandeſtin. deſponſat. in nouiſ. Bonaccina in tit. de natura, & proprietat. matrim. qu. 2. punct. 8, num.5. tom.1. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.24. de reform. cap. 1, num.15. & de offic. & poteſt. Epiſcopi alleg.32. nu. 69, & de offic. & poteſt. Paroch. cap.21. num.41. Ferentil. ad Burat. dec.713, num 14. vbi ita dixiſſe Rot. in Toletana matrimonij 10. Decemb. 1625. & in Neapolitana matrimonij 30. Martij 1629. coram Merlino.*

20 Et duplex domicilium quis habere dicitur, vt ſi dimidia anni parte in vna Parochia altera dimidia in alia habitet, vt tradunt ſupracitati Doctores, ſed ſi quis habitet in confinio duarum Eccleſiarum Parochialium, cenſetur proprius Parochus illius, in

21 qua domus aditum magis frequentatum habet *Aloyſ. Ric. in prax. fori Eccleſiaſt. dec.333. in 1. edit. alias reſol. 510. in 2. edit.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 32, num. 71. & de offic. & poteſt. Parochi cap.21. num. 43. & in* Concil. *Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap.1, num.17.*

22 Ad hoc autem, vt quis efficiatur Parochianus, non eſt opus expectare, vt maiori anni parte in Parochia habitauerit, ſed ſtatim ac quis incipit habitare animo habitandi efficitur Parochianus *Cardinal. in Clement. 1. de priuil. qu. 16. num. 8. & ibi glo. in verbo Parochialis Abb. in cap. extirpanda §. qui vero in repetition. num. 11, verſ. quæro ſecunda quis dicatur de præbend. Guttier. de matrim. cap.63, n.13. & 14. & 15.* vbi quod ſtatim contrahit domicilium non expectato alio tempore *Emanuel Sà in ſumma in verbo matrimonium num. 2. verſ. ad matrimonium vero Baſil. Ponc. de matrim. lib.5, cap. 13. §. 1, nu. 4. 5. & 6. Ferentil. in adnot. ad Burat. dec.713, nu.15.* Rot. *in Toletana matrimonij 10. Decemb. 1625. coram Merlino.*

23 Sufficit tamen ad matrimonij validitatem, ſi celebretur coram alio ſacerdote de proprij Parochi, vel Ordinarij licentia iuxta diſpoſitionem *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ.24. de reform. cap.1.* & ſacer-

24 dos dicitur habere ſufficientem licentiam, ſi eidem generaliter commiſſa ſit cura adminiſtrationis ſacramentorum illius Parochiæ, nam ſub generali deputatione, & commiſſione adminiſtrandi ſacramenta, & Parochum in exercitio curæ coadiuuandi comprehenditur etiam adminiſtratio Sacramenti matrimonij, cum non reperiatur iure cautum, quod adminiſtratio huius Sacramenti requirat ſpeciale mandatum, vt non ſufficiat generale *Ferentil. ad Burat. dec.713. nu.17.* Rot. *dec.750. nu. 1. p.1. diuerſ.* &

ita

Digitized by Google

ita fuiſſe reſolutum per *Sacram Cong Concilij teſtatur* Fagnan. *in cap. quod nobis de clandeſtin. deſponſat num.* 27. & 28. *Baſil. Pont. de matrim. lib.* 4. *cap.* 29. *nu.* 2. *Sanchez. de matrim. lib.* 3. *diſ.* 35. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg* 32. *nu.* 127. Rota *dec.* 750. *nu.* 1. & 2. *p.* 1. *diu. & in* Mediolanen. *matrim* 5. *Martij* 1666. §. *addebant aliqui DD. coram Card. Cerro.*

25 Neque in licentia data à Parocho alteri Sacerdoti aſſiſtendi matrimonio eſt neceſſe, vt ſpecificentur nomina contrahentium, cum hoc neque Sacri canones, neque Sacrum Concilium Tridentinum exigant, ſed quod tantum matrimonia fiant coram Parocho, ſeu alio Presbytero de eiuſdem Parochi licentia; etenim cum Sacrum Concilium corrigat ius antiquum non debet extendi, vt exigat huiuſmodi nominum ſignificationem; vt in ſimili ratiocinatur *Sanchez. de matrim. lib.* 3. *diſ.* 35. *num.* 7. & 10. *Rot. in Mediolanen. matrimonij* 5. *Martij* 1666. §. *praterea coram* Cerro.

26 Immo licentia conceſſa à Parocho ſolemnizandi matrimonium alteri Sacerdoti probatur ex atteſtatione Parochi facta etiam poſt matrimonij celebrationem; tamquam de re ad proprium officium ſpectante, *Rota dec.* 750. *num.* 11. *p.* 1. *diu. dec.* 403. *nu.* 31. *p.* 5. *in rec. & in Mediolanen. matrimonij* 5. *Martij* 1666. §. *verum etiam coram Card. Cerro.*

27 Et Presbyter dicens habere licentiam ab Epiſcopo pro matrimonio celebrando priuatim in præſentia teſtium ei creditur, licet non ſit proprius Parochus *Rebuſ. in prax. benef. tit. de forma lit. dimiſ. nu.* 36. *Card. in cap. Albericus de teſtib. Rota dec.* 1099. *num.* 3. *coram Card. Seraph. vbi num.* 6. ſubdit, quod

28 ſola aſſertio Presbyteri, quod interuenerit Matrimonio de licentia Ordinarij præſtet bonam fidem ad effectum legitimationis filiorum, etiam ſi licentia non reperiatur regiſtrata in libris curiæ Epiſcopalis.

29 Et quod præfata licentia negari non poſſit, dummodo matrimonium fuerit contractum præſente ipſo Vicario Generali, benè probat *Sanchez. de matrim. lib.* 3. *diſ.* 29. *num.* 18. & *diſ.* 35. *num.* 20. & *dixit Rot. in Bononien. fideicom. Bartolomei de Bologninis* 5. *Iunij* 1651. §. *minuſque obſtat coram Card. Otthobono.*

30 Parochi verò præſentia in matrimonio non requiritur niſi ad effectum, vt poſſit conſtare Eccleſiæ de celebratione matrimonij, & ad tollendam clandeſtinitatem, adeout ſola eius præſentia cum teſtibus ſufficiat ad eius validitatem, licet illa verba *Ego vos coniungo &c.* non fuerint prolata, nec præceſſerit Parochi interrogatio, quæ à Sacro Concilio non requiritur pro forma matrimonij, ſicuti requiritur eius præſentia, *Sanchez. de matrim. lib.* 3. *diſ.* 38. *nu.* 7. & 9. & *diſ.* 39. *num.* 1. & *ita ſæpè fuiſſe reſolutum à Sac. Cong Concil. teſtatur Ledeſm. de matrim. qu.* 45. *art.* 5. *in* 2. *dubio verſ. quo poſito fundamento Gutier. eodem tract. c.* 69. *nu.* 3. Franc. *Leo in Theſaur. for. Eccleſ. p.* 2. *cap.* 9. *nu.* 36. *Baſil. Pont. de impediment. matrim. cap.* 26. § 2. *verſ. ex quibus condit.* 7. Coninch. *de Sacrament. diſ.* 27. *dub.* 4. *num.* 45. *Reginald. in prax. fori pœnit. lib.* 31. *num.* 175. *Cened. pract. canon. qu. lib.* 1. *qu.* 30. *nu.* 38. *Bonac. de matrim. qu.* 2. *punct.* 8. *nu.* 39. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſ. alleg.* 32. *num.* 169. & *de officio Parochi cap.* 21. *num.* 88. & *in Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 1. *num.* 41. *Rot. dec.* 713. *num.* 10. *coram Burat. ibique Ferentil in adnot. lit. A. dec.* 124. *nu.* 17. & 18. *p.* 7. *in recen. & dec.* 1099. *num.* 5. *coram Card. Seraph.*

31 Hinc eſt quod ſi contrahentes exprimant conſenſum coram Parocho, tenet matrimonium, etiam ſi Parochus diſſentiat, vel ab altari fugam arripiat, eo quod ille noluerit ſua præſentia ratum habere id matrimonium, nam eius diſſenſus, eiuſque fuga poſtquam intellexit vtriuſque coniugis voluntatē, nullum affert nocumentum ad irritandum matrimonium, cum eius præſentia tantum requiratur, niſi ad effectum, vt poſſit conſtare Eccleſiæ de eodem matrimonio, & ita ſæpè fuiſſe reſolutum à Sacra Congregatione Concilij Tridentini tradunt *Ledeſm. de matrim. qu.* 45. *art.* 2. *in* 2. *dub. verſ. quo poſito fundamento Gutier. eodem tract. cap.* 69. *num.* 8. *Baſil. Pont. eodem tract. lib.* 5. *cap.* 21. *num.* 12. *vbi reprobat Sanchez. contrarium tenentem Coninch. eodē tract. diſ.* 27. *dub.* 4. *num.* 44. Rot. *dec.* 1099. *num.* 5. & 6. *coram Seraph. dec* 124. *num.* 17. & 18. *p.* 7. *in recen. & in Neapolitana matrimonij* 1. *Iulij* 1650. §. *ſi. coram Rojas.*

32 Et quamuis matrimonia debeant de honeſtate contrahi in propria Parochia, non tamen opus eſt, quod contrahantur in propria Eccleſia Parochiali, imo vbicunque contrahuntur; modo Parochus ſit præſens ſuſtinentur, *Rot. dec.* 380. *num.* 34. & 35. *p.* 5. *tom.* 1. *in recen.*

33 Quibus non aduerſatur diſpoſitio *Sac. Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 1. quod ad celebrationem matrimonij in facie Eccleſiæ procedatur, quia dicta verba referuntur ad tollendam clādeſtinitatem, & inducendam publicitatem matrimonij, vndè quod huiuſmodi verba non impediant, quin etiam Domi matrimonium celebrari abſque eo, quod Ordinarius impedire poſſit, dummodo ſeruetur forma Sacri Concilij Tridentini, deciſum referunt *Franc. Leo in Theſ. for. Eccleſ. p.* 2. *cap.* 9. *nu.* 48. *Diana reſol. moral. p* 3. *tract.* 4. *reſol.* 279. *Barboſ. in Concil. Trid ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 1. *nu.* 35. & *de offic. Paroch. cap.* 21. *num.* 120.

SVMMARIVM.

1 Matrimonium probatur ex inſtrumento celebrationis, conſtitutionis dotis, ex partita libri matrimoniorum, & mortuorum ſi in eis legatur celebratio, & obitus alterius coniugis num. 2. ſimil. vt num. 10.

3 Matrimonium ſi non inueniatur adnotatum in libro matrimoniorum non inualidatur.

4 Probatur ex atteſtatione Parochi, ſimil. vt num. 55. & 56.

5 Et ex fide partitæ extractę ex libro matrimoniorum, etiam ſi agatur de fœdere matrimonij num. 7.

6 Liber ſcriptus ab eo, qui ſcribere tenetur ratione officij probat.

8 Matrimonium probatur ex cohabitatione, publica tractatione, & reputatione præcedentibus ſponſalibus alijs præcipuè concurrentibus adminiculis, quæ recenſentur num. 9.

10 Ex ſolo inſtrumento dotali in præiudicium alterius matrimonij non probatur.

11 Probatur ex vſu veſtium, prout aliæ nuptæ, vti ſolent.

12 Inſuper ſi maritus induatur veſtibus funeralibus ob mortem coniugis.

13 Probatur ex confeſſione coniugum.

14 Ex publica voce, & fama iunctis adminiculis.

15 Matrimonium quando conſtat de initio vitioſo concubinatus exigit pleniorem, & efficaciorem probationem.

16 Ad

16 Ad effectum legitimationis filiorum, & ſucceſſionis probatur leuioribus probationibus; ſecus quo ad eius validitatem, & diſſolutionem.
17 Probatur ex depoſitionibus teſtium, & per duos teſtes, maſculos, vel fœminas, qui præſentes fuerunt matrimonio num. 18.
19 Feminæ in cauſa matrimoniali admittuntur ad teſtificandum.
20 Prout etiam conſanguinei Mater, frater, & Pater a num. 21.
22 Limit. procedere quando contrahentes ſint paris conditionis, ſecus ſi alter diuitijs, aut nobilitate ſuperet, ſecus ſtante modica diſparitate.
23 Limit. 2. vt conſanguinei non admittantur, vbi agitur de recuperando honore mulieris coniunctæ, vt ſi antea à viro cognita fuerit.
24 Sublim. ſi quis eſſet conſanguineus vtriuſque partis.
25 Conſanguinei admittuntur ad probanda ſponſalia.
26 Matrimonium probatur per teſtes domeſticos, amicos, & familiares præſertim ſi clàdeſtinè celebratum fuerit. Declara vt num. 27.
Teſtes domeſtici, & inhabiles admittuntur in caſu difficilis probationis ibidem num. 26.
28 Matrimonium probatur per teſtes licet non deponant de formalibus verbis contrahentium.
29 Et licet non viderint, ſed audiuerint verba contrahentium, ſi habeant notam vocem contrahentium, & prius viderint contrahentes num. 30.
30 Et dummodo adeſſe non potuerint aliæ perſonæ, quin teſtes ſciuiſſent.
31 Teſtes deponentes vidiſſe per rimolam non probant, niſi deponant vnum poſt alium vidiſſe.
32 Matrimonium probatur per ordinarias probationes, vbi agitur de probanda tantum eius celebratione, ſecus autem ſi agatur de illius fœdere, eiuſque nullitate, vel de præiudicio alterius matrimonij num. 34. & 38. Contrarium num. 36.
33 Teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, vbi agitur de matrimonij nullitate, vel de præiudicio alterius matrimonij.
35 Cauſa matrimonialis, vbi agitur de matrimonio dirimendo reputatur grauiſſima, & æquiparatur criminali.
37 Declara quod probatur matrimonium per ordinarias probationes, quando non habet pro ſe vrgentes præſumptiones, ſecus ſi habeat pro ſe vrgentes præſumptiones.
39 Matrimonium ſpirituale non probatur, niſi per teſtes omni exceptione maiores.
40 Teſtes habiles, inhabiles, idonei, & omni exceptione maiores, qui dicantur remiſſiuè.
41 Teſtes requiſiti à S. Concilio Tridentino quo ad aſſiſtendum matrimonio ſatis èſt, quod ſint communiſſimi, cum eorum defectus ſuppleatur auctoritate Parochi.
42 Teſtes inhabiles admittuntur, quando concurrunt cum alijs habilibus.
43 Matrimonium non clandeſtinum coram Parocho celebratum probatur per ordinarias probationes.
44 Et probatur per teſtes adhibitos vna cum Parocho, licet inhabiles.
45 Secus ſi fuiſſet celebratum matrimonium abſque præſentia Parochi.
46 Lim. ſi Parochus, & teſtes ſint valdè ſuſpecti, & ibidem declaratur.
47 Limit. 2. quando Parochus aſſiſtit matrimonio fraudolenter, ad fauorem ſcilicet conſanguinei pauperis, & non condigni.

Matrimonium ex quibus probetur, & teſtes quales eſſe debeant ad eius, eiuſque impedimenti probationem, & quo ad præſentiam in eius celebratione.

ADNOTATIO II.

1 MAtrimonium contractum fuiſſe coram Parocho per verba de præſenti cum annuli ſubarratione probatur, tum ex inſtrumento publico, tum ex inſtrumento conſtitutionis dotis, tum ex partita libri matrimoniorum Parochialis, tum ex partita libri mortuorum eiuſdem Parochialis, ſi in eis legatur, vel celebratio matrimonij, vel obitus alterius coniugis, *Rota in Bononien. fideicom. Bartholomæi de Bologninis 5. Iunij 1651. §. quo vero ad legitimationem coram Card. Ottbobona, & deciſ. 244.*
2 *num. 3. poſt 2. vol. conſ. Farinac.* vbi de libro matrimoniorum à Parocho conficien. iuxta formam, & præſcriptum *Sac. Concilij Tridentini ſeſſ. 24. de reform. cap. 1. & deciſ. 337. num. 1. poſt idem 2. vol. conſ. Farinac. dec. 781. num. 7. dec. 844. num. 9. coram Buratto.*
3 Nihil tamen refert ſi matrimonium non reperiatur adnotatum in libro Parochiali, iuxta decretum *Sac. Concilij Trid. ſeſſ. 24. de refor. cap. 1. §. habeat Parochus librum*, præcipuè ſi coram eodem contractum non fuerit, ſed coram Vicario Generali, qui huiuſmodi libros non retinet, non propterea inualidatur matrimonium ex defectu adnotationis, quia licet Sacr. Concilium Tridentinum diſponat, quod Parochus habeat librum, in quo adnotari debeant matrimonia, non tamen progreditur vlterius ad inualidandum matrimonium ex huiuſmodi defectu, ita *Rota in Tullen. matrimonij 26. Iunij 1648. coram Ghiſlerio, & in Bononien. fideicom. Bartholomæi de Bologninis 5. Iunij 1651. ſub §. minus obſtat coram Card. Ottbobono & in Neapolitana matrim. 13 Martij 1651. coram Card. Corrado §. concurrit enim, & in Reatina Caſtrorum coram Amat. Dunozet. inter eius impreſſ. dec. 896. num. 3. & 4. cum alijs relatis per Gratian. diſcept. 653. num. 63. verſ. quamuis non appareat.*
4 Benè tamen probatur ex atteſtatione Parochi affirmantis in ſua præſentia, & teſtium contractum fuiſſe matrimonium, cui tamquam de re ad eius officium ſpectante atteſtanti, venit omninò deferendum, vt poſt alios probat *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 653. num. 59. verſ. & magis, cum ſeq. Rot. dec. 896. num. 1. coram Amato Dunozet. & dec. 322. num. 2. poſt. 2. vol. conſ. Farinac. dec. 601. num. 4. p. 4. to. 1. in recen.* vbi præcipue concurrentibus adminiculis *dec. 610. num. 3. eadem p. 4. in recen. dec. 273. num. 1. p. 4. diu.*
5 Et ex fide partitæ Curati extracta ex libro matrimoniorum ipſum matrimonium probatur *Rota dec. 105. num. 1. p. 4. tom. 1. recen. vbi alia deciſ. allegantur dec. 444. num. 1. coram Caualerio*, vbi quod liber ſcriptus ab eo, qui ſcribere tenetur ratione officij, eiuſque neceſſitate probat, prout eſt liber matrimoniorum ſcriptus à Parocho ex decreto *Sac. Concilij Trid. ſeſſ. 24 cap. 1. de reform. matrim.*

ad notata per DD. in l.quaedam §. nummularios ff. de
eden. Aym de antiq. temp. verſ. 4. limitatur num.66.
& ſeq. Ruin conſ. 53. num. 9. lib. 4. Menoch. conſ.
175. num. 14. & conſ. 453. num. 4. vbi Adden. lit.
B. Card. Seraph. dec. 1188. num. 4. & in puncto de
libra Parochi tenuit Rota dec. 750. num. 10. p. 1. diu.
7 etiam ſi agatur principaliter de fœdere matrimonij,
in quo exactiores probationes requiruntur *Card.*
Cauuler. dec. 444. ſub num. 1. in fi.
8 Probatur etiam matrimonium ex cohabitatione
coniugum præcedentibus ſponſalibus, publica tra-
ctatione, & reputatione *Rot. dec. 444. num. 2. co-*
ram Card. Cauallerio *dec. 247. num. 12. coram Greg.*
XV. vbi Adden. num. 23. dec. 197. num. 1. p. 3. dec.
264. num. 10. p. 5. in recen. & in Tullen. matrimonij
15. Ianuar. 1653. §. & hic non applicatur coram Al-
bergato & in Mediolanen. matrimonij 5. Martij 1666.
§. fi. coram Card. Cerro & deciſ. 79. num. 1. p. 1. di-
uerſ.
9 Præcipuè ſi accedant alia adminicula, nempè
promiſſio dotis vna cum ſponſalibus, licentia Or-
dinarij de contrahendo matrimonio per verba de
præſenti in domo priuata, remiſſio publicationum,
& præſtatio alimentorum, vt animaduertit Rota
dec. 444. num. 2. coram Card. Cauulerio, & in Nea-
politana matrimonij 1 Iulij 1650. in §. præſentiu vero
in fi. coram Rojas, vbi ſi concurrant ſponſalia cum
promiſſione dotis, & cohabitatione coniugum per
10 aliquod tempus, non tamen probatur ex ſolo in-
ſtrumento dotali, niſi præſumptiuè etiam ſi de eo
fiat mentio, maximè in præiudicium alterius ma-
trimonij *Io. Andrea, & alij Canoniſtæ in cap. illud*
de præſumpt. vbi Felin. num. 3. & 4. verſ. 2. intelli-
ge, & num. 5. Roman. ſingul. 451. & ibi Apoſtilla ad
eum Burat. dec. 530. num. 18. & 19.
11 Probatur etiam matrimonium ex eo quod mu-
lier induebatur *eiſdem* veſtibus, quibus aliæ nuptæ
vti ſolent *Hoſtien. & DD. in cap. illud de præſumpt.*
Alex. conſ. 151. *num. 10. lib. 5. Cephal. conſ. 435.*
num. 65. Greg. *XV. dec. 248. num. 7.*
12 Nec non colligitur præſumptio matrimonij ex
eo quod Maritus propter mortem mulieris indua-
tur veſtibus funeralibus *Cephal. conſ. 435. num. 66.*
& 67. Greg. XV. dec. 248. num. 8.
13 Pròut etiam ex confeſſione coniugum, ſeu no-
minatione vxoris, & mariti inter coniuges ipſos,
quæ confeſſio coniugum tempore non ſuſpecto, ſu-
per eo, quod erat in poteſtate contrahentium mul-
tum releuat, vt tradunt DD. relati per *Curt. iun.*
conſ. 27. num. 2. vbi de communi teſtatur Abb. in cap.
ſuper eo num. 5. de eo qui cognouit Menoch. de arbit.
lib. 2. cent. 2. caſ. 103. num. 4. Sanchez. de matrim.
lib. 2. diſ. 45. num. 37. tom. 1. Mohed dec. 3. tit. qui
filij ſint legit. Greg. XV. dec. 247. num. 16. Burat.
dec. 530. num. 11. Rot. deciſ. 273. num. 7. p. 4. di-
uerſ.
14 Immo ex publica voce, & fama, iunctis admi-
niculis *cap. illud vbi Abb. num. 4. de præſumpt Dec.*
conſ. 163. num. 3. Grat. conſ. 58. num 8. lib. 2. Si-
mon. de Præt. conſ. 134. num. 5. Menoch. *conſ. 18. nu.*
12. Ric. p. 4. collect. 1329. vbi ex Capel. Tholoſ. deſ.
172. ait matrimonium probari per vnicum teſtem,
& famam *Boſſ. de matrim. cap. 5. §. 13. num. 97. Pu-*
teus dec. 173. lib. 2. Cæſar de Gruſſ. dec. 6. num. 8.
qui fil. ſint legit. Greg. *XV. dec. 248. num. 5.* Burat.
dec. 530. num. 7. Rot. dec. 273. num. 11. p. 4. diu.

15 Declara, & limita ſupradictas concluſiones, vt
non procedant, quando conſtat de initio vitioſo
concubinatus, nam tunc plenior, & efficacior pro-
batio requiritur, quam regulariter ſit neceſſaria;
quia reputatio, tractatus, confeſſiones prætenſo-
rum coniugum, & alia, quæ probare ſolent ma-
trimonium potius referuntur ad initium vitioſum
concubinatus, quam ad matrimonium, *Cephal.*
conſ. 28. per totum, & præſertim num. 56. Veral dec.
10. p. 2. Rota dec. 244. poſt 2. vol. conſ. Farinac.
Beltram. in adnot. ad Greg. XV. deciſ. 247. num. 24.
Seraph. dec. 978. num. 7. Rota *dec. 58. num. 9. & 10.*
p. 7. recen.
16 Declara, & limita 2. quod matrimonium ad ef-
fectum legitimationis filiorum, & ſucceſſionis pro-
batur leuioribus probationibus, ſecus quoad eius
validitatem, diſſolutionem, & retractationem,
Greg. XV. dec. 247. per totam, & dec. 248. num. 3.
vbi quod ex communi reputatione, & *num. 5.* vbi
quod ex publica voce, & fama concurrentibus ad-
miniculis *Canale. dec. 79. num. 1. & dec. 142. num.*
1. & dec. 125. num. 1. Burat. dec. 360. num. 9. &
dec. 513. num. 9. Rot. dec. 610. num. 1. p. 4. tom. 1.
dec. 264. num. 53. p. 5. tom. 1. dec. 58. num. 5 p. 7.
in recen. & dec. 979. num. 3. & dec. 1099. num. 1.
coram Card. Seraph.
17 Probatur etiam matrimonium ex depoſitioni-
bus teſtium, *Rota deciſ. 1099. num. 2. coram Card.*
Seraph. dec. 374. num. 5. p. 3. dec. 273. num. 1. p. 4.
diu. & in Tullen. Matrimonij 26. Iunij 1643. coram
Ghislerio, ſeu Terracinen. & in Bononien. fideicom.
de Bologninis 5. Iunij 1651. §. quo vero coram Card.
Otthobono, Sperel. dec. 5. num. 21.
18 Et regulariter probatur per duos teſtes maſcu-
los, vel fœminas, qui præſentes fuerint matrimo-
nio, *cap. ſuper eo il 2. vbi Abb. de teſtib. Dec. conſ.*
163. num. 1. Gig. conſ. 33. num. 1. Veral. dec. 205. p.
2. Rota dec. 58. num 6. p. 7. in recen.
19 Et in puncto fœminæ honeſtæ vitæ, quod in
cauſa matrimoniali, vbi agitur de matrimonio ip-
ſo probando admittatur ad teſtificandum, ac pro-
inde per duas mulieres bonæ opinionis matrimo-
nium eſſe contractum plenè probari, videtur ſuffi-
cienter colligi *ex cap. ſuper eo ibi & altera mulieris*
de ſponſal ibique Io. Andreas num. 4. Butr. num. 7.
Tiraquel de leg. connb. l. 9. num. 74. Dec conſ. 342.
num. 1. Menoch. *conſ. 380. num. 15. Maſcard. de pro-*
bat. conclu. 1023. num. 6. Couar. in 4. Decretal. de
ſponſ p. 2. cap. 8. §. 12. num. 8. poſt med. verſ. rece-
ptum tamen eſt Farinac. de teſt. in tit. de oppoſ. contra
perſon. teſt. quæſt. 59. num. 33. Burboſ. in collect. ad
dictum cap. ſuper eo num. 2. Rot. dec. 530. num. 1. &
dec. 713. num 4. coram Burat. Ferentil. *in addit. ad*
eundem Burat. dec. 143. lit. B. *dec. 772. num. 1. p. 2.*
in recen. cum alijs per Boſſ. de matrim. cap. 5. §. 5.
num. 35. & 36. vbi quod ab hac opinione in iudi-
cando, & conſulendo non ſit recedendum *ex Fari-*
nac. quem allegat, dicta *qu. 59.* vbi *nu. 54.* refert
DD. contrarium tenentes, & latè *Franciſcus Moli-*
nus lib. 1. de ritu nuptiar. comparat 8. nu. 15. & 16.
20 Amp. procedere etiam ſi teſtes ſint conſanguinei
quos non repelli à teſtimonio ferendo in cauſa ma-
trimoniali eſt *textus in cap. videtur 35, qu. 6. Socc. iun.*
conſ. 29, num. 11. lib. 2, & tradunt alij DD. relati per
Gabr. in tit. de teſtib. conclu. 13, num. 14. Farinac. de
teſtib. qu. 54, num. 64, & 191. Rot. dec. 58. num. 7,
p. 7.

Digitized by Google

21 p.7. in rec. prætęrea parentes, vt Mater, Pater, frater, ſoror, in fauorem filiorum in cauſa matrimonij quando agitur de illo probando poſſunt ferre teſtimonium cap. ſicut ex literis, ibi vt eius conſanguinei aſſerunt de ſponſal. cap. videtur 35, qu.6, cap ſuper eo de ſponſal. cap. licet ex quadam de teſtibus cap. videtur qui matrim. accuſ. poſſ. vbi glo. in verbo ſciunt Anchar. notab. 4. Panorm. notab. 1. Barboſ. in collect. in cap. videtur, qui matrim. accuſ. poſſ. & dicta cap. ſuper eo num. 4, Maſcard. de probat. conclu. 1022, num. 16, conclu. 1023, num. 23, & 24, Conar. de ſponſal. p.2. cap.8, §.12, nu.8, Gabr. in tit. de teſtib. conclu.14. per tot. & ſignanter num. 33, & à num. 68. vſque ad 88. Menoch. de arbitrar. caſ.102, Aloyſ Ric. in prax. fori Eccleſ. dec.255, Farinac. de teſtib. in tit. de oppoſ. contra perſon. teſt. qu.54, num.191, & 192, Guttier. de matrim. cap.44, num.15. Boſſ. eodem tract. cap.5, §.6. num.38. Rot. dec.143, num.8. & 30, & dec.713, nu. 6. coram Burat. dec. 209. num.6, p.1. diuerſ. dec. 772, num.2, & 10. p.1. rec. dec.58. num.7. & dec.124, nu. 15, & 16. p.7, rec. & dec. 372, num. 4. coram Card. Mantica.

22 Limit. 1. ampliat. vt procedat quando contrahentes ſint paris conditionis, nam ſi alter alterum diuitijs, vel nobilitate ſuperaret, tunc teſtes parentes, & coniuncti redduntur ſuſpecti, quod ſi mulier eſſet viro, vel nobilitate, vel diuitijs, vel alia de cauſa inferior, tunc ſine dubio poſſent parentes ferre teſtimonium pro muliere contra filium, vtpote quia ceſſare videatur ſuſpicio nimij affectus erga proprium filium; ſi vero fœmina, quæ vir eſt ſuperior nobilitate, vel diuitijs licet plebæia, & pauper, eſſet tamen valdè formoſa, vel magis virtutibus ornata, hoc caſu Iudicis arbitrio relinquitur, an recipere, vel repellere debeat teſtimonium parentum fœminę, conſideratis circumſtantijs, & coniecturis, an ſit veriſimile talem virum nobilem, vel diuitem potuiſſe illam ducere, vt ex Hoſtienſe, Abbate, Felino, & Pariſio docet Menoch. de arbitrar. caſ. 202, nu.3. 5. 6. & per tot. Auguſtinus Barboſ. in collect. additional. in cap ſuper eo num. 4, & 5. Boſſ. de matrim. cap. 5, §.6. à num. 39. vſque ad 42, per textum in cap. ſuper eo il 2. de teſtibus ibi vir ſuperior, eſt diuitijs, vel nobilitate vbi Panormit. & alij ſcribentes Crot. tract. de teſtib. p.4, nu. 155. Molin. de ritu nuptiar. camparat.8. nu.31. Ricci. in prax. fori Eccleſiaſt. dec. 255. Rot. dec. 209. num.6, p. 1. diuerſ. dec. 58. num. 8, & 11. p. 7. in rec. ſecus ſtante modica diſparitate Gratian. diſcept.846. n.12. 13. & 14. tom. 5.

23 Limit. 2. quod conſanguinei ad matrimonium probandum non admittuntur, quando agitur de reparanda iactura publicè opinionis amiſsæ virginitatis, & de reſarciendo familiæ honore labefactato ex impudicitia mulieris, quæ de matrimonio contendit, & in cuius fauorem parentes, vel conſanguinei intendunt teſtificari, nam ſtante, quod mulier prius à viro carnaliter cognita fuerit, teſtes conſanguinei mulieris coniunctæ, & agnatæ propriæ familiæ honorem diligentes ſuſpecti omninò cenſentur, & nullatènus ſunt ad teſtimonium ferendum admittendi, vt ponderauit Alexand. III. in cap. ſuper eo de teſtibus Dec. conſ.309. num. 2. Gabr. in tit. de teſtib. conclu.9. num.10 Bero. queſt. commun. nu.1. ad fin. Menoch de arbitrar. indic. lib. 2, caſ. 102. num. 3. & 4. Maſcard. de probat. conclu. 1023. num. 27. Ricc. in prax. fori Eccleſ. dec. 255. Guttier. de matrim. cap. 44. num.90. verſ. decimo nunc. Boſſ. eodem tract. cap. 5. §.6. num. 43. Molin. de ritu nuptiar. comparat. 8. num.30. Auguſt. Barboſ. in collect. in cap. ſuper eo nu. 4. in fi. de teſtib. Rot. dec.58. num. 11. & 12. p. 7. in rec.

24 Sublim. quod ſi quis eſſet conſanguineus vtriuſque partis, tunc omninò ad teſtimonium admittitur, quia par affectio ſuſpicionem excludit Bart. & Bald. in l. non ſolum §. de vno ff. de ritu nuptiar. Alex. conſ.156. num.8. lib.5. Boſſ. de matrim. cap.5. §.6. nu. 44. Card. Mantica dec. 372. num.4. & 5.

25 Sicut igitur parentes, conſanguinei, & domeſtici admittuntur ad probandum matrimonium ſi ob ſupradictas cauſas non reddantur ſuſpecti, ita multo magis admitti poſſunt ad probationem ſponſalium clandeſtinorum, cum in his præfatorum teſtimonium non ſit ita ſuſpectum ſicut in matrimonio, in quo tractatur de maiori præiudicio, ex quo contra ſponſalia plura competunt remedia Io. Andrea in cap. ſuper eo num. 2. verſ. iſtud tamen de teſt. & ibidem Panormit. num. 10. Boſſ. de matrim. cap.5. §.8. n.56. cum pluribus ſequen. Rot. d.772. n. 2 p. 2. in rec.

26 Amp. 2. vt etiam domeſtici, amici, & familiares bonæ tamen opinionis, & famæ, ac probatę, & integræ vitæ admittuntur ad probandum matrimonium, præſertim celebratum clandeſtinè, ſeu clam, ſecretè, occultè, vt domi, vel de nocte, vel in Eremo, Ruri, & alio loco remoto ob periculum ne impediretur, vel ob aliam cauſam, vt difficile fuerit actu, vel habitu alios teſtes magis idoneos inuenire, vel adhibere in actu celebrationis eiuſdem matrimonij, ſiquidem domeſtici, & generaliter teſtes alias inhabiles pro idoneis, & habilibus reputantur, & ad teſtificandum admittuntur in caſibus difficilis probationis, & in quibus veritas ex natura actus, vel ratione temporis, vel loci aliter haberi non poteſt Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſumpt 39. num. 5. Guttier. de matrim. cap. 44. num. 35. verſ. habemus igitur, & num. 48. 95. & 96. Boſſ. eodem tract. cap. 5. §.7. num. 46. & ſeq. Diaz. regul. 746. in 4. fallentia verſ. & ex hac limitatione Farinac. de text. in tit. de oppoſ. contra perſon. teſt. qu. 55. num 41. & q. 62. num. 104. Ricc. in deciſ. curiæ Neapol. p.1. dec. 218. num. 1. & 2. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 533. num. 16. vbi num. 19. & 20. animaduertit, quod
27 hoc procedat quando nulla concurrat culpa Contrahentium, ſecus, ſi concurrat culpa ſcilicet, ſi potuerint adhibere alios teſtes idoneos, & non adhibuerint & lib. 2. conclu. 1019. num. 29. Rot. dec. 143. num. 11. & 30. coram Buratta dec. 209 num. 2. p.1. diuerſ. & eſt caſus in l. quoties C. de naufrag. lib. 11. & in l. fi. C. de repu. & in l. 2. C. quando, & ex quibus 4. p deb. lib. 11. Beninten. dec. 43. num. 4.

28 Amp. 3. vt matrimonium per teſtes probetur licet non deponant de formalibus verbis partium contrahentium, cum ſufficiat deponere de verbis importantibus conſenſum, in quo matrimonium conſiſtit latè Gratian. diſcept. forenſ. cap. 754. num. 39. Seraph. dec. 270. num. 3. Mantic. dec. 372. num. 15. Burat. dec. 713. num. 9. Rot. dec. 430. num. 3. p. 1. diuerſ. dec. 273. num 17. p. 4. dec. 772. num. 7. p. 2. rec.

29 Amp. 4. vt etiam matrimonium probetur per teſtes, qui audiuerint verba contractus, licet contrahentes non viderint, cum non ſit neceſſarium teſtes videre partes contrahentes, ſed ſufficit eorum verba contractus etiam intermedia cortina

vel pariete audire, dummodo tamen notam habeant contrahentium vocem, ad notata in l. 2. §. idem labeo & ibi Caſtren. num. 3. verſ. DD. dicunt Roman. num. 8. & alij ff. de aqua pluuia arcen. Cyn. in l. teſtium num. 8. C. de teſt. Angel. in l. ſi non ſpeciali num. 3. Iaſ. num. 49. C. de teſtam. Abb. in cap. præterea num. 6. Imol. eodem num. 6. verſ facit quod notat fel. num. 4. verſ. extra iſtos caſus de teſtib. Dec. conſ. 163. num. 3. Alex. de Neuo conſ. 99. num. 4. Menoch. de arbit. caſ. 475. num. 18. 20. & 22. Farinac. de teſtib. qu. 69. num. 175. & 177. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 849. num. 28. & per tot. Rota dec. 734. num. 4. coram Buratto.

30 Inſuper etiam ſi notam habeant vocem contrahentium, vt concludenter probent identitatem perſonæ, quam contraxiſſe deponunt, requiritur, quod in loco in quo dicunt verba contractus fuiſſe prolata, non adeſſent aliæ perſonæ, nec adeſſe potuiſſent, quin teſtes ſciuiſſent Alberic. in l. 2. §. item labeo num. 3. verſ. & tunc dices ibique Rom. nu. 8. verſ. aut contrahentes Pacian. de prob. lib. 1. cap. 10. num. 22. Farinac. de teſtib. in tit. de oppoſ. contra dicta teſtium qu. 69. cap. 6. num 194. Rot. dec. 734. nu. 6. coram Burat, cum alijs per Gratian. diſcept. 849. num. 30. tom. 5.

Immo ex notitia vocis neque reſultat plena probatio, niſi conſtet, quod teſtes prius viderint contrahentes, & poſt modicum interuallum contraxerint intermedio pariete, nam alias daretur facilis deceptio, ob quam ſimiles depoſitiones inualidantur, Felin. in cap. præterea num. 4. ad fi. de teſt. Abb. in cap. cum cauſam num. 6. & ibi Aret. num. 42. vſq; ad 47. eodem tit. Campeg. de teſtib. reg. 206. in fi. Farinac de teſtib. dicta qu. 69. cap. 6. num. 195. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 849. num. 29.

31 Et ſi teſtes deponant vidiſſe per rimolam, cum per eam non detur poſſibilis viſus omnium teſtium vnico contextu, non probant, niſi ſubdant quod vnus poſt alium vidit, vt ex glo. fi. in cap. nihilominus 3. qu. 9. & Imol. Bald. Felin. Cin. tradit Gratian. diſcept. forenſ. cap. 849. num. 31. tom. 5.

32 Declara ſupradictas ampliationes, quod matrimonium, probetur per ordinarias probationes, vbi agitur de illo tantum probando contractum fuiſſe, & non de illius fœdere, ac validitate, adeo vt teſtes ordinarij ſufficiant, nec requiruntur omni exceptione maiores, & ſufficit quod ſint idonei, ſicut in probatione ordinaria Abb. in cap. ſuper eo il 2. de teſtib. num. 2. Dec. conſ. 163. num. 13. Monald. conſ. 112. per totum lib. 1. Alciat. de præſump. regul. 1. præſumpt. 2. num. 4. Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 1019. num. 6. 7. & 15. Aloyſius Ric. in collect. dec. p. 4. collect. 1329. verſ. animaduertendum tamen Genuen. in prax. Archiepiſcopal. Neapol. cap. 21. num. 24. Gutier. de matrim. cap. 44. nu. 68. & ſeq. Boſſ. eodem tract. cap. 5. §. 4. num. 27. Farinac. de teſt. in tit. de oppoſ. contra perſon. teſt. qu. 62. num. 100. 101. & 103. vbi quod ſaltem debeant eſſe bonæ famæ, ſeu opinionis, ac honeſtæ vitæ, Burat. dec. 530. num. 12. & 13. & dec. 713. num. 7. & dec. 843. num. 1. Mantica dec. 372. num. 1. Cæſar. de Graſſ. dec. 5. num. 7. in tit. de ſponſ. Rota deciſ. 273. num. 12. & ſeq. p. 4. diu. & dec. 209. num. 2. p. 1. diuerſ.

33 Contrarium vero, quod in omni cauſa matrimoniali, ſiue agatur de diſſoluendo matrimonio iam contracto, ſiue de probando matrimonium fuiſſe contractum teſtes debeant eſſe omni exceptione maiores, tradunt alij DD. pleno calamo relati per Baſſ. de matrim. cap. 5. §. 11. num. 69. vſque ad 85.

34 Vbi verò agitur de nullitate matrimonij, ſeù de diſſoluendo matrimonio iam contracto, vel de matrimonio in præiudicium alterius matrimonij, ſeu ad impugnandum, & labefactandum aliud matrimonium, requiruntur concludentes probationes, ſicut in criminalibus, & teſtes debent eſſe magis idonei, & omni exceptione maiores ſcribentes in cap. 1. de conſanguinit. & affinit. cap. licet ex quadam de teſt. Felin. & Hoſtien. in cap. ſuper eo de teſt. Abb. in cap. cum Ioannes de fide inſtrument. Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 1019. num. 4. & 10. in fi. Riccius in collect. deciſ. p. 4. collect. 1329. verſ. animaduertendum tamen Genuen. in prax. Archiepiſ. Neapol. cap. 21. num. 4. Sanchez. de matrim. lib. 3. diſ. 41. num 9. ad primum, & lib. 2. diſ. 37. nu. 11. circa fi. Farinac. de teſtib. in tit. de oppoſ. contra perſon. teſt qu. 62. num. 106. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 754. num. 44. Camil. Borel. in ſumma dec. tom. 3. tit. de ſponſ. & matrim. num. 919. Baſſ. de matr. cap. 5. §. 16. num. 101. cum plurib. ſeq. Card. Mantica dec. 372. num. 1. Greg. XV. deciſ. 351. num. 2. Burat. dec. 713. num. 6. 7. & ſeq. & dec. 734. num. 1. Rot. dec. 209. num. 1. p. 1. diu. dec. 147. num. 2. p. 1. in recen. dec. 64. num 2. & 5. poſt 2. vol. conſ. Farinac. idem Farinac. de teſtib quæſt. 62. num. 99. & 100.

35 Cauſa enim matrimonialis, vbi agitur de matrimonio dirimendo, vel de præiudicio alterius matrimonij cenſetur grauiſſima, & æquiparatur criminalibus, vt potè quia vinculum matrimoniale eſt de iure diuino, nam quos Deus coniunxit homo non ſeparet, ac proindè ad dirimendum matrimonium probationes debent eſſe clariſſimæ, concludentes, & per teſtes omni exceptione maiores, Iudicis tamen arbitrio relinquitur, qui teſtes ſint omni exceptione maiores Abb. in cap. cum Ioannes nu. 13. circa fi. verſ. ego concordando de fide inſtrum. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 537. num. 24. Boſſ de matrim. cap. 5. §. 16. num. 102. Conar. de ſponſal p. 2. cap. 8. §. 12. ſub num. 8. verſ nam in hac cauſa matrim. Rota dec. 147. ſub num. 2. p. 1. recent.

36 Contrarium verò, quod ſiue agatur de præiudicio alterius matrimonij, vel de matrimonio diſſoluendo, quod non ſint neceſſarij teſtes omni exceptione maiores, ſed quod etiam per parentes, & conſanguineos, domeſticos, & familiares, & affines honeſtæ vitæ, & bonæ famæ, & opinionis probari poſſit impedimentum conſanguinitatis, vel affinitatis, immo quodlibet aliud impedimentum, & etiam diſſenſum ad eundem effectum diſſoluendi matrimonium, cum ſupradictæ perſonæ reputentur magis informatæ, colligitur ex cap. videtur qui matrim. accuſ. poſſ. & ex cap. ſuper eo il 2. de teſtib. & tenent DD. relati ab Anton. Gabriel. in tit. de teſt. conclu. 8. num. 3. & verſ. contrarium latè Gutierez. de matrim. cap. 44. num. 78. & ſeq. latè Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1019. à num. 5. vſque ad finem Auguſtinus Barboſ. in collect. ad cap. 1. de conſanguinit. & affinit. num. 2. & ad cap. videtur num. 2. qui matrim. accuſ. poſſ. latè Boſſ. de matrim. cap. 5. §. 16. à num. 109. vſque ad 117 &

alij

Digitized by Google

alij DD. relati per Farinac. de teſt qu. 62. nu. 101.

37 Pro concordia dictarum ſententiarum, declarat *Maſcard. de probat. conclu.* 1019. *num.* 11. *& ſeq. lib.* 2. quod vbi matrimonium non habet pro ſe vrgentes præſumptiones, ſufficiant teſtes Ordinarij, & quod parentes, & conſanguinei, & domeſtici admittantur ad probandum impedimentum pro matrimonij diſſolutione iuxta *textum in cap. videtur qui matrim. accuſ. poſſ.* vbi vero matrimonium contractum pro ſe habet vrgentes præſumptiones, & tunc ad diſſoluendum matrimonium non admitti debent teſtes, qui non ſint omni exceptione maiores iuxta *cap.* 1. *de conſanguinit. & affinit. Boſſ. de matrim. cap.* 5. §. 16. *num.* 113. & 114. vbi allegat *Gutierez.* contrarium tenentem, & impugnantem hanc diſtinctionem *in tract. de matrim. cap.* 44. *num.* 82. *& ſeq.*

38 In praxi tamen quoties agitur de præiudicio alterius matrimonij, vel de diſſoluendo matrimonio non eſt recedendum ab opinione requirente teſtes omni exceptione maiores, *Farinac. in tract. de teſt. tit. de oppoſit. contra perſon. teſt. qu.* 62. *num.* 107. *Boſſ. de matrim. cap.* 5. §. 16. *num.* 118.

39 Et quando agitur de probando matrimonio ſpirituale, quod requirantur teſtes omni exceptione maiores, dixit Rota *coram Blanchetto deciſ.* 289. *nu.* 1. *p.* 1. *div. Farinac. d. qu.* 62. *num.* 109.

40 Teſtes vero habiles, omni exceptione maiores, & inhabiles qui dicantur tradit *Farinac. in tract. de teſt. qu.* 62. *ad Maſcar. de probat. lib.* 2. *conclu.* 1023. *ad Boſſ. de matr. cap.* 5. §. 2. *num.* 10. *cum ſeq. & nu.* 119. vbi latè differit, quando ſit articulanda, & probanda qualitas requiſita, vt teſtis ſit omni exceptione maior.

41 Duo vero teſtes, qui iuxta formam *Sac. Concilij Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. matrim. cap.* 1. debent vna cum Parocho eſſe præſentes contractui Matrimonij ad illius validitatem non eſt neceſſe ſicut in cauſis criminalibus, vel ciuilibus, vt ſint omni exceptione maiores, vel idonei, ſed ſufficit ſi adhibeantur etiam alias de iure inhabiles, nempe quæcunque perſonæ vſum rationis habentes, licet ſint impuberes, infames, excommunicati, infideles conſanguinei, Pater, Mater, domeſtici, ſerui, fœminæ moniales, & omnis alia perſona capax teſtificari, ſiquidem Concilium Tridentinum nullam exigit qualitatem in teſtibus adhibendis præter eam, quæ iure naturæ eſt neceſſaria, vt quis teſtimonium ferre poſſit, ſcilicet vt ſit compos rationis, & habeat ſufficiens iudicium ad intelligendum quid agitur, vt illud poſtea teſtari valeat, alias cum difficultate contraherentur matrimonia cum in pagis, & ob infimorum locorum anguſtiam, cum difficultate inueniri poſſint teſtes omni exceptione maiores, ac proinde iuxta diſpoſitionem eiuſdem Concilij Tridentini exuberant teſtes communiſſimi, qui vbique inueniri, & haberi poſſunt, latè Boſſ. *de matr. cap.* 5. §. 3. *à num.* 14. *vſque ad* 20.

42 Auctoritas quidem Parochi hoc caſu ſupplet teſtium inhabilitatem, iuxta regulam iuris communiter receptam, quod teſtes inhabiles admittuntur, quando concurrunt cum alio habili, & fide digno, quia tunc habilitas vnius ſupplet habilitatem alterius, & inter eos fit compenſatio, vt tradunt *DD. omnes in l. ſi quis ex argentarijs* §. *cogentur per illum text. in verſ. quid enim &c. ff. de eden. Maſcard. de probat. lib.* 3. *conclu.* 1359. *num.* 13. *Gabr. in tit. de teſtib. conclu.* 5. *Gutierez. de matr. cap.* 44. *nu.* 24. *&* 25. *Farinac. de teſt. in tit. de oppoſ. contra perſon. teſt. qu.* 62. *num.* 328. *Oſaſcb. dec. Pedemont,* 99. *nu.* 41. *& in puncto matr. Boſſ. de matr. cap.* 5. §. 3. *nu.* 17. 18. *&* 19. *Burat. dec.* 143. *num.* 4. *&* 8. *Card. Mantica deciſ.* 112. *num.* 14. *Rot. dec.* 273. *num.* 12. *&* 15. *p.* 4. *diuerſ.* & quod matrimonium non

43 clandeſtinum, ſed in faciem Eccleſiæ coram Parocho, & teſtibus contractum probetur per ordinarias probationes dixit *Rota dec.* 530, *nu.* 12. *coram Burat.*

44 Adeo vt ſi oriatur lis ſuper matrimonij celebratione, per eoſdem teſtes inhabiles adhibitos, vna cum Parocho probatur contractum fuiſſe *Sanchez. de matrim. diſ.* 41. *num.* 6. *lib.* 3. *cum alijs per Boſſ. de matr. cap.* 5. §. 3. *num.* 21. *&* 22. vbi ſubdit,

45 quod ſi matrimonium celebratum fuiſſet abſque Parochi præſentia, tunc non probaretur per teſtes inhabiles, & alios, qui de iure a teſtificando repelli poſſunt.

46 Limit. ſupradictam conclusionem, ſi tam Parochus, quam teſtes ſint valdè ſuſpecti, & prauæ opinionis, vt ſi omnes ſint infames, & excommunicati, vt propterea nulla fides ſit eiſdem adhibenda, & hoc caſu niſi concurrant aliæ coniecturæ, & circumſtantię horum teſtimonium non habetur pro integra probatione *Boſſ. de matr. cap.* 5. §. 3. *num.* 25. licet contrarium aſſerat *Coninch. de matr. diſ.* 27. *dub.* 4. *num.* 42. ea motus ratione, quia cauſa eſt fauorabilis, & ne detur occaſio contrahendi ſecundum matrimonium, in præiudicium primi.

47 Limit. 2. quando Parochus aſſiſtit matrimonio fraudulenter, puta ad fauorem coniuncti, ſeu conſanguinei pauperis, & non condigni, nam tunc nulla fides eſt eidem adhibenda, tamquam deponat in negotio ad eum pertinente ratione proprij intereſſe, vndè eius depoſitio redditur ſuſpectiſſima, ſiquidem Concilium Tridentinum conſiderauit frequentiores caſus bonitatis Parochi, non autem reſpexit ad particulares caſus ſuſpicionis Parochi & teſtium, adeout hoc caſu attendendum ſit ius commune quo ad inhabilitatem, & fidem eiſdem adhibendam, vt ex *Sanchez. de matr. lib.* 3. *diſ.* 41. *nu.* 5. *col.* 6. *in prin. verſ. quod ſi dicas, & num.* 6. *& ex Cucco lib.* 5. *inſtitut. tit.* 11. *num.* 62. *&* 63. *tradit Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 549. *num.* 10. *tom.* 5.

SVMMARIVM:

1 Parochus non poteſt cognoſcere de impedimento matrimonij, ſed ſi detegatur debet deferre ad Ordinarium.
2 Non poteſt aſſiſtere matrimonio in præiudicium aliorum ſponſaliorum.
3 Impedimentum matrimonij affinitatis, & conſanguinitatis probatur per duos teſtes.
4 Ad impediendum matrimonium ſufficit fama impedimenti, etiam ſi ſponſalia ſint iurata.
5 Denuncians impedimentum non ſufficit ad impediendum matrimonium, niſi ſaltem concurrat fama.
6 Fama, vt ſufficiat ad impediendum matrimonium eſt legitimè probanda.
7 Teſti non iurato parum creditur.
8 Fama non ſufficit ad impediendum matrimonium, ſi docea-

Digitized by Google

doceatur de contraria fama, etiam per iuramentum conſanguineorum num. 9.

Cui iuramento an ſtandum ſit relinquitur arbitrio Epiſcopi nu. 10.

11 Rumor impedimenti ſufficit ad ſuſpendendum matrimonium contrarium nu. 12. in fin.

12 Fama, & rumor quid ſint, & in quo differant.

13 Teſtis deponens de fama, ſi neſciat quid ſit fama non probat, vbi declaratur.

14 Fama probatur per teſtes, deponentes, quod publicè dicatur, dummodò reddant cauſam eorum dicti nu. 15. Contrarium num. 16.

17 Impedimentum matrimonij probatur per vnicum teſtem, tum ad diſſoluenda ſponſalia, tum ad impediendum matrimonium contrahendum contrarium num. 18.

19 Amp. procedere etiam ſi teſtis non eſſet citatus, & licet ſi denunciator, & nollet publicè teſtimonium ferre. num. 22.

20 Denunciator in cauſa matrimoniali poteſt eſſe teſtis declara, vt num. 30.

21 Teſti ſe offerenti creditur, vbi agitur de peccato euitando.

23 Teſtis vnicus integer ſufficit ad diſſoluenda ſponſalia, etiam ſi iuramento firmata fuerint, ſecus ſi non eſſet omnino integer num. 24.

25 Teſtis ſi ſit perſona vilis non eſt ſufficiens ad impediendum matrimonium declara vt ibidem.

26 Pro vt etiam ſi teſtis ſe ingereret, ſecus ſi deponat vigore publicationum nu. 27.

28 Teſtis vnicus, vbi agitur de præiudicio tertij, & non de peccato euitando non ſufficit ad impediendum matrimonium.

29 Teſtis vnicus licet integer debet iurare alias non ſufficit ad impediendum matrimonium.

31 Vlterius debet deponere ſe certo ſcire impedimentum.

32 Teſtis de auditu non eſt ſufficiens ad impediendum matrimonium, licet habeat cuntellem ſine iuramento contrarium nu. 46.

33 Contrarium quod ſufficiat etiam teſtis de auditu ad probandum impedimentum conſanguinitatis duodecim concurrentibus requiſitis.

34 Enumerantur requiſita ſupradicta, vſque ad nu. 45.

46 Declara, vt requirantur dicta requiſita, ita exactè, vbi agitur de diſſoluendo matrimonio iam contracto, ſecus autem ſi agatur de impediendo.

47 Confeſſio coniugum, an, & quando ſufficiat ad diſſoluenda ſponſalia, & impediendum matrimonium, & num. 48. 49. & 50.

48 Nemo eſſe poteſt teſtis in cauſa propria.

50 Rumor viciniæ nullam facit probationem.

51 In cauſis matrimonialibus, & vbi agitur de peccato vitando eſt deferendum iuramentum reo, etiam actore non probante.

52 Ad probandum impedimentum, vt diſſoluatur matrimonium requiruntur duo teſtes.

53 Et parentes, & conſanguinei ſunt legitimi teſtes.

54 Fama impedimenti non ſufficit ad diſſoluendum matrimonium contractum.

55 Impedimentum matrimonij non probatur confeſſione coniugum, vbi agitur de eo dirimendo.

56 Amp. licet fama impedintenti, cum tali confeſſione concurreret, limit. vt num. 57. & 58.

59 Confeſſio impedimenti coniugum ſtantium pro matrimonio, an ſit ſufficiens relinquitur arbitrio Iudicis.

60 Confeſſioni coniugum ſtandum eſt ſi agatur de diuortio, quo ad Thuium tantum.

Impedimentum matrimonij quomodo probetur, vt contrahi non permittatur, & contractum dirimatur.

ADNOTATIO III.

1 VBi facta publicatione matrimonij, aliquod impedimentum opponatur, licet poſſit Parochus interdicere matrimonium, non tamen de impedimento cognoſcere debet, ſed res deferenda eſt ad Ordinarium, vt de illo cognoſcat, probat *textus in cap. fi. in fi. prin. de clandeſtin. diſpenſ.* etenim cum Parochus careat iudiciali poteſtate, cognitio huius articuli deuoluitur ad Ordinarium, late *Sanchez de matr. lib. 2. diſ. 15. num. 3. & 15. vbi alios allegat, & ex Gutier. Coniuch. Pont. Hurtad. tradit etiam Boſſ. de matr. cap. 7. §. 41. nu. 195. per textum in cap. 1. de conſanguinit. in fin.* ibi *non ſunt cauſa matrimonij tractanda per quoslibet, ſed per Iudices diſcretos, qui poteſtatem &c.* ſcilicet ordinariam, vel delegatam, quam Parochus non habet, vt notat ibi *glo. in verbo poteſtatem.*

2 Vndè non licet Parocho aſſiſtere matrimonio in præiudicium aliorum ſponſaliorum, quorum fides frangatur per huiuſmodi celebrationem, ſed tenetur illud impedimentum ad Ordinarium deferre, qui conſtito de prioribus ſponſalibus, tenetur cogere ſponſum, vel ſponſam ad illa implenda, vt ex *Sanchez. & Gutier. tradit Boſſ. de matr. cap. 7. §. 41. num. 197.*

3 Quodlibet autem matrimonij impedimentum inter contrahentes etiam conſanguinitatis in gradu prohibito ſufficiẽter probatur duobus teſtibus idoneis, ſicut generaliter in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, *Boſſ. de matrim. cap. 7. §. 30. num. 223.*

4 Ad impediendum autem matrimonium contrahendum inter ſponſos ſufficit fama impedimenti, ſine alia eius probatione, etiam ſi ſponſalia iuramento firmata fuerint, vt diffinitum videtur in *cap. ſuper eo de conſanguinit. & affinit.* ibi, *vel ſi manifeſtum non eſt* (ſcilicet impedimentum affinitatis) *fama tamen loci hoc habet vbi glo. in verbo fama, & in verbo fide,* explicat id eſt *iuramento Panormitan. ibidem num. 4. & 5. & generaliter ſcribentes, glo. in cap. cum in tua de ſponſ. & Panormit. num. 4. Gutier. de matrim. cap. 36. num. 13. & 14. Piaſecius in prax. Epiſcop. p. 2. cap. 4. num. 39. verſ. ſic & ſi in contrarium Coniuch. diſ. 25. num. 80. Hurtad. de matr. diſ. 2. num. 68. verſ. ſic addidimus* Maſcard. *de probat. lib. 2. conclu. 1031. num. 11. & 12. Boſſ. de matrim. cap. 7. §. 31. num. 124. & 125. cum ſeq.*

5 Nec aduerſatur textus *in cap. cum in tua de ſponſ.* vbi diſponitur, quod vltra perſonam fide dignam requiratur fama ad impedienda ſponſalia iuramento firmata, & tenet *Palud. in 4. diſt. 27. qu. 1. art. 3. caſ. 9. num. 27.* Quia ibi perſona fide digna non deſignatur vt teſtis, ſed tamquam denunciator, ibi *quod ſi perſona grauis, cui fides ſit adhibenda tibi denunciet, quod hi, qui ſunt matrimonio copulandi ſe propinquitate contingant, & de fama, vel ſcandalo doceat,* vndè potius colligitur ex verbis textus Innocentium III. diſpoſuiſſe, quod etiam ſola fama ſufficiat, ſi à denunciatore fide digno iuſtificata fuerit, vt ex *Alexand. de Neuo Gutier. Barboſ. Sanchez tradit Boſſ. de matr. cap. 7. §. 31. nu. 125. verſ. neque obſtat.*

6 Vt autem fama ſufficiat pro plena probatione ad impediendum matrimonium, non debet eſſe priuata, nempè vt conſtet Iudici, vt priuato, ſed eſt iuſtificanda per legitimas probationes, *gloſ. & DD. in cap. cum in tua de ſponſal. Butr. num. 7. Alex. de Neuo num. 16. Gutier. de matrim. cap. 36. num. 14. Sanchez. de matrim. diſp. 71. num. 15. lib. 1. Boſſ.*

de

Digitized by Google

de matr. cap. 7. §. 31. num. 126. 127. & 128. vbi
7 quod Iudex dicta fama priuata impedimenti du-ctus, poſſit ex officio, & per ſe ipſum de plano, & ſine aliquo ordine iudiciario procedere, & de impedimento inquirere, tutius tamen eſt, vt recipiat depoſitiones teſtium medio iuramento, alias iuridice non procederet, cum parum credatur teſti non iurato, vnde inoleuit praxis Curiarum Eccleſiaſticarum, vt in huiuſmodi probatione teſtibus deferatur iuramentum Sanchez. lib. 1. diſ. 71. num. 10. Ric. in collect. dec. 263. p. 1. Segura 2. p. direct. cap. 16. num. 26.

8 Limit. 1. vt fama non ſufficeret ad impediendum matrimonium, ſi de contraria fama clariores fierent probationes, ita notat gloſ. per il um textum in cap. cum in tua de ſponſal. in verbo famam contrariam Pariſ. conſ. 64. num. 24. vol. 3. Gutier. de matr. cap. 36. num. 15. Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 1031. num. 14. Barboſ. in collect. ad cap. cum in tua de ſponſ. num. 2. Sanchez. de matr. lib. 1. diſ. 71. nu. 16. Boſſ. de matr. cap. 7. num. 129. & 130. vbi quod ad depo-
9 nendum contra hanc famam admittatur cõſanguineorum iuramentum, prout etiam tenet Maſcard. num, 15. Barboſ. num. 3. Gutier. num. 15. Sanchez. numer. 17. in locis proximè citatis Vgolin. de officio & poteſt. Epiſcop. cap. 15. §. 11. num. 7, verſ. at qui.

10 Iudicis tamen arbitrio relinquitur iuxta qualitatem perſonarum, & contrariæ famæ, an ſtandum ſit iuramento conſanguineorum ſuper impedimento matrimonij ad elidendum contrariam famam, Menoch. de arbit. caſ. 243. num. 7. & caſ. 454. vbi num. 2. quod arbitrio Epiſcopi relinquitur, vt recipiat, vel reijciat iuramentum conſanguineorum atteſtantium inter contrahere volentes nullum adeſſe impedimentum, vt ſtatuit Innocen. III. in cap. cum in tua de ſponſal. Vgolin. de poteſt. Epiſcop, cap. 15. §. 11. num. 7. verſ. At qui Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 1031. num. 16.

11 Rumor verò licet ex probabiliori non ſufficiat ad impediendum matrimonium, ſufficit tamen ad effectum ſuſpendendi, ne contrahatur, donec veritas indagetur, & ratio eſt, quia rumor minus
12 probat, quam fama, cum fama propriè ſit, quando tota Ciuitas, vel tota Vicinia, vel maior eius pars clamat, rumor, quando tertia, vel quarta pars ita Boſſ. de matrim. c. 7. § 31. n. 132. Sanchez. eodem tract. lib. 1. diſ. 71. n. 18. Gutier. eod. tract. c. 36. n. 16. contrarium ſcilicet quod etiã rumor ſufficiat ad impediendum matrimonium, affirmat Butr. in cap. ſuper eo, de eo qui cognouit conſanguin. vxor num. 7. & ibidem Prapoſit. num. 4.

13 Teſtis verò deponens de fama ſi ignoret quid ſit fama, non probat, ſufficit tamen quod ex illius verbis colligatur tale factum, ex quo reſultet publica vox, & fama Dec. in l. 1. in 2. lectura nu. 52. ff. ſi cert. petat Ruin. conſ. 44. num. 14. lib. 4. Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 749. num. 34. & 35. late Farinac. in prax. crim. qu. 47. num. 219. iuncto num. 225. Greg. XV. dec. 325. num. 13. vbi Beltr. in addit. num. 28. vbi alias deciſ. allegat. Rot. deciſ. 138. num. 7. paſt 2. vol. conſ. Farinac.

14 Et ſi teſtis deponat, quod publicè dicatur, probat famam, etiam ſi diceret, ſe ignorare quid ſit fama Rot. dec. 283. num. 1. coram Card. Seraph. dec. 702. nu. 5. p. 1. in recen. cum alijs allegatis per Adden. ad Greg. XV. dec. 325. ſub nu, 28. & dec. 530. num. 6. coram Burat. Caſſad. dec. 3. num. 7. de prob. Varal. dec. 7, p. 2.

15 Debent tamen teſtes deponentes ſuper fama reddere rationem eorum dicti etiam non interrogati, exprimendo cauſas, indicia, & coniecturas, quibus orta eſt fama alias non probant, Bart. in l. de minore §. plurimum poſt num. 19. Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 749. nu. 11. cum plurib. ſeq. vbi quod teſtis niſi reddat rationem ſui dicti per ſenſum corporis, ſcilicet, quod audiuerit à maiori parte populi, & ſubdat à quibus traxerit originem, & exprimat cauſas, ex quibus Populus inductus fuerit ad ſic credendum non probat famam, & lib. 3. conclu. 1369. num. 8. Ruin. conſ. 64. num. 10. lib. 1. & conſ. 158. num. 23. lib. 3. Petra de fideicom. qu. 11. num. 450. & qu. 13. num. 109. in fi. 112. 123. & 133. & tradunt DD. pleno calamo relati per Farinac. qu. 47. num. 216. 229. & 230. & ratio eſt, quia ſi non exprimantur iſtæ probabiles cauſæ, à quibus, & quomodo fama traxit originem, non dicitur probata, ſed potius vana vox populi, quę exaudiri non debet, l. Decurionum C. de pœnis Alex. conſ. 70. num. 7. lib. 3. Maſcard. lib. 2. conclu. 749. num. 12.

16 Contrarium ſcilicet quod etiam probetur fama licet teſtes non exprimant à quibus dici audiuerint & orta ſit tenent Paul. Granut. Theorem. 22. nu. 6. & alij DD. relati per Farinac. qu. 47. num. 218. & 236.

17 Probatur etiam impedimentum matrimonij per vnicum teſtem, tum ad diſſoluenda ſponſalia contracta, tum ad impediendum matrimonium contrahendum, cum agatur de grauiſſimo damno, & peccato euitando, vnde iſta ſemiprobatio haberi debet pro pleniſſima probatione, eſt textus in cap. præterea 2. de ſponſ. vbi glo in verbo ſi iuramentum interueniſſet, & ibidem Panormitan. num. 4. conſtat etiam ex textu in cap. ſuper eo 2. de teſtib. vbi glo. in verbo firmatum, & docent communiter ſcribentes in d. cap. præterea 2 de ſponſ Gutier. de matr. cap. 36. num. 2. & 3. Couar. de ſponſ. p. 2. cap. 6. §. 10. nu. 20. Campeg. de teſtib. reg. 197. num. 19. Piaſec. in prax. p. 2. cap. 4. num. 36. verſ. vltra ſi Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 71. nu. 1. verſ. prima concluſio Io. Crat. inter tract. diu. de teſt. p. 6. num. 212, fo mihi 645. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 62. num. 7. & lib. 2. conclu. 1031. num. 2. Farinac. de teſt. qu. 63. num. 48. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 96. num. 51. verſ. tertius caſus eſt & in collect. ad dictum cap. præterea nu. 2. & 3. & in collect. ad cap. ſuper eo de teſt. num. 9. Cardoſ, in prax. Iudic. & Aduocat. in verbo teſtis num. 43. Boſſ. de matr. cap. 7. §. 32. num. 133. & 137. Comitol. lib. reſponſ. moral. qu. 112. num. 3. circa fi. Layman. lib. 3. tract. 2. p. 2. cap. 4. num. 4.

18 Contrarium tenet Baſilius Pontius de matr. lib. 5. cap. 34. num. 8. & 9. & cap. 36. nu. 2. quem ſequitur Diana reſol. moral. p. 3. tract. 4. reſol. 221. qui ex rationibus per eos allegatis concludunt, quod vnius teſtis idonei dictum, ſeu depoſitio de impedimento ſufficiat tantum ad ſuſpendendum matrimoniũ contrahendum, donec veritas ab Ordinario indagetur, non autem ad ſimpliciter impediendum ne contrahatur, quorum ſententia reprobatur a Boſſio de matrim. cap. 7. §. 33. à num. 134. vſque ad 138.

vbi

vbi refert, & reſpondet rationibus, quibus nituntur.

19 Amp. primam ſententiam, vt procedat etiam ſi teſtis non eſſet citatus, ſed à parte producente Iudici oblatus, & quamuis eſſet denunciator, ſeu accuſator, allegaretque turpitudinem ſuam, vt colligitur à *DD. ex cap. 1. de conſanguin. & affinit. & ex cap. ad audientiam de ſponſ. & ex cap. iuramus de probat. & ex cap. preterea 2. de ſponſal. Innocent. in rub. qui matr. accuſar. poſſ. Marc. Anton. Gennen. in prax. Archiepiſcop. Curiæ Neapol. cap. 21 num. 7.*
20 vbi quod denunciator in cauſa matrimoniali poſſit eſſe teſtis, ſi bona intentione, & conſcientia moueatur *Gutier. de matr. cap. 36. nu. 2. & 3. Sanchez. de matr. lib. 1. diſ. 71. num. 4. Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 1031. nu. 3. Diana reſol. moral. p. 3. tract. 4. de Sacram. reſol. 221. in fi. Boſſ. de matr. cap. 7. §. 32. a num. 138. vſque ad 142.* & ratio eſt, quia vbi
21 agitur de peccato vitando teſti ſe offerenti ad teſtificandum creditur *Hipolitus ſingular. 140. ad fi. Barboſ. in collect. in cap. cum in tua de ſponſ. num. 4. Boſſ. de matr. cap. 7. num. 139.*

22 Amp. 2. vt procedat quamuis teſtis nolit parte citata, & publicè teſtimonium ferre, ſed clam, & abſque nominis publicatione *DD. in cap. preterea de ſponſ. ibi ſed hoc publice confiteri recuſat*, & ibidem notat *Panorm. num. 7. Butr. num. 6. Alex. de Neuo num. 4. Præpoſ. num. 4. Barboſ in collect. in cap. cum in tua num. 4. de ſponſal. Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 1035. num. 4 Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 71. num. 3. Gutier. de matrim. cap. 36. num. 5. Boſſ. de matrim. cap. 7. num. 140.*

23 Amp. 3. vt etiam ſufficiat teſtimonium vnius teſtis integri ad diſſoluenda ſponſalia etiam ſi iuramento firmata fuerint, & impediendum matrimonium, ſi tamen Iudex attentis circumſtantijs ſibi perſuadeat verum deponere, *Abb. in cap. ſuper eo de conſanguin. num. 7. & in cap. ſuper eo de eo, qui cognouit conſan. num. 5. Præpoſit. in cap. preterea 2. in fi. de ſponſal. Conar. de ſponſal. p. 2. cap. 6. §. 10. nu. 20. & 22. Maſcard. de probat lib. 2. conclu. 1035. nu. 10. Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 71. num. 8. verſ. ſed verius Boſſ. de matrim. cap. 7. §. 32. num. 143. & ſeq.*

24 Secus vero ſi teſtis non eſſet omninò integer, & probatæ famæ, nam tunc præmiſſis ſponſalibus iuratis non probatur impedimentum ad impediendũ matrimonium contrahendum *Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 1035. num. 10. Boſſ. de matrim. cap. 7. §. 32. num. 145. Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 71. nu. 8. verſ. ſed verius vbi in fi.* declarat in his terminis procedere diſpoſitionem textus in *cap. preterea il 2. de ſponſal.* & in his etiam terminis ſubſtineri poteſt doctrina *Iacobi Leoniſſa inter conſilia matrimonialia Ziletti 49. num. 21.*

25 Limit. 1. quando teſtis ſit perſona vilis, nam tunc eius teſtimonium non eſt ſufficiens ad impediendum matrimonium, etiam ſi ſponſalia non ſint iurata, niſi factum ita clandeſtinum ſit, vt probari nequeat, niſi per vilem perſonam; debent propterea Iudices in huiuſmodi facti contingentia conſiderare qualitatem perſonæ teſtificantis, & an ſibi diſpliceat matrimonium, nec nè, & alias circumſtantias *Panormit. in cap. preterea 2. de ſponſ. in fi. & in cap. cum in tua num. 7. eod. tit. Gutier. de matrim. cap. 36. num. 12. Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 71. num. 12. Boſſ. eodem tract. cap. 7. §. 32. num. 145.*

26 Limit. 2. vt procedat dum teſtis præſumi poſſit, quod ſe non ingerit, ſecus vero vbi ſe ingereret, nam tunc vti ſuſpectus eſſet repellendus, *Abb in cap. in tua num. 2. de ſponſal. vbi Alex. de Neuo nu. 4. Præpoſ. num. 1. Maſcard. de probat lib. 2. conclu. 1035. num. 3. Gutier. de matrim. cap. 36. num. 4. Sanchez. eodem tract. lib. 1. diſ. 71. num. 2. Boſſ. eo-*
27 *dem tract. cap. 7. num. 138.* vbi ſublimitat quod intelligatur, niſi proceſſiſſet monitio Parochi, ſeu præcedentes publicationes pro reuelatione impedimentorum, nam tunc ceſſaret prædicta ſuſpicio.

28 Limit. 3. prædicta procedere quando opponitur impedimentum matrimonij ratione peccati vitandi, ſecus vbi non agatur de peccato vitando, ſed de ſolo tertij præiudicio, & de iure tertij acquiſito, ne ſibi fides præſtita impleatur, quo caſu non ſufficit vnius teſtimonium, quia cum agatur de alterius peccato probando, ſcilicet fornicatione, & crimine requiruntur duo teſtes, ita *Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 71. num. 7. verſ. ſed omnino per teſt. in c. licet ex quadam cap. veniens cap. in omni negotio de teſt. & in l. vt iuſiurandi C. de teſt.*

29 Vt autem vnicus teſtis, licet integer ſufficiat ad impediendum matrimonium, non ſolum requiritur, vt de veritate deponat, ſed quod etiam iuret, *Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 71. num. 10. Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 1035. nu. 10. Barboſ. in collect. in cap. preterea 2. de ſponſal. num. 5. Boſſ. de matrim. cap. 7. §. 32. nu. 147.*

30 Quod ſi teſtis tantum denunciaret, non impediret matrimonium, niſi probaret de fama, vt colligitur in *cap. cum in tua de ſponſal. vbi Alex. de Neuo nu. 9. & 14. Gutier. de matr. cap. 36. nu. 8. Sanchez. eodem tract. diſ. 71. num. 9. Boſſ. eodem tract. cap. 7. nu. 147.*

Vlterius vltra iuramentum, quo debet ſuam de-
31 poſitionem qualificare, neceſſe eſt, vt aſſerat ſe certo ſcire impedimentum de quo deponit, ſecus autem ſi tantum de auditu deponeret *Boſſ. de matrim. cap. 7. nu. 148. Sanchez. de matr. lib. 1. diſ. 71. nu. 11.* cum alijs citandis in ſequenti concluſione.

32 Teſtis vero vnus etiam iuratus de auditu non eſt ſufficiens ad impediendum matrimonium, etiam ſi haberet conteſtem abſque tamen iuramento, licet ex certa ſcientia teſtaretur, cum teſtis de auditu non probet, & teſtis non iuratus nullam faciat probationem, vt ſtatutum fuit in *Concilio generali Lateranenſi* relat *in cap. licet ex quadam de teſtib. & atteſtation. Panormit. in cap. 1. de conſanguin. & affinit. num. 2. & 3. Nauar. lib. 4. conſil. 2. num. 1. tit. de conſanguin in 2. editione Boſſius de matr. cap. 7. nu. 148. & 149.* vbi quod quando vnus teſtis dicit ſe audiuiſſe impedimentum, quod tamen probare non poſſit, tunc non impeditur ad tradita *per Ric. in collect. dec. 263. p. 2. Anton.* Fab. *dec. 8. & dec. 54. in tit. de teſt.*

33 Sed quod etiam ſufficiat teſtis de auditu ad probandum impedimentum affinitatis, conſanguinitatis, vel parentelæ, duodecim tamen copulatiuè concurrentibus requiſitis, mox infra recenſendis, habetur ex eodem *Concilio generali Lateranenſi ſub Innocentio III.* relat *in cap. licet ex quadam de teſtib. & atteſtat. & vt ibidem notant* Bald. *Inn. & Hoſtien. Hector. Aemil. in tract. de teſtib. in rub. teſtis affinitatem deponent nu. 2. fo. 125. & nu. 20. fo. 131. & in*

mate-

materia teſtis de auditu num. 58. ſo. 272. Farinac. in tract. de teſtib. tit. de oppoſ. contra dicta teſt. qu. 69. cap. 2. num. 103. & 105. Gennen. in prax. Archiep. Neapol. cap. 21. num. 8. Baſil. Pont. de matrim. lib. 5. cap. 36. num. 2. Gutier. eodem tract. cap. 36. num. 10. Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 71. num. 11. verſ. excipiendum Auguſtin Barboſ. in collect. in cap. licet ex quadam de teſtib. num. 6. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 410. num. 1. 7. 3. iuncto num. 20. cum pluribus ſeq. & lib. 3. conclu. 1031. num. 10. in fi. Boſ. de matr. cap. 7. §. 32. num. 150. & 151.

34 Exigitur enim primo, vt teſtis de auditu ſit perſona grauis, omnique exceptione maior, & non infamis, aut ſuſpectus, dicto cap. licet ex quadam ibi niſi forte perſonæ graues de teſtib. vbi notant glo. & omnes Hector. Aemil. de teſtib. in rub. teſtis affinitatem deponenſ. fo. 126. num. 3. & 4. vbi declarat quæ ad hunc effectum dicantur perſonæ graues, & fo. 129. num. 13. & in puncto teſtis de auditu ſo. 268. num. 46. & ſo. 271. num. 56. & 57. & tradunt alij DD. relati per Farinac. de teſtib. dicta q. 69. nu. 106. Boſſ. de matrim. cap. 7. num. 150. verſ. oportet autem.

35 Secundo requiritur, vt teſtis deponere debeat ſe audiuiſſe ante litem motam cap. licet ex quadam de teſtib. ibi & ante litem motam teſtificata didicerint, vbi notant omnes ſcribentes Farinac. dicta qu. 69. nu. 109. Boſſ. de matrim. cap. 7. num. 150. circa fin.

36 Tertio requiritur, vt deponant ſe audiuiſſe à maioribus antiquioribus ſuis, adeo vt non ſufficiat dicere ab antiquis dicto cap. licet ex quadam, ibi ab antiquioribus quidem ſuis de teſtib. & iterum infra ibi ſe accepiſſe à ſuis maioribus, quod deponunt, vt ibidem notat Hoſtien. num. 5. in fi. & num. 11. Boſſ. de matrim. cap. 7. num. 150. circa fin. Farinac. de teſtibus, qui alios allegat qu. 69. num. 110. & 111. vbi quod nomine maiorum veniant aſcendentes, & non collaterales, qui non dicuntur maiores, vt notat Bal. in eodem cap. licet ex quadam, num. 2. verſ. ibi maioribus.

37 Quarto teſtis debet dicere ſe audiuiſſe non ab vno, ſed à pluribus maioribus cap. licet ex quadam de teſtib. ibi non vtique ab vno, cum non ſufficeret illa ſi viue ei, ſed à duobus ad minus Farinac. de teſtib. q. 69. num. 112. cum alijs per eandem relatis num. 79. Gabr. in tit. de teſt. conclu. 3. num. 4. lib. 1. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 104. num. 10. & conclu. 395. nu. 6. Menoch. de arbitrar. caſ. 475. num. 12. Paccian. de probat. lib. 1. cap. 9. num. 37. Natta conſ. 170. num. 5. lib. 1.

38 Quinto debent deponere à quibus dici audiuerint, & quod huiuſmodi auctores ſint fide digni, aliter non probant, ex eodem cap. licet ex quadam de teſtib. ibi nec ab infamibus, & ſuſpectis, ſed à fide dignis, & omni exceptione maioribus, vt ibidem notant omnes Farinac. de teſtib. qu. 69. num. 113. cum alijs per eundem congeſtis num. 79.

39 Sexto requiritur quod teſtes ſint plures, alias vnus teſtis de auditu non probat conſanguinitatem, ex eodem cap. licet ex quadam de teſtib. ibi cum ſecundum ordinem ſolitum iudiciorum non ſufficiat vnius teſtis aſſertio Farinac. de teſtibus qu. 69. num. 114.

40 Septimo debent deponere cum iuramento alias non probant, ex eodem cap. licet ex quadam de teſtib. ibi teſtes autem huiuſmodi proprio iuramento firmantes, & infra ibi in ſuo nihilominus iuramento concludant, & iterum infra ibi niſi iurati deponant, vt omnes communiter notant, & præſertim Hoſtien. ſub nu. 11. verſ. 10. &c. Farinac. de teſt. qu. 69. num. 118.

41 Octauo non debet deponere odio, amore, commodo, vel timore, ſed omni humano reſpectu, omnique animi paſſione, vel affectu poſtpoſito, alias non probat, conſtat ex eodem cap. licet ex quadam de teſtibus ibi quod ad ferendum teſtimonium in cauſa ipſa odio, amore, timore, vel commodo non procedant, ex Hoſtien. Bal. Hector. Aemil. comprobat Farinac. de teſtib. qu. 69. num. 115.

42 Nono teſtis de auditu in probando impedimento affinitatis, vel conſanguinitatis, debet ſpecificare, & diſtinguere perſonas, & gradus per nomina propria, appellatiua, demonſtratiua, vel per circumlocutiones ſufficientes, patet ex eodem cap. ex quadam de teſtib. ibi perſonas expreſſis nominibus, vel demonſtratione, vel circumlocutione ſufficiente deſignent ibique glo. in verbo demonſtratione Innocen. eodem verbo, & num. 10. verſ. octauum Io. And. num. 5. in verbo perſonas, & in verbo demonſtratione Imol. num. 4. Butr. num 3. verſ. nota non refert Abb. num 3. in fi. Hector. Aemil. in tract. de teſtib. in rub. teſtis affinitatem deponens fo. 126. num. 15. Barboſ. in collect. ad eundem capit. licet ex quadam num. 6. Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 71. num. 11. verſ. excipiendum Farinac. de teſtib. qu. 69. num. 116. Gutier. de matrim. cap. 36. num. 10.

43 Decimo vltra præfatarum perſonarum ſpecificationem, debent deſignare ſingulos gradus conſanguinitatis, vel affinitatis, derupto, ſeu excepto ſtipite, conſtat ex eodem textu in cap. licet ex quadam de teſtib. ibi & ab vtroque latere ſingulos gradus clara computatione deſignent ibique glo. in verbo gradus Hoſtien. 10. in verbo ſingulos gradus, & nu. 11. verſ. 9. Bald. in prin. conclu. 3. Riminald. conſ. 347. nu. 50. & 51. lib. 3. Hector. Aemil. in tract. de teſtib. in rub. teſtis affinitatem deponens fo. 129. num. 16. & in puncto teſtis de auditu ſo. 272. num. 56. & 57. Farinac. de teſtib. qu. 69. num. 117. Boſſ. de matrim. cap. 7. n. 150. Gutier. eodem tract. cap. 36. num. 10. Aug. Barboſ. in collect. ad dictum cap. licet ex quadam de teſt. num. 6. Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 71. num. 11. verſ. excipiendum Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 410. n. 21. vbi quod neceſſe ſit, vt probent diſtincte gradus, incipiantque à communi parente, vel germanis, vel fratribus, à quibus alij gradatim deſcenderunt.

44 Vndecimo tenentur teſtes de auditu addere ſe credere ita eſſe, id quod audiuerunt, habetur ex eodem cap. licet ex quadam de teſtib. ibi & credere ita eſſe, vt tradunt ibidem omnes ſcribentes, & ex Capra Corn. Socin. Hector. Aemil. & alijs tradit Farinac. de teſtib. qu. 69. num. 119.

45 Duodecimo vltra prædicta requiritur, vt teſtes ſaltem viderint, & cognouerint perſonas in vno prædictorum, ſeu nominatorum graduum conſtitutas pro conſanguineis ſe inuicem tractare, vt etiam ſtatuitur in dicto cap. licet ex quadam de teſtib. ibi ſed nec tales ſufficiant, niſi iurati deponant ſe vidiſſe perſonas, vel ſaltem in vno prædictorum conſtitutas, pro conſanguineis ſe habere, & ibi hoc notat Hoſtien. nu. 1. in fi. in verb. pro conſanguineis, & num. 11. in verbo habere Io. And. num. 6. in verbo ſe habere Anchar. nu. 8. Butr. nu. 3. verſ. nota caſum Hector. Aemil. de teſtib. rub. teſtes affinitatem deponentes num. 18. ſo. 130. Farinac. de teſtib. qu. 69. nu. 120.

46 Declara, vt requirantur ſupradicta requiſita in
teſte de auditu, ita exactè, vbi agitur de diſſoluendo
matrimonio iam contracto, ſecus tantum vbi aga-
tur de impediendo contrahendo, quo caſu ſufficit
etiam teſtis de auditu impedimenti conſanguinita-
tis fide dignus, qui à maioribus audiuerit, dummo-
do iſte probet gradus, & benè diſtinguat clara com-
putatione ab vtroque latere *Boſſ. de matrim. cap. 7.
§. 32. num. 151. ex Maſcard. quem allegat. de probat.
lib. 1. conclu. 410. num. 9. 10. & 21.*

47 Confeſſio verò impedimenti vtriuſque ſponſi ſuf-
ficit ad diſſoluenda ſponſalia etiam iurata, & ad im-
pediendum matrimonium, nam mutuo conſenſu
diſſolui poſſunt ſponſalia, & mutuus conſenſus re-
ſiliendi, ſatis explicatur per illam impedimenti con-
feſſionem, & allegatur cauſa, propter quam ſpon-
ſalia ſubſiſtere nequeant, quod ſi vnus tantùm ex
ſponſis confiteatur impedimentum, & fundamento
huius confeſsionis inſtet contra ſponſalia, & recuſet
celebrationem matrimonij, & tunc eius confeſſio nõ
ſufficeret ad impediendum matrimonium in præiu-
dicium alterius *Panorm. in cap. ſuper eo de eo, qui co-
gnoſ. conſang. vxo. ſua num. 5. Maſcard. de probat.
lib. 2. conclu. 1031. num. 17. & 18. Menoch. de arbi-
trar. caſ. 103. num. 2 Genuen. in prax. curia Archie-
piſcopal. Neapol. cap. 21. num. 10. & 11. Guttier. de
matrim. cap. 36. num. 18. Sanchez. de matrim. diſ. 72.
num. 1. 2. & 4. lib. 1. Boſſ. de matrim. cap. 7 §. 33. nu.
153 & 154.* qui ferè omnes concludunt, quod qui
ſtat pro ſponſalibus, & deſiderat matrimonium, ſed
fateatur impedimentum, ſit eidem fides adhibenda,
vt illius confeſſio videatur ſufficiens ad impediendũ
matrimonium, & diſſoluenda ſponſalia, ſiquidem
aſſerenti aliquid contra ſe eſt credendum, contra-
rium tamen tenet *Molin. lib. 1. de ritu nuptiar. cap.
15. num. 28.* ea ratione, quia etiam ſi quis inſtet pro
matrimonio, tamen allegando impedimentum non
eſt ei credendum, cum nemo poſſit eſſe teſtis in cau-
48 ſa propria *l. vnica C. ne quis in ſua cauſa l. qui iuriſ-
dictionem ff. de iuriſdict. omnium Iud.* ſed hæc opinio
49 vera eſſet, quando alter, qui negat impedimentum
vellet ſequi matrimonium, ſecus vero ſi vellet non
ſequi, nam tunc concurrit diſſenſus ex parte ſua, &
ſic mutuus conſenſus ad diſſoluenda ſponſalia, vt
animaduertit *Boſſ. de matrim. cap. 7. num. 154. in
fine,*

50 Quod ſi cum alterius coniugis confeſſione ra-
tiones probabiles accederent, vel fama comproba-
retur, tunc adeſſet cauſa ſufficiens ad impediendum
matrimonium, & huiuſmodi confeſſio præiudicia-
lis eſſet eidem matrimonio, ſecus autem ſi tantum
accederet rumor viciniæ, qui nullam facit proba-
tionem, iuxta textum in *cap. ſuper eo de eo, qui co-
gno. conſan. vxor. ſua vbi glo. notat. Sanchez de ma-
trim. lib. 2. diſ. 35. num. 33. cum plurib. ſequen.*

51 Eſt tamen animaduertendum, quod in cauſis
matrimonialibus, omnibuſque alijs, in quibus ani-
mæ periculum vertitur, & agitur de peccato vitan-
do, quamuis actor nihil probauerit, & nulla ſit
pro actore poſſeſſio, adhuc tamen eſt deferendum
iuramentum reo, qui iurare debet impedimentum
oppoſitum non adeſſe, & eius iuramento ſtandum
eſt, vt eſt caſus *in cap. continebatur de ſponſion. impu-
ber. vbi glo. in verbo iuramento Abb. num. 8. Alex. de
Neu. num. 21. Præpoſit. num. 6. Sanchez. de matrim.
lib. 7. diſ. 113. num. 28.*

52 Vbi tamen agitur ad probanda impedimenta, vt
diſſoluatur matrimonium requiruntur ſaltem duo
teſtes, qui ſint omni exceptione maiores, cum aga-
tur de cauſa grauiſſima, & magno præiudicio, ita
vt vnicus teſtis non ſufficiat ex *cap. de illo de eo, qui
cogno. conſang. vxo. ſua cap. 1. de conſanguinit. cap.
ſuper eo il 2. de teſt. Couar. 4. Decretal. 2. p. cap. 8. §.
12. num. 7. & 8. Maſcard. de probat. tom. 2. conclu.
1034. num. 19. Sanchez. de matrim. lib. 2. qu. 45. nu.
30. tom. 1. fo. mihi 216.*

53 Et hoc caſu etiam parentes, & conſanguinei ſunt
legitimi teſtes, cum melius informati præſumantur
*cap. ſuper eo il 2. de teſt. cap. videtur qui matrimonium
accuſare poſſ. Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 1034.
num. 20. Sanchez. de matrim. lib. 2. qu. 45. num. 31.*
54 fama tamen impedimenti non ſufficit ad diſſoluẽ-
dum matrimonium contractum, & præcipuè conſu-
matum *cap. ſi duo 35. qu. 6. Maſcard. loco citato num.
21. Sanchez. dicta qu 45. num. 32. lib. 2.*

55 Prout neque ſufficeret ſi vterque coniux non
ſtantes pro matrimonio, ſed petentes diſſolui fateã-
tur impedimentum dirimens, quia in cauſa matri-
monij non ſtatur litigantium confeſſioni *cap. ſuper
eo de eo qui cognoſ. conſan.* ſiquidem non eſt in po-
teſtate coniugum matrimonium diſſoluere, prout
poſſunt ſponſalia *Menoch. de arbitrar. caſ. 103. nu. 8.
Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 1034. num. 29. Bru-
nel. de ſponſ. conclu. 29. in prin. cum alijs relat. per
Sanchez. de matrim. lib. 2. qu. 45. num. 33.* vbi ſubdit
56 hoc procedere licet fama impedimenti, cum tali
confeſſione concurreret, quia confeſſio tamquam
ſuſpecta, & in confitentium fauorem non probat,
& fama per ſe non ſufficiat.

57 Limit. vt procedat ſi coniuges, vel eorum alter
non permaneant, ſeù non inſtent pro matrimonio,
ſecus ſi ſtent pro eodem, & in eo permanere vellent,
nam tunc ſi Iudex ex officio inquirat, vel tertius
accuſauerit, tunc confeſſio vtriuſque ſimul cum
fama impedimenti ſufficeret *cap. ſi duo 32. qu. 6. San-
chez. qui alios allegat. de matrim. lib. 2. qu. 45. n. 33.
verſ. dixi concluſio tom. 1. & num. 34.* addit quod
58 hoc ſufficiat etiam ſi fieret confeſſio ab altero tan-
tum ſtante pro matrimonio, & allegaret turpitudi-
nem ſuam *Menoch. de arbitrar. caſ. 103. nu. 10. Ma-
ſcard. de probat. lib. 2. conclu. 1034. num. 28.*

59 Sublim. ſi concurrat præſumptio colluſionis in-
ter coniuges, nam tunc vtriuſque confeſſio minimè
probaret, & Iudicis arbitrio relinquitur, an talis
confeſſio vtriuſque coniugis pro matrimonio ſtan-
tium ſufficiens ſit *Menoch. de arbitrar. caſ. 303. n. 9.
Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 1034. num. 31. San-
chez de matrim. lib. 2. diſput. 45. num. 35. verſ. id
tamen obſeruandum.*

60 Sublim. 2. vt ſupradicta licet patiantur difficul-
tatem quando tractatur de diſſoluendo matrimo-
nio quo ad vinculum, ſed ſi ſolo diuortio quo ad
Thorum tractetur, tunc ſtatur confeſſioni alterius
Coniugis contra ſe ipſum prolatæ *cap. ex literis de
diuorſ. cap. intelleximus de adulter. Brunel. de ſponſ.
conclu. 29. num. 2. Menoch. de arbitrar. caſ 103. nu. 7.
Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 1034. num. 33. San-
chez. de matrim. lib. 2. qu. 45. num. 36.*

SIGNINA FRVCTVVM.

ARGVMENTVM:

FRuctus ciuiles, & pendentes in renunciatione beneficij abſque reſeruatione ſpectant ad ſucceſſorem, naturales, & induſtriales à ſolo ſeparati debentur reſignanti, vſque ad diem admiſſæ reſignationis, in reſignatione verò conditionali, & translatione Epiſcopi ad aliam Eccleſiam ad quem pertineant hic refertur.

SVMMARIVM.

1 Fructus non percepti, & pendentes io renunciatinne beneficij pura, & libera ſpectant ad ſucceſſorem nu. 7. Licet dicti fructus eſſent maturi tempore reſignationis num. 10.

2 Reſignans ſimpliciter beneficium abdicat à ſe omne ius, & poſſeſſionem ciuilem, & naturalem num. 12.

3 Et ſi recipiat fructus tenetur ad reſtitutionem.

4 Fructus naturales, & induſtriales debentur reſignanti ſi ſint à ſolo ſeparati vſque ad diem admiſſæ reſignationis num. 13.

5 Licet bona eſſent locata, & dies ſolutionis non dum veniſſet.

6 In affictu conſideratur potius tempus perceptionis, quam dies ſolutionis.

8 Fructus pendentes non ſpectant ad hæredes beneficiati defuncti, ſed ad Eccleſiam, vel ad ſucceſſorem.

9 Fructuum diuiſio, quod ſit facienda pro rata temporis inter reſignantem, & reſignatarium reprobatur Declar. vt num. 15.

11 Fructus ciuiles prouenientes ex re non producente naturaliter fructum ſpectant ad ſucceſſorem, dum de tempore renunciationis non venerat dies ſolutionis.

14 Fructus maſſæ groſſæ, cum ſuccedant loco præbendæ de illis ſicut de præbenda eſt iudicandum, vt debeantur ſucceſſori, & non hæredibus, vel reſignanti.

15 Fructuum diuiſio eſt facienda pro rata temporis inter reſignantem, & ſucceſſorem vbi non agitur de beneficio ſimplici, ſed de ſeruitio requirente, vt de Curato, Canonicatu, & Epiſcopatu.

16 Contrarium quod non ſeruetur in praxi.

17 Fructus beneficij conſiſtentes in annua. ſeu diurna præſtatione pertineot ad prædeceſſorem vſque ad diem reſignationis. Contrarium num. 18. & 19.

18 Fructus beneficij conſiſtentes in annua, ſeu diurna præſtatione ſpectant ad hæredes defuncti pro rata ſeruitij præſtiti, ſeu anni, ſecus ad reſignantem, ſed ad reſignatarium, & num 19.

19 Reſignans beneficium non poteſt percipere fructus, quorum actio ante reſignationem orta non erat, orituram verò extinguit per reſignationem ſimpliciter factam.

20 Epiſcopus motu proprio Papæ ad aliam Eccleſiam tranſlatus facit fructus ſuos vſque ad diem præſtiti conſenſus.

21 Reſignans conditionaliter cum reſeruatione fructuum facit fructus ſuos vſque ad diem præſtiti conſenſus.

22 Et poteſt petere fructus maturos vſq; ad dictam diem.

23 Pendentes verò diuidendos eſſe pro rata temporis tenet *Couar*. Præcipuè in beneficiis ſeruitium requirentibus num. 25.

24 Spectare ad ſucceſſorem tenet *Alber*. quæ eſt magis communis.

DECISIO XX.

REſignauit, ac libere dimiſit R. D. Paulus Cyprianus in manibus Ordinarij Canonicatum, quem obtinebat in Eccleſia Collegiata, & Matrice Terræ Valliſmontanæ, de quo ſucceſſiuè R. D. Ioſeph Floridus prouiſus fuit; verum quia Canonicatus præfatæ Eccleſiæ non habent præbendas diſtinctas, ſed omnes fructus recolliguntur in communi, & poſtea intereſſentibus ſtatutis temporibus pro ſeruitio præſtito tamquam diſtributiones quotidianæ ſingulariter diſtribuuntur, reſiduum verò quod excedit ratatas diſtributiones, & ſupereſt, loco præbendæ in fine anni diuiditur, & percipitur à Canonicis, vnde cum dicta reſignatio emanauerit non dum expleto anno, & prætendente Paulo admittendum eſſe ad participationem dictorum fructuum præbendalium pro rata ſeruitij præſtiti vſq; ad diem admiſſæ reſignationis, orta deſuper inter eundem, & ſucceſſorem controuerſia, & inchoato iudicio coram Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Epiſcopo Signino, quo pendente, placuit eiſdem me pro veritate conſulere, & ad fauorem D. Floridi moderni prouiſi reſpondendum eſſe credidi, ſiquidem quan-
1 do reſignatio facta fuit libera abſque expreſsa reſeruatione fructuum, vt in præſenti ad ſucceſſorem ſpectant omnes fructus non percepti, & pendentes, cum reſignans ſucceſſori remittere, & condonare videatur adeo vt ſibi imputare debeat, cur non reſeruauerit ad communiter tradita per *DD. in cap. ſollicitè, & in cap. accepta de reſtit. ſpoliat. Pacif de Saluian. interd. inſpect. 4 cap. 1. num. 214. & ſeq late Pariſ. de reſignat. lib. 1. qu. 6 à num. 1 cum plurib ſequen. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de bon. Clericor. §. 16. num. 1. Lotter. de re benefic. lib. 1. qu. 44. num. 32. & 33. Cinc. de cenſib. qu. 70. num. 19. alias p. 2. cap. 2. q. 2. art 4. Nouiſſime D. de Luca in Theat. veritat tom. 12. tit. de benefic. diſ. 34. num. 3. & diſ. 84. num. 5. Caſſad. dec. 4. tit. de reſtit ſpoliat. Card. Caualer. dec. 104 num. 1. & 2. Rot. dec. 240. per tot. p. 1. dec. 278. num. 6. & 7. p. 2. rec. repetit. dec. 177. poſt Cinc. de cenſib.*

2 Et ratio eſt, quia eo ipſo, quod quis reſignauit, & dimiſit beneficium ſimpliciter, abdicauit à ſe omne ius, & poſſeſſionem, ſiue reſignatio fuerit facta coram Ordinario, ſiue coram Papa, & reſignans remanet ſine titulo, etiam colorato, & beneficium habetur pro derelicto, & illud vt vacans poteſt liberè conferri, aut impetrari *Abb. Butr. Imol. & alij ſcribentes in cap. ſollicite, & in cap. accepta de reſtit. ſpoliat. Innoc. in cap. ſuper hoc de renunciat. Flam. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 1. qu. 3. num. 5. & 6. & qu. 6. num. 10. & ſeq. Caſſad. dec. 4. de reſtit. ſpoliat. Achil. de Graſſ. dec. 10. eod. tit. Put. dec 158. num. 4. in ſi. lib. 3.* & ideo poſt reſignatio-
3 nem non poteſt percipere amplius aliquos fructus, vt vltra citatos tradit *Pariſ conſ. 39 lib. 4.* & ſi poſt reſignationem percipiat, tamquam malæ fidei poſſeſſor tenetur ad eorum reſtitutionem, ex quo remanſit abſque titulo, etiam colorato, & amiſit poſſeſſionem ciuilem, & naturalem *Prob. ad Monac. in cap. ſi te num. 20. de renunciat. Sarnen. in regul. de annali qu 57. num. 3. verſ. pro quo eſt diligenter D de Luca in ſuo Theat. veritat. tom. 12. tit de benef. diſ. 84.*

 num. 5.

num. 5. facit Put. deciſ. 14. lib. 3. Canale. dec. 104.
num. 1. & 2. repetit. poſt Pacif. de ſaluian. dec. 224.
in recen. dec. 240. p. 1. Sperel. dec. 82. num. 27. tom.
1. Rot. poſt eundem Pacif. de ſaluian. dec. 225. num.
10. 11. & 12. repetit in recen. dec. 278 p. 2.

4 Et licet fructus naturales, & induſtriales debean-
tur ſimpliciter reſignanti, ſi ſint a ſolo ſeparati vſ-
que ad diem admiſſæ reſignationis, cum vſque ad
illud tempus dicatur reſignans legitimus ſuæ Ec-
cleſiæ ſponſus, vt probant *gloſ. in cap. ſi propter in*
verb. primi anni de reſcript. in 6. Corſet. in ſing. 4. in
verbo Clericus Conar. in cap. cum in offic. num. 12.
de teſtam. & lib. 5. var. reſol. cap. 15. num. 12. Gabr.
conſ. 192. num. 1. vol. 1. Honded. conſ. 85. num. 7.
vol. 2. late Flam. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 1. qu.
6. à num. 10. vſque ad 20. Canaler. dec. 104. num. 4.
& 5. Poſt Pacif. dec. 224. & poſt eundem Rot. deciſ.
225. num. 1. in recen. deciſ. 278. p. 2. num. 1. & 2.
5 in quibus fuit etiam dictum procedere concluſio-
nem etiam ſi bona eſſent locata, & dies ſolutionis
non dum veniſſet, niſi poſt reſignationem, quia
ſatis eſt, quod fructus, quorum cauſa ſolutio ſit
facienda tempore admiſſæ reſignationis, eſſent re-
collecti, iuxta terminos *l. defuncta, C. de vſufruct.*
& l. diuortio cum ibi not. ff. ſolut. matr. ſiquidem de
6 affictu, ſeu pretio locationis in hoc caſu non con-
ſideratur dies ſolutionis affictus, ſed potius tem-
pus perceptionis fructuum, pro quibus affictus ſol-
uitur *Salic. in l. fructus num. 3. verſ. & probat ratio-*
ne C. de action. empt. Alex. conſ. 28. num. 1. lib. 1.
Natta conſ. 141. num. 1. Hond. conſ. 85. num. 13.
& 23. lib. 2. Conar. lib. 1. var. reſol. cap. 15. num.
3. Bellon. conſ. 3. num. 11. Ferret. conſ. 151. num. 2.
lib. 2. Ancar. conſ. 193. num. 3. Alban. conſ. 275.
num. 6. Pacif. de Saluian. interdict. inſpect. 4. cap. 1.
num. 211. 212. & 213.

7 Tamen fructus pendentes naturales, & induſtria-
les integrè ſpectant ad reſignatarium, vt probant
ſupra allegati DD. & Rotæ deciſiones, & hanc opi-
8 nionem eſſe communem, iuxta aliam communem
opinionem, vt fructus pendentes non ſpectent ad
hæredes beneficiati demortui de facto, ſed ad Ec-
cleſiam, vel ad ſucceſſorem *Pariſ. de reſignat. benef.*
lib. 1. qu. 6. num. 80. ex Alberic. in l. diu. ſub num.
12. ff. ſolut. matr. & ex glo Calder. Gard. Canale.
dicta dec. 104. num. 1. & dicta dec. 278. num. 6. &
7. p. 2. recen.

9 Reprobata opinione *Conar. lib. 1. var. reſol. cap.*
15. ſub num. 12. affirmantis faciendam eſſe diuiſio-
nem inter reſignantem, & reſignatarium pro rata
temporis, *Pariſ. de confidentia qu. 35. num. 45. cum*
plurib. ſeq. Garz. de benef. p. 2. cap. 1. à num. 96. cum
plurib. ſeq.

10 Quæ ſententia procedit etiam ſi fructus omnes
maturi eſſent tempore reſignationis, immò etiam
proximi recollectioni, & maior pars anni diem re-
ſtitutionis bonorum præceſſerit, *Rot. dicta dec. 225.*
num. 9. poſt Pacif. de ſaluian. interdict. in recen. dec.
278. p. 2.

11 Prout etiam fructus ciuiles, qui verè dicuntur,
quando proueniunt ex re non producente naturali-
ter fructum, vt ſunt cenſus, penſiones domorum,
reſponſiones, & ſimiles, quorum de tempore reſi-
gnationis adhuc non venerit dies ſolutionis ſpe-
ctant ad ſucceſſorem, vt firmauit *Rot. dicta dec. 104.*
coram Canalerio & dec. 278. par. 2. in recen. repetit.
poſt Pacif. de Saluian. 224. num. 1. & dec. 225. nu. 6.
cum ſeq.

12 Hinc eſt quod non debeantur Paulo reſignanti
huiuſmodi fructus, qui loco præbendæ in fine anni
diſtribuuntur, non tamquam naturales, & indu-
ſtriales, quia pendentes, non tamquam ciuiles,
quia ante reſignationem non venerat dies ſolutio-
nis, & ad eius fauorem adhuc actio orta non erat,
ita vt poſtea per reſignationem extincta remanſerit
Rota d. deciſ. 225. num. 15. poſt Pacif. de ſaluian. in-
terdict.

13 Et quamuis dicti fructus prouenirent ex fructi-
bus naturalibus, & induſtrialibus, & fuiſſent à ſolo
ſeparati tempore reſignationis, & dimiſſionis Ca-
nonicatus, & hoc reſpectu deberentur Paulo reſi-
gnanti iuxta firmata ſuperius *nu. 4. ex citatis deciſ.*
Canalerij, & Pirouani, hoc tamen neque releuare
poſſe ad fauorem eiuſdem Pauli videbatur, quia
huiuſmodi fructus non veniunt conſiderandi, ne-
que vti naturales, & induſtriales, neque vti Ciui-
les, ſed tamquam fructus de maſſa groſſa, quæ ter-
14 tiam ſpeciem conſtituunt, & loco præbendæ ha-
bentur, vnde de illis ſicut de præbenda eſt iudican-
dum, vt debeantur ſucceſſori, & non reſignanti,
faciunt tradita per *Rot. in Eugubina diſtributionum*
28. Aprilis 1634. coram Amat. Dunozet. inter eius
impreſſ. dec. 336. nu. 6. verſ. tertie ſpecier, & num.
7. & 8. tom. 1.

15 Nec valet obeſſe, diuiſionem fructuum penden-
cium inter reſignantem, ſeu dimittentem, & ſuc-
ceſſorem pro rata temporis non eſſe admittendam
vbi agitur de ſimplici beneficio, eiuſque poſſeſſore
fouente cauſam lucratiuam, non autem vbi agitur
de beneficio adminiſtrationem, & ſeruitium requi-
rente, vt eſt Canonicatus, Epiſcopatus, & cura
animarum, ex ea ratione, quia tunc fructus dicun-
tur potius compenſatio onerum, ſeu emolumentū
laboris, ac propterea ex identitate rationis intrare
debent ea, quæ habentur in viro participante de
fructibus dotis quamuis inexactis pro rata tempo-
ris, quo ſubſtinuit onera matrimonij, vt potè re-
compenſatiuis præfatorum onerum *Pariſ. de reſi-*
gnat. benefic. lib. 1. qu. 6. num. 80. D. de Luca in ſuo
Theat. verit. tom. 12. tit. de benef. diſ. 84. num. 6.
& 7. ad tradita per Hodiern. controu. 4. num. 52.

16 Nam iſtud motiuum quamuis in puncto iuris,
vel attenta æquitate videatur probabile, non eſt ta-
men in praxi receptum, dum communis opinio eſt
in contrarium, etiam in beneficijs curatis, Epi-
ſcopatibus, & ſimilibus ſeruitium requirentibus,
vt potè quia per reſignationem, & dimiſſionem
abdicatum remanet à reſignante omne ius, tam ra-
tione dominij, quam poſſeſſionis, vndè extincta,
& ſublata remanet actio ad ſupradictos fructus, vt
animaduertit etiam *D. de Luca in dit. tom. 12. tit. de*
benefic. diſ. 84. num. 8. Pacif. de ſaluian. interdict. in-
ſpect. 4. cap 1. num. 215. & dixit Rot. dec. 104. nu. 1.
& 2. coram Canale. poſt Pacif. de ſaluian. deciſ. 224.
& dec. 278. num. 3. 4. & ſeq. poſt eundem Pacif. 225.
num. 10. 11. 12. & ſeq.

17 Minuſque refragatur, quod quando fructus be-
neficij conſiſtunt in annua, ſeu diurna præſtatione,
vt conſiſtere videntur fructus controuerſi, dum in
fine anni diuiduntur, & traduntur, non debent om-
nes ſpectare ad ſucceſſorem, ſed etiam ad præde-
ceſſorem vſque ad diem reſignationis factæ, & col-

latio-

Digitized by Google

lationis, vt ex *Honded. conſ.* 85. *à num.* 8. *vſque ad fi. docet Bellet. diſquiſit. Cleric. p.* 1. *tit. de bon. Cleric.* §. 16. *num.* 5.

18 Quia hoc locum ſibi vindicat in vacatione reſultante ob mortem, vti inuoluntaria, & inaſpectata, ſecus in reſignatione, & dimiſſione voluntariè facta, abſque expreſſa fructuum reſeruatione, nam tunc reſignans amittit ius etiam ad fructus non perceptos alias ſibi competentes, & ſic efficacior eſt abdicatio per reſignationem, quam per mortem *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *qu.* 44. *num.* 32. *& ſeq. Cinc. de cenſib. qu.* 70. *num.* 19. *D. de Luca in theat. veritat. tom.* 12. *tit. de benf. diſ* 34. *num.* 3. *&* 4. *& diſ.* 84. *num.* 5. *Caualer. dec.* 104. *num.* 8. *& ſeq. Rot. deciſ.* 278. *num.* 6. *p.* 2. *recen. repetit. poſt Cinc. de cenſib. dec.* 177. *& poſt Pacif. dec.* 225. *nu.* 15. *&* 16.

19 Ceſſat vlterius obiectum, quia ante reſignationem actio ad huiuſmodi fructus conſequendos non erat orta, eo quia non euenerat dies ſolutionis, actionem verò orituram quo ad ſe Paulus extinxit abdicando à ſe dominium, & poſſeſſionem bonorum, & redditum ſui Canonicatus per reſignationem, & dimiſſionem voluntarie factam in manibus Ordinarij, non reſeruato iure quo ad fructus præteritos *Rot. d. dec.* 225. *num.* 15. *poſt Pacif. de ſaluian. interdict. iuxta doctrinam Bartol. in l. fi. de iure fiſc.*

20 Vbi enim agitur de Epiſcopo motu proprio per Sanctiſſimum ad aliam Eccleſiam translato, tunc enim cum talis translatio non habeat initium à voluntate Epiſcopi, ſed Pontificis; & ſic cum non dicatur voluntaria, Epiſcopo debentur fructus vſque ad diem præſtiti conſenſus, & vſque ad dictum tempus facit fructus ſuos *Rot. d. dec.* 278. *num.* 7. *p.* 2. *in recen. & dicta dec.* 104. *coram Caualer. poſt Pacif. de ſaluian. deciſ.* 224. *num.* 8. *Card. de Luca in Theat. veritat. tom.* 12. *de benefic. diſ.* 84. *num* 9.

21 Pront ceſſant ſupradicta in renunciatione, ſeu reſignatione conditionali, vel liberè facta in manibus Ordinarij, vel ad fauorem alicuius coram Pontifice, cum reſeruatione fructuum, nam tunc poſthabitis DD. ſententijs relatis à *Pariſ. de reſignat. benef. lib.* 1. *qu.* 6. *à num.* 21. *vſque ad* 37. fructus debentur reſignanti vſque ad diem præſtiti conſenſus, & ab illa die incipiunt deberi reſignatario, cum tunc reſignatio dicatur perfecta, & reſignatarius efficiatur verus Dominus, vt latè comprobat *Pariſ. de reſignat. benef. lib.* 1. *qu.* 6. *à num.* 38. *vſque ad fi. & num.* 43. ſubdit quod ita ſtylus obſeruat, & ad fundamenta aliarum ſententiarum reſpondet ex *Hieronym. Gabriel. conſ.* 192. *num.* 3. 4. *&* 5.

22 Ac proindè ſi renuncians non potuit habere fructus exactos, aut maturos ante diem præſtiti conſenſus poterit petere, & ſibi vindicare, cum ad ſe ſpectent ratione dominij, & regiminis, quamuis reſignatarius ceperit poſſeſſionem, ita alijs congeſtis tradit *Pariſ. lib.* 1. *qu.* 6. *num.* 77. *&* 78.

23 Fructuum verò pendentium hoc caſu pro rata temporis faciendam eſſe diuiſionem inter reſignantem, & reſignatarium affirmat *Couar. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 12. integrè tamen ad reſignatarium pertinere docet *Alberi. in l. diuortio ſub num.* 12. *ff. ſolut. matrim.* & hanc opinionem eſſe communem ſubdit *Pariſ. d. qu.* 6. *num.* 79. *&* 80. vbi *in fi.* admittit opinionem *Couar.* in beneficijs curatis, & requirentibus reſidentiam, & ſeruitium, ſed hæc opinio licet ſit æqua, in praxi tamen non ſeruatur, niſi etiam de fructibus pendentibus eſſet facta expreſſa reſeruatio, ex ſupra deductis.

SVMMARIVM

1 Beneficiorum fructus in quas ſpecies diuidantur?
Fructus præbendæ dantur, tam præſentibus, quam abſentibus ibidem.
2 Fructus conſiſtentes in diſtributionibus quotidianis dantur præſentibus, & intereſſentibus.
3 Fructus de maſſa groſſa dantur præſentibus, licet non intereſſentibus, non autem abſentibus.
Fructus de maſſa groſſa qui dicantur num. 3.
4 Prouenientes ex diſtributionibus quotidianis ſunt tranſmiſſibiles ad hæredes, tam ex teſtamento nu. 5. quam ab inteſtato nu. 7.
5 Clerici Collegiatarum, & Cathedralium poſſunt teſtari de diſtributionibus quotidianis, licet beneficiũ nullos alios redditus habeat nu. 6.
7 Diſtributiones quotidianæ inter quaſi Patrimonialia connumerantur.
8 Non ſubiacent ſpolio.
9 Fructus de maſſa groſſa ſpectant ad ſucceſſorem, & non ad hæredes.
Fructus beneficij, vbi ſuccedant loco præbendæ de illis ſicut de præbenda iudicatur ibidem.
10 Fructus præbendales recollecti, & in horreis reconditi tranſeunt, & ſpectant ad hæredes beneficiati.
11 Sed ſi fructus naturales, & induſtriales ſint inexacti, vel pendentes, aut à ſolo non ſeparati, licet maturi ſpectant ad ſucceſſorem.
12 Amp. etiam ſi eſſent à ſolo ſeparati, in area tamen iacentes, vel etiam ſi eſſent à Colono reconditi, ſed non dum Clerico traditi.
13 Amp. vt etiam debeantur ſucceſſori penſiones, & affictus per conductorem non dum ſoluti, licet ab eodem percepti, & licet anteceſſor adhibuerit diligentiam conſequendi etiam iudicialiter, & dies ſolutionis venerit num. 14.
15 Amp. vt ſucceſſor huiuſmodi fructus poſſit repetere ab hæredibus.
16 Beneficiatus ad ſuos hæredes non poteſt tranſmittere niſi fructus perceptos, qui cum alijs ſuis bonis immiſcuit, & in horreo recondidit, ſecus inexactos.
17 Etiam ſi habeat facultatem teſtandi à Sancta Sede obtentam, quæ non extenditur ad inexactos.
18 Referuntur caſus relati à Calderino circa pertinentiã fructuum beneficiorum à Rota approbato.
19 Fructus pendentes, & inexacti ſpectant ad hæredes beneficiati, vbi viget talis conſuetudo.
20 Spectant ad Cameram, vbi deputantur Collectores ſpoliorum, & non ad ſucceſſorem, & nu. 21.
Declaratur Conſilium 333. Surdi ibidem.
22 Spectant verò ad hæredes, ſi ſe cum Camera componant, vti ceſſionarij.
23 Fructus quæſiti à Clericis ex induſtria, & labore, & non ex beneficio, aut contemplatione Eccleſiæ percepti ad inſtar diſtributionum pertinent ad hæredes defuncti.
24 Fructus ciuiles nempe cenſuum, penſionum domorum, vectigalium, & locorum montium beneficiorum diuiduntur pro rata temporis inter hæredes beneficiati & ſucceſſorem, vel Cameram, etiam ſi dies ſolutionis non venerit.
25 Differentia inter fructus naturales, & induſtriales, & Ciuiles.
26 Fructus percepti à beneficiato, & reconditi, etiam ſi extent in domo, vel horreo eiuſdem ſpectant, ad eius hæredes, & num. 32. & 33.
Secus ſi extent pænes Colonum nu. 29.
27 Limit. vt non ſolum ad hunc effectum requiratur exactio, ſed etiam commixtio, & incorporatio.
28 Commixtio, quando dicatur facta, & incorporatio.

30 Ca-

Digitized by Google

30 Camera vbi non eſt facta commixtio fructus exiſtentes in horreo beneficiati accipit tamquam ſpolia. Contrarium num.31.

34 Declara quod dicti fructus reconditi ſpectent ad hæredes, ad excludendum ſucceſſorem, ſecus ad excludendam Cameram, quæ vti ſpolia Eccleſiaſtica vindicat.

35 Sed verius, quod comprehendatur in Bulla *Vrb. VIII.* huiuſmodi ſpolium, ſed praxis eſt in contrarium.

36 Fructus beneficij vbi intrat ſpolium quomodo diuidendi ſint inter Cameram, & ſucceſſorem.

37 Fructus beneficij vbi non eſt in vſu conſtitutio Iulij III. ſed de conſuetudine ſpectant ad hęredes, quomodo diuidendi ſint inter dictos hæredes, & ſucceſſorem referuntur DD. ſententiæ num.38. & 39.

38 Prima ſententia firmat attendendam eſſe participationem fructuum ſicut in vſufructuarijs.

39 Secunda ſententia eſt quod ſit facienda diuiſio pro rata temporis.

40 Sed hæc ſecunda ſententia admitti poteſt quo ad diſtributiones quotidianas, vel quo ad fructus ciuiles n.41.

41 Fructus percepti, & reconditi per beneficiatum defunctum inferuire debent pro ſupportandis oneribus beneficij vſque ad nouos fructus.

43 Adeo vt ſi beneficiatus decedat poſt factam fructuum recollectionem eius hæredes teneantur de fructibus recollectæ præcedentis ſuppeditare expenſas ſucceſſori.

44 Contrarium quod hæc ſententia non ſit in vſu.

45 Verò quod etiam ſit in vſu traditur.

Fructus beneficiorum defuncto beneficiato, quando ad eius hæredes, vel ad ſucceſſorem, vel ad Cameram Apoſtolicam ſpectent.

ADNOTATIO I.

1 BEneficiorum fructus in tres ſpecies diuiduntur, alij enim ſunt fructus præbendæ, qui dantur tam præſentibus, quam abſentibus, iuxta *Oltrad. conſ. 118. num. 4. Amat. Dunozet. dec. 336. num. 2. tom. 1.*

2 Alij conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis, qui dantur præſentibus, & intereſſentibus ratione ſeruitij perſonalis pręſtiti, iuxta *textum in cap. vnica de Cler. non reſidentib. in 6. gloſ. in extrauag. vlt. in prin. verbo in totum poſt med. verſ. diſtributiones enim ne ſede vacan. aliquid innou. Pute. dec. 365. nu. 2. lib. 2. in correct. Amat. Dunozet. dec. 336. num. 3. tom. 1.*

3 Alij verò ſunt de maſſa groſſa, qui non dantur abſentibus, ſed præſentibus, licet non intereſſentibus, de quibus loquitur *textus in cap. olim de verborum ſignificat*, qui fructus maſſę groſſæ tunc dicuntur, quando Canonicatus non habent præbendas diſtinctas, ſed omnes fructus recolliguntur in communi, & poſtea fit diuiſio ſingulariter infra annum certo determinato tempore, iuxta *gloſ. in cap. vnico in verbo plus duo de Cler. in reſidentib. in 6. Extrauag. cum nouella § præterea cum in aliquibus de præb. Prob. ad Monach. in dicta cap. vnico num. 60. de Cler. non reſid. in 6. Felin. conſ. 18. num. 6. verſ. modo ijs Io. de Anan. conſ. 87. num. 5. in addit verſ. bis etiam Garz. de beneſ. p. 3. cap. 2. num. 440. & 441. vbi ita dixiſſe Rot. in Concben. fructuum prima Iunij 1578. coram Rubeo, & dec. 365. num. 3. & 4. coram Puteo lib. 2. & dec. 449. num. 1. p. 2. rec. & dec. 336. num. 4. & 5. coram Amat. Dunozet.*

4 Fructus autem prouenientes ex diſtributionibus quotidianis, ratione intereſſentiæ, & ſeruitij perſonalis ſunt tranſmiſſibiles ad hæredes, iuxta opinionem *Gemin. in cap. vnico §. qui verò num. 3. Aachar. num 4. de Cler. non reſid. in 6. Redoan. de ſpol. qu. 1. num. 26. Gozad. ad reg. 8. Cancel. §. 7. proem. nu. 165. Mareſcot. var. reſ. lib. 2. cap. 2. num. 11. Gratian. diſcept foreuſ. cap. 381. num. 11. late Rub. in adnot. ad dec. 576. p. 4. tom. 3. rec. à num. 22. cum ſeq. & nu 31.* vbi quod hoc procedat etiamſi à Clerico non fuerint exactæ *Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de bon. Clericor. §. 7. num. 18. Caputaquen. dec. 92. nu. 3. p. 1. Amat. Dunozet. dec. 336. num. 6. tom. 1. dec. 594. num. 7. coram Card. Seraph.*

5 Tùm ex teſtamento, cum veriſſima, & communis DD. aſſertio ſit, quod Clerici Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum liberè poſſint teſtari, ac per vltimam voluntatem de præfatis diſtributionibus iure quæſitis diſponere, & licet quodãmodo acquiri videantur intuitu Eccleſiæ, tamen principaliter dantur intuitu perſonæ propter diurnam operam, aſſiduumque ſeruitium, atque obſequium Eccleſiæ præſtitum vndè Clericis plenum dominiũ dictarum diſtributionum acquiritur *Craſſ. de ſucceſ. §. teſtamentum qu. 33. num. 8. Iul. Clar. in §. teſtamentum qu. 27. num. 7. & 8. Gonzal. ad reg. 8. Cancel §. 7. num. 165. Burſat. conſ. 226. num. 49. vol. 3. Pariſ. conſ. 33. num. 11. vol. 4. cum alijs copiosè congeſtis per Monet. in tract. de diſtribut. quotidian. p. 3. qu. 2. nu. 7.*

6 *vſque ad fin.* vbi ſubdit, quod hoc procedat quamuis beneficium nullos alios redditus habeat præter quotidianas diſtributiones *ex Syluest. Abb. Gemin. Azor. quos allegat. Viuian. de iurepatr. p. 3. lib. 14. cap. 8. num. 2.*

7 Tum etiam ab inteſtato cum huiuſmodi diſtributiones inter quaſi patrimonialia connumerentur, vt latè comprobat *Moneta in tract. de diſtribut. quotidian. p. 3. q. 3. à num. 4. vſque ad fin. vbi nu. 10.*

8 tradit quod propterea non ſubiaceant ſpolio Eccleſiaſtico, nec bona ex eis quęſita, vt apertè tenet etiam *Redoan. tract. de ſpol. Eccleſiaſt. q. 3. §. & in hac materia num. 6. & qu. 8. num. 23. Viuian. de iurepatr. p. 3. lib. 14. cap. 8. nu. 2. Io. Franc. Leo in Theſaur. for. Eccleſiaſt. p. 3. cap. 34. num. 27. Io. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 8. cap. 3. qu. 9. cum alijs copiosè relatis per Paul. de Rub. in addit, ad dec. 576. à n. 22. cum plurib. ſequen. p. 4. tom. 3. De Luca in ſuo Theat. veritat. tom. 12. tit. de beneſic. diſ. 100. nu. 13.*

9 Alij fructus, qui dicuntur de maſſa groſſa conſtituentes dictam tertiam ſpeciem, licet debeantur præſentibus, & non intereſſentibus, non tamen debentur hæredibus, quia non ſunt debiti ſingulariter, ſed Capitulo, taliter quod ſi Canonicus ante diuiſionem moriatur portio ipſum tangen. accreſcit Capitulo, vel ſucceſſori, ſi tunc electus reperiatur, non autem ad hæredes tranſmittitur, iuxta Magiſtrale *conſ. Cald. 21. de prob. per totum cap. relatum il 2. de teſtam. Calder. conſ. 2. num. 2. verſ. tertius caſus de pecul. Cler. Felin. in cap. Iacob. nu. 1. de ſimon.* & ratio eſt, quia vbi fructus ſuccedunt loco præbendæ verè dicuntur fructus beneficij, & de illis ſicut de præbenda iudicatur *Innoc. in cap. dilectus il 1. de præben. num. 2. & in cap. ex parte de conceſſ. præben. Prob. ad Monach. in cap. vnico num. 6. de Cler. non reſident. in 6. Garz. de beneſ. p. 3. cap. 2. nu. 440. & 441. vbi ita firmaſſe Rot. in Concben fructuum coram Rubeo, & d. 449. n. 1. p. 2. rec. & d. 336. n. 7. & 8.*

10 Præ.

10 Præbendæ vero fructus (iuxta primam ſpeciem) recollecti, & in horreis reconditi tranſeunt, & ſpectant ad hæredes beneficiati, & non ſucceſſorem glo. & DD. in cap. ſi appell. & ſignanter Gemin. nu. 9. vbi de communi de reſcript. in 6, DD. in cap. ſi. de pecul. Cler. Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 15. ſub num. 2. & 12, Guttier. lib. 1, canon. quæſt. Nauar. de reddit. Eccleſ. qu. 2, monit. 13, num. 3, Card. Imol. & Barbat. in cap. ſi. de pecul. Cler. Tiraq. de retract. conuent. §. 5. glo. 4. in prin. Bero. conſ. 138. num 9. lib. 1. Card. conſ. 110, num. 1, Barb. conſ. 20, num. 3. vol. 3. Ferret. in terminis Canonicatus conſ. 256. num. 7. Pacif. de ſaluian. interdict. inſpect. 4, cap. 1, num. 203, & poſt eundem Rot. dec. 224, num. 1. vbi loquitur tam de fructibus naturalibus, quam ciuilibus, & dec. 761, num. 4, & 5. p. 1, diuerſ. & in Mediolan. fructuum 9. Maij 1592. coram Orano inter impreſ penes Marcheſan. p. 1. fo. 458, late Sperel. dec. 82. n. 2. Ioſeph. Ludon. deciſ. Peruſin. 33, n. 1, cum alijs per Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. de bon. Clericor. §. 15. n. 2. Viuian. de iurepat. p. 3, lib. 14, cap. 8. n. 6. & 7.

11 Sed ſi huiuſmodi fructus naturales, & induſtriales ſint inexacti, vel pendentes, aut à ſolo non ſeparati, quamuis maturi fuerint, ante mortem beneficiati ſpectant ad ſucceſſorem beneficij, & non ad hæredes, à die mortis ſui anteceſſoris etiam ante adeptam poſſeſsionē, tùm ex diſpoſitione iuris communis, tùm ex conſtitutione Iulij III. 7. ex ordine Bullar. nouo tom. 1. fo. 695. confirmata ab Vrb. VIII. ſub datum 5. Apr. 1628, Bullar. Cherub. tom. 4, ex ordine conſt. 80. §. 5. fo. 93, cap. præſenti cum ibi notatis de offic. Ord. in 6, Card. in cap. ſi n. 2, col. 3. in ſi. de pecul. Cler. glo. & DD. in cap. ſi propter. de reſcript. in 6. Couar. var. reſol. lib. 1, cap. 15, num. 12. Bart. in l. 1. in ſi. C. de annon. ciuil. lib. 11. & de communi Alber. in l. diuortio n. 112, ff. ſolut. matrim. Calder. conſ. 2. nu. 2. verſ. tertius caſus de pecul. Cler. Bero. conſ. 138, n. 9. vol. 1, Ferret conſ. 256, per totum Alex. conſ. 15. n. 13, lib. 2, Bellon. conſ. 3, n. 11, Radoan. de ſpol. Eccleſiaſt. q. 3, §. verum quia nu. 7, Iul. Clar. in §. teſtamentum q. 27, n. 8, in ſi. Sarment. de reddit. Eccleſiaſt. lib. 4, cap. 6, n. 13, Gambar. de auctor. Iud. deleg. lib. 6, q. 24, n. 557, Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de bon. Cler. §. 15, n. 4. Pacif. de ſaluian. interdict. inſpect. 4, cap. 1, n. 203, Barboſ. collect. dec. 309, n. 4, Viuian. loco citato Vermigliol. conſ. crim. 491, nu. 1, conſtitut. Ioſeph. Ludon dec. Peruſ. 33, nu. 1, Sperel. dec. 82, n. 3, tom. 1, Card Seraph. dec. 594, num. 5, & 6, Penia dec. 330, per totam Rot. dec. 761, n. 1, p. 1, diuerſ. & dec 809, n. 1, & 2, p. 1, diuerſ. dec. 155. n. 1, dec. 529, n. 1, p. 3, dec. 722, n. 1. dec. 5?9, n. 10, p. 4, to. 3, dec. 19, num 5, & 6, p. 6, in rec. dec. 224, n. 1, poſt Pacif. de ſaluian. interdict. quæ eſt coram Card. Cauaáler. dec. 637, vbi loquitur tam de fructibus naturalibus, quam ciuilibus, & dec. 476, ſub n. 1, coram Coccino dec. 306, n. 1, & 2, lib. 2. coram Puteo, & coram Orano penes Marcheſ. de commiſ. p. 1, fo. 458, num. 2.

12 Amp. vt etiam ad ſucceſſorem, non autem ad prædefuncti hæredes ſpectent fructus à ſolo ſeparati, & in area adhuc, vel campo iacentes, vel etiam ſi ſint reconditi à Colono, ſed non dum Clerico traditi Calderin. conſ. 2, Redoan. de ſpol. Eccleſ. q. 3, §. verum quia num. 7, Clar. in §. teſtamentum qu. 27, nu. 8, ante fin. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1, tit. de bon. Cler. §. 15, num. 5, Seraph. dec. 594, num. 5, 8, & 20, dec. 683, num. 3, Coccin. dec. 476, ſub num. 1.

13 Amp. 2. vt etiam penſiones, & affictus per conductorem non dum ſoluti, & inexacti debeantur ſucceſſori, quamuis fructus, pro quibus penſio, ſeù affictus ſoluitur iam percepti fuiſſent, & quamuis defunctus omnem adhibuerit diligentiam illos conſequendi latè Bero. conſ. 138, per tot. vol. 1, Hyeron. Mainat. in tract. de ſpolio, ſeu de fruct. benef. exact. num. 1, 23, 161, 225, cum ſeq. Calder. conſ. 2, nu. 2, ante fin. verſ. ex his remanet de pecul. Cler. Clar. in §. teſtamentum qu. 27, num. 8, ante fin. Redoan de ſpolio Eccleſiaſt. qu. 3, §. verum quia nu. 7, Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1, tit. de bon. Cler. §. 15, num. 10, Ioſeph. Ludon. dec. Peruſ. 33, num. 4, Theſaur. dec. 143, Coccin. dec. 476, ſub num. 1, Seraph. dec. 594, nu. 18, Sperel dec. 82, num. 4, & 11, Marcheſ. de commiſ. tit. de commiſ. appel. ab execut. Breu. p. 1, num. 132, fo. 419, vbi quod Signatura ad inſtantiam hæredum noluit reſcribere, niſi cum Clauſula parito indicato.

14 Amp. 3. vt fructus pendentes, ac pecuniæ, & res aliæ beneficiorum inexactæ ſpectent ad ſucceſſorem, etiam ſi dies ſolutionis venerit, & pro tempore ante obitum decurſo debeantur, & quamuis beneficiatus etiam iudicialiter agendo neceſſariam diligentiam adhibuerit pro earum conſecutione, vt expreſsè cauetur dicta conſtitutione Pauli III. latè Surd. conſ. 333, per totum vol. 3, Barbat. conſ. 33, num. 1, vol. 1. Neniz. conſ. 93, num. 17, Calder. conſ. 2, de pecul. Cler. Menoch. conſ. 39, num. 45, Redoan. de ſpol. Eccleſ. qu. 5, num. 1, & 4, Hyeron. Marian. de ſpol. ſeu de fruct. benef. inexact. nu. 1, 23. 16?, 227. & ſeq. Viuian. de iurepat. p. 3, lib. 14, num. 9, Antonin. var. reſol. lib. 1. reſol. 46. Bellet. diſquiſit. Clericał. p. 1. tit. de bon. Cler. §. 15, num. 11. Borgnin. Caualcan. dec. 44. num. 4, p. 1. Ioſeph. Ludon. dec. Peruſ. 33. num. 15. Franch. March. dec. 446. nu. 1, & 2. Seraph. dec. 594. num. 20. & dec. 683. num. 3. Rot. dec. 809, num. 1. p. 1, diuerſ. & in nullius, ſeu Romana pecuniaria coram Blanchetto penes Marcheſ. de commiſ. p. 1. fo. 425, num. 1, & 2.

15 Amp. 4. vt ita ſucceſſori debeantur huiuſmodi fructus pendentes, & inexacti, vt quidquid perceptum ſit poſt mortem Rectoris, ſeu Beneficiati, etiam ante beneficium collatum ſucceſſor poſſit repetere tam contra hæredes, quam contra conductorem Borgnin. dec. 44, ſub num. 7. p. 1, ex Abb. & Didag. quos allegat.

16 Et ratio prædictorum eſt, quia beneficiatus, ſiue habeat, ſiue non habeat adminiſtrationem in vita æquiparatur vſufructuario, & ſic ad libitum diſponere poteſt de fructibus ſui beneficij etiam actualiter non perceptis, in morte verò æquiparatur vſuario, qui non poteſt ad ſuos hæredes fructus inexactos tranſmittere, ſed illos dumtaxat, quos in effectu percepit, & inter cætera ſua bona immiſcuit, ſiue in horreo recondidit glo. in cap. ſi. de offic. ord. in 6. vbi etiam Couar. Barbat. Card. late Valaſc. de ſucceſſ. creat. lib. 3, §. 22, n. 39. Calderin. conſ. 2. de pecul. Cler. vbi in puncto Canonicatus Surd. conſ. 333, nu. 7, Mareſcot. p. 2, cap. 2, num. 9. Borgnin. dec. 44, nu. 1. & 2. p. 1, Rot. dec. 41, de probat. in antiq. dec. 761. coram Seraph cum alijs allegatis per Sperel. dec. 82. nu. 45, & ſeq. tom. 1.

17 Amp. 5. vt ex Conſtitutione Vrbani VIII. Bullar. Cherub. tom. 4. ex ordine 80. fo. 394. etiam caue-

tur,

tur, quod facultates teſtandi Eccleſiaſticis conceſſæ, & concedendæ etiam titulo oneroſo non extendantur ad emolumenta quæcunque, & ad fructus inexactos, etiam ſi debeantur ratione fructuum recollectorum, & in horreo reconditorum, ac etiam conſumptorum, ſed ea ad Cameram Apoſtolicam, ac ad ſucceſſorem reſpectiuè omninò ſpectent, & pertineant, de qua *Sperel. dec. 82. num. 30. tom. 1.*

18 Quinq; tamen caſus diſtinquuntur per *Calderin.* in hac materia citato *conſilio 2. de pecul. Cleric.* Primo *quando moritur fructibus ſeparatis, ſed in area, & campo iacentibus*. Secundo, *reconditis à Colono, ſed non dum illi traditis*. Tertio *aſſignatis ipſi Canonico, ſed non dum conſumptis*. Quarto *certi fructus, vel pretium debetur poſt ſeparationem per vnum, duos, vel tres menſes, & interim Canonicus moritur*. Quinto, *quando Canonicus moritur poſt dictum terminum, tamen non dum d. ſpecies, ſeu pecunia erat ſoluta* in quibus caſibus excepto tertio inſpecto iure communi fructus ſpectant ad ſucceſſorem, vt firmauit *Rota dec. 476. nu. 1. & 2. coram Coccina*, & hanc *Calderini* diſtinctionem receptiſſimam eſſe in Rota, & Curia reiectis alijs diſtinctionibus ab alijs allatis, & præſertim de beneficiato habente, vel non habente adminiſtrationem, teſtatur *D. de Luca in ſuo Theatro veritat. tom. 12. tit. de benefic. diſ. 81. num. 4. & 5. & diſ. 100. num. 4.*

19 Limit. 1. principalem concluſionem non procedere vbi adeſt conſuetudo, vt huiuſmodi fructus ſpectent ad hæredes beneficiati, dummodo tamen huiuſmodi conſuetudo legitimè probetur, *Bellet. diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de bon. Cleric. §. 15. num. 5. in fi. & nu. 6. 7. & 8. vbi de materia Coccin. dec. 476. nu. 2.* ibi ceſſante conſuetudine *Rot. dec. 529. num. 3. & 29. & dec. 722. num. 7. p. 4. tom. 3. recen. cum alijs per Pacif. de ſaluiano inſpect. 4. cap. 1. num. 206. 207. & 208.*

20 Limita 2. quod ſupradicta procedunt, & conſtitutio 7. *Iulij III.* reſtringitur in locis, vbi non adſunt, nec ſolent deputari Collectores ſpoliorum Eccleſiaſticorum, & in quibus ius commune ſeruari debet, ſecus autem in locis, vbi deputantur Collectores, in quibus fructus beneficiorum inexacti, neque ad hæredes beneficiati defuncti, neque ad ſucceſſorem, ſed ad Cameram Apoſtolicam ſpectant, vt declarauit idem *Iul. III. Bullar. nouo conſtit. 9. tom 1. fo. 603. Redoan. de ſpol. Eccleſ. qu. 5. per totam Pacif. de ſaluian. inſpect. 3. cap. 1. nu. 209. Bellet diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de bon. Cleric. §. 15. num. 12. D. de Luca in ſuo Theatro veritatis to. 12. tit. de benef. diſ. 81. num. 3. Sperel. dec. 82. nu. 32.* vbi quod *Surdus*, qui contrarium ſcripſit in *conſ. 333. ſub num. 14. verſ. non obſtat* locutus eſt in terminis primæ conſtitutionis *Iulij III.* & non ſecundum hanc ſecundam declarationem, *Pateus dec. 306 num. 1. & 2. lib. 2.*

21 Accedit Camera Apoſtolica quoad fructus inexactos ſubrogata, & effecta eſt in locum Eccleſiæ, ſucceſſorum, vel hæredum, vnde ex notoria conſuetudine Cameræ huiuſmodi fructus inexactos tanquam ſpolia capit, late *Redoan. de ſpol. Eccleſ. q. 5. num. 5. & 6. Nauar. de ſpol. Cleric. §. 6. nu. 6. & 7. in fi. Quarantam in ſumm. Bull. in verbo ſpolia ſub prin. Sperel. dec. 82. num. 13. & 14. Rota deciſ. 594. num 14. 16. & 20. coram Card. Seraph. deciſ. 701. num. 5. p. 1. diu. & in Mediolanen. fructuum coram Otano penes Marcheſ. de commiſ. p. 1. fo. 453.*

22 Hinc eſt, quod ſi hæredes beneficiati ſe cum Camera componant, cum ſubrogentur loco Cameræ omnes fructus ſpectantes ad Cameram, vti ſpolia, ſpectant ad hæredes, & ab eiſdem percipi poſſunt, cum ceſſionarius vtatur iure cedentis, & cenſeatur vna, & eadem perſona cum cedente, iuxta textum in *l. ſi donata 37. §. 1. & ibi glo. in verbo de euict. ff. de donat. inter vir. & vxor. ita Sperel. dec. 82. num. 20. 21. & ſeq. tom. 1.*

23 Limit. 2. in fructibus induſtria, & labore à Clericis quæſitis ad inſtar diſtributionum, & non ex beneficio, aut contemplatione Eccleſiæ a Clericis perceptis, qui ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato pertinent ad hæredes Clerici defuncti, & non ad ſucceſſorem in beneficio, tradunt communiter *DD. in cap. 1. de pecul. Cleric. Bald. in Auth. licentiam num. 2. & 3. C. de Epiſcop. & Cler. Alex conſ. 116. num. 5. lib. 7. Pariſ. conſ. 33. nu. 12. lib. 4. Neuiz. conſ. 93. num. 18. & 19. Gig. conſ. 144. nu. 5. & 6. Sermient. de reddit. Eccleſ. p. 3. cap. 5. num. 8. Nauar. eod. tract. qu. 1. art. 19. num. 1. Monet. de teſtib. p. 3. qu. 3. num. 7. Rot. dec. 19. num. 13. 14. & 15. p. 6. recen.*

24 Limit. 3. vt ſupradicta procedant in fructibus naturalibus, & induſtrialibus, ſecus in ciuilibus, vt ſunt fructus cenſuum, ſocietatum officiorum, gabellarum, vectigalium, annuæ, & diuturnæ præſtationis pecuniarum, & locorum montium, penſionum, penſionum domorum, & ſimilium reddituum, quæ ex eorum natura non ſunt aptæ producere fructus, niſi ciuili tantum perſonarum negotiatione, nam huiuſmodi fructus inter hæredes beneficiati defuncti, vel inter Cameram, aut eius ceſſionarium, & ſucceſſorem in beneficio diuidendi ſunt pro rata temporis, quia huiuſmodi fructus ciuiles quotidie currunt, & quotidie incipiunt deberi, vnde recipere debent diuiſionem pro rata temporis poſſeſſi beneficij inter anteceſſorem, etiamſi
25 dies ſolutionis non aduenerit, ad differentiam fructuum naturalium, & induſtrialium, qui ſolum ſemel in certa anni parte percipiuntur, vt eſt frumentum, oleum, muſtum, legumina, & ſimilia, in quibus tempus perceptionis, & recollectionis attenditur, vt benè comprobat *Sperel. dec. 82. nu. 24. 25. 26. & ſeq. tom. 1.* vbi quod cum hac diſtinctione tranſeat *Put. dec. 14. lib. 3. Rot. dec. 240. per tot. p. 1. & dec. 278. p. 2. recen. Gabr. conſ. 191. num. 3. vol. 2. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1 tit. de bon. Cleric. §. 16. num. 5. & animaduertit Salycet. in l. Iulius §. ſi fructus num. 8. & 10. ff. de empt. & vendit. late Petrus Barboſ. in l. diuortio p. 2. nu. 22. cum plurib. ſeq. ff. ſolut. matrim. Sard. conſ. 333. nu. 3. lib. 3. Honded. conſ. 84. num. 17. vol. 2. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 15. numer. 3. verſ. ſed hoc ſuppoſito Placen. de Franch. dec. 79. num. 2. D. de Luca in Theat. verit. tom. 12. tit. de benef. diſ. 100. num. 21.*

26 Limit. 3. in fructibus perceptis à beneficiato defuncto, qui licet extent, & non ſint conſumpti, quoties penes ipſum beneficiatum ſunt, remanent ad eius liberam diſpoſitionem, & ad hæredes tranſmiſſibiles, cum tunc non ſint amplius pendentes, neque inexacti, ſed verè proprij ipſius beneficiati, & de eius patrimonio effecti, iuxta tertium caſum *Conſilij 2. Calderin. de pecul. Cleric. ita D. de Luca*

in

in ſuo Theatro verit. tom. 12. *tit. de benefic. diſ.* 81. *num.* 6.

27 Sublim. vt ad hunc effectum copulatiuè requi-
ratur non ſolum exactio, ſed etiam commixtio, &
incorporatio fructuum receptorum cum alijs bonis
28 beneficiati, & commixtio tunc verè dicitur facta,
quando diſcerni non poteſt, vndè fructus proue-
nerint *l. ſi alieni ff. de ſolut.* & incorporatæ, tunc
29 cenſendæ ſunt pecuniæ, quando ſunt deſcriptæ in-
ter res proprias beneficiati *l. ſi quando vbi Bart. C.
de bon. vacan. lib.* 10. etenim iſtis qualitatibus con-
currentibus, tunc verè, & realiter fructus exacti
dicuntur ad effectum tranſmittendi ad hæredes, &
excludendum ſucceſſorem, & Cameram, alias ſi be-
neficiatus retineat huiuſmodi fructus penes Colo-
num, etiam ſi mediante eius perſona percipiſſe di-
catur, nihilominus, quia non eſt facta commixtio,
& incorporatio eſt locus Bullæ *Iulij III.* vt firma-
uit Rota *deciſ.* 300. *iuxta Venetam alias* 390. *iuxta
Lugdunen. coram Penia, & in eadem coram Blanchet-
to penes Marcheſ. de commiſſion. p.* 1. §. 2. *num.* 2. *&
3. fo.* 424.

30 Hinc eſt quod ſolent Camerales apponere ma-
nus ſuper fructibus, frumento, & ſimilibus iam in
horreis ad liberam beneficiati diſpoſitionem exi-
ſtentibus, quoties conſtat de eorum identitate,
quod ſcilicet proueniant à bonis beneficij abſque
actuali mixtura, ſeu confuſione cum alijs bonis,
niſi ex ſpeciali gratia, & Pontificis indultu condo-
nentur ſubdit *D. de Luca in ſuo Theat. verit. to.* 12.
tit. de benef. diſ. 81. *num.* 8.

31 Verum quod qualitas commixtionis, & confu-
ſionis etiam ad excludendam Cameram non ſit ac-
cipienda materialiter, & de facto, ſed formaliter,
& de iure, ſcilicet pro eo actu, per quem dicti fru-
ctus deſierint eſſe Eccleſiaſtici, ſeu de dominio Ec-
cleſiæ, atque effecti prophani, & de priuato do-
minio beneficiati, ſuadetur, quia dictam qualita-
tem, & ſtatus mutationem aſſumere videntur, eo
ipſo quod percepti fuerint, aut repoſiti in horreo
proprio, vel alio loco conducto, vel eius nomine
retenti. propter quod fructus immutant dominiū,
atque abdicati à priori dominiò Eccleſiæ, vel reſ-
pectiuè proprietarij, tranſeunt in nouum dominium
priuatum beneficiati, ſeu vſufructuarij iuxta *Con-
ſilium Caldetin.* 1. *de ſpolio Cleric.* ibi, *& intelligo
horreo ſuo, vel alieno ſuo nomine,* quæ verba regi-
ſtrantur etiam apud *Cotcin. deciſ.* 476. *num.* 3. *ita
latè comprobat D. de Luca in ſuo Theat. veritat. to.*
12. *diſ.* 81. *à num.* 9. *vſque ad* 16. *ex copioſa deductis
per Vermigliol. conſ.* 491. *num.* 1. *& per tot. & di-
xit Rota in Mediolanen. fructuum* 9. *Martij* 1595. *co-
ram Orano num.* 2. vbi quod quando non agitur de
fructibus pendentibus, & à ſolo nundum ſeparatis,
qui ad ſucceſſorem in beneficio pertinent, ſed
32 de fructibus recollectis, & in horreis reconditis de
iure communi huiuſmodi fructus non ſpectare ad
ſucceſſorem, ſed ad hæredes beneficiati defuncti,
vt tradunt *glo. & DD. in cap. fi. de pecul. Cler. Co-
uar. lib.* 1. *var, reſol. cap.* 15. *ſub num.* 2. *late Na-
uar. de reddit. Eccleſ. qu.* 2. *num.* 3. Immò quod ſta-
33 tim atque fuerint à ſolo ſeparati dicuntur à bene-
ficiato percepti, ſubdit *Rota in eadem deciſione coram
Orano ſupracitata penes Marcheſ. de commiſ. p.* 1. §. 2.
fo. 458. *ex Tiraquel. de retract. conuent.* §. 5. *glo.* 4. *ſub
num.* 1.

34 Quæ licet exuberent ad excludendum ſucceſſo-
rem, ad excludendam tamen Cameram redditur
difficilius, ſi fructus etiam in horreo reconditi ad-
huc extent, & non ſit facta realis incorporatio, &
commixtio, cum à Cameralibus prætendantur, alio
ſpeciali titulo ſcilicet tamquam ſpolia, quidquid
ſit de iure, vt practicari vidimus in ſpolis diuerſo-
rum Eccleſiaſticorum, etiam Cardinalium non ob-
ſtante indulto de teſtando iuxta conſtitutionem
Vrbani VIII. ſupra allegatam in *Bullario noua* 80.
§. 2. *& ſeq. p.* 4. *fo.* 395. adeout licet prætendi ne-
queant vti fructus inexacti à Cameralibus, nihil-
ominus accipiuntur ab eiſdem tamquam bona pro-
uenientia occaſione Eccleſiæ, ſeù beneficij, ac pro-
inde cadant ſub ſpolio iure ſucceſſorio, ſed hoc
35 non obſtare, ex quo conſtitutio Vrbani VIII. per-
cutiat ſolum ea, quæ veniunt ſub nomine fructuum
inexactorum, ſub quorum nomine venire non vi-
detur frumentum, & ſimiles fructus percepti, & in
horreo reconditi, vt ratiocinatur *D. de Luca in ſuo
Theat. veritat. tom.* 12. *de benef. diſ.* 83. *num.* 3.

36 Plures tamen caſus in hac materia recenſet idem
de *Luca in dicto tit. de benefic. diſ.* 100. quos non
refero, cum apud eum videri poſſint, excepto vl-
timo caſu, ſcilicet repartitionis fructuum, inter
Cameram pro tempore vacationis beneficij ſpolio
ſubiecti illius anni, ac ſucceſſorem nouiter proui-
ſum, quam repartitionem inter præfatus facien-
dam eſſe prò rata temporis, & menſium, deſumpta
regula, quæ habetur inter virum, & vxorem, ac
regulato anno, ab initio, quo facta recollecta
incipit terra concipere, ſeu præparare fructus anni
venturi, ſeu nouæ recollectæ, concludit idem de
Luca dicto diſ. 100. *num.* 24.

37 Vbi tamen non eſt vſu recepta dicta conſtitutio
Iulij III. vt eſt in Regnis Hiſpaniarum, in ſtatu
Mediolani, in Diœceſi Lucana, & Piſana, vt te-
ſtantur *Viuian. de iurep. p.* 3. *lib,* 14, *cap,* 8, *à num.*
11. *vſque ad* 15. *Garz. de benef p.* 2. *cap.* 1. *num.* 91.
& 103. *& plures cenſuit Rota vt in Medialanen.
fructuum* 9. *Martij* 1592. *coram Orano inter impreſ.
penes Marcheſ. de commiſ. tom.* 1. *fo.* 458. *& dec.* 19.
num. 12. *p.* 6. *recen.* in quibus ex conſuetudine
fructus beneficiorum, vel ſeparati à ſolo, vel in-
exacti ſpectant ad hæredes beneficiati defuncti,
dummodò maturati ſint in vita Clerici beneficiati,
contendunt DD. inter ſe an huiuſmodi fructus di-
uidendi ſint inter hæredes demortui, & ſucceſſo-
rem, in beneficio, & aliqui loquentes ſuppoſita
dicta conſuetudine, alij ſimpliciter ſuppoſita di-
ſpoſitione iuris communis, promiſcue tamen alle-
gantur.

38 Prima tamen ſententia eſt, attendendam eſſe
perceptionem fructuum, ſicut in vſufructuarijs iux-
ta diſpoſitionem textus in *l. defuncta ff. de vſufruct.
& §. ſi vera de rerum diuiſ. Natalani Gemin. in En-
cherid. benef. tit.* 4. *de gratijs expectatiuis num.* 24.
Nauar. de reddit. Eccleſ. qu. 2. *num.* 13. *& conſ.* 7.
de ſucceſſ. ab inteſt. & 3. *de pecul. Cleric. &* 3. *de
donat. Barboſ. in l. diuortio ff. ſolut. matrim.* 2. *p. nu.*
44. *& à num.* 56. & hanc opinionem etiam videtur
Rotam ſecutam fuiſſe in *Pharen. penſionis* 19. *Iunij*
1573. *coram Clemente VIII. penes Garz. de benefic.
p.* 2. *cap.* 1. *num.* 139.

39 Secunda ſententia eſt quod fructus inter benefi-
ciatum defunctum, & ſucceſſorem diuidantur pro

rata anni, & temporis, quo prædeceſſor obtinuit beneficium, itaut pro eo dumtaxat tempore, vſq; ad diem eſſus, vel deceſſus ad illum, eiuſque hæredes beneficij redditus pertineant, prò reliquo verò tempore ad ſucceſſurem, ſeu ad Eccleſiam, cum beneficium detur propter officium, & ſeruitium Eccleſiæ, iuxta terminos *l. diuortio ff. ſolut. matr.* vnde beneficiarius aſſimilari debet marito, qui ſubſtinet onera matrimonij, qui facto diuortio prò rata temporis, quo ſubſtinuit onera matrimonij participare debet ratam fructuum dotalium, quæ ratio militare debet etiam pro Clerico, qui ſubſtinuit onera beneficij, *Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 15. num. 12. ad fi. cum ſeq. Molin. de Hiſpan. Primogenijs lib. 3. cap. 11. num. 4. Gutier. canon. qu. lib. 1. cap. 33. Sarmien. de reddit. Eccleſiaſt. lib. 4. cap. 6. num. 13. Gennen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 52. in adnot. num. 11. Flammin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 1. qu. 6. num. 79. & de confidentia qu. 35. num. 49. Zerola in prax. Epiſcopal. 1. p. verb. beneficium §. 6. & 2. p. verb. renunciatio §. 2. Caſtill. de vſufruct. cap. 79. à num. 1. Zerrbus de Benefic. & penſion. cap. 13. num 8. verſ. ex ijs corollarys Auguſt. Barboſ. in collect. decretal. ad cap. vlt. de confirm. vtili, vel inutil. num. 26. verſ. in primis attento iure communi Viuian. de iurep. p. 3. lib. 14. cap. 8. num. 4. Monet. de diſtrib. quotid. p. 3. qu. 4. num. 20. late Garz. de benef. p. 2. cap. 1. à num. 96. vſque ad* 104. vbi teſtatur ita obſeruari in Epiſcopatu Abulenſi, & Cæſarauguſtano *Pariſ. de ſaluian. inſpect. 4. cap. 1. num. 205.*

40 Hæc tamen ſententia, quidquid ſit vbi eſt vſu recepta, ſibi tantum locum vindicare poteſt, in Clerico quo ad quotidianas diſtributiones, ratione oneris, laboris, & ſeruitij Eccleſiæ præſtiti, vt ſupra demonſtrauimus *num. 4. & in puncto Clerici Eccleſia Collegiata tradit Monet. de diſtribut. quotidian. p. 3. qu. 4. num. 20. circa fi.*

41 Secundo admitti poteſt ſupradicta ſententia *Couar.* & concordantium quo ad fructus ciuiles, qui percipiuntur ex prædijs Vrbanis, qui quotidiè percipiuntur, ſecus autem quo ad alios fructus prædiorum ruſticorum, in quibus non percipitur vtilitas, niſi tempore meſſium, & vindemiarum, *Ita Moneta de diſtribut. quotidian. p. 3. qu. 4. num. 24. verſ. admitterem tamen ex Io. de Imol. in l. diuortio in prin. ff. ſolut. matrim.* & ſupra *demoſtrauimus num. 24.*

42 Quod ſi Clericus moriatur perceptis, reconditis, ac commixtis omnibus beneficij fructibus, adeòut ſucceſſor non inueniat fructus, cum quibus ſe ſubſtentare valeat, quod teneatur prædeceſſor, ſeu eius hæredes ſubminiſtrare omnes expenſas pro in-

43 cumbentibus oneribus, & alimentare ſucceſſorem vſque ad nouos redditus, vt potè quia in beneficijs redditus vnius anni deſtinati ſunt pro dictis oneribus, vſque ad nouos redditus ſequentis anni docent *Borgnin. deciſ. 37. num. 48. cum pluri. ſeq. alias deciſ. 81. ſecundum aliam impreſſionem, cum qua etiam pertranſit Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. de bon. Cleric. §. 15. num. 13. Viuian. de iurep. p. 3. lib. 14. cap. 8. num. 19. Monet. de diſtribut. quotid. p. 3. quæſt. 3. num. 24. & 25. vbi allegat textum in cap. præſenti §. porro de offic. Ordin. in 6. & ego ipſe tradidi in meo Plauſinomo conſil. 31. num. 9. 10. & ſeq.*

44 Hæc ſententia licet à nemine reiecta fuerit, cum contradictores inuenire non potui, nouiſſimè tamen *D. de Luca in ſuo Theat. veritat. tom. 12. tit. de benefic. me citato diſ. 83. num. 5. & 6. & diſc. 84. num. 11. & ſeq.* aſſerit dictam concluſionem non eſſe in vſu, nec reperiri ad praxim deductam, & in contrarium eſſe obſeruantiam, verum non impu-

45 gnando dictum tanti viri mihi amiciſſimi, omnibus rebus ornari, reperio obſeruari præcipuè in curatis, & Parochialibus Eccleſijs in Diœceſi Tudertina, & Lucana, vbi datur ſecundum qualitatem, & quantitatem reddituum ſingulo menſe certum quid pro Parochi ſubſtentatione, & in Diœceſi Tudertina, quod regulariter detur in grano quarta pars rubri, & vnus cadus vini prò quolibet menſe vſque ad nouos fructus, & meſſem, ſeu nouam recollectionem, pròut etiam ſtatuitur in *Concil. Prouincial. 7. Mediolan.* vt teſtatur *Viuian. de iurep. p. 3. lib. 14. cap. 8. num. 19.* vbi æquum eſſe ſubdit, quod hæredes Clericorum, ſicut ſuccedunt in commoditate bonorum, ita etiam ſupportent onera beneficiorum vſque ad nouos fructus.

SVMMARIVM

1 Fructus pendentes, inexacti, & percepti à die vacationis beneficij iure antiquo ſpectabant ad Eccleſiam vel ſucceſſorem hodie vbi deputantur Collectores ſpectant ad Cameram.

2 Maturandi verò tempore ſucceſſoris inter eum, & Cameram diuidendi ſunt pro rata temporis.

3 Amp. etiam ſi ſucceſſori conceſſum eſſet breue capiendi poſſeſſionem nomine Cameræ, vna cum fructibus à die obitus anteceſſoris, niſi adſit derogatio bullæ Sixti V.

4 Spolium fieri poteſt ex bonis illorum, quos conſtat fuiſſe in ſtatu ſubiecto ſpolijs, niſi hæres probet exemptionem, vel relicta eſſe patrimonialia.

5 In dubio ob præſumptionem quod relicta ſint acquiſita ex redditibus Eccleſiæ Camera facit ſpolium.

6 Spolio non ſubijciuntur bona poſſeſſa per Clericum, & Prælatum ante promotionem.

7 In dubio præſumuntur acquiſita poſt.

8 Et cautela eſt, vt ante aſſecutionem beneficij inuentarium de proprijs bonis conficiatur, ad euitandum ſpolium num. 9.

Præcipue ſi etiam probetur per teſtes num. 10.

11 Spolium habet locum in quæſitis ex redditibus Eccleſiaſticis, non autem ex patrimonialibus num. 11.

12 Vnde hæredes beneficiati habentis patrimonium non ſunt amouendi à poſſeſſione bonorum, donec diſcutiatur vnde bona prouenerint,

13 Ad cognoſcendum ex quibus redditibus proueniant acquiſitiones beneficiati traditur regula.

14 Onus probandi bona per Clericum relicta fuiſſe quæſita ex redditibus Eccleſiaſticis ſpectat ad Cameram, ſi concurrat poſſeſſio ſucceſſorum Clerici.

16 Bona cenſentur acquiſita ex redditibus Eccleſiaſticis, ſi Clericus non habet patrimonium, officium, vel exercitium.

17 Sed ſi Clericus habeat bona patrimonialia, officium, vel artificium ex eadem cauſa acquiſita cenſentur, & de illis poteſt diſponere.

18 Sed ſi ſimul habeat bona Eccleſiæ, & patrimonialia, vel artificium, in dubio ex vtroque acquiſiuiſſe præſumitur, & diuidi debent inter hæredes, & ſucceſſorem.

19 Et in dubio an habuerit bona patrimonialia, vel artificiū vltra beneficium præſumitur acquiſiuiſſe ex redditibus beneficij.

20 Vbi verò fructus beneficii ſint tenues, & patrimonij opulenti ex patrimonio præſumitur acquiſiuiſſe.

21 Prout etiam præſumitur ſi Clericus habeat penſionem, vel Capellaniam amouibilem;

22 Quid

22 Quid de acquiſitis à Conſanguineo Prælati adminiſtratore bonorum Eccleſiæ.

23 Prælatus poteſt teſtari de acquiſitis ex bonis Eccleſiæ ſi tantundem de proprijs in eius beneficium impendit. Declara, vt num. 24.

25 Bona relicta Clerici intuitu eius perſonæ ſpectat ad eundem, ſi intuitu Eccleſiæ, ad Eccleſiam.

26 Bona penſionarij cadunt ſub ſpolio, ſi penſio excedat triginta aureorum.

27 Termini penſionis maturati, & non exacti ſpectant ad Cameram, vbi adſunt Collectores.

28 Spolium vbi fit ob non reſidentiam non intrat niſi in bonis quæſitis ex redditibus Eccleſiaſticis, ſecus ſtante licentia non reſidendi num. 29. Amp. vt num. 44.

30 Fructus malè percepti ſubijciuntur ſpolio.

31 Ita etiam illegitimis relicta. Limit. vt num. 51.

32 Proue etiam acquiſita ex illicita negociatione, etiam in habente facultatem teſtandi nu. 34. & etiam ſtante compoſitione facta cum Camera no. 35.

33 Quæ veniant nomine illicitæ negociationis.

36 Negociatio non præſumitur mala, & contrarium tenetur probare fiſcus Apoſtolicus, vt intret ſpolium.

37 Bona relicta à Religioſo extra Religionem degente ſubijciuntur ſpolio, licet de iure antiquo ſpectarent ad Monaſterium num. 38.

39 Vndè fiſcus tenetur probare Religioſum extra Religionem vixiſſe.

40 Inſtrumenta paramenta, & ornamenta ſacra relicta à Beneficiato etiam de proprio empta ſpectant ad Eccleſiam, & non ad hæredes.

41 Lim. ſi ſint ſatisfaciendi creditores beneficiati, ſi non extant alia bona.

42 Lim. 2. in auleis, & ornamentis deſtinatis ad ornatum propriæ domus beneficiati, & non ad cultum diuinum.

43 Ornamenta, & inſtrumenta ſacra Cardinalium ſpectant ad Capellam Apoſtolicam.

44 Spolio ſubijciuntur bona beneficiati decedentis extra reſidentiam, etiam ſi habeat facultatem teſtandi exceptis Cardinalibus num. 45.

46 Spolium non cadit in beneficio tenuè, non excedente valorem triginta ducatorum aureorum.

47 Beneficium in dubio non præſumitur tenue, & ex inuentario probatur eius valor.

48 Bonorum ſpecies, quæ controuerti poſſunt, an ſubijciantur ſpolio recenſentur.

49 Supellectilia domeſtica, vt Menſæ, Arcæ, ſedilia, dolia &c. non ſubijciuntur ſpolio, licet acquiſita ex redditibus Eccleſiæ num. 50.

51 Animalia, & melioramenta ſi facta ſint ex bonis patrimonialibus detrahenda veniunt per hæredes beneficiati, ſecus ſi ex redditibus beneficij, quo caſu ſpectant ad Eccleſiam, ſeu ad Cameram, ſecus vbi concurrit indultum teſtandi num. 52.

53 Declara vt dicta animalia ſpectent ad Eccleſiam ſi fuerint empta ex eiuſdem redditibus, vel ſubrogata tamquam inſtrumenta fundi, ſecus ſi ex bonis patrimonialibus ratione induſtriæ, niſi conſtet de donatione.

54 Nomina debitorum non exactorum ſi ſint de effectibus beneficij ſubijciuntur ſpolio.

55 Et ſi proueniunt ex impreſtantijs ſcilicet frumenti, vel ad ferendum, vel ad renouandum traditi pariter de effectibus beneficij ſpectant ad Eccleſiam, vel ad Cameram.

56 Ita etiam in ſpolio veniunt iura, & actiones Clerici defuncti.

57 Curiales, Incolæ, & Originarij Vrbis decedentes in Vrbe, eiuſque deſtrictu intra decem miliaria eximuntur à ſpolio, etiam ob negociationem num. 59.

58 Habent amplam facultatem teſtandi, & non teſtantes ſuccedunt venientes ab inteſtato.

60 Lim. in beneficijs regularibus.

61 Abſentes à reſidentia ſi decedant in Vrbe non gaudent hoc priuilegio, ſecus ſi decedant poſt obtentum beneficium, & adhuc non ſe contulerint ad reſidentiã n. 62.

63 Neque ſi Curialis diſponat in illigitimos, excepta cauſa alimentorum num. 64.

65 Alimenta debentur illegitimis, & Clericus etiam de quæſitis ex bonis Eccleſiæ poteſt eiſdem alimenta relinquere.

66 Nomine Curialium ad hunc effectum, qui veniant.

67 Curialis efficitur, qui per annum continuum in Vrbe reſidentiam faciat.

Fructus beneficiorum, & bona Beneficiati defuncti, an & quando ſpolio ſubijciantur,

ADNOTATIO II.

1 FRuctus pendentes, inexacti, & percepti à die vacationis beneficij iure antiquo ſpectant ad Eccleſiam, vel ad ſucceſſorem vſque ad legitimam prouiſionem, & actualem poſſeſsionem *cap. cum in officijs de teſtam. cap. quia ſæpe de elect. cap. præſenti de offic. ord.* & vt alias comprobauimus in antecedenti Adnotatione; iure verò nouo in locis vbi adſunt Collectores Apoſtolici percipiuntur per Cameram, ex citata conſtitutione *Iulij III.* quæ in his materijs eſt Cameralium fundamentum, vt inquit *Io. Baptiſt. de Luca in ſuo Theat. veritat. tom. 12. tit. de benef. diſ. 31. num. 3.* & ex alia *conſtitutione Greg. XIII. & conſtit. Sixti V. edita de anno 1589. die 1. Ian.* vbi

2 ſtatuitur omnes fructus beneficiorum, tam regularium quam ſæcularium pendentes ante beneficiatorum obitum, & maturos, ac etiam à ſolo minimè ſeparatos, ſeu non dum exactos, quam etiam poſt eorum obitum vſque ad diem adeptę poſſeſsionis beneficij per ſucceſſorem eius maturandos, ſeu decurrendos pro rata temporis à die adeptæ poſſeſsionis ad Cameram ſpectare, & Cameræ applicandos eſſe, de quibus *Conſtitution. Bonacc. in tit. de contract. ſeu in tit. de ſpol. diſ. 3. quęſt. vltim. punct. 3. num. 2. & 3, tom. 2. Redoan. de ſpol. q. 5. nu. 5. & ſeq. Rot. dec. 476. coram Cocc. & dec. 529 num 11. & dec. 722. à num. 14. cum ſeq. p. 4, tom. 3, rec. & dec. 594. num. 16. 17, & 18. coram Seraph.*

3 Amp. quod procedat etiam ſi ſucceſſori conceſſum eſſet breue capiendi poſſeſsionem nomine Cameræ cum clauſulis, quod expeditis literis mittatur in poſſeſsionem vna cum fructibus à die obitus antecesſoris, nam adhuc Cameræ, & non ſucceſſori debentur dicti fructus, ſi in eiſdem literis, non reperiatur adiecta derogatio præfatæ Bullæ Sixti V & ita ſignificaſſe Commiſſarium Apoſtolicum Nuntio exiſtenti Neapoli, & inſtructionem ad eundem Nuntiũ vidiſſe, teſtatur *Bonacc. in tit. de ſpolijs diſ. 3. quæſt. vltim. punct. 3. num. 3. verſ. ſecundo alij DD. tom. 2.*

4 Hinc eſt quod præſumptio ſtet pro Camera, quod ſpolia ad eam pertineant, quoties bona fuerint relicta ab eo, quem conſtet fuiſſe in ſtatu ſubdito ſpolijs, ita vt moriente beneficiato ſpolium fieri poſſit ex omnibus ab eo relictis, niſi hæredes probent exceptionem, & bona relicta eſſe patrimonialia, vel quaſi, & conſequenter exempta ab onere ſpolij, ſiquidẽ bona Clerici pręſumuntur Eccleſiæ, & acquiſita ex redditibus Eccleſiaſticis, & conſequenter ſpectant ad Cameram, quæ in locum Eccleſiæ ſubrogata fuit,

5 & in dubio res inuenta apud beneficiarium adiudicatur Cameræ ſtatim, ob præſumptionem, quod proueniat ex redditibus Eccleſiæ *Couar. in tit. de teſt. cap. 1. n. 6. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. p. 3. cap. 3. num. 25, cum alijs relatis per Bonacc. in tit. de contract. diſ. 3. quæſt. vltim. punct. 4 nu. 4. & latius n. 5. Menoch. de arbitrar. caſ. 195. num. 9.*

6 Bona autem poſſeſſa per Clericum ante beneficij conſecutionem, vel per Pręlatum ante promotionem ad Epiſcopatum non cadunt ſub ſpolio, ſed ſpectant ad eius hæredes, vt canetur in *cap.1. de teſtam. & in cap.manifeſta, & in cap. ſicut manifeſtè 12. quęſt.1.*

7 In dubio verò an bona ſint acquiſita ante aſſecutionem beneficij, vel poſt, præſumuntur acquiſita poſt, niſi ſufficientes coniecturæ in contrarium extent, & ad ſe conſulendum cautela eſt, vt ante aſſe-
8 cutionem beneficij inuentarium de proprijs bonis conficiatur, citato Commiſſario Cameræ, ſeu eius officialibus, & in teſtamento idem cum iuramento affirmet *Couar. in cap. 1, num.6, de teſtam. Menoch. lib.3. præſumpt.53. n.8, & 11, Redoan. de ſpol.quæſt. 9. §.& quia n.7. & 8, Maſcard.de probat. conclu.200. n.9, Bonacc. in tit. de contract. diſ.3. quęſt. vltim.puncto 4, n.5. verſ.idem dic.& verſ. hac de cauſa tom. 2.*

9 Vnde bona poſſeſſa fuiſse à Prælato ante promotionem probatur ex inuentario facto tempore promotionis, ex quo excluditur ſpolium, cum inuentarium pleniſsimè probet res in eo deſcriptas extitiſſe in bonis promoti ante promotionem, eſt textus clarus *in cap.Siracuſanæ 28.diſtin. in cap.manifeſta,& in can. ſicut manifeſte 12. q.1. Menoch. lib.3. præſumpt.53. n.11. Redoan. de ſpol. q.9. n.43. Maſcard. de probat. conclu.200. n.9, Couar. in cap.1, n.9. ad med. de teſtam. Barboſ. de offic.& poteſt.Epiſcop.alleg.114. num. 15, p.3. Burſat. conſ. 376, n.16. Rat. dec. 582. n.12. lib.3, p.3, diuerſ.*

10 Præcipuè ſi etiam probetur per teſtes *DD. in c.1. de teſtam. Dec. conſ. 80. n.7, lib.4.*

11 Bullæ enim ſpoliorum habent locum in quæſitis ex redditibus Eccleſiaſticis, non autem ex patrimonialibus, ita vt bona acquiſita, ſeu empta ex bonis patrimonialibus, poſt promotionem non cadunt ſub ſpolio *Nauar. de ſpol. Cler. §.1.n.4. Burſat.conſ. 376. n. 28. verſ. attamen ceſſat Barboſ.de iure Eccleſ. lib.3. cap. 17, n.62. Azor. inſtit. moral. tom. 2 lib. 8. cap.3. q.11.* Rot *in Forolinien. de Monſignoribus 26. Feb. 1603. coram Penia.*

12 Propterea hæredes Prælati, ſeu beneficiati habentis amplum patrimonium ante ſuam aſſumptionem, ſeu beneficij conſecutionem non debent amoueri à poſſeſsione bonorum, donec diſcutiatur, an bona fuerint acquiſita ante, vel poſt promotionem per textum clarum *in cap. 1. in fi. 12. qu.5.* ibi *nec ei ſine cognitione auferenda eſt poſſeſſio, vt aduertunt Panorm. in cap.cum eſſes n.24. ad med. verſ.ſed poſſeſſor. de teſtam. Burſat. conſ.376. n.13, Zabar. conſ.79.n.2. verſ. vnde in caſu noſtro Rom. conſ.159. n.5.verſ. tertio caſu principali* Redoan. *de ſpol. Cler. q.9. n. 33, in fi. Aloyſ. Leo in Theſaur. for. Eccleſ p.3, cap. 3, nu. 25. Filluc. oper. moral tract.43. cap. 5, in fi.*

13 Ad cognoſcendum verò ex quibus redditibus proueniant acquiſitiones Beneficiati, ſeu Prælati poſt promotionem, & beneficij collationem, conſideranda quidem eſt ſumma redditutum Eccleſiæ, ſeù beneficij, ex hac ſumma, non autem ex patrimonialibus detrahenda ſunt alimenta Prælati, & familiæ, & omnes expenſę neceſſariæ, aliæque factæ pro eleemoſynis, & pijs operibus, quæ cenſentur factæ ex huiuſmodi redditibus, & redditus in hác cauſam conſumptos, & patrimonialia reſeruata ſibi, eiuſq; hæredibus fuiſſe, niſi ita longè excedant, ex exuberent, vt veriſimiliter non ex patrimonialibus, ſed ex ſuperfluis redditibus deregatur bona acquiſita fuiſſe, ex inſigni doctrina *Innoc. in cap.cum in officijs n.4. de teſtam. vbi communiter cæteri Canoniſtæ Gouar. in cap.1, n.2, de teſtam. Gabr. conſ.79, n.3,* Bald.*conſ. 313. n.4. lib.2, Rom. conſ.159, n.4. verſ. exemplum, vt ſi res,& n.5, poſt med. verſ. ijs erga Alex.conſ.116. n.3, lib.6, Carn. conſ.314. ad med. lib. 3. vbi de communi Socc. conſ.91, n.3, lib.3. & n 4. Neurz.conſ.93. n.20, ante fin. Bero. conſ. 7, n, 2. & 3, lib.2. qui n. 4. ante fi.* teſtatur hanc ſententiam eſſe communiter approbatam, & fatuum eſſe Iudicem, qui vellet iudicare contrarium *Burſat. conſ.376. n. 19,* vbi quod omnes in hoc communiter concordant *Surd. de aliment. tit.9. q.12. n.11. & 12. Marta de ſucceſſ. legal. p.4. q.1, art.4, n.30, Gratian diſcept. forenſ.cap.381. n.3, tom.2.*

14 Ad Cameram propterea ſpectat onus probandi bona fuiſſe acquiſita ex redditibus Eccleſiaſticis, præcipuè concurrente poſſeſsione hæredum, ſeu ſucceſſorum Clerici, qui, Camera non probante, debent obtinere, ſiue ſumus in Clerico habente patrimonium, ſiue officium, doctrinam, vel induſtriam, ex qua lucrari ſolitus fuit, vt tradunt *DD. plenè relati per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 381, n.1, tom.2, Menoch. de arbitrar. caſ.* 195. *n.* 10, qui allegat concordantes.

15 Eoque fortius vbi deducitur bona eſſe patrimonialia Clerici, quæ non comprehenduntur, ſed excluduntur à ſpolijs Clericorum, vt plenè per *Redoan. in tract. de ſpol. q.15, n.13, 14, 30, 31, & ſeq. Vermigliol. conſ. crim.345. n. 12. & conſ. 346, n.12.*

16 Plures tamen caſus pro huius materiæ dilucidatione proponuntur per *Menoch. de arbitrar. lib. 2, cent.2, caſ.195, n.3.* vbi *primus* eſt quando clarè conſtat Clericum alia bona non habere, quam illa Eccleſię, nec aliquod officium, vel exercitium, vt lucrum facere potuerit, & hoc caſu ſine dubio acquiſita cenſentur Eccleſiæ, quod probat *textus in cap.1. & cap. vnuſquiſque de pecul. Cler. & cap. 1, 12, q. 3, Rom. conſ.59, n.4, & conſ.346. n. 18. idem Menoch. lib.3, præſumpt. 53, n.1.*

17 Secundus caſus eſt quando Clericus vltra bona Eccleſiæ habet bona patrimonialia, vel officium, vt in curia Romana, vel exercitium, vt quia erat Doctor, publicus lector, & conſtat deinde ab eo fuiſſe multa bona acquiſita, & ex bonis patrimonialibus, ex lucro artificij, & induſtriæ acquiſita cenſentur, vt propria, & non Eccleſiæ dicantur, vnde de illis ad ſui libitum diſponere poteſt, *vt ex Abb Card. Zabarel. Bald. Socc. Alex. & alijs comprobat Menoc. dicta caſ.195. n.4, 5. & 6, & lib.3, præſumpt.53, n.2, Bonacc. in tit. de contractibus diſ. 3, quæſt. vltim. punct. 2. §. 1, num. 3, verſ. primo ſpolium vbi alios allegat. tom. 2.*

18 Tertius caſus eſt quando Clericus habet bona patrimonialia, vel artificium, vel officium, & ſimul habet bona Eccleſiæ, & hoc caſu ex vtroque acquiſiuiſſe præſumitur, ſi non poſsit conſtare, ex quibus acquiſitio emanauerit, propterea diuidi debent bona acquiſita inter Eccleſiæ ſucceſſorem, & ipſius Clerici hęredem, vel Cameram arbitrio Iudicis benè penſata, & animaduerſa qualitate, & quantitate patrimonij, officij, ac artificij, & qualitate redditiuum Eccleſiæ, eiuſque magnitudine, & tenuitate, & ſic ſi excedant, an vix ſufficere poſſint ad commodam Clerici ſuſtentationem, ita ex *Abb. Card Zaba-*

ba-

Digitized by Google

barel. Bald. *Alex. Socc. Roman examplificat Menoc.de arbitrar. dicto caſ.*195, *n.7. & 8, & lib.3. præſumpt.* 53. *num.* 5,

19 Quartus caſus eſt vbi in dubium retorquetur, an Clericus habuerit propria bona , vel artificium , vel officium , vltra bona Eccleſiæ , & in hoc dubio præſumitur Clericum ex bonis Eccleſiæ acquiſiuiſſe , ſed ſi huiuſmodi bona ab hæredibus Clerici poſſideantur onus probandi , quod fuerint acquiſita ex bonis Eccleſiæ , in Eccleſiam , & cauſam ab eadem habentem transfertur , ita concludit magiſtraliter *Menoch. de arbit. Iud. caſ.* 195. *num.* 9. *&* 10. *ex Abb. Rom. Socin. Ripa Dec. Curd. Cotta. Tiraq. in locis per eum relatis , cum alijs adductis per eundem Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 53. *num.*7.

20 Quintus caſus eſt vbi Prælatus habet bona propria , & Eccleſiæ , cuius redditus ſi ſint tennes , & patrimonium ſit opulentum , & hoc caſu acquiſitio præſumitur prouenire ex bonis proprijs , ita ex *Præpoſito tradit* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 53. *num.* 4.

21 Sextus caſus eſt quando Clericus non habebat beneficium , ſed tantum penſionem , vel ſalarium , aut vicariam temporalem , aut Capellaniam amouibilem , & hoc caſu bona per eum acquiſita non præſumitur acquiſiuiſſe ex redditibus Eccleſiæ , vt ex *Præpoſito Alex. & Neu. tradit Menoch. lib.* 3. *præſumpt.* 53. *num.* 6.

22 Septimus caſus eſt in emptionibus factis à fratre , & conſanguineo Prælati ad fauorem ſui ipſius , & non Prælati tempore, quo ab eodem cōſtitutus fuerat Procurator , & adminiſtrator bonorum ſuæ Eccleſiæ , quod non præſumuntur acquiſita ex bonis Eccleſiæ , niſi detegatur ſub confictо , & ſuppoſito conſanguinei nomine ad eum ditandum , & Eccleſiam depauperandam in fraudem cum pecunia Eccleſiæ bona empta , & acquiſita fuiſſe , vt ex *Alciat. Præpoſit. & Didac. concludit Menoch. lib.*3. *præſump.* 53. *num.* 12. 13. *&* 14.

23 Octaus caſus eſt quando Prælatus in vita ſua donet Eccleſiæ , vel pro pijs operibus impendat ex ſuo patrimonio , ſi aliquid acquirat ex redditibus Eccleſiæ , cenſetur acquiſiuiſſe in recompenſationem dictarum impenſarum , & poteſt teſtari de æquiualenti quantitate bonorum acquiſitorum ex bonis Eccleſiæ , quæ ad hunc effectum tacitè ſubrogata cenſentur loco patrimonialium redditutum impenſorum in pios vſus *Theſaur. in cap. iniuſtum cauſ.*12. *qu.* 2. *Panormit. in cap. cum in officijs num.* 4. *verſ. fallit etiam de teſtam. Franc. in rub. de teſtam. in* 6. *num.* 54. *verſ. ſed limita , prædicta Silueſt. in ſumm. in verbo Clericus il* 4 *qu.* 3. *verſ. primo quando Bero. conſ.* 7. *num.* 9. *verſ.* 2. *fallit lib.* 2. *Decian. conſ.*88. *num.* 9. *lib.* 4. *Sanchez. conſ. moral. lib.*2. *cap.*2. *dub.* 50. *& dub.* 51. *num.* 2. *Nauar. de reddit. Eccleſ. qu.* 2. *num.* 3. *&* 4. *verſ. infertur etiam Surd. de aliment. tit.* 9. *qu.* 12. *num.* 14. *Molin. de iuſt. & iur. diſ.*147. *nu.* 4. *Vaſquez. in Opuſcol. de reddit. cap.* 1. §. 3. *dub.* 3. *num.*54. *&* 55. *Gonzal. de ſpol. notab.* 12. *Bonac. in tit. de contract. diſ.*3. *qu. vltim. punct.* 2. §. 1. *verſ. immo ſi beneficiarius ſed num.* 6. *verſ. communis ergo in fi.* putat hanc opinionem non eſſe vſu receptam.

24 Limit. hanc concluſionem , quod ſuccedentes ab inteſtato nequeant de fructibus beneficij capere quantum beneficiarius conſumpſit de patrimonialibus , ſi beneficiarius ante obitum non declarauerit ſe bona patrimonialia conſumpſiſſe animo compenſandi alias cenſetur renunciaſſe iuri ſuo , vt probabiliter tenet *Bonacein. loco proxime citato num.* 5. *ex Nauar. Redoan. & Soprun. in locis per eum relatis.*

25 Nonus caſus eſt in bonis beneficiato donatis , vel relictis ab amicis , conſanguineis , & affinibus, quę ſi fuerint donata , tradita , vel relicta intuitu propriæ perſonæ Clerici, cenſentur bona patrimonialia ſpolio minimè ſubiecta , ſecus autem ſi intuitu , & contemplatione Eccleſiæ , vel aliter fuerit expreſſum *Bonac. in tit. de contract. diſ.* 3. *qu. vltim. punct.* 2. §. 1. *ſub num.* 3. & in hoc caſu procedendum eſſe cum coniecturis , & præſumptionibus , quæ colliguntur ex mente relinquentium in ſimili tradit *Gratian. diſcept.* 867. *nu.* 54. *tom.* 5. *vt late diſtinquunt DD. in cap. cum M. Ferrarienſis vbi Ripa num.* 11. *de conſtit.*

26 Decimus caſus eſt in bonis penſionarij , quæ cadunt ſub ſpolio , dummodo penſio excedat triginta aureorum , & excedat quantitatem neceſſariam ad congruam ſubſtentationem , ex conſtitutionibus B. *Pij V. & Vrbani VIII, de quibus* Bonac. *in tit. de cont. diſ.* 3. *qu. vltim punct.* 2. §. 1. *nu.*6. *verſ. ſexta ſequitur tom.* 2. *fo. mihi* 823. *ex Nauar. de ſpol.* §. 8. *num.* 8. *Redoan. de ſpol. qu.* 3. §. *& in hac materia num.* 12. *verſ. ſed in contrarium Garz. de benefic. p.*1. *cap.*5. *num.*61. *Menoch. de arbit. caſ.*172. *num.*12.

27 Et termini penſionis maturati , & non exacti debentur Cameræ Apoſtolicæ , vbi ſpoliorum vſus adeſt , ex *conſtit. Pauli III. Iulij III. & B. Pij V. de quibus* Bonac. *loco proxime citato num.* 7. *tom.* 2. *fo. mihi* 823.

28 Spolium vbi fiat ob non reſidentiam , adhuc non intrat, niſi in bonis quæſitis ex redditibus Eccleſiaſticis , vt ſunt clara verba *Pij IV. conſtit. ex ordine in Bullar.* 91. §. 3. prout etiam aliæ bullæ intelligendæ ſunt , vt dicit *Nauar. de ſpol.* §. 1. *num* 2. *in prin. & verſ. dixi quæſitu .*

29 Ceſſare tamen debet ſpolium ſtante licentia non reſidendi obtenta à Sanctâ Sede *Barboſ. in collect. Bullar. in verbo ſpolium ad med.*

30 Spolio verò ſubijciuntur fructus percepti ante literarum Apoſtolicarum expeditionem , & aliter male percepti ex *conſtit. Sixti V. ex ordine* 100. *Bullar. Cherubin. tom.*2. *fo.*670.

31 Ampl. vt etiam cadant ſub ſpolio illegitimis relicta , aut vacantia , ex dicta *conſt.* 100. *Sixti V. & Pauli V. eodem Bullar. Cherubin.* 14. *tom.* 3.

32 Ampl. vt etiam ſpolio ſubijciantur bona acquiſita ex illicita negociatione , & contra Sacros Canones , iuxta *conſtit. Pij IV.* 19. *Bullar. Cherubin. to.* 2. *fo.* 29. *repetit. penes Redoan de ſpol. Eccleſ. qu.* 2. *poſt num.* 2. *fo. mihi* 33. *& B. Pij V. edita* 1567. 3. *Kalendas Septemb. Nauar. de ſpol. Cleric.* §. 7. *num.* 4. *&* 5. *Azor. inſtit. moral. quæſt.* 6. *cap.* 2. *Bonac. in tit. de contractib. diſ.* 3. *qu. vltim. punct.* 2. §. 2. *num.* 1. *tom.* 2. *fo. mihi* 824. vbi late de ijs , quæ veniunt

33 in legitima negociatione, vt alibi demonſtrauimus & diſerte tradit *Redoan. de ſpol. Eccleſ. quæſt.* 2. *per tot.*

34 Quod procedit etiam ſi Clericus , tam ſæcularis, quam regularis habeat facultatem teſtandi , cum dicta facultas non extendatur ad ea , quæ acquiſita ſunt ex illegitima negociatione , vt ſtatuitur ex præfata *conſtit. Pij IV. ibi qui etiam ex facultate , quam habent teſtandi* Redoan. *de ſpol. Eccleſ. qu.* 2. *nu.*11.

Sopra-

Sopranus apud Filliuc. tract.43, cap.4, num.34. Azor. tom.2, lib.8. cap.2. qu 1. Bonacc. in tit.de contract.diſ. 2. quæſt. vltim. punct.2, §.2, n.2, tom.2. fo. mihi 824.

35 Immo etiam ſi Clericus compoſitionem antea feciſſet cum Camera Apoſtolica, cum nihilominus acquiſita ex illegitima negociatione ſubijciuntur ſpolio, ſiquidem huiuſmodi compoſitio comprehendit tantum licita, & honeſta, non autem ea, quæ à ſacris canonibus prohibentur, vt ex Chirographo Sixti V. emanato de anno 1590. ſub die 16. Aprilis docet Bonacc. in tit. de contractibus diſ.3. quæſt. vltim. punct.2. §.2, n.3, tom.2. fo.824.

36 Huiuſmodi tamen negociatio tamquam mala non præſumitur, vnde onus probandi ad effectum, vt intret ſpolium incumbit fiſco Apoſtolico Rom. conſ.159, Azor. inſtit. moral.2. p. lib.8. cap.2. qu.11. & 12, Sopran. tract.43, cap.5, qu.1. num.1, cum alijs per Bonacc. in tit. de contract.diſ.3. quæſt.vltim.punct. 4. num. 5, verſ. quarto fiſcum tom. 2. fo. mihi 829.

37 Amp. vt etiam Cameræ Apoſtolicæ tamquam ſpolia acquiruntur bona, quæ Religioſi extra Religionem degentes, reliquerint, ſiue huiuſmodi bona acquiſiuerint ratione beneficij, ſiue ex illicita negociatione, ſiue ex largitione amicorum, vel propinquorum, ſiue propria induſtria quamuis extra Monaſterium permanerent de licentia ſuperioris, ſecus verò concurrente ſufficienti facultate de illis teſtandi, aut diſponendi à Sancta Sede obtenta, iuxta Greg.XIII. Cherub. tom.3. fo. 411, licet iure an-
38 tiquo huiuſmodi bona ſpectabant ad Monaſterium tum ex textu in cap. ne dicatis 12, qu. 1, & cap. cum olim 2. de priuileg. & Authent. ingreſſi C. de ſacroſanct. Eccleſ. tum ex conſtitutione Pij IV. quæ derogata fuit à dicta conſtitutione Greg. XIII. de quibus Bonacc. in tit. de contractibus diſ. 3. quæſt. vltim. punct.2, §.4. num.1. tom.2. fo. mihi 827.

39 Tenetur verò fiſcus Apoſtolicus probare Religioſum extra Religionem vixiſſe, vel in Apoſtaſia deceſſiſſe, quia exiſtentia extra Religionem tamquam quid facti non præſumitur, niſi probetur, & in dubio poſſeſſio ſtat pro Religione, alias deficiens fiſcus Apoſtolicus in hac probatione, non poteſt ſibi vindicare bona Religioſi Sopranus apud Filiuc. tract. 43. cap.5. qu.5. num.5, Bonacc. in tit. de contract. diſ. 3. quæſt. vlt. punct.4. num.5. verſ. quinto fiſcum tom.2.

40 Amp. vt etiam inſtrumenta ſacra, & omnia, & ſingula ornamenta, vaſa, miſſalia, Gradualia, & aliæ res ſacræ tam aureæ, quam argenteæ ad vſum, & cultum diuinum opportuna ad ſacellum, & altare ornandum non acquiruntur legatarijs, vel hæredibus, ſed ſpolio Eccleſiæ ſubijciuntur, ſi extant tempore obitus beneficiati, etiam ſi in eius priuatis ædibus, & capellis, vel Oratorijs deſtinatæ relictæ fuerint, etiam vigore cuiuſuis facultatis teſtandi quomodolibet conceſſæ, ſub qua non comprehenduntur; non tamen debentur Cameræ Apoſtolicæ, ſed debentur illi Eccleſiæ, vel Monaſterio, in quo decedens habuit beneficium, ſiue cum cura, ſiue ſine cura, ſiue ſit regulare, in titulum, vel commendam, ſiue ſæculare, etiam in caſu renunciationis, & quamuis huiuſmodi res emptę eſſent ex pecunia patrimoniali, adeo vt hæredes etiam in conſcientia reſtituere tenentur ſub pœna cenſurarum, furti, & ſacrilegij, & vt latius diſponitur in Bulla B.Pij V. edita de anno 1567. tertio Kalendas Septemb. quæ refertur à Boneccina in tit. de contract. diſ. 2. quæſt. vltim. punct.2. §.3, à num.1, vſque ad 9. tom.2, fo.mihi.826. Nauar. de ſpol. §.8. num 3. Azor, inſtit. moral.2. part. lib.8, cap.3. qu. 7. Sopranus apud Filiucium tract. 43. cap.4, qu. 3, num. 3. quæ Bulla comprehendit etiam Epiſcopos Archiepiſcopos, & Abbates commendatarios.

41 Limit. primo hanc ampliationem, vt procedat, ſi extent alia bona ad ſatisfaciendum creditoribus defuncti beneficiati; nam deficientibus alijs bonis, vendi poſſunt præfata ornamenta ad perſoluendum æs alienum, cum pręſumendum ſit Summum Pontificem noluiſſe huiuſmodi ornamenta Eccleſijs applicare cum iactura creditorum, ita reiectis contrarium tenentibus docet Rodriquez.in ſum.2.part.cap.32.nu. 4, Bonacc. in tit de contract. diſ. 3. quæſt. vltim. punct. 3. §.3. num.7. tom.2, vbi ita dixiſſe Rot. in Graneten, penſionis 18. Decemb.1598. coram Gypſio.

42 Lim. 2. in auleis, aut vaſibus ſacris, quę beneficiarius habet ad ornatum propriæ domus, eiuſque prædiorum, ſi dicta ornamenta, & vaſa beneficiatus conſueuit commodare ad diuinos vſus, cum huiuſmodi ornamenta à primæua earum emptione non cenſeantur deſtinata ad vſum, & cultum diuinum, vt ex Mainatta in addition. ad ſuam conſultation. de ſpol. num.326. Azor. de Nauar. tradit. Bonacc. in tit. de contract. diſ.3. quæſt. vnica punct.2. §.3.num.8.tom. 2. fo.mihi 826.

43 Lim.3.in ornamentis, & inſtrumentis ſacris Cardinalium, quæ poſt eorum obitum ad Capellam Summi Pontificis ſpectant, iuxta Bullam 9. ex ordine Bullarij Iulij III. editam de anno 1550. die 26.Iulij de qua Bonacc. in tit. de contractibus diſ.2.quæſt.vltim. punct.2. §.3. num.9, verſ. dixi exceptis tom.2.fo. mihi 826.

44 Amp. vt ſpolio ſubijciantur morientes extra reſidentiam, quorum bona tam mobilia, quam immobilia vbicunque exiſtentia cadunt ſub ſpolium, etiam ſi beneficiati ſpecialem facultatem teſtandi habeant, & huiuſmodi diſpoſuerint, ex Conſtitutione Pij IV. edita de an.1564. ſeptimo Kalendas Decemb. ex ordine Bullar. Cherub. 91. tom.2. fo.132. de qua etiam Bonacc. de contract. diſ. 3. qu. vltim. punct. 5. num.4. tom.2. fo. mihi 831. & de hoc materia ſcripſit Franciſcus Leo in Theſaur. for. Eccleſ. 3. part. cap.3. nu.50. Azor. inſtit. moral.2. part. lib.8. cap.3. qu.14. ad fin. Filiuc. tract.43. cap.8. ad fin. num.21, Nicol. in ſuis floſculis verbo ſpolium n.2.

45 Quod tamen limitatur in Cardinalibus, qui quouis loco decedant, & quouis loco bona habeant, non ſubijciuntur ſpolio, vt ſtatuit B.Pius V. vt refert ex Azor. & Filiuc. Bonacc. in tit. de contract. diſ. 3. quæſt. vltim. punct.5. nu.5. verſ. quinta cauſa to.2. fo. mihi 831.

46 Spolium verò non cadit, vbi agitur de beneficio tenui, adeout habentes beneficia, vel penſiones non excedētes valorem triginta ducatorum aureorum non tenentur ad ſpolia Eccleſiaſtica, & ratio eſt, quia fructus & prouentus neceſſarij ad congruam beneficiarij ſubſtentationem efficiuntur bona quaſi patrimonialia ipſius beneficiarij, ex quibus non fit ſpolium, vt ſtatuit B. Pius V. ſua conſtit. edita de anno 1567. 3. Kalendas Septemb. ex ordine 42. Bullar. Cherubin. tom. 2. fo. 238. repetit. penes Redoan. de ſpol. qu. 27. fo. mihi 479. de qua Nauar. de ſpol. §. 1. num. 5. & . 8. nu. 7. Sopran. tract. 43. cap. 3. qu. 10. Bonac. in tit. de contract. diſ. 3. quæſt. vltim.

vltim. punct. 2. num. 5. verſ. quarta colligitur to. 2. fo. mihi 823. & verſ. 6. colligitur, vbi ita etiam decreuiſſe *Vrbanus VIII.*

47 In dubio tamen beneficium non præſumitur tenue, vnde aſſerenti eſſe tenue incumbit onus probandi, quod bene probatur ex inuentario, & notula bonorum, & redditiuum beneficij *Redoan. de ſpol. qu. 9. §. & quia num. 26. Menoch. lib. 3. præſumpt. 56. num. 4. Gonzal. de ſpol. notab. 13. verſ. decimus caſus Bonac. in tit. de contract. diſ. 3. quæſt. vltim. punct. 2. §. 1. num. 5. verſ. obſerua tamen in dubio Borgnin. dec. 8. num. 37.*

48 Bona autem quæ controuerti poſſunt, an ſubijciantur, vel exempta ſint à ſpolio in quatuor ſpecies diuidit *Io. Baptiſt. de Luca in ſuo Theat. verit. tom. 12. in tit. de beneſic. diſ. 82. num. 3.* conſtituendo vnam mobilium, alteram animalium, aliorumque melioramentorum, tertiam nominum debitorum, & quartam fructuum iam recollectorum, ac in horreis exiſtentium, quibus addo quintam fructuum inexactorum, & pendentium, circa quartam, & quintam ſpeciem diffusè deductum fuit, tum in deciſione, tum in antecedentibus adnotationibus ac proinde.

49 Et quantum attinet ad primam ſpeciem mobilium, ſcilicet quæcunque ſcamna, Cathedræ, Arcæ, ſiue ligneæ, ſiue lapideæ, menſæ, ſiue ligneæ, ſiue marmoreæ, dolia, ſeu vaſa vinaria, & alia ſimilia ſupellectilia domeſtica per Clericos, & beneficiatos tempore eorum obitus in Eccleſijs, ſeu proprijs domibus, & alibi vbiuis locorum relicta, ſub ſpoliorum appellatione minime veniunt, nec pro ſpolijs vllo modo reputari poſſunt, etiam ſi ex red-
50 ditibus, & prouentibus, ac fructibus beneficiorum, quæ dum viuerent obtinebant acquiſita fuerint, ex clara *conſtit. B. Pij V. ex ordine Bullar. 42. repetit. poſt Redoan. de ſpolijs Marnatia in addit. ad ſuam conſultation. de Spol. ſeu fruct. beneſic. inexat. à nu. 314. cum ſeq. Nicol. in ſuis floſculis in verbo ſpolium num. 1. verſ. ſed ſupellectilia Bonac. in tit. de contract. diſ. 3. qu. vltim. punct. 2. § 1. num. 8. tom. 2. fol. mihi 823. Io. Baptiſt. de Luca in Theat. veritat. tom. 12. tit. de beneſic. diſ. 82. num. 4.*

51 Quo ad ſecundam ſpeciem animalium, & melioramentorum, quæ ſi facta ſint ex bonis patrimonialibus, ſeu alias, quam ex illis Eccleſiæ, ſui beneficij detrahenda veniunt per hæredem beneficiati defuncti, ſed ſi facta ſint ex redditibus beneficij, & bonis Eccleſiæ remanere debent penes eandem Eccleſiam, vt ex *Abb. in cap. fi. nu. 2. de priuileg. Cler. & ex Redoan. de ſpol. qu. 3. §. ſed in contrar. nu. 35. fo. mihi 133. tradit de Luca in ſuo Theat. veritat. to. 12. tit. de beneſic. diſ. 82. num. 5.*

52 Declara quod hoc procedat attentis iuris terminis, quorum vigore, huiuſmodi melioramenta, quamuis de dominio beneficiati, ac alias de iure detrahibilia per hæredes ſpectant ad Eccleſiam, non iure proprij dominij, ſed iure ſucceſſorio cum præſumantur acquiſita ex eiuſdem beneficij, ſeu Eccleſiæ fructibus, & emolumentis, in quibus ipſa eſt Clerici hæres, ſed in locis, vbi ſunt Collectores hodie occupat Camera, vbi verò concurrit indultum teſtandi, pertinet ad hæredes beneficiati, cum alias de ijs non poſſit teſtari *Abb. in cap. fi. nu. 2. de pecul. Cleric.* ita ſequendo *Rot. dec. 701. p. 1. diuerſ.* declarat *de Luca in ſuo Theat. veritat. tom. 12. tit. de beneſic. diſ. 82. num. 5. verſ. verum aduertendum.*

53 Declara 2. quod ſi de tempore, quo beneficiatus prouiſus fuit inueniſſet in prædijs beneficij boues, aliaque animalia, tamquam inſtrumenta fundi, & tunc certum eſt, quod extantia ſpectant ad Eccleſiam iure dominij, tamquam à ſucceſſore ſubrogata in locum demortuorum ex ea obligatione, qua beneficiatus ad inſtar vſufructuarij de iure tenetur, vbi verò non inueniſſent, ſeu bona non eſſent talis qualitatis, cuius eadem animalia eſſe deberent fixa, ac perpetuò adiecta tamquam inſtrumenta neceſſaria, ita vt eorum introductio fuiſſet ſolum œconomica, & ratione induſtriæ ad pinguiores fructus percipiendos, & hoc caſu cum ſint ſeparabilia, tranſmittuntur ad hæredes, cum non cenſeantur donata, ſecus ſi conſtaret de donatione expreſſa, vel tacita ex coniecturis, ex deductis per *Barboſ. in l. diuortio §. ſi. p. 1. ff. ſolut. matr num. 58. ad fi. de Marin. reſol. 21. lib. 2. cum alijs per D. de Luca in ſuo Theat. veritat. tom. 12. in tit. de beneſic. diſ. 82. num. 8.*

54 Quo ad tertiam ſpeciem nominum debitorum, circa quam aut agitur de illis debitoribus, qui ſunt de effectibus ipſius beneficij, vt ſunt cenſus, penſiones, & affictus, & alij fructus ciuiles maturati, in vita beneficiati, ſed non exacti, & huiuſmodi fructus, ſiue nõ adſit, ſiue adſit facultas teſtandi ſpectant ad Cameram ex *conſtit. 80. Vrbani VIII.* aut
55 verò agitur de illis nominibus debitorum, quæ proueniunt ex impreſtantijs frumentorum ab eiuſdem beneficij prædijs perceptorum Colonis factis, vel ad ſerendum, vel ad ſuccurrendum laboratorum indigentijs, ſiue ad effectum renouandi frumentum, vt inter dominum, & Colonos eſt in more poſitum, & tunc ſi conſtat eſſe iura prouenientia ex ipſius beneficij fructibus, & ſic bona Eccleſiaſtica prætendi poſſunt ſpectare ad eandem Eccleſiam, vel reſpectiuè ad Cameram iure ſucceſſionis, ac ſpolij, vt animaduertit *de Luca in ſuo Theatro veritat. tom. 12. tit. de beneſic. diſ. 82. num. 12.*

56 Ita etiam in ſpolio veniunt iura, & actiones Clerici defuncti ſi remanere debeant in hæreditate defuncti, & morte non extinguantur, cum neque fiſcus capiat ea, quæ non remanent in hæreditate, ſcilicet bona fideicommiſſo ſubiecta, licet eſſent in dominio defuncti, latè *Benedit. in repetion. cap. Raynutius num. 250. cum ſeq. de teſtam Nauar. de ſpol. §. 1. num. 3. Card. Seraph. dec. 594. num. 4 16 17. & 18.*

57 A ſpolio demum eximuntur Curiales, ſeu Curiã Romanam ſequentes, ac Incolæ Vrbis, & Ciues Romani Originarij decedentes in Vrbe, eiuſque diſtrictu intra tamen ſpatium decem milliarium, & non quadraginta iuxta ſtatutum Vrbis *in cap. 195. lib. 1. iuxta conſtitut. Iulij III. editam de anno 1549. ſexto Idus Martij, & Pij IV. editam de anno 1561. & B. Pij V. in quadam declarat incip. literas noſtras relat. per Azor inſtit. moral lib. 8. cap. 2. quæſt. 10. & ex conſtitut. Pauli V. edita de anno 1600. die 8.*
58 *Aprilis* in quibus conſtitutionibus Incolis Vrbis Romæ, & curiam ſequentibus ampla datur facultas diſponendi de quibuſcunque redditibus, & prouentibus quorumcumque beneficiorum, & de rebus ſuis in Vrbe, & diſtrictu exiſtentibus, adeout ſi non diſpoſuerint, quod nihilominus ſuccedere valeant

leant venientes ab inteſtato, ſiue agatur de beneficijs qualificatis, ſiue de habentibus penſionem, vel officia de quibus conſtitutionibus, & præſertim *Pauli V.* eiuſque tenore menſionem facit *Bonac. in tit. de contract. diſ. 3. qu. vltim. punct. 5. verſ. quarta cauſa & ibidem §. vnico num. 7. cum plurib. ſeq. tom. 2. fo. mihi 830. & 833.*

59 Amp. vt neque prætextu illegitimæ negociationis præfati incolæ, & Curiales ſubijciuntur ſpolio ex eodem *Pauli V.* conſtitutione ibi *etiam ſub prætextu, ſeu cauſa illicitæ negociationis moleſtare &c. Gonzal. de ſpol. notab. 21. Bonac. qui contrarijs reſpondet in tit. de contract. diſ. 3. qu. vltim. punct. 5. §. vnic. num. 10. tom. 2. fo. mihi 833.*

60 Limit. 1. hanc concluſionem, vt non habeat locum in beneficijs regularibus, quibus hoc priuilegium non extenditur, nec de eiſdem præfatæ conſtitutiones loquuntur, tum quia ratione voti paupertatis Regularibus eſt interdicta diſponendi facultas, nec obſtant verba Bullæ *Iulij III.* etiam quorumcumque ordinum Regularium, quia eorum ſenſus non eſt, vt Regulares in Curia decedentes à ſpolio eximantur, ſed ſignificant beneficiarium cuiuſcunque beneficij etiam Regularis in Vrbe, aut eius diſtrictu morientem poſſe de bonis ſuis ad libitum diſponere, vt ex *Nauar. Redoan. & Soprun. animaduertit. Bonac. in tit. de contract. diſ. 3. quaſt. vltim. punct. 5. num. 3. tom. 2. fo. mihi 830.*

61 Limit. 2. quando Curialis, Incola, vel Ciuis moriantur extra reſidentiam, ſeu locum, in quo reſidentiale beneficium obtinebant, nam tunc licet in Vrbe, eiuſque diſtrictu moriantur non gaudent priuilegio exemptionis, ſed ſpolio ſubijciuntur, etiam ſi abſint à reſidentia ex iuſta cauſa, & nulla habita ratione, an beneficium habeant, vel non habeant annexam animarum curam, cum Bulla *Pauli V.* generaliter loquatur, ſine vlla reſtrictione, ſecus autem in habentibus beneficia ſimplicia, vel penſiones, quia cum non teneantur ad reſidentiam non ſubijciuntur ſpolio, ſi in Vrbe, eiuſque diſtrictu intra decem milliaria decedant, ita *Bonac. in tit. de contract. diſ. 3. qu. vltim. punct. 5. §. vnico num. 15. tom. 2. fo. mihi 834. inhærendo Bullæ Pauli V. ibi non tamen extra debitam reſidentiam deceſſerint, & Bulla, ſeu conſtitut. Pij IV.* in qua decernitur, vt illi, qui non reſidet nullatenus ſuffragentur vlla priuilegia conceſſa curialibus, incolis, vel ciuibus Romanis, ſed vt Camera Apoſtolica in omnibus ipſius bonis ſuccedat.

62 Sublim. quod ſi Curialis, incola, vel Originarius Vrbis prouiſus à Sede Apoſtolica, ſi ſtatim non recedat à Curia ad reſidendum, & interim dum immorabatur ad ſuas componendas ſarcinulas moriatur, non eſt ſpoliandus, cum non dicatur decedere extra reſidentiam, ex quo per Epykeiam videatur exceptus ob tempus eidem ex præſumpta mente Pontificis conceſſum ad commodè, & non feſtinanter diſcedendum præcipuè, ſi non inceperat fructus ſui beneficij percipere, cuius reſpectu intrat ſpolium, ita *ex Gonzal. de ſpol. notab. 2. verſ. quinto inſertur*, tradit *Bonac. in tit. de contract. diſ. 3 qu. vltim. punct. 5. §. vnico num. 15. verſ. ſecundo colligitur tom. 2. fo. mihi 834.*

63 Limit. 3. vbi Curialis diſponeret in filios illegitimos, cum hoc caſu diſpoſitio non ſubſiſtat, & tunc quo ad bona laicalia, & merè patrimonialia ſuccedunt hæredes venientes ab inteſtato, quò verò ad bona acquiſita ex redditibus Eccleſiaſticis, & alia bona laicalia extra Vrbem exiſtentia ſuccedit, & pertinent ad Cameram Apoſtolicam, vt expreſsè cauetur in conſtitutionibus *B. Pij V. & Pauli V. de quibus late Bonac. in tit. de contract. diſ. 3. quaſt. vltim. punct. 5. §. vltim. à num. 17. vſque ad fi. tom. 2. fo. mihi 834.*

64 Sublim. in relictis illegitimis cauſa alimentorum, & iuxta obligationem legis naturalis, quæ a lege humana auferri nequit *cap. ſunt quidam 25. qu. 1. & l. id quod noſtrum ff. de reg. iur.* ac proinde beneficiatium non habentem bona patrimonialia poſſe de acquiſitis ex redditibus beneficij alimenta relinquere filijs ſpurijs, & dotem loco alimentorum filiæ ſpuriæ, cum præfatæ conſtitutiones non ſint derogatoriæ iuris communis, cuius vigore illegitimis

65 debentur alimenta; vt ſubdit *Bonac. loco citato num. 17. verſ. hæc tamen intelligendũ fo. mihi 835. tom. 2.* iuxta tradita per *Surd. de aliment. tit. 1. qu. 10. Gabr. in tit. de aliment. concl. 1.*

66 Nomine autem Curialium ad hunc effectum veniunt familiares Papæ, & Cardinalium, aliorumque Prælatorum in Vrbe commorantium, Iudices, Aduocati, Procuratores, Sollicitatores Notarij, alijq; ſtantes, & permanentes in Vrbe, ſecus verò Clerici accedentes ad curiam pro obtinendis beneficijs, aut pro agitandis litibus, aut cauſa ſtudiorum, vel deuotionis, qui non dicuntur curiales ad effectum gaudendi priuilegio teſtandi, & exemptionis à ſpolio, cum non ſint ſtantes, & permanentes *Marcheſan. p. 2. tit. de commiſ. ſuper Eugenianu §. vnico n. 5. 14. cum ſeq. fo. 455. Bonac. in tit. de contract. diſ. 3. quaſt. vlt. punct. 5. §. vnico ſub num. 1, tom. 2.*

67 Et qui per annum continuum in Vrbe reſidentiã fecerit efficitur Curialis *ex conſtitutione Pauli V. ſuper reform. Tribunal. Vrbis tit. de Auditore Cameræ §. præterea.*

S V M M A R I V M.

1 Diſtributiones quotidianæ non veniunt ſub nomine fructuum beneficiorum num. 6.
2 Dantur propter intereſſentiam in Diuinis. Amp. vt num. 17. & 18.
3 Non comprehenduntur in condemnatione fructuum.
4 Penſio reſeruata ſuper fructibus beneficij non comprehendit diſtributiones quotidianas. Ampl. vt num. 7.
5 Non ſunt de corpore beneficij.
8 Habens indultum transferendi penſiones non poteſt transferre reſeruatam ſuper diſtributionibus quotidianis, ſecus ſi beneficium non haberet alios fructus nu. 9. & 10.
11 Diſtributiones veniunt nomine fructuum ſtante proteſtatione penſionarij de reſidendo.
12 Portiones funerales non comprehenduntur ſub nomine diſtributionum. Contrarium num. 13. ſunt diuidendæ iuxta Eccleſiæ conſuetudinem num. 14. & 16. gaudent priuilegio diſtributionum num. 15.
19 Canonicus celebrans in Eccleſia tempore celebrationis horarum Canonicalium non lucratur diſtributiones quotidianas. Declara, vt num. 50.
20 Diſtributiones quotidianæ, nec à Canonicis, aut Capitulo remitti poſſunt abſenti a ſeruitio, nec lege, aut ſtatuto, vel conſuetudine hoc permitti poteſt num. 21. Amp. vt num. 22.
23 Diſtributiones quotidianæ non debentur Canonico pro abſentia trium menſium a reſidentia a Concilio permiſſa.

24 Nec

24 Nec inſeruienti Romano Pontifici.
25 Lim. ex priuilegio Sum. Pontificis, & ea iuſta cauſa.
26 Auditores Rotæ ex priuilegio participant diſtributiones.
27 Ita etiam Inquiſitores.
28 Collector pariter Cameræ Apoſtolicæ, & alij officiales in cauſis ſpoliorum.
29 Indultum de lucrandis diſtributionibus non ſuffragatur ſi non faciat mentionem de intereſſentia.
30 Et ſuffragatur quo ad diſtributiones conſiſtentes in pecunia, ſecus ſi in pane, vino, & ſimilibus.
31 Archidiaconus, vel canonicus viſitantes Eccleſiam, vel iura ſuæ præbendæ non amittunt diſtributiones quotidianas.
32 Canonicus pænitentiarius, nec amittit, dum in eadem Eccleſia audit confeſſiones. ſecus ſi extra.
33 Canonicus Theologus nec amittit pro tota die, qua legit.
34 Nec Canonicus Curatus exercendo curam, & miniſtrando ſacramenta in propria tantum Eccleſia.
35 Canonicus ſi non fecerit profeſſionem fidei nec amittit diſtributiones.
36 Nec ſi interſint Concilio Prouinciali, & Synodali.
37 Nec ſi cum Epiſcopo, vel pro eo accedat ad viſitanda limina Apoſtolorum.
38 Secus ſi aſſociaret Epiſcopum extra Eccleſiam.
39 Vel abeſſe pro ſeruitio Epiſcopi, & pro viſitanda cum eodem Diœceſi num. 40. ſecus quo ad alios fructus n. 41. Contrarium nu. 42. Declara, vt n. 43. 44. & 45.
46 Captus repreſaliarum cauſa, vel obſes datus ab Eccleſia lucratur diſtributiones.
47 Ita etiam detentus, & prohibitus ad Eccleſiam accedere.
48 Prout etiam abſens pro euidente Eccleſiæ vtilitate, vt pro defenſione ipſius iurium, vel Capituli num. 50, Declara, & limita, vt nom. 51. & 52.
53 Theſaurarius Capituli dum agit negotia Capituli non amittit diſtributiones, niſi habeat ſalarium recompenſatiuum.
54 Vicarius Epiſcopi ſi ſit Canonicus ſi exercens ſuum officium diuinis non interſit, amittit diſtributiones quotidianas, ſecus ex priuilegio, vel conſuetudine.
55 Abſens pro tuendis iuribus ſuæ præbendæ, an debeat conſequi diſtributiones quotidianas, & num 40.
57 Infirmo debentur diſtributiones quotidianæ.
58 Infirmus verò ad hunc effectum, qui dicatur.
59 Amp. etiam ſi infirmitas propria culpa contracta ſit.
60 Lim. procedere ſi infirmus in ſanitate fuit ſolitus intereſſe diuinis officijs.
61 Abſens ob iuſtam corporis neceſſitatem præciſa conſuetudine lucratur diſtributiones quotidianas.
62 Ob corporis neceſſitatem quando quis abeſſe dicatur.
63 Iniuſtè carceratus lucratur diſtributiones quotidianas. Declara vt num. 64. Limit. vt num. 66.
65 Amp. in Clerico iniuſtè bannito, vel relegato.
67 Amp. in iniuſtè excõmunicato, ſuſpenſo, & interdicto.
68 Senio Confecto ſi nequeat Choro intereſſe, an debeantur diſtributiones, ſaltem ex indulto Sacræ Congregationis num. 69.
70 Iubilatus non tenetur ſoluere æleemoſinam celebranti miſſam per turnum ad eum ſpectan. ſecus quo ad miſſas lectas, prout tenetur etiam Canonicus infirmus, num. 71.
72 Portiones funerales, & mortuaria non debentur niſi intereſſentibus, nec ſuffragantur cauſæ, quibus abſentibus debentur diſtributiones quotidianæ, vt nec infirmis debentur num. 73.
74 Nec debentur priuilegiato, & exempto à Choro.
75 Abſenti cauſa ſtudij, an debeantur diſtributiones quotidianæ, & num. 76. 77. vbi referuntur reſolutiones S. Congregationis.
78 Ad hoc vt quis legitimè abeſſe poſſit cauſa ſtudij, quæ requirantur, & num. 79. & 80.
81 Diſtributiones quotidianæ in abſentia quibus caſibus debeantur remiſſiuè.
82 Vt lucrari poſſint copulatiuè requiritur iuſta cauſa, & licentia Ordinarij, etiam ſi ex conſtitutionibus eſſet petenda à Capitulo nu. 83.
84 Nemo abeſſe poteſt à reſidentia abſq; licentia Epiſcopi.
85 Abſens à reſidentia ex cauſa voluntaria non debentur diſtributiones quotidianæ, ſecus ex cauſa neceſſaria.
86 Abſens ſi impeditur capere poſſeſſionem ſui beneficij, & Choro intereſſe, non amittit diſtributiones quotidianas.
87 Præcipuè accedente proteſtatione prouiſi de illato impedimento
88 Limit. vt dicta proteſtatio non ſit neceſſaria, vbi agitur contra Capitulum iniuſtè denegantem poſſeſſionem tradere.
89 Lim. 2. vt neque ſit neceſſaria proteſtatio, vbi agitur contra illum, qui violenter impedit prouiſum ne poſſeſſionem capiat.
90 Lim. 3. vt neque ſit neceſſaria, vbi conſtat de legitimo impedimento.
91 Impedimentum abſentiæ eſt legitimè probandum ad effectum lucrandi diſtributiones quotidianas.
92 Iniuſtè excommunicatus recuperare debet diſtributiones quotidianas à Capitulo.
93 Dummodò excommunicatio per Decretum fuerit declarata nulla, & iniuſta.
94 Et dummodo, ita excommunicatus inſtetit pro tali declaratione alias non recuperat.
95 Et dummodo fuerit ſolitus diuinis intereſſe ante excommunicationem.
96. Spolium non cadit ſuper diſtributiones quotidianas.
97 Ex conſuetudine, & priuilegio Sum. Pontificis poteſt quis per alium inſeruire. & percipere diſtributiones.
98 Contrarium quod ex cõſuetudine hoc induci nequeat.
99 Pontifex diſpenſare poteſt, & tollere ea, quæ ſunt iuris poſitiui.
100 Et ex vrgenti cauſa aduerſus ius diuinum, ſeu potius declarare ius diuinum non habere locum in illo caſu.
101 Lex diuina non obligat cum incommodo.

De diſtributionibus quotidianis.

ADNOTATIO III.

1 DIſtributiones quotidianæ non veniunt ſub nomine fructuum, & reddituum Beneficiorum eſt *text. in cap. vnico de Cler. non reſident. in 6. in cap. ſi. §. in illis de conceſ. præbend. eod. lib. & in extrauag. cum nonnulla verſ. præterea de præbend. Monet. de diſtribut. quotid. lib. 1. qu. 6. num. 12. Redoan de ſpol. Eccleſiaſt. qu. 3. nu. 3. Gig. de penſion. reſponſ. 35. num. 10. & latè conſ. 34. num. 11. & 12. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 2. qu. 2. num. 30. Loter. de re beneſic. lib. 1. cap. 39. num. 22. & ita ſæpe dixiſſe Rot.* patet *ex deciſionibus cumulatis per Garz. ad reg. 8. Cancellar. §. 1. proem. num. 154. & per Paul. de Rub. in adnot. ad dec. 576. num. 1. p. 4. tom. 3. in rec. & in Romana penſionis 23. May 1644. ſub prin. coram Meltio, cum alijs per Gratian. diſcept 806. num. 12.*

2 Et ratio eſt, quia diſtributiones dantur pro diurno labore, & pro ſeruitio perſonali præſtito Eccleſiæ ob reſidentiam, & intereſſentiam in diuinis perſoluendis, tamquam ſtipendium operæ, & laboris beneficiati latè *Paul. Rubeus in adnot. ad dec. 576. à nu. 3. cum plurib. ſequen. Burat. dec. 193. num. 18. Rot. dec. 309. num. 16. p. 7. rec.*

3 Hinc eſt quod in condemnatione fructuum perceptorum ex aliqua præbenda non comprehendantur diſtributiones quotidianæ, vt reiecta contraria opinione, comprobat *Boer. dec. 383. num. 4. verſ. in contrarium Lancellot. de attentat. p. 3. cap. ſi. num. 31. 32. & 36. Put. dec. 383. in antiq. & ſecundum nouiſſimam impreſ. dec. 373. num. 7. lib. 1. & dec. 1170. nu. 2. p. 3. lib. 3. diuerſ. relat. per Paulum Rubeum in adnot. ad dec. 576. num. 11. & ſeq. p. 2. tom. 2. rec.*

4 Vlterius penſiones reſeruatæ ſuper fructibus, & prouentibus beneficiorum, eorumque redditibus

non comprehendunt diſtributiones quotidianas, per
textum in extrauag. cum nonnulla in prin. verſ. præ-
terea de preben. cap. licet eod. tit. Lotter. de re beneſic.
lib. 1. qu. 39. num. 22. & 23. Sanchez. reſponſ. moral.
lib. 2. cap. 2. dub. 89. num. 2. Gigaſ. de penſion. qu. 39.
num. 1. latè Paul. Rub. in adnot. ad dec. 576. à nu. 40.
cum plurib. ſequen. p. 4. tom. 3. rec. Rot. dec. 508. nu.
3. p. 2. dec. 77. num. 1. p. 3. rec. & in Romana penſio-
nis 23. Maij 1644. ſub prin. coram Meltio.

5 Siquidem diſtributiones prædictæ non ſunt de
corpore beneficij, nec augent corpus præbendæ, ex
quo dantur ratione operis, & miniſterij perſonalis
Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 7. proem. num. 155. Lan-
cellot. de attentat. 3. p. cap. ſi. num. 31. & ſeq. & hanc
opinionem eſſe communem firmat Gratian. diſcept. 283.
num. 9. Boer. dec. 340. num. 4. Achil. dec. 8. num. 2. de
penſ. Caputaq. dec. 29. num. 1. p. 1. Vrgellen. dec. 285.
num. 38. Rot. in Romana penſionis 23. Maij 1644. ſub
prin. coram Meltio.

6 Et licet detur beneficiato propter beneficium, eius
tamen fructus nō ſunt cap. vnico de Cler. non reſid. in
6. Couar. var. reſ. lib. 3. cap. 13. num. 1. Gonzal. ad
reg. 8. Cancel. §. 7. proem. num. 154. Caſar. de Graſ.
dec. 5. num. 1. de præb. Caſſad. dec. 6. num. 6. eod.
tit.

7 Et quamuis penſio impoſita fuerit ſuper quibuſ-
cunque fructibus, redditibus, & prouentibus, nam
ſub iſta generalitate verborum, & effrenato modo
loquendi, non veniunt diſtributiones quotidianæ,
& licet dictio vniuerſalis quibuſcunq; apta ſit com-
prehendere etiam dictas diſtributiones, tamen vbi
reperitur inſerta in materia odioſa, debet recipere
reſtrictionem ſecundum ſubiectam ſpeciem, eiuſque
naturam, ita quod non poſſit egredi eius limites,
nec comprehendere ea, quæ ſunt diuerſæ naturæ,
pro vt eſt impoſitio penſionis, cuius natura, eſt vt
imponatur ſuper fructibus certis, & non ſuper incer-
tis pro vt ſunt diſtributiones quotidianę, & ſic di-
ctio quibuſcunque intelligenda eſt de quibuſcunq;
fructibus ſcilicet certis, vt latè comprobat Paulus
Rubeus in adnot. ad dec. 576. à num. 47. vſque ad 69.
p. 4. tom. 3. rec. & firmauit Rot. in Romana penſionis
23. Maij 1644. coram Meltio recedendo à deciſione in
eadem cauſa emanata ſub die 15. Febr. 1636. coram
Pirouano, vbi declaratur comprehendi etiam diſtri-
butiones quotidianas vigore dictæ vniuerſalis in
indulto appoſitæ.

8 Vnde ſi quis habet indultum transferendi penſio-
nes reſeruatas ſuper quibuſcunque fructibus, red-
ditibus, & prouētibus beneficiorū, quod poſſit tranſ-
ferre penſionem reſeruatam ſpecifice ſuper diſtribu-
tionibus quotidianis dixit Rota dicta Romana penſio-
nis coram Pirouano, ſed poſtea recedendo coram
Meltio contrarium firmauit, vt ſupra proximè di-
ximus, & comprobat Paulus Rubeus in annot. ad
dec. 576. à num. 47. vſque ad num. 69. p. 4. tom. 3. rec.

9 Limit. ſi beneficium nullos alios fructus haberet
quam diſtributiones, quia tunc habentur loco fru-
ctuum beneficij Dec. conſ. 49. num. 14. cum ſeq. lib.
1. Marcheſ. de commiſſion. in cauſa penſion. p. 1. §. 1.
num. 127. Caputaq. dec. 29. num. 4. & 5. p. 1. Vrgel-
len. dec. 285. num. 95. Puteus dec. 365. num. 4. lib. 2.
Mohedan. dec. 3. num. 3. de preben. Caſar. de Graſſ.
dec. 8. num. 1. & 2. eod. tit. Duran. dec. 285, nu. 99.
& dec. 411. num. 7. verſ. & ex experientia, & in Ro-
mana penſionis 23. Maij 1644. in ſi. prin. coram Mel-
10 tio vbi quod hoc caſu diſtributiones dicuntur ha-
bere locum præbendæ, & in puncto reſeruationis
penſionis in Beneficiato Baſilicæ Sancti Petri in
Vaticano, cuius redditus conſiſtunt in diſtributio-
nibus quotidianis, dixit Rot. in Romana penſionis
29. Martij 1666. §. igitur legitimè coram Taya.

11 Limit. 2. quod diſtributiones tunc veniant appel-
latione fructuum, quando per penſionarium fuiſ-
ſet facta proteſtatio poſſeſſori apud acta quod aut
poſſidens reſideat, & interſit horis, vt ſic intereſſen-
do percipiat diſtributiones, aut poſſeſſionem dimit-
tat Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. §. 7. proem. nu 150.
ex Puteo dec. 239. num. 3. 4. & num. ſi. in ſi. lib. 2.
Mohed. dec. 6. in ſi. de præb. Rot. dec. 618. ſub num. 2.
verſ. ſi vero p. 1. & dec. 11. alias 1170. num. 4. & 5.
p. 3. diuerſ. & in Romana penſionis 23. Maij 1644.
ſub prin. coram Meltio.

12 Portiones funerales, quæ anniuerſaria dicuntur,
& diuidi ſolent inter beneficiatos, qui interſunt
exequijs, & cæteris diuinis officijs, quibus ſolent
Chriſtiano ritu mortuos parentari, non comprehen-
duntur appellatione diſtributionum quotidiana-
rum Card. Zabarel. in Clementin. vt hi, qui §. illi ve-
ro n. 15. de ætat. & qualitat. Nauar. conſ. 13. n. 2. de
Cler. non reſid.

13 Contrarium tenet Lap. alleg. 42. n. 1. Io. And. in
in cap vnico de Cler. non reſid in verbo anniuerſarijs
Felin. in cap. ad aures n. 14. de reſcript.

14 Omnes tamen dubitandi cauſam præſertim circa
diuiſionem de huiuſmodi portionibus funeralibus
faciendam ſubſtulit Bonifatius VIII. ſua conſtit. re-
lat. in cap. vnico de Cler. non reſident. lib. 6. dum man-
dauit, quod in dicta diuiſione facienda inter Ca-
nonicos, & Beneficiatos, ſiue alios Clericos, qui
præſentes fuerunt ſeruentur ordinationes cuiuſcun-
que Eccleſiæ, & iuxta eaſdem ordinationes, & con-
15 ſuetudinem diuiſio fieri debeat, nam licet dictæ
portiones nomine quotidianarum diſtributionum
non intelligantur, gaudent tamen eodem priuile-
gio, & eodem iure, vt animaduertunt Io. And. &
Gemin. in cap. vnico de Cler. non reſiden. in 6. Nauar.
conſ. 13. eod. tit. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 7.
in 4. quæſt. Rot. dec. 32. à num. 3. vſque ad 7. p. 7. rec.
16 vbi nu. 13. ſubdit, hoc præcipuè procedere, ſi in
inſtitutione præfatorum anniuerſariorum ab inſti-
tuentibus nulla conditio præſcripta fuerit, ſiquidem
tunc recipere debent normam, & legem a conſuetu-
dine Eccleſiæ, cum ad eam ſe remittat diſpoſitio
iuris Canonici, iuxta textum in dicto cap. vnico de
Cler. non reſiden. in 6.

17 Verò quod diſtributiones vere quotidianæ, & mi-
nutæ, quæ quotidiè præſtantur pro ſeruitio, & la-
bore merè perſonali, vt frequentius ſunt, illæ, quæ
obueniunt pro exequijs, vel aſſociatione cadaue-
ris, & ſimilium, nullatenus prætendi poſſint per
non intereſſentes, quamuis verè, & realiter, & na-
turaliter reſideant, iuſtèque impediti ſint, & multo
minus per eos, qui verè, & naturaliter abſentes, fi-
ctè pro pręſentibus, & reſidentibus habentur, tra-
dit De Luca in ſuo Theatro veritatis tom. 12. tit. de
canon. & capit. diſ. 16. num. 3.

18 Reſidentia autem non ſufficit ad lucrandas di-
ſtributiones quotidianas, ſed requiritur intereſſen-
tia in Eccleſia, & in celebratione diuinorum offi-
ciorum, nullo habitu reſpectu ad permanentiam in
loco, vt nullatenus ſufficiat Canonicum adeſſe in

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſia dum diuina peraguntur, ſed etiam oportet eſſe præſentem in Choro, vnde non excuſatur Canonicus etiam ſi adeſſet in Eccleſia celebrans extra Chorum eo tempore, quo horæ Canonicales decantantur, vt declarauit *Sac. Cong. Camily* ſcilicet, *qui tempore quo cantatur vna hora in Choro Miſſam celebrat in eadem Eccleſia ex deuotione, vel ex obligatione non dicitur interfuiſſe illi hora, nec illius diſtributiones accipera poteſt*, vt refert *Ric. in prax. fori Eccleſiaſtici dec. 494. ſub num. 2. & Paulus Rubeus in adnot. ad dec. 576. num. 133. & 134. p. 4. tom. 3. rec.* & hanc ſententiam tuentur *Federic. de Sen. conſ. 225. Abb. in cap. cum olim num. 3. & 4. ibique Felin. num. 2. de rá ſudit. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 7. proem. nu. 181. Garz. de beneſ. p. 3. cap. 2. nu. 323. Gratian. diſcept. farenſ. cap. 806. nu. 10. Barboſ. de canon. & dignitat. cap. 20. num. 10. Ric. in prax. quotidian. rerum fori Eccleſiaſt. p. 3. tit. Prax. fidei profeſſion. reſ. 201. nu. 9. & 10. & tit. Charitat. ſubſid. reſol. 96. num. 20. Bonacc. in tit. de ijs, qui ad diuin. offic. in Choro publ. recit. fac. diſ. 2. qu. 3. punct. 3. §. 4. num. 1. tom. 1. fo. 667. Seraph. dec. 1131. num. 1. & dec. 1140. num. 2. Coccin. dec. 108. num. 3. Caſſador. dec. vuica num. 2. pro intereſſentia de Cler. non interſ.*

20 Propterea adeo diuinis officijs non intereſſentes à participatione diſtributionum quotidianarum arcētur, vt nec Epiſcopus, nec Capitulum, nec alij Clerici quibus accreſcunt nequeant illas eiſdem remittere, relaxare, aut condonare, cum huiuſmodi primario emanauerit ob bonum publicum, contēplatione diuini cultus, cui ſinguli propter eorum ius priuatum, iuri publico officere non poſſunt, vt colligitur ex *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12.* ibi *quauis collaſiona, aut remiſſione excluſa*, & ita reprobata *glo. in c. 1. in verbo ſuas de Cler. non reſid. in 6.* docent *Archidiac. Steph. Durant. & Theodoſius Rubeus relat. per Paulum Rubeum in adnot. ad dec. 576. à num. 151. cum plurib. ſequen. & num. 159. & Garz. de beneſ. p. 3. cap. 2. num. 432.* refert ita declaraſſe *Sac. Congreg. Concil.* ſcilicet. *Non licet Capitulo aliqua prætextu diſtributiones danare, relinquere, aut quauis calluſione remittare alieni, qui vel à ſeruitio Eccleſia abſuerit, vel alio quonis moda diſtributiones legitimè debeat amittere; nec fas ſit vtique eas accipere, ſi acceperit ſuas non faciat, & reſtituere cogatur illico fabricę Eccleſia quatenus indigeat, aut alteri pio loco arbitrio Epiſcopi*, & hanc ſententiam amplexi ſunt *Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 429. num. 6. Piaſec. in prax. Epiſc. p. 2. cap. 3. num. 8. in fi. pag. 124. & alij DD. relati per Barboſ. in tract. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. num. 140. & in Concil. Trid. dicta ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. n. 108. Rot. dec. 1. poſt Alex. Monet. de diſtribution. quotid.*

21 Quinimò nec lege, ſtatuto, aut conſuetudine induci poteſt, vt à non intereſſentibus participentur diſtributiones quotidianæ *textus eſt in cap vuica*, ibi *pœnitus improbantes de Cler. nan reſid. in 6. cap. fi. & ibi glo. in verbo exceptis de reſcriptis in 6. cap. licet vbi Imol. & alij de prabea. latè Ganzal. Mendez. Vaſconcel. lib. 1. diuerſ. iur. argument. cap. 9. Menocb. de arbitrar. quæſt. caſ. 429. nu. 6. in addit. Aloyſ. Ric. in prax. far. Eccleſ. dec. 493. in prima adit. alias reſol. 384. num. 7, in 2, adit. Paul. de Rub. in adnot. ad dec. 576. num 170. p. 4. tom. 3, rec. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ 24. de reform. cap. 12. num. 109. Burat. dec. 193, num. 19. cum alijs relat. à Gratian. diſcept. forenſ. cap. 166. num. 31.* vide *Pignatel. conſult. canon. 129.*

22 Quapropter ſtatuta illarum Eccleſiarum in quibus obſeruatur, vt qui adſunt certis horis, aliarum horarum diſtributiones lucrentur, vti pernicioſa, & iniuſta, tendentia ad diminutionem cultus diuini damnantur à *Concilio Baſilienſe in tit. quo tempore quiſque debeat eſſe in Chora de quo Paul. Rub. in adnot. ad dec. 576. num. 171. cum ſeq. p. 4, tom. 3, in rec.* vbi latiſsimè de materia conferunt tradita per *Rot. coram Merlino dec. 59, num. 32, & 33, p. 7, rec. latè Pignatel. conſult. canon. 500, num. 1.*

23 Vnde reſultat quod Canonici non poſſunt percipere diſtributiones quotidianas tempore trium menſium, quo ex indulto *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 24, de refor. cap. 12*, licet eis abeſſe, & ſi adeſt conſuetudo in contrarium, vti irrationabili non eſt attendenda, quia Sacrum Concilium non immutauit naturam diſtributionum quotidianarum, quæ eſt vt dentur tantum intereſſentibus, ſed tantum permittit huiuſmodi abſentiam trium menſium, ſine peccato, & ad effectum faciendi ſuos fructus præbendales, & de maſſa groſſa, & ita declaraſſe *Sac. Congreg. Concil. Trid. in vna Toletana 2. Auguſti* 1584. *ad Flammin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 1. qu. 10. num. 65. tradit Paul. Rub. in adnot. ad dec. 576. num. 149. p. 4. tom. 3. rec. Ric. in prax. quotid. rerum for. Eccleſiaſt. p. 3. tit. prax. fidei profeſ. reſ. 201, n. 10, & tit. prax. Charitat. ſubſid. reſ. 96. num. 21. & ita declaraſſe Sac. Cong. refert Pignatel. conſult. canon. 129. nu. 1. verſ. &* primò vbi de materia *& num. 24, 25, & 26.* vbi refert per extenſum declarationes *Sac. Congreg. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 7. Proem. num. 182.*

24 Rurſus, qui Romano Pontificis deſeruiunt licet vniuerſali Eccleſiæ dicantur inſeruire nihilominus non lucrantur diſtributiones quotidianas, cum habeantur pro præſentibus, ſed non pro intereſſentibus *Paul. Rub. in adnot. ad dec. 576, num. 150, p. 4, tom. 3. in rec.* ex *Abb. in cap. cum dilectus num. 5, de Cler. non reſid. Nauar. conſ. 1, & 2. eodem tit. Garz. de benefic. p. 3. cap. 2, num. 385. & dixit Rot. coram Vrgellen. dec. 22, num. 15, p. 5. tom. 1, rec.*

25 Limit. principalem concluſionem non procedere ex priuilegio Pontificio, aut alio legitimo impedimento, vel neceſſaria cauſa concurrente, in quibus caſibus, & quando Canonicus ab Eccleſia, cui eſt abſtrictus abſit, ex Pontificis priuilegio poteſt percipere diſtributiones quotidianas *Gemin. in cap. vuica de Cler. nan reſid. lib. 6. num. 4, ibique Franc. num. 3. Sanctarel. var. reſ. q. 10. n. 1. cum alijs per Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24, de reform. cap. 12, num. 75.*

26 Et ſic Auditores Rotæ ex *indulto Clem. VII. ſub datū 9. Aug* 1525. percipere poſſunt non ſolū fructus præbendales, ſed etiam diſtributiones quotidianas ſuorum beneficiorum *Lal. Zecb. de rèpublic. Eccleſiaſt. cap. 11, num. 2, Caued. pract. & canon quæſt. lib. 1. q. 1. num. 63, Sanctarel. var. reſ. q. 11. num. 1, Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcap. alleg. 53. num. 155, p. 3. & Canon. & dignitat. cap. 24. num. 1. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24, de reſarm. cap. 12, num. 76.*

27 Ita etiam Inquiſitores contra hæreticam prauitatem gaudent eodem priuilegio percipiendi diſtributiones quotidianas in eorum abſentia, ex *indulto Pauli III. & B. Pij V. Garz. de beneſ. p. 3. cap. 2. num. 356. Sanctarel. var. reſal. qu. 11. num 3. Diana*

reſol. moral. p. 4. tract. 8. reſol. 71. in fi. cum alijs per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. nu. 156. & de Canonic. cap. 24. num. 2. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num. 77.

28 Pariter Collector generalis Cameræ Apoſtolicæ, Subcollectores, Aduocati, Procuratores fiſcales, & Notarij in cauſis ſpoliorum, & aliorum iurium eiuſdem Cameræ eorum officio durante lucrantur diſtributiones quotidianas in abſentia, ex Priuilegia Sixti V. emanat 8. Maij 1590. vt refert Monet. de diſtribution. quotidian. p. 2. qu. 11. num. 111. Sanctarel. var. reſol. qu. 51. num. 6. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. num. 157. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num. 77.

29 Indultum verò, quo ad lucrandas diſtributiones quotidianas in abſentia, debet expreſſe, & ſpecificè loqui de huiuſmodi diſtributionibus, itaut non ſufficiat, ſi dicat vt poſſit percipere fructus perinde, ac ſi reſideret, niſi etiam addat, ac perindè, ac ſi intereſſet, ac proindè debet facere menſionem de ipſa intereſſentia, vt comprehendat huiuſmodi indultum vltra fructus præbendales, & de maſſa groſſa, etiam diſtributiones quotidianas, alias ad eas non extenditur textus eſt in cap. ſi. de reſcript. in 6. & ibi glo. in verbo exceptis, glo. & DD. in cap. 2. de priuil. in 6. Monet. de diſtribut. quotid. p. 1. cap. 6. num. 10. cum ſeq. Lother. de re benef. lib. 1. quæſt. 29. num. 41. Caldarin. conſ. 1. de Cleric. non reſident Aloyſ. Ric. in prax. quotid. rerum Eccleſiaſt. fori p. 3. tit. Praxis fidei profeſſionis reſol. 201. num. 5. & 6. & tit. prax. Charitat. ſubſid. reſol. 96. num. 14. & ſeq. Rot. apud Caſſador. dec. 1. de Cleric. non reſidentibus Canar. lib. 3. var. reſol. cap. 13. nu. 2. ad med. verſ. ſed quamuis Princeps.

30 Immo quando indultum eſt ad percipiendas etiã diſtributiones quotidianas in abſentia, quod nihilominus tunc priuilegiatus habere tantum debeat diſtributiones prouenientes, ſeu conſiſtentes in pecunia, non autem alias conſiſtentes in pane, vino, & alijs ſimilibus rebus docet ex Archid. in cap. Sacerdos num. 3. 1. qu. 2. & in cap. vnica ſub num. 1. verſ. non tamen de Cleric. non reſident. lib. 6. Aloyſ. Ric. in prax quotid. rer. for. Eccleſ. p. 3. tit. Praxis fidei profeſſion. reſol. 201. num. 6. ſecus ſi omnes eſſent in pane, & vino idem Ric. d. p. 3. tit. praxis Charitatini ſubſid. reſol. 96. num. 16.

31 Non tamen amittere debẽt diſtributiones quotidianas Archidiaconus, vel Canonicus viſitantes Eccleſiam, iura, vel redditus ſuæ præbendæ, cum per huiuſmodi viſitationem inſeruiant Eccleſiæ, vt pro intereſſente habeantur, Garz. de benef. p. 3. cap. 2. num. 333. & ſeq. Sanctarel. var. reſol. qu. 11. num. 9. & 10. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 7. qu. 10. Barboſ de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. num. 163. & de Canon. cap. 24. num. 4. & in Concil. Trid. ſeſſ 24. de reform. cap. 12. num. 78. vbi ſi non viſitaret propriam Eccleſiam ſuæ diœceſis, licet viſitaret ex officio, & iure ſibi competenti, quod nihilominus nequeat percipere dictas diſtributiones ex Monet. qui deciſum refert p. 2. qu. 11. num. 63. Garz. de benef. p. 3. dicto cap. 2. num. 332. & ex alijs, quas allegat.

32 Canonicus Pænitentiarius, ſi dum recitantur Diuina officia in Eccleſia audiat confeſſiones percipit quotidianas diſtributiones, ſecus autem ſi audiret confeſſiones etiam infirmorum extra Eccleſiam, Stephan. Vveymſ. ad conſtitutiones 24. ex antiqua iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouat. conſtit. 11. num. 23. Sanctarel. var. reſol. qu. 7. num. 13. Garz. de benef. p. 5. cap. 4. num. 124. & ſeq. Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. qu. 11. num. 64. & 65. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. p. 3. alleg. 53. num. 160. & alleg. 55. num. 30. 31. & 32. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num. 79. vbi alios allegat.

33 Similiter Canonicus Theologus, ſeu obtinens præbendam Theologalem diebus deſtinatis ad legendum pro tota die, qua legit habendus eſt tamquam præſens in Choro ad lucrandas diſtributiones quotidianas, vt declarauit Greg. XIII. de qua declaratione teſtantur Ric. in prax. quotid. rerum Eccleſiaſt. fori tit. prax. Charitatini ſubſid. reſol. 96. nu. 19. Sanctarel. var. reſol. qu. 11. num. 15. Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. qu. num. 10. & qu. 11. nu. 75. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. num. 120. cum alijs per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 56. num. 8. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num. 80.

34 Et Canonicus habens annexam curam ſuæ dignitati, vel Canonicatui, dum reperitur in actu adminiſtrandi Sacramenta, & alia exercenda ad ipſam curam ſpectantia lucratur diſtributiones quotidianas, & tamquam præſens in Choro habetur, vt deciſum refert Franc. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. p. 3. cap. 2. num. 24 Garz. de benef. p. 3. cap. 2. nu. 335. Lel. Zecb de repub. Eccleſ. cap. 24. num. 6. Sanctarel. var. reſol. cap. 11. num. 11. Steph. Vveymſ. ad conſtit. 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouat. conſtit. 11. num. 21. in prin. Marchin. de Sacrament. Ordinis tract. 3. p. 2. cap. 35. ſub num. 9. verſ. idem dicendum cum alijs per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 53. num. 127. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24 de reform. cap. 12. num. 83. vbi ſubdit quod ſecus eſſet ſi haberet curam animarum in alijs Eccleſijs, tempore quo in eis reſidet, nam tunc non lucratur diſtributiones quotidianas, quas lucraretur, ſi reſideret, & diuinis intereſſet in Cathedrali, vel Collegiata, vbi habet canonicatum, ex Moneta de diſtribut. quotid. p. 2. quæſt. 11. num. 69. & Sanctarel. d. qu. 11. num. 13. & alijs, quas allegat.

35 Et licet prouiſi de beneficijs quibuſcunque curã animarum habentibus, ſeu de dignitatibus, & Canonicatibus in Cathedralibus non faciant fructus ſuos, ſi intra duos menſes à die adeptæ poſſeſſionis non fecerit Orthodoxæ fidei profeſſionem, & in Romanæ Eccleſiæ obedientia ſe permanſuros ſpondiderint, iuxta decretum Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. non tamen amittit diſtributiones quotidianas, eo quia non ſunt de corpore beneficij, ſed ſunt diuerſi generis, & diuerſæ naturæ, nec augent corpus præbendæ, ex quo dantur ratione miniſterij perſonalis, vnde dicta Conciliaris diſpoſitio non comprehẽdit diſtributiones quotidianas, vt latè comprobat Aloyſ. Ric. in prax. quotid. rer. Eccleſ. fori p. 3. tit. prax fidei profeſſion. reſol. 201. à num. 1. & per tot. vbi ita declaraſſe Sac. Cong. ſcilicet Congreg. cenſuit diſtributiones quotidianas non comprehendi ſub verbis Concilij hic quoniam dantur ratione miniſterij perſonalis, & propter operas ſuas, & illas percipiens facit ſuas.

36 Concilio generali, nomine capituli intereſſentes,

prout

prònt etiam Concilio Prouinciali, vel Synodali lucrantur diſtributiones quotidianas, *Salſed. ad Bernard. in pract. cap. 52. lit. C. verſ. quartai caſus, & verſ. idemque pari ratione Cened. pract. & canon. qu. lib. 1. qu. 1. num. 67. cum alijs per Barbaſ. de offic. & poteſt. Epiſcap. alleg. 53. num. 158. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. nam. 81. & 82. in quibus alios allegat.*

37 Quod ſi Canonicus miſſus fuerit à ſuo Epiſcopo ad viſitanda limina Apoſtolorum eius nomine. vel ipſe Epiſcopus accedens per ſe ipſum ad viſitanda limina Apoſtolorum ſecum pro Soccina, & Comite Canonicum ducat, debet lucrari diſtributiones quotidianas ex *conſtitat. Sixti V.* de qua *Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 2. num. 84. & de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. num. 159. ex Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. qu. 8. num. 23. Sanctarel. var. reſol. qa. 11. num. 14. Garz. de benefic. p. 3. cap. 2. num. 348.*

38 Sed ſi Canonicus, & alij Præbendati aſſocient Epiſcopum extra Eccleſiam non lucrantur diſtributiones quotidianas, & ita declaraſſe *Sac. Congreg.* ſcilicet *Non poſſunt canonici dua aut plures aſſociantes eorum Prælatum quandoque volentem audire miſſam non in Chatedrali, ſed in alia Eccleſia Ciuitatis participes fieri diſtributionum qaotidianarum, qaa non niſi præſentibus, & intereſſentibus daatar,* refert *Aloyſ. Ric. in prax. rerum qaotid. Eccleſ. fari p. 3. tit. prax. Charitatini ſubſidij reſol. 96. aam. 22. & allegat textum in cap. de catero & cap. ad audientiam de Cleric. non reſiden.*

39 Iuxta generalem regulam, quod abſens in ſeruitio Epiſcopi non poteſt percipere diſtributiones quotidianas, vt communiter tradunt *DD. in cap. de cetera, & in cap. ad audientiam de Cleric. non reſiden. & in cap. vnico eodem tit. in 6. Conar. lib. 3. var. reſol. cap. 13. num. 2. Manet. de diſtribut. quotid. p. 2. cap. 8. num. 12. circa fi.*

40 Et ſic Canonici, qui in ſeruitio Epiſcopi exiſtunt, & illum comitentur ad viſitandam Diœceſim,
noo acquirunt diſtributiones quotidianas, & ita
declaraſſe Sacram Congregationem patet ex decla-
rationibus relatis per *Garz. de benef. p. 3. cap. 2. nu.*
347. Bonac. in tit. de ijs, quæ ad diuin. offic. in Choro
publ. recitand. fac. ſub pœna priuat. diſtribat. diſ. 2.
qu. 5. punct. 3. §. 2. nam. 1. tam 1. fo. mihi 666. Na-
uar. conſ. 2. de Cleric. non reſid. & ita etiam ſæpe di-
xiſſe Rot. refert Ric. *in ſua prax. deciſ. 500. & 502.*
§. notabilia num. 5. & ratio eſt quia non cenſentur
abeſſe in euidentem Eccleſiæ vtilitatem, vt apertè
conſtat ex *cap. de catero, & cap. ad audientiam de*
Cleric. non reſid. in quibus iuribus abſentibus in
41 ſeruitio Epiſcopi conceduntur fructua, non autem
diſtributiones quotidianæ.

42 Contrarium videtur tenere *Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. qu. 8. num. 22.*

43 Pro quarum ſententiarum cōcordia, eſt animaduertendum, quod ſi beneficium nullos alios habeat redditus præter quotidianas diſtributiones, & tunc Canonicus exiſtens in ſeruitio Epiſcopi lucrari debet diſtributiones quotidianas, excepta tertia parte, quæ deſeruientibus accreſcit, ne iuris priuilegium inſeruiendi Epiſcopo reddatur inutile, & & fruſtratorium, tum quia hoc caſu diſtributiones loco fructuum ſuccedunt, & ita declaraſſe Sacram Congregationem patet ex decretis relatis per *Garz. de benefic. p. 3. cap. 2. num. 351. & glo. Panorm. Rebuff. Perez. Gomez. Nald. Ric. Carol. Macigaia, & Gonzal.* hanc diſtinctionem probabilem exiſtimat *Bonac. tit. de ijs, qaa ad Diui. Offic. in Choro pub. recit. fac. diſ. 2. qu. 5. punct. 3. §. 2. nam. 3. tom. 1. fo. mihi* 666. vbi ſubdit, quod etiam contrarium cum magna probabilitate ſubſtineri poſſit, hanc etiam ſententiam docet *Monet. de diſtribat. p. 2. qa. 8. num. 14. verſ. limit. ergo.*

44 Declaratur 2. non procedere, vbi adeſt conſue-
tudo legitimè præſcripta ſpatio quadraginta anno-
rum (cum ſit contra ius) de lucrandis diſtributio-
nibus quotidianis à Canonicis inſeruientibus Epi-
ſcopo, cum ſeruanda eſt, vt poté quia ſit ex iuxta
cauſa, vt inquit Garz. *de benef. p. 3. cap. 2. num.*
348. Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. qu. 8. num. 15.
45 ab hac tamen opinione diſſentit *Nauar. conſ. 2. nu.*
2. de Cleric. non reſident. vbi quod Canonicis inſer-
uientibus Epiſcopo conſuetudo non poteſt prodeſſe
ad lucrandas diſtributiones quotidianas.

46 Captus repreſaliarum cauſa, vel obſes datus
ab Eccleſia, tempore quo detinetur diſtributioni-
bus quotidianis non priuatur, ſiquidem vtroque
caſu abſens dicitur ob publicum bonum, atque
Eccleſiæ, vndè non debet ſentire damnum, *Monet.*
de diſtribat. quotid. p. 2. quæſt. 5. num. 56. & 57.
Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. nu. 165.
& in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num.
85. prout de damno in rebus prophanis latè com-
probat *Odd. in tract. de reſtitut. in integ. qa. 7. art.*
8. à num. 46. vſque ad 53. & de detento, & prohi-
47 bito ad Eccleſiam accedere *Gratian. diſcept. forenſ.*
cap. 591. num. 36. cum ſeq. tom. 3.

48 Abſens verò prò euidenti Eccleſiæ vtilitate di-
ſtributiones quotidianas percipere debet, ac ſi di-
uinis officijs intereſſet, vt ſi abſit cauſa proſequen-
di litem Eccleſiæ, vel procurandi communia nego-
cia in vtilitatem, & neceſſitatem notoriam eiuſdē
Eccleſiæ, *textus eſt in cap. vnico §. qui vero de Cle-*
ric. non reſident. in 6. latè Monet. de diſtrib. quotid.
p. 2. qu. 11. num. 3. cum ſeq & 32. cum ſeq. Garz.
de benefic. p. 3. cap. 2. nam. 362. Gutier. canon. lib.
1. cap. 1. num. 148. Bonac. in tit. de ijs, quæ ad Di-
uini Officij in Choro publ. recit. fac. diſ. 2. qu. 5. punct.
3. à nam. 1. tom 1. fo. mihi 662. Steph. Vveymſ. ad
conſtitut. 24. ex antiquo iure deſump. & per Concil.
Tridént. innouat. conſtit. 11. num. 21. in fi. pag. 100.
Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. num. 171.
& in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num.
86. & 87. vbi ampliat, ſiue quis abſit pro defen-
49 ſione iurium ipſius Eccleſiæ, vel ſui beneficij, ex
Garz. in addit. ad tract. de benef. p. 3. cap. 2. an. 49.
& ex Rot. coram Seraph. dec. 1098. num. 5. & dec.
1239. & ex alijs coram Manzanedo, & Vbald. per
50 *eundem allegatis*, & de abſente pro tuendis iuribus
capituli tradit Bonac. *in tit. de ijs, quæ ad Diu. offic.*
in Chor. pub. recit. fac. diſ. 2. qu. 5. punct. 3. §. 3.
num. 1. & ſeq. tom. 1. fo. 666.

51 Limit. vt hoc procedat primo in ijs dumtaxat, qui ob propriæ Eccleſiæ, cui adſcripti ſunt, non autem alterius, vel etiam ſuæ Ciuitatis, vel vniuerſitatis vtilitatem, ſecundo, vt Eccleſiæ vtilitas ſit euidens, & notoria, tertio ſi abſens propter Eccleſiæ vtilitatem fuerit ſolitus diuinis intereſſe, quarto, niſi abſenti ad tuenda iura Eccleſiæ congruum à Capitulo conſtitutum ſit ſalarium, quia

tunc

reſol. moral. p. 4. tract. 8. reſol. 71. in fi. cum alijs per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. nu. 156. & de Canonic. cap. 24. num. 2. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num. 77.

28 Pariter Collector generalis Cameræ Apoſtolicæ, Subcollectores, Aduocati, Procuratores fiſcales, & Notarij in cauſis ſpoliorum, & aliorum iurium eiuſdem Cameræ eorum officio durante lucrantur diſtributiones quotidianas in abſentia, ex Priuilegio Sixti V. emanat 8. Maij 1590. vt refert Monet. de diſtribution. quotidian. p. 2. qu. 15. num. 111. Sanctarel. var. reſol. qu. 51. num. 6. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. num. 157. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num. 77.

29 Indultum verò, quo ad lucrandas diſtributiones quotidianas in abſentia, debet expreſſe, & ſpecificè loqui de huiuſmodi diſtributionibus, itaut non ſufficiat, ſi dicat vt poſſit percipere fructus perinde, ac ſi reſideret, niſi etiam addat, ac perindè, ac ſi intereſſet, ac proindè debet facere menſionem de ipſa intereſſentia, vt comprehendat huiuſmodi indultum vltra fructus præbendales, & de maſſa groſſa, etiam diſtributiones quotidianas, alias ad eas non extenditur textus eſt in cap. fi. de reſcript. in 6. & ibi glo. in verbo exceptis, glo. & DD. in cap. 2. de priuil. in 6. Monet. de diſtribut. quotid. p. 1. cap. 6. num. 10. cum ſeq. Lother. de re benef. lib. 1. quaſt. 29. num. 41. Caldarin. conſ. 1. de Cleric. non reſident Aloyſ. Ric. in prax. quotid. rerum Eccleſiaſt. fori p. 3. tit. Praxis fidei profeſſionis reſol. 205. num. 5. & 6. & tit. prax. Charitat. ſubſid. reſol. 96. num. 54. & ſeq. Rot. apud Caſſador. dec. 5. de Cleric. non reſidentibus Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 13. nu. 2. ad med. verſ. ſed quamuis Princeps.

30 Immo quando indultum eſt ad percipiendas etiã diſtributiones quotidianas in abſentia, quod nihilominus tunc priuilegiatus habere tantum debeat diſtributiones prouenientes, ſeu conſiſtentes in pecunia, non autem alias conſiſtentes in pane, vino, & alijs ſimilibus rebus docet ex Archid. in cap. Sacerdos num. 3. 1. qu. 2. & in cap. vnico ſub num. 1. verſ. non tamen de Cleric. non reſident. lib. 6. Aloyſ. Ric. in prax quotid. rer. for. Eccleſ. p. 3. tit. Praxis fidei profeſſion. reſol. 201. num. 6. ſecus ſi omnes eſſent in pane, & vino idem Ric. d. p. 3. tit. praxis Charitatiui ſubſid. reſol. 96. num. 56.

31 Non tamen amittere debẽt diſtributiones quotidianas Archidiaconus, vel Canonicus viſitantes Eccleſiam, iura, vel redditus ſuæ præbendæ, cum per huiuſmodi viſitationem inſeruiant Eccleſiæ, vt pro intereſſente habeantur, Garz. de benef. p. 3. cap. 2. num. 333. & ſeq. Sanctarel. var. reſol. qu. 11. num. 9. & 10. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 7. qu. 10. Barboſ de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. num. 163. & de Canon. cap. 24. num. 4. & in Concil. Trid. ſeſſ 24. de reform. cap. 12. num. 78. vbi ſi non viſitaret propriam Eccleſiam ſuæ diœceſis, licet viſitaret ex officio, & iure ſibi competenti, quod nihilominus nequeat percipere dictas diſtributiones ex Monet. qui deciſum refert p. 2. qu. 15. num. 63. Garz. de benef. p. 3. dicto cap. 2. num. 332. & ex alijs, quos allegat.

32 Canonicus Pænitentiarius, ſi dum recitantur Diuina officia in Eccleſia audiat confeſſiones percipit quotidianas diſtributiones, ſecus autem ſi audiret confeſſiones etiam infirmorum extra Eccleſiam, Stephan. Vveymſ. ad conſtitutiones 24. ex antiqua iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouat. conſtit. 11. num. 23. Sanctarel. var. reſol. qu. 7. num. 13. Garz. de benef. p. 5. cap. 4. num. 124. & ſeq. Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. qu. 11. num. 64. & 65. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. p. 3. alleg. 53. num. 160. & alleg. 55. num. 30. 31. & 32. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num. 79. vbi alios allegat.

33 Similiter Canonicus Theologus, ſeu obtinens præbendam Theologalem diebus deſtinatis ad legendum pro tota die, qua legit habendus eſt tamquam præſens in Choro ad lucrandas diſtributiones quotidianas, vt declarauit Greg. XIII. de qua declaratione teſtantur Ric. in prax. quotid. rerum Eccleſiaſt. fori tit. prax. Charitatiui ſubſid. reſol. 96. nu. 19. Sanctarel. var. reſol. qu. 11. num. 15. Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. qu. num. 50. & qu. 51. nu. 75. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. num. 120. cum alijs per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 56. num. 8. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num. 80.

34 Et Canonicus habens annexam curam ſuæ dignitati, vel Canonicatui, dum reperitur in actu adminiſtrandi Sacramenta, & alia exercenda ad ipſam curam ſpectantia lucratur diſtributiones quotidianas, & tamquam præſens in Choro habetur, vt deciſum refert Franc. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. p. 3. cap. 2. num. 24 Garz. de benef. p. 3. cap. 2. nu. 335. Lel. Zecb de repub. Eccleſ. cap. 24. num. 6. Sanctarel. var. reſol. cap. 11. num. 11. Steph. Vveymſ. ad conſtit. 24. ex antiqua iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouat. conſtit. 11. num. 21. in prin. Marchin. de Sacrament. Ordinis tract. 3. p. 2. cap. 35. ſub num. 9. verſ. idem dicendum cum alijs per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 53. num. 127. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num. 83. vbi ſubdit quod ſecus eſſet ſi haberet curam animarum in alijs Eccleſijs, tempore quo in eis reſidet, nam tunc non lucratur diſtributiones quotidianas, quas lucraretur, ſi reſideret, & diuinis intereſſet in Cathedrali, vel Collegiata, vbi habet canonicatum, ex Moneta de diſtribut. quotid. p. 2. quaſt. 11. num. 69. & Sanctarel. d. qu. 11. num. 13. & alijs, quos allegat.

35 Et licet prouiſi de beneficijs quibuſcunque curã animarum habentibus, ſeu de dignitatibus, & Canonicatibus in Cathedralibus non faciant fructus ſuos, ſi intra duos menſes à die adeptæ poſſeſſionis non fecerit Orthodoxæ fidei profeſſionem, & in Romanæ Eccleſiæ obedientia ſe permanſuros ſponderine, iuxta decretum Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. non tamen amittit diſtributiones quotidianas, eo quia non ſunt de corpore beneficij, ſed ſunt diuerſi generis, & diuerſæ naturæ, nec augent corpus præbendæ, ex quo dantur ratione miniſterij perſonalis, vnde dicta Conciliaris diſpoſitio non comprehẽdit diſtributiones quotidianas, vt latè comprobat Aloyſ. Ric. in prax. quotid. rer. Eccleſ. fori p. 3. tit. prax fidei profeſſion. reſol. 201. à num. 1. & per tot. vbi ita declaraſſe Sac. Cong. ſcilicet Congreg. cenſuit diſtributiones quotidianas non comprehendi ſub verbis Concilij hic quoniam dantur ratione miniſterij perſonalis, & propter operas ſuas, & illas percipiens facit ſuas.

36 Concilio generali, nomine capituli intereſſentes,
prout

prdut etiam Conciiio Prouinciali , vel Synodali
lucrantur diſtributiones quotidianas , Salſed. ad
Bernard. in pract. cap. 52. lit. C. verſ. quartus caſus,
& verſ. idemque pari ratione Cened. pract. & canon.
qu. lib. 1. qu. 1. num. 67. cum alijs per Barboſ. de
offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. num. 158. & in
Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num. 81. &
82. in quibus alios allegat.
37 Quod ſi Canonicus miſſus fuerit à ſuo Epiſcopo
ad viſitanda limina Apoſtolorum eius nomine, vel
ipſe Epiſcopus accedens per ſe ipſum ad viſitanda
limina Apoſtolorum ſecum pro Soccius, & Comi-
te Canonicum ducat, debet lucrari diſtributiones
quotidianas ex conſtitut. Sixti V. de qua Barboſ. in
Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 2. num. 84. &
de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. num. 159. ex
Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. qu. 8. num. 23. San-
ctarel. var. reſol. qu. 11. num. 14. Garz. de benefic. p.
3. cap. 2. num. 348.
38 Sed ſi Canonicus, & alij Præbendati aſſocientur
Epiſcopum extra Eccleſiam non lucrantur diſtribu-
tiones quotidianas, & ita declaraſſe Sac. Congreg.
ſcilicet Non poſſunt canonici duo aut plures aſſocian-
tes eorum Prælatum quandoque volentem audire
miſſam non in Cathedrali, ſed in alia Eccleſia Ciuita-
tis participes fieri diſtributionum quotidianarum, quæ
non niſi præſentibus, & intereſſentibus dantur, refert
Aloyſ. Ric. in prax. rerum quotid. Eccleſ. feri p. 3. tit.
prax. Charitatiui ſubſidij reſol. 96. num. 22. & alle-
gat textum in cap. de cætero & cap. ad audientiam de
Cleric. non reſiden.
39 Iuxta generalem regulam, quod abſens in ſerui-
tio Epiſcopi non poteſt percipere diſtributiones
quotidianas, vt communiter tradunt DD. in cap.
de cetero, & in cap. ad audientiam de Cleric. non reſi-
den. & in cap. vnico eodem tit. in 6. Couar. lib. 3.
var. reſol. cap. 13. num. 2. Monet. de diſtribut. quo-
tid. p. 2. cap. 8. num. 12. circa fi.
40 Et ſic Canonici, qui in ſeruitio Epiſcopi exi-
ſtunt, & illum comitentur ad viſitandam Diœceſim,
non acquirunt diſtributiones quotidianas, & ita
declaraſſe Sacram Congregationem patet ex decla-
rationibus relatis per Garz. de benef. p. 3. cap. 2. nu.
347. Bonac. in tit. de ijs, quæ ad diuin. offic. in Choro
publ. recitand. fac. ſub pœna priuat. diſtribut. diſ. 2.
qu. 5. punct. 3. §. 2. num. 2. tom 1. fo. mihi 666. Na-
uar. conſ. 2. de Cleric. non reſid. & ita etiam ſæpe di-
xiſſe Rot. refert Ric. in ſua prax. deciſ. 500. & 502.
§. notabilia num. 5. & ratio eſt quia non cenſentur
abeſſe in euidentem Eccleſiæ vtilitatem, vt apertè
conſtat ex cap. de cætero, & cap. ad audientiam de
Cleric. non reſid. in quibus iuribus abſentibus in
41 ſeruitio Epiſcopi conceduntur fructus, non autem
diſtributiones quotidianæ.
42 Contrarium videtur tenere Monet. de diſtribut.
quotid. p. 2. qu. 8. num. 22.
43 Pro quarum ſententiarum cōcordia, eſt animad-
uertendum, quod ſi beneficium nullos alios habeat
redditus præter quotidianas diſtributiones, & tunc
Canonicus exiſtens in ſeruitio Epiſcopi lucrari de-
bet diſtributiones quotidianas, excepta tertia par-
te, quæ deſeruientibus accreſcit, ne iuris priuile-
gium inſeruiendi Epiſcopo reddatur inutile, &
& fruſtratorium, tum quia hoc caſu diſtributiones
loco fructuum ſuccedunt, & ita declaraſſe Sacram
Congregationem patet ex decretis relatis per Garz.
de benefic. p. 3. cap. 2. num 351. & gla. Panorm. Re-
buff. Perez. Gomez. Nald. Ric. Carol. Maciguo, &
Gonzal. hanc diſtinctionem probabilem exiſtimat
Bonac. tit. de ijs, quæ ad Diui. Offic. in Choro pub. re-
cit. fac. diſ. 2. qu. 5. punct. 3. §. 2. num. 3. tom. 1.
fo. mihi 666. vbi ſubdit, quod etiam contrarium
cum magna probabilitate ſuſtineri poſſit, hanc
etiam ſententiam docet Monet. de diſtribut. p. 2. qu.
8. num. 14. verſ. limit. ergo.
44 Declaratur 2. non procedere, vbi adeſt conſue-
tudo legitimè præſcripta ſpatio quadraginta anno-
rum (cum ſit contra ius) de lucrandis diſtributio-
nibus quotidianis à Canonicis inſeruientibus Epi-
ſcopo, cum ſeruanda eſt, vt potè quia ſit ex iuxta
cauſa, vt inquit Garz. de benef. p. 3. cap. 2. num.
348. Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. qu. 8. num. 15.
45 ab hac tamen opinione diſſentit Nauar. conſ. 2. nu.
2. de Cleric. non reſident. vbi quod Canonicis inſer-
uientibus Epiſcopo conſuetudo non poteſt prodeſſe
ad lucrandas diſtributiones quotidianas.
46 Captus repreſaliarum cauſa, vel obſes datus
ab Eccleſia, tempore quo detinetur diſtributioni-
bus quotidianis non priuatur, ſiquidem vtroque
caſu abſens dicitur ob publicum bonum, atque
Eccleſiæ, vndè non debet ſentire damnum, Monet.
de diſtribut. quotid. p. 2. quæſt. 5. num. 56. & 57.
Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. nu. 165.
& in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num.
85. prout de damno in rebus prophanis latè com-
probat Odd. in tract. de reſtitut. in integ. qu. 7. art.
8. à num. 46. vſque ad 53. & de detento, & prohi-
47 bito ad Eccleſiam accedere Gratian. diſcept. forenſ.
cap. 591. num. 36. cum ſeq. tom. 3.
48 Abſens verò prò euidenti Eccleſiæ vtilitate di-
ſtributiones quotidianas percipere debet, ac ſi di-
uinis officijs intereſſet, vt ſi abſit cauſa proſequen-
di litem Eccleſiæ, vel procurandi communia nego-
cia in vtilitatem, & neceſſitatem notoriam eiuſdē
Eccleſiæ, textus eſt in cap. vnico §. qui vero de Cle-
ric. non reſident. in 6. latè Monet. de diſtrib. quotid.
p. 2. qu. 11. num. 3. cum ſeq & 32. cum ſeq. Garz.
de benefic. p. 3. cap. 2. num. 362. Gutier. canon. lib.
1. cap. 1. num. 148. Bonac. in tit. de ijs, quæ ad Di-
uini Officij in Choro publ. recit. fac. diſ. 2. qu. 5. punct.
3. à num. 1. tom 1. fo. mihi 662. Steph. Vveymſ. ad
conſtitut. 24. ex antiquo iure deſump. & per Concil.
Trident innouat. conſtit. 11. num. 21. in fi. pag. 100.
Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. num. 171.
& in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num.
86. & 87. vbi ampliat, ſiue quis abſit pro defen-
49 ſione iurium ipſius Eccleſiæ, vel ſui beneficij, ex
Garz. in addit. ad tract. de benef. p. 3. cap. 2. nu. 49.
& ex Rot. coram Seraph. dec. 1098. num. 5. & dec.
1239. & ex alijs coram Manzaneda, & Vbald. per
50 eundem allegatis, & de abſente pro tuendis iuribus
capituli tradit Bonac. in tit. de ijs, quæ ad Diu. offic.
in Chor. pub. recit. fac. diſ. 2. qu. 5. punct. 3. §. 3.
num. 1. & ſeq. tom. 1. fo. 666.
51 Limit. vt hoc procedat primo in ijs dumtaxat,
qui ob propriæ Eccleſiæ, cui adſcripti ſunt, non
autem alterius, vel etiam ipſæ Ciuitatis, vel vni-
uerſitatis vtilitatem, ſecundo, vt Eccleſiæ vtilitas
ſit euidens, & notoria, tertio ſi abſens propter Ec-
cleſiæ vtilitatem fuerit ſolitus diuinis intereſſe,
quarto, niſi abſenti ad tuenda iura Eccleſiæ con-
gruum à Capitulo conſtitutum ſit ſalarium, quia
tunc

Digitized by Google

6 Bona autem poſſeſſa per Clericum ante beneficij conſecutionem, vel per Prælatum ante promotionem ad Epiſcopatum non cadunt ſub ſpolio, ſed ſpectant ad eius hæredes, vt cauetur in *cap. 1. de teſtam. & in cap. manifeſta, & in cap. ſicut manifeſtè 12. quæſt. 1.*

7 In dubio verò an bona ſint acquiſita ante aſſecutionem beneficij, vel poſt, præſumuntur acquiſita poſt, niſi ſufficientes coniecturæ in contrarium extent, & ad ſe conſulendum cautela eſt, vt ante aſſe-

8 cutionem beneficij inuentarium de proprijs bonis conficiatur, citato Commiſſario Cameræ, ſeu eius officialibus, & in teſtamento idem cum iuramento affirmet *Couar. in cap. 1, num. 6, de teſtam. Menoch. lib. 3. præſumpt. 53. n. 8, & 11, Redoan. de ſpol. quæſt. 9. §. & quia n. 7. & 8, Maſcard. de probat. concl. 200. n. 9, Bonacc. in tit. de contract. diſ. 3. quæſt. vltim. puncto 4, n. 5. verſ. idem dic. & verſ. hac de cauſa tom. 2.*

9 Vnde bona poſſeſſa fuiſſe à Prælato ante promotionem probatur ex inuentario facto tempore promotionis, ex quo excluditur ſpolium, cum inuentarium pleniſſimè probet res in eo deſcriptas extitiſſe in bonis promoti ante promotionem, eſt textus clarus *in cap. Siracuſanæ 28. diſtin. in cap. manifeſta, & in can. ſicut manifeſte 12. q. 1. Menoch. lib. 3. præſumpt. 53. n. 11. Redoan. de ſpol. q. 9. n. 43. Maſcard. de probat. conclu. 200. n. 9, Couar. in cap. 1, n. 9. ad med. de teſtam. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 114. num. 15, p. 3. Burſat. conſ. 376, n. 16. Rot. dec. 582. n. 12. lib. 3, p. 3, diuerſ.*

10 Præcipuè ſi etiam probetur per teſtes *DD. in c. 1. de teſtam. Dec. conſ. 80. n. 7, lib. 4.*

11 Bullæ enim ſpoliorum habent locum in quæſitis ex redditibus Eccleſiaſticis, non autem ex patrimonialibus, ita vt bona acquiſita, ſeu empta ex bonis patrimonialibus, poſt promotionem non cadunt ſub ſpolio *Nauar. de ſpol. Cler. §. 1. n. 4. Burſat. conſ. 376. n. 28. verſ. attamen ceſſat Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 3. cap. 17, n. 62. Azor. inſtit. moral. tom. 2 lib. 8. cap. 3. q. 11.* Rot *in Forolinien. de Monſignoribus 26. Feb. 1603. coram Penia.*

12 Propterea hæredes Prælati, ſeu beneficiati habentis amplum patrimonium ante ſuam aſſumptionem, ſeu beneficij conſecutionem non debent amoueri à poſſeſſione bonorum, donec diſcutiatur, an bona fuerint acquiſita ante, vel poſt promotionem per textum clarum in *cap. 1. in fi. 12. qu. 5.* ibi *nec ei ſine cognitione auferenda eſt poſſeſſio, vt aduertunt Panorm. in cap. cum eſſes n. 24. ad med. verſ. ſed poſſeſſor. de teſtam. Burſat. conſ. 376. n. 13, Zabar. conſ. 79. n. 2. verſ. vnde in caſu noſtro Rom. conſ. 159. n. 5. verſ. tertio caſu principali* Redoan. *de ſpol. Cler. q. 9. n. 33, in fi. Aloyſ. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. p. 3, cap. 3, nu. 25. Filluc. oper. moral. tract. 43. cap. 5, in fi.*

13 Ad cognoſcendum verò ex quibus redditibus proueniant acquiſitiones Beneficiari, ſeu Prælati poſt promotionem, & beneficij collationem, conſideranda quidem eſt ſumma redditũum Eccleſiæ, ſeù beneficij, ex hac ſumma, non autem ex patrimonialibus detrahenda ſunt alimenta Prælati, & familiæ, & omnes expenſę neceſſariæ, aliæque ſactæ pro eleemoſynis, & pijs operibus, quæ cenſentur factæ ex huiuſmodi redditibus, & redditus in hãc cauſam conſumptos, & patrimonialia reſeruata ſibi, eiuſq; hæredibus fuiſſe, niſi ita longè excedant, ex exuberent, vt veriſimiliter non ex patrimonialibus, ſed ex ſuperfluis redditibus detegatur bona acquiſita fuiſſe, ex inſigni doctrina *Innoc. in cap. cum in officijs n. 4. de teſtam. vbi communiter cæteri Canoniſtæ Couar. in cap. 1, n. 2, de teſtam. Gabr. conſ. 79, n. 3,* Bald. *conſ. 313. n. 4. lib. 2, Rom. conſ. 159, n. 4. verſ. exemplum, vt ſi res, & n. 5, poſt med. verſ. ijs ergo Alex. conſ. 116. n. 3, lib. 6, Corn. conſ. 314. ad med. lib. 3. vbi de communi Socc. conſ. 91, n. 3, lib. 3. & n 4. Neuiz. conſ. 93. n. 20, ante fin. Bero. conſ. 7, n. 2. & 3, lib. 2. qui n. 4. ante fi.* teſtatur hanc ſententiam eſſe communiter approbatam, & fatuum eſſe Iudicem, qui vellet iudicare contrarium *Burſat. conſ. 376. n. 19,* vbi quod omnes in hoc communiter concordant *Surd. de aliment. tit. 9. q. 12. n. 11. & 12. Marta de ſucceſſ. legal. p. 4. q. 1, art. 4, n. 30, Gratian diſcept. forenſ. cap. 381. n. 3, tom. 2.*

14 Ad Cameram propterea ſpectat onus probandi bona fuiſſe acquiſita ex redditibus Eccleſiaſticis, præcipuè concurrente poſſeſſione hæredum, ſeu ſucceſſorum Clerici, qui, Camera non probante, debent obtinere, ſiue ſumus in Clerico habente patrimonium, ſiue officium, doctrinam, vel induſtriam, ex qua lucrari ſolitus fuit, vt tradunt *DD. plenè relati per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 381, n. 1, tom. 2, Menoch. de arbitrar. caſ. 195. n. 10,* qui allegat concordantes.

15 Eoque fortius vbi deducitur bona eſſe patrimonialia Clerici, quæ non comprehenduntur, ſed excluduntur à ſpolijs Clericorum, vt plenè per *Redoan. in tract. de ſpol. q. 15, n. 13, 14, 30, 31, & ſeq. Vermigliol. conſ. crim. 345. n. 12. & conſ. 346, n. 12.*

16 Plures tamen caſus pro huius materiæ dilucidatione proponuntur per *Menoch. de arbitrar. lib. 2, cent. 2, caſ. 195, n. 3.* vbi *primus* eſt quando clarè conſtat Clericum alia bona non habere, quam illa Eccleſię, nec aliquod officium, vel exercitium, vt lucrum facere potuerit, & hoc caſu ſine dubio acquiſita cenſentur Eccleſiæ, quod probat *textus in cap. 1. & cap. vnuſquiſque de pecul. Cler. & cap. 1, 12, q. 3, Rom. conſ. 59, n. 4, & conſ. 346. n. 18. idem Menoch. lib. 3, præſumpt. 53, n. 1.*

17 Secundus caſus eſt quando Clericus vltra bona Eccleſiæ habet bona patrimonialia, vel officium, vt in curia Romana, vel exercitium, vt quia erat Doctor. publicus lector, & conſtat deindè ab eo fuiſſe multa bona acquiſita, & ex bonis patrimonialibus, ex lucro artificij, & induſtriæ acquiſita cenſentur, vt propria, & non Eccleſiæ dicantur, vnde de illis ad ſui libitum diſponere poteſt, *vt ex Abb. Card. Zabarel. Bald. Socc. Alex. & alijs comprobat Menoc. dicto caſ. 195. n. 4, 5. & 6, & lib. 3, præſumpt. 53, n. 2,* Bo*nacc. in tit. de contractibus diſ. 3, quæſt. vltim. punct. 2. §. 1, num. 3, verſ. primo ſpolium vbi alios allegat. tom. 2.*

18 Tertius caſus eſt quando Clericus habet bona patrimonialia, vel artificium, vel officium, & ſimul habet bona Eccleſiæ, & hoc caſu ex vtroque acquiſiuiſſe præſumitur, ſi non poſſit conſtare, ex quibus acquiſitio emanauerit, propterea diuidi debent bona acquiſita inter Eccleſiæ ſucceſſorem, & ipſius Clerici hęredem, vel Cameram arbitrio Iudicis benè penſata, & animaduerſa qualitate, & quantitate patrimonij, officij, ac artificij, & qualitate redditũum Eccleſiæ, eiuſque magnitudine, & tenuitate, & ſic ſi excedant, an vix ſufficere poſſint ad commodam Clerici ſuſtentationem, ita ex *Abb. Card. Za-*

ba-

Digitized by Google

barel. Bald. Alex. Socc. Roman examplificat Menoc.de arbitrar. dicto caſ.195, n.7. & 8, & lib.3. præſumpt. 53. *num.* 5.

19 Quartus caſus eſt vbi in dubium retorquetur, an Clericus babuerit propria bona, vel artificium, vel officium, vltra bona Eccleſiæ, & in hoc dubio præſumitur Clericum ex bonis Eccleſiæ acquiſiuiſſe, ſed ſi huiuſmodi bona ab hæredibus Clerici poſſideantur onus probandi, quod fuerint acquiſita ex bonis Eccleſiæ, in Eccleſiam, & cauſam ab eadem habentem transfertur, ita concludit magiſtraliter *Menoch. de arbit. Iud. caſ.* 195. *num.* 9. & 10. *ex Abb. Rom. Socin. Ripa Dec. Card. Cotta. Tiraq. in locis per eum relatis, cum alijs adductis per eundem Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 53. *num.*7.

20 Quintus caſus eſt vbi Prælatus habet bona propria, & Eccleſiæ, cuius redditus ſi ſint tenues, & patrimonium ſit opulentum, & hoc caſu acquiſitio præſumitur prouenire ex bonis proprijs, ita ex *Præpoſito tradit Menoch. lib.* 3. *præſumpt.* 53. *num.* 4.

21 Sextus caſus eſt quando Clericus non habebat beneficium, ſed tantum penſionem, vel ſalarium, aut vicariam temporalem, aut Capellaniam amouibilem, & hoc caſu bona per eum acquiſita non præſumitur acquiſiuiſſe ex redditibus Eccleſiæ, vt ex *Præpoſito Alex. & Neu. tradit Menoch. lib.* 3. *præſumpt.* 53. *num.* 6.

22 Septimus caſus eſt in emptionibus factis à fratre, & conſanguineo Prælati ad fauorem ſui ipſius, & non Prælati tempore, quo ab eodem cõſtitutus fuerat Procurator, & adminiſtrator bonorum ſuæ Eccleſiæ, quod non præſumuntur acquiſita ex bonis Eccleſiæ, niſi detegatur ſub conficto, & ſuppoſito conſanguinei nomine ad eum ditandum, & Eccleſiam depauperandam in fraudem cum pecunia Eccleſiæ bona empta, & acquiſita fuiſſe, vt ex *Alciat. Præpoſit. & Didac. concludit Menoch. lib.*3. *præſump.* 53. *num.* 12. 13. & 14.

23 Octaus caſus eſt quando Prælatus in vita ſua donet Eccleſiæ, vel pro pijs operibus impendat ex ſuo patrimonio, ſi aliquid acquirat ex redditibus Eccleſiæ, cenſetur acquiſiuiſſe in recompenſationem dictarum impenſarum, & poteſt teſtari de æquiualenti quantitate bonorum acquiſitorum ex bonis Eccleſiæ, quæ ad hunc effectum tacitè ſubrogata cenſentur loco patrimonialium redditruum impenſorum in pios vſus *Theſaur.in cap. iniuſtum cauſ.*12. *qu.* 2. *Panormit. in cap. cum in officijs num.* 4. *verſ. fallit etiam de teſtam. Franc. in rub. de teſtam. in* 6. *num.* 54. *verſ. ſed limita, prædicta Silueſt. in ſumma in verbo Clericus il* 4 *qu.* 3. *verſ. primo quando Bero. conſ.* 7. *num.* 9. *verſ.* 2. *fallit lib.* 2. *Decian. conſ.*38. *num.* 9. *lib.* 4. *Sanchez. conſ. moral. lib.*2. *cap.* 2. *dub.* 50. & *dub.* 51. *num.* 2. *Nauar. de reddit. Eccleſ. qu.* 2. *num.* 3. & 4. *verſ. infertur etiam Surd. de aliment. tit.* 9. *qu.* 12. *num.* 14. *Molin. de iuſt. & iur. diſ.*147. *nu.* 4. *Vaſquez. in Opuſcol. de reddit. cap.* 1. §. 3. *dub.* 3. *num.*54. & 55. *Gonzal. de ſpol. notab.* 12. *Bonac. in tit. de contract. diſ.*3. *qu. vltim. punct.* 2. §. 1. *verſ. immo ſi beneficiarius ſed num.* 6. *verſ. communis ergo in fi.* putat hanc opinionem non eſſe vſu receptam.

24 Limit. hanc concluſionem, quod ſuccedentes ab inteſtato nequeant de fructibus beneficij capere quantum beneficiarius conſumpſit de patrimonialibus, ſi beneficiarius ante obitum non declarauerit ſe bona patrimonialia conſumpſiſſe animo compenſandi alias cenſetur renunciaſſe iuri ſuo, vt probabiliter tenet *Bonaccin. loco proxime citata num.* 5. *ex Nauar. Redoan. & Sopran. in locis per eum relatis.*

25 Nonus caſus eſt in bonis beneficiato donatis, vel relictis ab amicis, conſanguineis, & affinibus, quę ſi fuerint donata, tradita, vel relicta intuitu propriæ perſonæ Clerici, cenſentur bona patrimonialia ſpolio minimè ſubiecta, ſecus autem ſi intuitu, & contemplatione Eccleſiæ, vel aliter fuerit expreſſum *Bonac. in tit. de contract. diſ.* 3. *qu. vltim. punct.* 2. §. 1. *ſub num.* 3. & in hoc caſu procedendum eſſe cum coniecturis, & præſumptionibus, quæ colliguntur ex mente relinquentium in ſimili tradit *Gratian. diſcept.* 867. *nu.* 54. *tom.* 5. *vt late diſtinguunt DD. in cap. cum* M. *Ferrarienſis vbi Ripa num.* 11. *de conſtit.*

26 Decimus caſus eſt in bonis penſionarij, quæ cadunt ſub ſpolio, dummodo penſio excedat triginta aureorum, & excedat quantitatem neceſſariam ad congruam ſubſtentationem, ex conſtitutionibus B. *Pij V. & Vrbani VIII. de quibus* Bonac. *in tit. de cont. diſ.* 3. *qu. vltim punct.* 2. §. 1. *nu.*6. *verſ. ſexto ſequitur tom.* 2. *fo. mihi* 823. ex *Nauar. de ſpol.* §. 8. *num.* 8. *Redoan. de ſpol. qu.* 3. §. & *in hac materia num.* 12. *verſ. ſed in contrarium Garz. de benefic. p.*1. *cap.*5. *num.*61. *Menoch. de arbit. caſ.*172. *num.*12.

27 Et termini penſionis maturati, & non exacti debentur Cameræ Apoſtolicæ, vbi ſpoliorum vſus adeſt, ex *conſtit. Pauli III. Iulij III. & B. Pij V. de quibus* Bonac. *loco proxime citato num.* 7. *tom.* 2. *fo. mihi* 823.

28 Spolium vbi fiat ob non reſidentiam, adhuc non intrat, niſi in bonis quæſitis ex redditibus Eccleſiaſticis, vt ſunt clara verba *Pij IV. conſtit. ex ordine in Bullar.* 91. §. 3. prout etiam aliæ bullæ intelligendæ ſunt, vt dicit *Nauar. de ſpol.* §. 1. *num* 2. *in prin. & verſ. dixi quæſita.*

29 Ceſſare tamen debet ſpolium ſtante licentia non reſidendi obtenta à Sancta Sede *Barboſ. in collect. Bullar. in verbo ſpolium ad med.*

30 Spolio verò ſubijciuntur fructus percepti ante literarum Apoſtolicarum expeditionem, & aliter male percepti ex *conſtit. Sixti V. ex ordine* 100. *Bullar. Cherubin. tom.* 2. *fo.*670.

31 Ampl. vt etiam cadant ſub ſpolio illegitimis relicta, aut vacantia, ex dicta *conſt.* 100. *Sixti V. & Pauli V. eodem Bullar. Cherubin.* 14. *tom.* 3.

32 Ampl. vt etiam ſpolio ſubijciantur bona acquiſita ex illicita negociatione, & contra Sacros Canones, iuxta *conſtit. Pij IV.* 19. *Bullar. Cherubin. to.* 2. *fo.* 29. *repetit. penes Redoan de ſpol. Eccleſ. qu.* 2. *poſt num.* 2. *fo. mihi* 33. & *B. Pij V. edita* 1567. 3. *Kalendas Septemb. Nauar. de ſpol. Cleric.* §. 7. *num.* 4. & 5. *Azor. inſtit. moral. quæſt.* 6. *cap.* 2. *Bonac. in tit. de contract. diſ.* 3. *qu. vltim. punct.* 2. §. 2. *num.* 1. *tom.* 2. *fo. mihi* 824. vbi late de ijs, quæ veniunt
33 in legitima negociatione, vt alibi demonſtrauimus & diſerte tradit *Redoan. de ſpol. Eccleſ. quæſt.* 2. *per tot.*

34 Quod procedit etiam ſi Clericus, tam ſæcularis, quam regularis habeat facultatem teſtandi, cum dicta facultas non extendatur ad ea, quæ acquiſita ſunt ex illegitima negociatione, vt ſtatuitur ex præfata *conſtit. Pij IV. ibi qui etiam ex facultate, quam habent teſtandi* Redoan. *de ſpol. Eccleſ. qu.* 2. *nu.*111.

Sopra-

Sopranus apud Fillinc. tract.43, cap.4, num.34. Azor. tom.2, lib.8. cap.2. qu.1. Bauacr. in tit.de routract.diſ. 2. quæſt. vltim. punct.2, §.2, n.2, tom.2. fo. mihi 824.

35 Immo etiam ſi Clericus compoſitionem antea feciſſet cum Camera Apoſtolica, cum nihilominus acquiſita ex illegitima negociatione ſubijciuntur ſpolio, ſiquidem huiuſmodi compoſitio comprehendit tantum licita, & honeſta, non autem ea, quæ à ſacris canonibus prohibentur, vt ex Chirographo *Sixti V. emanato de anno* 1590. *ſub die* 16. *Aprilis* *doret Bonacc. in tit. de cantractibus diſ.3. quæſt. vltim. punct.2. §.2, n.3, tom.2. fa.*824.

36 Huiuſmodi tamen negociatio tamquam mala non præſumitur, vnde onus probandi ad effectum, vt intret ſpolium incumbit fiſco Apoſtolico *Rom. cauſ.*159, *Azor. inſtit. moral. 2. p. lib.8. cap.2. qu.*11. *& 12, Sopran. tract.43, cap.5, qu.1. num.1, cum alijs per Bonacc. in tit. de contract.diſ.3. quæſt.vltim.punct. 4. num. 5, verſ. quarta ſiſrum tom. 2. fo. mihi* 829.

37 Amp. vt etiam Cameræ Apoſtolicæ tamquam ſpolia acquiruntur bona, quæ Religioſi extra Religionem degentes, reliquerint, ſiue huiuſmodi bona acquiſiuerint ratione beneficij, ſiue ex illicita negociatione, ſiue ex largitione amicorum, vel propinquorum, ſiue propria induſtria quamuis extra Monaſterium permanerent de licentia ſuperioris, ſecus verò concurrente ſufficienti facultate de illis teſtandi, aut diſponendi à Sancta Sede obtenta, iuxta *Greg.XIII. Cherub. tom.3. fa.*411, licet iure an-
38 tiquo huiuſmodi bona ſpectabant ad Monaſterium tum ex *textu in cap. ne dicatis 12, qu.1, & cap. cum olim 2. de priuileg. & Authent. ingreſſi C. de ſacroſanct. Eccleſ.* tum ex conſtitutione *Pij IV.* quæ derogata fuit à dicta conſtitutione *Greg. XIII.* de quibus *Bonacc. in tit. de contractibus diſ. 3. quæſt. vltim. punct.2, §.4. num.1. tom.2. fo. mihi* 827.

39 Tenetur verò fiſcus Apoſtolicus probare Religioſum extra Religionem vixiſſe, vel in Apoſtaſia deceſsiſſe, quia exiſtentia extra Religionem tamquam quid facti non præſumitur, niſi probetur, & in dubio poſſeſſio ſtat pro Religione, alias deficiens fiſcus Apoſtolicus in hac probatione, non poteſt ſibi vindicare bona Religioſi *Sopranus apud Filiuc. tract. 43. cap.5. qu.5. num.5,* Bonacc. *in tit. de contract. diſ. 3. quæſt. vlt. punct.4. num.5. verſ. quinto ſiſrum tom.2.*

40 Amp. vt etiam inſtrumenta ſacra, & omnia, & ſingula ornamenta, vaſa, miſſalia, Gradualia, & aliæ res ſacræ tam aureæ, quam argenteæ ad vſum, & cultum diuinum opportuna ad ſacellum, & altare ornandum non acquiruntur legatarijs, vel hæredibus, ſed ſpolio Eccleſiæ ſubijciuntur, ſi extant tempore obitus beneficiati, etiam ſi in eius priuatis ædibus, & capellis, vel Oratorijs deſtinatæ relictæ fuerint, etiam vigore cuiuſuis facultatis teſtandi quomodolibet conceſſæ, ſub qua non comprehenduntur; non tamen debentur Cameræ Apoſtolicæ, ſed debentur illi Eccleſiæ, vel Monaſterio, in quo decedens habuit beneficium, ſiue cum cura, ſiue ſine cura, ſiue ſit regulare, in titulum, vel commendam, ſiue ſæculare, etiam in caſu renunciationis, & quamuis huiuſmodi res emptę eſſent ex pecunia patrimoniali, adeo vt hæredes etiam in conſcientia reſtituere tenentur ſub pæna cenſurarum, furti, & ſacrilegij, & vt latius diſponitur in *Bulla B.Pij V. edita de anno* 1567. *tertia Kalendas Septemb. quæ refertur à Bonaccina in tit. de contract. diſ. 2. quæſt. vltim. punct.2. §.3, à num.1, vſque ad 9. tom.2, fo. mihi* 826. *Nauar. de ſpol. §.8. num 3, Azor, inſtit. moral. 2. part. lib.8, cap.3. qu. 7. ſopranus apud Filiucium tract. 43. cap.4, qu. 3, num. 3.* quæ Bulla comprehendit etiam Epiſcopos Archiepiſcopos, & Abbates commendatarios.

41 Limit. primo hanc ampliationem, vt procedat, ſi extent alia bona ad ſatisfaciendum creditoribus defuncti beneficiati; nam deficientibus alijs bonis, vendi poſſunt præfata ornamenta ad perſoluendum æs alienum, cum pręſumendum ſit Summum Pontificem noluiſſe huiuſmodi ornamenta Eccleſijs applicare cum iactura creditorum, ita rejectis contrarium tenentibus docet *Rodriquez. in ſum. 2. part. cap. 32. nu. 4, Banacc. in tit de contract. diſ. 3. quæſt. vltim. punct. 3. §.3. num.7. tom.2, vbi ita dixiſſe Rot. in Granaten, penſionis 18. Decemb.* 1598. *coram Gypſio*:

42 Lim. 2. in auleis, aut vaſibus ſacris, quę beneficiarius habet ad ornatum propriæ domus, eiuſque prædiorum, ſi dicta ornamenta, & vaſa beneficiatus conſueuit commodare ad diuinos vſus, cum huiuſmodi ornamenta à primæua earum emptione non cenſeantur deſtinata ad vſum, & cultum diuinum, vt ex *Mainatia in additian. ad ſuam conſultation. de ſpol. num.*326. *Azor. de Nauar. tradit.* Bonacc. *in tit. de contract. diſ.3. quæſt. vnica punct.2. §.3. num.8. tom. 2. fo. mihi* 826.

43 Lim. 3. in ornamentis, & inſtrumentis ſacris Cardinalium, quæ poſt eorum obitum ad Capellam Summi Pontificis ſpectant, iuxta *Bullam 9. ex ordine* Bullarij *Iulij III. editam de anno* 1550. *die 26. Iulij de qua* Bonacc. *in tit. de contractibus diſ.2. quæſt. vltim. punct.2. §.3. num.9, verſ. dixi exceptis tom.2. fo. mihi* 826,

44 Amp. vt ſpolio ſubijciantur morientes extra reſidentiam, quorum bona tam mobilia, quam immobilia vbicunque exiſtentia cadunt ſub ſpolium, etiam ſi beneficiati ſpecialem facultatem teſtandi habeant, & huiuſmodi diſpoſuerint, ex *Conſtitutione Pij IV. edita de an.* 1564. *ſeptimo Kalendas Decemb. ex ordine Bullar. Cherub. 91. tom. 2. fo. 832. de qua etiam Bonacc. de contract. diſ, 3. qu. vltim. punct. 5. num.4. tom.2. fo. mihi 831. & de hoc materia ſcripſit Franciſcus Leo in Theſaur. for. Eccleſ. 3. part. cap.3. nu.50. Azor. inſtit. moral. 2. part. lib.8. cap.3. qu.14. ad fin. Filiuc. tract.43. cap.8. ad fin. num.21, Nicol. in ſuis floſculis verbo ſpolium n.2.*

45 Quod tamen limitatur in Cardinalibus, qui quouis loco decedant, & quouis loco bona habeant, non ſubijciuntur ſpolio, vt ſtatuit *B.Pius V. vt refert ex Azor. & Filiuc. Bonacc. in tit. de contract. diſ. 3. quæſt. vltim. punct.5. nu.5. verſ. quinta cauſa to.2. fo. mihi* 831.

46 Spolium verò non cadit, vbi agitur de beneficio tenui, adeout habentes beneficia, vel penſiones non exceedētes valorem triginta ducatorum aureorum non tenentur ad ſpolia Eccleſiaſtica, & ratio eſt, quia fructus & prouentus neceſſarij ad congruam beneficiarij ſubſtentationem efficiuntur bona quaſi patrimonialia ipſius beneficiarij, ex quibus non fit ſpolium, vt ſtatuit B. *Pius V. ſua conſtit. edita de anno* 1567. 3. *Kalendas Septemb. ex ordine 42. Bullar. Cherubin. tom. 2. fo. 238. repetit. pænes Redoan. de ſpol. qu. 27. fo. mihi* 479. *de qua Nauar. de ſpol. §. 1. num. 5. & . 8. nu. 7. Sopran. tract. 43. cap. 3. qu. 10. Bonac. in tit. de contract. diſ. 3. quæſt. vltim.*

vltim. punct. 2. num. 5. verſ. quarta colligitur to. 2. fo. mihi 823. & verſ. 6. colligitur, vbi ita etiam decreuiſſe *Vrbanus VIII.*

47 In dubio tamen beneficium non præſumitur tenue, vnde aſſerenti eſſe tenue incumbit onus probandi, quod bene probatur ex inuentario, & notula bonorum, & reddituum beneficij *Redoan. de ſpol. qu. 9. §. & quia num. 20. Menoch. lib. 3. præſumpt. 56. num. 4. Gonzal. de ſpol. notab. 13. verſ. decimus caſus Bonac. in tit. de contract. diſ. 3. quæſt. vltim. punct. 2. §. 1. num. 5. verſ. obſerua tamen in dubio Borgnin. dec. 8. num. 37.*

48 Bona autem quæ controuerti poſſunt, an ſubijciantur, vel exempta ſint à ſpolio in quatuor ſpecies diuidit *Io. Baptiſt. de Luca in ſuo Theat. verit. tom. 12. in tit. de benefic. diſ. 82. num. 3.* conſtituendo vnam mobilium, alteram animalium, aliorumque melioramentorum, tertiam nominum debitorum, & quartam fructuum iam recollectorum, ac in horreis exiſtentium, quibus addo quintam fructuum inexactorum, & pendentium, circa quartam, & quintam ſpeciem diffusè deductum fuit, tum in deciſione, tum in antecedentibus adnotationibus ac proinde.

49 Et quantum attinet ad primam ſpeciem mobilium, ſcilicet quæcunque ſcamna, Cathedræ, Arcæ, ſiue ligneæ, ſiue lapideæ, menſæ, ſiue ligneæ, ſiue marmoreæ, dolia, ſeu vaſa vinaria, & alia ſimilia ſupellectilia domeſtica per Clericos, & beneficiatos tempore eorum obitus in Eccleſijs, ſeu proprijs domibus, & alibi vbiuis locorum relicta, ſub ſpoliorum appellatione minime veniunt, nec prò ſpolijs vllo modo reputari poſſunt, etiam ſi ex red-
50 ditibus, & prouentibus, ac fructibus beneficiorum, quæ dum viuerent obtinebant acquiſita fuerint, ex clara *conſtit. B. Pij V. ex ordine Bullar. 42. repetit. poſt Redoan. de ſpolijs Mainatia in addit. ad ſuam conſultation. de Spol. ſeu fruct. benefic. inexat. à nu. 314. cum ſeq. Nicol. in ſuis floſculis in verbo ſpolium num. 1. verſ. ſed ſupellectilia Bonac. in tit. de contract. diſ. 3. qu. vltim punct. 2. § 1. num. 8. tom. 2. fol. mihi 823. Io. Baptiſt. de Luca in Theat. veritat. tom. 12. tit. de benefic. diſ. 82. num. 4.*

51 Quo ad ſecundam ſpeciem animalium, & melioramentorum, quæ ſi facta ſint ex bonis patrimonialibus, ſeu alias, quam ex illis Eccleſiæ, ſui beneficij detrahenda veniunt per hæredem beneficiati defuncti, ſed ſi facta ſint ex redditibus beneficij, & bonis Eccleſiæ remanere debent penes eandem Eccleſiam, vt ex *Abb. in cap. ſi. nu. 2 de priuileg. Cler. & ex Redoan. de ſpol. qu. 3. §. ſed in contrar. nu. 35. fo. mihi 533. tradit de Luca in ſuo Theat. veritat. to. 12. tit. de benefic. diſ. 82. num. 5.*

52 Declara quod hoc procedat attentis iuris terminis, quorum vigore, huiuſmodi melioramenta, quamuis de dominio beneficiati, ac alias de iure detrahibilia per hæredes ſpectant ad Eccleſiam, non iure proprij dominij, ſed iure ſucceſſorio cum præſumantur acquiſita ex eiuſdem beneficij, ſeu Eccleſiæ fructibus, & emolumentis, in quibus ipſa eſt Clerici hæres, ſed in locis, vbi ſunt Collectores hodie occupat Camera, vbi verò concurrit indultum teſtandi, pertinet ad hæredes beneficiati, cum alias de ijs non poſſit teſtari *Abb. in cap. ſi. nu. 2. de pecul. Cleric.* ita ſequendo *Rot. dec. 701. p. 1. diuerſ.* declarat *de Luca in ſuo Theat. veritat. tom. 12. tit. de benefic. diſ. 82. num. 5. verſ. verum aduertendum.*

53 Declara 2. quod ſi de tempore, quo beneficiatus prouiſus fuit inueniſſet in prædijs beneficij boues, aliaque animalia, tamquam inſtrumenta fundi, & tunc certum eſt, quod extantia ſpectant ad Eccleſiam iure dominij, tamquam à ſucceſſore ſubrogata in locum demortuorum ex ea obligatione, qua beneficiatus ad inſtar vſufructuarij de iure tenetur, vbi verò non inueniſſent, ſeu bona non eſſent talis qualitatis, cuius eadem animalia eſſe deberent fixa, ac perpetuò adiecta tamquam inſtrumenta neceſſaria, ita vt eorum introductio fuiſſet ſolum œconomica, & ratione induſtriæ ad pinguiores fructus percipiendos, & hoc caſu cum ſint ſeparabilia, tranſmittuntur ad hæredes, cum non cenſeantur donata, ſecus ſi conſtaret de donatione expreſſa, vel tacita ex coniecturis, ex deductis per *Barboſ. in l. diuortio §. ſi. p. 1. ff. ſolut. matr. num. 58. ad ſi. de Marin. reſol. 21. lib. 2. cum alijs per D. de Luca in ſuo Theat. veritat. tom. 12. in tit. de benefic. diſ. 82. num. 8.*

54 Quo ad tertiam ſpeciem nominum debitorum, circa quam aut agitur de illis debitoribus, qui ſunt de effectibus ipſius beneficij, vt ſunt cenſus, penſiones, & affictus, & alij fructus ciuiles maturati, in vita beneficiati, ſed non exacti, & huiuſmodi fructus, ſiue nō adſit, ſiue adſit facultas teſtandi ſpectant ad Cameram *ex conſtit. 80. Vrbani VIII.* aut
55 verò agitur de illis nominibus debitorum, quæ proueniunt ex impreſtantijs frumentorum ab eiuſdem beneficij prædijs perceptorum Colonis factis, vel ad ſerendum, vel ad ſuccurrendum laboratorum indigentijs, ſiue ad effectum renouandi frumentum, vt inter dominum, & Colonos eſt in more poſitum, & tunc ſi conſtat eſſe iura prouenientia ex ipſius beneficij fructibus, & ſic bona Eccleſiaſtica prætendi poſſunt ſpectare ad eandem Eccleſiam, vel reſpectiuè ad Cameram iure ſucceſſionis, ac ſpolij, vt animaduertit *de Luca in ſuo Theatro veritat. tom. 12. tit. de benefic. diſ. 82. num. 12.*

56 Ita etiam in ſpolio veniunt iura, & actiones Clerici defuncti ſi remanere debeant in hæreditate defuncti, & morte non extinguantur, cum neque fiſcus capiat ea, quæ non remanent in hæreditate, ſcilicet bona fideicommiſſo ſubiecta, licet eſſent in dominio defuncti, latè *Benedit. in repetion. cap. Raynutius num. 280. cum ſeq. de teſtam. Nauar. de ſpol. §. 1. num. 3. Card. Seraph. dec. 594. num. 4. 16. 17. & 18.*

57 A ſpolio demum eximuntur Curiales, ſeu Curiā Romanam ſequentes, ac Incolæ Vrbis, & Ciues Romani Originarij decedentes in Vrbe, eiuſque diſtrictu intra tamen ſpatium decem milliarium, & non quadraginta iuxta ſtatutum Vrbis *in cap. 195. lib. 1.* iuxta *conſtitut. Iulij III. editam de anno 1549. ſexto Idus Martij, & Pij IV. editam de anno 1561. & B. Pij V. in quadam declarat incip. literis noſtras relat. per Azor inſtit. moral. lib. 8. cap. 2. quæſt. 10. & ex conſtitut. Pauli V. edita de anno 1600. die 8.*
58 *Aprilis* in quibus conſtitutionibus Incolis Vrbis Romæ, & curiam ſectantibus ampla datur facultas diſponendi de quibuſcunque redditibus, & prouentibus quorumcunque beneficiorum, & de rebus ſuis in Vrbe, & diſtrictu exiſtentibus, adeout ſi non diſpoſuerint, quod nihilominus ſuccedere va-

leant

Digitized by Google

leant venientes ab inteſtato, ſiue agatur de beneficijs qualificatis, ſiue de habentibus penſionem, vel officia de quibus conſtitutionibus, & præſertim *Pauli V.* eiuſque tenore menſionem facit *Bonac. in tit. de contract. diſ. 3. qu. vltim. punct. 5. verſ. quarta cauſa & ibidem §. vnico num. 7. cum plurib. ſeq. tom. 2. fo. mihi 830. & 833.*

59 Amp. vt neque prætextu illegitimæ negociationis præfati incolæ, & Curiales ſubijciuntur ſpolio ex eodem *Pauli V.* conſtitutione ibi *etiam ſub prætextu, ſeu cauſa illicitæ negociationis moleſtare &c. Gonzal. de ſpol. notab. 21. Bonac. qui contrarijs reſpondet in tit. de contract. diſ. 3. qu. vltim. punct. 5. §. vnic. num. 10. tom. 2. fo. mihi 833.*

60 Limit. 1. hanc concluſionem, vt non habeat locum in beneficijs regularibus, quibus hoc priuilegium non extenditur, nec de eiſdem præfatæ conſtitutiones loquuntur, tum quia ratione voti paupertatis Regularibus eſt interdicta diſponendi facultas, nec obſtant verba Bullæ *Iulij III.* etiam quorumcumque ordinum Regularium, quia eorum ſenſus non eſt, vt Regulares in Curia decedentes à ſpolio eximantur, ſed ſignificant beneficiarium cuiuſcunque beneficij etiam Regularis in Vrbe, aut eius diſtrictu morientem poſſe de bonis ſuis ad libitum diſponere, vt ex *Nauar. Redoan. & Sopran. animaduertit. Bonac. in tit. de contract. diſ. 3. quæſt. vltim. punct. 5. num. 3. tom. 2. fo. mihi 830.*

61 Limit. 2. quando Curialis, Incola, vel Ciuis moriantur extra reſidentiam, ſeu locum, in quo reſidentiale beneficium obtinebant, nam tunc licet in Vrbe, eiuſque diſtrictu moriantur non gaudent priuilegio exemptionis, ſed ſpolio ſubijciuntur, etiam ſi abſint à reſidentia ex iuſta cauſa, & nulla habita ratione, an beneficium habeant, vel non habeant annexam animarum curam, cum Bulla *Pauli V.* generaliter loquatur, ſine vlla reſtrictione, ſecus autem in habentibus beneficia ſimplicia, vel penſiones, quia cum non teneantur ad reſidentiam non ſubijciuntur ſpolio, ſi in Vrbe, eiuſque diſtrictu intra decem milliaria decedant, ita *Bonac. in tit. de contract. diſ. 3. qu. vltim. punct. 5. §. vnico num. 15. tom. 2. fo. mihi 834. inhærendo Bulla Pauli V. ibi non tamen extra debitam reſidentiam deceſſerint, & Bulla, ſeu conſtitut. Pij IV.* in qua decernitur, vt illi, qui non reſidet nullatenus ſuffragentur vlla priuilegia conceſſa curialibus, incolis, vel ciuibus Romanis, ſed vt Camera Apoſtolica in omnibus ipſius bonis ſuccedat.

62 Sublim. quod ſi Curialis, incola, vel Originarius Vrbis prouiſus à Sede Apoſtolica, ſi ſtatim non recedat à Curia ad reſidendum, & interim dum immorabatur ad ſuas componendas ſarcinulas moriatur, non eſt ſpoliandus, cum non dicatur decedere extra reſidentiam, ex quo per Epykeiam videatur exceptus ob tempus eidem ex præſumpta mente Pontificis conceſſum ad commodè, & non feſtinanter diſcedendum præcipuè, ſi non inceperat fructus ſui beneficij percipere, cuius reſpectu intrat ſpolium, ita *ex Gonzal. de ſpol. notab. 2. verſ. quinto inſertur*, tradit *Bonac. in tit. de contract. diſ. 3. qu. vltim. punct. 5. §. vnico num. 15. verſ. ſecundo colligitur tom. 2. fo. mihi 834.*

63 Limit. 3. vbi Curialis diſponeret in filios illegitimos, cum hoc caſu diſpoſitio non ſubſiſtat, & tunc quo ad bona laicalia, & merè patrimonialia ſuccedunt hæredes venientes ab inteſtato, quò verò ad bona acquiſita ex redditibus Eccleſiaſticis, & alia bona laicalia extra Vrbem exiſtentia ſuccedit, & pertinent ad Cameram Apoſtolicam, vt expreſsè cauetur in conſtitutionibus *B. Pij V. & Pauli V. de quibus late Bonac. in tit. de contract. diſ. 3. quæſt. vltim. punct. 5. §. vltim. à num. 17. vſque ad fi. tom. 2. fo. mihi 834.*

64 Sublim. in relictis illegitimis cauſa alimentorum, & iuxta obligationem legis naturalis, quæ à lege humana auferri nequit *cap. ſunt quidam 25. qu. 1. & l. id quod noſtrum ff. de reg. iur.* ac proindè beneficiatium non habentem bona patrimonialia poſſe de acquiſitis ex redditibus beneficij alimenta relinquere filijs ſpurijs, & dotem loco alimentorum filiæ ſpuriæ, cum præfatæ conſtitutiones non ſint derogatoriæ iuris communis, cuius vigore illegitimis

65 debentur alimenta; vt ſubdit *Bonacc. loco citato num. 17. verſ. hæc tamen intelligenda fo. mihi 835. tom. 2.* iuxta tradita per *Surd. de aliment. tit. 1. qu. 10. Gabr. in tit. de aliment. conclu. 1.*

66 Nomine autem Curialium ad hunc effectum veniunt familiares Papæ, & Cardinalium, aliorumque Prælatorum in Vrbe commorantium, Iudices, Aduocati, Procuratores, Sollicitatores Notarij, alijq; ſtantes, & permanentes in Vrbe, ſecus verò Clerici accedentes ad curiam pro obtinendis beneficijs, aut pro agitandis litibus, aut cauſa ſtudiorum, vel deuotionis, qui non dicuntur curiales ad effectum gaudendi priuilegio teſtandi, & exemptionis à ſpolio, cum non ſint ſtantes, & permanentes *Marcheſan. p. 2. tit. de commiſ. ſuper Eugeniana §. vnico n. 5. 14. cum ſeq. fo. 455. Bonacc. in tit. de contract, diſ. 3. quæſt. vlt. punct. 5. §. vnico ſub num. 1, tom. 2.*

67 Et qui per annum continuum in Vrbe reſidentiã fecerit efficitur Curialis *ex conſtitutione Pauli V. ſuper reform. Tribunal. Vrbis tit. de Auditore Cameræ §. præterea.*

S V M M A R I V M.

1 Diſtributiones quotidianæ non veniunt ſub nomine fructuum beneficiorum num. 6.

2 Dantur propter interelleentiam in Diuinis. Amp. vt num. 17. & 18.

3 Non comprehenduntur in condemnatione fructuum.

4 Penſio reſeruata ſuper fructibus beneficij non comprehendit diſtributiones quotidianas. Ampl. vt num. 7.

5 Non ſunt de corpore beneficij.

8 Habens indultum transferendi penſiones non poteſt transferre reſeruatam ſuper diſtributionibus quotidianis, ſecus ſi beneficium non haberet alios fructus nu. 9. & 10.

11 Diſtributiones veniunt nomine fructuum ſtante proteſtatione penſionarij de reſidendo.

12 Portiones funerales non comprehenduntur ſub nomine diſtributionum. Contrarium num. 13. ſunt diuidende iuxta Eccleſiæ conſuetudinem num. 14. & 16. gaudent priuilegio diſtributionum num. 15.

19 Canonicus celebrans in Eccleſia tempore celebrationis horarum Canonicalium non lucratur diſtributiones quotidianæ. Declara, vt num. 50.

20 Diſtributiones quotidianæ, nec a Canonicis, aut Capitulo remitti poſſunt abſenti a ſeruitio, nec lege, aut ſtatuto, vel conſuetudine hoc permitti poteſt num. 21. Amp. vt num. 22.

23 Diſtributiones quotidianæ non debentur Canonico pro abſentia trium menſium a reſidentia a Concilio permiſſa.

24 Nec

24 Nec inſeruienti Romano Pontifici.
25 Lim. ex priuilegio Sum. Pontificis, & ex iuſta cauſa.
26 Auditores Rotæ ex priuilegio participant diſtributiones.
27 Ita etiam Inquiſitores.
28 Collector pariter Cameræ Apoſtolicæ, & alij officiales in cauſis ſpoliorum.
29 Indultum de lucrandis diſtributionibus non ſuffragatur ſi non faciat mentionem de intereſſentia.
30 Et ſuffragatur quo ad diſtributiones conſiſtentes in pecunia, ſecus ſi in pane, vino, & ſimilibus.
31 Archidiaconus, vel canonicus viſitantes Eccleſiam, vel iura ſuæ præbendæ non amittunt diſtributiones quotidianas.
32 Canonicus pænitentiarius, nec amittit, dum in eadem Eccleſia audit confeſſiones, ſecus ſi extra.
33 Canonicus Theologus nec amittit pro tota die, qua legit.
34 Nec Canonicus Curatus exercendo curam, & miniſtrando ſacramenta in propria tantum Eccleſia.
35 Canonicus ſi non fecerit profeſſionem fidei nec amittit diſtributiones.
36 Nec ſi interſint Concilio Prouinciali, & Synodali.
37 Nec ſi cum Epiſcopo, vel pro eo accedat ad viſitanda limina Apoſtolorum.
38 Secus ſi aſſociaret Epiſcopum extra Eccleſiam.
39 Vel abeſſe pro ſeruitio Epiſcopi, & pro viſitanda eadem Diœceſi num. 40. ſecus quo ad alios fructus n. 41. Contrarium nu. 42. Declara, vt n. 43. 44. & 45.
45 Captus repreſaliarum cauſa, vel obſes datus ab Eccleſia lucratur diſtributiones.
47 Ita etiam detentus, & prohibitus ad Eccleſiam accedere.
48 Prout etiam abſens pro euidente Eccleſiæ vtilitate, vt pro defenſione ipſius iurium, vel Capituli num. 50. Declara, & limita, vt num. 51. & 52.
53 Theſaurarius Capituli dum agit negotia Capituli non amittit diſtributiones, niſi habeat ſalarium recompenſatiuum.
54 Vicarius Epiſcopi ſi ſit Canonicus ſi exercens ſuum officium diuinis non interſit, amittit diſtributiones quotidianas, ſecus ex priuilegio, vel conſuetudine.
55 Abſens pro tuendis iuribus ſuæ præbendæ, an debeat conſequi diſtributiones quotidianas, & num. 40.
57 Infirmo debentur diſtributiones quotidianæ.
58 Infirmus verò ad hunc effectum, qui dicatur.
59 Amp. etiam ſi infirmitas propria culpa contracta ſit.
60 Lim. procedere ſi infirmus in ſanitate fuit ſolitus intereſſe diuinis officiis.
61 Abſens ob iuſtam corporis neceſſitatem præciſa conſuetudine lucratur diſtributiones quotidianas.
62 Ob corporis neceſſitatem quando quis abeſſe dicatur.
63 Iniuſtè carceratus lucratur diſtributiones quotidianas. Declara vt num. 64. Limit. vt num. 66.
65 Amp. in Clerico iniuſtè bannito, vel relegato.
67 Amp. in iniuſtè excõmunicato, ſuſpenſo, & interdicto.
68 Senio Confecto ſi nequeat Choro intereſſe, an debeantur diſtributiones, ſaltem ex indulto Sacræ Congregationis num. 69.
70 Iubilatus non tenetur ſoluere æleemoſinam celebranti miſſam per turnum ad eum ſpectan. ſecus quo ad miſſas lectas, prout tenetur etiam Canonicus infirmus, num. 71.
72 Portiones funerales, & mortuaria non debentur niſi intereſſentibus, nec ſuffragantur cauſæ, quibus abſentibus debentur diſtributiones quotidianæ, vt nec infirmis debentur num. 73.
74 Nec debentur priuilegiato, & exempto à Choro.
75 Abſenti cauſa ſtudij, an debeantur diſtributiones quotidianæ, & num. 76. 77. vbi referuntur reſolutiones S. Congregationis.
78 Ad hoc vt quis legitimè abeſſe poſſit cauſa ſtudij, quæ requirantur, & num. 79. & 80.
81 Diſtributiones quotidianæ in abſentia quibus caſibus debeantur remiſſiuè.
82 Vt lucrari poſſint copulatiuè requiritur iuſta cauſa, & licentia Ordinarii, etiam ſi ex conſtitutionibus eſſet petenda à Capitulo nu. 83.
84 Nemo abeſſe poteſt à reſidentia abſq; licentia Epiſcopi.
85 Abſens à reſidentia ex cauſa voluntaria non debentur diſtributiones quotidianæ, ſecus ex cauſa neceſſaria.
86 Abſens ſi impeditur capere poſſeſſionem ſui beneficii, & Choro intereſſe, non amittit diſtributiones quotidianas.
87 Præcipuè accedente proteſtatione prouiſi de illato impedimento
88 Limit. vt dicta proteſtatio non ſit neceſſaria, vbi agitur contra Capitulum iniuſtè denegantem poſſeſſionem tradere.
89 Lim. 2. vt neque ſit neceſſaria proteſtatio, vbi agitur contra illum, qui violenter impedit prouiſum ne poſſeſſionem capiat.
90 Lim. 3. vt neque ſit neceſſaria, vbi conſtat de legitimo impedimento.
91 Impedimentum abſentiæ eſt legitimè probandum ad effectum lucrandi diſtributiones quotidianas.
92 Iniuſtè excommunicatus recuperare debet diſtributiones quotidianas à Capitulo.
93 Dummodò excommunicatio per Decretum fuerit declarata nulla, & iniuſta.
94 Et dummodo, ita excommunicatus inſtetit pro tali declaratione alias non recuperat.
95 Et dummodo fuerit ſolitus diuinis intereſſe ante excommunicationem.
96 Spolium non cadit ſuper diſtributiones quotidianas.
97 Ex conſuetudine, & priuilegio Sum. Pontificis poteſt quis per alium inſeruire, & percipere diſtributiones.
98 Contrarium quod ex cõſuetudine hoc induci nequeat.
99 Pontifex diſpenſare poteſt, & tollere ea, quæ ſunt iuris poſitiui.
100 Et ex vrgenti cauſa aduerſus ius diuinum, ſeu potius declarare ius diuinum non habere locum in illo caſu.
101 Lex diuina non obligat cum incommodo.

De diſtributionibus quotidianis.

ADNOTATIO III.

1 DIſtributiones quotidianæ non veniunt ſub nomine fructuum, & reddituum Beneficiorum, *eſt text. in cap. unico de Cler. non reſident. in 6. in cap. fi. §. in illis de conceſ. præbend. eod. lib. & in extrauag. cum nonnulle verſ. præterea de præbend. Mouet. de diſtribut. quotid. lib. 1. qu. 6. num. 12. Redoan de ſpol. Eccleſiaſt. qu. 3. nu. 3. Gig. de penſion. reſponſ. 35. num. 10. & latè conſ. 34. num. 11. & 12. Pariſ. de reſignat. beneſic. lib. 2. qu. 2. num. 30. Lot'er. de re beneſic. lib. 1. cap. 39. num. 22. & ita ſæpe dixiſſe Rot. patet ex deciſionibus cumulatis per Garz. ad reg. 8. Cancellar. §. 1. proem. num. 154. & per Paul. de Rub. in adnot. ad dec. 576. num. 1. p. 4. tom. 3. in rec. & in Romana penſionis 23. Maij 1644. ſub prin. coram Meltio, cum alijs per Gratian. diſcept 806. num. 12.*

2 Et ratio eſt, quia diſtributiones dantur pro diurno labore, & pro ſeruitio perſonali præſtito Eccleſiæ ob reſidentiam, & intereſſentiam in diuinis perſoluendis, tamquam ſtipendium operæ, & laboris beneficiati latè *Paul. Rubeus in adnot. ad dec. 576. à nu. 3. cum plurib. ſequen. Burat. dec. 193. num. 18. Rot. dec. 309. num. 16. p. 7. rec.*

3 Hinc eſt quod in condemnatione fructuum perceptorum ex aliqua præbenda non comprehendantur diſtributiones quotidianæ, vt reiecta contraria opinione, comprobat *Boer. dec. 383. num. 4. verſ. in contrarium Lancellot. de attentat. p. 3. cap. fi. num. 31. 32. & 36. Put. dec. 383. in antiq. & ſecundum nouiſſimam impreſ. dec. 373. num. 7. lib. 1. & dec. 1170. nu. 2. p. 3. lib. 3. diuerſ. relat. per Paulum Rubeum in adnot. ad dec. 576. num. 11. & ſeq. p. 1. tom. 2. rec.*

4 Vlterius penſiones reſeruatæ ſuper fructibus, & prouentibus beneficiorum, eorumque redditibus

non comprehendunt diſtributiones quotidianas, pee textum in extrauag. cum nonnulla in prin. verſ. præterea de praben. cap. licet eod. tit. Lotter. de re beneſic. lib. 1. qu. 39. num. 22. & 23. Sanchez. reſponſ. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 89. num. 2. Gigaſ. de penſion. qu. 39. num. 1. latè Paul. Rub. in adnot. ad dec. 576. à nu. 40. cum plurib. ſequen. p. 4. tom. 3. rec. Rot. dec. 508. nu. 3. p. 2. dec. 77. num. 1. p. 3. rec. & in Romana penſionis 23. Maij 1644. ſub prin. coram Meltio.

5 Siquidem diſtributiones prædictæ non ſunt de corpore beneficij, nec augent corpus præbendæ, ex quo dantur ratione operis, & miniſterij perſonalis Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 7. proem. num. 155. Lancellot. de attentat. 3. p. cap. ſi. num. 31. & ſeq. & hanc opinionem eſſe communem firmat Gratian. diſcept. 283. num. 9. Boer. dec. 340. num. 4. Achil. dec. 8. num. 2. de penſ. Caputaq. dec. 29. num. 1. p. 1. Vrgellen. dec. 285. num. 38. Rot. in Romana penſionis 23. May 1644. ſub prin. coram Meltio.

6 Et licet detur beneficiato propter beneficium, eius tamen fructus nō ſunt cap. vnico de Cler. non reſid. in 6. Couar. var. reſ. lib. 3. cap. 13. num. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 7. proem. num. 154. Caſar. de Graſ. dec. 5. num. 1. de prab. Caſſad. dec. 6. num. 6. eodtit.

7 Et quamuis penſio impoſita fuerit ſuper quibuſcunque fructibus, redditibus, & prouentibus, nam ſub iſta generalitate verbotnm, & effrenato modo loquendi, non veniunt diſtributiones quotidianæ, & licet dictio vniuerſalis quibuſcunq; apta ſit comprehendere etiam dictas diſtributiones, tamen vbi reperitur inſerta in materia odioſa, debet recipere reſtrictionem ſecundum ſubiectam ſpeciem, eiuſque naturam, ita quod non poſſit egredi eius limites, nec comprehendere ea, quæ ſunt diuerſæ naturæ, pro vt eſt impoſitio penſionis, cuius natura, eſt vt imponatur ſuper fructibus certis, & non ſuper incertis pro vt ſunt diſtributiones quotidianę, & ſic dictio quibuſcunque intelligenda eſt de quibuſcunq; fructibus ſcilicet certis, vt latè comprobat Paulus Rubeus in adnot. ad dec. 576. à num. 47. vſque ad 69. p. 4. tom. 3. rec. & firmauit Rot. in Romana penſionis 23. Maij 1644. coram Meltio recedendo à deciſione in eadem cauſa emanata ſub die 15. Febr. 1636. coram Pirouano, vbi declaratur comprehendi etiam diſtributiones quotidianas vigore dictæ vniuerſalis in indulto appoſitæ.

8 Vnde ſi quis habet indultum transferendi penſiones reſeruatas ſuper quibuſcunque fructibus, redditibus, & prouētibus beneficiorū, quod poſſit transferre penſionem reſeruatam ſpecifice ſuper diſtributionibus quotidianis dixit Rota dicta Romana penſionis coram Pirouano, ſed poſtea recedendo coram Meltio contrarium firmauit, vt ſupra proximè diximus, & comprobat Paulus Rubeus in annot. ad dec. 576. à num. 47. vſque ad num. 69. p. 4. tom. 3. rec.

9 Limit. ſi beneficium nullos alios fructus haberet quam diſtributiones, quia tunc habentur loco fructuum beneficij Dec. conſ. 49. num. 14. cum ſeq. lib. 1. Marcheſ. de commiſſion. in cauſa penſion. p. 1. §. 1. num. 127. Caputaq. dec. 29. num. 4. & 5. p. 1. Vrgellen. dec. 285. num. 95. Puteus dec. 365. num. 4. lib. 2. Mohedan. dec. 3. num. 3. de praben. Caſar. de Graſſ. dec. 8. num. 1. & 2. eod. tit. Duran. dec. 285, nu. 99. & dec. 411. num. 7. verſ. & ex experientia, & in Romana penſionis 23. Maij 1644. in ſi. prin. coram Mel-

10 tio vbi quod hoc caſu diſtributiones dicuntur habere locum præbendæ, & in puncto reſeruationis penſionis in Beneficiato Baſilicæ Sancti Petri in Vaticano, cuius redditus conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis, dixit Rot. in Romana penſionis 29. Martij 1666. §. igitur legitimè coram Taya.

11 Limit. 2. quod diſtributiones tunc veniant appellatione fructuum, quando per penſionarium fuiſſet facta proteſtatio poſſeſſori apud acta quod aut poſſidens reſideat, & interſit horis, vt ſic intereſſendo percipiat diſtributiones, aut poſſeſsionem dimittat Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. §. 7. proem. nu 156. ex Puteo dec. 239. num. 3. 4. & num. ſi. in ſi. lib. 2. Mohed. dec. 6. in ſi. de prab. Rot. dec. 618. ſub num. 2. verſ. ſi vero p. 1. & dec. 11. alias 1170. num. 4. & 5. p. 3. diuerſ. & in Romana penſionis 23. Maij 1644. ſub prin. coram Meltio.

12 Portiones funerales, quæ anniuerſaria dicuntur, & diuidi ſolent inter beneficiatos, qui interſunt exequijs, & cæteris diuinis officijs, quibus ſolent Chriſtiano ritu mortuos parentari, non comprehenduntur appellatione diſtributionum quotidianarum Card. Zabarel. in Clementin. vt hi, qui §. illi vero n. 15. de ætat. & qualitat. Nauar. conſ. 13. n. 2. de Cler. non reſid.

13 Contrarium tenet Lap. alleg. 42. n. 1. Io. And. in in cap vnico de Cler. non reſid in verbo anniuerſarijs Felin. in cap. ad aures n. 14. de reſcript.

14 Omnes tamen dubitandi cauſam præſertim circa diuiſionem de huiuſmodi portionibus funeralibus faciendam ſubſtulit Bonifatius VIII. ſua conſtit. relat. in cap. vnico de Cler. non reſident. lib. 6. dum mandauit, quod in dicta diuiſione facienda inter Canonicos, & Beneficiatos, ſiue alios Clericos, qui præſentes fuerunt ſeruentur ordinationes cuiuſcunque Eccleſiæ, & iuxta eaſdem ordinationes, & con-

15 ſuetudinem diuiſio fieri debeat, nam licet dictæ portiones nomine quotidianarum diſtributionum non intelligantur, gaudent tamen eodem priuilegio, & eodem iure, vt animaduertunt Io. And. & Gemin. in cap. vnico de Cler. non reſiden. in 6. Nauar. conſ. 13. eod. tit. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 7. in 4. quaſt. Rot. dec. 32. à num. 3. vſque ad 7. p. 7. rec.

16 vbi nu. 13, ſubdit, hoc præcipuè procedere, ſi in inſtitutione præfatorum anniuerſariorum ab inſtituentibus nulla conditio præſcripta fuerit, ſiquidem tunc recipere debent normam, & legem a conſuetudine Eccleſiæ, cum ad eam ſe remittat diſpoſitio iuris Canonici, iuxta textum in dicto cap. vnico de Cler. non reſiden. in 6.

17 Verò quod diſtributiones vere quotidianæ, & minutæ, quæ quotidiè præſtantur pro ſeruitio, & labore merè perſonali, vt frequentius ſunt, illæ, quæ obueniunt pro exequijs, vel aſſociatione cadaueris, & ſimilium, nullatenus prætendi poſſint per non intereſſentes, quamuis verè, & realiter, & naturaliter reſideant, iuſtèque impediti ſint, & multo minus per eos, qui verè, & naturaliter abſentes, fictè pro pręſentibus, & reſidentibus habentur, tradit De Luca in ſuo Theatro veritatis tom. 12. tit. de canon. & capit. diſ. 16. num. 3.

18 Reſidentia autem non ſufficit ad lucrandas diſtributiones quotidianas, ſed requiritur intereſſentia in Eccleſia, & in celebratione diuinorum officiorum, nullo habitu reſpectu ad permanentiam in loco, vt nullatenus ſufficiat Canonicum adeſſe in

Eccle-

Eccleſia dum diuina peraguntur, ſed etiam oportet eſſe præſentem in Choro, vnde non excuſatur Canonicus etiam ſi adeſſet in Eccleſia celebrans extra Chorum eo tempore, quo horæ Canonicales decantantur, vt declarauit *Sac. Cong. Concilij* ſcilicet, *qui tempore quo cantatur vna hora in Choro Miſſam celebrat in eadem Eccleſia ex deuotione, vel ex obligatione non dicitur interfuiſſe illi horæ, nec illius diſtributiones accipere poteſt*, vt refert *Ric. in prax. fori Eccleſiaſtici dec. 494. ſub num. 2. & Paulus Rubeus in adnot. ad dec. 576. num. 133. & 134. p. 4. tom. 3. rec.* & hanc ſententiam tuentur *Federic. de Sen. conſ. 225. Abb. in cap. cum olim num. 3. & 4. ibique Felin. num. 2. de rū ſudit. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 7. proem. nu. 181. Garz. de benef. p. 3. cap. 2. nu. 323. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 806. nu. 10. Barboſ. de canon. & dignitat. cap. 20. num. 10. Ric. in prax. quotidian. rerum fori Eccleſiaſt. p. 3. tit. Prax. fidei profeſſion. reſ. 201. nu. 9. & 10. & tit. Charitat. ſubſid. reſol. 96. num. 20. Bonacc. in tit. de ijs, qui ad diuin. offic. in Choro publ. recit. fac. diſ. 2. qu. 3. punct. 3. §. 4. num. 1. tom. 1. fo. 667. Seraph. dec. 1131. num. 1. & dec. 1140. num. 2. Coccin. dec. 108. num. 3. Caſſador. dec. vnica num. 2. pro intereſſentia de Cler. non interſ.*

20 Propterea adeo diuinis officijs non intereſſentes à participatione diſtributionum quotidianarum arcentur, vt nec Epiſcopus, nec Capitulum, nec alij Clerici quibus accreſcunt nequeant illas eiſdem remittere, relaxare, aut condonare, cum huiuſmodi priuatio emanauerit ob bonum publicum, contẽplatione diuini cultus, cui ſinguli propter eorum ius priuatum, iuri publico officere non poſſunt, vt colligitur ex *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12.* ibi *quauis colluſione, aut remiſſione excluſa*, & ita reprobata *glo. in c. 1. in verbo ſuos de Cler. non reſid. in 6.* docent *Archidiac. Steph. Durant. & Theodoſius Rubeus relat. per Paulum Rubeum in adnot. ad dec. 576. à num. 151. cum plurib. ſequen. & num. 159.* & *Garz. de benef. p. 3. cap. 2. num. 432.* refert ita declaraſſe *Sac. Congreg. Concil.* ſcilicet. *Non licet Capitulo aliquo prætextu diſtributiones donare, relinquere, aut quauis colluſione remittere alicui, qui vel à ſeruitio Eccleſiæ abſuerit, vel alio quouis modo diſtributiones legitimè debeat amittere; nec fas ſit vtique eas accipere, ſi acceperit ſuas non faciunt, & reſtituere cogatur illico fabricæ Eccleſiæ quatenus indigeat, aut alteri pio loco arbitrio Epiſcopi*, & hanc ſententiam amplexi ſunt *Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 429. num. 6. Piaſec. in prax. Epiſc. p. 2. cap. 3. num. 8. in fi. pag. 124. & alij DD. relati per Barboſ. in tract. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. num. 140. & in Concil. Trid. dicta ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. n. 108. Rot. dec. 1. poſt Alex. Monet. de diſtribution. quotid.*

21 Quinimò nec lege, ſtatuto, aut conſuetudine induci poteſt, vt à non intereſſentibus participentur diſtributiones quotidianæ *textus eſt in cap. vnico,* ibi *penitus improbantes de Cler. non reſid. in 6. cap. fi. & ibi glo. in verbo exceptis de reſcriptis in 6. cap. licet vbi Imol. & alij de præben. latè Gonzal. Mendez. Vaſconcel. lib. 1. diuerſ. iur. argument. cap. 9. Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 429. nu. 6. in addit. Aloyſ. Ric. in prax. for. Eccleſ. dec. 493. in prima edit. alias reſol. 384. num. 7, in 2, edit. Paul. de Rub. in adnot. ad dec. 576. num. 170. p. 4. tom. 3, rec. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num. 109. Burat. dec. 193, num. 19. cum alijs relat. à Gratian. diſcept. forenſ. cap. 166. num. 31.* vide *Pignatel. conſult. canon. 129.*

22 Quapropter ſtatuta illarum Eccleſiarum in quibus obſeruatur, vt qui adſunt certis horis, aliarum horarum diſtributiones lucrentur, vti pernicioſa, iniuſta, tendentia ad diminutionem cultus diuini damnantur à *Concilio Baſilienſe in tit. quo tempore quiſque debeat eſſe in Choro de quo Paul. Rub. in adnot. ad dec. 576. num. 171. cum ſeq. p. 4, tom. 3, in rec.* vbi latiſsimè de materia conferunt tradita per *Rot. coram Merlino dec. 59, num. 32, & 33, p. 7, rec. latè Pignatel. conſult. canon. 500, num. 1.*

23 Vnde reſultat quod Canonici non poſſunt percipere diſtributiones quotidianas tempore trium mentium, quo ex indulto *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 24, de refor. cap. 12,* licet eis abeſſe, & ſi adeſt conſuetudo in contrarium, vti irrationabili non eſt attendenda, quia Sacrum Concilium non immutauit naturam diſtributionum quotidianarum, quæ eſt vt dentur tantum intereſſentibus, ſed tantum permittit huiuſmodi abſentiam trium menſium, ſine peccato, & ad effectum faciendi ſuos fructus præbendales, & de maſſa groſſa, & ita declaraſſe *Sac. Congreg. Concil. Trid. in vna Toletana 2. Auguſti 1584. ad Flammin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 1. qu. 10. num. 65. tradit Paul. Rub. in adnot. ad dec. 576. num. 149. p. 4. tom. 3. rec. Ric. in prax. quotid. rerum for. Eccleſiaſt. p. 3. tit. prax. fidei profeſ. reſ. 201, n. 10, & tit. prax. Charitat. ſubſid. reſ. 96. num. 21. & ita declaraſſe Sac. Cong. refert Pignatel. conſult. canon. 129. nu. 1. verſ. &* primò vbi de materia *& num. 24, 25, & 26.* vbi refert per extenſum declarationes *Sac. Congreg. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 7. Proem. num. 182.*

24 Rurſus, qui Romano Pontificis deſeruiunt licet vniuerſali Eccleſiæ dicantur inſeruire nihilominus non lucrantur diſtributiones quotidianas, cum habeantur pro præſentibus, ſed non pro intereſſentibus *Paul. Rub. in adnot. ad dec. 576, num. 150, p. 4, tom. 3. in rec. ex Abb. in cap. cum dilectus num. 5, de Cler. non reſid. Nauar. conſ. 1, & 2. eodem tit. Garz. de benefic. p. 3. cap. 2, num. 385. & dixit Rot. coram Vrgellen. dec. 22, num. 15, p. 5. tom. 1, rec.*

25 Limit. principalem concluſionem non procedere ex priuilegio Pontificio, aut alio legitimo impedimento, vel neceſſaria cauſa concurrente, in quibus caſibus, & quando Canonicus ab Eccleſia, cui eſt abſtrictus abſit, ex Pontificis priuilegio poteſt percipere diſtributiones quotidianas *Gemin. in cap. vnico de Cler. non reſid. lib. 6. num. 4. ibique Franc. num. 3. Sanctarel. var. reſ. q. 10. n. 1. cum alijs per Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24, de reform. cap. 12, num. 75.*

26 Et ſic Auditores Rotæ ex *indulto Clem. VII. ſub datũ 9. Aug 1525.* percipere poſſunt non ſolũ fructus præbendales, ſed etiam diſtributiones quotidianas ſuorum beneficiorum *Lal. Zech. de rèpublic. Eccleſiaſt. cap. 11, num. 2, Cæned. pract. & canon. quæſt. lib. 1. q. 1. num. 63, Sanctarel. var. reſ. q. 11. num. 1, Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. num. 155; p. 3. & Canon. & dignitat. cap. 24. num. 1. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24, de reform. cap. 12, num. 76.*

27 Ita etiam Inquiſitores contra hæreticam prauitatem gaudent eodem priuilegio percipiendi diſtributiones quotidianas in eorum abſentia, ex *indulto Pauli III. & B. Pij V. Garz. de benef. p. 3. cap. 2. num. 356. Sanctarel. var. reſol. qu. 11. num. 3. Diana*

reſol. moral. p. 4. tract. 8. reſol. 71. in fi. cum alijs per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. nu. 156. & de Canonic. cap. 24. num. 2. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num. 77.

28 Pariter Collector generalis Cameræ Apoſtolicæ, Subcollectores, Aduocati, Procuratores fiſcales, & Notarij in cauſis ſpoliorum, & aliorum iurium eiuſdem Cameræ eorum officio durante lucrantur diſtributiones quotidianas in abſentia, ex *Priuilegio Sixti V. emanat 8. Maij* 1590. *vt refert* Monet. *de diſtribution. quotidian. p. 2. qu. 11. num. 111. Sanctarel. var. reſol. qu. 11. num. 6. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. num. 157. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num. 77.*

29 Indultum verò, quo ad lucrandas diſtributiones quotidianas in abſentia, debet expreſſe, & ſpecificè loqui de huiuſmodi diſtributionibus, itaut non ſufficiat, ſi dicat vt poſſit percipere fructus perinde, ac ſi reſideret, niſi etiam addat, ac perindè, ac ſi intereſſet, ac proindè debet facere menſionem de ipſa intereſſentia, vt comprehendat huiuſmodi indultum vltra fructus præbendales, & de maſſa groſſa, etiam diſtributiones quotidianas, alias ad eas non extenditur *textus eſt in cap. ſi. de reſcript. in 6. & ibi glo. in verbo exceptis, glo. & DD. in cap. 2. de priuil. in 6. Monet. de diſtribut. quotid. p. 1. cap. 6. num. 10. cum ſeq. Lotber. de re benef. lib. 1. quaſt. 29. num. 41. Caldarin. conſ. 1. de Cleric. non reſident Aloyſ. Ric. in prax. quotid. rerum Eccleſiaſt. fori p. 3. tit. Praxis fidei profeſſionis reſol. 201. num. 5. & 6. & tit. prax. Charitat. ſubſid. reſol. 96. num. 14. & ſeq. Rot. apud Caſſador. dec. 1. de Cleric. non reſidentibus Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 13. nu. 2. ad med. verſ. ſed quamuis Princeps.*

30 Immo quando indultum eſt ad percipiendas etiã diſtributiones quotidianas in abſentia, quod nihilominus tunc priuilegiatus habere tantum debeat diſtributiones prouenientes, ſeu conſiſtentes in pecunia, non autem alias conſiſteotes in pane, vino, & alijs ſimilibus rebus docet ex *Archid. in cap. Sacerdos num. 3. 1. qu. 2. & in cap. vnico ſub num. 1. verſ. non tamen de Cleric. non reſident. lib. 6. Aloyſ. Ric. in prax quotid. rer. for. Eccleſ. p. 3. tit. Praxis fidei profeſſion. reſol. 201. num. 6.* ſecus ſi omnes eſſent in pane, & vino idem *Ric. d. p. 3. tit. praxis* Charitatiui *ſubſid. reſol. 96. num. 16.*

31 Non tamen amittere debẽt diſtributiones quotidianas Archidiaconus, vel Canonicus viſitantes Eccleſiam, iura, vel redditus ſuæ præbendæ, cum per huiuſmodi viſitationem inſeruiant Eccleſiæ, vt pro intereſſente habeantur, *Garz. de benef. p. 3. cap. 2. num. 333. & ſeq.* Sanctarel. *var. reſol. qu. 11. num. 9. & 10. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 7. qu. 10. Barboſ de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. num. 163. & de* Canon. *cap. 24. num. 4. & in* Concil. *Trid. ſeſſ 24. de reform. cap. 12. num. 78.* vbi ſi non viſitaret propriam Eccleſiam ſuæ diœceſis, licet viſitaret ex officio, & iure ſibi competenti, quod nihilominus nequeat percipere dictas diſtributiones ex *Monet. qui deciſum refert p. 2. qu. 11. num. 63. Garz. de benef. p. 3. dicto cap. 2. num. 332. & ex alijs, quos allegat.*

32 Canonicus Pænitentiarius, ſi dum recitantur Diuina officia in Eccleſia audiat confeſſiones percipit quotidianas diſtributiones, ſecus autem ſi audiret confeſſiones etiam infirmorum extra Eccleſiam, *Stephan. Vveymſ. ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouat. conſtit. 11. num. 23. Sanctarel. var. reſol. qu. 7. num. 13.* Garz. *de benef. p. 5. cap. 4. num. 124. & ſeq.* Monet. *de diſtribut. quotid. p. 2. qu. 11. num. 64. & 65.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. p. 3. alleg. 53. num. 160. & alleg. 55. num. 30. 31. & 32. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num. 79. vbi alios allegat.*

33 Similiter Canonicus Theologus, ſeu obtinens præbendam Theologalem diebus deſtinatis ad legendum pro tota die, qua legit habendus eſt tamquam præſens in Choro ad lucrandas diſtributiones quotidianas, vt declarauit *Greg. XIII.* de qua declaratione teſtantur *Ric. in prax. quotid. rerum Eccleſiaſt. fori tit. prax.* Charitatiui *ſubſid. reſol. 96. num. 19. Sanctarel. var. reſol. qu. 11. num. 15. Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. qu. num. 10. & qu. 11. nu. 75. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. num. 120. cum alijs per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 56. num. 8. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num. 80.*

34 Et Canonicus habens annexam curam ſuæ dignitati, vel Canonicatui, dum reperitur in actu adminiſtrandi Sacramenta, & alia exercenda ad ipſam curam ſpectantia lucratur diſtributiones quotidianas, & tamquam præſens in Choro habetur, vt deciſum refert *Franc. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. p. 3. cap. 2. num. 24 Garz. de benef. p. 3. cap. 2. nu. 335. Lel. Zecb de repub. Eccleſ. cap. 24. num. 6. Sanctarel. var. reſol. cap. 11. num. 11. Steph. Vveymſ. ad conſtit. 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouat. conſtit. 11. num. 21. in prin. Marchin. de Sacrament. Ordinis tract. 3. p. 2. cap. 35. ſub num. 9. verſ. idem dicendum cum alijs per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 53. num. 127. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num. 83.* vbi ſubdit quod ſecus eſſet ſi haberet curam animarum in alijs Eccleſijs, tempore quo in eis reſidet, nam tunc non lucratur diſtributiones quotidianas, quas lucraretur, ſi reſideret, & diuinis intereſſet in Cathedrali, vel Collegiata, vbi habet canonicatum, ex *Moneta de diſtribut. quotid. p. 2. quaſt. 11. num. 69. & Sanctarel. d. qu. 11. num. 13. & alijs, quos allegat.*

35 Et licet prouiſi de beneficijs quibuſcunque curã animarum habentibus, ſeu de dignitatibus, & Canonicatibus in Cathedralibus non faciant fructus ſuos, ſi intra duos menſes à die adeptæ poſſeſſionis non fecerit Orthodoxæ fidei profeſſionem, & in Romanæ Eccleſiæ obedientia ſe permanſuros ſpondiderint, iuxta decretum *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12.* non tamen amittit diſtributiones quotidianas, eo quia non ſunt de corpore beneficij, ſed ſunt diuerſi generis, & diuerſæ naturæ, nec augent corpus præbendæ, ex quo dantur ratione miniſterij perſonalis, vnde dicta Conciliaris diſpoſitio non comprehẽdit diſtributiones quotidianas, vt latè comprobat *Aloyſ. Ric. in prax. quotid. rer. Eccleſ. fori p. 3. tit. prax fidei profeſſion. reſol. 201. à num. 1. & per tot. vbi ita declaraſſe Sac. Cong.* ſcilicet Congreg. *cenſuit diſtributiones quotidianas non comprehendi ſub verbis Concilij hic quoniam dantur ratione miniſterij perſonalis, & propter operas ſuas, & illas percipiens facit ſuas.*

36 Concilio generali, nomine capituli intereſſentes,

próut

prôut etiam Concilio Prouinciali, vel Synodali
lucrantur diſtributiones quotidianas, Salſed. ad
Bernard. in pract. cap. 52. lit. C. verſ. quartus caſus,
& verſ. idemque pari ratione Cened. pract. & canon.
qu. lib. 1. qu. 1. num. 67. cum alijs per Barboſ. de
offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. num. 158. & in
Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num. 81. &
82. in quibus alios allegat.
37 Quod ſi Canonicus miſſus fuerit à ſuo Epiſcopo
ad viſitanda limina Apoſtolorum eius nomine, vel
ipſe Epiſcopus accedens per ſe ipſum ad viſitanda
limina Apoſtolorum ſecum pro Soccius, & Comi-
te Canonicum ducat, debet lucrari diſtributiones
quotidianas ex conſtitut. Sixti V. de qua Barboſ. in
Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 2. num. 84. &
de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. num. 159. ex
Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. qu. 8. num. 23. San-
ctarel. var. reſol. qu. 11. num. 14. Garz. de benefic. p.
3. cap. 2. num. 348.
38 Sed ſi Canonicus, & alij Præbendati aſſocientur
Epiſcopum extra Eccleſiam non lucrantur diſtribu-
tiones quotidianas, & ita declaraſſe Sac. Congreg.
ſcilicet Non poſſunt canonici duo aut plures aſſocian-
tes eorum Prælatum quandoque volentem audire
miſſam non in Chatedrali, ſed in alia Eccleſia Ciuita-
tis participes fieri diſtributionum quotidianarum, quæ
non niſi præſentibus, & intereſſentibus dantur, refert
Aloyſ. Ric. in prax. rerum quotid. Eccleſ. fori p. 3. tit.
prax. Charitatiui ſubſidij reſol. 96. num. 22. & alle-
gat textum in cap. de cætero & cap. ad audientiam de
Cleric. non reſiden.
39 Iuxta generalem regulam, quod abſens in ſerui-
tio Epiſcopi non poteſt percipere diſtributiones
quotidianas, vt communiter tradunt DD. in cap.
de cætero, & in cap. ad audientiam de Cleric. non reſi-
den. & in cap. vnico eodem tit. in 6. Couar. lib. 3.
var. reſol. cap. 13. num. 2. Monet. de diſtribut. quo-
tid. p. 2. cap. 8. num. 12. circa fi.
40 Et ſic Canonici, qui in ſeruitio Epiſcopi exi-
ſtunt, & illum comitentur ad viſitandam Diœceſim,
non acquirunt diſtributiones quotidianas, & ita
declaraſſe Sacram Congregationem patet ex decla-
rationibus relatis per Garz. de benef. p. 3. cap. 2. nu.
347. Bonac. in tit. de ijs, quæ ad diuin. offic. in Choro
publ. recitand. fac. ſub pæna priuat. diſtribut. diſ. 2.
qu. 5. punct. 3. §. 2. num. 2. tom 1. fo. mihi 666. Na-
uar. conſ. 2. de Cleric. non reſid. & ita etiam ſæpe di-
xiſſe Rot. refert Ric. in ſua prax. deciſ. 500. & 502.
§. notabilia num. 5. & ratio eſt quia non cenſentur
abeſſe in euidentem Eccleſiæ vtilitatem, vt aperté
conſtat ex cap. de cætero, & cap. ad audientiam de
Cleric. non reſid. in quibus iuribus abſentibus in
41 ſeruitio Epiſcopi conceduntur fructus, non autem
diſtributiones quotidianæ.
42 Contrarium videtur tenere Monet. de diſtribut.
quotid. p. 2. qu. 8. num. 22.
43 Pro quarum ſententiarum cócordia, eſt animad-
uertendum, quod ſi beneficium nullos alios habeat
redditus præter quotidianas diſtributiones, & tunc
Canonicus exiſtens in ſeruitio Epiſcopi lucrari de-
bet diſtributiones quotidianas, excepta tertia par-
te, quæ deſeruientibus accreſcit, ne iuris priuile-
gium inſeruiendi Epiſcopo reddatur inutile, &
& fruſtratorium, tum quia hoc caſu diſtributiones
loco fructuum ſuccedunt, & ita declaraſſe Sacram
Congregationem patet ex decretis relatis per Garz.
de benefic. p. 3. cap. 2. num 351. & glo. Panorm. Re-
buff. Perez. Gomez. Nald. Ric. Carol. Macigna, &
Gonzal. hanc diſtinctionem probabilem exiſtimat
Bonac. tit. de ijs, quæ ad Diui. Offic. in Choro pub. re-
cit. fac. diſ. 2. qu. 5. punct. 3. §. 2. num. 3. tom. 1.
fo. mihi 666. vbi ſubdit, quod etiam contrarium
cum magna probabilitate ſubſtineri poſſit, hanc
etiam ſententiam docet Monet. de diſtribut. p. 2. qu.
8. num. 14. verſ. limit. ergo.
44 Declaratur 2. non procedere, vbi adeſt conſue-
tudo legitimé præſcripta ſpatio quadraginta anno-
rum (cum ſit contra ius) de lucrandis diſtributio-
nibus quotidianis à Canonicis Inſeruientibus Epi-
ſcopo, cum ſeruanda eſt, vt poté quia ſit ex iuxta
cauſa, vt inquit Garz. de benef. p. 3. cap. 2. num.
348. Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. qu. 8. num. 15.
45 ab hac tamen opinione diſſentit Nauar. conſ. 2. nu.
2. de Cleric. non reſident. vbi quod Canonicis inſer-
uientibus Epiſcopo conſuetudo non poteſt prodeſſe
ad lucrandas diſtributiones quotidianas.
46 Captus repreſaliarum cauſa, vel obſes datus
ab Eccleſia, tempore quo detinetur diſtributioni-
bus quotidianis non priuatur, ſiquidem vtroque
caſu abſens dicitur ob publicum bonum, atque
Eccleſiæ, vndé non debet ſentire damnum, Monet.
de diſtribut. quotid. p. 2. quæſt. 5. num. 56. & 57.
Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. nu. 165.
& in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num.
85. prôut de damno in rebus prophanis laté com-
probat Odd. in tract. de reſtitut. in integ. qu. 7. art.
8. à num. 46. vſque ad 53. & de detento, & prohi-
47 bito ad Eccleſiam accedere Gratian. diſcept. forenſ.
cap. 591. num. 36. cum ſeq. tom. 3.
48 Abſens veró pró euidenti Eccleſiæ vtilitate di-
ſtributiones quotidianas percipere debet, ac ſi di-
uinis officijs intereſſet, vt ſi abſit cauſa proſequen-
di litem Eccleſiæ, vel procurandi communia nego-
cia in vtilitatem, & neceſſitatem notoriam eiuſdé
Eccleſiæ, textus eſt in cap. vnico §. qui vero de Cle-
ric. non reſident. in 6. laté Monet. de diſtrib. quotid.
p. 2. qu. 11. num. 3. cum ſeq & 32. cum ſeq. Garz.
de benefic. p. 3. cap. 2. num. 362. Gutier. canon. lib.
1. cap. 1. num. 148. Bonac. in tit. de ijs, quæ ad Di-
uini Officij in Choro publ. recit. fac. diſ. 2. qu. 5. punct.
3. à num. 1. tom 1. fo. mihi 662. Steph. Vveymſ. ad
conſtitut. 24. ex antiquo iure deſump. & per Concil.
Trident innouat. conſtit. 11. num. 21. in fi. pag. 100.
Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. num. 171.
& in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num.
86. & 87. vbi ampliat, ſiue quis abiit pro defen-
49 ſione iurium ipſius Eccleſiæ, vel ſui beneficij, ex
Garz. in addit. ad tract. de benef. p. 3. cap. 2. nu. 49.
& ex Rot. coram Seraph. dec. 1098. num. 5, & dec.
1239. & ex alijs coram Manzanedo, & Vbald. per
50 eundem allegatis, & de abſente pro tuendis iuribus
capituli tradit Bonac. in tit. de ijs, quæ ad Diu. offic.
in Chor. pub. recit. fac. diſ. 2. qu. 5. punct. 3. §. 3.
num. 1. & ſeq. tom. 1. fo. 666.
51 Limit. vt hoc procedat primo in ijs dumtaxat,
qui ob propriæ Eccleſiæ, cui adſcripti ſunt, non
autem alterius, vel etiam ſuæ Ciuitatis, vel vni-
uerſitatis vtilitatem, ſecundo, vt Eccleſiæ vtilitas
ſit euidens, & notoria, tertio ſi abſens propter Ec-
cleſiæ vtilitatem fuerit ſolitus diuinis intereſſe,
quarto, niſi abſenti ad tuenda iura Eccleſiæ con-
gruum à Capitulo conſtitutum ſit ſalarium, quia
tunc

Digitized by Google

tunc abſentia non redditur abſenti damnoſa, vndè ceſſat cauſa propter quam percipere deberet diſtributiones quotidianas, vt latè comprobat ſigillatim rationibus, & auctoritatibus has limitationes *Moneta de distribut. quotid. p. 2. quæſt. 11. à num. 31. verſ. limitatur autem vſque ad num. 35.*

52 Contrarium tamen quo ad hanc vltimam limitationem tenet *Bonac. de ijs, quæ ad Diu. Offic. in Choro publ. recit. fac. diſ. 2. qu. 5. punct. 3. §. 3. nu. 3. verſ. amplia 2. tom. 1. fo. mihi* 667. vbi quod etiam ſi conſtitutum fuerit congruum ſalarium, nihilominus conſequi debeat diſtributiones quotidianas, quia ſalarium non cenſetur conſtitutum in recompenſationem diſtributionum quotidianarum, quas amitteret, ſed ad ſubſtinendum laborem, incommoda, & maiores expenſas, quas facere tenetur, ita quod ſalarium conſtitutum vna cum participatione diſtributionum quotidianarum videatur congrua portio, tum pro eius manutentione, tum pro induſtria, ſtudio, & ſuis operibus conferendis occaſione proſequendæ cauſæ pro ſua Eccleſia, & Capitulo, accedente diſpoſitione iuris communis permittentis ob huiuſmodi abſentiam talem perceptionem, cui niſi expreſsè renunciatum fuerit, tacitè per ſalarij acceptationem renunciaſſe non eſt præſumendum.

53 Syndicus, aut Theſaurarius, vel Canepariius Capituli ſaltem, dum iura, & negocia Capituli in iudicio, vel extra proſequitur, & tuetur, non eſt priuandus diſtributionibus quotidianis, licet habeat ſalarium, quod vt plurimum conſtituitur, vt dumtaxat correſpondeat labori, ſecus autem ſi etiam correſponderet lucro quotidianarum diſtributionum, quia tunc, quod non debeantur, fatetur *Moneta de diſtribut. quotid. p. 2. qu. 11. à num. 43. vſque ad* 48.

54 Vicarius tamen Epiſcopi, ſi ſit Canonicus, ſi tempore diuinorum officiorũ Vicarij munus exerceat non debet habere diſtributiones quotidianas, quia tunc non dicitur inſeruire Eccleſiæ, cui eſt adſcriptus, & conſtitutum habet ſalarium pro ſuo officio exercendo, ſecluſa conſuetudine, ſtatuto, aut priuilegio *Iacob. Sborz. in tract. de Vicar. Epiſcop. lib. 1. qu. 43. num. 3. Hoied. in tract. de benef. incompatib. p. 1. cap. 10. num. 16. Garz. de benef. p. 3. cap. 2. nu. 357. relat. per Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. qu. 11. à num. 77. verſ. infertur decimo cum pluribus ſeq.*

55 Abſens verò pro tuendis iuribus ſuæ præbendæ, aut ſui beneficij quod debeat conſequi diſtributiones quotidianas demonſtrauimus *num.* 40. Contrarium tamen latè comprobat *Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. cap. 11. à num. 49. cum pluribus ſeq. Garz. de benef. p. 3. cap. 11. num.* 339. vbi quod tunc neque eidem debeantur fructus, diſtinguit verò *Bonac. in tit. de ijs, quæ ad Diu. Offic. in Choro publ. recit. faciunt diſ. 2. qu. 5. punct. 3. §. 3. num. 2. to. 1, fo. mihi* 667. quod ſi beneficiatus abſit, vt tueatur ius, quod habere prætendit ſuper eodem beneficio contra alterum ſimilem prætentionem habentem, & tunc ei non debentur diſtributiones quotidianæ, quia non dicitur abeſſe in euidentem Eccleſiæ ſuæ vtilitatem, ſed ad proprium commodum, cum parum Eccleſiæ referat, vt potius vnus, quam alter obtineat beneficium, ita etiam ſi abeſſet ad prætendendos fructus beneficij quod poſſidet in alia Eccleſia, ſed ſi abeſt cauſa tuendi iura ipſa beneficij, prò quo debentur diſtributiones, & tunc eas non debet amittere, ex probabiliori ſententia, tum quia tunc dicitur abeſſe in vtilitatem Eccleſię, cum etiam beneficium veniat nomine ipſius Eccleſiæ, & ſit de eius iuribus, vndè intereſt Eccleſiæ, vt eadem iura defendantur, & conſeruentur, nè deſtituta remaneat miniſtris ob deficientiam præbendarũ, vel ſi efficerentur deterioris conditionis, præcipuè ſi beneficium ſit optabile, quod ius reſpicit vtilitatem totius Capituli, & conſequenter quidquid dicat *Moneta* hoc caſu principaliter agitur de iure, quod ad Eccleſiam pertinet, & ſemper pertinebit, & ſecundario de commodo, & vtilitate poſſeſſoris, qui tantum in vita comparatur vſufructuario, in morte vſuario, & ita firmaſſe *Rot. patet ex deciſionibus relatis per eundem Bonac. loco citato nu. 2. verſ. non obſtat, & tenent DD. ſupra allegati num. 40. & ex declaratione Sac. Cong. hoc idem videtur ſentire Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 6. num. 267. Marignus cap. 71. num.* 104.

56 Qui verò tempore diuinorum officiorum Miſſam in ſua Cathedrali, vel Collegiata celebret non lucratur diſtributiones quotidianas, cum tunc non dicatur diuinis officijs cum alijs intereſſe, aut abeſſe in euidentem ſuæ Eccleſiæ vtilitatem, & hoc procedit, ſiue celebret ex onere Capellaniæ, quam in titulum habet etiam in eadem Eccleſia, vel Celebret tamquam Capellanus mercenarius, ſiue ex eleæmoſina recepta, ſiue ex onere legatorum, quod Capitulum, & Canonici ſatisfacere tenentur, aut ſi celebret ex mera deuotione, ſecus autem vbi adeſſet priuilegium Summi Pontificis, vel legitima conſuetudo iuſta de cauſa introducta, vel celebraret de mandato ſuperioris, nam his caſibus debentur diſtributiones quotidianæ, ita reprobato *Moneta de diſtribut. quotid. p. 2. cap. 11. à nu. 48. verſ. infertur tertio vſque ad num.* 56. docet *Bonac. in tit. de ijs, quæ ad Diui. Offic. in Choro publ. recit. fac. diſ. 2. qu. 5. punct. 3. §. 4. per tot. tom. 1. fo. mihi* 667. *qui alios allegat & patet ex declaratione Sac. Congr. & alijs relatis ſupra num.* 19.

57 Infirmus, qui perſonaliter diuinis officijs intereſſe non poteſt in abſentia debet percipere quotidianas diſtributiones, eſt *textus in cap. vnico §. qui vero de Cleric. non reſident in 6. ibi exceptis illis, quos infirmitas, ſeu iuſta, & rationabilis corporalis neceſſitas, aut euidens Eccleſiæ vtilitas excuſaret, Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 13. num.* 8. Nauar. *conſ. 2. num. 3. de Cleric. non reſiden. & cap. 11. num. 10. de hor. canon. Hoied. de incompat. benef. p. 1. cap. 17. num 15. Franc. Leo in Theſaur. fori Eccleſiaſt. p. 3. cap. 1. num. 2. Vgol. de offic. Epiſcop. cap. 19. §. 2. num 6. verſ. excipitur Anton. Fabr. in prax. benef. lib. 2. tit. 5. de preb. num. 39. Garz. de benef. p. 3. cap. 6. num. 363. Fuſcb. de viſitat. lib. 1. cap. 15. num. 25. verſ. & infirmo, & cap. 20. num. 26. Spin. in ſpecul. teſtam. gloſ. 9. prin. num. 30. Cæſar. de Graſſ. de effect. Clerical. effect. 1. num 1172. Sanctarel. var. reſol. qu. 8. in prin. Steph. Vveymſ. ad conſtit. 24. ex antiquo iure deſumpt. & per Concil. Trid. innouat. conſtit. 11. num.* 15. vbi explicat, quæ nam infirmitas, & corporis neceſſitas dicatur iuxta latè *Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. qu. 6. num. 1. & per tot. Bonac. de ijs, quæ ad Diui. Offic. in Choro publ. recit. fac. diſ. 2. qu. 5. punct. 1. num. 1. & per tot. tom.*

Digitized by Google

tom. 1. ſo. mihi 654. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſ. alleg. 53. num. 166. & in Concil. Tridens. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num 88. Paulus Rubeus in adnot. ad dec. 576. num. 125. & 178. p. 4. tom. 3. recen. Gratian. diſcept. 591. num. 35. tom. 3. Seraph. dec. 1111. num. 1. & dec. 1140. Gregor. XV. deciſ. 154. num. 2. ibique Beltram. in addit. num. 7.

58 Ad hunc autem effectum infirmus non ſolum dicitur, qui febri, & mala valitudine laborat, verum etiam, qui ad Eccleſiam ſe conferre non poteſt, quia eſt debilis in cruribus, ſeu tibijs, vel podagra vexetur, aut lepra, alioque morbo contagioſo cogitur ab Vrbe diſcedere, vel medicinam ſumit, aut ſanguine minuitur, vel ſanitatis cauſa balnea, ſeu alium locum petit, vel ſi cæcus efficiatur, & vtroque lumine orbatus remaneat, vt ſigillatim comprobant Moneta de diſtribut. quotid. p. 2. qu. 6. à n. 8. vſque ad 19. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. à num. 89. vſque ad 94. qui alios allegant. Bonac. in tit. de ijs quæ ad Diu. offic. in Choro &c. diſ. 2. qu. 5. punct. 1. num. 13. tom. 1.

59 Quod procedit licet infirmitas propria culpa contracta ſit Garz. de benef. p. 3. cap. 2. num. 363. Macin. de hor. Canon. cap. 71. num. 58. Lotter. de re beneſic. lib. 3. qu. 27. num. 136. Zerola in prax. Epiſcopal. p. 1. in verbo diſtributiones §. 3. verſ. 6. Sanctarel. var. reſol. qu. 8. num. 6. Bonac. in tit. de ijs, quæ ad Diu. offic. in Choro pub. recit. fac. diſ. 2. qu. 5. punct. 1. num. 13. tom. 1. fo. mihi 655. Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. qu. 6. num. 11. verſ. ampliatur quinto Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. num. 168. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num. 95.

60 Limit. vt procedat, vbi infirmus, dum erat ſanus conſueuerit intereſſe Diuinis officijs, alias denegari debent diſtributiones quotidianæ Macin. de horis canon. cap. 71. num. 57. Io. Valer. de differen. inter vtrumque forum verb. horæ canonicæ differ. 2. Vaſq. in Opuſc. de benef. cap. 4. dub. 3. Sanctarel. var. reſol. qu. 8. num. 8. Bonac. in tit. de ijs, quæ ad Diu. offic. in Choro publ. recit. fac. diſ. 2. qu. 5. punct. 1. num. 10. & 14. in fi. tom. 1. fo. mihi 655.

61 Abſens etiam à Choro, & Eccleſia ob iuſtam, & rationabilem corporis neceſſitatem lucrari debet diſtributiones quotidianas, quandiu neceſſitas durat, præciſa tamen conſuetudine in contrarium, vt expreſsè cauetur in cap. vnico de Cleric. non reſident. in 6. ibi ſeu iuſta, & rationabilis corporalis neceſſitas Moneta de diſtribut. quotid. p. 2. qu. 5. nu. 47. Bonac. de ijs, quæ ad Diu. offic. in Choro publ. recit. fac. diſ. 2. qu. 5. punct. 2. nu. 1. tom. 1. fo. mihi 655.

62 Ob corporis verò neceſſitatem quis abeſſe dicitur, primo qui leuandi, & corpus exonerandi cauſa abeſt, ſecundo, ſi quis abſit à Choro, ac etiam à Ciuitate ob metum ne occidatur ab inimicis, vel tempore hoſtilitatis, debet tamen procurare componere inimicitias, vel Canonicatum reſignare, vel permutare, Tertio ſi vi, & coactè, quis priuatim detineatur, vt non poſſit accedere ad Eccleſiam, quarto quando quis timet redire ad patriam ob bellum ciuile, aut externum, quinto ſi peſtis, & lues graſſetur, ſexto quando quis ob cantum nimiũ defatigatus aliquantiſper ſe retrahit à Choro, ſeptimo qui de conſilio Medici domi ſe continet, aut pharmacum ſumit, aut ſanguinem miſit, aut valitudinarius oppido egreditur, vt ſalubriori aura vtatur, & ſimilibus, vt ſigillatim alijs relatis comprobant Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. qu. 5. à nu. 49. vſque ad 59. Bonac. in tit. de ijs, quæ ad Diu. offic. in Choro publ. recit. fac. diſ. 2. qu. 5. punct. 2. à nu. 4. vſque ad fi. tom. 1. fo. mihi 650. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. a num. 99. vſque ad 101.

63 Hinc ſequitur quod iniuſtè carceratus lucrari debeat diſtributiones quotidianas Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 13. num. 8. verſ. vndecimo Nauar. conſ. 10. & 11. num. 3. & ſeq. de Cleric. non reſiden. Macin. de hor. canon. cap. 71. num. 66. Zerol. in prax. Epiſcopal. p. 1. verb. diſtribut. §. 8. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glo. 5. §. 9. num. 15. & 118. Lotther. de re. benefic. lib. 3. qu. 27. num. 145. Garz. de benef. p. 3. cap. 2. num. 363. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 806. num. 13. & cap. 591. num. 31. Barboſ. de Canon. & dignit. cap. 24. num. 42. 43. & 44. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num. 102. Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. qu. 5. num. 80.

64 Qui verò iuſte in carcere detinetur ob crimen patratum, & probatum non gaudet diſtributionibus, quia tunc ſua culpa abeſſe dicitur, qui verò detinetur ob diffamationem patrati criminis, ſi per ſententiam abſolutus fuerit, facit ſuas diſtributiones quotidianas, quia tunc ex iniuſta carceratione, & legitimo corporis impedimento Choro intereſſe non potuit, etiam ſi Iudex ex aliquibus indicijs ſufficientibus ad inquirendum iuſtè deuenerit ad capturam, & etiam ad torquendum, & quamuis prima ſententia condemnatoria contra ipſum lata fuerit, ſed poſtea interpoſita appellatione reuocata, & per ſententiam obtinuerit abſolutionem, vt potè quia appellatio ſuſpendit iudicatum in futurum, & quo ad præſens extinguit, & ita declaraſſe Sacram Congregationem, ſcilicet Quo ad Carceratum Congregatio cenſuit eum non priuari diſtributionibus vſque ad primam ſententiam, quod ſi condemnatus appellet interim non percipiet, ſed ſi in ſecunda inſtantia obtinebit omnia recuperabit ſub die 27. Iulij 1570. referunt Garz. de benefic. p. 3. cap. 2. num. 361. circa fi. Bonac. de ijs, quæ ad Diu. Offic. in Choro pub. recit. fac. diſ. 2. qu. 5. punct. 2. §. 1. à nu. 1. 2. 3. & 4. verſ. Hinc igitur conſtat tom. 1. fol. mihi 657. Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. qu. 5. num. 81. Pignatel. conſult. canon. 387.

65 Amp. etiam in Clerico, qui iniuſtè fuit bannitus, & relegatus, propter eaſdem rationes. Monet. de diſtribut. quotidian. p. 2. qu. 5. num. 80. Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 13. num. 8. verſ. decimo Sanctarel. var. reſol. qu. 9. num. 6. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 591. num. 36. Barboſ. de canonic. & dignit. cap. 24. num. 44. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. nu. num. 103.

66 Limit. vt procedat dummodò iniuſtè carceratus, antea diuinis intereſſe conſueuerat, & ſi ob propriam culpam non fuerit carceribus mancipatus, etiam ſi poſtea teſtibus crimen purgauerit, & in ſui fauorem ſententiam obtinuerit, ac proindè eidẽ non competere reſtitutionem in integrum, quo ad conſequendas dictas diſtributiones, ſicut competit in prophanis bannito, & carcerato ex culpa ſua, tradit Moneta de diſtribut. quotid. p. 2. qu. 5. nu. 81. & 82. & tradunt alij DD. relati per Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. num. 102. verſ. limit. primo & num. 103. in fi. & de canon. & dignit. cap.

cap. 24. num. 44. Bonac. in tit. de ijs, quæ ad Diu. offic. Choro public. recit. fac. diſ. 2. qu. 5. punct. 2. §. 1. num. 4. tom. 1. fo. mihi 657.

67 Iniuſtè pariter excommunicatus, ſuſpenſus, & interdictus non amittit diſtributiones quotidianas, ſi eo tempore, quo excommunicatio iniuſtè in eo lata fuit præſens erat in loco ſui beneficij, ſolituſque erat Diuinis officijs ante impedimentum excommunicationis adeſſe, quia ob impedimentum cenſuræ per ipſum non ſtetit, quin interfuerit, propterea non debet huiuſmodi pœna mulctari, vt reſoluunt Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 13. num. 8. verſ. cæterum Sayr. de cenſur. lib. 2. cap. 5. num 27. Auila eodem tract. lib. 2. cap. 6. diſ. 1. dub. 1. conclu. 1. & ſeq. Surd. de aliment. tit. 1. qu. 85. num. 15. verſ. alius ſecus Lotther. de re beneſic. lib. 3. qu. 21. num. 139. & qu. 27. num. 139. Suoctarel. var. reſol. qu. 9. num. 9. Gratian. diſcept. forenſ. cap 591. n. 38. Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. q. 15. n. 18. iuncto n. 32. 37. & 46. Bonacc. de ijs, quæ ad diu. offic. in Choro pub. recit. fac. diſ. 2. q. 5. punct. 2. §. 2. n. 4. iuncto §. 3. n. 1. & §. 4. n. 1. tom. 1. fo. mihi 658. & 659. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. n. 174. & in collect. ad cap. paſtoralis 53. n. 14. de appel. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. n. 104. & 105, & ita dixiſſe Rot. coram Corduba, & Penia patet ex dec. relatis per Ferentil. in adnot. ad Burat. dec. 694. n. 10. p. 3. Amat. Dunozet. dec. 380. n. 2. tom. 1.

68 Senex verò licet propriè nõ dicatur infirmus, ſi tamẽ ſit ita ſenio cõfectus, vt arbitrio Iudicis ob rationabilem, & iuſtam corporis neceſsitatem nempè, ſi ob decreſcentes corporis vires ærumnis, & doloribus prematur, Choro, & diuinis officijs intereſſe nequeat, modo alias intereſſe conſueuerit percipere debet diſtributiones quotidianas, vndè, qui ſeptuageſimũ; vel Octuageſimum annum expleuit excuſari ab intereſſentia diuinorum officiorum, & tamen percipere debere quotidianas diſtributiones Monet. de diſtribution. quod. p. 2. q. 7. n. 5. & ſeq. & n. 15. vbi ita firmaſſe ſubdit Sac. Cong. in vna Rauennatenſi Menoch. de arbit. quæſt. lib. 2. cent. 1. caſ. 60. n. 10. Bonacc. in tit. de ijs, quæ ad diuin. offic. in Choro pub. recit. fac. diſ. 2. q. 5, punct. 2. n. 6. tom. 1. fo. mihi 656. Sanctarel. var. reſol. q. 8. n. 12. Steph. VVeym. ad conſt. 24. ex antiquo iure deſumpt. & per Concil. Trid. innouat. conſt 11. n. 20. fo. 100. cum alijs allegatis per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 53. n. 164. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de refor. cap. 12. n. 98. ſed tenetur obtinere indultum à Sacra Congregatione Concilij.

69 Quod euidentius patet ex declaratione Sacræ Congregationis, in vna dubij Iubilationis ſub die 7. Iulij 1668. ſequentis tenoris Canonicus decrepitus, & de ſua Eccleſia Cathedrali optimè meritus, & ſeruitium vltra quadraginta annos aſſiduè præſtitum ex huius Sac. Cong. indultu percipit fructus ſui Canonicatus vna cum diſtributionibus quotidianis etiam ſi Choro non interſit, non ſecus, ac ſi perſonaliter omnibus horis diuinis intereſſet.

70 Nec tenetur ſoluere elemoſynam Canonico, qui cantat Miſſam in hebdomadis per turnum eidem ſeni, ſeu Iubilato ſpectantibus, vt reſpondit eadem Sac. Congreg. Concilij in vna Præneſtina 11. Martij 1662.

71 Tenetur verò Canonicus ſenex, ſeu iubilatus celebrare, ſeu celebrari facere Miſſas lectas, quæ eidem obtingũt, ex repartitione facta inter Canonicos, prout de Canonico infirmo declarauit eadem Sac. Cong. in vna Præneſtina 11. Martij 1662. ſcilicet Teneri ad Miſſas celebrandas per alium, exceptis conuentualibus.

72 Limita verò ſupradictas Concluſiones quoad portiones funerales, & mortuaria, quæ non debentur Clerico, cui ex ſupradictis cauſis debentur etiam ſi Choro non interueniat diſtributiones quotidianæ, & ratio eſt, quia huiuſmodi funerales portiones ſimpliciter non veniunt nomine diſtributionum, de quibus loquitur textus in cap. vnico de Cler. non reſid. in 6. ſed ex ſpeciali earum prerogatiua nullo caſu percipiuntur à non intereſſentibus quo ad portionem anniuerſarijs, & funeralibus applicatam, ex veriſimili mente benefactorũ, & fundatorũ, vt ſolum conferri debeant intereſſentibus, & actualiter inſeruienti-
73 bus, vndè neq; ſolent conferri infirmis, & ſic multo minus carceratis, & habentibus alia impedimẽta excuſantia intereſſentiam, ita ex Sac. Cong. teſte Naldo in verbo diſtributio n. 8. docet Bonacc. in tit. de ijs, quæ ad Diu. offic. in Choro pub. recit. fac. diſ. 2. q. 5. punct. 2. §. 1 n. 5. verſ. ego verò tom. 1. fo. 657. contra Quarantam contrarium tenentem in ſumma Bullar. in verbo diſtributiones quotidianæ verſ. de Canonico.

74 Immò Canonicus priuilegiatus, ſeu habens priuilegium percipiendi fructus, redditus, prouentus, obuentiones, & emolumenta ſui Canonicatus etiam ſi non interſit in Choro, non poteſt pretendere portionem ex mortuarijs, & anniuerſarijs, cum ad huiuſmodi priuilegium non extendatur, ex quo non veniant ſub nomine fructuum, reddituum, & emolumentorum ſignificatione, nec competant ratione Canonicatus, & beneficij, ſed ratione legati, aut eleemoſynæ à beneficio, ita docet Bonacc. in tit. de ijs, quæ ad diu. offic. in Choro publ. recit. fac. diſ. 2. q. 5. punct. 4. num. 5. circa fin. tom 1. fo. mihi 672. faciunt per Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. §. 7. proem. n. 187. latè Monet. de diſtrib. quotid. p. 2. qu. 14. à n. 22.

75 Abſens vero cauſa ſtudij cum non dicatur abeſſe in euidentem Eccleſiæ vtilitatẽ, nec ob neceſſariam corporis neceſsitatem, non lucratur diſtributiones quotidianas etiam ſi abſit cauſa operam nauandi ſtudio Theologiæ textus eſt ad literam in cap. licet de præben. vbi glo. Abb. & alij ſcribentes Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 13. n. 2. DD. in cap. vnico de Cler. non reſid. in 6. Garz. de beneſ. p. 3. cap. 2. n. 112. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 7. proem. n. 129. Quaranta in verbo reſidentia, & ita declaraſſe Sacram Congregationem teſtantur Monet. de diſtribution. quotid. q. 10. n. 23. p. 1. Bonacc. in tit. de ijs, quæ ad Diu. Offic. in Chor. publ. recit. fac. diſ. 2. q. 5. punct 4. §. 9. n. 1. tom. 1. fo. mihi 670. Paul. Rub. in adnot. ad dec. 576. n. 145. p. 4. tom. 3. rec. Ric. in prax. quotid. rerum Eccleſiaſt. fori p. 3. tit. prax. Charitat. ſubſidij reſ. 96. n. 17. Corrad. in prax. Diſpenſ. Apoſtolic. lib. 5. cap. 6. num. 28. fol. mihi 143.

76 Quod ſi forte beneficij fructus ſolùm conſiſtant in diſtributionibus quotidianis, & tunc debentur abſenti huiuſmodi cauſa diſtributiones quotidianæ, dempta tertia parte, quæ inſeruientibus accreſcere debet, & iuxta reſolutionem Sac. Congreg. ſcilicet Congregatio cenſuit, Canonicum abſentem ſtudiorum cauſa percipere quidem poſſe fructus præbendæ, non autem diſtributiones quotidianas, quod ſi in huiuſmodi diſtributionibus omnes capituli redditus conſtant, percipere etiam poſſe diſtributiones; dempta tertia par-
77 te; quæ inſeruientibus accreſcit; nullo autem caſu ſu-

ſum

Digitized by Google

tum Canonicum debere percipere diſtributiones quoti-
dianas, Miſſis, aut defunctorum anniuerſarijs appli-
catas, & alia ſic ait *Abſentia cauſa ſtudiorum etiam*
obtenta à Sede Apoſtolica non excuſat ab amiſſione ip-
ſius tertia partis detractæ, quas refert *Corrad. in prax.*
diſpenſ. Apoſtolic. lib. 5. cap. 6. num. 28. fol. mihi
143. latè Monet. de diſtrib. quotid. p. 2. qu. 10. num.
24. cum ſeq. Bonac. in tit. de ijs, quæ ad Diu. offic.
in Choro publ. recit. fac. diſ. 2. qu. 5. punct. 4. §. 9.
num. 2. tom. 1. fo. mihi 671. Aloy Ric. in prax. quo-
tid. rerum Eccleſ. fori p. 3. tit. prax. Charitatini ſub-
ſid. reſol. 96. num. 18. & etiam docet p. 2. tit. prax.
var. reſol. 33. num. 3. & ſeq.
78 Ad hoc autem, vt quis legitimè abeſſe poſſit
cauſa ſtudij, quidquid dicant Doctores hodie pra-
xis obſeruat, vt obtineatur diſpenſatio à Sede Apo-
ſtolica, ſiue ſit ad triennium, ſiue ad quinquen-
nium, ſiue ad ſeptennium, *Pignatel. conſult. canon.*
133. num. 7. Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib.
5. cap. 6. num. 20. verſ. petitur autem diſpenſatio, &
num. 32. vbi quod vlterius requiratur licentia Or-
79 dinarij ad euitandas fraudes, quæ ſub hoc vela-
mine ad effugiendam reſidentiam committi poſſunt
vndè regulariter Pontifex cum hac clauſula expe-
dire ſolet indultum, *ex textu in cap. fi. de Magiſt. ex*
conſtitut. Pij IV. Tertio requiritur, vt ex huiuſmo-
80 di abſentia notabiliter non lædatur Diuinus cul-
tus, quarto requiritur, vt ſtudium exerceat, &
literis operam nauet in vniuerſitate ſtudij genera-
lis, aut Collegio approbato, in quo pateat omni-
bus aditus, quinto vt det operam ſtudio prò ma-
iori anni parte, iuxta quam in tali loco operam
ſtudijs dari ſolet *Bonac. in tit. de ijs, quæ ad Diu. of-*
fic. in Choro pub. recit. fac. diſ. 2. qu. 5. punct. 4. §.
9. à num. 7. vſque ad 10. tom. 1. fo. mihi 671. Cor-
rad. in prax. Diſpenſ. Apoſtolic. lib. 5. cap. 6. num.
35. Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. qu. 10. num. 17.
cum pluribus ſeq. Viuian. de iurep. p. 3. lib. 15. cap.
3. num. 154. cum ſeq. Ric. dicta p. 2. var. reſol. 33.
num. 5.
81 Supradicti omnes caſus, & alij, quibus in
abſentia debentur diſtributiones quotidianæ, enu-
merantur, & comprobantur à *Viuian. de iurep. p. 3.*
lib. 15. cap. 3. à num. 127. cum pluribus ſeq. & à
Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib. 5. cap. 6. num.
37. verſ. primus eſt enim Gratian. diſcept. 591. à nu.
34. vſque ad fi.
82 Duo tamen copulatiuè requiruntur, vt abſens à
ſeruitio ſuæ Eccleſiæ lucretur fructus, & diſtribu-
tiones quotidianas, videlicet iuſta cauſa abſentiæ,
& licentia Ordinarij ad tradita per *gloſ. in cap. rela-*
tum in verbo Prælatorum & ibi Abb. in 4. notab. de
Cleric. non reſiden. Felin. in cap. fi. ad verſ. ſexto li-
mit. de Magiſtris, & dixit Rot. dec. 608. num. 1. p.
1. recen. vbi num. 4. ſubdit etiam ſi ex conſtitutio-
83 nibus Eccleſiæ eſſet petenda à Capitulo, cum non
debeat peti à Capitulo priuatiuè ad Epiſcopum,
ſtante diſpoſitione *Sac. Concilij Trid. ſeſſ. 23. de re-*
form. cap. 1. §. eadem, vbi diſponitur non licere ab-
eſſe abſque licentia Epiſcopi, & cauſa prius cogni-
84 ta, & probata, & quatenus etiam eſſet denegan-
da, eſt petenda. cum ſit de forma *Card. in Clement.*
1. §. volumus num. 2. de foro competen.
85 Generalis vero regula eſt, vt abſentibus ex cau-
ſa voluntaria non debeantur diſtributiones quoti-
dianæ, ſecus ex cauſa neceſſaria, & ſtatuta aliter
diſponentia hanc interpretationem recipere debent
à iure communi *Rot. dec. 694. num. 4. & 5. coram*
Burat.
86 Vbi autem quis impediatur intereſſe Choro, ob
litem motam, & ſequeſtrationem poſſeſſionis, vel
ob aliud impedimentum, vndè capere non poteſt
poſſeſſionem ſui beneficij eidem collati, non debet
amittere diſtributiones quotidianas, præcipuè ac-
87 cedente proteſtatione per prouiſum de impedimen-
to ratione litis, & per ſe non ſtetiſſe, neque ſtare,
quin reſideat, quæ proteſtatio ad hunc effectum
per Rotam multum attendi ſolet, vt dixit *dec. 694.*
num. 5. vſque ad num. 8. coram Burat. ex Pute. dec.
233. num. 3. & dec. 373. num. 5. lib. 1. & in recen.
dec. 244. num. 1. in fi. p. 1. & tradit Monet. de di-
ſtribut. quotid. p. 1. qu. 6. num. 16. verſ. aut etiam.
88 Limit. primò quod dicta proteſtatio non eſt ne-
ceſſaria, quando agitur contra Capitulum, quod
iniuſtè denegauit poſſeſſionem tradere, tunc enim
non reſidenti debentur fructus, licet nulla adſit pro-
teſtatio *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 7. proœm. num.*
161. verſ. & hæc quinta, Gratian. diſcept. forenſ. cap.
591. num. 42. tom. 3. Ferentil. in adnot. ad Burat.
dec. 694. num. 11. Puteus dec. 373. in fi. lib. 1. Cæ-
cin. dec. 21. nu. vltim.
89 Limit. 2. vt nec ſit neceſſaria proteſtatio, vbi
agitur contra illum, qui per violentiam impedit
prouiſum, ne poſſeſſionem adipiſcatur *Gonzal. ad*
regul. 8. Cancell. §. 7. proœm. num. 161. verſ. quin-
to limita Gratian. diſcept. forenſ. cap. 591. num. 41.
tom. 3. & ita firmaſſe Rot. coram Blanchetto patet ex
deciſ. relat. per Ferentil. in adnot. ad Burat. dec. 694.
num. 12.
90 Immo quod huiuſmodi proteſtatio non ſit ne-
ceſſaria, cum ſufficiat de impedimento legitimè
conſtare *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 591. num. 51.*
& dec. March. 34. num. 19. & dec. 120. num. 9. Ca-
putaq. dec. 73. p. 2.
91 Vbi tamen quis allegat impedimentum, ad effe-
ctum euitandi iacturam diſtributionum quotidia-
narum, tenetur probare illud fuiſſe iuſtum, & re-
moueri non potuiſſe *Monet. de diſtribut. quotid. p. 2.*
qu. 5. num. 43. Cum alias Clericus, qui tenetur
reſidere in Eccleſia, ſi abeſt præſumitur malitiosè,
ac ſine iuſta cauſa abeſſe, vt notat *Abb. in cap. fin.*
num. 14. verſ. & inter cætera de eo, qui mittit. in
poſſeſ. rei, ſer. cauſ. & dixit Rot. dec. 652. num. 8.
coram Amat. Dunozet.
92 Iniuſtè excommunicatus, licet non amittat di-
ſtributiones quotidianas, vt fuit dictum *num. 62.*
ſecundum tamen communem opinionem recupera-
re debet à Capitulo, non autem ab eo, qui fuit cau-
ſa, vt excommunicaretur *Monet. de diſtribut. quo-*
tid. p. 2. qu. 15. num. 32. & 42. cum ſeq. in quibus
locis ſubdit, quod *Vgolin. de cenſ. tab. 2. cap. 12.*
num. 4. contrarium tenentem loquatur contra com-
munem ſententiam *Amat. Dunozet. dec. 380. num.*
3. & 4. tom. 1.
93 Limit. vt hæc concluſio locum ſibi vindicet,
quando excommunicatio per Iudicis decretum fuit
declarata nulla, & iniuſta *Felin. in cap. Apoſtolicæ*
num. 12. de except. Nauar. conſ. 11. num. 6. de Cle-
ric. non reſiden. vol. 1. Foller. in prax. crim. canon. p.
3. cap. 33. num. 111. Amat. Dunozet. dec. 380. nu.
5. tom. 1.
94 Lim. 2. vt procedat quando excommunicatus in-

ſterit pro abſolutione, & pro cauſæ cognitione, cum alias diſtributiones eo tempore debitas non recuperet *Vgolin. de cenſ. tab. 2. cap. 12. num. 4. in prin. Amat. Dunozet. dec. 380. num. 6. tom. 1.*

95 Limit. 3. vt procedat, quando ante cenſurarum comminationem, & ante ſententiam excommunicationis Diuinis officijs in Choro intereſſe erat ſolitus *Couar. in ſelect. cap. alma mater p. 1. cap. 8. nu. 5. de ſenten. excommun. in 6. verſ. 12 hinc etiam Surd. in tract. de aliment. tit. 1. qu. 82. num. 15. Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. qu. 15. conclu. 2. quos refert, & ſeq. Rot. dec. 380. num. 7. coram Amat. Dunoz. tom. 1.*

96 Ita tamen acquiruntur diſtributiones quotidianæ beneficiato, eiuſque hæredibus, vt in eiſdem non cadat ſpolium ad tradita per *Redoan. de ſpol. qu. 1. num. 27. Gonzal. ad reg. 8. Concell. §. 7. proem. num. 173. Caſſad. dec. 6. in prin. & ſub num. 9. in fi. verſ. ex quibus de præc. Amat. Dunoz. dec. 336. nu. 13. tom. 1.*

97 Ex priuilegio Summi Pontificis poteſt quis per alium inſeruire, & percipere diſtributiones quotidianas, quamuis abſit ab Eccleſia, vt tradunt DD. relati per *Cened. pract. qu. 1. num. 26. Calderin. conſ. 1. dub. 2. de Cleric. non reſiden.* & quod pariter conſuetudine introduci poſſit, vt deſeruiens per ſubſtitutum acquirat diſtributiones quotidianas, cum conſuetudine introduci poſſit, quidquid poteſt priuilegio concedi, vt tradunt DD. relati per *Pignatel. conſult. canon. 129. num. 52.*

98 Præfatæ tamen ſententiæ non videtur adhærendum, quia vbi electa eſt induſtria perſonæ quo ad ſeruitium perſonale in Choro præſtandum, nequit per alium præſtari, etiam ex conſuetudine, quæ potius corruptela reputari debet, tamquam aduerſatiua, & contra ſacros Canones, & Sacrum Concilium Tridentinum, ex ſupra deductis, Summus enim Pontifex hoc concedere ſolet potius per viam diſpenſationis, quam per viam Priuilegij, præcipuè concurrente iuſta, & rationabili cauſa, nec per conſuetudinem obtinere poſſumus ea, quæ Summo Pontifici reſeruata ſunt, & indigent eius diſpenſatione, cum ſolus Pontifex diſpenſare poſ-

99 ſit, & tollere valeat ea, quæ ſunt iuris poſitiui, *Sperel. dec. 45. num. 47.* & ex vrgenti cauſa in aliquo caſu particulari diſpenſare, aduerſus ius di-

100 uinum, vel interpretare, & declarare præceptum, ſeu ius diuinum non habere locum in illo caſu, ex

101 quo lex diuina non obliget cum incommodo, *Sperel. dec. 37. num. 22. & 33.*

PRAENESTINA CONTRIBVTIONIS SEMINARII.

ARGVMENTVM.

TEſtator relinquendo legatum, ſeù Capellaniæ erectionem cum onere celebrandi Miſſas nulla facta menſione de conſenſu, & auctoritate Epiſcopi, an cenſeatur voluiſſe inſtituere beneficium Eccleſiaſticum, & ex quibus dignoſcatur beneficium eſſe Eccleſiaſticum, vel ſimplex legatum pium, vtiliter explanatur.

SVMMARIVM

1 Ex relictis pro celebratione Miſſarum non eſt contribuendum Seminario. Declara vt num. 32.

2 Legatum factum cum onere celebrandi Miſſas non eſt beneficium Eccleſiaſticum.

3 Teſtator non cenſetur voluiſſe erigere beneficium Eccleſiaſticum, ſi erigendo Capellaniam voluit quod ad ſolos laicos prouiſio ſpectet.

4 Beneficium Eccleſiaſticum non dicitur vbi repugnat fundatoris intentio.

5 Capellania, quæ ex diſpoſitione teſtatoris non debet erigi in titulum, non efficitur collatiua, & Eccleſiaſtica per Epiſcopi erectionem, nec mutatur eius natura num. 6. Declara vt num. 24.

7 Epiſcopus in præiudicium eorum quibus competit ius non poteſt alterare qualitatem Capellaniæ.

8 Hoſpitalia, quæ reguntur à laicis, nec dantur in titulū, aut annexum non habent beneficium, non tenentur ſoluere Seminario.

9 Ita etiam Confraternitates laicorum.

10 Beneficium Eccleſiaſticum indicat mentio facta per teſtatorem de patronorum electione, vacatione nominatione, & præſentatione.

11 Declara quod dicta verba verificari poſſunt etiam in libera collatione, ſeù Miniſtri deputatione ad officiandum ex intentione loquentium, prout etiam eligere, & præſentare.

12 Prout etiam verba patroni, & patronatus, & ſimilia adaptantur, & verificari poſſunt etiam in Capellanijs pijs, & per ſe ſolum non tribuunt qualitatem beneficij Eccleſiaſtici.

13 Teſtator ſimpliciter inſtituendo Capellaniam cenſetur inſtituere voluiſſe beneficium Eccleſiaſticum, licet non fecerit menſionem Epiſcopi, vbi ſumus in vltima voluntate, ſecus inter viuos.

14 Quod veriſimile redditur eſt attendendum.

15 Veriſimilitudo in coniecturanda mente teſtatoris multum operatur.

16 Capellania fundata auctoritate Epiſcopi efficitur beneficium Eccleſiaſticum.

17 Præcipuè ſi habeat quid ſpiritualitatis annexum.

18 Si conferatur Clerico, & non laico, & collatio fieri nequeat niſi ab Epiſcopo num. 19.

20 Inſuper ſi ſit perpetua, & non ad nutum amouibilis.

21 Et Epiſcopus alteri conferat nulla adiecta conditione

22 Quibus requiſitis concurrentibus beneficium, & Capellania cenſentur Eccleſiaſtica.

23 Inſuper ſi accedat locus erectionis, leges fundationis, & dos Capellaniæ.

25 Capellaniæ fundatio regulariter fieri ſolet cum auctoritate Ordinarij.

26 Ordinarij excluſio, ſeù prohibitio teſtatoris, vt ſe non intromittat an teneat num. 27.

28 Capellania amouibilis per Ordinarij inſtitutionem non efficitur collatiua.

29 Capellania etiam perpetua fundata abſque Ordinarij conſenſu, nunquam poteſt aſſumere naturam beneficij Eccleſiaſtici.

30 Vltimus ſtatus in beneficijs non attenditur, ſi conſtat de anteriori ſtatu laicali.

31 Capellania in dubio ex multis ſignis, & argumentis præſumitur beneficium Eccleſiaſticum.

DECISIO XXI.

TEſtamento, quo deceſſit Soror Maria Franciſca Gallutia Religioſa Tertij Ordinis Sancti Franciſci diſpoſuit, *In tutti li altri ſuoi beni &c. inſtituiſce herede vniuerſale la venerabil Cappella di Santa Chiara poſta nella Chieſa delle RR. Madri di Peleſtrina*

ſtrina, con conditione però, che ſi veda à quanto aſcendano li ſuoi beni, detrattone li ſudetti legati, e delli frutti di eſſi ſi debbiano far celebrare tante Meſſe, quante ce n'entrano in qualſivogl'anno in infinito à ragione di tre giulij per Meſſa dal infraſcritto Cappellano.

Item vole, è nomina Cappellano di detta Cappella il Sig. D. Franceſco Colabrichia.

Item vole doppo la morte &c. la nominatione di d. Cappellano ſi faccia dalla Sig. Sulpitia ſua nepote, e ſuoi figliuoli, e ſucceſſori in infinito.

Sequuto obitu præfatæ Mariæ, vt huiuſmodi diſpoſitio ſuum ſortiretur effectum fuit pro parte dicti Franciſci Capellani primo loco nominari, & Dominici Colabrichiæ executoris teſtamentarij inſtatum coram Ordinario Præneſtino prò Capellaniæ erectione, prout auctoritate Ordinaria in titulum collatiua erecta fuit, cum reſeruatione iuris nominandi Capellanum ad fauorem vocatorum, ad quorum nominationem contingente caſu vacationis expeditæ fuerunt ab Ordinario Bullæ collationis, ſeu inſtitutionis.

Exiſtente igitur huiuſmodi Capellania in ſtatu collatiuo, & habita prò Eccleſiaſtica ob erectionem Ordinarij auctoritate factam, ſuper eius redditibus fuit impoſita taxa pro manutentione Seminarij ad præſcriptum *Sac. Concilij Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 18.* ſed huiuſmodi taxæ ſubſiſtentiam D. Io. Baptiſta Petruccinus Capellaniæ modernus poſſeſſor in dubium refrigando, habuit recurſum ad Sacram Congregationem Eminentiſſ. DD. S.R. Eccleſiæ Cardinalium Sacri Concilij Interpretum, à quibus ad me prò informatione remiſſa inſtantia, tempore, quo Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. D.D. Cardinalis Facchenetti Epiſcopi Præneſtini Vicarij Generalis munus gerebam, aſſumpta fuit diſputatio, an ex Capellania, de qua agitur contribuendum ſit Seminario, & ad hunc effectum beneficium Eccleſiaſticum reputetur.

Et pro negatiua animaduertebam, præfatam Capellaniam non eſſe beneficium Eccleſiaſticum, ſed pium tantum legatum celebrandi quotannis tot Miſſas lectas ad rationem trium iuliorum ad menſuram, & quantitatem redditunm bonorum relictorum adimplendum per Capellanum nominandum à perſonis, ad quorum fauorem dicta teſtatrix huiuſmodi ius honorificum reliquit, à reli-
1 ctis enim prò celebratione Miſſarum non eſt contribuendum Seminario, vt alias declarauit eadem *Sac. Cong. & deciſum refert Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 18. num. 18.*

2 Legatum quidem factum, cum onere celebrandi Miſſas, etiam ſi attributum fuerit nomen Capellaniæ, non cenſetur beneficium Eccleſiaſticum, ſed quid laicale reputatur, quod non venit ſub diſpoſitione Sacri Concilij ad effectum ſoluendi Seminario *Felin. in cap. ex parte il 2. num. 2. de reſcript. Nauar. conſ. 5. num. 1. & conſ. 7. num. 1. de præb. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 5. num. 5. Sarnen in regul. de annal. qu. 20. Rot. dec. 224. num. 1. & 5. coram Burat. & dec. 101. nu. 1. tom. 1. coram Amat. Dunozet.*

3 Non autem cenſetur teſtatorem voluiſſe erigere beneficium Eccleſiaſticum, quando erigendo Capellaniam, voluit quod ad ſolos laicos prouiſio ſpectet *Card Seraph. dec. 611. num. 1.* vt in præſenti, dum ex contextu teſtamenti clarè deducitur teſtatricem voluiſſe perſonis per eam nominatis plenam reſeruare diſpoſitionem dictæ Capellaniæ, & deputationem Capellani abſque interuentu, & alterius auctoritate, & cura, vndè fundatricis inten-
4 tio videtur repugnare, vt dicatur beneficium Eccleſiaſticum, *Nauar. conſ. 5. num. 3. verſ. ad ſecundam quæſt. de præben. Perez. de Lara in eius tract. de anniuerſ. & Capel. lib. 2. cap. 1. à num. 22 verſ. ſed velim. & ſeq. & magiſtraliter dixit Rot. in Pampilonen. Capellania 25. Maij 1646. §. quinimò ex lectura coram Em. Card. Corrado.*

5 Hinc non videtur obeſſe ſubſecuta erectio huius Capellaniæ facta ab Ordinario, & ſucceſſiuæ collationes, ſeù inſtitutiones poſtmodum emanatæ, quia Capellania, quæ ex diſpoſitione teſtatricis non debet erigi in titulum, non efficitur collatiua per Epiſcopi erectionem, & Capellani inſtitutionem, etiam conſentientibus primis hæredibus, cum non poſſint præiudicare ſucceſſoribus circa modum eligendi Capellanum *Petrus de Lara de anniuerſ. & Capellan. lib. 1. cap. 2. num. 105. & 106. Garz. de beneſic. p. 1. cap. 2. num. 105. 106. & 107. vbi ita dixiſſe Rot. coram Seraph. & Quiroga faciunt tradita per eandem Rot. in Maceraten. Capellania 10. Maij 1660. coram Beuilaqua.*

6 Neque per Ordinarij auctoritatem interpoſitam aut etiam per Apoſtolicam prouiſionem cenſetur mutata natura legati, *Dec. conſ. 126. num. 3. in fi. Rot. dec. 611. & ſeq. coram Card. Seraph. dec. 639. à num. 5. vſque ad 9. coram Card. Caualer. dec. 224. num. 1. 5. & 6. coram Burat. dec. 101. num. 2. 3. 4. & 5. coram Amat. Dunozet. repetit. in recen. deciſ. 238. p. 5. & dec. 138. num. 1. circa med. verſ. quia licet p. 1. & dec. 580. num. 7. p. 2. recen.*

7 Eſt enim Epiſcopo interdictum alterare qualitatem Capellaniæ contra voluntatem teſtatricis, aut in præiudicium eorum, quibus eius vigore competit ius *ad textum in cap. porrò extra de priuil. & in Clement. quia contingit. §. aut autem de Religioſ. Dom. Perez. de Lara de anniuerſ. cap. 1. num. 23. & perperam faciunt Ordin. Rot. in Ripana Oratorij 10. Maij 1591. coram Gypſio & in recen. deciſ. 272. ſub num. 2. verſ. quia facit p. 1. dec. 254. num. 7. verſ. non obſtat denique p. 2. deciſ. 238. num. 3. verſ. non obſtat quod in promiſſione, & ſeq. p. 5. & penes Burat. dec. 224. num. 6. verſ. vnde permutatio & ſeq. quas refert & ſequitur Rot. in Pampilonen. Capellania 25. Maij 1646. §. tum quia neque coram Card. Corrado.*

8 Ac proinde cum perperam acceſſerit Ordinarij auctoritas in fundatione huius Capellaniæ fundatricis diſpoſitio nullam recepit alterationem, ſed remanſit in ſua natura ſimplicis relicti prò celebratione Miſſarum excludentis qualitatem beneficij Eccleſiaſtici, & conſequenter taxam Seminarij, ad quam neque tenentur Hoſpitalia, quæ adminiſtrantur à laicis, & non dantur in titulum, aut annexum non habent beneficium, vt ex *Zerol. Ric. Armendar. Thom. Non. Steph. Vveymſ.* docet *Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 18. num. 19. & de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 77. num. 6. & 7. Gauant. in Manual. Epiſcop. in verbo Seminarium num. 28. & ita declaraſſe Sac. Cong. poteſt ex decretis relatis per Nicol. in ſuis floſculis in verbo ſeminarium num. 9. verſ. nec Hoſpitalia.*

9 Ita pariter Confraternitates laicorum, ſi non habeant beneficia Eccleſiaſtica annexa, aut non poſſideant bona Eccleſiaſtica, non tenentur contribuere Seminario, & ea alijs redditibus nihil hac de cauſa detrahi poteſt, ita ex *Sel. reſalutum teſtatur Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 18. num. 15. Ganant. in manual. Epiſcop. in verbo Seminarium num. 33. Nicol. in ſuis floſculis eod. verb. num. 9. verſ. nec Confraternitates*.

10 Minuſque vrgere videbatur, quod Teſtatria mẽtionem fecerit de vacatione huius Capellaniæ, & nominatione in infinitum facienda à D. Sulpitia, eiuſque ſucceſſoribus, & ſic de patronorum electione, & præſentatione, quæ verba Eccleſiaſticum beneficium Ordinarij inſtitutioni, & confirmationi ſubiectum indicant *cap. decernimus 26. qu. 7. cap. nihil extra de elect. Rebuf. in prax. benefic. in tit. de elect. ſub num. 3. verſ. & iſta dicitur Greg. XV. dec. 66. ſub num. 6. verſ. electio enim*.

11 Quia huiuſmodi verba, ſicuti etiam eligere, & præſentare ea intentione loquentium verificari poſſunt etiam in libera collatione, ſeu deputatione Capellani, ſeu Miniſtri ad officiandum abſque alterius miniſterio *Rebuf. dicto tit. de election. num. 4. Rot. dec. 27. num. 1. de praben. in nouis Greg. XV. dec. 66. num. 1. Rot. in recen. deciſ. 567. num. 8. p. 5.*

12 Et huiuſmodi verba, prout illa Patroni, & Patronatus etiam verificari poſſunt in habentibus ius eligendi Sacerdotem ad celebrandum, & officiandum, ex vulgari loquendi vſu, & adaptantur etiam Capellanijs pijs, & non Eccleſiaſticis, adeò ut, vel per inaduertentiam prolata, vel ſecundum promiſcuum loquendi vſum vſurpata, tribuere nequeunt qualitatem beneficij Eccleſiaſtici, iuxta notata per *Roch. de Curte de iurep. p. 1. ſub num. 5. in 2. qu. ad fi. verſ. quandoque dicitur patronus Lambert. eodem tract. p. 1. lib. 1. qu. 1. art. 2. num. 7. fo. 3. & art. ſeq. ſub num. 1. & 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 5. ſub num. 20. 21. & 28. verſ. pariter quoque Garz. de benef. p. 1. cap. 2. ſub num. 105. verſ. vnde apparet Rota in dicta Pampilonen. Capellania 25. Maij 1646. §. Hinc etiam & §. atque ideo coram Card. Corrado*.

13 Prò affirmatiua verò ponderabam præfatam diſpoſitionem non concernere tantum ſimplex relictum prò celebratione Miſſarum, ſed verè beneficium, ſeù perpetuam Capellaniam Eccleſiaſticam, nam teſtator ſimpliciter inſtituendo Capellaniam, nulla facta mentione, ſeù non requiſita auctoritate Epiſcopi cenſetur inſtituere voluiſſe beneficium Eccleſiaſticum, præcipuè in Capellanijs inſtitutis in vltima voluntate, in quibus non videtur excluſa auctoritas Ordinarij, & erectio ab eodem facienda, dum tantum exigatur, & interuenire ſoleat poſt mortem teſtatoris, quando effectum ſunt habituræ, ad differentiam Capellaniæ inſtitutæ inter viuos irrequiſito Ordinario, quę cum de præſenti ius ſuum ſortiatur effectum Ordinarij omninò excluditur, & Capellania remanet merè laicalis, vt pulchrè tradit *Garz. de benefic. p. 1. cap. 2. num. 109. cum duobus ſeq.*

Quod fortius videbatur attendendum in præſenti, quia poſt obitum dictæ Teſtatricis deuentum fuit ad Capellaniæ erectionem ab Ordinario ad inſtantiam Franciſci Colabrichiæ Capellani primo loco nominati ab eadem Teſtatrice, & Dominici Colabrichiæ executoris teſtamentarij, qui tamquã bene informati de eius voluntate, dum curauerunt executioni demandare ſuam diſpoſitionem, non eſt veriſimile, quod voluerint adire Epiſcopum, & adimere libertatem legati, eidem ſupponere, ſi vere intentio Teſtatricis non fuiſſet erigendi beneficiũ
14 Eccleſiaſticum, eſt enim attendendum quod veriſimile redditur *l. ſi. in ſi. ff. de contrahend. ſtipulàt.*
15 & veriſimilitudo in coniecturanda mente Teſtatricis multum operatur *l. cum res in prin ff. de legat. 1. Peregrin. conſ. vltim. num. 7. lib. 5. Rot. dec. 77. nu. 22. p. 7. recen.*

16 Ex qua ratione ſubuertitur motiuum ſimplicis relicti prò celebratione Miſſarum, dum huiuſmodi Capellania habet omnia requiſita, ex quibus dignoſcitur eſſe beneficium Eccleſiaſticum, vt potè quia fundata fuit auctoritate Epiſcopi, *glo. in Clement. 1. in verbo beneficium in fi. de decimis, vbi DD. eſt text. in cap. ad hoc de religioſ. dom. Felin. in cap. ex parte il 2. num. 2. in cap. in noſtra ſub num. 9. verſ. de prima de reſcript. & conſ. 45. ſub num. 2. & 3. Calderin. conſ. 20. verſ. nam auctoritas de iurep. Nauar. conſ. 5. ſub num. 1. & conſ. 6. num. 1. de præb. Valaſch. conſult. 60. ſub num. 12. & ſeq. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glo. 5. in prin. num. 7. & num. 20. & ſeq. Viuian. de iurep. lib. 1. cap. 1. num. 61. Ric. in prax. quotid. Rer. Eccleſiaſt. fori p. 1. tit. prax. Sacrament. Ordin. reſol. 271. num. 1. Garz. de benefic. p. 1. cap. 2. num. 102. Perez. Lara in tract. de anniverſ. & Capellan. lib. 2. cap. 1. num. 34. & 35. Barboſ. de iure vniuerſal. Eccleſ. lib. 3. cap. 4. num. 15. Cæſar. de Graſſ. dec. 13. num. 9. de præben. Burat. dec. 81. num. 4. & 5. Ferentil. in addit. ad eundem dec. 1. num. 24. idem Burat. dec. 224. num. 2. Amat. Dunozet. dec. 101. num. ... Rot. dec. 182. num. 1. p. 1. dec. 264. num. 1. p. 2. diu. dec. 561. ſub num. 3. p. 2. dec. 268. num. 2. p. 3. dec. 238. num. 2. p. 5. deciſ. 257. num. 29. p. 6. recen. & in Pampilonen. Capellania 25. Maij 1646. §. verum DD. coram Cardinal. Corrado*.

17 Vlterius habet quid ſpiritualitatis annexum, onus ſcilicet ſpirituale celebrationis Miſſarum, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 397. num. 56. tom. 2,*
18 confertur Clerico, & non laico *cap. cum adeo de reſcript. cap. 2. de inſtit.* & hæc collatio fieri nequit
19 niſi ab Epiſcopo pròut primæua eius erectione hactenus obſeruatum fuit *cap. ſi quis deinceps cap. ſi quis nullus 16. qu. 7. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 1. qu. 3. in prin. verſ. primo*.

20 Eſt inſuper perpetua; & non ad nutum amouibilis, quod præcipuè congruit beneficio Eccleſiaſtico *cap. ſanctorum 70. diſt. cap penult. extra de Cleric. egrotan. Nauar. conſ. 5. & 6. vtrabique num. 1. de præb. & conſ. 43. num. 8. de Simon. Caſſad. dec. 4. num. 2. & deciſ. 12. num. 9. de præb. Cæſar. de Graſſ. dec. 13. num. 7. eod. tit. Achil. dec. 1. ſub num. 9. de offic. Vicar. Canaler. dec. 639. num. 39. Burat. dec. 224. num. 4. & in recen. deciſ. 24. ſub num. 6. & dec. 254 num. 3. p. 2.*

21 Et Epiſcopus conferens, ſeù inſtituens non ſibi, ſed alteri confert, & inſtitutionem facit purè, nulla extrinſeca conditione adiecta *cap. ſi. de inſtit. cap. ſi quis Doctor. cap. ſi quis obierit 1. qu. 3.*

22 Quibus requiſitis concurrentibus omnes fatentur beneficium eſſe Eccleſiaſticum, vt comprobat *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 5. à num. 7. vſque*

ad

Google

ad 14. Garz. de benef. p. 1. cap. 2. à num. 7. cum ſeq. Viuian. de iurep. lib. 1. cap. 6. à num. 61. vſque ad 66. Ric. in prax. quotid. rerum fori Eccleſiaſt. p. 1. tit. prax. Sacram. Ordinis reſol. 271. per totam Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 57. à num. 141. cum ſeq. Burat. dec. 224. num. 2. 3. & 4.

23 Accedunt etiam locus erectionis, leges fundationis, onus ſpirituale celebrationis Miſſarum præſcribentes, & dos Capellaniæ, quæ ſunt materialia beneficij Eccleſiaſtici recipientis ſubſtantialem, & eſſentialem formam ab auctoritate, & conſenſu Epiſcopi *cap. nemò de conſecrat. diſ. 1. Abb. conſ. 4. num. 1. p. 2. Calderin. conſ. 20. ſub num. 1. de iurep. Felin. in cap. in noſtra ſub num. 9. extra de reſcript. Cæſar. de Graſſ. dec. 13. num. 3. de præb. Rot. deciſ. 509. ſub num. 1. p. 4. diu. & dec. 254. num. 2. p. 2. recen.*

24 Atque ideò quamuis non cenſeatur immutata natura legati per Ordinarij auctoritatem interpoſitam, vbi colligitur teſtatorem noluiſſe fundare beneficium collatiuum, hoc tamen ſibi locum vindicat, vbi reluctatur voluntas teſtatoris, vt declarat *Garz. de benefic. p. 1. cap. 2. ſub num. 108. Rot. dec. 1122. lib. 3. p. 3. diu.*

In præſenti verò ſiue attendatur perſona Teſtatricis, quæ erat Religioſa Tertij Ordinis S. Franciſci, ſiue teſtamenti contextus nulla legitur repugnantia, & verba, quæ valeant excludere, ſed potius includere auctoritatem Ordinarij ex ſupra deductis, ponderando etiam, quod Capellaniam denominauit perpetuam, & non amouibilem cum reſeruatione nominandi Capellanum ſuis conſanguineis contingente caſu vacationis, quæ regula-
25 riter fieri ſolent adhibita Ordinarij auctoritate, vbi expreſsè nõ excluditur, immo quod non ſubſti-
26 neatur huiuſmodi excluſio, eſt *textus in cap. 1. & 2. 10. qu. 1. & probat Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 5. num. 42. Garz. de benefic. p. 1. cap. 2. num. 97. latè Rot. dec. 10. per tot. in antiq. in tit. de teſtam.*

27 Vnde prædictis non reſiſtunt deciſiones in contrarium allegatæ, & quæ allegari poſſunt, etenim vel loquuntur de legato, vbi expreſsè excluditur Ordinarius, in quibus terminis procedunt *deciſio-*
28 *nes* ſupra allegatæ *Seraph. & Burat.* vel de Capellania amouibili, quæ etiam accedente Ordinarij inſtitutione non efficitur collatiua, vt animaduertunt aliæ *deciſiones Caualer. & Beuilaqua*, vel de
29 Capellania à primæua eius erectione fundata, ſine Ordinarij conſenſu, & auctoritate, vt eſt caſus *deciſionis Pampilonen. Capellaniæ coram Card. Corrado.*
30 Vel vbi conſtat de anteriori ſtatu laicali, & temporali, qui per ſubſecutas inſtitutiones non mutatur, in quibus terminis loquitur alia *deciſio Amati Dunozet.*

Hic enim verſamur in Capellania perpetua, quę nunquam fuit in ſtatu ſæculari, ſed à primæua eius erectione Ordinario ſubiecta, ob eius auctoritatis interpoſitionem, & ſubſecutã obſeruantiam inſtituendi Capellanos in caſu vacationis, ex qui-
31 bus ſignis, & argumentis, vtique prò beneficio Eccleſiaſtico haberi debet iuxta tradita per *Rota dec. 13. num. 10. & 25. p. 6. recen.*

32 Et conſequenter non eſt applicabilis in præſenti decretum Sacræ Congregationis, quod ex relictis prò celebratione Miſſarum non ſit contribuendum Seminario, quia procedit in ſimplicibus legatis concernentibus purum onus huiuſmodi celebrationis, ſecus autem in Capellanijs auctoritate Ordinarij erectis, & collatiuis, quæ tamquam beneficia Eccleſiaſtica vtique comprehenduntur, & ſubiacent diſpoſitioni *Sac. Concilij Trid. d. ſeſſ. 23. de reform. cap. 18.*

SABINEN. HOMICIDII.

ARGVMENTVM.

Homicidium commiſſum in perſonam inſultantis, aggreſſoris, & rixæ authoris cauſa defenſionis ſine exceſſu, ſeu cum moderamine inculpatæ tutelæ, vel redditur impunibile, vel leui pæna plectendum, defenſio non ſolum prò ſe ipſo, ſed etiam pro alterius, quamuis extranei, & incogniti perſona, an ſit permiſſa copioſè dilucidatur.

SVMMARIVM.

1 Homicidium commiſſum cauſa defenſionis in ſubitanea, & improuiſa rixa, aut eſt impunibile, aut leui pæna plectendum.
2 Aggreſſor redditur in culpa ſecuti homicidij.
3 Defenſio eſt permiſſa, tam pro ſe ipſo, quam pro defenſione alterius etiam extranei.
4 Clericis eſt permiſſa defenſio, tam ſui ipſius, quam extranei.
5 Defenſio dicitur neceſſaria, ſi occidatur veniens, vel ſtans contra occiſorem impugnatis armis.
6 Ex armorum terrore, & impugnatione inducitur diſcrimen, & vitæ periculum.
7 Defenſio dicitur ante quam quis offendatur, nec expectare debet quis ſe percuti.
8 Defenſio quid ſit.
9 Defenſio vt exceſſiua dicatur, quæ requirantur.
Ad exceſſum tria conſiderantur circa arma, circa tempus, & circa modum percutiendi nu. 9. 10. & 11.
12 Moderamen inculpatæ tutelæ conſiſtit circa modum, tempus, & cauſam.
13 Exceſſus ex propoſito, & dolo non dicitur, quando tempus non patitur deliberandi conſilium.
14 Rixa, & metus inſtantis periculi ſunt conſultores ad propulſandam aggreſſionem.
15 Clericus committens homicidium cauſa ſuæ defenſionis non excedendo moderamen inculpatæ tutelæ nõ incurrit irregularitatem.
16 Homicidium commiſſum cum exceſſu inculpatæ tutelæ punitur extraordinaria pæna.
17 Teſtis de auditu in criminalibus non probat.
18 Defenſio probatur per teſtes inhabiles, & ſufficit dubia probatio.
19 Inſultatus præſumitur potius ad defenſionem, quam ad vindictam vulneraſſe.
20 Aggreſſus præſumitur omnia ad ſui defenſionem egiſſe vt ſi fuerit prius iniuriatus num. 21.
22 Cauſa excluſiua delicti attendi debet.
23 Præſumptio excluſiua delicti excludit incluſiuam delicti.
24 In dubio capienda eſt præſumptio minoris delicti.
25 Homicidium commiſſum in rixa orta à prouocante occiſo non punitur pæna ordinaria.
26 Pænæ ordinariæ ad hoc vt ſit locus, verus dolus exigitur,
27 Homicidium commiſſum in rixa ab inſultato quomodo punitum fuerit referuntur plures caſus.

DE-

Digitized by Google

DECISIO XXII.

NIcolaus Albertinus dum cõquerebatur corã Tertæ Barone vbi ludimagiſtri munere fungebatur, birruarios detinuiſſe ſarcinatũ iumentũ vini onere quod prò ſuo ſeruitio vehabatur, ſub prætextu fraudis ob non ſolutum ſolitum vectigal, ſeu gabellã, ad cuius ſolutionem vti Clericus, & immunis minimè tenebatur, acceſſit vnus ex prædictis Birroarij, & perſiſtens in ſua prætenſione, cæpit contra eundem proferre verba contumelioſa, & minatoria, immo blaſpemare, & os in Deum ponere, vnde coacta fuit loci dominus Birruarium corripere, & geſtatorio baculo terrere, quod ægre ferens Birruarius impugnauit aduerſus, eundem Dominum depreſſo cane manuale tormentum de quo armatus erat, ad liberandum igitur Nicolaus dictum Dominum ab imminenti vitæ periculo abſtulit è Birruarij manibus Archebuſeum, eoque eundem, ita percuſſit, vt Deo animam reddidit; animaduertens autem Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. D.D. meus Cardinalis Epiſcopus in perparrarum crimen; & mè prò irroganda pæna conſulto, dixi exilij pæna plectendum, & declarandum ſuſpenſum ab exercitio ordinum

1 etenim ex ſupradicta facti ſerie liquet occiſum fuiſſe inſultantem, aggreſſorem, rixęque auctorem, & homicidium cauſa defenſionis ſubitanea, & improuiſa rixa ſecutum; vnde redditur impunibile, aut leui ſaltem pæna plectendum, vt in ſimilibus terminis tradit *Giurba conſ. crim. 17. num. 11. verſ. cæterum* re ipſa iuxta vulgare textum *in l. vt vim ff. de iuſt. & iur. l. is, qui aggreſſorem C. ad l. Cornel. de ſicar. vbi Odofred. Butrig. Bart. Bal. & cæteri communiter l. Graccbus C. ad l. Iul. de adult. Boſſ. in tit. de homicid. n. 28. Felin. in cap. ſignificaſti il 2. n. 13. de homicid. Clar. in §. homicid. n. 19. verſ. excuſatur autem Gail. pract. obſer. 110. n. 9. lib. 2. Honded. conſ. 99. n. 9. & ſeq. lib. 1. Marſil. in prax. §. quoniam num. 82. Bertrac. conſ. 1. n. 3. & conſ. 307. num. 10. Caballin. in Addit. ad conſt. Marcb. lib. 4. cap. 54. in verbo ad defenſionem n. 1. & 2. Cartar. de executione ſententia in præfat. n. 9. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 1126. nu. 5. Farinac. de homicid. q. 125. num. 57. & nouiſſimè Vermigliol. conſ. crim. 73. n. 1.*

2 Culpa enim ſemper reſidet penes inuaſorem, vnde aggreſſor dici poteſt à ſe ipſo non autem ab inſultato occiſus, *vt ex Farinac. de homicid. q. 125. n. 7. & ſeq. ac 53. ſubdit Vermigliol. conſ. 73. num. 1. in fi.*

3 Defenſio autem à iure permiſſa eſt non ſolum pro ſe ipſo defendendo, ſed etiam pro defenſione alterius etiam extranei, & incogniti, nam faciens iniuriam, & vim tertio, illa etiam reipublicæ feciſſe dicitur, propterea vnicuique eandem propulſare non denegatur, ita ſi quis inſultatum, & in vitæ diſcrimine conſtitutum agnoſcat, & videat, licitè poteſt, ſine metu incurſus alicuius pœnę aggreſſorẽ occidere *Bart. in l. vt vim n. 7. verſ. ego teneo ff. de iuſt. & iur. vbi communiter Doctores Villalob. commun. opin. lit. O. n. 21. Ant. Gomez. var. reſ. tom. 3. cap. 3. rub. de homicid. n. 85. Clar. in §. homicidium nu. 22. in fi. Farinac. q. 125. n. 267. & 271.* vbi indiſtinctè credit poſſe extraneum defendi, ſiue auxiliũ imploret, ſiue non.

4 Et huiuſmodi extranei defenſio permittitur etiã Clericis abſque incurſu pœnę temporalis, quidquid ſit an efficiatur irregularis *Io. de Lignan. in tract. de bello cap. 109. verſ. ſi quærimus primo, Polidor.* Ripa *in tract. de nocturno tempore cap. 24. rub. de furt c. 24. n. 25. Carrer. in pract. crim. in tract. de homicid. & aſſaſſin. §. quinto excuſat defenſio n. 33.*

5 Quod autem huiuſmodi defenſio fuerit neceſſaria paret, quia occidens venientem, ſeu ſtantem contra ſe, vel contra alium euaginatis, vel impugnatis armis, vt in præſenti, dicitur ad defenſionem occidiſſe, ita vt excuſetur, & nullã pænam patiatur, *Iaſ. in l. vt vim n. 9. ff. de iuſt. & iur. Dec. conſ. 678. n. 2. Cepol. conſ. crim. 28. n. 8. & 9. Caballin. in addit. ad Conſtit. Marchię lib. 4. cap. 54. in verbo defenſio n. 5. ad med. verſ. ſimiliter præſumitur Sebaſtian. Medic. de caſu fortuito p. 1. q. 8. n. 14. Maſcard. de probat. conclu. 490. n. 1. lib. 1. & conclu. 1126. n. 11. & 12. lib. 3. Iodoc. in pract. crim. cap. 76. n. 6. cum alijs* per Farinac. *q. 125. n. 57. iuncto n. 60.*

6 Quinimo armorum terror eſt ſufficiens cauſa, vt homicidium dicatur ad neceſſariam defenſionem, cum ex armorum vſu, & Archebuſij impulſione depreſſo cane in actu exploſionis probabile, & imminens mortis periculum, & vitæ diſcrimen inducatur *Vermigliol. conſ. 73. n. 4. & pluribus comprobat Farinac. q. 125. n. 52. 53. 54. & ſeq.*

7 Vlterius, vt quis ſe, vel alium defendere dicatur, exuberat ſi videatur irruẽs, aut perſiſtens euaginato gladio, vel impugnato Archebuſeo ad explodendũ in manibus parato, quia defenſio dicitur ante quam quis offendatur, cum non debeat quis expectari ſe percuti, aut vulnerari, aut vulneratum iterum vulnerari *Dec. in l. vt vim n. 3. vbi Iaſ. n. 9. in fi. ff. de iuſt. & iur. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 490. n. 3. & lib. 3. conclu. 1126. n. 10. Gaſpar. Cabal. in addit. ad conſtit. Marcb. lib. 4. cap. 54. in verbo ad defenſionem n. 5. ante fi. Boer. dec. 168. n. 7. Tollet. in ſum. lib. 1. cap. 80. n. 4. Farinac. q. 125. n. 74. iuncto n. 77. Marc. Paul. Leon. in prax. ad liter. Maior. Pœniten. col. 1. verſ. immo ſufficit ſo. 351. Ego ipſe in meo Plau-*
8 *ſinimo conſt. 42. n. 5.* cum defenſio aliud non ſit, quam inſtantis, & imminentis offenſionis propulſatio *Vermigliol. conſ. crim. 132. n. 19. & ſeq.*

9 Nec exceſſus in huiuſmodi defenſione conſiderari poteſt, non quidem circa arma, cum Nicolaus permanebat ſine armis, neque etiam circa tempus, quia non ex interuallo, ſed in continenti, & in ipſo actu impugnationis Archebuſij factæ à Birruario, & aggreſsionis aggreſſorem propulſauit, neque demum circa modum percutiendi, quia occiſum percuſsit punctim cum proprio eiuſdem Archibuſeo, vt deponunt primus tertius, & quartus teſtis *gli leuò ſubito l'archebugio dalle mani, è gli tirò vna puntata, che li colſe ſu lo ſtommaco*, ex quo neque præ-
10 ſumitur habuiſſe animum occidendi, ad tradita per *Farinac. q. 126. n. 128.* quibus tribus requiſitis
11 non concurrentibus prorſus excluditur omnis exceſſus *Farinac. q. 125. n. 406. Vermigliol. conſ. crim. 73. n. 6. ego ipſe in meo Plauſinimo conſt. 43. n. 5. 6. 7. & 8. & tradunt omnes Doctores in l. vt vim ff. de iuſt. & iur. & inter alios late* Bolognet. *n. 87. & ſeq. Magon. decis. Lucenſ. 56. n. 6. ex Franc. de Albergo de Aretio inter conſilia criminalia lib. 1. conſ. 12 Nicol. Moro. in tract. de fide tregua, & pac. quæſt. 36. n. 4. p. 2.*

12 Qui-

Digitized by Google

12 Quibus concurrentibus omnino videtur ſeruatū fuiſſe moderamen inculpatæ tutelæ, quod conſiſtit circa modum, tempus, & cauſam *Petrus de Galla de omni genere homicidij n. 94. Bernard. Graueur in pract. Cameræ Imperial. lib. 2. concl. 110. conſiderat. 1. à n. 9. Rebel. de oblig. iuſt. p. 1. lib. 3. q. 12. n. 7. Sair. de cenſ. lib. 1. c. 17. à n. 7. Azor. inſtit. moral. p. 3. lib. 2. q. 2. Farinac. in prax. crim. q. 125. n. 349. cum ſeq. p. 5. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 28. num. 18. p. 2.*

13 Vltra quod exceſſus ex propoſito, & dolo nunquam dicitur, quando tempus non patitur deliberandi conſilium *Farinac. q. 125. n. 417. ex Baiard. ad Clar. in §. homicid. n. 106. verſ. item adde Bertraz. conſ. 1. n. 39. & ſeq. & conſ. 135. n. 18. vbi de communi Gail. de pace publ. lib. 1. cap. 16. n. 20. verſ. metut enim, & obſeruat. 110. n. 16. in fi. lib. 2. Boer. d. 168. n. 7. ad med. verſ. & occaſio.*

14 Rixa quidem, & metus inſtantis periculi ſunt ſolliciti conſultatores ad propulſandam aggreſſionem, & vim vi feſtinanter abſque cunctatione, & mora repellandam, vt admonet *Bal. in c. ſi quis vero de pace iuram. firmand. Tiraquel. de pæn. temperan. cauſ. 1. n. 7. Magon. dec. lucen. 56. n. 3.*

15 Vnde Clericum moderamen inculpatæ tutelæ nō excedendo in ſe defendendo excommunicationem, & irregularitatem ſi committat homicidium non incurrere, niſi ex propoſito, & dolo modum exceſſerit laté probat *Farinac. q. 125. n. 418.*

16 Et vbi etiam concurrit exceſſus, non punitur pæna ordinaria homicidij, ſed mitius arbitrio Iudicis, ſiquidem quando quis licitè modum defenſionis excedit, dicitur in culpa, & non in dolo, & ſic pro culpa, & non pro dolo punitur *Bald. in l. vt vim n. 9. poſt med. verſ. ſed quando ff. de iuſt. & iur. Tiraq. de pæn. temperan. caſ. 1. n. 6. & 7. Clar. in §. homicid. n. 27. ſub verſ. ſcias tamen Menoch. de arbitrarijs qu. lib. 2. caſ. 278. n. 1. & 2. Boſſ. in tit. de homicid. n. 19. Maſcard. de probat. conclu. 1126. n. 30. in fi. Farinac. q. 125. n. 195. 196. 197. & ſeq. & 409. & 414. Vermigliol. conſ. crim. 73. n. 5.*

17 Nec habenda viſa fuerunt in conſideratione atteſtationes ſecundi, & quinti teſtis pro curiæ informatione examinatorum, deponentium huiuſmodi homicidium perpatratum fuiſſe à Nicolao ad vindictam cauſa vlciſcendi iniuriam detentionis ſarcinæ ſeu oneris vini, quia deponunt tantum de auditu, neque à quibus dici audiuerint recenſent, ſed ſolum ex quadam gentium murmuratione, & vociferatione, teſtes enim de auditu in criminalibus non ſolum nullum gradum probationis conſtituunt, ſed nec etiam faciunt præſumptionem *ex textu in c. licet ex quadam de teſtib. Farinac. in tract. de teſtib. q. 69. c. 1. nu. 1. 2. iuncto n. 9. & conſ. 143. n. 45. Vermigliol. conſ. crim. 105. & conſ. 179. n. 7. Menoch. conſ. 96. n. 55. lib. 1. Bertraz. conſ. 3. n. 20.*

18 Attendendæ igitur ſunt depoſitiones aliorum ſupradictorum teſtium de rixa, & homicidio ſecuto cauſa præfatę defenſionis de viſu deponentium, quibus omnis fides adhibenda eſt, cum etiam ad probandam defenſionem ſufficiat dubia, & præſumptiua probatio, immo admittuntur teſtes inhabiles, puta domeſtici, conſanguinei, deponentes per verbum credo, & ſimiles *Vipel. conſ. 44. n. 8. & conſ. 96. num. 9. & conſ. 97. n. 5. Rimin. conſ. 117. n. 10. lib. 2. Bertraz. conſ. 10. num. 14. lib. 1. Anton. Gomez. var. reſol. cap. 3. rub. de homicid. n. 27. tom. 3. Boſſ. in tit. de homicid. poſt num. 26. Baiard. ad Clar. in §. homicid. n. 100. Medic. de caſ. furt. p. 1. q. 8. poſt n. 14. verſ. 2. 3. & 4. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 491. num. 1. & 2. cum alijs per Farinac. in tit. de homicid. quæſt. 125. num. 423. & n. 424.* contrarium tenentes refert, ſed in fi. concludit, quod in iudicando non ſit ab hac recedendum.

19 Et iuris eſt præſumptio inſultatum magis ad defenſam, quam ad vindictam vulneraſſe *Bertraz. conſ. crim. 1. num. 15. 38. & conſ. 31. num. 9. & 50. conſ. 128. num. 3. & 4. & 12. Honded. conſ. 104. num. 32. vol. 1. Dec. conſ. 459. num. 4. & conſ. 678. num. 3. Cepol. conſ. 28. n. 7. & conſ. 29. num. 9. Mazol. conſ. 77. num. 11. Alciat. reg. 3. præſumpt. 39. num. 5. Baiard. ad Clar. §. homicid. num. 95. Canal. dec. 27. num. 1. & 5. p. 5. Gram. dec. 37. num. 4. cum alijs relatis per Giurb. conſ. crim. 17. num. 19.*

20 Adeo vt omnia ad ſui defenſionem aggreſſum egiſſe præſumatur, abſque alia probatione *Bart. in l. ſed in quacunque ff. ad l. Aquil. Angel. de maleſ. verbo Titius ſe defendendo num. 13. Maſcard. de probat. conclu. 490. num. 1. & conclu. 1126. num. 3. 4. & 5. Baiard. ad Clar. in §. homicidium num. 102.* præcipuè ſi
21 fuerit prius iniuriatus, *Hond. conſ. 104. num. 30. in 1.* Vel percuſſus *Tuſc. l. D. conclu. 129. nu. 17. Giurba conſ. crim. 17. ſub num. 20.*

22 Vulgatæ enim, ſed certæ ſunt iuris regulæ, quod ſemper cauſa excluſiua delicti attendi debeat *Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 1. num. 2. Farinac. conſ. 78. numer. 17. tom. 1. Gram. deciſ. 18. numer. 5.*

23 Et in concurſu, quod præſumptio non delicti excludat præſumptionem delicti *Brunor. à ſole ſuo conſ. crim. num. 69. & 64. Maſcard. de probat. lib. 2. 864. num. 30. & lib. 3. conclu. 1224. num. 32. Farinac. qu. 85. n. 19. & q. 136. n. 109.*

24 Immo in dubio quod capienda ſit præſumptio minoris delicti, & cauſæ ad fauorem rei, quam grauioris ad fauorem fiſci *Rol. conſ. 11. n. 38. vol. 1. Rom. conſ. 455. nu. 5. & 6. Gabr. lib. 7. tit. de maleſ. conclu. 2. n. 5. & 6. Farinac. conſ. 37. nu. 10. in fi. vol. 1. per text. in l. hęc enim vbi Bart. ff. de ſuſpect. tutorib.*

25 Homicidium autem commiſſum in pura rixa orta à prouocante occiſo pæna ordinaria puniri nō poteſt *Vermigliol. conſ. crim. 68. num. 6. ex Farinac. quem allegat. conſ. criminal. 2. num. 4. lib. 1.* cum ratione prouocationis non dicatur doloſum, & ex propoſito, ex quo ex interuallo præcedente deliberatione perpatratum minimè dicatur *Farinac. qu. 126. numer. 3. & 7. Vermigliol. conſ. 69. numer. 7. & 8.*

26 Et ad hoc, vt pœnæ ordinariæ locus fiat verus dolus exigitur laté *Iaſ. in l. 3. §. quod prætor ff. ne quis eum qui Dec. conſ. 9. & conſ. 234. Farinac. conſ. crim. 2. n. 19. in fi. tom. 1.*

27 Quapropter in fortioribus terminis eum, qui proiectus in terra à ſuo aduerſario ſolis pugnis pulſatum, euaginato paruo gladio, quem ad latus deferebat, percuſſorem occidit exilij dumtaxat pæna damnatum fuiſſe inquit *Baiard. ad Clar. in §. homicid. nu. 71. verſ. item adde. & ſequitur Farinac. qu. 125. num. 363.* vbi quod hæc opinio abſque dubio procedat quando aggreſſor, eſt fortior, & robuſtior inſultato, vt *num. 364.* quos etiam refert, & ſequitur

quitur *Vermigliol. conſ. crim. 73. num. 7.* & de alio occiſo, qui de mane contumelioſis verbis, occiſorem affecit, & de ſero gladio percuſſit, & dum fugiebat paruo gladio repertus obijt, quod tantum iniuncta fuit pæna exilij per tres annos a loco commiſſi delicti, eiuſque territorio, concludit *Giurba ſcribente in hac facti ſpecie conſ. 17. in fi.* & abſolutum fuiſſe eum, qui iniuriantem interfecerat, tradit *Afflict. in conſtit. terminum vitæ nu. 20. rub. 13. lib. 1.* & de eo, qui alium occidit, dum ſe inclinabat, vt lapides ad offendendum acciperet, quod ad defenſam feciſſet refert, *Alex. conſ. 109. ad fi. vol. 3. Burſ. conſ. 273. num. 6. quos allegat Giurba d. conſ. 17. ſub num. 20.*

Et ita &c.

SVMMARIVM.

1 Aggreſſio, & aggreſſor quis fuerit coniecturis probatur, & ſtatur arbitrio Iudicis num. 2.
3 Amp. vt coniectura deſumatur ex qualitate perſonæ.
4 Aggreſſor præſumitur magis rixoſus.
5 Prout etiam magis animoſus.
6 Et qui magis armatus erat.
7 Item arguitur ex verbis corrixantium.
8 Item in eo, qui minatus eſt, & non in eo, qui in rixa exclamauit, & auxilium petijt num. 9.
10 Item aggreſſor dicitur ille, qui eſt primus in mouendo ſe de loco ad locum.
11 Item præſumitur ratione loci.
12 Item magis aſſociatus.
13 Item qui dat operam rei illicitæ.
14 Item qui viuus remanſit, præcipuè ſi defenſionem non probauerit num. 15. Contrar. num. 16. Declara, vt num. 17.
18 Aggreſſor condemnari non debet niſi ex coniecturis violentis.
19 Reus, vt rite condemnari debeat debet eſſe conuictus, aut confeſſus.
20 Aggreſſor præſumitur, qui vulneratus fuit, Contrar. num. 21.
22 Declara, vt hoc caſu irroganda ſit pœna extraordinaria, non autem ordinaria.
23 Sed ſi vterque æqualiter vulneratus remanſerit, vterque puniri debet contrarium num. 24.
Declar. ſi agatur de imponenda pæna corporali, ſecus de [illegible] num. 25.
26 Sed ſi ex duobus corrixantibus nemo ſit vulneratus, an puniendi, vel dimittendi ſint.
27 Si inter corrixantes aderat pax, & non ſciatur quis eorum fuerit aggreſſor, nemo tenetur de pace rupta.
28 Si ex duobus corrixantibus neſciatur, qui fuerit aggreſſor, punitur, qui vulnerauit, vel occidit Contrar. num. 29.
Sed hæc 2. opinio limit. ſi corrixantes dabant operam rei illicitæ num. 30.
31 Rixæ auctoris incertitudine data omnes rixantes tenētur fiſco ad pænam, dummodo non agatur de pœna corporali.
32 Rixæ auctor, & alij rixantes pæna ordinaria non puniuntur, ſi quis mortuus fuerit ex vnico vulnere, & incertum ſit, quis fuerit occiſor.
33 Omnes vero torqueri poſſunt ad ſciendum quis vulnerauerit, vel occiderit.
34 Limit. procedere, ſi inditia non ſint magis contra vnum, quam contra alium.
35 Maleficium imputandum eſt ei, in quo præſumptiones propter illatam ſibi iniuriam magis incaleſcunt.
36 Prouocator dicitur ille, qui facto, vel verbo ad iram incitat, & non qui ira aliquid facit num. 37.
38 Rixæ auctor non dicitur, qui verbo, ſed facto prouocauit, Contrar. num. 39.
40 Iniuriatus verbis contumelioſis, ſi iniuriantem offendat an, & qua pæna plectatur.
41 Prouocator dicitur, qui dat mentitam.
42 Ita etiam qui prius manus ad arma poſuit, & num. 45 46.
43 Ponens prius manus ad arma habet præſumptionem contra ſe.
44 Terror armorum eſt iuſta cauſa, vt defenſio dicatur neceſſaria, & iuſta, etiam ſi occidens haberet enſem expectans inimicum.
46 Qui prius arma accipit, dicitur facto prouocare.

Aggreſſor qui fuerit ex duobus rixantibus, quomodo probetur, & puniatur.

ADNOTATIO I.

1 AGgreſſor qui fuerit ex duobus rixantibus, & prouocatio coniecturis probatur, *Menoch. de arb. qu. lib. 2. caſ. 363. num. 1. Carrer. in pract. crim. in tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa quartum nu. 73. Bocr. dec. 237. num. 1. cum alijs relat. per Farinac. qu. 125. num. 436. p. 4. & num. 437.* ſubdit,
2 quod in hoc ſtandum ſit arbitrio Iudicis, & *conſ. 121. num. 32. lib. 2. Alber. in l. 1. §. cum arietes num. 5. verſ. & hoc niſi ff. ſi quadrupes pauper feciſſe dicat. Vulpel. conſ. 7. num. 12. & conſ. 80. nu. 1. Hond. conſ. 99. num. 27. ad med. lib. 1. Vermigliol. conſ. 73. num. 12. & 120. num. 6.*
3 Prima coniectura deducitur ex qualitate perſonæ, vt ſi ſit ſolita rixari, nam aggreſſor præſumi-
4 tur magis rixoſus, vt tradunt *Doctores relati per Farinac. quæſt. 125. num. 442. & num. 443.* prout
5 etiam magis animoſus, & magis audax, & magis robuſtus *num. 444.*
6 Amp. vt præſumatur, & non præſumatur ex genere armorum, & ſic, qui magis armatus erat, aptioraque ad occidendum deferebat arma, eoque fortius ſi alter arma non geſtabat, *Felin. in cap. dilecti filij num. 14. ad med. de except. Bertraz. conſ. 1. num. 11. & conſ. 37. num. 13. Rimi*nald. *conſ. 259. num. 11. & conſ. 361. num. 2. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 39. num. 10. Farinac. qu. 125. nu. 449. & 457. & conſ. 121. num. 36. lib. 2.*
7 Amp. 2. vt aggreſſor quis fuerit arguitur, ex verbis corrixantium, ſcilicet *ſiatemi teſtimonij, chelui mi disfida*, & plura alia exempla ponit *Farinac. & DD. per eum allegati qu. 125. nu. 458. & 459.*
8 vbi quod etiam præſumatur in eo, qui aliquando minatus eſt, & *num. 461.* vbi præcipuè in eo, qui
9 in rixa exclamat, & conqueritur, & auxilium inuocat.
10 Amp. 3. vt aggreſſor dicatur ille, qui eſt primus in mouendo ſe de loco ad locum, cum ille per hunc actum dicitur inſultaſſe, & aggreſſionem inchoaſſe, *Dec. conſ. 676. in prin. & num. 2. Aret. conſ. 34. num. 1. in fi. & num. 2. Cephal. conſ. 28. nu. 8. Maſcard. de probat. conclu. 72. num. 5. & lib. 1. Iodoc. in pract. crim. cap. 36. num. 18. Farinac. conſ. 121. num. 33. lib. 2. & quæſt. 125. num. 473. & ſeq.*
11 Amp. 4. vt præſumatur aggreſſor pariter ratione loci, nempe ſi quis commiſerit homicidium in loco, vbi aderant res furabiles *Vulpel. conſ. 44. nu. 12. & conſ. 96. num. 7. Farinac. conſ. 121. num. 34. lib. 2. Alciat. de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 39.*

num.

num. 10. *Vermigliol. conſ.* 126. *numer.* 7.

12 Amp. 5. vt magis aſſociatus præſumatur aggreſſor, cum non ſit veriſimile quod vnus aggrediatur tres, aut quatuor iuxta vulgate dictum quod nec Hercules contra duos *Vulpel. conſ.* 44. *n.* 11. *& conſ.* 118. *num.* 5. *Bertrazol. conſ.* 1. *num.* 10. *Hippol. Riminald. conſ.* 217. *num.* 18. *lib.* 2. *Maſcard. de probat. conclu.* 1244. *num.* 7. *lib.* 3. *Cabal. reſol. crim.* 231. *num.* 15. *Vermigliol. conſ.* 126. *num.* 8.

13 Ampl. 6. vt aggreſſor, ſeu prouocator dicatur is qui dat operam rei illicitæ, puta ſi quis tranſire voluerit per alienum ſolum inuito cuſtode *Florian. in l. ſcientiam § qui cum aliter num.* 3. *& in l. ſi ex plagijs § tabernarius num.* 2. *ff. ad l. Aquil. Anan. in cap ſignificaſti il* 2. *num.* 44. *extra de homicid. Cepol. conſ.* 29. *n.* 7. *ante fi. & n.* 9. *verſ. nã per hoc Hippol. Riminald. conſ.* 359. *n.* 30. *lib.* 4. *Farinac. conſ.* 121. *nu.* 37 *lib.* 2.

14 Amp. 7. vt aggreſſor, & prouocator ex duobus rixantibus præſumatur is, qui viuus remanſit, non autem ille, qui occiſus fuit *Bald. in l.* 1. *§. cum Arietes, & ibi Alberic. nu.* 5. *verſ. item facit, & Florian. n.* 5. *in fi. & nu.* 6. *ff. ſi quadrupes pauper. feciſſe dicat Vulpel. conſ.* 86. *num.* 2. *& conſ.* 118. *num.* 4. *Anton. Gomez. de delict. rub. de homicid. num.* 25. *Baiard. ad Clar. in § homicid. num.* 103. *in fi. & num.* 130. *Farinac. conſ.* 121. *num.* 39. *lib.* 2. *Maſcard. de probat. conclu.* 72. *n.* 1. *lib.* 1. *& conclus* 128. *num.* 1. *lib.* 5.

15 Præcipuè ſi viuus defenſionem non probauerit alias præſumitur aggreſſor, vt docent *Marian. Socc. in cap. ad audientiam nu.* 175. *extra de homicid. Carrer. in pract. crim. in tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa quartum num.* 72. *Anton. Gomez. var. reſol. tom.* 3. *rub. de homicid. nu.* 25. *vbi de veriori ſententia Boſſ. in tit. de homicid. num.* 39. *Maſcard. de probat. conclu.* 72. *num.* 1. *lib.* 1. *& conclu* 1128. *num.* 1. *&* 4. *Baiard. ad Clar. in § homicid. num.* 103. *in fi. & num.* 130. *cum alijs relatis per Farinac. q.* 125. *num.* 496. *p.* 4. *in tit. de homicid.*

16 Contrarium, quod quando ex duobus corrixantibus vnus tantum reperiatur mortuus, & neſcitur quis fuerit aggreſſor, & viuus dicit ſe fuiſſe inſultatum, viuus præſumitur inſultatus, mortuuſque aggreſſor, vnde viuens aliter non conſtito quod prouocauerit abſoluendus eſt *l. ſciendum §. ſi cum ſtramenta ff. ad l. Aquil. Gloſ. in l.* 1. *§ cum Arietes in verbo ſibi ff. ſi quadrupes pauper. feciſſe dicat. Cepol. conſ. crim.* 29. *num.* 11. *Menoch. de arbitrar. caſ.* 363. *num.* 15. *&* 20. *vbi contrarijs reſpondet, cum alijs per Hond. conſ.* 99. *num.* 21. *&* 22. vbi pariter omnibus contrarijs reſpondet, ex optima ratione, quam adducit, nempè, quod vbi ignoratur quis fuerit auctor rixæ, cum poſſit eſſe, quod occidens non fuerit ipſe aggreſſor, ſed mortuus, hæc ſola poſſibilitas præbet ſufficientem cauſam mouendi animum Iudicis ad abſoluendum, cum magis abſoluendus ſit nocens, quam innocens condemnandus iuxta *text. in l. abſentem ff. de pæn.* Adeo vt hoc caſu homicida puniendus eſt de exceſſu ſaltem quando pro ipſo aliquæ concurrunt coniecturæ, vt per eundem *Hond. conſ.* 99. *num.* 25. vbi etiam ſubdit, quod neque locus ſit torturæ quando concurrit præſumptio quod mortuus fuerit aggreſſor, *vt num.* 27. *Vermigliol. conſ. crim.* 73. *num.* 9. & tradunt D.D. relati *per Maſcard. de probat. lib.* 1. *conclu.* 72. *num.* 2. *& lib.* 3. *conclu.* 1128. *num.* 2. *Menoch. de arbitrar. caſ.* 363. *num.* 15. *&* 20.

17 Declara quod ſi prò occiſore adſunt coniecturæ, & præſumptiones quod non fuerit aggreſſor, ex eiſdem coniecturis, & præſumptionibus vtique venit abſoluendus, ſi vero contra occiſorem adſunt præſumptiones, quod fuerit aggreſſor, & tunc ex illis condemnari non debet pæna ordinaria, ſed tantum extraordinaria, ex generali regula, quod præſumptiones, & inditia non ſufficiunt ad condemnandum in pænam ordinariam, *vt ex Galeat. Maluaticen. conſ.* 25. *num.* 19. *tradit Farinac q.* 125. *num.* 482. *iuncto num.* 496. *in fi. Vermigliol. conſ. crim.* 73. *num.* 10. *ex Alber. in l.* 1. *§. cum Arietes n.* 5. *verſ. & hoc niſi ff. ſi quadrupes pauper. feciſſe dicat. Vulpel. conſ.* 7. *num.* 12. *& conſ.* 86. *num.* 1. *Menoch. de arbitrar. caſ.* 303. *numer.* 1.

18 Quinimmò ex omnibus coniecturis aggreſſor cõdemnari non debet, ſed tantum ex illis, quæ violentæ, & indubitatæ redduntur *Hond. conſ.* 99. *n.* 28. *lib.* 1. *Herculan. de caut. cap.* 30. *n.* 26. *Galeat. Maluaticen. conſ.* 25. *num.* 19. *Farinac. q.* 125. *n.* 483. *p.* 4.

19 Reus autem ad hoc vt rite, condemnari poſſit debet eſſe confeſſus, aut conuinctus, per textum expreſſum in *cap.* 1. 2. *q.* 1. *& in l. qui ſententiam* C. *de pæn. Brun. à Sole ſuo conſ. crim. n.* 202. *impreſ. mihi poſt quaſt. Hierom. de Monte* Brixien. *Socc. iun. conſ* 37. *n.* 19. *lib.* 2. *Bertraz. conſ.* 342. *n.* 16. *lib.* 2. *Rol. conſ.* 51. *n.* 24. *lib.* 2. *Anton. Gomez. var. reſol. tom.* 3. *tit. de probat. delict. poſt nu.* 3. Farinac. *quaſt.* 81 *num.* 1. *par.* 3.

20 Hinc eſt quod ſi ex duobus corrixantibus neſciatur quis fuerit aggreſſor, & vnus tantum reperiatur vulneratus, & tunc iſte vulneratus præſumitur aggreſſor, & vti talis condemnari poteſt Galeat. *Maluatic. conſ.* 25. *n.* 14. *Carrer. in pract. crim. in tractat. de homicid. & aſſaſſin. § circa quartum n.* 72. *Vulpel. conſ.* 50. *n.* 1. *&* 2. *Boer. dec.* 237. *n.* 3. *ante fin.* Fari*nac. q.* 125. *n.* 497. *p.* 4. & quod magis vulneratus præſumatur aggreſſor ſubdit *n.* 492.

21 Contrarium, quod præſumptio militet contra vulnerantem de veriori teſtatur *Herculan, de caut. cap.* 30. *n.* 27. *cum alijs per* Farinac. *dicta quaſt.* 125. *numer.* 498.

22 Intellige ad condemnandum in pænam extraordinariam, & leuiorem, ſecus in ordinariam, & capitalem, vt animaduertit Farinac. *eadem quaſt.* 125. *n.* 498. *iuxta per eundem tradita in qu.* 37. *num.* 51. *cum ſeq.*

23 Rixantes vero quando æque vulnerati remanſerunt, nec vnus plus altero vulnera notabilia receperit, & tunc vterque puniri, & condemnari debet *Honded. conſ.* 99. *n.* 4. *&* 5. *iuncto n.* 22. *in prin. lib.* 1. *Menoch. de arbitrar. quaſt. lib.* 2. *caſ.* 363. *n.* 17. 18. *&* 19. *Angel. de maleficis in verbo, & dictus Titius ſe defendẽdo. n.* 37. *Vulpel. conſ.* 86. *n.* 2. *verſ. aut ambo vulnerati, & n.* 3. *& conſ.* 114. *n.* 1. *&* 2. *vbi de veriori Boer. dec.* 235. *n.* 3. *ante fin. verſ. quare ſi duo* Farinac. *q.* 125. *n.* 493. *p.* 4.

24 Contrarium quod nullus puniatur ſi neſciatur quis eorum fuerit aggreſſor, & neuter alteri teneatur *glo. in l.* 1. *§. cum Arietes in verbo ſibi vbi etiam Bart. & fulgoſ. n.* 2. *ff. ſi quadrupes pauper feciſſe dicat Hond. conſ.* 99. *n.* 3. 21. *&* 22. *Clar. in § fi. qu.* 60. *n.* 27. *Carrer. in pract. crim. in tract. de homicid. & aſſaſſin. § circa quartum à n.* 57. *vſque ad* 60. *Alciat. de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 39. *nu.* 5. Farinac. *q.* 125. *num* 484.

25 Intel. procedere ſi agatur de imponenda pœna corporali, ſecus ſi agatur de pœna pecuniaria *Hond. conſ. 99. n. 45. Farinac. dicta q. 125. n. 485.*

26 Sed quando ex duobus rixantibus nemo fuit vulneratus, aut leuiter puniendi ſunt, aut quia in carceribus ſatis detenti fuerint, ſine alia pœna dimittendi, & quando inter eos ſit ſecuta pax tunc indiſtinctè abſque pœna veniunt relaxandi, ſecundum *Farinac. q. 125. n. 488.*

27 Vbi tamen inter corrixantes prius aderat pax, ſi neſcitur quis fuerit fractor pacis, & primus aggreſſor, nullus tenetur de pace rupta *Carrer. in pract. tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa quartum n. 59. Baiard. ad Clar. in §. homicid. n. 132. & ſeq.* vbi ampliat ſiue agatur de pœna conuentionali parti applicanda, ſiue fiſco *Farinac. in prax. q. 125. n. 501. & latius q. 107. n. 456. & ſeq.*

28 Regulariter vero ſi ex duobus rixantibus neſciatur, qui fuerit aggreſſor, quia conſtat quod eodem tempore vnus in alium irruit, & tunc vterque punitur, is videlicet qui vulnerauit, aut occidit *Bald. in l. ut vim n. 10. ff. de iuſt. & iur.* vbi quia vterq; deliquit contra rempublicam, cuius reſpectu dolus, cum dolo non compenſatur *Farinac. q. 125. n. 499.*

29 Contrarium quod vbi de prouocatione non conſtat, vt quia non appareat quis nam ex duobus inceperit, vterque veniat abſoluendus *Carrer. in pract. crim. tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa quartum poſt n. 57. & ex Boſſ. in tit. de iniur. n. 8.* tenet *Vermigliol. conſ. crim. 173. n. 6.*

30 Limit hanc vltimam opinionem procedere ſi caſu, & contingenter euenerit aggreſsio, ſecus vero ſi corrixantes dabant operam rei illicitæ, cuius cauſa ad inuicem aggreſsi fuerunt *Gomez. var. reſol. tom. 3. rub. de homicid. n. 25. verſ. item etiam* Fari*nac. q. 125. n. 500.*

31 Quando enim ex cadaueris recognitione conſtat occiſum vnicum dumtaxat vulnus læthale habuiſſe, tunc data inceptoris rixæ incertitudine omnes rixantes tenentur ad pœnam delicti fiſco, dummodo non agatur de pena corporali *Vulpel. conſ. 114. per tot. Cabal. reſol. crim. 202. nu. 16. Vermigliol. conſ. crim. 39. num. 8.*

32 Nullus tamen hoc caſu in mortuo vnico vulnere læthali ordinaria pœna punitur, neque ipſe rixę inceptor, ſed omnes à pœna ordinaria propter incertitudinem abſoluuntur *Cabal. reſol. crim. 192. nu. 12. Farinac. q. 96. n. 38. vbi n. 39.* plures referat contrarium tenentes hanc tamen primam opinionem magis communem teſtatur, vt *num. 40.* quam etiam ſequitur *Vermigliol. conſ. 39. n. 9.*

33 Ac proinde hoc caſu locus eſt torturæ contra omnes corrixantes ad ſciendum quis eorum vulnerauerit *Farinac. q. 96. n. 80. vbi n. 81.* ſubdit, quod torquendi ſunt abſtantes homicidio ad ſciendum, an deliberatè, & præcedente tractatu vulnerauerint *Cabal. reſol. crim. 192. n. 13. & 14.*

34 Intellige hoc procedere quando inditia non ſunt magis contra vnum, quam contra alium, ſecus vero, quando datur potius in vno, quam in alio qualitas grauioritatis ne indebitæ innocens pro nocente torqueatur *Cabal. eadem reſol. 192. n. 14. ante med. verſ. ſtante incertitudine nullus poteſt torqueri Vermigliol. conſ. crim. 39. n. 10. & 11.*

35 Maleficium enim imputandum eſt ei, in quo præſumptiones propter illatam iniuriam magis incaleſcunt *Vulpel. conſ. 114. n. 3. Menoch. de arbitrar. caſ. 363. n. 31. 32. & ſeq. Cabal. reſol. crim. 231. nu. 33. & ſeq. Vermigliol. conſ. 39. n. 12.*

36 Prouocator dicitur ille, qui alium ne dum facto, ſed etiam verbis ad iram incitat, aut ſi verbo, aut facto incipiendo iniuriam inferat, cum tunc proprie rixæ auctor cenſetur *Arch. in cap. ſi quis ſacerdotum num. 2. 1. q. 1. Aym. conſ. 119. num. 11. Farinac. conſ. 6. num. 24. & conſ. 67. num. 4. in fi. tom. 1. & q. 125. num. 508. & 510.* vbi quod proferens iniurioſa verba in alium præſumitur prouocator, & *nu. 422. & ſeq. & qu. 52. num. 144. Cabal. reſol. crim. 231. num. 6. & 10. Vermigliol. conſ. crim. 126. num. 1.*

37 Non tamen rixæ auctor dicitur ille, qui ira aliquid facit, ſed qui ad iram prouocat *Bald. conſ. 143. col. 1. lib. 1. Iaſ. conſ. 20. circa prin. lib. 3. vbi allegat textum in l. 3. §. ſcio ff. de minor. Bruſat. conſ. 371. num. 25. lib. 3. Cland. in addit. ad Bertraz. conſ. 88. lit. A.* vbi declarat, dummodo ira ſit iuſta alias ſecus, cum homines quandoque etiam abſque cauſa excandeſcere ſoleant *Farinac. conſ. 35. num. 13. circa prin. tom. 1. & q. 125. num. 506. in tit. de homicid. p. 4.*

38 Et ad hoc vt rixæ auctor quis dicatur non ſufficit verbo prouocare, ſed facto opus eſt, ideo prouocans dicitur non qui primo alloqui incepit, ſed qui admenauit *Neuiz. conſ. 75. num. 3. Auguſt. conſ. crim. 27. nu. 10. & ſeq. lib. 10. Farinac. conſ. 6. num. 16. tom. 1. & qu. 125. nu. 509.* vbi quod ad effectum, vt quis dicatur rixæ auctor, non attendantur præcedentia verba, ex quibus rixa orta eſt, ſed attendatur actus immediatè ſequens verba, vt aggreſsio, poſitio manus ad arma, & ſimilia.

39 Contrarium quod prouocator, ſeu rixæ auctor dicatur, qui prius incepit verbis, ex quibus poſtea ad rixam deuenitur, ſi verba ſint iniurioſa, & punibilia, ſecus ſi ſint verba amicabilia, aut indifferētia, quæ nullam pœnam merentur *Bertraz. conſ. 88. nu. 1. & colligitur ex traditis per Bart. in l. licitatio §. quod illicitè ff. de public. Alciat. conſ. 40. num. 20. lib. 5. Maſcard. de probat. lib. 3. conclu. 1244. nu. 4. & 5. Farinac. qu. 125. n. 508. & 510. in tit. de homicid. p. 4. Cepol. conſ. crim 29. nu. 6. idem Bertraz. conſ. 1. & ſeq. & conſ. 235. num. 3. Nouel. in tract. ad defenſ. in prin. nu. 20. Gram. dec. 37. nu. 5.*

40 Adeo, vt ſi is, in quē proferūtur verba iniurioſa, & minæ, minantem offendat, vel occidat mitius punitur, etiam ſi minans non ſit ſolitus minas exequi, ſecus ſi eſſet ſolitus minas exequi, & in actu offendendi, nam tunc occidens nullam pœnam meretur *Farinac. qui alios allegat. qu. 125. nu. 67. & 512.*

41 Prout etiam prouocator dicitur, qui alicui dat mentitam, in caſu tamen punibili, ſecus in caſu licito, & ad propulſationem inlatę iniuriæ *Farinac. qu. 125. num. 526. p. 4. in tit. de homicid.*

42 Sed quod quando quis occidit illum, qui prius poſuit manus ad arma dicatur prouocatus, & ad ſui defenſionem occidiſſe, cum ex illo actu dicatur prouocator, & aggreſſor occiſus proditum eſt à *Blanc. in pract. crim. §. 3. pars defenſionis fol. mihi 148. nu. 16. Cepol conſ. crim. 28. num. 5. 7. & 9. & conſ. 29. nu. 7.* Franc. *Aluarot. conſ. 74. nu. 29. vol. 1. conſ. crim. Aret. conſ. 34. n. 2. Bertraz. conſ. 75. n. 2. & conſ. 121. n. 6. & conſ. 135. n. 4. Maſcard. de probat. vol. 3. conclu. 1126. n. 27. & conclu. 1123. n. 27.*

43 Etenim qui manus prius ponit ad arma ſemper

uici-

Digitized by Google

dicitur habere præſumptionem iuris contra ſe, vt pulchrè ſcripſit *Aret. conſ. 34. col. 1. verſ. ſecundo eſt permittendum*; ita quod ex hac præſumptione dicitur probata neceſſaria defenſio, quia non eſt expectanda percuſsio, vt rectè dicit *Bald. in l. 1. n. 17. & 18. C. vnde vi Cepol. conſ. crim. 28. n. 10. late Bertrazol. conſ. 181. n. 3. & ſeq. & conſ. 1. n. 18.* vbi
44 innumeroſos citat, & ratio eſt quia terror armorum eſt ſufficiens cauſa, vt defenſio iuſta dicatur *Aret. in tract. maleſic. in verbo, & dictus Titius sè defendendo col. 2. verſ. dixi quod licitas poſt med. Maſcard. de probat. conclu. 1126. ſub n. 27. vol. 3.* vbi *nu. 28.* exampliſicat in eo, qui habet enſem ſub brachio expectans aduerſarium in via, vbi tranſire debet, nam ſi poſtea euaginauit contra eundem, licitè interficit, & cenſetur occidiſſe ad defenſionem vnde occidens tamquam defenſor propriæ ſalutis in nihilo peccaſſe cenſetur, vt probatur *in l. ijs, qui percuſſorem C. ad l. Cornel. de ſicar. late Cepol. conſ. 44. nu. 3.*

45 Corroboratur optima ratione, quia prouocator ſemper cenſeri debet, qui prius euaginauit arma, nam ſecundum ordinem naturæ nemo accipit arma ad ſe defendendum, & vim, vi repellendam niſi prouocatus, & laceſſitus *Bolognet. in l. vt vim. n. 38. ſub verſ. & ad victoriam ff. de inſt. & iur.*

46 Qui enim arma accipit dicitur facto ſuum aduerſarium prouocare, vnde ſi prouocator cenſeatur, qui prius incipit, & qui prior rixæ cauſam præbet, ſequitur quod qui prius arma cæpit, & multo magis ſi euaginauit primus efficiatur rixæ auctor, & prouocator, vt ex *Maſcard de probat lib 3. conclu. 1126. & 1128. vtrobique num. 27. & alijs tradit Farinac. qu. 125. n. 514. in tit. de homicid. p. 4.*

S V M M A R I V M.

1 Prouocatio, ſiue facto, ſiue verbis iuſtam præbet iracundiam ad vlciſcendum.
2 Rixæ auctor ſemper dicitur eſſe in culpa.
3 Et tenetur de omni malo, & delicto ſubſecuto.
4 Et etiam de homicidio ſecuto, licet ipſe non commiſerit.
5 Et pæna ordinaria puniri poteſt.
6 Inſultatus quidquid perpatrauit in actu aggreſſionis ad ſui defenſionem egiſſe præſumitur.
7 Quidquid fit lege permittente nulla pæna meretur.
8 Aggreſſor ſemper habet præſumptionem contra ſe, vnde probatur neceſſaria defenſio.
9 Defenſio ex armorum terrore iuſta dicitur.
10 Prouocatus quidquid fecit ſine dolo feciſſe dicitur.
11 Defenſio ab omni iure permittitur.
12 Prouocatus ſi prouocantem in rixa occidat excuſatur a pæna ordinaria.
13 Amp. procedere ſi etiam tertium offenderet.
14 Prouocatus offendendo prouocantem dicitur ad vindictam facere.
15 Vindicta dicitur repercutere poſt aggreſsionem.
16 Lim. procedere in dubio.
Iuris eſt præſumptio inſultatum magis ad defenſionem, quam ad vindictam vulneraſſe ibidem.
17 Defenſio neceſſaria remanet probata probato inſultu.
18 Prouocatus ſi offendit prouocantem, quando dicatur offendere ad vindictam, & quando ad defenſionem.
19 Prouocatus mitius punitur ſi prouocantem offendat.
20 Inſultato non eſt imputandum quidquid facit, tamquam iracundia acceuſo.
21 Et mitius puniri debet.
22 Prouocatus non dicitur in dolo, ſed in culpa, pro qua tantum eſt puniendus extra ordinem.
23 Percuſſio, an fuerit ad defenſam, vel ad vindictam ex quo dignoſcatur.
24 Ad excludendam pænam ordinariam homicidij ſufficit occiſum ſe præparaſſe ad dandam alapham.
25 Aggreſſor ſi occidatur in actu aggreſſionis non eſt locus pænæ ordinariæ.

Inſultans, & Inſultatus, an & quomodo pro delicto teneantur, & puniantur.

ADNOTATIO II.

1 PRouocatio, ſiue facto, ſiue verbis iuſtam præbet iracundiam, ac dolorem ad vlciſcendum, vt inquit *text. in l. qui cum natu maior 14. §. ſi libertus in verbo ignoſcendum ff de bon. libert. Io. And. in cap ſignificauit per illum textum in verbo antecedentes in ea glo. de pænit. & remiſ. Marſil. conſ. 137. n. 6. & ſeq. Boſſ. in tit. de iniur. num. 6. & ſeq. Pariſ de Put. in verbo notorium iudicij num 5. poſt med. Vermigliol. conſ. crim 173. nu. 5. Farinac. q. 91. n. 7.*

2 Rixæ enim auctor ſemper dicitur eſſe in culpa, ſecundum *Bald. in l. ſi ex plagis § cum Tabernarius ff. ad l aquil. Marſil. conſ. 108. nu. 11. Farinac conſ. crim. 35. num. 13. tom 1. & in prax. crim. q. 125. nu. 514. Ioſeph. Ludou. dec. Lucen. 16. nu. 3.*

3 Hinc eſt quod auctor rixæ, & tumultus teneatur de omni malo, & delicto quod ex eadem rixa, & tumultu ſequitur *Paul. de Caſtr conſ. 377. col. 2. in prin. verſ & hoc etiam lib. Bero. conſ. 17. lib. 3. Boer. dec. 54. num. 2. cum alijs relatis per Farinac. q. 126. nu. 65. in tit. de homicid. p. 4.*

4 Vnde tenetur de homicidio ſecuto etiam ſi ipſe homicidium non commiſerit *l. 1. §. cum Arietes ff ſi quadrupes pauper. feciſſe dicat. Abb in cap. Clerici il 1. poſt. prin de vit. & honeſt. Cler. Marſil. conſ 137. nu. 19. Nouel. in tract. ad defenſ. n. 29. Farinac. conſ. crim. 2. num. 3. in fi. tom. 1.*

5 Et etiam ſi aſſerat ſe in aliquo non deliquiſſe, cum contra eundem militet iuris præſumptio ſolus de homicidio, vel vulnere tenetur, vt pæna ordinaria puniri poſſit per *text. in l. Iul. de vi. public. facit text. in l. hoc iudicio ff. de ſer. corrupt. Bald. in l. 1. nu. 14. in fi. C de ſer fugit. Ant. conſ. 216. Boniſ. de Vitalin. in tit. de iniur. & percuſ. n 30. verſ. ſunt tamen qui dicunt. Angel. de maleſ. in verbo, & Andrea n. 21. verſ. niſi fuerit vnus Marſil. ſing. 403 Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſ. 302. n. 23. & 24. And. Gail. lib 2. pract. obſer. 109. n. 3. Farinac. conſ 4. n. 1. tom. 1. Ioſeph. Lud. dec. Lucen. 16. n. 13 & 14.*

6 Inſultatus vero quidquid perpatrauit in actu aggreſſionis ad eius defenſionem feciſſe præſumitur, & per conſequens nulla pæna puniẽdus venit *Alex. conſ 66. & 109. lib. 1. Corn. conſ. 107. n. 7. & 8. & conſ. 162. col. 3. vol. 1. Dec. conſ. 676. & 678. lib. 4. Gram conſ. 18. & conſ. 56. per tot. Farinac. conſ. 35. n. 20. & 21. tom. 1.*

7 Quidquid enim fit lege permittente nulla pæna meretur *l Gracchus C. de adulter. Marſil. in l. 1. in prin. col. 4. ſub n. 28. C. de ſicar. ad tradita per Socc. iun. conſ. 36. col. 44. lib. 2. & conſ. 117. lib. 3.*

8 Aggreſſor autem, vt qui manus ponit ad arma, ſemper dicitur habere præſumptionem iuris contra ſe, vt bene ſcripſit *Aret. conſ. 34 col. 2. verſ ſecundo eſt permittendum*, ex qua præſumptione remanet probata neceſſaria defenſio, quia non eſt expectan-

da percuſio, vt recte dixit *Bald. in l.1, n.17, & 18. C. vnde vi, Cepal. conſ. 28, nu. 10, late Bertrazol. conſ. 101, n. 3, & 4, & conſ. 1, n. 18.* vbi copioſè
9 alios allegat. immo ſolus armorum terror ſufficit, vt iuſta dicatur defenſio *Moſcard. de probat. lib. 3, conclu. 1126, ſub n. 27.*

10 Vnde prouocatus quidquid poſtea facit ſine dolo feciſſe dicitur *Cepol. conſ. 51, num. 9, Marſ. conſ. 137, num. 31, & 22. & in pract. crim. § quoniam nu. 65, & 66. Nouel. in tract. ad defenſ. nu. 29, in prin. Tiraq. de pæn. temperan. caſ. 1, n. 6. Farinac. conſ. 67.*
11 *nu. 5, tom. 1.* Et per conſequens licitè, & impunè, quia vim vi repellere cunctis, & ſe impune defendere omnes leges, omniaque iura permittunt *l. ſciendum §. qui cum aliter ff. ad l. aquil. l. vt vim ff. de iuſt. & iur. vbi Iaſ. Dec. & communiter ſcribentes Cepol. conſ. 41. n. 11, Alex. conſ. 119, num. 4, lib. 7. Farinac. conſ. 35, n. 11, tom. 1.*

12 Ex quibus ſequitur, quod prouocatus, qui prouocantem in rixa occidit, à pæna homicidij ordinaria excuſetur, & neminem de hoc dubitare loquit *Farinac. conſ. crim. 2, nu. 4. tom. 1. per text. in l. qui cum minor §. libertus ff. de bon. libert. l. ſcientiam §. qui cum mulier ff. ad l. aquil. l. ſi adulterium cum inceſtu §. Imperatores ff. ad l. Iul. de adulter. Clem. 1. de homicid. Marſ. conſ. 137, n. 6, & 7. & in pract. §. quoniam n. 60, & ſeq. Tiraq. de pæn. caſ. 1, n. 6, Clar. in §. fi. q. 60. num. 14.*

13 Immo non ſolum excuſatur prouocatus ſi prouocantem offendentem occidat, ſed etiam ſi tertium, qui neque offenſionem intulerat, nec rixæ cauſam dederat *l. lex Iulia in fi. ff. ad l. Iul.* per quem textum, ita ſingulariter dixit *Rom. in l. cum mulier n. 66. verſ. aduerte tamen Marſil. in pract. §. quoniam n. 64. Correr. in pract. tract. de homicid. & aſſaſſin. §. 7. excuſat num. 3. pag. mihi 161. Tiraq. de pæn. temperan. cauſ. 1, in 3. ampliat nu. 10. Boſſ. in tit. de homicid. n. 58. & ſeq.* qui expreſſe loquitur in fratre pro ſtimulo defenſionis fratris rixantis accurrente, & occidente alium tertium non rixantem *Farinac. conſ. crim. 2. n. 5. & 18, vol. 1,* vbi pariter loquitur de fratre auxiliante fratre prouocato, & occidente patrem inſultantis, qui non dedit cauſam rixæ.

14 Sed quod prouocatus videatur facere ad vindictam, & non ad defenſam, ita vt offendendo prouocantem dicatur doloſe, & ex propoſito offendere, quamuis non appenſatè *l. cum maior §. ſi libertus ff. de bon. libert. Cepol. conſ. 42. n. 5. Alex. conſ. 67. ſub n. 1. lib. 1. Tiraq. de pæn. cauſ. 1. n. 8. Baſſ. in tit. de homicid. ſub n. 91.*

15 Etenim poſt prouocationem, vel percuſsionem repercutere dicitur vindicta, & non defenſio *Bart. in l. 1. vbi Bald. num. 17. & 18. C. vnde vi Dec. in l. vt vim. num. 10. C. de iuſt. & iur. Marſil. in l. ijs, qui aggreſſorem C. de ſicar. Bertraz. conſ. crim. 121. n. 7. & 8. & conſ 350. num. 11. Bero. conſ. 194. num. 12. in 3. Corn. conſ. 107. num. 4. vol. 1. Duen. reg. 192. num. 3. Clar. in §. homicidium vbi Giaccor. & Baiard. Cioff. conſ. 117. num. 15. in 1. Farinac. conſ. 35, nu. 21. Giurb. conſ. crim. 17, num. 11. Seſſe. dec. 104. nu. 8. 9. 10, & 13.*

16 Lim. 1. hanc concluſionem procedere in dubio, quia iuris eſt præſumptio inſultatum magis ad defenſam, quam ad vindictam voluiſſe *Alex. conſ. 109. num. 1. Cepol. conſ. 38. num. 7. conſ. 29. n. 9. Aret. in §. ius autem inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. Marzol. conſ. 77. nu. 11. Hond. conſ. 104. num. 32. in 1. Bertraz. conſ. crim. 1. n. 15. 38. conſ. 31, n 9. conſ 128, num. 3. 4. & 13. Socc. iun. conſ. 135. nu. 11, in 3. Farinac. conſ. 35, num. 21. Alciat. de præſumpt. regul. 3, præſumpt. 39, nu. 5, Baiard. ad Clar. in §. homicidium num. 95, Giurba conſ. crim. 17. n. 19. Boer. dec. 336. ad fin. Barz. dec. 141, n. 25. & dec. 142. nu. 5. Caual. dec. 27, num. 1, & 5, p. 5.*

17 Adeo, vt ad ſui defenſionem aggreſſum omnia egiſſe præſumatur abſque alia probatione *Angel. de malef. verbo Titius ſe defendendo nu. 13. Hond. conſ. 99. n. 13, & conſ. 104. n. 31. in 1, Tuſch. lit. D. conclu. 139, n. 17. Baiard. ad Clar. in §. homicidium num. 102. Maſcard. de probat. conclu. 490. nu. 1. & conclu. 1126. n. 3, 4, & 5, Giurba conſ. 17. n. 20. & n. 29. in fi.* vbi quod probato inſultu, ſatis quoque probatum remaneat, inſultatum in continenti ad defenſionem offendiſſe *Seſſe dec. 104. n. 8.* & ita dicere omnia iura, & Doctores inquit *Clar. in § fi. q 60. n. 14.* vbi quod in dubio ille, qui eſt prouocatus præſumitur id, quod facit, facere ad ſui defenſionem, & non cauſa vltionis.

18 Lim. 2. diſtinguendo quod ſi prouocatus offendit prouocantem timens adhuc iterum offendi, & tunc non ad vindictam, ſed ad defenſionem offendi dicitur, ſi vero prouocatus offendit prouocantem quando de eo non poterat amplius timere, nempè ſi iam effugiebat, vel in foueam ceciderat, & tunc dicitur facere ad vindictam ad tradita per *Cepol. conſ. 29, num 27, & 28. & conſ. 42, n 3, & ſeq. Grand. in tit. de defenſion. à reo facien. n. 5. Carrer. in pract pag. mihi 154. n. 23, & ſeq.*

19 Mitius tamen punitur prouocatus verbis, vel facto, ſi prouocantem offendat tamquam iuſto dolore, & iracundia motus, etiam ſi moderamen inculpatæ tutelæ exceſſerit, ignoſcendum eſt enim ei qui prouocatus ſe vleiſci voluit, dicit textus *in l. qui maior §. libertus ff. de bon. libert. Marſil. in pract. §. quoniam n. 62. & ſeq. & conſ. 137. per tot. Boſſ. in tit. de homicid. ſub n. 59. Clar. in §. fi. qu. 60. nu. 14. in fi. Gomez. de delict. in tit. de homicid. n. 24. Farinac. q. 91. nu. 7.*

20 Inſultatus autem dicitur prouocatus ab inſultante, vt quidquid fecit cenſeatur etiam cauſa iracundiæ feciſſe, vnde eidem non eſt imputandum per *text. in l. quod calore ff. de reg. iur. cap. ſi quis iratus, & prouocatus, vel iuxto dolore accenſus mitius puniatur 2. q. 2 Felin. in cap. dilecti filij ſub nu. 13. in fi. de excep. Rom. ſing. 514. nu. 5. Tiraq. in tract. de pæn. cauſ. 1, n. 1. Farinac. conſ. crim. 2. n. 13, tom. 1.*

21 Amp. prædicta procedere etiam ſi talis delinquẽs prouocatus animo vlciſcendi homicidium commiſerit, quia cum fuerit cauſatum ab anteriori dolo aduerſarij inſultantis, vtique mitius puniri debet *Cepol. conſ. 41, num. 15. conſ. 42. nu. 5. & conſ. 43. nu. nu. 1, & 2. Hond. conſ. 104. nu. 34. in p. Giurba conſ. crim. 17. num. 25.*

22 Siquidem prouocatus delinquendo non dicitur in dolo, ſed in culpa, & ſic non de dolo pæna ordinaria, ſed de culpa extra ordinem eſt puniendus *Tiraq. de pæn. temperan. cauſ. 1, num. 6. Nouel. ad defenſ. in prin. nu. 29. Marſil. conſ. 137. n. 21. & 22. & in pract. §. quoniam nu. 65. & ſeq. Rom. ſing. 3. Farinac. qu. 91. num. 8.*

23 Percuſſio autem an fuerit ad defenſam, vel ad vindictam ex facti, & perſonarum qualitate colligi

poteſt,

poteſt, notat *Bart. in l. 1. num. 10. Bertraz. conſ. crim. 1. nu. 25. Burſ. conſ. 420. num. 12. Giurba conſ. crim. 17. num. 34. Seſſe dec. 104. num. 12.*

24 Sufficit enim occiſum ſe præparare dumtaxat ad dandã alapham, ſeu maſcellatam occiſiori ad excuſandum occiſorem à pæna delicti ordinaria, quod procedit etiamſi ſperaretur vicinos, ſeu circumſtantes occurrere poſſe, & in medium ſe ponere ad ſedandam, & componendam differentiam, & altercationem, quia per eoſdem reparari non poteſt iniuria perſonalis, ita *Tondut. quaſt. ciuil. p. 2. cap. 172. nu. 19. tom. 2.* & non teneri hoc caſu aufugere de communi teſtatur *Barz. dec. Bonon. 141. num. 13. & 20. & idem Tondut. dicto num. 19. verſ. & quod Gomez. lib. 3. var. reſol. cap. 3. num. 24.*

25 Hinc eſt quod ſi aggreſſor occidatur in actu aggreſsionis non eſt locus pænę ordinariæ, & quod reus in huiuſmodi caſus contingentia debeat relaxari, aut ad ſummum mitti in exilium, prout apud eum iudicatum fuiſſe refert *Papon. lib. 22. tit. 5. art. 1. & ita ſeruatum fuiſſe per Senatum Burdegalenſem apud Boer. dec. 169. Gomez. lib. 3. var. reſ. cap. 3. de homicid. num. 24. in fi. verſ. immo quod magis eſt Carrer. in pract. tit. de homicid. verſ. circa quartum nu. 11. Galganet. in conſtit. Mediolan. cap. homicidia nu. 802. Bertraz. conſ. 434. num. 4. 5. & 6. Viui. opin. 199. num. 11. Tondut. queſt. ciuil. par. 2. cap. 172. numer. 17.*

SVMMARIVM.

1 Homicidium non pręſumitur deliberatè commiſſum, ſed in pura rixa num. 4.
2 Nec tractatus in dubio præſumitur.
3 Rixa in dubio ſine tractatu ſecuta præſumitur.
5 Homicidium in dubio potius caſu, quam appenſatæ commiſsum eſt præſumendum.
6 Qualitas animi deliberati à fiſco eſt probanda.
7 Magis eſt credendum teſtibus deponentibus de homicidio caſualiter ſecuto, quam appenſatè.
8 Homicidium quando dicatur in rixa commiſſum & numer. 9.
10 Occidens inimicum caſu obuium non dicitur ex propoſito occidiſſe, ſed ex tempore.
11 Et extra ordinem punitur, etiam ſi habuerit animum occidendi.
13 Homicidium in dubio, licet animo occidendi non præſumatur deliberatè commiſſum niſi probetur præmeditatio.
14 Homicidium ſecutum calore iracundiæ æquiparatur homicidio in rixa commiſſum.
15 Et excludit pœnam ordinariam.
16 Limita ſi homicida erat inimicus, in quo præſumitur præmeditatio.
17 Sublim. procedere ſi inimicitia ſit capitalis, ſecus ſi nulla præceſſerat inimicitia num. 18.
19 Lim. 2. ſtante rixa, in qua non attenditur inimicitia.
20 Homicidij pœnæ ordinariæ non eſt locus, niſi conſtet de præmiditatione.
21 Vbi ceſſat præmeditatio ceſſat dolus, & ſic pæna ordinaria.
22 Homicidij ſpecies referuntur.
23 Homicidium caſuale quomodo committatur.
24 Lapide commiſſum quando punibile.
25 Non dicitur dolo commiſſum ſi quis admenando in feram, occurrentem hominem interficiat, ſi nulla culpa concurrat num. 26.
27 Homicidium commiſſum in perſona vnius dum alium interficere volebat punitur pæna mortis. Contr. n. 28.
29 Caſu commiſſum generaliter eſt impunibile non concurrente dolo, vel culpa num. 30. 32.
31 Clericus pro homicidio caſuali non incurrit irregularitatem.
33 Homicidium leui culpa commiſſum, aut eſt impunibile, aut extra ordinem puniendum.
34 Homicidium leuiſſima culpa commiſſum redditur impunibilo.
35 Culpoſum vero pæna extraordinaria punitur.
36 Culpa lata non æquiparatur dolo.
37 Homicidium culpoſum pæna pecuniaria, vel exilij punitur, & etiam pæna triremium ad tempus.
38 Delictum lata culpa commiſſum pæna pecuniaria, vel relegationis puniri poteſt.
39 Culpoſum homicidium eſt quando committitur abſque animo, & voluntate occidendi.
40 Culpoſum redditur homicidium ſi proijciatur lapis aduerſum canem, & tranſiens occidatur.
41 Prout etiam ſi proijciatur lapis è feneſtra, & tranſiens occidatur.
42 Homicidium ſimplex, & non deliberatum dicitur illud, quod in pura rixa committitur.
43 Præcipuè ſi occidendi deliberatio non ex interuallo, ſed in rixa ſuperuenerit.
44 Et ad excludendam deliberationem ſufficir, quod etiam ex interuallo committatur ſi duret rixæ calor.
Calor rixæ dicitur durare intra triginta dies ibidem. Intellige vt num. 45.
45 Homicidium in continenti dicitur commiſſum, ſi in ipſa rixa, vel paulo poſt committatur.
46 Homicidium in pura rixa commiſſum extra ordinem puniri debet, & non pæna mortis num. 48.
47 Contrarium num. 47. Declara, vt num. 49.
50 Vbi non conſtat quis ex rixantibus fuerit aggreſſor ſemper excluditur pæna ordinaria.
51 Homicidium in rixa tunc dicitur commiſſum, quando præceſſit aliqua rixa, aut verbalis, aut realis inter occiſum, & occidentem.
52 Animus occidendi poſt inchoatam rixam præſumitur ſuperueniſſe inconſulto calore, & præcipiti voluntate non tribuente locum pænę ordinariæ.
53 Inſultatus ſi excedat modum inculpatæ tutelæ in occidendo inſultatorem puniendus eſt pæna extraordinaria pro exceſſu.

Homicidium quando caſu, & in pura rixa commiſſum dicatur, & quomodo puniatur.

ADNOTATIO III.

1 HOmicidium deliberatè commiſſum fuiſſe non præſumitur *Felin. in cap. ſicut dignum n. 6. de homicid. Marſil. in l. ſi in rixa n. 28. ff. de ſycar. Plot. conſ. 103. n. 34. vol. 1. crim. Alba conſ. 46. n. 1. Bertraz. conſ. crim 85. n. 2. Gram conſ. 32 n. 4. Dec. conſ. 104. n. 19. in 3. Boſſ. in tit. de homicid. n. 23. & 25. Carrer. in prax. §. quinto quęro num 6. Blanc. de indic. n. 54. Cabal. de omn. gener. homicid. n. 385. Giurb. conſ. crim. 2. n. 13.*

2 Nec tractatus in dubio præſumitur *Innoc. in cap. continentiam de Cler. percuſ. Bald. in l. 1. C. de ſer. corrupt. Corn. conſ. 98. n. 21. vol. 2. Pariſ. conſ. 164. n. 12. vol. 4. Turret. conſ. 12. n. 32. conſ. 61. n. 26. in 2. Giurb. conſ. 2. n. 14. Seſſe dec. 212. n. 18. Rot. Auenionen. dec. 93. n. 13.*

3 In dubio autem rixa potius ſimplex, quam pręuio tractatu ſecuta cenſetur *Burſ. conſ. 316. nu. 34. conſ. 46. n. 12. & conſ. 47. n. 6. Macerat. lib. 3. reſ. 10. n. 4. Giurba conſ. 2. n. 14. verſ. Rixa enim.*

4 Vnde in dubio homicidium præſumitur commiſſum in rixa, & non animo deliberato, & præmeditato, & ita Iudex iudicare debet, ſi ex proceſſu aliter

non

Digitized by Google

non conſtet; ita quod incumbat onus probandi prætendenti perpetratum animo deliberato *Surd. conſ.40. n.17. Bertraz. crim. crim 35. n.2. Baiard. ad Clar. in §. homicidium n.125. Tondut. reſol. ciuil. p.1. cap. 171. nu.4. tom. 2.*

5 Immo potius caſu, quam appenſate commiſſum, vt inquit text. *in l.1. C. de ſicar. Felin. in cap. ſi. de homicid. Surd. conſ.40. nu.49 Dec. conſ.134. nu. 25. Macerat. lib.3. reſol.10. n.5. Cephal. conſ.206. nu.11. Dec. conſ.104. n 19. vol.3. Menoch. de arbitrar. caſ. 361. num.23. Burſ. conſ.316. num.34. Giurba conſ.2. nu.15. Farinac. qu.96. nu.75. & conſ. 61. n. 7.* Et ex improuiſo *Grilenz. conſ.149. n.25.*

6 Propterea qualitas deliberati animi à fiſco eſt probanda *Dec. conſ. 104. num. 14. Turret. conſ.12. num.34.* Bertraz. *conſ crim.315. num.8.* Macerat. *lib. 3. reſol.10. num. 6. & ex* Bart. *Ang. & alys comprobat Marſ. in pract. §. conſtante num. 64.*

7 Magis tamen eſt credendum teſtibus ſi caſuale homicidium dixerint, quam deliberatum *Bald. & Felin in cap. in noſtra de teſt. Gabr. in tit. eod. concl.4. n.21. Cæpol. conſ 467. num.37. Giurba conſ.2. num. 16. in ſi.*

8 Quando igitur nullus adeſt præcedens tractatus, nec præambulum propoſitum homicidium dicitur in rixa commiſſum *glo. & Doctor. in l ſi. ff. ad l. Cornel de ſicar.* Bertraz *conſ crim. 106. n 5. lib. 1. Maſcard. de probat concl. 1289. n.2. Tondut. reſol. ciuil. p.1. cap.171. n.4. tom.2.*

9 Amp. vt generaliter homicidium in rixa dicatur commiſſum, quando inter occidentem, & occiſum præceſſit aliqua verbalis, vel realis controuerſia, ex qua incontinenti ipſum homicidium ſubortum fuit *Boſſ. in tit. de homicid. nu.58. Farinac. conſ. 132. ſub num. 6. Tondut. reſol. ciuil. p.1. cap. 171. n.5.*

10 Amp. 2. quod ſi quis caſu obuiam habuerit inimicum, & ita ira commotus illum interfecit, non dicitur ex propoſito occidiſſe, ſed ex tempore Bart. *in l. reſpiciendum §. delinquunt ff. de pæn.* Bertraz. *conſ. crim 208. n.8. & 9.* Rimin. *iun. conſ.743. num.3. Cabal. de omni genere homicid. n.382. Clar. in §. homicidium n.8 Caſon. de indic. tract.4. cap.1. num.2. & 3. Corrad. in prax. tit. de conſent. n 5. in ſi Molin. de iuſt. commut. tract. 3. diſ. 23. ſub nu.2. Azeued. l.2. n.4. tit.23. lib 8 recom.* Anthur. *iun. lib.3. familiar. qu.61. num.10. Giurba conſ. 2. num. 32.* Farinac. *qu. 126. num.215.*

11 Itaque ſi ex tempore, quia obuium inimicum habuit nullo præuio tractatu, vel deliberatione illum occidat, extra ordinem puniendus eſt *Auguſ. conſ.23. num.5. Cabal. reſol. crim caſ.191. num. 12. Caual. de Brach. reg p. 4. num. 164.* Guazz. *ad defenſ. reor. defenſ.33, cap.22, nu.8, Giurba conſ. crim. 2, num 32, in ſi & paſſim.*

12 Quod procedit etiam ſi habuerit animum occidendi, modo forte obuium occidat, nam tunc non punitur de premeditato ex textu *in cap. 21. Exod. num. 12. & ſeq.* vbi inquit text, quod qui percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatur, qui autem non eſt inſidiatus, ſed Deus illum tradidit in manus eius, conſtituam ſibi locum, in quem fugere debeat, *& ex l.1. in verbo cæterum C. ad l. Cornel. de Sicar.* vbi ea, quæ ex improuiſo caſu potius quam fraude accidunt, facto plerumque, non noxæ imputantur Bart. *in l reſpiciendum 11. §. delinquunt n. 2. ff. de pæn. Felin. in cap ſignificanti 18. num. 14. poſt prin. verſ. homo enim incenſo calore de homicid.* Farinac. *qu.126, num.215, & num.211,* vbi facit concluſionem *Surd. conſ.40, num.23, lib.1. Vermigliol. conſ. 26. num.9, & 10.*

13 Homicidium autem in dubio quamuis dolo, & animo occidendi commiſſum fuerit, non tamen præſumitur deliberatè, niſi ex aduerſo probetur præmeditationem, & deliberationem occidendi ex interuallo præceſſiſſe, adeo vt patratum fuerit, vt vulgo dicitur à ſangue freddo *Marſil. in l. ſi in rixa num. 28 ff. ad l. Cornel. de ſicar. Felin. in cap. ſicut dignum num. 6. de homicid. Giurba conſ. crim 2. n.13.* Farinac. *conſ.138. num.27. poſt med. verſ nam fiſcus lib. 2. Caſſon. de Malef. tit. de atroc. præmed. caſ. 5. n. 1. Menoch. de arbitrar. caſ. 361, n. 23. Surd. conſ. 40. n.19 lib.1. Clar. in § homicid. n.8. verſ. ex propoſito, & præcipuè in ſi. Angel de malef. in verbo appenſatè Boſſ. in tit. de homicid. n. 53, & ſeq. Vermigliol. conſ.26. n.13.*

14 Præcipuè ſi homicidium emanauerit ex calore iracundiæ ſuperueniente ex aliquo facto improuiſo, nam tunc æquiparatur homicidio commiſſo in rixa iuxta *l. ſi ff. ad l. Cornel. de ſicar. &* docent *Bart. in l. reſpiciendum 11. § delinquunt n 2, ff de pæn. Cabal. de homicid. n.134. Blanc. de indict. n. 90, poſt med. verſ. intelligas etiam Boſſ de homicid n. 94, ante ſi. Vermigliol. conſ.26, Clar. in §. homicidium n.7, & ſeq. Farinac. q.126, n.211, poſt prin.*

15 Militat enim eadem ratio in homicidio commiſſo in rixa, & in patrato ex impetu ex caſu improuiſo, cum vtroque caſu primi motus non ſint in noſtra poteſtate, ac proinde excluditur *pæna* ordinaria, *vt ex Peguer. dec. 14. n. 15. tradit Vermigliol. conſ. 26, num.11, & 12.*

16 Limita ſupradicta non procedere, quando conſtat homicidium commiſſum fuiſſe ab inimico etiã non capitali, vtpotè quia ex effectu deducitur antecedens præmeditatio, vt tenet *Paul. Merend. inter conſ. crim. diuerſ.90, n.11, lib. 2,* Blanc. *de indic. n.90. Hond. conſ.87, n.97, ante fin. verſ & licet lib.2.*

17 Sublim. 1. non procedere, niſi conſtet de inimicitia capitali, ex qua ſola deducitur præmeditationis præſumptio *Bertraz. conſ 85, n.17, & ſeq. lib.1* Burſat. *271, n. 30, lib.3, Dec. cõſ 67, n 9 & ſeq. lib. 3, Anchar. conſ.2 0, n.4,* Muntum *conſ. 152, n. 13, & conſ. 125, n.1, lib. 1, & conſ 173. n 14, lib. 2. Panzirol. conſ.151, n.3, & ſeq* Caſon. *de malef. tract 2, cap. 5, n.3, Maſcard. de probat. conclu.98, n 5* Farinac. *de communi q. 49, n.100, & q. 126, n.179, & conſ. 61, n.10, lib.1, & conſ.138, n 7, & 8. & n.28, ante ſi. & conſ.193, n. 44. lib. 2, vbi etiam de communi Vermigliol. conſ.26, n.15.*

18 Multo magis ſi nulla præceſſit inimicitia inter occiſum, & occiſorem, nam tunc homicidium non poteſt dici animo deliberato commiſſum *Tondut. qu. ciuil. p.1, cap.171, nu. 6, & 10. Maſtril. deciſ. 297. numer. 56.*

19 Limit. 2. ſtante rixa, nam tunc non eſt attendenda inimicitia, cum rixa, & ſubitus impetus cadere poſſit etiam inter inimicos *Tondut. quæſt. ciuil. p.1, cap. 171, n.9, & 10, tom. 2, Maſtril. dec. 297, n.65.*

20 In homicidio enim non eſt locus pœnæ ordinariæ niſi conſtet de animo præmeditato occidendi *Boſſ. in tit. de homicid. n.91,* vbi quod puniatur mitius, etiam ſi dolo commiſerit *Tondut. quæſt. ciuil. par.2, cap. 172, n.16, tom. 2.*

Digitized by Google

21 Vbicunque enim ceſſat præmeditatio, ceſſat dolus, & conſequenter ceſſare etiam debet pæna ordinaria, adeo vt nec lata culpa ſit dolo æquiparabilis *Rond. conſ. 104. n. 8. & ſeq. lib. 1. Farinac. q. 87. n. 22. vbi de communi Vermigliol. conſ. 39. n. 6.*

22 Homicidium autem, aut caſu, aut in puta rixa, aut ex propoſito, aut impetu committitur, vt inquit textus *in l. reſpiciendum 11. §. delinquunt ff. de pæn.* vnde redditur, aut culpoſum, aut doloſum, aut ſimplex, aut caſuale, aut pure rixoſum.

23 Caſuale igitur homicidium committitur vltra intentionem occidentis ex actu minimè directo, & penitus extraneo ab homicidio, nempè quando quis equo currens, & non valens illum retinere incidit in tranſeuntem, illumque occidit, dummodo equitans non ſit in aliqua culpa, ſcilicet ſi equitans ſciebat vitium equi, quod erat effrenatus, vel quando ſciebat frenum eſſe leue, & fragile, nec potens ad retinendum à curſu, vt late alijs congeſtis tradit *Farinac. q. 126. n. 37. p. 4. in tit. de homicid.*

24 Amp. in homicidio lapide commiſſo, caſualiter, nam tunc eſt impunibile, ſecus ſi non caſu, ſed ſtudioſè perpatratum fuerit, nam hoc caſu dicitur perpatratum, cum armis, cum armorum appellatione etiam lapides contineantur, iuxta textum *in l. armorum appellatione ff. de verb. ſignif. per text. in cap. exhibita vbi Fel. de homicid. Cepol. conſ. crim. 30, ad tradita per Menoch. de arbitrar. caſ. 324, n. 10, ita Ioſeph. Lud. dec. Lucen. 62. n. 15, & 16.*

25 Ampl. 2. vt homicidium non dicatur dolo commiſſum, ſi quis admenando telum in feram occurrentem hominem interficiat, textus eſt ad literam *in l. reſpuendum §. delinquunt in ſi. ff. de pæn. Socc. iun. conſ. 58, per tot. lib. 2, cum alijs allegatis per Farinac. q. 126, n. 26, p. 4, in tit. de homicid.*

26 Sed in hoc Iudex attendere debet, an adſit aliqua culpa, eiuſque grauitas, & leuitas, & ſecundum eius qualitatem pænam imponere, ad culpam tamē excludendam ſufficit probare, quod ſagittans non videbat perſonam, quam percuſsit, præcipuè ſi inter eos nulla aderat inimicitia, ſed potius amicitia, ſecus vero ſi de contrario conſtatet *Boniſ. de Vitalin. in tit. de inſult. & percuſ. n. 35, Carrer. in pract. in tract. de homicid. & aſſaſſin. in §. tertio quaro n. 11. Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 324, n. 2, Planch. in epitom. delictor. lib. 1, cap. 27, n. 8, Farinac. qui alios refert in q. 126, n. 27, p. 4, tit. de homicid.*

27 Limit. in homicidio commiſſo in perſonam vnius dum homicida volebat alium interficere, nam tunc pæna mortis puniri debet, quoniam reatus homicidij conſiſtit in exterminio humanæ creaturæ, & nihil refert, quod magis vnus, quam alter occidatur, dummodo dans operam rei illicitæ habeat animū, & in proximo actu occidendi permaneat, nam apud Deum nulla eſt diſtinctio perſonarum *Clar. in §. homicidium verſ. dicunt autem aliqui.*

28 Contrarium, quod hoc caſu non ſit imponenda pæna homicidij ordinaria, ſed extraordinaria iuxta æquiorem, & ſeruatam opinionem, de qua poſt alios refert *Gomez. de delict. tit. de homicid. n. 35. Mandel. conſ. 30, n. 2, Farinac. conſ. 1, n. 15, 18.* vbi quod volens occidere Titium occidat Sempronium, non teneatur pæna ordinaria homicidij, ex quo reſpectu Sempronij non adfuit animus occidendi, adeo vt dicatur potius culpa, quam dolo homicidium commiſſum, & ad hoc, vt quis pæna ordinaria homicidij puniri poſſit, exigitur quod intercedat dolus quo ad eum, qui fuit occiſus, in nihilo refragante, quod præceſſerit dolus, quo ad eum, quem occidere intendebat, vt tenuit *Iaſ. in l. ſi pater in 2, col. n. 9, C. de hered. inſtit. Abb. conſ. 30, per totum vbi pulchrè hoc idem comprobat.*

29 Generaliter vero homicidium caſu commiſſum eſt impunibile *l. abſentem in ſi. ff. de pæn. Boſſ. de homicid. n. 66. Farinac. conſ. 1, n. 8,* vbi quod etiam in dubio non ſit deneganda abſolutio, iuxta *conſ. Aym. 8, n. 3.*

30 Præcipuè ſi nullus dolus, vel culpa interueniat *glo. in l. 1, §. diuus in verbo caſu ff. ad l. Cornel. de ſicar. glo. in l. reſpiciendum §. delinquunt in verbo, aut caſu in prin. ff. de pæn. & ibi Bart. n. 3, l. 1, in ſi. ff. de ſicar. cum alijs allegatis per Farinac. in tit. de homicid.*
31 *q. 126, n. 56,* vbi quod hoc caſu Clericus non incurrit irregularitatem *p. 4.*

32 Lim. procedere in homicidio commiſſo caſu fortuito, in quo nulla prorſus interuenerit culpa, ſecus in homicidio commiſſo ex improuiſo caſu, in quo licet non ſemper concurrat culpa, plerumque tamen præcedit, vt declarat *Farinac. dicta q. 126, n. 59. per textum in l. p. in ſi. C. de ſicar.*

33 Homicidium autem leui culpa perpatratum, aut nullo modo puniri poteſt *Boſſ. in tit. quomodo procedatur per actionem n. 38, Clar. in §. homicidium n. 3, verſ. culpa dicitur circa med.* Aut ſaltem extraordinaria, & mitiori pæna plectendum *glo. in l. reſpiciendum §. delinquunt in verbo, aut caſu in prin. verſ. ſic aliquando ff. de pæn. vbi Bart. n. 3.*

34 Prout etiam homicidium leuiſſima culpa commiſſum redditur impunibile *Socc. iun. conſ. 58, n. 10, verſ. vel ſecundo reſponderi poteſt lib. 1, Clar. in §. homicidium n. 3, verſ. culpa dicitur circa med. Boſſ. in tit. de homicid. n. 69, Farinac. q. 126, n. 55, p. 4, in tit. de homicid.* aut ſaltem mitius punitur, ſecundum *glo. in l. reſpiciendum § delinquunt in verbo, aut caſu in prin. & in verbo caſu ff. de pæn. & ibi Bart. poſt n. 3, & ſeq.*

35 Homicidium vero culpoſum pæna non ordinaria, ſed extraordinaria, & mitiori arbitrio Iudicis, iuxta facti, & perſonarum qualitatem punitur *Clar. in pract. §. homicidium n. 3, ſub verſ. culpa dicitur vbi de communi Carrer. in pract. in 3, tract. de homicid. & aſſaſſin. §. 14, n. 1, Gomez. de delict. cap. 3, rub. de homicid. n. 15, Menoch. de arbitrar. qu. caſ. 324, n. 1. 11, & 12, cum alijs per Farinac. q. 126, n. 42,*
36 *& 50,* ex quo vbi agitur de pæna corporali culpa neq; etiā lata æquiparatur dolo *l. in l. Cornel. in princ. ff. ad l. Cornel. de Sicar. vbi glo. in verbo culpa lata Cabal. in tract. de homicid. n. 197, 202. & ſeq. Vermigliol. conſ. 37, n. 1, Boſſ. in tit. de homicid. n. 67. Planc. in Epit. delictor. lib. 1. cap. 10. n. 6,* cum alijs adductis per *Faman. Centolm. in addit. ad conſ. 1, Farinac. lit.* F.

37 Et puniri debet pæna pecuniaria, vel exilij pro modo culpæ *Boſſ. in tit. de defenſ. reor. n. 68, Farinac. conſ. 1, n. 18,* & quandoque etiam pæna triremium ad tempus puta per trienniū, nam licet lata culpa nō æquiparetur dolo in corporalibus, ac proinde corporaliter puniri nequeat ſecundum *Anchar. conſ. 283, in ſi.* verior tamen eſt opinio, quod etiam corporaliter puniri poſſit, quando delictum eſt capitale, dummodo mitius puniatur, quam dolus *Maran. in ſuo ſpeculo p. 4, in prin. n. 59, verſ. reſtat tamen dubium* Vbi de communi *Bero. in cap. 2. nu. 40.*

poſt

Digitized by Google

poſt med. verſ. & quamuis de conſtit. Cepol. conſ. 41,
38 *num.*9, vbi quod pœna pecuniaria, vel pœna relegationis per quinquennium ad ſummum lata culpa puniatur ad textum *in l.lege Cornelia la* 2. *§. cum quidam ff. ad l.Cornel. de ſicar. Clar. in §.fi. qu.*84. *in fi. prin.* quos refert, & ſequitur *Famianus Centulin. in addit. ad conſ.* 1. *Farinac. lit. E.*

39 Culpoſum vero, ſeu non doloſum homicidium dicitur illud, quod perpatratur ſine animo, & voluntate occidendi, textus eſt *in l.*1. *§. diuus Adrianus ff. ad l.Cornel. de ſicar. Clar. in §.homicidium nu.* 3. *verſ. culpa dicitur, & num.* 4. *Boſſ. in tit. de homicid. n.* 35. *in fi. verſ. & quia animus cum alijs congeſtis per Farinac. qu.*126. *n.*4. *p.*4. *in tit. de homicid.*

40 Hinc eſt quod culpoſum redditur homicidium, ſi quis proiecit lapidem aduerſus Canem, & tranſeuntem occidat, etenim ſi proiecit lapidem aduerſus canem ad ſui neceſſariam defenſionem, & tunc nulla pœna punitur ſi tranſeuntem percutiat, & occidat, ſi vero non ad defenſionem neceſſariam lapidem proiecit, & tunc non tenetur de occiſo tamquam doloſus, ſed tamquam culpoſus *Bonif. de Vitalin. in tit. de inſult. & percuſ. n.* 35. *Sebaſt. Medic. in tract. de caſ. fortuit. qu.* 8. *n.*25, *Clar. in §.homicidium n.*4. *in fi. Maſcard. de probat. lib.* 2, *conclu.* 864. *nu* 4. *Farinac. q.*126. *nu.*17.

41 Prout etiam caſuale dicitur, ſi quis proiecit lapidem non credens, nec animaduertens aliquem occidere, nihilominus tranſeuntem, vel adſtantem percutit, & occidit, vt ſæpe contingit in proiectione lapidis facta per feneſtram, quo caſu quis decapitari non debet, ſed mitius puniri late *Farinac. dicta qu.* 126. *numer.* 18. *&* 19. vbi alia exempla adducit.

42 Homicidium vero ſimplex non deliberatum, & non præmeditatum dicitur illud quod in pura rixa committitur *Clar. in pract. §.homicidium nu.* 1. *Farinac. in prax. crim. qu.*126. *nu.*7.

43 Et dicitur etiam ſimplex licet doloſum, quando deliberatio aliquem occidendi non ex interuallo proceſsit, ſed in rixa, vel calore iracundiæ ſuperuenerit *Clar. in §.homicidium nu.*7. *verſ.doloſum autem* Farinac. *conſ.crim.*2. *num.* 19, *circa fin. tom.*1.

44 Immo ad excludendam deliberationem, & præmeditationem, ad effectum, vt homicidium commiſſum cenſeatur calore rixæ non eſt neceſſe, vt cõmittatur in fragranti rixa, & in eodem actu, & impetu, nullo prorſus interiecto temporis ſpatio, ſed ſufficit, quod etiam ex interuallo poſt rixam, & inde ad aliquos dies, dummodo rixæ calor duret, prout dicitur durare intra triginta dies, ſed verius eſt, quod arbitrio Iudicis hoc remittatur *Menoch de arbitrar. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 361. *num.* 18. *& ſeq. Baiard. ad Clar. in §.homicidium n.*21. *Bertraz.conſ* 65. *nu.*11. *Boſſ. in tit. de homicid. n.*61, Farinac. *qu.* 126. *n.*214. *Vermigliol. conſ.*33. *nu.* 9.

45 Et in continenti dicitur perpatratum nedum ſi in eadem rixa commiſſum fuerit, ſed etiam ſi paulo poſt *Marſ. conſ.* 137. *num.* 31. *& ſeq.* quod paulo poſt verificatur etiam ſi fuerit decurſum tempus triginta dierum, dummodo ſemper idem iracundiæ calor perdurauerit, nec ad extraneos actus diuerſus fuerit *Luc. de Pen. in l.omnes omnino Curiales C. de decur. lib.* 10. *Dec. in l.quidquid calore in fi ff. de reg. iur. Boſſ. in tit. de homicid. nu.*61, *&* 62. vbi etiam ſi in alio loco, quam in rixa ſecutum fuerit *Farinac. conſ.* 2, *num.* 8, *& conſ.* 166. *num.* 9. *poſt med.*

46 Huiuſmodi autem homicidium in rixa commiſſum non poteſt puniri pœna ordinaria, ſed extra ordinem iuxta delicti circumſtantias, & qualitates *Menoch. de arbitrar. caſ.*362, *num.* 4. *verſ. & iuris, & nu.* 11. *in fi. & num.* 26, *Tondut. reſol. ciuil. p.*1. *cap.*171, *num.*1, *tom.* 2. *Farinac. conſ.* 100. *num.* 28. *Hodd. conſ.*99. *n.* 45, *vol.*1. *Peeguer. dec. crim.* 14. *numer.* 15.

47 Contrarium, quod homicidium in rixa commiſſum dicatur doloſum, & ideo pro eo imponi poſſit pœna mortis, ſi animo occidendi commiſſum fuerit, docent *Aretin. conſ.*80, *num.*1. *Boſſ. in tit. de inquiſit. num.*116. *& ſeq. Clar. in §.homicidium verſ. doloſum, & verſ. ex propoſito nu.* 5, *&* 6. *Ioſeph.Lud. dec. Luc.* 61. *n.* 18. *& ſeq. cum alijs congeſtis per Farinac. qu.*126, *nu.*47. *p.*4. *in tit. de homicid.*

48 Verum quod raro pro homicidio in rixa commiſſo fuiſſe apud eum, quem in pœnam mortis condẽnatum inquit *Clar. in §.homicidium num.* 30, *in fi. verſ. alia etiam eſt defenſio*, expreſſe quod non intret hoc caſu pœna mortis, tamquam perpatratum crimen inconſulto iracundiæ calore abſq; prauo animo occidendi docet *Socc. conſ.*178, *in fi. verſ.primo, quia lib.*2. *& ante eum Alber. in l.ſi in rixa ff. ad Torpil. poſt num. primum Cyn. in l.is, qui cum telo nu.* 2, *verſ. & hoc & in fi. C. ad l.Cornel. de ſicar.* Farinac. *qui alios copioſè congerit dicta q.*126. *nu.*48. *p.*4.

49 Declara conciliando has contrarias ſententias, quod pro homicidio in rixa commiſſo eſt imponenda pœna mortis, conſtito, quod occiſor fuerit auctor rixæ, & prouocator, & quod ſimul vere habuerit animum occidendi, & in hoc caſu ſecunda ſententia eſt verior, & tenenda, ſecus vero ſi non conſtat, quod homicida fuerit prouocator, & quod altercando habuerit animum occidendi, qui in dubio propter rixæ calorem non præſumitur, & his concurrentibus prima ſententia ſibi locum vindicat, & iuxta eam multos à morte liberaſſe iudicando, & conſulendo, eo quia in proceſſu non conſtabat reos fuiſſe prouocantes, & habuiſſe animum occidendi, teſtatur *Farinac. cita qu.* 126. *num.* 49. *Vermigliol. conſ. crim.*28, *num.*5.

50 Præcipuè vbi non conſtat, quis ex duobus rixantibus fuerit aggreſſor, nam tunc ſemper excluditur pœna ordinaria *Guazin. de defenſ. reor. defenſ.* 29, *cap.*4. *numer.*30. & ideo hoc caſu imponendam eſſe pœnam relegationis, vel exilij ad quinquennium tradit *Ric collet.* 1016. *verſ. limita tamen Tondut. reſol. ciuil. p.*1. *cap.*171, *num.*2, *&* 3.

51 Homicidium autem in rixa tũc dicitur commiſſum, quando illud præceſsit aliqua rixa, aut verbalis, aut realis inter occidentem, & occiſum *Boſſ. in tit. de homicid. num.*58. Farinac. *conſ.*132. *ſub nu.* 6. *Vermigliol. conſ.*28. *num.*13.

52 Amp. etiam ſi poſt inchoatam rixam reſultet præſumptio animi occidendi, quia vbi non conſtat de præcedenti inimicitia, tractatu, aut cogitatione, & deliberatione delinquendi, homicidium præſumitur ſuperueniſſe inconſulto calore rixæ, ex abrupta quadam, & præcipiti voluntate, non tribuente locum pœnę ordinariæ *Clar. in § homicidium nu.*6. *verſ.ex oppoſito, vbi ita ſæpe à Senatu Mediolan. fuiſſe iudicatum Menoch. de arbitrar. caſ.*361, *num.* 37. *& ſeq. Farinac. q.*126. *n.*48. *verſ ſecus, & n.* 188. *& conſ.*

53 Quan-

Digitized by Google

53 Quando autem quis fuerit aggreſſor, ſeu prouocator, & rixæ cauſam dedit, quamuis ille, contra quem aggreſſio facta fuerit, aggreſſorem occiderit, etiam excedendo modum inculpatæ tutelæ, & quamuis occidens dolo, & ex propoſito fecerit, non tamen pœna mortis puniri debet, ſed extraordinaria pro modo exceſſus, & hæc eſt doctrina communiter recepta ab omnibus Doctoribus, *ad textum in l. vt vim ff. de iuſt. & iur. Aym. conſ. 114. nu. 8. & ſeq. vol. 2. inter conſ. diuerſ. & de communi, & vera ſententia teſtatur Facbin. lib. 1. controuerſ. cap. 33. Gail. lib. 2. pract. obſer. 100. n. 11. & obſer. 110. nu. 15. & de pace public. lib. 1. cap. 16. nu. 19. quos refert, & ſequitur Tondut. quaſt. & reſol. ciuil. p. 2. cap. 171. nu. 14.*

SVMMARIVM.

1 Homicidium doloſum dicitur ſi committatur animo occidendi.
2 Et dicitur præmeditatum, quando reſoluitur in animo ex interuallo à ſangue freddo.
3 Ex propoſito dicitur ſi animi deliberatio homicidium præcedat.
4 Homicidium, vt præmeditatè cenſeatur commiſſum, quæ requirantur.
5 Præmeditatum, deliberatum, & animus occidendi coniecturis probatur. Contrarium num. 6. *Diſting.* primam ſententiam procedere quo ad torturam, vel ad imponendam extraordinariam, ſecus quo ad ordinariam num. 8.
9 Ad condemnandam in pœnam extraordinariam indicia debent eſſe indubitata, ſecus ſi ſint tantum apparentia, & probabilia num. 10.
11 Indicia quando dicantur indubitata.
12 Ex inimicitia præcedente homicidium præſumitur præmeditatum.
13 Lim. procedere ſi inimicitia ſit capitalis.
14 Lim. 2. ſi caſu obuiam habuerit inimicum, ſecus ſi data opera num. 15.
16 Ex ſola inimicitia non arguitur animus deliberatus occidendi, niſi aliquo non dicto inimicum aggrediatur.
17 Et eſt probanda inimicitia, eiuſque cauſa.
18 Homicidium præſumitur præmeditatum, ſi occidens perquiſiuit iter occiſi.
19 Prout etiam ex verbis in rixa, vel poſt rixam prolatis numer. 21.
20 Animus ex loquela dignoſcitur.
22 Homicidium præmeditatum præſumitur ex congregatione, & aſſociatione perſonarum, ſecus ſi fuerit caſualis.
23 Ita etiam ex qualitate armorum inſolitorum, ſecus in eo qui ſolitus eſt geſtare arma num. 24. vel ſi licentia Prætoris concurreret num. 25.
26 Præſumitur præmeditatum ſi ex interuallo poſt commiſſam rixam patratum fuerit.
27 Actus ex interuallo, quando ſit factus relinquitur arbitrio Iudicis.
28 Animi deliberatio commiſſi homicidij præſumitur ex aſſiſtentia in loco delicti.
29 Lim. procedere in homine malæ conditionis, & ſolitus delinquere.
30 Lim. procedere in deambulatione, & aſſiſtentia inſolita.
31 Animi deliberatio præſumitur in ſolito vulnerare, & delicta perpatrare. Lim. vt num. 32.
33 Mala hominis reputatio in materia indiciorum multum operatur. Lim. vt num. 34.
35 Malus non præſumitur ſemper malus ſi per triennium laudabiliter vixerit.
36 Animus præmeditatus, & deliberatus occidendi præſumitur ratione loci occulti apti ad inſidias. Limit. vt numer. 37.
38 Animus præmeditatus, & deliberatus occidendi præſumitur in eo, qui ex improuiſo nullis dictis verbis alterum aggreditur, ſecus ſi aliqua verba prolata fuerunt.
39 Animus præmeditatus, & deliberatus occidendi præſumitur ex multiplicitate vulnerum. Lim. vt nu. 40.
41 Item præſumitur ex præambulis præparationibus. Lim. vt num. 42.
43 Item ex præcedenti tractatu, conſilio, & deliberatione. Lim. vt nu. 44.
45 Item præſumitur ſi tempore nocturno patratum fuerit homicidium. Lim. vt nu. 46.
47 Item præſumitur ex præcedentibus minis, & iactatione n. 48. Lim vt n. 49. Et quid ſi ignoretur percuſſor n. 50.
51 Item præſumitur ex confeſſione extraiudiciali.
52 Confeſſio extraiudicialis commiſſi delicti connumeratur inter indicia indubitata.
53 Non attenditur niſi quatuor concurrentibus.
54 Non ſufficit ad torquendum, niſi ſit probata per duos conteſſes de loco, & tempore nu. 55.
56 Item animus præmeditatus occidendi præſumitur ex geminata rixa, vbi declaratur.
57 Item præſumitur animus occidendi ſi nulla cauſa præcedente patratum fuerit. Contrar. nu. 58.
59 Coniecturæ, & præſumptiones excluſiuæ delictum magis ſunt attendendæ, quam incluſiuæ.
60 Homicidium licet animo occidendi commiſſum fuerit, non tamen præſumitur deliberatum a ſangue freddo niſi probetur.
61 Neque dicitur præmeditatus, niſi conſtet de negatiua interuentus rixæ, vel de affirmatiua præmeditationis.
62 In dubio non præſumitur præmeditatum, licet non iuſtificetur pura rixa.
63 Neque quando occidens fuit inſultatus.
64 Inſultatus quidquid facit præſumitur facere ad ſui defenſionem.
65 Homicidium ex propoſito, & doloſum punitur pœna mortis, tam de iure ciuili, quam diuino, vt neque à Principe hæc pœna remitti poteſt non obſtante pace offenſi nu. 66. Lim. vt nu. 69.
67 Sed adhunc effectum verus dolus requiritur.
68 Homicidium doloſum, ex propoſito, & animo occidendi idem ſunt.
69 Animus occidendi, ſimplex differt ab animo occidendi cum præmeditatione.
70 Pœna capitis vbi ex forma legis, ſtatuti, vel edicti eſt imponenda, intelligitur ſi animo deliberato patratum fuerit delictum.
71 Homicida, vt pœna mortis puniatur verus dolus requiritur ex propoſito, & deliberato, nec ſufficit lata culpa nu. 72.
72 Lata culpa non equiparatur dolo, vbi agitur de pœna ſanguinis.
73 Delictum dolo bono commiſſum non punitur, ſi dolo malo. Diſtingue, vt nu. 74. & 75.
76 Dolus præſumptus punitur extra ordinem.
77 Clericus reus homicidij doloſi, & deliberati punitur ad trriremes in perpetuum.
78 Limit. ſi eſſet extraordinaria pœna puniendus.
79 Pro qualificato vero homicidio præter pœnam depoſitionis, ab honore, ordine, & officio, amittit ipſo iure beneficia.
80 Immo quod Clericus pro homicidio qualificato poſſit etiam tradi curiæ ſæculari conſulto Papa.

Homicidium doloſè ex propoſito, & deliberatè quando committatur, & quomodo puniatur.

ADNOTATIO IV.

1 DOloſum homicidium dicitur illud, quod committitur ex voluntate, ac animo occidendi *Clar. in §. homicidium num. 5. verſ. doloſum autem*

Carrer. in pract. crim. in 3. tractat. de homicid. & aſſaſſin. §. homicidij autem Farinac. in tit. de homicid. qu. 126. nu. 2. p. 4.

2 Adeo vt tunc dicatur præmeditatum, ſeu deliberatum, vel ex propoſito, quando reſoluitur in animo occidentis ex interuallo, antequam perpetretur, ſedato iracundiæ calore, & vt dicitur à ſangue freddo, Boſſ. in tract. de homicid. num. 53. Clar. in §. homicidium num. 1. & 6. verſ. ex propoſito Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 361. num. 4. ſub verſ. ſciendum eſt iuncto num. 6. 15. 22. & 55. Farinac. qu. 126. nu. 8. Cabal. de homicid. nu. 383. Surd. conſ. 40. num. 19. lib. 1. Vermigliol. conſ. 28. nu. 3. & 4. conſ. 37. nu. 2. conſ. 67. nu. 1. & conſ. 69. n. 2. & 7.

3 Et ſi animi deliberatio homicidium præcedat cenſetur ex propoſito perpatratum, etiam ſi induſtriæ, & inſidiæ non interuenerint Clar. in §. homicidium num. 6. verſ. ex propoſito, ſed contrarium tenet Caſon. de indic. & tortur. cap. 1. num. 7. & ſeq. quas opiniones concordare ſtudet Farinac. in q. 126 n. 12. & 13. ſcilicet quod vna opinio procedat ſi inſidiæ in magna induſtria fuerint adhibitæ, altera ſi leui.

4 Ad hoc autem, vt homicidium cenſeri poſſit præmeditate commiſſum requiritur probatio cauſæ ratiocinatiuæ, & proportionatæ, cum in delictis deliberatis ad effectum conſiderandi cauſę proportionem ſolum attendi debeat cauſa delinquendi ratiocinatiua Caſſon. de indic. tract. 2. cap. 2. num. 1. & ſeq. & cap. 3. nu. 3. Blanc. de indic. num. 255. & ſeq. Farinac. qu. 52. nu. 145. & conſ. 192. nu. 1. & nu. 2. Vermigliol. conſ. 15. num. 5. & conſ. 42. nu. 9.

5 Homicidium præmeditatum, & deliberatum, ſeu deliberatus occidendi animus, & tractatus præcedens præſumptionibus, & coniecturis probatur Caſſon. de indic. & tortur. in præmiſſis cap. 5. num. 1. Clar. in §. homicidium num. 6. verſ. ex propoſito, & verſ. alia etiam eſt defenſio num. 30. Abba conſ. 46. nu. 1. lib. 1. Bertrazol. conſ. 85. num. 6. & 8. in fi. lib. 1. Farinac. conſ. 61. num. 1. tom. 1. & conſ. 138. nu. 1. tom. 2.

6 Contrarium, quod deliberatio, & tractatus non præſumptiuè, ſed clarè & diſtinctè probari debeat Bal. in l. non ideo minus num. 26. C. de accuſat. Carrer. in pract. crim. in 3. tractat. de homicid. & aſſaſſin. §. quarto quæro num. 7. & 9. Marſil. in l. ſi in rixa num. 27. ff. de ſicar.

7 Limit. conciliando has opiniones, vt prima opinio procedat, vel quo ad torturam inferendam Marſ. conſ. 96. num. 11. Clar. in pract. §. homicidium verſ. alia etiam eſt definitio poſt med. ibi ſecundus eſt caſus Cartar. de execut. ſenten. cap. fi. num. 244. Farinac. conſ. 61. nu. 21. verſ. ideo ad hæc euitanda tom. 1. Ioſeph. Lud. dec. Luc. 16. num. 1. & 2.

8 Vel quoad imponendam pœnam extraordinariam, non autem ordinariam, in quibus terminis procedit ſecunda opinio, ſcilicet ad imponendam pœnam ordinariam, ex communi, & veriſſima concluſione, quod animus deliberatus in homicidio ſi præſumptionibus probetur, non ſufficiat ad condemnandum in pœnam mortis, ſed in aliam miciorem, & forſan etiam pecuniariam Marſil. in l. 1. §. diuus Adrianus num. 36. & ſeq. ff. ad l. Cornel. de ſicar. & conſ. 96. num. 9. & 10. Rol. conſ. 11. nu. 11. & 12. lib. 3. Farinac. conſ. 61. num. 21. præcipuè in fi. tom. 1. vbi ſubdit, quod ex præſumptionibus, & indicijs quantumuis violentis, & indubitatis ſi Iudex aliquem condemnari velit (quod non niſi raro facere debet) ſententiam ſuam multum temperare, & ob id non vltimi ſupplicij, ſed aliam mitiorem imponere valet pœnam, iuxta originalem doctrinam Innoc. in cap. quia veriſimile num. 2. verſ. non tamen de præſumpt. Boſſ. in tit. de coniunct. num. 38. 40. 42. 45. & in tit. de confeſ. num. 21. Petr. à Plane. in Epit. delict. cap. 14. num. 3. in fi. vbi de magis communi Anton. Gomez. de delict. cap. 3. rub. de homicid. num. 45. Gram. dec. 42. num. 14. vbi quod ita communiter tenetur.

9 Quinimo ad condemnandum in pœnam extraordinariam præſumptiones, & indicia debent eſſe indubitata, vt expreſsè loquitur text. in l. fi. vbi glo. C. de probat. vbi Bal. num. 2. Boſſ. in tit. de coniunct. num. 5. 26. 27. & ſub num. 30. cum alijs relatis per Farinac. conſ. 78. num. 26. tom. 1.

10 Vnde ſi præſumptiones non ſint indubitatę, ſed tantum probabiles, & apparentes, ex eiſdem ad condemnationem minimè deueniri poteſt glo. in l. fi. in verbo vel indicijs verſ. non autem C. de probat. vbi Paul. de Caſtr. num. 3. Cyn. num. 1. Aret. in cap. tertio loco num. 15. in fi. tit. eod. & ita firmaſſe Rot. in Romana, ſeu Hiſpalen. Simoniæ coram Blanchetto refert Farinac. conſ. 78. num. 26. in fi. tom. 1.

11 Et iudicia non dicuntur indubitata, niſi taliter arctent mentem Iudicis, vt omnino credat delictum, ita quod nequeat in contrarium inclinare Paul. de Caſtr. in l. fi. num. 5. C. de probat. Corrad. in prax. in tit. de negat. crim. & tortur. num. 46. fo. mihi 305. Boer. dec. 164. num. 3. & 4. Farinac. conſ. 78. num. 27. tom. 1.

12 Ex inimicitia præcedente, homicidium inde ſubſecutum præſumitur deliberatè, & appenſatè commiſſum Alber. in l. & ſi amici quis domum ff. de adulter. & in tract. de ſtat. qu. 64. Paul. Meren. conſ. crim. diuerſ. 90. num. 11. lib. 2. Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 361. num. 49. Bertraz. conſ. 208. num. 12. lib. ... Hond. conſ. 87. num. 99. in 2. Giurba conſ. 2. num. 21. Farinac. conſ. crim. 61. num. 2. tom. 1. Blanc. in tit de indic. num. 90. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 93. num. 1. & 2. Farinac. conſ. 61. num. 2. lib. 1. & conſ. 142. num. 2. lib. 2.

13 Lim. 1. procedere ſi inimicitia ſit capitalis, ſecus ſi nō ſit capitalis, quia tūc excluditur pręſumptio deliberationis, ſecūdum cōmunem ſententiam, de qua ex Anchar. teſtātur Mant. conſ. 152. n. 13. & conſ. 173. n. 14 lib. 1. Panzirol. conſ. 151. nu. 3. & 4. Dec. conſ. 67. nu. 9. & 10. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 96. num. 5. Bertraz. conſ. 85. nu. 17. & ſeq. lib. 1. Farinac. conſ. crim. 61. nu. 16. & in prax. in tit. de indic. & tortur. q. 49. nu. 100. p. 1. tom. 2. & qu. 126. nu. 179. & rurſus conſ. 138. nu. 7. & 8. & 28. ante fin. & conſ. 193. nu. 44. lib. 2. Vermigliol. conſ. crim. 26. nu. 15.

14 Limit. 2. quando quis caſu obuiam habuerit inimicum, & ira commotus illum interfecerit, nam tunc ex propoſito non dicitur occidiſſe, ſed ex tempore Clar. in §. homicid. nu. 8. Cabal. de omni genere homicid. nu. 382. Bertraz. conſ. crim. 208. nu. 8. & 9. Rimin. iun. conſ. 743. nu. 3. Molin. de iuſt. commut. tract. 3. diſ. 23. ſub nu. 2. Corrad. in prax. tit. de conſent. nu. 5. in fi. Anchar. iun. lib. 3. Familiar. qu. 61. nu. 10. Farinac. qu. 126. nu. 215. licet leui aliquo verbo, vel facto prouocatus illum ſtricto gladio interficiat late Cabal. dicto tract. à nu. 115. vſque ad n. 141. Et ſi occidendi animus is habeat, vt alijs rela-

ris tradit Giurba conſ. crim. 2. nnmer. 32.

15 Sublim. procedere ſi caſu inimicum ſuum quis obuiam habuerit, ſecus ſi data opera, & ex propoſito, ex quo antea illum occidere deliberauerat, ambulaſſet armatus animo illum occidendi, nam tunc etiam ſi caſu illum obuiam habuerit, & occiderit, homicidium cenſetur præmeditatum *Boſſ. in tit. de homicid. nu.63. & 65. Malnaſ. conſ.70.nu.9.Menoch. de arbitrar. caſ.361. nu.8. Ruin. iun. conſ. 743. nu.3. & ita in Senatu ſeruatū fuiſſe teſtatur Clar. in §.homicid. nn.9. Giurba conſ. crim.2.nu.62.* vbi *in verſ.proinde* ſubdit, quod hoc caſu nec deliberati animi qualitas probanda ſit, quia ſatis probata dicitur, ſi alio non apparente armatus incedens inimicum ſuum aggrediatur, & occidat *Vulpel. conſ. 127. Farinac. q.126.nu.216. & conſ.132. nu.6. lib.2.*

16 Limit.3. vt ex ſola inimicitia deliberatus occidendi animus non arguatur, niſi inimicus aliquo prius non dicto inimicum ſuum aggrediatur *Clar. in §.homicid. nu.6, Surd. conſ.40, n. 29. Maſcard. de probat. conclu.98. n.21, Giurba conſ.51, n.8, Farinac. q.127. n.215, & 216, & conſ. 138, nu. 18, Caſtil. dec.172. numer. 7.*

17 Cæterum indicium non oritur ex inimicitia niſi probetur, quod fuerit euidens, & manifeſta, aut niſi appareat de cauſa inimicitiæ *Gram. vot.34. n.4. & conſ.44. nu.7 Burſat. conſ.20. nu. 18. verſ. 2, reſpondetur lib.1, Menoch. de præſumpt. lib.5.præſumpt. 1. Dec. tract. crim. p.1, lib.3. cap. 25, nu.30. 31. & 35. Farinac. conſ.56. nu.8. per tot. lib.1. & conſ.138. num.28. tom.2.*

18 Amp.2. vt præmeditatum præſumatur homicidiū, ſi occidens perquiſiuit iter occiſi, præcipuè ſi miſerit exploratores ad recognoſcendam permanentiam, & locum, vbi inimicus degebat, nam ſi non habuiſſet animum deliberatum occidendi, vtique diligentiam recipiendi ſuum inimicum exploratorum interuentum non adhibuiſſet, vt tradit *Farinac. conſ. 193, n.83. ex Menoch. de arbitrar.caſ.361. n.38. Giurba conſ. crim,63. nu.26. & 27. & conſ.87. n.16. facit Seſſ. dec. 211. nu.22.*

19 Amp. 3. vt etiam præmeditatio homicidij deſumatur ex verbis in rixa, vel poſt rixam prolatis, ad notata per *Marſ. in l.1. §.diuus nn. 8. ff. de ſicar. & ſing.225. Blanc. in l.fi. nu.196. ff. de quæſt. Gram. vot. 23. nu.8. Boſſ. in t.t. de homicid. nu.44. & 56.* cum

20 animus ex loquela dignoſcatur *l.Paulus ff. de rem. rat. haber. ita Giurba conſ.62. nu. 20.* vnde quod ex

21 verbis iactatorijs dignoſcatur animi deliberatio, vt ſi quis iactet eſſe in ſua manu occidere Caium tradit *Menoch. de arbitrar. caſ.361, nu.50. Farinac.conſ. 61. nu.4. lib.1, & conſ.138. nn.12. tom.2.*

22 Amp.4. vt ex qualitate perſonarum, quibus quis aſſociatus progreditur homicidij præmeditatio arguatur, nam ſi quis multos ſocios iam ante perpetratum facinus congregauit, atque coadunauit deinde ſubſecutum ſit delictum, tunc præſumitur animo deliberato factum *Caſſon. in tract. maleficior. tract.3. cap.7. pag.32. Marſil. in l.1. §.diuus num.50. ff. de ſicar. Gandin. in tit. de homicid. nu. 28. Cephal. conſ.206. nu.12. Bertraz. conſ 85. nu.13. & 14. Menoch. de arbitrar. caſ. 361. num. 40, & 41. Farinac. conſ.138. nu.21. & conſ.193. nu. 69.* quod procedit etiam ſi armati delinquenti, ſeu occiſori auxilium non præſtiterint, dummodo delicto, ſeu rixæ aſtiterint, ſecus autem ſi aſſociatio, & aſſiſtentia armatorum probetur fuiſſe caſualem, ita *Giurba conſ. crim.63. nu. 21.*

23 Amp.5. vt indicium præmeditati animi dignoſcatur ex qualitate armorum, & inſtrumenti genere inſolito, quibus offenſio, ſeu mors illata fuit præcipuè ſi præter morem delinquens arma parauit, & geſtauit *Caſſon. de malefic. tract. 3. cap. 8. de indic. tract. 13. nu. 4. Hercul. de cantion. non offen. cap. 44. num.17. Guazz. tract. de non offend. caut. §.3. qu.38. num.14. p.2. Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ.361. nu. 43. Franc. dec.713, nn. . . Giurba conſ. 63. num. 22. Farinac. conſ.61, nu.3, & 17. lib. 1.* vbi quod ſecus in deferente enſem, & loricam, vel alia arma ſolita geſtari à perſonis præcipuè nobilibus, *& conſ.138. numer.19. lib.2.*

24 Lim. Ampliat. vt armorum delatio non faciat indicium contra eum, qui ſolitus eſt deferre arma *Maſcard. de probat. concln. 97. num.4. Farinac. q.52. nn.79, & 86. ac conſ. 138. nu. 30. Giurba conſ. 63. numer. 24.*

25 Lim. 2. ſi licentia Prætoris deferendi arma concurrat *ex l.1. C. vt vſus armorum Corn. conſ.20. nu. 3. Rol. conſ.3. nu.32, vol.2, Tuſc. pract. concluſ. lit. A. concluſ. 515, num.2.* dummodo tamen expreſsè conceſſa ſit, cum alias data intelligi poſsit ſub diſſimulatione *l.fi. C. de Fabricenſ. lib. 10, Borel. conſ. 44. nn.25, ita Giurba conſ.63. nu.23.*

26 Amp.6. vt homicidium appenſatum dicatur, & dolo commiſſum ſi ex interuallo, & non in continenti ſecuta iniuria occiſor non vindicauerit, quod enim incontinenti non interpoſito aliquo temporis ſpatio ſit, ſine dolo præſumitur, quod vero ex interuallo, non caret machinatione, & fraude *Bellon. de iis, quæ fiunt in continen. cap. 65. nu. 17. Giurba conſ. 86. num.3.*

27 Limit. vt dictio in continenti, cum aliquo temperamento accipienda ſit, nam lex, quid in continenti fieri requirens, actum per neceſſe non exigit, vt eodem temporis momento fiat, ſed longum quandoque ſignificat interuallum arbitrio Iudicis taxādum, vt late alijs congeſtis comprobat *Giurba conſ. 86. num.13. & 23.*

28 Amp.8. vt animi præmeditati, & deliberati præſumptio deſumatur ex deambulatione, & aſtantia in loco commiſsi delicti, vbi occiſor expectare credendum eſt inimicum illuc tranſiturum *Roman. in l.ſi quis in villa nu.5. ff. de Syllan. Salicet. in l.fi.nn.9. in fi. verſ.& viſus fuit illo ſero C.eod. Nouel. in pract. crim. in prin. num.59. & in tract. ad defenſ. tit. an inditia pro reo danda ſint nu.63. Caſon. de indic. & tortur. cap.2. num.2. & 3. Farinac. conſ.61. nn.5. tom.1.*

29 Limit. procedere in homine malæ conditionis, & famæ, & ſolito ſimilia perpetrare, alias ſecus, vt ex *Bart. tradit Menoch. de præſumpt. lib.1. qu.89. num. 126. & ſeq. Blanc. de indic. nn.71. in fi iuncto nn.76. Angel. de malef. in verbo quod fama publica num. 50. verſ. intellige tamen, & ibi Angel. in addit. verſ. fateor tamen Farinac. conſ.61. num.19. lib.1.*

30 Lim.2. procedere in tranſitu, ſeu deambulatione inſolita per locum inſolitum, ſecus autem ſi per viam publicam frequentatam, & in qua homines ſolent ſtare, & deambulare, præcipuè ſi probetur deambulationem eſſe ex cauſa neceſſaria, vt ſi habeat domum vicinam, & bonam conditionē, & famā *Imola in l.iuſto poſt num 4. ff. de vſur. Blanc. de indic. num. 76. Nouel. in tract. ad defenſ. rub. an indi-*

Google

cia pro reo danda ſint poſt num. 63. verſ. tu tamen dic. Menocb. lib. 1. de præſumpt. 89. nu. 127. Farinac. conſ. 61. num. 19. tom. 1.

31 Amp. 9. In iuuene rixoſo,& ſolito delicta perpatrare, vulnerare ſcilicet, & occidere, quo caſu animus deliberatus à iure præſumitur *Foller. in pract. crim. in verbo recipiantur defenſiones nu. 29. Marſil. in l. 1. §. diuus Adrianus nu. 50. ff. de ſicar. Maſcard. de probat. conclu. 97. nu. 22. lib. 1. Gandin. in tit. de homid. nu. 28. Farinac. conſ. 61. nu. 6. tom. 1.*

32 Limit. procedere in homine criminoſo, & malæ famæ, qui de crimine, & perpatratis flagitijs confeſſus, aut conuinctus extiterit, ſecus autem ſi fuerit tantum inquiſitus, & proceſſatus, cum ex ſola inquiſitione, & proceſſu dici non poſſit, quod quis ſit conſuetus delinquere *Foller. in pract. crim. in verbo item quod ſororem venerauit nu. 28. poſt med. Carver. in pract. in tract. de iudic. §. decimum quartum inditium nu. 2. Gramat. vot. 30. nu. 25. & 26. & conſ. 45. num. 32. Farinac. conſ. crim. 61. nu. 20. tom. 1.*

33 Et quamuis mala hominis reputatio, & vita in materia indiciorum multum operetur *l. de minore verſ. plurimum quoque ff de quæſt. l. non omnis §. à barbaris de re mil. Gand. in tract. malefic. tit. à quo, vel à quib. in fi. relat. per Hyeron. de Federic. reſol. crim. 44. num. 1. impreſ. poſt 2. vol. conſ. Farinac.*

34 Adeo vt ſemel malus in eodem genere mali ſemper præſumatur malus iuxta *regulam ſemel malus de reg. iur. in 6.*

35 Tamen hoc procedit in perſona, quæ pertinaciter ex qualibet leui cauſa ſit ſolitus delinquere, & in propoſito delinquendi incorrigibiliter perſiſtat, cum alias malus non præſumatur ſemper malus, ſi per triennium laudabiliter vixerit, vt dixit *Rot. dec. 223. nu. 4. poſt 2. vol. conſ. Farinac.*

36 Amp. 10. vt animus præmeditatus, & deliberatus occidendi præſumatur ratione loci, vt ſi ſe in occulto, & in inſidijs ponat, & ſe alijs non patefacere ſtudeat, inimicumque præſtolettur, vt adoriatur, vel in deſerto, & inſueto, vel etiam ex inſigni loco, vt in prætorio, vel in templo, vt *ex Cicerone tradit Maſcard. de probat. conclu. 98, num. 13, & num. 18. Menocb. de arbitrar. caſ. 361, nu. 27. & 38, Clar. in §. homicid. verſ. ex inſidijs Boſſ. in tit. de homicid. nu. 63. Farinac. conſ. crim. 138. nu. 17. tom. 2,* vbi *nu. 23.* ſubdit quod ratione loci homicidij præmeditatio includitur, & excluditur *Bertrazol. conſ. 85. nu. 16. lib. 1.*

37 Lim. ſi homicidium commiſſum fuerit in loco publico, in meridie, coram perſonarum multitudine, & vnde de facili ſcandala exoriri poterant, nec delinquentis erat tuta ſalus, ob amicos occiſi, & Satellites Curiæ; qui de facili occurrere poſſunt, ex quibus excluditur præmeditatio & deliberatio animi delinquendi, cum ita inconſulte delicta non perpatrentur, niſi ex ſubitaneo calore iracundiæ ex improuiſa rixa ſuborto, qui tollit vſum rationis, & etiam prudentes decipit, & ad delinquendum inducit, vt late comprobat *Farinac. conſ. 55. nu. 18. 19. & 20. tom. 1. & conſ. 138. nu. 17. ante fin. lib 2. Giurba conſ. 82. num. 20. Vermigliol. conſ. 26. nu. 20. & conſ. 89. nu. 6.*

38 Amp. 11. vt animus præmeditatus, & deliberatus occidendi præſumatur in eo, qui ex improuiſo, ſtatim quod aliquem venientem vidit, ſeu in alio loco ſtantem reperit, eundem aggreditur, vulnerat, & occidit, nullis prolatis verbis, ſecus ſi præmiſſa fuerint verba, puta ſerma la, tirati indietro, ti ammazzarò, quod quidem verbum tacitum habent ſenſum, & intellectum, niſi retro ſtabis, nam tunc præſumitur rixa, & non præmeditatum delinquendi propoſitum ad tradita per *Vulpel. conſ. 97. nu. 3, & 6. Hercul. de caut. de non offenden. cap. 30. num. 34, in fi. Farinac. conſ. crim 138. nu. 18. tom. 2.*

39 Amp. 12. vt præſumatur etiam animus præmeditatus, & deliberatus occidendi, ex multiplicitate vulnerum illatorum, & è contra, ſecus ex vnico tantum vulnere *Boſſ. in tract. de homicid. nu. 63. & ſeq. Caſſon. de indic. & tortur. tract. 4. cap. 5. num. 4. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 98. num. 19. late Giurb. conſ. crim. 82, nu. 4, qui alios allegat. Farinac. conſ. crim. 138, nu. 20. tom. 2.*

40 Lim. procedere, quando abeſt omnis rixa, & omnis caſus fortuitus, nam vbi fortuito duobus pertranſeuntibus ſe ſe inuicem impellentibus ſtrictoq; gladio alter pluribus illatis vulneribus alterum interimit, nam tunc ceſſat præmeditatus, ac ex propoſito animus occidendi, prout è contra reſultat in eo, qui ex veteri, & iam diu exorta inimicitia, & illius diſſimulatione præſtolatur, & aggreditur inimicum in via, pluribuſque inflictis vulneribus trucidat, & interimit, vt ex *Salicet. Calder. Anchara, Blanc. Marſil.* tradunt *Menocb. de arbitrar. qu. caſ. 361. à num. 33. vſque ad 35. & Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 98. num. 20. & 21,* & ita ſubdunt intelligendam eſſe doctrinam *Alberij in tract. ſtatutor. p. 3. qu. 64. Giurba conſ. 82. nu. 33.*

41 Amp. 13. vt ex præambulis præparationibus eliciatur pariter animus deliberatus, & ex propoſito occidendi, ſcilicet ſi quis paulo ante perpatrati criminis curauit bona ſua exportari, & in tutum poni, vel ipſa bona distraxerit, vel alienauerit, ita *Salicet. in l. fi. col. 2. verſ. nunc tranſeamus C. de quæſt. Blanc. in l. fi. nu. 84. ff. eod. de quæſt. & nu. 86. relat. & ſecutos per Menocb. de arbitrar. quæſt. caſ. 361. num. 44. & 46. Maſcard de probat. lib. 1. conclu. 98. num. 26.* prout ita arguitur ex præparatione facta ad euadendum, ſcilicet, ex præparatione equi, pecuniarum, & ſimilium ad arripiendam, fugam & in tutum, ſe ponendi neceſſaria, vt animaduertit *Farinac. conſ. crim. 138. num. 22. tom. 2. Vermigliol. conſ. crim. 89. num. 5.* vbi quod ex omiſſione huius præparationis excludatur homicidij præmeditatio.

42 Limit. procedere in dubio quando non conſtat de rixa, nam tunc huiuſmodi præparationes operantur, & conferunt ad præſumendam præmeditationē, & deliberationem, & tollunt contrariam præſumptionem militantem pro delinquente, ne ſcilicet præmeditate deliquiſſe cenſeatur, ſecus autem ſi conſtat de rixa, quo caſu cum verſemur in claris corruit huiuſmodi præſumptio, vt tradunt *Doctores in l. poſt contractum, & ſignanter Bart. num. 8. de donat. Picus num. 26. Io, Anibal num. 163. & Alciat. num. 52. cum alijs congeſtis per Menocb. de arbitrar. caſ. 361. num. 46. verſ. in hoc ego puta Maſcard. de probat, lib. 1. conclu. 98. num. 27.*

43 Amp. 14. vt deliberati animi coniectura deſerri ſoleat, ex præcedenti tractatu, conſilio, & deliberatione, ex originali doctrina *Alber. tract. ſtatutor. p. 3. quæſt. 64. Caſſon. tract. rerum criminal. tract. 3. cap. 1, pag. 28. Blanc. in tract. de indic. num. 225. & 229.*

& 229. vbi declarat. *Boſ. in tit. de homicid. nu. 63, Clar. in §. homicid. verſ. ex propoſito Menocb. de arbitrar. caſ. 361. nu. 31. & ſeq.*

44 Limita quod ad hoc, vt huiuſmodi coniectura afficiat, duo copulatiuè requiruntur nempè tractatus, & ipſius tractatus executio, cum alias propoſicum in mente retentum nihil operetur, vt non ſufficiat ſola vnius in animo deliberatio, ſed plurium exigatur conſenſus, & hic tractatus eſt teſtibus, alijſque legitimis probationibus detegendus, & probandus, vt alijs relatis tradit *Menocb. dicto caſu 361. nu. 38.* vbi *in fi.* ſubdit, quod hæc coniectura adeo vrgeat, vt aperta probatio dici poſſit.

45 Amp. 15. vt deprehendatur animus deliberatus, ſeu præmeditatus. ſi tempore nocturno patratum fuerit homicidium, ita ſenſit *Alber. in tract. ſtatut. qu. 63. in fi. Boſſ. in tit. de homicid. nu. 63. in fi Caſſon. in tract. malef. in 3. tract. cap. 10. verſ. à tempore Menocb. de arbitrar. caſ. 361. nu. 36, Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 98. nu. 22.*

46 Limita procedere ſi non conſtet de aliqua rixa, alioquin præſumptio eſt contra occidentem, vt animo præmeditato, & non caſu occiderit, & ratio eſt quia, qui male agit odit lucem *cap. conſuluit de offic. delegat. & ibi Dec. nu. 8. glo. notabilis in l furem ff. ad l. Cornel. de ſicar. Menocb. de arbitrar. qu. caſ. 361. num. 36. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 98. num. 23.*

47 Amp. 16. vt coniectura cogitati facinoris deſumatur etiam ex præcedentibus minis, nam ſi poſtea delictum à minãte perpetratum reperitur, præſumptio eſt, quod is animo præmeditato ex præambulis minis ad delicti executionem deuenerit *Caſſon. in tract. de maleſic. tract. 7. cap. 1. nu. 10. fo. mihi 41. Nouel. in prax. crim. tract. ad defenſam nu. 53. & ex Alb. Boſſ. & Blanc.* tradit *Menocb. de arbitrar. caſ. 361. nu. 39, Maſcard. de probat. lib. 1 cõclu. 98. n. 6 & nu. 6.* vbi quod

48 animus iſte deliberatus pariter probetur à iactatione ante commiſſum delictum facta, vt ſi quis ſe iactauerit in ſua poteſtate eſſe Titium è medio tollere, & exinde conſtet vere illum à iactante fuiſſe occiſum, abſque dubio ex illa iactatione præſumendum eſt animo ſedato, & præmeditato homicidium patraſſe, vt tradit etiam *Menocb. loco citato nu. 50.*

49 Lim. ſi minæ prolatæ ſint pro inſtanti dolore, & ira ex improuiſa cauſa ſuborta, nam ſi poſtea ſequatur homicidium non dicitur præmeditate, & deliberate commiſſum, ſed iuſto dolore, & ira concepta, puta ſi maritus vxorem, cum adultero deprehendat, & fugit adulter, maritusque minetur, & paulo poſt dictus Adulter reperiatur occiſus, vel ſi pater eſt ab aliquo occiſus, & occurrat filius, & fugienti homicidæ minetur, deinde talis homicida occidatur à filio; ſecus ſi minæ abſque legitima cauſa præceſſerint, vel ſi ob dolorem, & iram tantum prolatæ fuerint, ſerò tamen ſecutum eſt delictum, tunc animus deliberatus præſumitur, prout etiam in dubio præſumendum eſt, an ira, vel iuſtus dolor præceſſerit, vel non ita diſtinguit *Menoch dicto caſu 361. nu. 39.*

50 Sed maior difficultas eſt, quando ignoratur percuſſor, & hoc caſu ſi minans cõſueuit minas exequi, & tunc contra eundum ex eiſdem minis præambulis reſultat indicium, & coniectura quo ad ſecutum homicidium, ſecus autem ſi minans ſit vilis, & timidus non ſolitus minas exequi, & tunc non præſumitur contra eum, nec quo ad purum delictum, nec quo ad præmeditationem, verum cum hominis qualitas iure non ſit determinata Iudicis arbitrio in hoc eſt ſtandum, vt vlterius ſubdit idem *Menocb. de arbitrar. quaſt. caſ. 361. num. 39. verſ. ſecundus caſus eſt Maſcard. de probat. dicta conclu. 98. nu. 7. & 8.* vbi quod ſi conſtat verè minantem occidiſſe, tunc quod nullum diſcrimen faciendum ſit, an minans conſueuerit exequi minas, nec ne, cum effectus ſubſecutus præcedentem animum oſtendat.

51 Amp. 17. vt colligatur quoque coniectura, & indicium animi præmeditati ex confeſſione extraiudiciali ipſius delinquentis, confitentis ſe præmeditato occidiſſe, late *Blanc. in l. fi. num. 304. ff. de quaſt. Menocb. de arbitrar. caſ. 361. nu. 54. Maſcard. de probat. conclu. 98. nu. 29.*

52 Confeſſio autem extraiudicialis inter indicia indubitata connumeratur *Gandin. in tit. de præſumpt. & indic. deliber. n 22. verſ. 7. habet indicium* Farinac. *conſ. 25. nu. 43. tom. 1.*

53 Limit. quod confeſsio extraiudicialis non attendatur, niſi quatuor concurrentibus, nempè quod ſit veriſimilis ex cauſa præexiſtente, quod facta fuerit ſerio, quod fuerit ſpecialis, & deſumpta ex conteſtibus Foller. *in prax. crim. in verbo, & ſi confitebuntur in 3. part. num. 22. Menocb. lib. 1. præſumpt. 89. à nu. 17. vſque ad 21. Farinac. conſ. 193. nu. 38. ante fin. verſ. quæ confeſſio lib. 2. & q. 82. num. 33. & 35. Vermigliol. conſ. 33. num. 3.*

54 Limita 2. vt confeſſio extraiudicialis tamquam indicium remotum, non ſit ad torquendum ſufficiens, niſi fuerit legitimè probata per duos teſtes, conteſtes, & idoneos, & legales, omnique exceptione maiores Bero. *in cap at ſi Clerici nu. 135. verſ. requiritur etiam, & nu. 136. & ſeq. de indic.* Foller. *in pract. crim. verb. & ſi confitebuntur p. 2. nu. 1. fo. 316. Pedemon. dec. 78. nu. 29.* Farinac. *qu. 82. nu. 44. & 47. & conſ. 40. nu. 34. conſ. 44. & 47. conſ. 60. num. 44. conſ. 70. nu. 43. lib. 1. & conſ. 193. nu. 12. 18. 38. & 47. Cabal. de communi reſol. crim. caſ 81. nu 1. & 2. Giurba conſ. crim. 87. nu. 20. verſ. confeſſio tamen extraiudicialis Abb. conſ. 65. nu 28.* Menocb. *li b. 1. præſumpt. 89. nu. 2. lib. 1. Vermigliol. conſ. 33, nu. 1.*

55 Qui teſtes debent eſſe conteſtes de loco, & tempore alias confeſſio extraiudicialis ad nihilum releuat Foller. *in pract. crim. in verbo, & ſi confitebuntur in prin. in 2. p. 3. p.* Farinac. *conſ. 60. nu. 44. & conſ. 80. nu. 26. Bertraz. conſ. 396. nu. 9. lib. 2.* Maſcard. *de probat. conclu. 350. nu. 16. Diaz. reg. 125. in 1. limit. verſ. ſublim. 4.*

56 Amp. 18. vt conferat etiam ad præſumendam deliberationem, & præmeditationem geminata rixa *Blanc. in l. fi. num. 233. ff. de quaſt. Menocb. de arbitrar. quaſt. caſ. 361, nu. 53. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 98. nu. 28.* qui declarant, non procedere ſi prima *rixa* fuerit inopinata, cum tunc ſecunda, tamquam habens cauſam à prima, ſi eodem præſertim die ſubſecuta fuerit, credendum eſt emanaſſe calore iracundiæ, & feruentis ſanguinis,

57 Amp. 19. vt deprehendatur animus occidendi; quando nulla præcedente cauſa, vel ira, vel iuſto dolore ad homicidium deuentum fuerit, quo caſu actus homicidij referri nequit, niſi ad animi præmeditationem, & deliberationem Blanc. *in l. fi. nu. 204. ff. de quaſt.* Menoch. *de arbitrar. quaſt. caſ. 361. n. 55. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 98. nu. 30.*

58 Contrarium, quod vbi nulla concurrit cauſa

occi-

occidendi, ſecuto homicidio, illud vtique quod po-
tius patratum præſumi debeat in rixa, & ſuperue-
niente caſu, non autem præmeditate, vt inquit *Fa-
rinac. conſ.138. nu.24. tom.2.*

59 Limit.1. quod coniecturæ, & præſumptiones ex-
cluſiuę præmeditationis magis attendendæ ſint,
quamuis leuiores, ad excluſionem delicti in concur-
rentia aliarum delicti incluſiuarum *Abb. conſ.56.nu.
4. Farin. conſ.138. nu. 26. & conſ. 142. num. 23. &
ſeq. lib.2. Vermigliol. conſ.26. nu.21.*

60 Lim.2. vt homicidium quamuis animo occidendi
commiſſum fuerit, non tamen præſumitur delibera-
tè, niſi probetur deliberationem, & præmeditatio-
nem occidendi ex interuallo præceſſiſſe, adeo vt pa-
tratum fuerit, vt vulgo dicitur á ſangue freddo
*Marſil. in l.ſi in rixa nu.28. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.
Felin. in cap.ſicut dignum num. 6. de homicid. Clar. in
§ homicid. nu. 8. verſ. ex propoſito, præcipuè circa fi-
nem Angel. de malef. in verbo appenſatè Baſſ. de ho-
micid. num. 53. & ſeq. Caſſon. de molef. tit. de atroc.
præmed. cap. 5. nu. 1. Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ.
361. nu.23. Surd. conſ.40, nu.19. lib.1. Farinac. conſ.
61. nu.7. lib. 1. & conſ.138. num. 27. poſt med. verſ.
non fiſcus lib.2. Giurb. conſ. crim.2. num. 13. Vermi-
gliol. conſ.26. nu.13.*

61 Lim.3. vt homicidium non dicatur præmeditatũ,
niſi conſtet de negatiua interuentus rixæ, vel de affir-
matiua præmeditationis *Guttier. in pract.quæſt.lib.1.
qu.2. nu. 3. in prin. & num.9. Dec. tract. crim. lib.7.
cap.19. nu.9. Cabol. de homicid. nu.397. & ſeq. Ver-
migliol. conſ.89. num.1. Puegner. dec. 54. nu.9.*

62 Lim. 4. quod homicidium in dubio non præſu-
mitur deliberatum quamuis ex parte occidentis nõ
iuſtificetur pura rixa *Gandin. in tit. de homicid.nu.9.
Caſſon. de malef. cap. 5. in 5. tract. nouiſſ. tom. 12.
p.1. fo.265. num. 54. Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ.
361. nu.23. Farinac. qu.126. nu.182. & conſ.138. nu.
17. Giurba conſ. crim. 82. num. 25. Vermigliol. conſ.
crim.89. nu.2.*

63 Lim.5. quando præceſſit inſultus, nam tunc ho-
micidium commiſſum per inſultatum in perſonam
inſultantis non præſumitur præmeditatum, ſed po-
tius ad defenſionem licitam, vt ex *Bald. Iaſ. & flor.
de S.Petro* tradit *Dec. inter conſil. crim. diuerſ. recol-
lect. per Io. Bapt. Zilet. tom.1. conſ. 102. num.22. &*
64 24. vbi reddit rationem, quia inſultatus quidquid
facit præſumitur facere ad ſui defenſionem, prout
ſemper in dubio iudicari debet in mitiorem par-
tem, ſcilicet, quod homicidium potius fuerit com-
miſſum ad defenſionem, quam ad vindictam, etiam
ſi inſultatus potuerit fugere, & euadere á manibus
inſultantis, & alios allegat.

65 Cum igitur homicidia, aut ex propoſito, aut
impetu committantur, vt inquit textus *in l.reſpi-
ciendus* 21. *§.delinquunt ff. de pæn.* propterea non
vna, eademque pæna plectuntur, adeo vt ſolum
homicidium ex propoſito cum dicatur doloſum,
ordinaria pæna, nempè mortis puniri debet, per
textum in *l.qui cum telo C. de ſicar. l.3. C. de Epiſc.
aud, Boſſ. in tit. de homicid. nu.109. Vulpel.conſ.126.
nu.28. Gram. vot.23. nu. 1. Marſ. conſ.91. num.1. Ce-
pol. conſ.39. nu. 3. Rol. conſ. 57. num. 1. in 4. Hond.
conſ.99. nu.1. & conſ.104. num.2. vol. 1. Farinac. in
prax. qu.126. nu. 41. & conſ.1. nu.9. Giurba conſ.2.
nu.36. Vermigliol. conſ.37. nu.1. Io.Bapt. Aſinius in-
ter conſ. crim. diuerſ. recollect. à Io.Bapt. Zilet.conſ.
112. nu. 2. & nu.40. tom. 1. Io. Plot. interdicta conſ.
eodem tom.1. conſ.73. nu. 45. cum ſeq. & per tot.* vbi
quod procedat non ſolum de iure poſitiuo, & ciuili,
ſed etiam de iure diuino, ac proinde huiuſmodi
66 pæna à Principe, etiam habita pace offenſi, & hæ-
redum remitti non poteſt, vtpote quia Principes
temporales non poſſunt aggratiare delinquentes
circa pænas iure diuino impoſitas, ſed ſolum circa
alias pænas corporales, vel pecuniarias fiſco appli-
candas, etiam abſque pace, & remiſſione partis of-
fenſæ, vt ſubdit idem *Plot. dicto conſ.73. n.60.* quod
autem de iure diuino ſancita ſit pæna mortis con-
tra doloſos homicidas colligitur *ex Deuteronomio
cap.19. libro Geneſis cap.9. & in Exodo cap. 21. & in
Sac. Euangelio S. Matthæi cap. 26. & in Apocalipſi
S.Ioannis cap. 13.*

67 Ad hoc autem, vt locus ſit pænę mortis verus
dolus requiritur, ſecus autem ſi homicidium culpo-
ſè tantum commiſſum fuerit, nam tunc mitius pu-
nitur, late *Iaſ. in l.3. §. quod Prætor ff. ne quis eum,
qui col.1. & in l. 1. ff. de leg. Dec.conſ.9.& conſ.234.
in fi. num. 5. Farinac. conſ. 2. num. 19. in fi. tom. 1.
Ludouic. Syluest. inter conſ. crim. diuerſ. collect. per
Io. Bapt. Zillet. conſ. 99. num. 7. & ſeq. tom. 2.* vbi
68 *num.9.* ſubdit quod idem eſt dicere doloſe, quam
ex propoſito, & idem dicere ex propoſito, quam
animo occidendi.

69 Differt tamen ſimplex animus occidendi, ab ani-
mo occidendi cum præmeditatione, vtpote quia
etiam abſque præmeditatione, vel calore rixę, vel
alia de cauſa ſuborta inflammante ad vindictam,
vel ad vltionem animus occidendi ſuperuenire poſ-
ſit, ac proinde in primo caſu non eſt locus pænę or-
dinariæ, ſed ſolum in ſecundo, vt alijs congeſtis
tradit *Vermigliol. conſ.37. num.3.*

70 Vbicunque igitur, vel ex forma legis, vel ſtatuti,
Edictorum, vel decreti imponitur pæna capitis, ita
quod moriatur pro aliquo delicto, intelligitur ſi
animo deliberato, & ſic doloſè patratum fuerit, ſe-
cus ſi fiat in rixa, vel calore iracundiæ, cum tunc nõ
pæna capitis, ſed extraordinaria veniat imponenda
*Boſſ. in tit de homicid. ſub num.59. Bonacoſ. in quæſt.
crim. in verb. homicidium Farinac. conſ. crim. 2. nu.
19. tom.1. Giurba conſ. 2. num. 30. in fi. Ludou. Syl-
ueſt. inter conſ. crim. diuerſ. recollect. per Io. Bapt.
Zilet. conſ.99. num. 8. tom. 2. Plot. de in lit. iuran.
§.41. cap.in duello victus num. 5.*

71 Et vt homicida pæna mortis puniatur verus do-
lus requiritur, late *Iaſ. in l.3. §. quod prætor ff. ne
quis eum, qui col.1. & in l.1. ff. de leg. Dec. conſ. 9.
& conſ.234. in fi. num. 5.* & habetur *in cap.ſignifica-
ſti il 2. de homid. & in Clemen. 1. eod. tit. Farinac.
conſ. crim. 2. num. 19. circa fin. tom. 1.* Et ſic dolus
72 ex propoſito, & deliberato, nec ſufficit lata culpa,
quæ dolo non æquiparatur, vbi agitur de pæna ſan-
guinis *Carrer. in prax. crim. in 3. tract. de homicid.
de cauſ. excuſ. mand. num.7. Bertraz. conſ.505. nu.4.
lib.2. Marſ. conſ. 67. num. 27 Grom conſ. crim. 20.
num. 4. in prin. verſ. item textus Moluaſ. conſ. 111.
à num.12. vſque ad 24. inter conſ. crim. diuerſ.recol-
lect. per Io. Bapt. Zilet. tom.1. Vermigliol.conſ.crim.
29. num. 9. & 10.*

73 Siquidem in delictis, aut ſumus in dolo bono,
aut in dolo malo, ſi autem ſumus in dolo bono,
cum non contineat delictum non punitur *l.1. §. non
fuit ff. de dolo cap. Dominus 23. quæſt.2. cap. dudum,*

& ibi

& ibi glo. in verbo ſpes de conuerſ. coniug. Dec. tract. crim. p. 1. lib. 1. cap. 4. num. 13. Farinac. in tit. de pœn. temperand. qu. 87. inſpect. 2. nu. 65.

74 Si vero verſamur in dolo malo, & tūc aut ſumus in dolo vero, aut in præſumpto, ſi in dolo vero, & iſte verus dolus cadat in ſpeciale, & nominatum delictum, & tunc punitur pœna illius delicti, in quo ineſt, prout in homicidio, furto, falſo, & ſimilibus Farinac. *qu. 87. num. 66.*

75 Quod ſi dolus non habeat nominatum delictum, & tunc extra ordinem Iudicis arbitrio punitur *l. 1. & 3. ff. de crim. ſtellionat. & ibi glo. Bart. Ang. Alber. & communiter omnes ſcribentes Anton. Gomez de delict. tit. de crim. ſtellionat. in fi. Menoch. lib. 5. præſumpt. 3. num. 2. in fi. verſ. & dolum pœna delicti Dec. tract. crim. p. 1. lib. 1. cap. 4. num. 8. & 9. Farinac. dicta qu. 87. num. 67. & faciunt tradita per eundem in tit. de delictis, & pœn. qu. 19. num. 34. & 35.*

76 Dolus vero præſumptus mitius puniri debet extra ordinem arbitrio Iudicis, ita quod huius præſumpti doli pœna non debeat eſſe corporalis, præſertim quando lex, ſeu ſtatutum dolum requirit, quia tunc dolus præſumptus non ſufficit, nec eo caſu vero dolo equiparatur *ad tradita per Menoch. de recuperan. poſſ. remed. 15. ſub num. 135. Virgil. Bocac. in conſtit. Marcb. glo. 8. num. 258.* licet ſecus cedat, quando agitur de reſciſſione contractus *Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 530. num. 6. vbi de communi Farinac. qu. 87. nu. 4. & 5. & num. 68.*

77 Clericus autem homicidij criminis doloſi, & deliberati reus puniri debet ad triremes in perpetuũ quæ eſt pœna ordinaria, & maior, quam habeant Iudices Eccleſiaſtici, iuxta textum *in cap. cum non ab homine 10. ante fin. de iudic. Farinac. qu. 8. nu. 79. & ſeq. & qu. 119. nu. 4. & plurib. ſequen. Guaz. defenſ. 39. cap. 1. num. 3. & 4. Vermigliol. conſ. 68. nu. 8. Cartar. dec. crim. 66. num. 38.*

78 Sed quando Clericus pro ſimplici homicidio ſit extraordinaria pœna mulctãdus, tunc condemnatio ad triremes quamuis temporalis dici nequit extraordinaria, ſed neceſſaria, ac proinde infligi non poteſt, ſed alia mitior *Vermigliol. conſ. crim. 68. nu. 9. ex Clar, quem allegat. §. fi. qu. 20. num. 6. verſ. ſcias tamen. Cabal. reſol. crim. caſ. 288. nu. 15. & 16. Guazin. defenſ. 33. cap. 14. nu. 15. verſ. tandem* Farinac. *qu. 86. nu. 118. & 119.*

79 Pro qualificato vero homicidio, nempè per aſſaſſinium, ſiue proditoriè, vel ſi Clericus occidiſſet Rectorem alicuius Eccleſiæ proditoriè, fratrem Cardinalem, Epiſcopum, & tunc præter pœnam depoſitionis à dignitate, honore, ordine, & officio, quam ipſo facto incurrit, amittit quoque ipſo iure beneficia *cap. in quibuſdam de pœn. cap. 1. de homicid. in 6. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 98. 99. & 100.* quod extendit etiam ad interfici mandantem, ſeu facientem cum alijs relatis per Bellet. *diſquiſit. Clerical. §. 23. de pœnis Clericor. num. 4. p. 2.*

80 Immo quod Clericus pro Parricidio, ſiue homicidio qualificato poſſit actualiter exauctorari, & degradari, & curiæ ſæculari tradi, etiam non expectata incorrigibilitate ſaltem Papa conſulto tradit *Abb. in cap. cum non ab homine, & in cap. at ſi Clerici num. 39. de iudic. & in cap. 1. de homicid. ad tradita per Epiſcop. Scalen. in tract. de cenſur. & irregul. tit. de depoſ. & degrad. cap. 14. late Farinac. qu. 8. nu. 81. verſ. in hac opinionum contrarietate, & conſ. 143. nu. 1. in fi. Bellet. diſquiſit. Cleric. p. 2. tit. de pœnis Clericorum §. 23. num. 5.* qui contrarium tenentes quod ſcilicet requiratur incorrigibilitas allegant.

SVMMARIVM.

1 Homicidium proditorium committitur in incautum, non habentem occaſionem præcauendi ſub amicitiæ ſimulatione in ipſo actu proditionis num. 2. 34.

3 Amp. præcipuè ad effectum amittendi beneficium immunitatis Eccleſiaſticæ num. 16.

4 Proditor dicitur ille, qui per inſidias, & à parte retro occidit ſuum inimicum, & num. 32. Contrarium nu 5. 33. & 34. Diſtingue, vt num. 6.

7 Proditorium homicidium dicitur commiſſum contra fidem datam de non offendendo. Contrar. num. 8. Diſtingue, vt num. 9.

10 Occidens inimicum facta promiſſione de non offendendo non priuatur immunitate Eccleſiæ. Contr. num. 11.

12 Occidens inimicum reconciliatum committit homicidiũ proditorium, & non gaudet immunitate Eccleſiæ. Contrar. num. 14. Limit. ſuperueniente noua cauſa, numer. 19.

13 Proditio eſt deceptio contra fidem in alterius perniciem.

Frangens pacem dicitur proditor ibidem.

Inimicitia remanet extincta per pacem ſecutam ibidem.

15 Inimicus reconciliatus æquipollet inimico.

17 Pax non præſumitur, nec reconciliatio.

18 Probatur vnico teſte concurrentibus adminiculis.

20 Proditorium homicidium dicitur, ſi Pater occidat filiũ, & è contra vir vxorem, &c. ſi nulla præcedat inimicitia, aut rixa, & non gaudet immunitate Eccleſiæ.

21 Amp. in Matre occidente filium.

22 Mulier malis medicamentis, vel potione occidens fœtum animatum proditorium committit homicidium, & non gaudet immunitate Eccleſiæ. Contrar. num. 23.

24 Homicidium veneno ſecutum dicitur proditorium, & Eccleſiæ immunitate non gaudet num. 25. Lim. præcedente inimicitia num. 26.

27 Vulnerans proditoriè morte non ſecuta, an gaudere debeat immunitate Eccleſiæ nu. 28.

29 Homicidium non dicitur proditorium, vbi interuenit diffidatio.

30 Inimicitia probanda eſt ab allegante.

31 Inimicitia non præſumitur.

33 Formalitas proditorij in quo conſiſtat num. 34.

35 Crimen proditionis eſt de numero atrociſſimorum.

36 Punitur pœna mortis.

37 Nobilitas eius pœnam non temperat.

38 Nobilitas facit temperare pœnam.

39 Proditoris effigies capite inuerſo ſuſpenditur in contumaciam.

Lim. in homicidio patrato per inſidias num. 40.

41 Referuntur caſus, quibus proditoris effigies ſuſpenſa non fuit.

42 Homicidium proditorium non gaudet immunitate Eccleſiæ.

43 Teſtis falſum deponens ſi ſit cauſa, vt quis morti tradatur, & Iudex, qui doloſè, & iniuſtè aliquem condemnauit, an committant homicidium proditorium, vt non gaudeant immunitate Eccleſiæ num. 44. & 45.

Homicidium proditorium, an & quando committatur, & puniatur.

ADNOTATIO V.

1 HOmicidium proditorium illud ſolum dicitur quod ſimulata amicitia in incautum, & ſibi propterea non præcauentem committitur, vt ſi quis occidat illum, qui ſuus inimicus non eſt, ſed fingens

Digitized by Google

gens ſe illi amicum, vel ſocium itineris aliud in pectore, aliudque in ore habeat, ita vt nulla præcauendi cauſa ab eodem præcedere poterat, per text. in l.fi. vbi Lucas de Penna num. 7. verſ. item nota mores proditoris C. de Lator. lib. 10. Bart. in l reſpiciendum §. delinquunt num. 1. & ſeq. ff. de pæn. Couar. var. reſol. lib. 2, cap. fi. num. 7, verſ. tandem ijs prænotatis Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 3, de homicid. num. 5. Clar. in pract. §. homicid. verſ. proditoriè vero Guttier. pract. quæſt. lib. 1, q. 2, num. 3, & 9, Dec. lib. 7, cap. 29, nu. 19, Guaz. in tract. ad defenſ. 1, cap. 38, num. 39, Farinac. conſ. 168, num. 70. & in append. de Immunit. Eccleſ. cap. 9, num. 137, & in prax. crim. q. 18, n. 74, verſ. vel qui Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 6, num. 3, & ſeq. Vermigliol. conſ. 93, num. 5, & conſ. 94. num. 10, & conſ. 34, num. 4, & conſ. 99, numer. 1, Afflict. dec. 265, num. 63, Vrſil. ad Afflict. dicta dec. num. 70, in fi. late Sperel. dec. 23, num. 6, & ſeq. tom. 1, & dec. 185, num. 18, tom. 2, Et in terminis Bullæ Gregorij XIV. de immun. Eccleſ. Giurba conſ. 60, ſub num. 1. qui copioſè alios allegat,

2 Homicidium igitur, vt dicatur proditorium requiritur, vt ſimulatio amicitiæ intercedat in ipſo actu proditionis, & non ſufficit præcedens Farinac. conſ. 168, num. 70. in fi. tom. 2, Vermigliol. conſ. 93, num. 9, & conſ 94, num. 5, & conſ. 97. num 5.

3 Amp. 1. Vt ad effectum amittendi beneficium immunitatis præſertim iuxta conſtitutionem Gregorianam illud dumtaxat dicitur homicidium proditorium, quod ſub calore amicitiæ committitur, ſecus ſi ab inimico etiam ſub inſidijs Sperel. dec. 23. num. 14. vbi alias, & ita à Sum. Pontifice deciſum refert,

4 Amp. 2. vt etiam proditor lato modo dicatur ille, qui per induſtriam, & inſidias aliquem aggrediatur, & occidat, vt docent Couar. var. reſol. lib. 2, cap. fi. num. 7, ſub verſ. tandem ijs Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 361, num. 26, & conſequenter, qui aliquem præeuntem præpoſteris partibus, & vt dicitur retro, & non de bono, à bono occidit pariter proditoriè occidere dicitur Vulpel. conſ. 59, num. 1, ita inſinuante vulgari loquendi conſuetudine ſecundum quam proditorius homicida dicitur, qui occidit ex inſidijs Petr. Gerard. de Pet. Sane. ſing. 14. num. 7, & ita verba textus in cap. 1. de homicid. per induſtriam, & inſidias exponuntur per proditionem à Felin. ibi ante num. 1. Remig. de immun. Eccleſ. fal. len. 14. num. 2, Germon. de ſacrament. immun. lib. 3. cap. 13, num. 64. Boer dec. 109, num. 5, Pueguer. dec. 54, num. 79, cum alijs per Farinac. qu. 18, ſub num. 78. circa fin. & ſeq. Gratian. diſcept. 360. num. 39.

5 Contrarium, quod inſidiæ non faciant homicidium proditorium etiam ſi retro occiderit tradunt DD. plenè relati per Giurb. conſ. 60. num. 4, Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap 16, dub. 20. ſect. 5, à num. 1, tom. 2, ſed ſolum quando quis interficit eum, cui nulla ab interfectore cauenda occaſio erat, ac proinde ſe nunquam vidiſſe contra homicidam inſidioſum de proditione inquiri teſtatur Baiard. ad Clar. in §. homicid. num. 25, Dec. lib. 7, cap. 30. nu. 10, Blanc. de indici. homicid. num. 194. & tradunt alij DD. plenè relati per Farinac. conſ. 168. num. 70. tom. 2. & conſ. 76. nu. 7. Vermigliol. conſ. crim. 94. nu. 3. nec ad inducendam qualitatem proditionis eſt attendendus communis vſus loquendi ex vulgarium, illitteratorumque hominum, ſed ex iuriſperitorum, & litteratorum vſu, qui latine ſcripſerunt, & ex verborum proprietate eorum ſenſum, & veram ſignificationem interpretauerunt, vnde verba textus in dicto cap. 1. de homicid. intelligenda ſunt de inſidijs, quę proditionem efficiunt, nempè cum odij diſſimulatione, & oſtentatione amicitiæ, vt pulchrè in terminis Bullæ Gregorianæ ad effectum gaudendi immunitate Eccleſiaſtica animaduertit Farinac. loco citato num. 71. 72, & 73. Sperel. deciſ. 185. num. 42. Diana reſol. moral. p. 1. tract. 1. de immun. reſol. 35. in prin. & per tot. iuxta Bartol. ſententiam communiter receptam in l. reſpiciendum §. delinquunt num. 1, & 2, ff. de pæn. Gomez. var. reſol. tom. 3, cap. 3, de homicid. num. 5. Farinac. de immun. num. 143, Guazzin. ad defenſ. in 1, defenſ. cap. 38. num. 39, Vermigliol. conſ. 97. num. 4.

6 Diſtingue quod ſecunda ſententia procedat in occidente eo, qui non erat inimicus, ſed ſe amicum ſimulabat, ſecunda vero in occidente ſuum inimicum, qui non propterea dicitur proditor, ſi occidat per inſidias, vel retro, cum debebat præcauere à ſuo inimico Bart. in l. reſpiciendū §. delinquunt nu. 1. ff. de pæn. Archidiac. in cap. 1, de homicid. Aret. in §. interdum num. 4. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defe-runt. & in tract. de maleſ. in verbo fecit inſultum verſ. & hunc nota Ceph. conſ. 57, num. 13, lib. 1, Gerard. ſing. 14, n. 5, & 6. Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 6, nu. 2, & ſeq. Genuen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 94, n. 1, & ſeq. Farinac. in Append. de immun. Eccleſ. cap. 9, num. 143. poſt prin. & conſ. 76, num. 7, ante med. verſ. nec refert. & n. 8, & 15. lib. 1. Vermigliol. conſ. 94, num. 3, Franc. deciſ. 713. per totam Gratian. diſcept. 360, num. 40, & 41, & diſcept. 619, n. 27, 28, & 29, qui loquitur in puncto immunitatis Eccleſiæ.

7 Amp. 3. vt proditorium quoque dicatur homicidium commiſſum contra fidem datam de non offendendo, quia proditio nihil aliud eſt, quam deceptio contra fidem datam, vel debitam in perniciem alicuius Syl. in ſum. in verbo proditio in prin. & ita ſenſerunt Ang. in l. 1, ff. de pact. ante num. 1, ibique Bald. num. 8, Dec. in tract. crim. cap. 29, n. 23. Hoſtien. in cap. 1, de feud. num. 8, Gig. de crim. læſæ maieſt. tit. de prodit. num 8. Baiard. ad Clar. §. fi. qu. 68, num. 107. Vulpel. tract. de treg. & pac. qu. 48. in fi. cum alijs per Farinac. conſ. 108. num. 75. vol. 2. Giurba conſ. 60. num. 17.

8 Contrarium homicidium ſcilicet contra fidem de non offendendo commiſſum proditorium non eſſe, quoniam ille per proditionem occidit, qui aliud intus gerit, aliud foris oſtendit, dum odium in corde nutrit, & ore ſimulat beneuolentiam, verbis amicū ſe ſimulat, factis vero ſe hoſtē detegit, vt varijs exēplis cōprobat Farinac. in prax. q. 18. n. 78. & ſeq. ac proinde, qui publicè inimicitiam exercebat cum eo, quem necauit, non cenſetur proditoriè occidiſſe, licet fregerit fidem, eo quia per dictam fidem non deſtruitur rancor inimicitiæ, nec aufertur odij radix firmiter in corde nixa, & ſic, quod controueniens fideiuſſioni de non offendendo non ſit cenſendus proditor tradit Hercul. de caut. de non offenden. cap. 10, num. 3, verſ. alij proditores, eum verſ. ante fin. dicti num. 3. incip. æquidem ſic diſtinguendo, & num. 4. Vermigliol. conſ. 93. num. 12.

9 Limit. primam opinionem procedere in fide data alicui magnati, Equiti, aut Militi de non offendendo,

po' & de hac fide loquitur *Farinac. q.18. n.70. verſ ſeptimo dicitur proditor, & conſ. 108. n. 75. & Dec. tract. crim. lib.7. cap.29. n. 23. Guazz. in tract. de pace tit. de verbo q. 8. n.8.* ſecus autem in cautione coactè iuſſu Iudicis præſtita de non offendendo, vtporè, quia cautio de non offendendo conſtituit tertiam ſpeciem differentem à verbo, vel fide data alicui de non offendendo, ac propterea pænę inſtiguntur ratione contrauentionis pacis, induciarum, ſeu treguæ, aut fidei datæ, & non extenduntur ad fideiuſſionem de non offendendo *Hercul. in tract. de caut. de non offendend. cap.15. n.4. Vulpel. de pace q.73. nu.2. Farinac. q. 107. n.89. Guazz. de caut. de non offenden. q.4. n.1. & 3. quos refert, & ſequitur Vermigliol. conſ. crim. 93. n.10. & 11.*

10 Vnde occidens inimicum promiſſione, vel fideiuſſione facta de non offendendo non priuatur immunitate Eccleſiæ, cum non dicatur propriè committere homicidium proditorium, quod nunquam committitur præcedente inimicitia, ſed ſub amicitiæ ſimulatione, promiſſio autem de non offendendo ſupponit præcedentem inimicitiam, vnde ſi poſt promiſſionem, & fideiuſſionem præſtitam de non offendendo non interceſſerit ſtricta amicitia cum cenſeatur perdurare odium, excluditur qualitas proditionis ad effectum amittendi priuilegium immunitatis Eccleſiaſticæ, ita *Anton. de Marinis reſ. quotid. cap. 274. Dian. p.4. tract. 1. reſ. 33.* & ſatis probabilè hanc opinionem vocat *Thom del Bene de immun. Eccleſ. cap. 16. dub. 22. sect.3. num.8. tom.2. Diana reſol. moral. p. 4. tract. 1. reſol.34. §.2.*

11 Contrarium, quod immunitate priuetur, qui occidit inimicum promiſſione, & fideiuſſione facta de non offendendo, eo quia per talem promiſſionem, vel fideiuſſionem inducitur ſecuritas, & auffertur inimico omnis occaſio ſibi præcauendi, ex quo reſultat homicidium habere qualitatem proditionis, cum deceptio contra fidem proditio videatur *Curtel. de immun. Eccleſ. lib.1. q.25. Dec. tract. crim. lib 7. cap. 26. nu 23. Giurba conſ. 60. Farinac. conſ. 168. nu.75 lib.2. Barboſ. de iure Eccleſ. vniuerſ. cap.3. nu.93. Peregrin. tract. de immun. Eccleſ. cap.7. num. 10.* cum alijs per *Thom. del Bene loco ſupracitato num. 1.*

12 Amp.4. quod occidens inimicum reconciliatum, cum quo ſcilicet pacem fecerat, committit homicidium proditorium, vt non debeat gaudere immunitate Eccleſiaſtica etiam in terminis Bullę Gregorij XIV. & ita de ordine Sanctiſſimi diſcuſſo articolo in Sacra Conſulta inſtante Cardinali Epiſcopo Cremonen. eidem de ordine eiuſdem Sacræ Conſultæ per *Farinaccium* reſcriptum fuiſſe teſtatur ipſe *Farinac. in addit. ad conſ. 168. lit. D. verſ. depoſiti propoſui lib. 2. ſuor. conſil. & late comprobat Giurba conſ. crim 60. à 14 verſ. cæterum per tot.* vbi in fi. ſubdit ſatis ſibi eſſe ſic Sacram Conſultam iudicaſſe *Menoch. de arbitrar. caſ.361. à num.24.* vbi proditorem appellat, qui amicum, vel reconciliatum interficit *Tuſch. lit. P. conclu 869. nu.11.* vt Regis indultu non gaudeat *Cabal. de omni genere homicid. nu. 411. iuncto nu.436. Mar. Ital. de immun. Eccleſ. lib. 1. cap.5. §.4. num.14. Gizzarel. dec.16. nu.4.* Franc. *dec. 713. à nu.14.* Farinac. *in Append. de immun. Eccleſ. nu. 137. in fi.*

13 Et ratio eſt quia proditio nihil aliud eſt, quam deceptio contra fidem in alterius perniciem *l. fi. C. de delator. lib.10. l. proditores ff. de re milit. Gig. de læſ. maieſt. tit. de prodit. qu.1. nu.8. Dec. lib.7 crim. cap.29. num.23.* vnde pacem frangens cum decipiat contra fidem dicitur proditor *Colleg. Aduocatorum Marchiæ conſ. 150. nu. 38. vol.1. crim.* Tum quia inimicitia remanet extincta per reconciliationem ſecutam, & pacem initam, vt non ſit locus præcauendi *Cabal. crim reſol. caſ. 272. nu 7. Bertraz. conſ. crim. 157. nu.20. Borrel. conſ.45. nu.31. Tuſch. lit. P. conclu.172. nu.8. & lit. R. conclu.54. num.6. & late comprobat Giurba conſ. crim. 60. num. 17. & ſeq.*

14 Contrarium, quod occidens inimicum reconciliatum non dicatur proditor, & propterea etiam gaudere debeat immunitate Eccleſiæ docet *Ric. p.1. dec.168. num.2. Diana reſol. moral. p 3. tract.1. de immun. Eccleſ. reſol. 35. verſ hoc ſuppoſito Vermigliol. conſ. crim.93. num.7. & per tot.* vbi ita ex *Ric.* deciſum fuiſſe in *Curia Archiepiſc. Neapol. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap. 16. dub. 20. sect. 3. nu. 5. & 6. tom.2.*

15 Siquidem amicus reconciliatus æquipollet inimico, vt propterea odium adhuc, & nocendi animum retinere præſumatur, ex quo præcedentis inimicitiæ reliquiæ per reconciliationem non extinquãtur, ſed animo, & corde conſoueantur, iuxta illud inimico tuo, ne credas in æternum, illudque non obſtante reconciliatione vti peſtem fugiendũ eſſe inquit Bart. *in l.1. num 2. ff. ad Syllan. & tradunt DD. coposè relati per Giurb. conſ.60. num.7. & 8. Vermigliol. conſ. crim.93. num.7. Farinac. qu. 53. num.59. Ric. dec.168. num 4. p.1.* vbi enim in amicis aliquis remanet rancor, inimicitia quoque ſub huius rancoris velamine includitur, & amicitia excluditur, vt etiam excludatur qualitas proditionis in ſubſecuto homicidio amici reconciliati, calore igitur amicitiæ ſi patratum nõ ſit homicidium, Eccleſię gaudere debet immunitate *Thor. compend. deciſ. verbo proditor ad tradita per Rouit. pragam. 11. num. 58. tit. de abolit.* cum poſt Gregorianam con-

16 ſtitutionem illud dumtaxat dicitur homicidium proditorium, quod ſub calore amicitiæ committitur ad effectum non gaudendi immunitate Eccleſiaſtica *Giurba conſ. crim.60. n.1. verſ. cũ ad mentẽ Diana reſ. mor. p.4. tr.1. de immun. reſ. 4 verſ ſed ab affirmatiua, & p.6. tit.1. reſol 12. verſ ſed eo pacto circa fin.* & quod de hoc non ſit amplius dubitandum ſubdit idem *Diana reſol. moral. p.3. tract. 1. reſol.33. & p. 6. tract. 1. reſol. 13. verſ. ſed hoc non eſt verum.*

17 Sed quia pax non præſumitur *Maſcard. de probat. conclu. 1156. à num. 1.* Nec reconciliatio *cap. cum oportet de accuſat. Auth. & ſi dicatur C. de teſt. Farinac. quæſt.53. num.62. Dec. tract. crim. lib.3. cap.25. num. 83. Giurba conſ. crim.60. num. 23 verſ. ſi vno tantum teſte.*

18 Probatur ad hunc effectum reconciliatio, & pax ex depoſitione vnius ſaltem teſtis, qui pacis fidem receperit, & ſic de facto proprio deponentis concurrentibus alijs adminiculis *Farinac. in addit. ad conſ. 168. in Scholijs lit. D. tom. 2. ſuorum Conſil. Giurba conſ.60. num.23.*

19 Lim. ſupradictas duas ampliationes non procedere ſi poſt initam pacem, vel factam reconciliationem, aut præſtitam cautionem de non offendendo noua emanauerit inimicitia, ſeu superuenerit noua cauſa occiſionis, nam hoc caſu homicidium

non dicitur proditorium, nec Eccleſiaſtica immunitate priuatur, quia tunc occiſus non occiditur incautus, cum præcauere ſibi debebat, & cogitare, poterat de periculo mortis ſibi inferendę *Giurba conſ. crim. 60. num. 3. in fi. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap. 16. dub. 20. ſect. 3. num. 7. tom. 2.* quomodo autem huiuſmodi cauſa probari poſſit *Farinac. qu. 107. num. 435. & ſeq.*

20 Amp. 5. quod ſi Pater occidat filium, aut filios Patrem, aut vxor virum, vel vir vxorem, aut frater, fratrem, nulla præcedente rixa, aut inimicitię cauſa proditores ſunt, & propterea Eccleſiarum immunitate gaudere non debere pro indubitato tenet *Farinac. in Append. de immun. n. 138. Giurba conſ. 60. nu. 3.* & ita in Matre occidente filium infantem cenſuit

21 *Sac. Cong. Concilij ſub die 3. Decemb. 1632. relat. per Dian. poſt 5. part. reſol. moral. nu. 6. Farinac. de immun. Eccleſ. qu. 135. & 139.* vbi graue enim inquit eſſe occidere infantes, qui ſe præcauere nullo pacto poſſunt à Matris proditione, quidquid ſecus dixerit *Franc. Leo in Theſaur. for. Eccleſiaſt. p. 1. cap. 13. nu. 25. & 26.*

22 Amp. 6. vt Mulier, quæ malis medicamentis, vel aliqua potione procurat abortum, & occidit fœtum animatum, proditorium committit homicidium, tamquam perpetratum in eum, qui nec præuidit, nec præuidere poterat talem mortem, ac proinde non debet gaudere immunitate Eccleſiæ *Peregrin. de immun. Eccleſ. cap. 3. nu. 8. P. Theſ. in prax. p. 1. cap. 1. num. 3. & ita declaraſſe Sac. Cong. Concilij ſub die 3. Decemb. 1632. refert Dian. in calce, ſeu poſt partem 5. reſol. moral. num. 8.*

23 Contrarium tenet *Bonatin. tit. de excommun. in partic. extra Bullam Cœnæ diſ. 3. qu. 3. punct. 16. §. 8. num. 8.* ea motus ratione, quia fœtus etiam animatus dum in vtero exiſtit adhuc non eſt notus, & ſic tamquam nullius rationis capax, dolus in eundem non committitur cum ſimulatione amicitiæ, in qua conſiſtit qualitas homicidij proditorij, in ignotum autem, qui adhuc non venit ad lucem, vt realiter dicatur dari à parte rei non cadit huiuſmodi amicitiæ ſimulatio, ac proinde excluditur proditio, ita etiam docet *Diana reſol. moral. p. 3. tract. 1. de immun. Eccleſ. reſol. 73. §. verum ego* Franc. *Leo in Theſaur. for. Eccleſiaſt. par. 1. cap. 13. verſ. dubitaui etiam.*

24 Amp. 7. vt proditorium dicatur homicidium cõmiſſum ab eo, qui alium veneno necat, immo eſſe magis proditorium homicidium veneno ſecutum, quam ferro inquit Bobadil. *in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 75. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. fi. nu. 7. verſ. attendendum ijs prænotatis* Mar. *Ital. de immun. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 4. nu. 3. verſ. & quemadmodum ij, & latius nu. 36. & 37. Germon. de Sacror. immun. lib. 3. cap. 16. nu. 63.* Franc. *Suarez. de Statu Religionis lib. 3. cap. 11. nu. 12. in fi. Dec. tract. crim. lib. 6. cap. 28. nu. 19.* Boer. *dec. 109. nu. 5. verſ. ſecundo in eo, qui occidit veneno Peregrin. de immun. cap. 7. nu. 6.* Farinac. *qu. 18. num. 74. &* in Append. *de immun. num. 142.*

25 Propterea, quod Eccleſiæ immunitate non gaudeat, qui committit homicidium veneno cenſuit *Sac. Cong. Concilij ſub die 3. Decemb. 1632. de qua Diana poſt p. 5. reſol. moral. tit. declarationes Sac. Cong. nu. 7.* & docere omnes teſtatur *idem Diana p. 1. tract. 1. de immun. reſol. 36. & p. 6. tract. 1. eod. tit. reſol. 12.* vbi alios allegat.

26 Limit. huiuſmodi declarationem Sacræ Congregationis intelligendam eſſe in caſu, quo quis occidatur nulla præcedente inimicitia, quia tunc homicidium proditorium cenſetur, ſecus vero ſi inimicus veneno occidatur, quia præcedens inimicitia excludit qualitatem proditionis, ſiue ferro, ſiue veneno ſequatur homicidium, vt comprobat *Diana reſol. moral. p. 6. tract. 1. de immun. reſol. 12. verſ. ſed ego puto vbi alios allegat.* tutius vero hoc caſu Sum. Pontificem conſulendum eſſe putat *Farinac. de immun. Eccleſ. nu. 142. in fi.*

27 Amp. 8. quod vulnerans proditoriè, & per inſidias animo tamen occidendi, etiam ſi vulnerati mors non ſequatur dicatur proditor, ita vt Eccleſiæ immunitate minimè gaudere debeat *Nauar. in manual. confeſſar. cap. 25. num. 21. Guttier. pract. quæſt. lib. 3. qu. 7. nu. 55. & 56. vbi de communi, & recepta in prax. opinione,* Azzeued. *in conſtit. Hiſpaniar. lib. 1. tit. 2. l. 3. num. 9. verſ. ſed an erit idem Card. Tuſc. pract. conclu. 11. num. 8.* Farinac. *in prax. in tit. de carcerib. & carcerat. qu. 28. nu. 45.*

28 Contrarium quod attentans quis aliquem proditoriè occidere, licet deuenerit ad actum proximũ ſcilicet ad vulnera, morte tamen, & effectu non ſecuto non dicitur proditor, ad effectum amittendi priuilegio immunitatis Eccleſiæ, ad quam ſi confugerit, eius immunitate gaudere debet, cum hodiè ſecundum Bullam Gregorij XIV. ibi, *aut qui proditoriè proximum ſuum occiderit* requirere videtur mortem ſecutam, & actum conſumatum, & hanc opinionem vti magis rectam, & piam tenendam eſſe tradit Farinac. *in Append. de immun. Eccleſ. num. 145. & ſeq. in fi.* vbi recedit ab opinione quam amplexus fuerat in dicta *qu. 28. nu. 45. Dec. in tract. crim. lib. 6. cap. 28. nu. 17.* Baiard. *ad Clar. q. 30. nu. 17. vbi ſequitur dicta per Dec. conſ. 80. per tot. Peregrin. & de immun. Eccleſ. cap. 7. nu. 13. Suarez. de Religion. tom. 1. lib. 3. cap. 11. nu. 14. Anaſtaſ. Germon de ſacrorum immun. lib. 3. c. 16. nu. 60. Tuſch. pract. concl. in verbo* Eccleſ. *concl. 11. nu. 7. Villagut. de extẽſione legũ c. fi. n. 54. & 55. vſq; ad nu. 59.* Mar. *Ital. de immun. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. § 4. nu. 22. vſque ad nu. 28. Ciarlin. controuerſ. forenſ. cap. 14. nu. 19. Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 2. cap. 3. nu. 90. Bonacin. in tit. de legib. diſ. 3. q. 7. §. 5. nu. 16. Dian. reſol. moral. p. 1. tit. 1. de immun. reſol. 18. & p. 4. tract. 1. eod. tit. reſol. 83 verſ. ſed affirmatiuam, & p. 6. tract. 1. tit. eod. reſol. 12. §. ſed contrariam ſententiam, & ſeq.* vbi quod *cap. 1. de homicid.* poſt dictam conſtitutionem Gregorianam ſit ita intelligendum, & contrarium tenentes, vel ſcripſerunt ante Bullam, vel ſecuti fuerunt ab alijs, qui ſcripſerunt poſt Bullam non animaduertentes eius verba, & contextus tenorem.

29 Homicidium vero proditorium non dicitur vbi interuenerit diffidatio, vel monitio, puta *caccia mani, volta qua* & ſimilia, nam hoc caſu excluditur amicitia præcedens ad tribuendam qualitatem proditionis, cum etiam in ipſo actu proditionis concurrere debeat amicitiæ ſimulatio, ita vt occiſus nõ potuerit ſibi præcauere, prout potuit per monitionem, & diffidationem *Gigaſ. de crim. læſæ maieſt. in tit. de proditor. qu. 1. nu. 16. Cephal. conſ. 57. nu. 14. & ſeq.* Felic. *alleg. 5. nu. 58. p. 1. Gambacur. de immun. Eccleſ. lib. 5. cap. 28. nu. 4.* Farinac. *conſ. 132. nu. 2.*

nu. 2. tom. 2. Giurb. conſ. crim. 110. num. 6.

30 Inſuper inimicitia ad excludendam qualitatem proditionis probanda eſt ab allegante, & non à fiſco, cum homines præſumantur amici, & non inimici, & hæc eſt naturæ præſumptio ex traditis per *Dec. lib. 3. cap. 25. nu. 20. Menoch. lib. 5. præſumpt. 43. nu. 1. Maſcard. de probat. conclu. 19. num. 2. & conclu. 898. nu 3. Honded. conſ 107. nu. 27. & 28. Farinac. conſ 132. nu. 3. in fi. & in prax. in tit. de indic. tortur. q. 49. nu 126. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 5. q. 3. nu. 260. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 46. nu. 83. Hond. conſ 87. nu. 46. lib 2. Graſſet. de effect. amic. nu. 29. & 33. Baron. de effect. inimic. in prælud. nu. 8. Sperel. dec. 185. nu. 20. & 21. tom. 2.*

31 Sicut è contra inimicitia non præſumitur *Hond. conſ. 87. nu. 44. & 45. & conſ. 93. nu. 15. lib. 2. Giurba conſ. 20. nu 10. vbi copioſè alios allegat. Gozzadinus conſ. 89. in fi. Cranet. conſ. 8. nu 8 Maſcard. de probat. conclu 898 nu. 4. Menoch lib. 5. præſumpt. 43. nu. 1. Sperel. dec 185. nu. 21. tom. 2.*

32 Dixi ſupra *nu.* 4. quod proditor lato modo dicatur, qui occidit inimicum ſuum per inſidias, à parte retro, appenſatè, vel in dormitione, & ſic in caſu, quo non poterat ſibi præcauere, & defendere, ſed poſtea venit ad meas manus librum ſub titulo *Anatemenectis proditoriæ P. Hippoliti Graſſetti*, qui per integrum volumen lege, ratione, & auctoritate comprobare conatur huiuſmodi homicidium non lato modo, ſed verè proditorium eſſe, ſiue attenta diſpoſitione iuris communis, ſiue Bullæ *Greg. XIV. ſuper immun. Eccleſ. de qua in Bullar. tom. 2. fo. mihi* 694. cuius exemplar regiſtrauit *Ambroſ. de immun. Eccleſ. in t. pag. ſui tractatus*, *Genuen in prax. Archiepiſc. Curiæ Neapol. in cap 17. poſt n. 12. fo. mihi 61. & Thom. del Bene in tract. de immun. Eccleſ. cap. 8. poſt dubium 47. ſect. 7. Bulla 7. Greg. XIV. fo. mihi 43. tom. 1.* adeo vt huius homicidij reus etiam poſt dictam Bullam immunitate Eccleſiæ gaudere non debeat, ſiue patratum fuerit ſpecie amicitiæ ſaltem præſumptæ, ita vt nec rancor quidem præceſſerit, ſiue etiam præcedente inimicitia dummodo *per* inſidias, vel à parte retro, vel nulla præcedente diffidatione, aut alio ſigno, propter quod occiſus potuerit ſibi præcauere, dum putat

33 formalitatem proditorij conſiſtere in hoc, quod quis occidat alium etiam capitalem inimicum impotentes hic, & nunc ad præcauendum, vt per eum *nu* 5. *nu.* 18. & alijs locis. Verum quia dicta opinio Graſſetti eſt contra communem, & non Gregorianam conſtitutionem in praxi minimè ſeruatam reprobatur à *Sperel. dec. 185. per totam ſecundum vltimam impreſſionem tom. 2.* vbi non tam legibus, & rationibus, ſed ex Catalogo, & auctoritate *nu.* 93. Doctorum oſtendit contrariam ſententiam eſſe veriorem, & longe frequentiori calculo à ſcribentibus receptam, & a Sacra Conſulta ſeruatam, vt per eum *nu.* 44. *vſque ad* 45. vbi contrarijs reſpondet,

34 & luculenter comprobat formalitatem proditorij conſiſtere non in extemporanea impotentia præcauendi ab eo, qui occidit etiam inimicum impotentem hic, & nunc ad præcauendum, ſed in deficientia occaſionis, vel cauſa præcauendi, nempè, ſi quis interficiat eum, cui nulla ab interfectore timenda erat occaſio, ita vt non modo non potuerit, ſed nec debuerit præcauere, nec diuinare, ſe abſque vlla occaſione ſub ſpecie amicitiæ offenſæ, vel ſaltem creditæ trucidandum, prout cogitare, præuidere, & ſemper timere poteſt inimicus de ſuo inimico, præcipuè offenſo, qui ſemper habet vindictam, & paratum animum ad interitum, & inimici necem continua cordis agitatione molitur, & quærit opportunitatem, & inſidias circuens, quem deuoret, vnde inimicus tanquam ſemper diſſi latus a ſuo inimico præcauere debet, ac proinde inimico aggreſſo non tollitur defenſio ab ipſo aggreſſore inimico, ſed à ſe ipſo eiuſque incuria, & culpa, dum ſibi præcauendi modum non quæſiuit, & ad ſe defendendum ſemper paratus non fuerit, prout inimicum ſemper ad offendendum paratum exiſtere facile excogitare poterat, ita etiam late demonſtrauit idem *Sperel. dec. 23. per totam tom. 1.*

35 Crimen autem proditionis eſt de numero atrociſſimorum, vt per *Maſtril. ad indult general. comment. cap 29. nu. 1.* odioſum Deo, hominibus, & legibus, quę contra illud armantur, & grauiſſimis pœnis vlciſcuntur, de quibus *Dec. tract crim. vol. 1. lib. 7. cap. 31. Cabal. de omni genere homicid. nu. 400. & ſeq. Schrader. de feud. p. 9. cap 3. à nu. 64 ad 69.*

36 Et non ſolum punitur pœna mortis, vt ex Gigante, & alijs tradit *Vrſil. ad Afflictum dec. 265. nu. 7.*

37 Verum etiam ſi proditor deuenerit in fortijs Curiæ, & ſit nobilis, ipſa nobilitas in deteſtationem huius atrociſſimi delict. pœnam temperare non poteſt quin debeatur eidem ſuſpendium ob neglectam re ipſa, & renunciatam nobilitatem *Dec. in tract crim. lib. 7. cap. 31. nu 8. Scrader. de feud. §. 9. p 9 §. 3. nu. 66. Cantera in quæſt. crim. cap. 6. de homicid. nu 14. Ferret. de re, & diſciplin. milit. tit. de bello ſpirituali nu. 22. Tiraquel. de nobilit. cap. 20. nu. 120. cum alijs per Sperel. dec. 185. nu. 19. tom 2.*

38 Quamuis regolariter nobilitas faciat alleniare, & temperare pœnam delicti, vt non in ignominioſa prout eſſet in infami furcæ ſupplicio damnaretur, vt habetur per *Bart. in l. deſertorem § pænę militum. nu. 1. & alios relatos per eundem Sperel dec. 185. nu. 38. cum alijs allegatis per Gratian dec 32. nu 1. & 2.*

39 Si vero reus poſt perpatratum flagitium fugam arripuerit, & in tutum ſe poſuerit, eius effigies capite inuerſo ſuſpenditur cum elogio proditionis, pœna etiam impoſita contra illum auferentem, vt per *Iaſ. & alios in l ſi quis id quod ff de iuriſdict. omnium Iud. Laudenſ. de crim. læſæ maieſt qu. 6. Dec. tract. crim. cap. 31. nu. 5. quos refert Sperel dec. 158.*

40 *nu. 40. & 41.* vbi ſecus ſi homicidium patratum fuerit per inſidias, & à parte retro, nam tunc rei effigies in contumaciam inuerſo capitè non ſuſpenditur, cum hoc caſu ceſſet qualitas verę proditionis, niſi in caſu fractionis pacis abſque noua cauſa, vel perpatrationis criminis ſub ſpecie amicitiæ, & ita teſtatur in facti contingentia de anno 1661. Sacram Conſultam Eminentiſſimorum Cardinalium

41 mandaſſe affigi imaginem N. Senogalien. Diœceſis, eo quod poſt pacem factam cum ſuo inimico illum à tergo ictu Archebuſij necauit propter homicidium proditorium commiſſum, ſed habito recurſu ab eius fratre pro honore domus, & oſtenſo, quod noua cauſa ſuborta fuerat, & ſic ceſſare qualitas proditionis, reſcripſiſſe imaginem amoueri, prout amota fuit ita etiam mihi in ſimili facti contingentia de anno 1654. dum Iudicis officio Status Ronciglioni functus fui eadem Sacra Conſulta mandauit affigi imaginem N. eiuſdem Terræ

Roncigliõi, qui ſuum inimicum poſt pacem à parte retro vulnerauit, ſed habito recurſu per eius ſorores nubiles ex honeſtis parentibus, & expoſito propter hanc infamiam viros cui nubere poſſint nõ eſſe inuenturas mandauit ſuperſederi quo ad affixionem Imaginis.

42 Vlterius committens homicidium proditorium Eccleſiaſtica immunitate priuatur, adeo vt inuitus ab Eccleſia extrahi poſſit, vt tradũt *DD. copiosè relati per Ambroſiu. de immun. Eccleſ. cap. 6. Farinac. in tit. de carcer. & carcerat. qu.28. nu. 23. & in Append. de immun. cap.9. nu. 135. vbi 136.* refert contrarium tenentes *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap.16. dub. 20. per tot. tom. 2.* & ita expreſſe diſponitur in conſtit. Gregor. XIV. cuius vigore ab hac ſententia non eſt diſcedendum ob determinationem, & declarationem Sum. Pontificis.

43 Non tamen propriè proditor dicitur teſtis, qui cum ſua falſa depoſitione, vt quis morti tradatur cauſa fuiſſet, aut Iudex, qui eodem modo corruptus innocentem ad mortem damnauerit, quia hoc caſu non cenſetur propriè, & phyſicè occidere, ac proinde priuari non debent Eccleſiæ immunitate, nam attenta Bulla Gregorij XIV. homicidium proditorium adhoc, vt exceptum cenſeatur debet eſſe conſumatum in ſua ſpecie, & propria formalitate ſtrictè ſumpta, adeo, vt vbi agitur de pœna priuationis immunitatis Eccleſiæ, cum tendat in eius præiudicium non eſt facienda extentio, minuſque ſufficit æquiparatio, ſed requiritur identitas, & hanc ſententiam probabilem, & immunitati fauorabilem appellat *Bonacin. in primum Decalogi præceptum diſ.3. qu.7. punct.6. §.4. nu.8. in fi. tom.2. fo. mihi 242. Peregrin. de immun. Eccleſ. cap.7. nu. 42. Caſtrus Palaus tom. 2. tract. 11. diſ. vnica punct. 10. nu.8. Diana reſol. moral. p.4. tract.1. reſol.* 104.

44 Contrarium, quod tam teſtis, quam Iudex hoc caſu dicantur committere homicidium proditoriũ, ac proinde non debeant gaudere Eccleſiæ immunitate tradunt *Mar. Ital. de immun. Eccleſ. lib.1. cap. 5 §.4. & latius ſequenti §.5. nu.145. & 146. Zambellus in Repert. Mor. verb. Eccleſia quo ad eius immun. Eccleſia lib.1. quæſt. 19. nu. 11. & 12.* Faciunt tradita per *Azeued. in conſtitut. Hiſpanar. lib. 1. tit. 2. l.3. nu.9.*

45 Verum quod in hoc caſu ſtante quod ſit valde dubius tutius eſt habere recurſum ad Sum. Pontificem admonent *Farinac. de immun. nu. 141. in fi. Thom. del Bene eod. tract. cap.16. dub.21. nu.6 in fi. Diana reſol. Moral. p. 1. tract.1. reſol.* 19.

SVMMARIVM.

- Aſſaſſinium, & Aſſaſsinus, quis dicatur.
- Aſſaſsinij crimen, vt commiſſum dicatur, quæ requirantur.
- Ita dicitur ex ſola promiſsione, & pollicitatione, etiam ſi non fuerit data pecunia num.4.
- Promiſsio ad hunc effectum debet eſſe ſpecialis, & non generalis. Contrar. num. 6. & non ſufficit ſi non fuerit acceptata num.7.
- Et debet eſſe pro ipſa occiſione, non autem pro expenſis itineris, & ſimilibus.
- Occidens animo cõplacendi amico cõmittit aſſaſſinium ſi habeat ſpem præmium conſequendi. Contrarium etiam ad effectum gaudendi immunitate Eccleſiæ numer.10.

11 Aſſaſſinus dicitur accipiens mandatum, & pecuniam ad percutiendum, aut ad vulnerandum tantum, præcipue vigore Bandimentorum Gubernatoris Vrbis num.12. Contrarium nu.13.

14 Aſſaſſinium committitur etiam ſi Mandans, & Mandatarius ſint Chriſtifideles, & non infideles.

15 Aſſaſſinium non committitur, nec immunitate Eccleſiæ priuatur occidens infidelem num. 16. Contrarium num. 17.

18 Occiſus in dubio non præſumitur Chriſtianus. Contrarium num.19.

20 Occidens ſuum, & mandantis inimicum etiam pecunia conductus non committit aſſaſſinium, nec priuatur Eccleſiæ immunitate.

21 Mandatarius occidens inimicum mandantis ipſo præſente non committit aſſaſſinium, nec priuatur Eccleſiæ immunitate.

22 Aſſaſſinium non committitur ex datione alicuius paruæ rei, nec pro receptione expenſarum Hoſpitij nu. 23. nec ex verbis curialibus ibidem.

24 Aſſaſſini non dicuntur teſtes, qui pecunia corrupti ex eorum falſa depoſitione innocens ad mortem damnatur, & eodem modo Iudex, qui innocentem pecunia corruptus condemnauit, nec priuantur immunitate Eccleſiæ. Contrarium num. 25.

26 Receptans, vel defendens aſſaſſinum, non dicitur aſſaſſinus ad effectum amittendi immunitatem Eccleſiæ, Contrarium num. 27.

28 Aſſaſſinus non eſt, qui tantum vti ſocius principali opem ferat.

29 Nec occidens clam proditoriè, vel cum copia ſociorum.

30 Aſſaſſinus non gaudet immunitate Eccleſiæ ſiue ſit mandans ſiue Mandatarius num.31. debet tamen delictum eſſe conſumatum in ſua ſpecie num. 32. ſecus in alijs ſpeciebus vigore bandimentorum Gubernatoris Vrbis num.33.

34 Ponitur pœna mortis naturalis, & poteſt impune offendi num. 35. Et quomodo vigore Statuti Vrbis num. 36. Et de iure canonico incurrit excommunicationem num 37.

38 Clericus Aſſaſſinus deponitur, & priuatur dignitate, & beneficio, etiam ſi delictum non fuerit ſecutum.

39 Aſſaſſinij pœna, vt irrogari poſsit de delicto plenè conſtare debet.

40 Confeſsio rei de receptione pecuniæ in cauſam licitam ad inducendum aſſaſſinium non eſt diuidenda.

41 Aſſaſſinium probatur probabilibus argumentis.

42 Teſtes de auditu in hoc crimine faciunt indicium ad torturam.

43 Et recipiuntur teſtes etiam parte non citata, & lite non conteſtata num. 44.

45 In crimine aſſaſſinij procedi poteſt iuris ordine non ſeruato, dummodo conſtet de qualitate aſſaſſinij n.46.

47 Aſſaſſinij pœna locum non habet in ſimplici, & imperfecto tractatu de occidendo.

48 Occidens abſque cauſa, vel inimicitia præcedente torqueri poteſt abſque alijs indicijs ad indicandum mandantem.

49 Mandans, & Mandatarius in crimine Aſſaſſinij eadem pœna puniuntur.

50 Amp. in recipiente, occultante, & auxilium præſtante Aſſaſſino, eiuſdemque defenſore num.51. & 52.

53 Quod procedit ſi auxiliator habeat notitiam qualitatis Aſſaſſinij alias ſecus.

Aſſaſſinium quomodo committatur, & puniatur.

ADNOTATIO VI.

1 DEteſtabile Aſſaſſinij crimen committitur, & Aſſaſſinus dicitur is, qui accepta ab altero pecunia mediante mandato aliquem occidit, nihil tale ab eo precauentem, ita vt mandatum ad occideu-

dendum ſub conuentione dictæ pecuniæ, vel certi pretij, vel ſub conuentione certæ rei recepi debeat *Bart. in l.non ſolum § ſi mandato de iniur. & notant communiter DD. in cap. de homicid. in 6. Carrer. in pract. §.circa nu. 3. fo. mihi 88. ſecundum antiquam impreſſionem Clar. in § aſſaſſinium in prin. Gabr. in tit. de maleſic. conclu. 1, nu. 1. Anton. Gomez de delict. tit. de homicid. nu. 10.* Monticel. *reg. crim. 8. num. 4. Menoch. de arbitrar. caſ. 360. nu. 42. & 44. Boſſ. in tit. de offic. corrupt. nu. 9. & in tit. de for. competen. nu. 341. Brunor. à Sole in ſuis quæſt. legal. qu. 34. nu. 5. 7. & 14. & nu. 15. iuncto nu. 17. verſ. nec etiam obſtat, & ſeq.* Farinac. *conſ. 10. nu. 1. ibique* Fam. Cent*ol. in addit. lit. A. in prin. & in prax. in tit. de homicid. qu. 123. nu. 19. in tit. de carcer. qu. 28. nu. 26. & in Append. de immun. cap. 8, num. 19. & 20. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 138. nu. 1. Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 7. nu. 3. & 6. Dec. tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 18. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap. 16. dub. 21. ſect. 1. nu. 4. & 5. Franc. deciſ. 167. per tot.* Rot. *dec.* 603. *nu. 2. p. 4. tom. 1. recen.*

2 Ad hoc igitur, vt aſſaſſinij crimen commiſſum dicatur, duo copulatiuè concurrere debent, mandatum ad occidendum, & traditio, vel promiſſio pecuniæ, ſeu alterius rei pretio æſtimabilis, & ſi alterum ex prædictis deficiat qualitas aſſaſſinij non verificatur *Bald. conſ. 383. per tot. lib. 5. Gram. vot. 11. nu. 19.* Gabr. *in tit. de maleſ. conclu. 1. nu. 36. verſ. tertio limit. cum alijs per* Rot. *dec. 603. nu. 2. p. 4. tom. 1. recen. & ex Alciat. conſ. 11. nu. 17. lib. 1. tradit Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 7. nu. 7.* vbi ſubdit quod ſi ſufficeret tantum pretium, etiam Milites eſſent aſſaſſini *Rot. dec. 603. nu. 2. p. 4. tom. 1. rec.*

3 Amp. vt etiam ex ſola promiſſione, & pollicitatione inducatur aſſaſſinium *Boſſ. in tit. de mandat. ad homicid. num. 14. Salicet. in l. non ideo minus ad fin. nu. 36. verſ. & aſſaſſini vocantur* C. *de accuſat. Gram. vot. 9, nu. 2. Carrer. in pract. §. circa nu. 4. fo. mihi 88,* Maſcard *de probat. conclu. 138. nu. 1. in 1. amplint. lib. 1. Planc. in Epit. delictor. cap. 19. nu. 10. verſ. rurſus Gabr. conſ. 170. nu. 18. lib. 1. Dec. tract. crim. lib. 9. cap. 30. nu. 17. Gabr. commun. opin. lib. 7. conclu. 1. num. 1. & 2.* Monticel *reg. 8. nu. 5.* Farinac *in prax. crim. qu. 123. nu. 36. & conſ. 4. nu. 6, vbi Famin.* Centolinus *in addit. lit. K. verſ. promiſſionem tom. 1.*

4 Et ſufficit, quod ſit promiſſa quamuis non fuerit data pecunia, vel quæcunque alia res pretio æſtimabilis, quia talis promiſſio pecuniæ æquiualet, ex quo recipiat pretij æſtimationem *Guttier. pract. qu. Ciuil. lib. 3. qu. 7. num. 20 Maſcard de probat lib. 1. conclu. 138, nu. 1, & 2, vbi alios plenè allegat.* Franc. *Leo in Theſauro fori Eccleſiaſt. p. 1. cap. 13. num. 27. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap. 16, dub. 21. ſect. 1, num. 8. tom. 2.* Et licet *Mut. Ital. de immun. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 5. nu. 130. & ſeq.* contrarium doceat tamen ab hac ſententia non eſſe recedendum affirmat Farinac. *in Append. de immun. Eccleſ. cap. 8. nu. 125 & in prax. crim. in tit. de homicid. q. 123. nu. 36. & 37.* vbi de veriori, communiori, & rationabiliori.

5 Lim. 1. vt talis promiſſio pecuniæ non debeat eſſe generalis, & implicita, ſed certa, ſpecialis, & explicita, & ſic non vaga, & iactatoria, & ideo quod non committatur aſſaſſinium, ſi quis mandat ijs verbis non mancherò mai alli tuoi biſogni, & ſimilia, quia huiuſmodi verba non ſunt obligatoria *Boſſ. in tit. de mandat. ad homicid. nu. 35. Gabr. conſ. 170. nu. 18. Baiard. ad Clar. §. aſſaſſinium nu. 6. & 7 Farinac. q. 123. nu. 145. in tit. de homicid. Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 7. nu. 9.* vbi quod neque dicatur aſſaſſinus recipiens dono vnum par caligarum *Famin. Centolin. in addit. ad conſ. 4. Farinac. lit. K. verſ. limitatur ſecundo.*

6 Contrarium quod etiam ſufficiat promiſſio rei incertę, & generalis, dummodo pretio ſit æſtimabilis, prout eſt ſi mandans promiſerit Mandatario nũquam in ſuis neceſſitatibus defecturum eſſe, & hanc ſententiam probabiliorem exiſtimat *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap. 16. dub. 21. ſect. 1. nu. 12. verſ. item ſufficit ſi promiſſa*, & multos allegat, quorum maior pars, à me viſa hoc non firmant, ſed potius contrarium.

7 Lim. 2. vt ſola promiſſio pecunię, vel alterius rei non ſufficiat, niſi fuerit acceptata, & ſic inter mandantem, & mandatarium ſecuta fuerit conuentio de occidendo propter præmium, vel pecuniam promiſſam aliter ſecus, *vt magiſtraliter concludit Bald. conſ. 283. incip. Bectonus de Ceccho nu. 2, lib. 1, Boſſ. in tit. de mandat. ad homicid. nu. 34, & 35. Gram. vot. 11. nu. 19,* Monticel. *reg. crim. 8, nu. 9. Dec. tract. crim. lib. 9, cap. 30, nu. 17. Brunor. à Sole in ſuis quæſt. legal. q. 34, nu. 13. Petrus à Planc. in Epit. delictor. lib. 1, cap. 19, nu. 10, verſ. rurſus an illud Farinac. in tit. de homicid. q. 123. nu. 147, tom. 4, Famin. Centolin. in addit. ad conſ. 4,* Farinac. *lib. 1, lit. K. in verbo promiſſionem verſ. limitatur tamen Lezana verb. immunitas num. 13,* Bonacin. *in tit. de immun. diſ. 3, q. 7, punct. 4, nu. 18, Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap. 16, dub. 21, ſect. 2, nu. 4.*

8 Limit. 3. vt ipſa promiſſio, vel datio pecuniæ debeat eſſe pro ipſa occiſione, ſecus autem pro expenſis itineris ad occidendum, vel pro occiſore à morte eripiendo, vel pro alia re ſimili, quæ non poſſit cenſeri pretium conuentum pro mandato dato, & acceptato ad occidendum, in quo conſiſtit formalitas aſſaſſinij *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap. 16, dub. 21, ſect. 1, nu. 14, tom. 2, qui alios allegat. Baiard. ad Clar. in §. aſſaſſinium nu. 6, in prin. & nu. 8, Vulpel. conſ. 143, nu. 3.* Gabr. *conſ. 170, nu. 21, & ſeq. & nu. 23, Boſſ. in tit. de mandat. ad homicid. nu. 34. in fi.*

9 Amp. 3. vt etiam pecunia non interueniente aſſaſſinus dicatur, ſi aliquem incautum occidat, vel occidi faciat animo complacendi amico, dummodo in ſicario adſit aliqua ſpes præmij, & lucri, alias ſola complacentia non inducit aſſaſſinium, nam ſi hoc eſſet verum omnes mandatarij eſſent aſſaſſini, cum à nullo Mandatario hoc flagitium perpetretur, niſi animo complacendi, & rem gratam mandanti faciendi, vt late comprobat *Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 7, ſub nu. 9, verſ. vbi dixerunt Alciat. conſ. 31, nu. 2, in fi. & nu. 3, lib. 1, Monticel. reg. crim. 8, num. 7. verſ. quod tamen Dec. tract. crim. cap. 30, nu. 16, ad med. verſ. modo expectaret Farinac. in tit. de homicid. qu. 123, nu 39 & 146. tom. 4.*

10 Contrarium, quod ſola complacentia, & quod quis alium occidat in alterius gratiam, vel vt illi rem gratam faciat non inducat crimen aſſaſſinij, etiam quod hoc faciat ſub ſpe præmij, lucri, aut remunerationis, niſi interueniat datio, aut promiſſio pecunię, vel alterius rei, quamuis occidens

Digitized by Google

dens habuerit animum ſuccedendi in bonis occiſi, vel vincendi litem, nihilominus non committit aſſaſſinium, & ſic quod immunitate Eccleſiaſtica non priuetur tradit *Thom. del Bene de immun. Eccleſ cap.16, dub.21, ſect.1, nu.15, tom.2, Farinac. in Appen. de immun. Eccleſ. cap.8. nu.130*, vbi in fi. ſubdit quod hæc declaratio parum prodeſſet vigore bandimentorum Gubernatoris Vrbis, quibus cauetur aſſaſſinum dici, & reputari etiam illum, qui alterum occidit animo complacendi, *& in prax. crim. in tit. de homicid. q.123, nu.40, & magiſtraliter docet Gebr. conſ.170, nu.15, 16, & 17, lib.1, Vulpel. conſ.143, nu.7, Pariſ. conſ. 166, num 2, & 3, lib. 4, Hondedeus conſ.83, nu.68, lib.2, Grilenſon. conſ. 45, nu.7, Maſcard. de probat. conclu. 138, num 2, tom.1, Gabr. commun. opin. in tit. de maleſic. conclu. 1, nu. 34, Baierd. ad Clar in § aſſaſſinium, nu.7, & 11, Menoch. de arbitror. lib.2, cent.4, caſ.360, nu.42, Diana reſol. moral. p 6. tract.1, reſol.11, in fi. Ambroſin. de immun. Eccleſiaſt. cap. 7, nu. 9, verſ. quia prædicta, & nu. 10, in fi.*

11 Amp.4. vt aſſaſſinus dicatur, qui præmium, ſeu pecuniam accipit ad percutiendum tantum, ſeu ad vulnerandum, & non ad occidendum, vt tradunt *DD. relati per Farinac. in tit. de homicid. qu.123, nu. 142, Maſcard. de probat. lib.1, conclu.138, nu.1, verſ. contrarium, & nu.10, Alex. conſ.266. nu.5, lib.6.*

12 Contrarium, & verius quod aſſaſſinium non committatur ab eo, qui pecuniam, & mandatum accipit non ad occidendum, ſed tantum ad vulnerandũ, nam licet pecuniæ interuentus aggrauet delictum, & propterea pœna augeri poſſit, non tamen intrat pœna aſſaſſinij, nec reus Eccleſiæ immunitate priuatur *Farinac. in Append. de immun. Eccleſ. cap. 8, nu.134, & in prax. in tit. de homicid. q.123, nu.139, & ſeq. Maſcard. de probat. lib.1, conclu. 138, nu. 11, Gabr. lib.7, tit. de maleſ. conclu.1, nu.29, & 30. Vulpel. conſ. 143, nu. 1, Gabr. in tit. de delict. conclu. 1, nu.30, Guttier. pract. quæſt. Ciuil lib.3. qu.7. nu.69. Riccius p. 1, dec. 112, nu. 1, Bonacin. in primam præcept. Decalog. diſ.3, qu.7, punct.6, § 4, nu. 7. Diana reſol. moral, tract.1, reſol.18, p.1, § non reticeam Dec. tract. crim. lib. 9, cap. 30, nu. 41. Baiard. ad Clar. § aſſaſſinium nu.2, Ambroſin. de immun. Eccleſ cap.7, nu.11, Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap.16, dub. 21, ſect.4, nu.1, tom 2.*

13 Vero quod hæc declaratio parum prodeſſet in Vrbe vigore Bandimentorum Gubernatoris Vrbis, quibus aſſaſſinus declaratur, qui pecunia mediante, aut promiſſione non ſolum alium occiderit, ſed etiam vulnerauerit, aut offenderit ſubdit *Farinac. in Append. de immun. Eccleſ cap. 8, nu. 134. in fi.*

14 Amp. 5. vt aſſaſſinium committatur ſiue mandatarius occidat de mandato infidelium, ſiue Chriſtianorum, & etiam ſi mandantes, & mandatarij ſint Chriſti fideles, & non infideles, & licet textus *in cap. 1, de homicid. in 6.* loquatur de ijs, qui per infideles quoſdam barbaros Chriſtianum occidebant, tamen ex communi DD. ſententia extenditur ad eos qui per fideles pecunia, vel quocunque alio præmio æquiualenti conductos Chriſtianum occidunt, prout quotidiana praxis obſeruat, ita reprobatis contrarium tenentibus tradunt *Dec. tract. crim. lib. 9. cap. 28. nu.18. Guttier. pract. quæſt. Ciuil lib.3 q.7. nu.1. 2. Anaſtaſius Germon. de ſacrorum immun. lib. 5. cap. 26. nu. 67. verſ. quemadmodum de aſſaſſinis, & ſeq. Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 7. à nu.1. vſque ad 7. Clar. in § aſſaſſinium in prin. Boſſ. in tit. de mandat. ad homicid. nu.16. Gabr. in tit. de maleſic conclu.1. nu. 18. Brunor. à Sole in ſuis quæſt. legal. qu.34. nu.5. & 6. & poſt nu. 8. iuncto nu. 19. & 20. & num. 25. poſt med. Farinac. conſ.10 ſub nu.1, & in prax. in tit. de homicid. 123. nu. 21. & 22. & in Append de immun. Eccleſ. cap.8, nu.119. Fam. Centolin in adnot ad conſ. 10. Farinac. lit B. verſ Chriſtiani Thom del Bene de immun. Eccleſ. cap. 16. dub.21. ſect.1. nu.7. tom.2.*

15 Limit. vt aſſaſſinium locum non habeat ſi occidatur infidelis, & non Chriſtianus, cum de infidelibus, tamquam de ijs, qui ſunt foris nihil ad nos *ad text. in cap gaudemus de diuort.* Couar. *var. reſol. lib. 2. cap. 20. nu. 10. verſ. quinto hic apparet* Montel. *reg. crim 8. nu. 20. verſ. vlterius requiritur Clar. in § aſſaſſinium in prin. Dec. tract. crim. lib. 9, cap. 30, nu. 10,* Maſcard. *de probat. lib. 1, conclu. 138. nu. 13. Baiard. ad Clar. in § aſſaſſinium nu. 13. cum alijs per Farinac. tit de homicid. q. 123. nu. 133, p. 4, & fuit opinio Io. And. in 1. de homicid. in 6. quem refert Corn. conſ 249. ſub nu.1. lib 1. Aret. conſ 104. col. 2, qui hanc eſſe communem profitetur, & de conſuetudine ſeruari* Bertrand. *conſ.140. nu.5. lib. 2, Boſſ. in tit. de mandat. ad homicid. nu. 23. Vinius commun. opin in verbo aſſaſſini,* vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem, & conſuetudine receptam, adeo vt pauci ſcribentes admodum refragentur, & comprobat *Maſcard conclu.138, nu.13. Couar var. reſol. lib. 2. cap.20. nu 10. verſ. quinto Guttier. pract quæſt. Ciuil. lib.3. qu 7. nu. 8. Nauar. in conſiliis iuris Pontif. conclu.43. nu.22 Guazz. defenſ 1. cap.10. nu.2. Diana p.4. tract.1. reſol.10* & ſatis probabilem hanc ſententiam appellat *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap 16. dub. 21. ſect. 2. nu. 2. verſ quamuis contrarium, & nu. 3. & 4.* ex eo quod textus in *cap 1. de homicid. in 6.* expreſsè loquatur de occidente fidelem, tum quia illa conſtitutio emanauit aduerſus infideles ne occiderentur fideles, & conſequenter non eſt extendenda ad occidentes infidelem, *& comprobat Ambroſin de immun. Eccleſ. cap. 7. nu.13.*

16 vbi concludit quod committens homicidium in perſonam infidelis debeat gaudere immunitate Eccleſiæ.

17 Contrarium, quod committatur aſſaſſinium, & aſſaſſinus dicatur, & Eccleſiæ immunitate priuetur, qui pecunia, vel alia re equiualenti conductus occidit infidelem, cum ſub nomine proximi veniat etiam infidelis, ita vt qualitas fidelitatis, vel infidelitatis materialiter, & impertinenter ſe habeat ad crimen aſſaſſinij, ita reprobato *Alex Ambroſin.* & & alijs magiſtraliter docet *Mar Ital. de immun. Eccleſ. lib.1, cap. 5. § 4, num. 20, & 21. Dec. tract. crim. lib.6, cap 28. nu. 18. vbi propterea reprobat Bal. Io. And. & Corn contrarium tenentes* Farinac. *in* Append. *de immun. Eccleſ. cap.8. nu.120, vbi quod ſibi hæc opinio magis placeat Henric. Bucerus tract. de homicid. lib.1. cap.3. nu.14. Peregrin. de immun. cap.7. nu.39, Bonacin. tom.2 in tit. circa primum decalogi præceptum diſ.3. qu.7 punct.6. § 4. nu 9. fo mihi 241. nec ab hac videtur diſcedere* Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. cap.16, dub. 21. ſect.2, num. 1. tom.2.* Brunor. à Solo *in ſuis quæſt. legat. qu. 34, nu. 24* vbi quod committatur aſſaſſinium, ſi ita occidatur Iudæus tolleratus in domo Chriſtianorum, licet contrarium aſſerat *Ambroſin. dicto cap.7. nu.13. verſ. verum eum in fi.*

18 In

18 In dubio autem occiſus non præſumitur Chriſtianus, niſi hoc articuletur, & probetur *Bald. in l ſi quis non dicam rapere nu.4. C. de Episcop. & Cleric. Franc. in Epit. diliĉtor. lib. 1. cap. 19. nu. 4. verſ. 2. hic apparet innĉto nu. 28. Boſſ. in tit. de mandat. ad homicid. nu.22. cum alijs per Farinac. in tit. de homid. quæſt.123. nu.137.* & in dubio potius præſumendum eſt, quem non eſſe baptizatum, quam baptizatum late *Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap.7.nu.13. per text. in cap.paruulos diſ. 4. de conſecrat. & gloſ. notabilem in cap. presbyteri diſ. 63. Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſumpt.4.*

19 Contrarium, quod occiſus præſumi debeat potius Chriſtianus, quam Iudæus, & Paganus, præcipuè ſi occiſus repertus ſit in Territorio Chriſtianorum, vbi infideles non permittuntur liberè habitare, niſi forſan appareat fuiſſe infidelem, vt quia eſt circunciſus, nam præſumptio deſumi debet à communiter contingentibus iuxta text. *in l.certi §.quoniam ff. ſi certum petat*, & docent *Glat. in §. aſſaſſinium in fi. prin. ibique Baiard. nu.14. Maſcard. de probat. conclu. 138.nu.14. lib. 1. Farinac. in tit. de homicid. qu. 123. nu. 138. p. 4. & in Append. de immun. Eccleſ. cap.8. nu. 121. Io. Guttier. pract. quæſt. Ciuil. lib. 3. q. 7. nu. 9. & ſeq. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap.16. dub.21. ſect.2. nu.7. & 8.*

20 Limit.2. vt aſſaſſinus non ſit, nec Eccleſiæ immunitate priuetur, qui occidit ſuum proprium inimicum, etiam ſi pecunia conductus eundem ſuum, & mandantis inimicum occidat, etiam cum alijs ſocijs pecunia conductis, vtpote quia formalitas aſſaſſinij conſiſtit in mandato dato ad occidendum, cum promiſſione, vel traditione pecuniæ, vel alterius rei ex parte mandantis, & acceptatione ex parte mădatarij nullã habentis cauſam huiuſmodi crimen perpatrandi, niſi ratione præmij, quod valdè durũ, immane, barbarumque reputatur, tum quia tali caſu non occidit incautum, cum inimicus ſemper habeat cauſam præcauendi à ſuo inimico, ita vt ſibi imputare debeat, ſi ſe in vitę diſcrimine poſuerit, & hoſtis inſidias euitare, ſeù præuidere minimè curauerit *Couar. lib.2. var. reſol. cap.20. nu. 9. ad fin. Grat. conſ. 52. nu. 45. & ſeq. lib. 2. Hond. conſ. 87. nu.4. lib.2. Vulpellus conſ. 143. nu. 10.* qui ſubdunt quod in tali caſu, neque qui pecuniam dedit ſit propiè aſſaſſinus, ſed potius inſtigator, ſeu inflammator *Farinac. in prax. in tit. de homicid. qu.133. nu. & in Append. de immun. Eccleſ. cap.8. nu. 132. Thom. del Bene de immun. Eccleſia cap. 16. dub. 21. ſect. 3. nu.1. & ſeq. Diana reſol. moral. p. 1. tract. 1. de immun. reſol. 18. Bonacin. circa primum Decalogi præcept. diſ.3. q.7. punct.6. §.4. nu.5. tom. 2. fo. mihi 242. Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap.7. nu.10.*

21 Limit. 3. vt nec etiam aſſaſſinus dicatur, nec Eccleſiæ immunitate priuetur, qui recepta pecunia aliquem interficiat pręſente tamen ipſo mandante, quia etiam tali caſu mandatarius non occidit incautum, cum occiſus ſibi præcauere debebat à mandante inimico præſente *Gab. conſ.180. nu.11. lib.1. Bertraz. conſ. 143. nu. 15. vol.1. Couar. var. reſol. lib.3. cap. vltimo nu.9. & ſeq. Farinac. in prax in tit. de homicid. qu. 123. nu. 148. & in Append. de immun. cap.8. nu.133. Diana reſol. moral. p. 1. tract. 1. de immun. reſol. 18.*

22 Limit. 5. vt aſſaſſinium non committatur ex datione alicuius paruæ rei, nempè vnius parum caligarum, etenim exigua quantitas non videtur ſufficiens cauſa ad excitandum, mouendumque animum mandatarij ad delictum perpatrandum *Vulpel. conſ. 143. nu.9. Gab. conſ.170. nu. 21. lib. 1. Eugen. conſ. 76. num. 139. Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap. 7. ſub nu.9. Maſſolus ad Capyc. dec. 155. nu. 4. Farinac. in prax. tit. de homicid. qu.123. nu.43. & in Append. de immun. Eccleſ. cap.8. nu.126. Diana reſol. moral. p.6. tract.1. reſol.11.*

23 Vnde ſequitur, quod nec aſſaſſinus accipiens pecuniam pro expenſis in Hoſpitio faciendis, & generaliter ſubminiſtrans expenſas, aut pecunias mandatario, vt ex illis ſe alat, & præparet ad homicidium committendum non dicatur aſſaſſinus, cum ex dictis expenſis nihil lucri faciat, vt ex *Boſſ. Vulpel. Gabr. Viuio. Baiard. Ambroſin.* comprobat *Farinac. dicta qu.123. nu.158. & dicto cap.8. nu. 127.* parum enim pro nihilo reputatur, vnde hoc caſu mădatarius non videtur pretio conductus, cum illa res parua non cenſeatur pretium *Bonacin. in primum Decalog. præcept. diſ. 3. qu.7. punct.6. §. 4. nu. 3. fo. mihi 242. tom. 2.* vbi exemplificat in eo, qui aliũ occidit præuijs tantum verbis curialibus, ſeu vrbanis, ſeu ſola promiſſione vaga, & iactatoria, vt ſi mandans dicat mandatario ſe nunquam defuturum in ſuis neceſſitatibus, & in eo, qui nullo accepto, vel promiſſo pretio alium necat ſpe alicuius præmij à mandante obtinendi.

24 Limit.5. vt propriè aſſaſſini non dicantur Teſtes, qui pecunia corrupti, pretio falſum deponunt, qua de cauſa innocens ad mortem damnatur, & pariter Iudex, qui eodem modo corruptus innocentem ad mortem damnauit, quia hoc caſu propriè, & phyſicè non dicuntur occidere, ac proinde non debent priuarì immunitate Eccleſiæ *Bonacin. in primum Decalog. præcept. diſ.3. qu.7. punct.6. §.4. nu.8. in fi. fo. 242. tom. 2.*

25 Contrarium, quod tales verè ſint aſſaſſini, & Eccleſiaſtica immunitate priuantur docet *Mar. Ital. de immun. Eccleſ. lib.1. cap.5. §.4 & 5. nu.814. & ſeq. Peregrin. eod. tract. §.7. nu. 42. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap.16. dub.21. ſect.7. nu.1. & 2. tom. 2. vbi reprobat Bonacinam.*

26 Limit.6. quod nec aſſaſſinus ſit, & immunitate priuetur, qui receptat, defendit, vel occultat aſſaſſinum, quia in Gregoriana conſtitutione priuantur immunitate tantum aſſaſſini in ſua propria qualitate, & delicti formalitate, quæ propriè non conuenit receptantibus, vel defendentibus aſſaſſinos *Gambacurta de immunit. Eccleſ. lib. 5. cap.34. nu.14. Maſſolus in addit. ad Capyc. dec. 152. Antonius de Marinis reſol. quotidian. cap. 171. nu. 5. Nouar. in ſumma Bullar. tit. de immun. Eccleſ. nu. 72.* & ita in Sacro Concilio reſolutum fuiſſe anno 1615. refert *Ronitus in pragmat. 1. de aſſaſſinio nu.49.*

27 Contrarium, quod etiam aſſaſſinus ſit, & immunitate priuetur, tum quia in *cap. 1. de homicid. in 6.* etiam talis expreſsè afficitur pænis aſſaſſinij, tum quia Gregorius XIV. in ſua conſtitutione generaliter loquitur de Reis aſſaſſinij, dummodo ijs verè ſit cauſa mortis illatæ per aſſaſſinum, & cognoſcat ſe aſſaſſino auxilium præſtare, alias ſecus *Bonacin. de cenſur. in particular. extra Bull. Cœnæ diſ. 2. quæſt.3. punct.16. §. 9. nu. 7. verſ. ſecundo ſequitur Petrus à Planch. in Epit. delict. lib. 1. cap. 19. nu. 24. & ſeq. Rem g. Gor. de immun. Falen. 15. nu. 9. Io. Guttier.*

pract.

occidendi, ſecuto homicidio, illud vtique quod potius patratum præſumi debeat in rixa, & ſuperueniente caſu, non autem præmeditate, vt inquit *Farinac. conſ. 138. nu. 24. tom. 2.*

59 Limit. 1. quod coniecturæ, & præſumptiones excluſiuę præmeditationis magis attendendæ ſint, quamuis leuiores, ad excluſionem delicti in concurrentia aliarum delicti incluſiuarum *Abb. conſ. 56. nu. 4. Faria. conſ. 138. nu. 26. & conſ. 142. num. 23. & ſeq. lib. 2. Vermigliol. conſ. 26. nu. 21.*

60 Lim. 2. vt homicidium quamuis animo occidendi commiſſum fuerit, non tamen præſumitur deliberatè, niſi probetur deliberationem, & præmeditationem occidendi ex interuallo præceſſiſſe, adeo vt patratum fuerit, vt vulgo dicitur à ſangue freddo *Marſil. in l. ſi in rixa nu. 28. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Felin. in cap. ſicut dignum num. 6. de homicid. Clar. in § homicid. nu. 8. verſ. ex propoſito, præcipuè circa finem Angel. de maleſ. in verbo appenſatè Boſſ. de homicid. num. 53. & ſeq. Caſſon. de maleſ. tit. de atroc. premed. cap. 5. nu. 1. Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 361. nu. 23. Surd. conſ. 40. nu. 19. lib. 1. Farinac. conſ. 61. nu. 7. lib. 1. & conſ. 138. num. 27. poſt med. verſ. nam fiſcus lib. 2. Giurb. conſ. crim. 2. num. 13. Vermigliol. conſ. 26. nu. 13.*

61 Lim. 3. vt homicidium non dicatur præmeditatũ, niſi conſtet de negatiua interuentus rixæ, vel de affirmatiua præmeditationis *Guttier. in pract. quæſt. lib. 1. qu. 2. nu. 3. in prin. & num. 9. Dec. tract. crim. lib. 7. cap. 19. nu. 9. Cabal. de homicid. nu. 397. & ſeq. Vermigliol. conſ. 89. num. 1. Puegner. dec. 54. nu. 9.*

62 Lim. 4. quod homicidium in dubio non præſumitur deliberatum quamuis ex parte occidentis nõ iuſtificetur puta rixa *Gandin. in tit. de homicid. nu. 9. Caſſon. de maleſ. cap. 5. in 5. tract. nouiſſ. tom. 12. p. 1. fo. 265. num. 54. Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 361. nu. 23. Farinac. qu. 126. nu. 182. & conſ. 138. nu. 17. Giurba conſ. crim. 82. num. 25. Vermigliol. conſ. crim. 89. nu. 2.*

63 Lim. 5. quando præceſſit inſultus, nam tunc homicidium commiſſum per inſultatum in perſonam inſultantis non præſumitur præmeditatum, ſed potius ad defenſionem licitam, vt ex *Bald. Iaſ. & flor. de S. Petro tradit Dec. inter conſil. crim. diuerſ. recollect. per Io. Bapt. Zilet. tom. 1. conſ. 102. num. 23. &*
64 *24.* vbi reddit rationem, quia inſultatus quidquid facit præſumitur facere ad ſui defenſionem, prout ſemper in dubio iudicari debet in mitiorem partem, ſcilicet, quod homicidium potius fuerit commiſſum ad defenſionem, quam ad vindictam, etiam ſi inſultatus potuerit fugere, & euadere à manibus inſultantis, & alios allegat.

65 Cum igitur homicidia, aut ex propoſito, aut impetu committantur, vt inquit textus *in l. reſpiciendus 11. §. delinquunt ff. de pœn.* propterea non vna, eademque pœna plectuntur, adeo vt ſolum homicidium ex propoſito cum dicatur doloſum, ordinaria pœna, nempè mortis puniri debet, per textum *in l. qui cum telo C. de ſicar. l. 3. C. de Epiſc. aud. Boſſ. in tit. de homicid. nu. 109. Vulpel. conſ. 126. nu. 28. Gram. vot. 23. nu. 1. Marſ. conſ. 91. num. 1. Cepol. conſ. 29. nu. 3. Rol. conſ. 57. num. 1. in 4. Hond. conſ. 99. nu. 1. & conſ. 104. num. 2. vol. 1. Farinac. in prax. qu. 126. nu. 41. & conſ. 1. nu. 9. Giurba conſ. 2. nu. 36. Vermigliol. conſ. 37. nu. 1. Io. Bapt. Aſinius inter conſ. crim. diuerſ. recollect. à Io. Bapt. Zilet. conſ. 112. nu. 2. & nu. 40. tom. 1. Io. Plot. interdicta conſ. eodem tom. 1. conſ. 73. nu. 45. cum ſeq. & per tot.* vbi quod procedat non ſolum de iure poſitiuo, & ciuili, ſed etiam de iure diuino, ac proinde huiuſmodi
66 pœna à Principe, etiam habita pace offenſi, & hæredum remitti non poteſt, vtpote quia Principes temporales non poſſunt aggratiare delinquentes circa pœnas iure diuino impoſitas, ſed ſolum circa alias pœnas corporales, vel pecuniarias fiſco applicandas, etiam abſque pace, & remiſſione partis offenſæ, vt ſubdit idem *Plot. dicto conſ. 73. n. 60.* quod autem de iure diuino ſancita ſit pœna mortis contra doloſos homicidas colligitur *ex Deuteronomio cap. 19. libro Geneſis cap. 9. & in Exodo cap. 21. & in Sac. Euangelio S. Matthæi cap. 26. & in Apocaliſſi S. Ioannis cap. 13.*

67 Ad hoc autem, vt locus ſit pœnę mortis verus dolus requiritur, ſecus autem ſi homicidium culposè tantum commiſſum fuerit, nam tunc mitius punitur, late *Iaſ. in l. 3. §. quod Prætor ff. ne quis eum, qui col. 1. & in l. 1. ff. de leg. Dec. conſ. 9. & conſ. 234. in fi. num. 5. Farinac. conſ. 2. num. 19. in fi. tom. 1. Ludouic. Syluest. inter conſ. crim. diuerſ. collect. per Io. Bapt. Zillet. conſ. 99. num. 7. & ſeq. tom. 2.* vbi
68 *num. 9.* ſubdit quod idem eſt dicere dolosè, quam ex propoſito, & idem dicere ex propoſito, quam animo occidendi.

69 Differt tamen ſimplex animus occidendi, ab animo occidendi cum præmeditatione, vtpote quia etiam abſque præmeditatione, vel calore rixę, vel alia de cauſa ſuborta inflammante ad vindictam, vel ad vltionem animus occidendi ſuperuenire poſſit, ac proinde in primo ca[illegible] eſt locus pœnę ordinariæ, ſed ſolum in ſecundo, vt alijs congeſtis tradit *Vermigliol. conſ. 37. num. 3.*

70 Vbicunque igitur, vel ex forma legis, vel ſtatuti, Edictorum, vel decreti imponitur pœna capitis, ita quod moriatur pro aliquo delicto, intelligitur ſi animo deliberato, & ſic dolosè patratum fuerit, ſecus ſi fiat in rixa, vel calore iracundiæ, cum tunc nõ pœna capitis, ſed extraordinaria veniat imponenda *Boſſ. in tit. de homicid. ſub num. 59. Bonacoſ. in quæſt. crim. in verb. homicidium Farinac. conſ. crim. 2. nu. 19. tom 1. Giurba conſ. 2. num. 30. in fi. Ludou. Syluest. inter conſ. crim. diuerſ. recollect. per Io. Bapt. Zilet. conſ. 99. num. 8. tom. 2. Plot. de in lit. iuran. §. 41. cap. in duello victus num. 5.*

71 Et vt homicida pœna mortis puniatur verus dolus requiritur, late *Iaſ. in l. 3. §. quod prætor ff. ne quis eum, qui col. 1. & in l. 1. ff. de leg. Dec. conſ. 9. & conſ. 234. in fi. num. 5.* & habetur *in cap. ſignificaſti il 2. de homid. & in Clemen. 1. eod. tit. Farinac. conſ. crim. 2. num. 19. circa fin. tom. 1.* Et ſic dolus
72 ex propoſito, & deliberato, nec ſufficit lata culpa, quæ dolo non equiparatur, vbi agitur de pœna ſanguinis *Carrer. in prax. crim. in 3. tract. de homicid. de cauſ. excuſ. mand. num. 7. Bertraz. conſ. 505. nu. 4. lib. 2. Marſ. conſ. 67. num. 27 Gram. conſ. crim. 20. num. 4. in prin. verſ. item textus Maluaſ. conſ. 111. à num. 12. vſque ad 24. inter conſ. crim. diuerſ. recollect. per Io. Bapt. Zilet. tom. 1. Vermigliol. conſ. crim. 29. num. 9. & 10.*

73 Siquidem in delictis, aut ſumus in dolo bono, aut in dolo malo, ſi autem ſumus in dolo bono, cum non contineat delictum non punitur *l. 1. §. non fuit ff. de dolo cap. Dominus 23. quæſt. 2. cap. dudum,*

& ibi

& ibi glo. in verbo ſpes de converſ. coniug, Dec. tract. crim. p. 1. lib. 1. cap. 4. num. 13. Farinac. in tit. de pæn. temperand. qu. 87. inſpect. 2. nu. 65.

74 Si vero verſamur in dolo malo, & tũc aut ſumus in dolo vero, aut in præſumpto, ſi in dolo vero, & iſte verus dolus cadat in ſpeciale, & nominatum delictum, & tunc punitur pœna illius delicti, in quo ineſt, prout in homicidio, furto, falſo, & ſimilibus Farinac. *qu. 87. num. 66.*

75 Quod ſi dolus non habeat nominatum delictum, & tunc extra ordinem Iudicis arbitrio punitur *l. 1. & 3. ff. de crim. ſtellionat. & ibi glo. Bart. Ang. Alber. & communiter omnes ſcribentes Anton. Gomez de delict. tit. de crim. ſtellionat. in fi. Menoch. lib. 5. præſumpt. 3. num. 2. in fi. verſ. & dolum pœna delicti Dec. tract. crim. p. 1. lib. 1. cap. 4. num. 8. & 9. Farinac. dicta qu. 87. num. 67. & faciunt tradita per eundem in tit. de delictis, & pœn. qu. 19. num. 34. & 35.*

76 Dolus vero præſumptus mitius puniri debet extra ordinem arbitrio Iudicis, ita quod huius præſumpti doli pœna non debeat eſſe corporalis, præſertim quando lex, ſeu ſtatutum dolum requirit, quia tunc dolus præſumptus non ſufficit, nec eo caſu vero dolo equiparatur *ad tradita per Menoch. de recuperan. poſſ. remed. 15. ſub num. 135. Virgil. Borac. in conſtit. March. glo. 8. num. 258.* licet ſecus credat, quando agitur de reſciſſione contractus *Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 530. num. 6. vbi de communi Farinac. qu. 87. nu. 4. & 5. & num. 68.*

77 Clericus autem homicidij criminis doloſi, & deliberati reus puniri debet ad triremes in perpetuũ quæ eſt pœna ordinaria, & maior, quam habeant Iudices Eccleſiaſtici, iuxta textum *in cap. cum non ab homine 10. ante fin. de iudic.* Farinac. *qu. 8. nu. 79. & ſeq. & qu. 119. nu. 4. & plurib. ſequen.* Guaz. *defenſ. 39. cap. 1. num. 3. & 4. Vermigliol. conſ. 68. nu. 8. Cartar. dec. crim. 66. num. 38.*

78 Sed quando Clericus pro ſimplici homicidio ſit extraordinaria pœna mulctãdus, tunc condemnatio ad triremes quamuis temporalis dici nequit extraordinaria, ſed neceſſaria, ac proinde infligi non poteſt, ſed alia mitior *Vermigliol. conſ. crim. 68. nu. 9. ex Clar, quem allegat. §. fi. qu. 20. num. 6. verſ. ſcias tamen. Cabal. reſol. crim. caſ. 288. nu. 15. & 16. Guazin. defenſ. 33. cap. 14. nu. 15. verſ. tandem* Farinac. *qu. 86. nu. 118. & 119.*

79 Pro qualificato vero homicidio, nempè per aſſaſſinium, ſiue proditoriè, vel ſi Clericus occidiſſet Rectorem alienius Eccleſiæ proditoriè, fratrem Cardinalem, Epiſcopum, & tunc præter pœnam depoſitionis à dignitate, honore, ordine, & officio, quam ipſo facto incurrit, amittit quoque ipſo iure beneficia *cap. in quibuſdam de pœn. cap. 1. de homicid. in 6. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 98. 99. & 100.* quod extendit etiam ad interfici mandatorem, ſeu facientem cum alijs relatis per Bellet. *diſquiſit. Clerical. §. 23. de pœnis Clericor. num. 4. p. 2.*

80 Immo quod Clericus pro Parricidio, ſiue homicidio qualificato poſſit actualiter exauctorari, & degradari, & curiæ ſæculari tradi, etiam non expectata incorrigibilitate ſaltem Papa conſulto tradit *Abb. in cap. cum non ab homine, & in cap. at ſi Clerici num. 39. de iudic. & in cap. 1. de homicid. ad tradita per Epiſcop. Scalen. in tract. de cenſur. & irregul. tit. de depoſ. & degrad. cap. 14. late* Farinac. *qu. 8. nu. 81. verſ. in hac opinionum contrarietate, & conſ. 143. nu. 1. in fi. Bellet. diſquiſit. Cleric. p. 2. tit. de pœnis Clericorum §. 23. num. 5.* qui contrarium tenentes quod ſcilicet requiratur incorrigibilitas allegant.

SVMMARIVM.

1 Homicidium proditorium committitur in incautum non habentem occaſionem præcauendi ſub amicitiæ ſimulatione in ipſo actu proditionis num. 2. 34.

3 Amp. præcipuè ad effectum amittendi beneficium immunitatis Eccleſiaſticæ num. 16.

4 Proditor dicitur ille, qui per inſidias, & à parte retro occidit ſuum inimicum, & num. 32. Contrarium nu 5. 33. & 34. Diſtingue, vt num. 6.

7 Proditorium homicidium dicitur commiſſum contra fidem datam de non offendendo. Contrar. num. 8. Diſtingue, vt num. 9.

10 Occidens inimicum facta promiſſione de non offendendo non priuatur immunitate Eccleſiæ. Contr. num. 11.

12 Occidens inimicum reconciliatum committit homicidiũ proditorium, & non gaudet immunitate Eccleſiæ. Contrar. num. 14. Limit. ſuperueniente noua cauſa. numer. 19.

13 Proditio eſt deceptio contra fidem in alterius perniciem.

Frangens pacem dicitur proditor ibidem.

Inimicitia remanet extincta per pacem ſecutam ibidem.

15 Inimicus reconciliatus æquipollet inimico.

17 Pax non præſumitur, nec reconciliatio.

18 Probatur vnico teſte concurrentibus adminiculis.

20 Proditorium homicidium dicitur, ſi Pater occidat filiũ, & è contra vir vxorem, &c. ſi nulla præcedat inimicitia, aut rixa, & non gaudet immunitate Eccleſiæ.

21 Amp. in Matre occidente filium.

22 Mulier malis medicamentis, vel potione occidens fœtum animatum proditorium committit homicidium, & non gaudet immunitate Eccleſiæ. Contrar. num. 23.

24 Homicidium veneno ſecutum dicitur proditorium, & Eccleſiæ immunitate non gaudet num. 25. Lim. præcedente inimicitia num. 26.

27 Vulnerans proditoriè morte non ſecuta, an gaudere debeat immunitate Eccleſiæ nu. 28.

29 Homicidium non dicitur proditorium, vbi interuenit diffidatio.

30 Inimicitia probanda eſt ab allegante.

31 Inimicitia non præſumitur.

33 Formalitas proditorij in quo conſiſtat num. 34.

35 Crimen proditionis eſt de numero atrociſſimorum.

36 Punitur pœna mortis.

37 Nobilitas eius pœnam non temperat.

38 Nobilitas facit temperare pœnam.

39 Proditoris effigies capitè inuerſo ſuſpenditur in contumaciam.

Lim. in homicidio patrato per inſidias num. 40.

41 Referuntur caſus, quibus proditoris effigies ſuſpenſa non fuit.

42 Homicidium proditorium non gaudet immunitate Eccleſiæ.

43 Teſtis falſum deponens ſi ſit cauſa, vt quis morti tradatur, & Iudex, qui doloſè, & iniuſtè aliquem condemnauit, an committant homicidium proditorium, vt non gaudeant immunitate Eccleſiæ num. 44. & 45.

Homicidium proditorium, an & quando committatur, & puniatur.

ADNOTATIO V.

1 HOmicidium proditorium illud ſolum dicitur quod ſimulata amicitia in incautum, & ſibi propterea non præcauentem committitur, vt ſi quis occidat illum, qui ſuus inimicus non eſt, ſed fingens

Digitized by Google

gens ſe illi amicum, vel ſocium itineris aliud in pectore, aliudque in ore habeat, ita vt nulla præcauendi cauſa ab eodem præcedere poteçat, per text. in l. fi. vbi Lucas de Penna num. 7. verſ. item nota mores proditoris C. de Lator. lib. 10. Bart. in l reſpiciendum §. delinquunt num. 1. & ſeq. ff. de pæn. Conar. var. reſol. lib. 2, cap. fi. num. 7, verſ. tandem ijs præmiſſis Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 3, de homicid. num. 5. Clar. in pract. §. homicid. verſ. proditoriè verb Guttier. pract. quæſt lib. 1, q. 2, num. 3, & 9, Dec. lib. 7, cap. 29, nu. 19, Guaz. in tract. ad defenſ. 1, cap. 38, num. 39, Farinac. conſ. 168, num. 70, & in append. de immunit. Eccleſ. cap. 9, num. 137, & in prax. crim. q. 18, n. 74, verſ. vel qui Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 6, num. 3, & ſeq. Vermigliol. conſ. 93, num. 5, & conſ. 94. num. 10, & conſ. 34, num. 4, & conſ. 99, numer. 1, Afflict. dec. 265, num. 63, Vrſil. ad Afflict. dicta dec. num. 70, in fi. late Sperel. dec. 23, num. 6, & ſeq. tom. 1, & dec. 185, num. 18, tom. 2, Et in terminis Bullæ Gregorij XIV. de immun. Eccleſ. Giurba conſ. 60, ſub num. 1. qui copioſè alios allegat.

2 Homicidium igitur, vt dicatur proditorium, requiritur, vt ſimulatio amicitiæ intercedat in ipſo actu proditionis, & non ſufficit præcedens Farinac. conſ. 168, num. 70. in fi. tom. 2, Vermigliol. conſ. 93, num. 9, & conſ 94, num. 5, & conſ. 97. num 5.

3 Amp. 1. Vt ad effectum amittendi beneficium immunitatis præſertim iuxta conſtitutionem Gregorianam illud dumtaxat dicitur homicidium proditorium, quod ſub calore amicitiæ committitur, ſecus ſi ab inimico etiam ſub inſidijs Sperel. dec. 23. num. 14. vbi alias, & ita à Sum. Pontifice deciſum refert.

4 Amp. 2. vt etiam proditor lato modo dicatur ille, qui per induſtriam, & inſidias aliquem aggrediatur, & occidat, vt docent Conar. var. reſol. lib. 2, cap. fi. num. 7, ſub verſ. tandem ijs Menoch. de arbitrar. quæſt caſ. 361, num. 26, & conſequenter, qui aliquem præeuntem prępoſterìs partibus, & vt dicitur retro, & non de bono, à bono occidit pariter proditoriè occidere dicitur Vulpel. conſ. 59, num. 1, ita inſinuante vulgari loquendi conſuetudine ſecundum quam proditorius homicida dicitur, qui occidit ex inſidijs Petr. Gerard. de Pet. Sanc. ſing. 14. num. 7, & ita verba textus in cap. 1. de homicid. per induſtriam, & inſidias exponuntur per proditionem à Felin. ibi ante num. 1. Remig. de immun. Eccleſ. fal. len. 14. num. 2, Germon. de ſacrament. immun. lib. 3. cap. 13, num. 64. Boer dec. 109, num. 5, Puegner. dec. 54, num. 79, cum alijs per Farinac. qu. 18, ſub num. 78. circa fin. & ſeq. Gratian. diſcept. 360. num. 39.

5 Contrarium, quod inſidiæ non faciant homicidium proditorium etiam ſi retro occiderit tradunt DD. plenè relati per Giurb. conſ. 60. num. 4, Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap 16, dub. 20 ſect. 5, à num. 1, tom. 2, ſed ſolum quando quis interficit eum, cui nulla ab interfectore cauenda occaſio erat, ac proinde ſe nunquam vidiſſe contra homicidam inſidioſum de proditione inquiri teſtatur Baiard. ad Clar. in §. homicid. num. 25, Dec. lib. 7, cap. 30. nu. 10, Blanc. de indict. homicid. num. 194. & tradunt alij DD. plenè relati per Farinac. conſ. 168. num. 70. tom. 2. & conſ. 76. nu. 7. Vermigliol. conſ. crim. 94. nu. 3. nec ad inducendam qualitatem proditionis eſt attendendus communis vſus loquendi ex vulgarium, illiteratorumque hominum, ſed ex iuriſperitorum, & litteratorum vſu, qui latinè ſcripſerunt, & ex verborum proprietate eorum ſenſum, & veram ſignificationem interpretauerunt, vnde verba textus in dicto cap. 1, de homicid. intelligenda ſunt de inſidijs, quę proditionem efficiunt, nempè cum odij diſſimulatione, & oſtentatione amicitiæ, vt pulchrè in terminis Bullæ Gregorianæ ad effectum gaudendi immunitate Eccleſiaſtica animaduertit Farinac. loco citato num. 71. 72, & 73. Sperel. deciſ. 185. num. 42. Diana reſol. moral. p. 1. tract. 1. de immun. reſol. 35. in prin. & per tot. iuxta Bartol. ſententiam communiter receptam in l. reſpiciendum §. delinquunt num. 1, & 2, ff. de pæn. Gomez. var. reſol. tom. 3, cap. 3, de homicid. num. 5. Farinac. de immun. num. 143, Guazzin. ad defenſ. in 1, defenſ. cap. 38. num. 39, Vermigliol. conſ. 97. num. 4.

6 Diſtingue quod ſecunda ſententia procedat in occidente eo, qui non erat inimicus, ſed ſe amicum ſimulabat, ſecunda vero in occidente ſuum inimicum, qui non propterea dicitur proditor, ſi occidat per inſidias, vel retro, cum debebat præcauere à ſuo inimico Bart. in l. reſpiciendũ §. delinquunt nu. 1. ff. de pæn. Archidiac. in cap. 1, de homicid. Arct. in §. interdum num. 4. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. deferunt. & in tract. de malef. in verbo fecit inſultum verſ. & hunc nota Ceph. conſ. 57, num. 13, lib. 1, Gerard ſing. 14, n. 5, & 6. Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 6, nu. 2, & ſeq. Gennen. in prax. Archiepiſcop. Neapol. cap. 94, n. 1, & ſeq. Farinac. in Append de immun. Eccleſ. cap. 9, num. 143. poſt prin. & conſ. 76, num. 7, ante med. verſ. nec refert. & n. 8, & 15. lib. 1. Vermigliol. conſ. 94, num. 3, Franc. deciſ. 713. per totam Gratian. diſcept. 360, num. 40, & 41, & diſcept. 619, n. 27, 28, & 29. qui loquitur in puncto immunitatis Eccleſiæ.

7 Amp. 3. vt proditorium quoque dicatur homicidium commiſſum contra fidem datam de non offendendo, quia proditio nihil aliud eſt, quam deceptio contra fidem datam, vel debitam in perniciem alicuius Syl. in ſum. in verbo proditio in prin. & ita ſenſerunt Ang. in l. 1, ff. de pact. ante num. 1, ibique Bald. num. 8, Dec. in tract. crim. cap. 29, n. 23. Hoſtien. in cap. 1, de feud. num. 8, Gig. de crim. læſæ maieſt. tit. de prodit. num 8. Baiard. ad Clar. §. fi. qu. 68, num. 107. Vulpel. tract. de treg. & pac. qu. 48. in. fi. cum alijs per Farinac. conſ. 108. num. 75. vol. 2. Giurba conſ. 60. num. 17.

8 Contrarium homicidium ſcilicet contra fidem de non offendendo commiſſum proditorium non eſſe, quoniam ille per proditionem occidit, qui aliud intus gerit, aliud foris oſtendit, dum odium in corde nutrit, & ore ſimulat beneuolentiam, verbis amicũ ſe ſimulat, factis vero ſe hoſtẽ detegit, vt varijs exẽplis cõprobat Farinac. in prax. q. 18. n. 78. & ſeq. ac proinde, qui publicè inimicitiam exercebat cum eo, quem necauit, non cenſetur proditoriè occidiſſe, licet fregerit fidem, eo quia per dictam fidem non deſtruitur rancor inimicitiæ, nec aufertur odij radix firmiter in corde fixa, & ſic, quod contrauenieus fideiuſſioni de non offendendo non ſit cenſendus proditor tradit Hercul. de cant. de non offenden. cap. 10, num. 3, verſ. alij proditores, cum verſ. ante fin. dicti num. 3. incip. æquidem ſic diſtinguendo, & num 4. Vermigliol. conſ. 93. num. 12.

9 Limit. primam opinionem procedere in fide data alicui magnati, Equiti, aut Militi de non offenden-

do,

po' & de hac fide loquitur *Farinac. q.18. n.70. verſ ſepſimo dicitur proditor, & conſ. 108. n. 75. & Dec. tract. crim. lib.7. cap.29. n. 23. Guazz. in tract. de pace tit. de verbo q. 8. n.8.* ſecus autem in cautione coactè iuſſu Iudicis præſtita de non offendendo, vtpotè, quia cautio de non oſſendendo conſtituit tertiam ſpeciem differcorem à verbo, vel fide data alicui de non offendendo, ac propterea pænę infliguntur ratione contrauentionis pacis, induciatum, ſeu treguæ, aut fidei datæ, & non extendantur ad fideiuſſionem de oon offendendo *Hercul. in tract. de caut. de nan offendend. cap.15. n.4. Vulpel. de pace q.73. nu.2.* Farinac. *q. 107. n.89. Guazz. de caut. de non offenden. q.4. n.1. & 3. quos refert, & ſequitur Vermigliol. conſ. crim. 93. n.10. & 11.*

10 Vnde occidens inimicum promiſſione, vel fideiuſſione facta de non offendendo non priuatur immunitate Eccleſiæ, cum non dicatur propriè committere homicidium proditorium, quod nunquam committitur præcedente inimicitia, ſed ſub amicitiæ ſimulatione, promiſſio autem de non offendendo ſupponit præcedentem inimicitiam, vnde ſi poſt promiſſionem, & fideiuſſionem præſtitam de non offendeodo non interceſſerit ſtricta amicitia cum cenſeatur perdurare odium, excluditur qualitas proditionis ad effectum amittendi priuilegium immuoitatis Eccleſiaſticæ, ita *Anton. de Marinis reſ. quotid. cap. 274. Diana p.4. tract. 1. reſ. 33.* & ſatis probabilē hanc opinionem vocat *Thom del Bene de immun. Eccleſ. cap. 16. dub. 22. ſect.3. num.2. tom.2. Diana reſol. moral. p. 4. tract. 1. reſol.34. §.2.*

11 Contrarium, quod immunitate priuetur, qui occidit inimicum promiſſione, & fideiuſſione facta de noo offendendo, eo quia per talem promiſſionem, vel fideiuſſionem inducitur ſecuritas, & auſertur inimico omnis occaſio ſibi præcauendi, ex quo reſultat homicidium habere qualitatem proditionis, cum deceptio contra fidem proditio videatur *Curtel. de immun. Eccleſ. lib.1. q.25. Dec. tract. crim. lib 7. cap. 26. nu 23. Giurba conſ. 60.* Farinac. *conſ.168. nu.75 lib.2. Barboſ. de iure Eccleſ. vniuerſ. cap.3. nu.93. Peregrin. tract. de immun. Eccleſ. cap.7. num. 10. cum alijs per Thom. del* Bene *loco ſupracitato num. 1.*

12 Amp.4. quod occidens inimicum reconciliatum, cum quo ſcilicet pacem fecerat, committit homicidium proditorium, vt oon debeat gaudere immunitate Eccleſiaſtica etiam in terminis Bullę Gregorij XIV. & ita de ordine Sanctiſſimi diſcuſſo articulo in Sacra Conſulta inſtante Cardinali Epiſcopo Cremonen. eidem de ordine eiuſdem Sacræ Conſultæ per *Farinaccium* reſcriptum fuiſſe teſtatur ipſe *Farinac. in addit. ad conſ. 168. lit. D. verſ. deponit propoſui lib. 2. ſuor. conſil. & late comprobat Giurba conſ. crim 60. à 14 verſ. cæterum per tot.* vbi in fi. ſubdit ſatis ſibi eſſe ſic Sacram Conſultam iudicaſſe *Menoch. de arbitrar. caſ.361. à num.24.* vbi proditorem appellat, qui amicum, vel reconciliatum interficit *Tuſch. lit. P. conclu 869. nu.11.* vt Regis indultu non gaudeat *Cabal. de omni genere homicid. nu. 411. iuncto nu.436. Mar. Ital. de immun. Eccleſ. lib. 1. cap.5. §.4. num.14. Gizzarel. dec.16. nu.4.* Franc. *dec.713. à nu.14.* Farinac. *in Append. de immun. Eccleſ. nu. 137. in fi.*

13 Et ratio eſt quia proditio nihil aliud eſt, quam deceptio contra fidem in alterius perniciem *l.fi. C. de delator. lib.10. l. proditores ff. de re milit. Gig. de laſ. maieſt. tit. de pradit. qu.4. nu.8. Dec. lib.7 crim. cap.29. num.23.* vnde pacem frangens cum decipiat contra fidem dicitur proditor *Colleg. Aduacatorum Marchia conſ. 150. nu. 38. vol.1. crim.* Tum quia inimicitia remanet extincta per reconciliationem ſecutam, & pacem initam, vt non ſit locus præcauendi *Cabal. crim reſal. caſ. 272. nu 7. Bertraz. conſ. crim.157. nu.20. Borrel. conſ.45. nu.33. Tuſch. lit. P. conclu.172. nu.8. & lit. R. conclu.54. num.6. & late comprobat Giurba conſ. crim. 60. num. 17. & ſeq.*

14 Contrarium, quod occidens inimicum reconciliatum oon dicatur proditor, & propterea etiam gaudere debeat immunitate Eccleſiæ docet *Ric. p.1. dec.168. num.2. Diana reſol. moral. p 1. tract.1. de immun. Eccleſ. reſol. 35. verſ hoc ſuppoſito Vermigliol. conſ. crim.93. num.7. & per tot.* vbi ita ex *Ric.* deciſum fuiſſe *in Curia Archiepiſc. Neapol. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap. 16. dub. 20. ſect. 3. nu. 5. & 6. tom.2.*

15 Siquidem amicus reconciliatus æquipollet inimico, vt propterea odium adhuc, & nocendi animum retinere præſumatur, ex quo pręcedentis inimicitiæ reliquiæ per reconciliationem oon extinquãtur, ſed animo, & corde confoueantur, iuxta illud inimico tuo, ne credas in æternum, illudque noo obſtante reconciliatione vti peſtem fugiendũ eſſe inquit Bart. *in l.1. num 2. ff. ad Syllan. & tradunt DD. copioſè relati per Giurb. conſ.60. num.7. & 8. Vermigliol. conſ. crim.93. num.7. Farinac. qu. 53. num.59. Ric. dec.168. num 4. p.* [illegible]. vbi enim in amicis aliquis remanet rancor, inimicitia quoque ſub huius rancoris velamine includitur, & amicitia excluditur, vt etiam excludatur qualitas proditionis in ſubſecuto homicidio amici reconciliati, calore igitur amicitiæ ſi patratum nõſit homicidium, Eccleſię gaudere debet immunitate *Thor. compend. deciſ. verbo proditor ad tradita per Rauit. pragam. 11. num. 58. tit. de abol[illegible].* cum poſt Gregorianam con-

16 ſtitutionem illud dumtaxat dicitur homicidium proditorium quod ſub calore amicitiæ committitur ad effectum non gaudendi immunitate Eccleſiaſtica *Giurba conſ. crim.6[illegible]. n.1. verſ. cũ ad mentē Diana reſ. mor. p.4. tr.1. de immun. reſ. [illegible]4 verſ ſed ab affirmatiua, & p.6. tit.1. reſol 12. verſ ſed eo pacto circa fin.* & quod de hoc non ſit amplius dubitandum ſubdit *idem Diana reſol. moral. p.1. tract.1. reſal.33. & p.6. tract. 1. reſal. 13. verſ. ſed hac nan eſt verum.*

17 Sed quia pax non præſumitur *Maſcard. de probat. conclu. 1156. à num. 1.* Nec reconciliatio *cap. cum oportet de accuſat. Auth. & ſi dicatur C. de teſt.* Farinac. *quaſt.53. num.62. Dec. tract. crim. lib.3. cap.25. num. 83. Giurba conſ. crim.60. num. 23 verſ. ſi vno tantum teſte.*

18 Probatur ad hunc effectum reconciliatio, & pax ex depoſitione vnius ſaltem teſtis, qui pacis fidem receperit, & ſic de facto proprio deponentis concurrentibus alijs adminiculis *Farinac. in addit. ad conſ. 168. in Scholijs lit. D. tom. 2. ſuorum Conſil. Giurba conſ.60. num.23.*

19 Lim. ſupradictas duas ampliationes non procedere ſi poſt initam pacem, vel factam reconciliationem, aut præſtitam cautionem de non offendendo noua emananerit inimicitia, ſeu ſuperuenerit noua cauſa occiſionis, nam hoc caſu homicidium

non dicitur proditorium, nec Eccleſiaſtica immunitate priuatur, quia tunc occiſus non occiditur incautus, cum præcauere ſibi debebat, & cogitare, poterat de periculo mortis ſibi inferendę *Giurba conſ.crim.60.num. 3. in fi.Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap.16. dub.20. ſect.3. num.7. tom.2.* quomodo autem huiuſmodi cauſa probari poſſit *Farinac. qu.107. num.435. & ſeq.*

20 Amp.5. quod ſi Pater occidat filium, aut filios Patrem, aut vxor virum, vel vir vxorem, aut frater, fratrem, nulla præcedente rixa, aut inimicitię cauſa proditores ſunt, & propterea Eccleſiarum immunitate gaudere non debere pro indubitato tenet *Farinac. in Append. de immun. n.138. Giurba conſ.60. nu. 3.* & ita in Matre occidente filium infantem cenſuit

21 *Sac. Cong. Concilij ſub die 3. Decemb. 1632. relat. per Dian. poſt 5. part. reſol. moral. nu.6. Farinac. de immun. Eccleſ. nu. 135. & 139.* vbi graue enim inquit eſſe occidere infantes, qui ſe præcauere nullo pacto poſſunt a Matris proditione, quidquid ſecus dixerit Franc. *Leo in Theſaur. for. Eccleſiaſt. p.1, cap.13. nu.25. & 26.*

22 Amp.6. vt Mulier, quæ malis medicamentis, vel aliqua potione procurat abortum, & occidit fœtum animatum, proditorium committit homicidium, tamquam perpetratum in eum, qui nec præuidit, nec præuidere poterat talem mortem, ac proinde non debet gaudere immunitate Eccleſiæ *Peregrin. de immun. Eccleſ. cap.3. nu.8. P.Theſ. in prax. p.1. cap. 1. num. 3. & ita declaraſſe Sac. Cong. Concilij ſub die 3. Decemb. 1632. refert Dian. in calce, ſeu poſt partem 5. reſol. moral. num.8.*

23 Contrarium tenet Bonacin. *tit. de excommun. in partic. extra Bullam Cœnæ diſ.3. qu.3. punct.16. §.8. num.8.* ea motus ratione, quia fœtus etiam animatus dum in vtero exiſtit adhuc non eſt notus, & ſic tamquam nullius rationis capax, dolus in eundem non committitur cum ſimulatione amicitiæ, in qua conſiſtit qualitas homicidij proditorij, in ignotum autem, qui adhuc non venit ad lucem, vt realiter dicatur dari à parte rei non cadit huiuſmodi amicitiæ ſimulatio, ac proinde excluditur proditio, ita etiam docet *Diana reſol. moral. p. 3. tract.1. de immun. Eccleſ. reſol.73. §.verum ego* Franc.*Leo in Theſaur. for. Eccleſiaſt. par. 1. cap. 13. verſ. dubitaui etiam.*

24 Amp. 7. vt proditorium dicatur homicidium commiſſum ab eo, qui alium veneno necat, immo eſſe magis proditorium homicidium veneno ſecutum, quam ferro inquit Bobadil. *in polit. tom.1. lib.2. cap. 14. num. 75. Couar. var. reſol. lib. 2. cap.fi. nu. 7. verſ. attendendum ijs prænotatis* Mar. *Ital. de immun. Eccleſ. lib.1. cap.5. §.4. nu.3. verſ.& quemadmodum is, & latius nu.36. & 37. Germon. de Sacror. immun. lib.3. cap.16, nu.63.* Franc. *Suarez. de Statu Religionis lib.3. cap.11. nu.12. in fi. Dec. tract. crim. lib. 6. cap.28. nu. 19.* Boer. *dec.109. nu. 5. verſ. ſecundo in eo, qui occidit veneno Peregrin. de immun. cap. 7. nu. 6.* Farinac. *qu. 18. num. 74. &* in Append. *de immun. num. 142.*

25 Propterea, quod Eccleſiæ immunitate non gaudeat, qui committit homicidium veneno cenſuit *Sac. Cong. Concilij ſub die 3. Decemb. 1632. de qua Diana poſt p. 5. reſol. moral. tit. declarationes Sac. Cong. nu. 7.* & docere omnes teſtatur *idem Diana p. 1. tract.1. de immun. reſol. 36. & p. 6. tract. 1. eod. tit. reſol. 12.* vbi alios allegat.

26 Limit. huiuſmodi declarationem Sacræ Congregationis intelligendam eſſe in caſu, quo quis occidatur nulla præcedente inimicitia, quia tunc homicidium proditorium cenſetur, ſecus vero ſi inimicus veneno occidatur, quia præcedens inimicitia excludit qualitatem proditionis, ſiue ferro ſiue veneno ſequatur homicidium, vt comprobat *Diana reſol. moral.p.6.tract.1.de immun. reſol 12. verſ. ſed ego puto vbi alios allegat.* tutius vero hoc caſu Sum. Pontificem conſulendum eſſe putat *Farinac. de immun. Eccleſ. nu. 142. in fi.*

27 Amp. 8. quod vulnerans proditoriè, & per inſidias animo tamen occidendi, etiam ſi vulnerati mors non ſequatur dicatur proditor, ita vt Eccleſiæ immunitate minimè gaudere debeat *Nauar. in manual. confeſſar. cap. 25. num. 21. Guttier. pract. quæſt. lib.3. qu.7. nu.55. & 56. vbi de communi, & recepta in prax. opinione, Azzeued. in conſtit. Hiſpaniar. lib. 1. tit. 2. l.3. num. 9. verſ. ſed an erit idem Card. Tuſc. pract. conclu.11. num.8. Farinac. in prax. in tit. de carcerib. & carcerat. qu. 28. nu.45.*

28 Contrarium quod attentans quis aliquem proditoriè occidere, licet deuenerit ad actum proximum ſcilicet ad vulnera, morte tamen, & effectu non ſecuto non dicitur proditor, ad effectum amittendi priuilegio immunitatis Eccleſiæ, ad quam ſi confugerit, eius immunitate gaudere debet, cum hodiè ſecundum Bullam Gregorij XIV. ibi, *aut qui proditoriè proximum ſuum occiderit* requirere videtur mortem ſecutam, & actum conſumatum, & hanc opinionem vti magis rectam, & piam tenendam eſſe tradit Farinac. *in Append. de immun. Eccleſ. num. 145. & ſeq. in fi.* vbi recedit ab opinione quam amplexus fuerat in dicta *qu.28. nu. 45. Dec. in tract. crim. lib.6. cap. 28. nu. 17.* Baiard. *ad Clar. q.30. nu. 17. vbi ſequitur dicta per Dec. conſ. 80. per tot. Peregrin. & de immun. Eccleſ. cap.7. nu.13. Suarez. de Religion. tom. 1. lib.3. cap.11. nu.14. Anaſtaſ. Germon de ſacrorum immun. lib.3. c.16. nu.60. Tuſch. pract. concl. in verbo* Eccleſ. *concl.11. nu.7. Villagut. de extenſione legũ c.fi. n.54. & 55. vſq; ad nu. 59. Mar. Ital. de immun. Eccleſ. lib.1. cap. 5. § 4. nu. 22. vſque ad nu.28. Ciarlin. controuerſ. forenſ. cap.14. nu.19. Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 2. cap. 3. nu. 90. Bonacin. in tit. de legib. diſ.3. q.7. §.5. nu.16. Dian. reſol. moral. p.1. tit.1. de immun. reſol.18. & p.4. tract.1. eod. tit. reſol. 83 verſ. ſed affirmatiuam, & p.6. tract. 1. tit. eod. reſol.12. §. ſed contrariam ſententiam, & ſeq.* vbi quod *cap. 1. de homicid.* poſt dictam conſtitutionem Gregorianam ſit ita intelligendum, & contrarium tenentes, vel ſcripſerunt ante Bullam, vel ſecuti fuerunt ab alijs, qui ſcripſerunt poſt Bullam non animaduertentes eius verba, & contextus tenorem.

29 Homicidium vero proditorium non dicitur vbi interuenerit diffidatio, vel monitio, puta *caccia mani, volta qua* & ſimilia, nam hoc caſu excluditur amicitia præcedens ad tribuendam qualitatem proditionis, cum etiam in ipſo actu proditionis concurrere debeat amicitiæ ſimulatio, ita vt occiſus nõ potuerit ſibi præcauere, prout potuit per monitionem, & diffidationem *Gigaſ. de crim. læſæ maieſt. in tit. de proditor. qu.1. nu.16. Cephal. conſ. 57. nu.14. & ſeq.* Felic. *alleg. 5. nu. 58. p. 1. Gambacur. de immun. Eccleſ. lib. 5. cap. 28. nu. 4.* Farinac. *conſ. 132. nu. 2.*

nu. 2. *tom.* 2. *Giurb. conſ. crim.* 60. *num.* 6.

30 Inſuper inimicitia ad excludendam qualitatem proditionis probanda eſt ab allegante, & non à fiſco, cum homines præſumantur amici, & non inimici, & hæc eſt naturæ præſumptio ex traditis per *Dec. lib.* 3. *cap.* 25. *nu.* 20. *Menoch. lib.* 5. *præſumpt.* 43. *nu.* 1. *Maſcard. de probat. conclu.* 19. *num.* 2. & *conclu.* 898. *nu* 3. *Honded. conſ* 107. *nu.* 27. & 28. *Farinac. conſ* 132. *nu.* 3. *in fi.* & *in prax. in tit. de indic. tortur. q.* 49. *nu* 126. *Pariſ. de reſignat. benef. lib.* 5. *q.* 3. *nu.* 260. *Patian. de probat. lib.* 2. *cap.* 46. *nu.* 33. *Hond. conſ* 87. *nu.* 46. *lib* 2. *Graſſet. de effect. amic. nu.* 29. & 33. *Baron. de effect. inimic. in prælud. nu.* 8. *Sperel. dec.* 185. *nu.* 20. & 21. *tom.* 2.

31 Sicut è contra inimicitia non præſumitur *Hond. conſ.* 87. *nu.* 44. & 45. & *conſ.* 93. *nu.* 15. *lib.* 2. *Giurba conſ.* 20. *nu* 10. *vbi copioſè alios allegat.* Gozzadinus *conſ.* 89. *in fi.* Cranet. *conſ.* 8. *nu* 8. *Maſcard. de probat. conclu.* 898. *nu.* 4. *Menoch lib.* 5. *præſumpt.* 43. *nu.* 1. *Sperel. dec* 185. *nu.* 21. *tom.* 2.

32 Dixi ſupra *nu.* 4. quod proditor lato modo dicatur, qui occidit inimicum ſuum per inſidias, à parte retro, appenſatè, vel in dormitione, & ſic in caſu, quo non poterat ſibi præcauere, & defendere, ſed poſtea venit ad meas manus librum ſub titulo *Anatemenetes proditoriæ P. Hippolitii Graſſetti*, qui per integrum volumen lege, ratione, & auctoritate comprobare conatur huiuſmodi homicidium non lato modo, ſed verè proditorium eſſe, ſiue attenta diſpoſitione iuris communis, ſiue Bullæ Greg. *XIV. ſuper immun. Eccleſ. de qua in Bullar. tom.* 2. *fo. mihi* 694. cuius exemplar regiſtrauit *Ambroſ. de immun. Eccleſ. in* 1. *pag. ſui tractatus*, Gennen in *prax. Archiepiſc. Curiæ Neapol. in cap* 17. *poſt n.* 12. *fo mihi* 61. & *Thom. del Bene in tract. de immun. Eccleſ. cap.* 8. *poſt dubium* 47. *ſect.* 7. *Bulla* 7. *Greg. XIV. fo. mihi* 43. *tom.* 1. adeo vt huius homicidij reus etiam post dictam Bullam immunitate Eccleſiæ gaudere non debeat, ſiue patratum fuerit ſpecie amicitiæ ſaltem præſumptæ, ita vt nec rancor quidem præceſſerit, ſiue etiam præcedente inimicitia dummodo per inſidias, vel à parte retro, vel nulla præcedente diffidatione, aut alio ſigno, propter quod occiſus potuerit ſibi præcauere, dum putat

33 formalitatem proditorij conſiſtere in hoc, quod quis occidat alium etiam capitalem inimicum impotentem hic, & nunc ad præcauendum, vt per eum in § . . *nu.* 18. & alijs locis. Verum quia dicta opinio Graſſetti eſt contra communem, & poſt Gregorianam conſtitutionem in praxi minimè ſeruatam reprobatur à *Sperel. dec.* 185. *per totam ſecundum vltimam impreſſionem tom.* 2. vbi non tam legibus, & rationibus, ſed ex Catalogo, & auctoritate *nu.* 93. Doctorum oſtendit contrariam ſententiam eſſe veriorem, & longe frequentiori calculo à ſcribentibus receptam, & a Sacra Conſulta ſeruatam, vt per eum *nu.* 44. *vſque ad* 45. vbi contrarijs reſpondet,

34 & luculenter comprobat formalitatem proditorij conſiſtere non in extemporanea impotentia præcauendi ab eo, qui occidit etiam inimicum impotentem hic, & nunc ad præcauendum, ſed in deficientia occaſionis, vel cauſa præcauendi, nempè, ſi quis interficiat eum, cui nulla ab interfectore timenda erat occaſio, ita vt non modo non potuerit, ſed nec debuerit præcauere, nec diuinare, ſe abſque vlla occaſione ſub ſpecie amicitię offenſæ, vel ſaltem credità trucidandum, prout cogitare, præuidere, & ſemper timere poteſt inimicus de ſuo inimico, præcipuè offenſo, qui ſemper habet vindictam, & paratum animum ad interitum, & inimici necem continua cordis agitatione molitur, & quærit opportunitatem, & inſidias circuens, quem deuoret, vnde inimicus tanquam ſemper diffidatus à ſuo inimico præcauere debet, ac proinde inimico aggreſſo non tollitur defenſio ab ipſo aggreſſore inimico, ſed à ſe ipſo eiuſque incuria, & culpa, dum ſibi præcauendi modum non quæſiuit, & ad ſe defendendum ſemper paratus non fuerit, prout inimicum ſemper ad offendendum paratum exiſtere facile excogitare poterat, ita etiam late demoſtrauit idem *Sperel. dec.* 23. *per totam tom.* 1.

35 Crimen autem proditionis eſt de numero atrociſſimorum, vt per *Maſtril. ad Indult. general. comment. cap* 29. *nu.* 1. odioſum Deo, hominibus, & legibus, quę contra illud armantur, & grauiſſimis pœnis vlciſcuntur, de quibus *Dec. tract. crim. vol.* 1. *lib.* 7. *cap.* 31. *Cabal. de omni genere homicid. nu.* 400. & *ſeq. Schrader. de feud. p.* 9. *cap* 3. *à nu.* 64 *ad* 69.

36 Et non ſolum punitur pœna mortis, vt ex Gigante, & alijs tradit *Vrſil. ad Afflictum dec.* 265. *nu.* 7.

37 Verum etiam ſi proditor deuenerit in fortijs Curiæ, & ſit nobilis, ipſa nobilitas in deteſtationem huius atrociſſimi delict. pœnam temperare non poteſt quin debeatur eidem ſuſpendium ob neglectam re ipſa, & renunciatam nobilitati *Dec. in tract. crim. lib.* 7. *cap.* 31. *nu* 8. *Scrader. de feud.* §. 9. *p* 9 §. 3. *nu.* 66. *Cantera in quæſt. crim. cap.* 6. *de homicid. nu* 34. *Ferret. de re, & diſciplin. milit. tit. de bello ſpirituali nu.* 22. *Tiraquel. de nobilit. cap.* 20. *nu.* 120. *cum alijs per Sperel. dec.* 185. *nu.* 19. *tom* 2.

38 Quamuis regulariter nobilitas faciat alleuiare, & temperare pœnam delicti, vt non ita ignominioſa prout eſſet ſi infami furcæ ſupplicio damnaretur, vt habetur per Bart. in *l. deſertorem* § *pęnę militum. nu.* 1. & *alios relatos per eundem Sperel dec.* 185 *nu.* 38. *cum alijs allegatis per Giam dec* 32. *nu* 1. & 2.

39 Si vero reus poſt perpatratum flagitium fugam arripuerit, & in tutum ſe poſuerit, eius effigies capite inuerſo ſuſpenditur cum elogio proditionis, pœna etiam impoſita contra illum auferentem, vt per *Iaſ.* & *alios in l ſi quis id quod ff de iuriſdict. omnium Iud. Laudenſ. de crim. læſæ maieſt qu.* 10. *Dec. tract. crim. cap.* 31. *nu.* 5. *quos refert Sperel dec.* 158.

40 *nu.* 40. & 41. vbi ſecus ſi homicidium patratum fuerit per inſidias, & à parte retro, nam tunc rei effigies in contumaciam inuerſo capite non ſuſpenditur, cum hoc caſu ceſſet qualitas verę proditionis, niſi in caſu fractionis pacis abſque noua cauſa, vel perpatrationis criminis ſub ſpecie amicitiæ, & ita teſtatur in facti contingentia de anno 1601. Sacram Conſultam Eminentiſſimorum Cardinalium

41 mandaſſe affigi imaginem N. Senogalien. Diœceſis, eo quod poſt pacem factam cum ſuo inimico illum à tergo ictu Archebuſij necauit propter homicidium proditorium commiſſum, ſed habito recurſu ab eius fratre pro honore domus, & oſtenſo, quod noua cauſa ſuborta fuerat, & ſic ceſſare qualitas proditionis, reſcripſiſſe imaginem amoueri, prout amota fuit ita etiam mihi in ſimili facti contingentia de anno 1654. dum Iudicis officio Status Ronciglioni functus fui eadem Sacra Conſulta mandauit affigi imaginem N. eiuſdem Terræ

Iii 2 Ron-

Roncilgioni, qui ſuum inimicum poſt pacem à parte tertio vulnerauit, ſed habito recurſu per eius ſorores nubiles ex honeſtis parentibus, & expoſito propter hanc infamiam viros cui nubere poſſint nõ eſſe inuenturas mandauit ſuperſederi quo ad affixionem Imaginis.

42 Vlterius committens homicidium proditorium Eccleſiaſtica immunitate priuatur, adeo vt inuitus ab Eccleſia extrahi poſſit, vt tradũt *DD. copioſè relati per Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 6. Farinac. in tit. de carcer. & carcerat. qu.28. nu. 23. & in Append. de immun. cap.9. nu. 135. vbi 136. refert contrarium tenentes Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap.16. dub. 20. per tot. tom. 2.* & ita expreſſe diſponitur in conſtit. Gregor. XIV. cuius vigore ab hac ſententia non eſt diſcedendum ob determinationem, & declarationem Sum. Pontificis.

43 Non tamen proditor dicitur teſtis, qui cum ſua falſa depoſitione, vt quis morti tradatur cauſa fuiſſet, aut Iudex, qui eodem modo corruptus innocentem ad mortem damnauerit, quia hoc caſu non cenſetur propriè, & phyſicè occidere, ac proinde priuari non debent Eccleſiæ immunitate, nam attenta Bulla Gregorij XIV. homicidium proditorium adhoc, vt exceptum cenſeatur debet eſſe conſumatum in ſua ſpecie, & propria formalitate ſtrictè ſumpta, adeo, vt vbi agitur de pœna priuationis immunitatis Eccleſiæ, cum tendat in eius præiudicium non eſt facienda extenſio, minuſque ſufficit æquiparatio, ſed requiritur identitas, & hanc ſententiam probabilem, & immunitati fauorabilem appellat *Bonacin. in primum Decalogi præceptum diſ.3. qu.7. punct.6. §.4. nu.8. in fi. tom. 2. fo. mihi 242. Peregrin. de immun. Eccleſ. cap.7. nu. 42. Caſtrus Palaus tom. 2. tract. 11. diſ. vnica punct. 10. nu.8. Diana reſol. moral. p.4. tract.1. reſol. 104.*

44 Contrarium, quod tam teſtis, quam Iudex hoc caſu dicantur committere homicidium proditoriũ, ac proinde non debeant gaudere Eccleſiæ immunitate tradunt *Mar. Ital. de immun. Eccleſ. lib.1. cap. 5. §.4. & latius ſequenti §.5. nu.145. & 146. Zambellus in Repert. Mor verb. Eccleſia quo ad eius immun. Eccleſia lib.1. quæſt. 19. nu. 11. & 12.* Faciunt tradita per *Azeued. in conſtitut. Hiſpanar. lib. 1. tit. 2. l.3. nu.9.*

45 Verum quod in hoc caſu ſtante quod ſit valde dubius tutius eſt habere recurſum ad Sum. Pontificem admonent *Farinac. de immun. nu. 141. in fi. Thom. del Bene eod. tract. cap.16. dub.21. nu.6 in fi. Diana reſol. Moral. p. 1. tract.1. reſol. 19.*

SVMMARIVM.

- Aſſaſſinium, & Aſſaſsinus, quis dicatur.
- Aſſaſsinij crimen, vt commiſſum dicatur, quę requirantur.
- Et dicitur ex ſola promiſsione, & pollicitatione, etiam ſi non fuerit data pecunia num.4.
- Promiſſio ad hunc effectum debet eſſe ſpecialis, & non generalis. Contrar. num. 6. & non ſufficit ſi non fuerit acceptata num.7.
- Et debet eſſe pro ipſa occiſione, non autem pro expenſis itineris, & ſimilibus.
- Occidens animo cõplacendi amico cõmittit aſſaſſinium, ſi habeat ſpem præmium conſequendi. Contrarium etiam ad effectum gaudendi immunitate Eccleſiæ numer.10.

11 Aſſaſſinus dicitur accipiens mandatum, & pecuniam ad percutiendum, aut ad vulnerandum tantum, præcipue vigore Bandimentorum Gubernatoris Vrbis num.12. Contrarium nu 13.

14 Aſſaſſinium committitur etiam ſi Mandans, & Mandatarius ſint Chriſtifideles, & non infideles.

15 Aſſaſſinium non committitur, nec immunitate Eccleſię priuatur occidens infidelem num. 16. Contrarium num. 17.

18 Occiſus in dubio non præſumitur Chriſtianus. Contrarium num.19.

20 Occidens ſuum, & mandantis inimicum etiam pecunia conductus non committit aſſaſſinium, nec priuatur Eccleſię immunitate.

21 Mandatarius occidens inimicum mandantis ipſo pręſente non committit aſſaſſinium, nec priuatur Eccleſię immunitate.

22 Aſſaſſinium non committitur ex datione alicuius paruę rei, nec pro receptione expenſarum Hoſpitij nu. 23. nec ex verbis curialibus ibidem.

24 Aſſaſſini non dicuntur teſtes, qui pecunia corrupti ex eorum falſa depoſitione innocens ad mortem damnatur, & eodem modo Iudex, qui innocentem pecunia corruptus condemnauit, nec priuantur immunitate Eccleſię. Contrarium num. 25.

26 Receptans, vel defendens aſſaſſinum, non dicitur aſſaſſinus ad effectum amittendi immunitatem Eccleſiæ, Contrarium num. 27.

28 Aſſaſſinus non eſt, qui tantum vti ſocius principali opem ferat.

29 Nec occidens clam proditoriè, vel cum copia ſociorum.

30 Aſſaſſinus non gaudet immunitate Eccleſiæ ſiue ſit mandans ſiue Mandatarius num.31. debet tamen delictum eſſe conſumatum in ſua ſpecie num. 32. ſecus in alijs ſpeciebus vigore bandimentorum Gubernatoris Vrbis num.33.

34 Punitur pœna mortis naturalis, & poteſt impune offendi num. 35. Et quomodo vigore Statuti Vrbis num. 36. Et de iure canonico incurrit excommunicationem num 37.

38 Clericus Aſſaſſinus deponitur, & priuatur dignitate, & beneficio, etiam ſi delictum non fuerit ſecutum.

39 Aſſaſſinij pœna, vt irrogari poſsit de delicto plenè conſtare debet.

40 Confeſsio rei de receptione pecunię in cauſam licitam ad inducendum aſſaſſinium non eſt diuidenda.

41 Aſſaſſinium probatur probabilibus argumentis.

42 Teſtes de auditu in hoc crimine faciunt indicium ad torturam.

43 Et recipiuntur teſtes etiam parte non citata, & lite non conteſtata num. 44.

45 In crimine aſſaſſinij procedi poteſt iuris ordine non ſeruato, dummodo conſtet de qualitate aſſaſſinij n.46.

47 Aſſaſſinij pœna locum non habet in ſimplici, & imperfecto tractatu de occidendo.

48 Occidens abſque cauſa, vel inimicitia pręcedente torqueri poteſt abſque alijs indicijs ad indicandum mandantem.

49 Mandans, & Mandatarius in crimine Aſſaſſinij eadem pœna puniuntur.

50 Amp. in recipiente, occultante, & auxilium præſtante Aſſaſſino, eiuſdemque defenſore num.51. & 52.

53 Quod procedit ſi auxiliator habeat notitiam qualitatis Aſſaſſinij alias ſecus.

Aſſaſſinium quomodo committatur, & puniatur.

ADNOTATIO VI.

1 DEteſtabile Aſſaſſinij crimen committitur, & Aſſaſſinus dicitur is, qui accepta ab altero pecunia mediante mandato aliquem occidit, nihil tale ab eo præcauentem, ita vt mandatum ad occi-

deu-

Digitized by Google

dendum ſub conuentione dictæ pecuniæ, vel certi pretij, vel ſub conuentione certæ rei recepi debeat Bart. in l.non ſolum § ſi mandato de iniur. & notant communiter DD. in cap. de homicid. in 6. Carter. in pract. §.circa nu. 3. ſo mihi 88. ſecundum antiquam impreſſionem Clar. in § aſſaſſinium in prin. Gabr. in tit. de maleſic. conclu. 1, nu. 1. Anton. Gomez de delict. tit. de homicid. nu. 10. Monticel. reg. crim. 8. num. 4. Menoch. de arbitrar. caſ. 360. nu. 42. & 44. Boſſ. in tit. de offic. corrupt. nu. 9. & in tit de for. competen. nu. 341. Brunor. à Sole in ſuis quæſt. legal. qu. 34. nu. 5. 7. & 14. & nu. 15. inuſto nu. 17. verſ. nec etiam obſtat, & ſeq. Farinac. conſ. 10. nu. 1. ibique Fam. Centol. in addit. lit. A. in prin. & in prax. in tit. de homicid qu. 123. nu. 19. in tit. de carcer. qu. 28. nu. 26. & in Append. de immun. cap. 8, num. 19. & 20. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 138. nu. 1. Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 7. nu. 3. & 6. Dec. tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 18. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap. 16. dub. 21. ſect. 1. nu. 4. & 5. Franc. deciſ. 167. per tot. Rot. dec. 603. nu. 2. p. 4. tom. 1. recen.

2 Ad hoc igitur, vt aſſaſſinij crimen commiſſum dicatur, duo copulatiuè concurrere debent, mandatum ad occidendum, & traditio, vel promiſſio pecuniæ, ſeu alterius rei pretio æſtimabilis, & ſi alterum ex prædictis deficiat qualitas aſſaſſinij non verificatur Bald. conſ. 383. per tot. lib. 5. Gram. vot 11. nu. 19. Gabr. in tit. de maleſ. conclu 1. nu. 36. verſ. tertia limit. cum alijs per Rot. dec. 603. nu. 2. p. 4. tom. 1. recen. & ex Alciat. conſ. 11. nu. 17. lib. 1. tradit Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 7 nu. 7. vbi ſubdit quod ſi ſufficeret tantum pretium, etiam Milites eſſent aſſaſſini Rot. dec. 603. nu. 2. p. 4. tom. 1. rec.

3 Amp. vt etiam ex ſola promiſſione, & pollicitatione inducatur aſſaſſinium Boſſ. in tit. de mandat. ad homicid. num. 14. Salicet. in l. non ideo minus ad fin. nu. 36. verſ. & aſſaſſini vocantur C. de accuſat. Gram. vot 9, nu. 2. Carrer. in pract. §. circa nu. 4. ſo. mihi 88, Maſcard de probat conclu. 138. nu. 1. in 1. ampliat. lib. 1. Planc. in Epit. delictor. cap. 19. nu. 10. verſ. rurſus Gabr. conſ 170. nu. 18. lib. 1. Dec. tract. crim. lib. 9. cap. 30. nu, 17. Gabr. commun. opin. lib. 7. conclu 1. num. 1. & 2. Monticel reg. 8. nu. 5. Farinac in prax. crim qu. 123. nu. 36. & conſ. 4. nu. 6, vbi Famian. Centolinus in addit. lit. K. verſ. promiſſionem tom. 1.

4 Et ſufficit, quod ſit promiſſa quamuis non fuerit data pecunia, vel quæcunque alia res pretio æſtimabilis, quia talis promiſsio pecuniæ æquiualet, ex quo recipiat pretij æſtimationem Guttier. pract. qu. Ciuil. lib 3. qu. 7. num. 20 Maſcard de probat lib 1. conclu. 138, nu 1, & 2, vbi alias pleuè allegat. Franc. Leo in Theſauro fori Eccleſiaſt. p. 1. cap. 13. num. 27. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap. 16, dub. 21. ſect. 1, num. 8. tom. 2. Et licet Mar. Ital. de immun. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 5. nu. 130. & ſeq. contrarium doceat tamen ab hac ſententia non eſſe recedendum affirmat Farinac. in Append. de immun. Eccleſ. cap. 8. nu 125 & in prax. crim. in tit. de homicid. q. 123. nu. 36. & 37. vbi de veriori, communiori, & rationabiliori.

5 Lim 1. vt talis promiſſio pecuniæ non debeat eſſe generalis, & implicita, ſed certa, ſpecialis, & explicita, & ſic non vaga, & iactatoria, & ideo quod non committatur aſſaſſinium, ſi quis mandat ijs verbis non mancherò mai alli tuoi biſogni, & ſimilia, quia huiuſmodi verba non ſunt obligatoria Boſſ. in tit. de mandat. ad homicid nu. 35. Gabr. conſ. 170. nu. 18. Baiard. ad Clar. §. aſſaſſinium nu. 6. & 7 Farinac. q. 123. nu. 145. in tit. de homicid. Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 7. nu. 9. vbi quod neque dicatur aſſaſſinus recipiens dono vnum par caligarum Famian. Centolin. in addit. ad conſ. 4. Farinac. lit. K. verſ. limitatur ſecundo.

6 Contrarium quod etiam ſufficiat promiſsio rei incertæ, & generalis, dummodo pretio ſit æſtimabilis, prout eſt ſi mandans promiſerit Mandatario nūquam in ſuis neceſſitatibus defecturum eſſe, & hanc ſententiam probabiliorem exiſtimat Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap. 16. dub 21. ſect. 1. nu. 12. verſ. item ſufficit ſi promiſſa, & multos allegat, quorum maior pars, à me viſa hoc non firmant, ſed potius contrarium.

7 Lim. 2. vt ſola promiſſio pecuniæ, vel alterius rei non ſufficiat, niſi fuerit acceptata, & ſic inter mandantem, & mandatarium ſecuta fuerit conuentio de occidendo propter præmium, vel pecuniam promiſſam aliter ſecus, vt magiſtraliter concludit Bald. conſ. 283. incip. Bectonus de Cecche nu. 7, lib 1, Boſſ in tit. de mandat. ad homicid. nu. 34, & 35. Gram vot. 11. nu 19, Monticel. reg. crim. 8, nu. 9. Dec. tract. crim. lib. 9. cap. 30, nu. 17. Brunor. à Sole in ſuis quæſt. legal. q 34, nu. 13. Petrus à Planc. in Epit. delictor. lib. 1, cap. 19, nu. 10, verſ. rurſus an illud Farinac. in tit. de homicid. q. 123, nu. 147, tom 4, Famian. Centolin. in addit. ad conſ. 4, Farinac. lib. 1, lit. K in verbo promiſſionem verſ. limitatur tamen Lezana verb. immunitas num. 13, Bonaciu. in tit de immun. diſ. 3, q. 7, punct. 4, nu. 18, Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap. 16, dub. 21, ſect. 2. nu. 4.

8 Limit. 3. vt ipſa promiſſio, vel datio pecuniæ debeat eſſe pro ipſa occiſione, ſecus autem pro expenſis itineris ad occidendum, vel pro occiſore à morte eripiendo, vel pro alia re ſimili, quæ non poſſit cenſeri pretium conuentum pro mandato dato, & acceptato ad occidendum, in quo conſiſtit formalitas aſſaſſinij Thom del Bene de immun, Eccleſ cap. 16, dub. 21, ſect. 1, nu. 14, tom. 2, qui alios allegat. Baiard. ad Clar. in §. aſſaſſinium nu. 6, in prin. & nu. 8, Vulpel. conſ 143, nu. 3, Gabr. conſ. 170, nu. 21, & ſeq. & nu. 23, Boſſ. in tit. de mandat. ad homicid. nu. 34, in fi.

9 Amp. 3. vt etiam pecunia non interueniente aſſaſſinus dicatur, ſi aliquem incautum occidat, vel occidi faciat animo complacendi amico, dummodo in ſicario adſit aliqua ſpes præmij, & lucri, alias ſola complacentia non inducit aſſaſſinium, nam ſi hoc eſſet verum omnes mandatarij eſſent aſſaſſini, cum à nullo Mandatario hoc flagitium perpetretur, niſi animo complacendi, & rem gratam mandanti faciendi, vt late comprobat Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 7, ſub nu. 9, verſ. vbi dixerunt Alciat. conſ. 11, nu. 2, in fi. & nu. 3, lib. 1, Monticel. reg. crim. 8, num. 7. verſ. quod tamen Dec. tract. crim. cap. 30, nu. 16, ad med. verſ. modo expectaret Farinac. in tit. de homicid. qu. 123, nu 30 & 146, tom. 4.

10 Contrarium, quod ſola complacentia, & quod quis alium occidat in alterius gratiam, vel vt illi rem gratam faciat non inducat crimen aſſaſſinij, etiam quod hoc faciat ſub ſpe præmij, lucri, aut remunerationis, niſi interueniat datio, aut promiſſio pecuniæ, vel alterius rei, quamuis occi-

dens

Digitized by Google

Reus habuerit animum ſuccedendi in bonis occiſi, vel vincendi litem, nihilominus non committit aſſaſſinium, & ſic quod immunitate Eccleſiaſtica non priuetur tradit *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap.16, dub.21, ſect.1, nu.15, tom.2, Farinac. in Appen. de immun. Eccleſ. cap.8. nu.130*, vbi in fi. ſubdit quod hæc declaratio parum prodeſſet vigente bandimentorum Gubernatoris Vrbis, quibus cauetur aſſaſſinum dici, & reputari etiam illum, qui alterum occidit animo complacendi, *& in prax. crim. in tit. de homicid. q.123, nu.40, & magiſtraliter* docet Gabr. *conſ.170, nu.15, 16, & 17, lib.1, Vulpel. conſ.143, nu.7, Pariſ. conſ. 166, num 2, & 3, lib. 4, Hondedeus conſ.83, nu.68, lib.2, Grileuſon. conſ. 45, nu.7*, Maſcard. *de probat. conclu. 138, num 2, tom.1, Gabr. commun. opin. in tit. de maleſic. conclu. 1, nu. 34*, Baiard. *ad Clar in § aſſaſſinium, nu.7, & 11, Menoch. de arbitrar. lib.2, cent.4, caſ.360, nu.42, Diana reſol. moral. p 6. tract.1, reſol.11, in fi. Ambroſin. de immun. Eccleſiaſt. cap. 7, nu. 9, verſ. quo praducta, & nu.10, in fi.*

11 Amp.4. vt aſſaſſinus dicatur, qui præmium, ſeu pecuniam accipit ad percutiendum tantum, ſeu ad vulnerandum, & non ad occidendum, vt tradunt *DD. relati per Farinac. in tit. de homicid. qu.123, nu. 142, Maſcard. de probat. lib.1, conclu.138, nu.1, verſ. contrarium, & nu.10*, Alex. *conſ.166, nu.5, lib.6.*

12 Contrarium, & verius quod aſſaſſinium non committatur ab eo, qui pecuniam, & mandatum accipit non ad occidendum, ſed tantum ad vulnerandũ, nam licet pecuniæ interuentus aggrauet delictum, & propterea pæna augeri poſſit, non tamen intrat pæna aſſaſſinij, nec reus Eccleſiæ immunitate priuatur *Farinac. in Append. de immun. Eccleſ. cap. 8, nu.134, & in prax. in tit. de homicid. q.123, nu.139, & ſeq.* Maſcard. *de probat. lib.1, conclu. 138, nu.11, Gabr. lib.7, tit. de malef. conclu.1, nu.29, & 30. Vulpel. conſ. 143, nu. 1*, Gabr. *in tit. de delict. conclu. 1, nu.30, Gutier. pract. quæſt.* Ciuil *lib.3. qu.7. nu.69. Riccius p. 1, dec. 112, nu. 1, Bonacin. in primam præcept. Decalog. diſ.3, qu.7, punct.6, § 4, nu. 7. Diana reſol. moral, tract.1, reſol.18, p.1, §. non retineam Dec. tract. crim. lib. 9, cap. 30, nu. 41. Baiard. ad Clar. §. aſſaſſinium nu.2, Ambroſin. de immun. Eccleſ cap.7, nu.11, Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap.16, dub. 21, ſect.4, nu.1, tom 2.*

13 Vero quod hæc declaratio parum prodeſſet in Vrbe vigore Bandimentorum Gubernatoris Vrbis, quibus aſſaſſinus declaratur, qui pecunia mediante, aut promiſſione non ſolum alium occiderit, ſed etiam vulnerauerit, aut offenderit ſubdit Farinac. *in Append. de immun. Eccleſ cap. 8, nu. 134. in fi.*

14 Amp. 5. vt aſſaſſinium committatur ſiue mandatarius occidat de mandato infidelium, ſiue Chriſtianorum, & etiam ſi mandantes, & mandatarij ſint Chriſti fideles, & non infideles, & licet textus *in cap. 1, de homicid. in 6.* loquatur de ijs, qui per infideles quoſdam barbaros Chriſtianum occidebant, tamen ex communi DD. ſententia, extenditur ad eos qui per fideles pecunia, vel quocumque alio præmio æquiualenti conductos Chriſtianum occidunt, prout quotidiana praxis obſeruat, ita reprobatis contrarium tenentibus tradunt *Dec. tract. crim. lib. 6. cap. 28. nu. 18. Gutier. pract. quæſt. Ciuil lib.3 q.7. nu.1. 2. Anaſtaſius Germon. de ſacrorum immun. lib. 5. cap. 26. nu. 67. verſ. quemadmodum de aſſaſſinis, & ſeq. Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap. 7. à nu. 1. vſque ad 7.* Clar. *in § aſſaſſinium in prin. Boſſ. in tit. de mandat. ad homicid. nu.16.* Gabr. *in tit. de maleſic. conclu.1. nu. 13. Brunor. à Sole in ſuis quæſt. legal. qu.34. nu.5. & 6. & poſt nu. 8. iuncto nu. 19. & 20. & num. 25. poſt med. Farinac. conſ.10 ſub nu.1, & in prax. in tit. de homicid. 123. nu. 21. & 22. & in Append. de immun. Eccleſ. cap.8, nu.119. Fam. Centolin. in addit ad conſ. 10.* Farinac. *lit B. verſ Chriſtiani Thom del Bene de immun. Eccleſ. cap. 16. dub.21. ſect.1. nu.7. tom.2.*

15 Limit. vt aſſaſsinium locum non habeat ſi occidatur infidelis, & non Chriſtianus, cum de infidelibus, tamquam de ijs, qui ſunt foris nihil ad nos *ad text. in cap gaudemus de diuort.* Couar. *var. reſol. lib. 2. cap. 20. nu. 10. verſ. quinto hic apparet* Montitel. *reg. crim 8. nu. 20. verſ. vlterius requiritur* Clar. *in §. aſſaſſinium in prin. Dec. tract. crim. lib. 9, cap. 30, nu. 10*, Maſcard. *de probat. lib. 1, conclu. 138. nu. 13. Baiard. ad Clar. in § aſſaſſinium nu. 13. cum alijs per Farinac. tit de homicid. q. 123. nu. 133, p. 4, & fuit opinio Io. And. in c. de homicid. in 6. quem refert Corn. conſ 249. ſub nu.1. lib 1. Aret. conſ 104. col.2, qui hanc eſſe communem profitetur, & de conſuetudine ſeruari* Bertrand. *conſ.140. nu.5. lib. 2*, Boſſ. *in tit. de mandat ad homicid. nu. 23. Viuius commun. opin in verbo aſſaſſini*, vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem, & conſuetudine receptam, adeo vt pauci ſcribentes admodum refragentur, & comprobat *Maſcard conclu.138, nu.13. Couar var. reſol. lib. 2. cap.20. nu 10. verſ. quinta Gutier. pract quæſt. Ciuil. lib.3. qu 7. nu. 8. Nauar. in conluſionibus iuris Pontif. conclu.43. nu.22 Guazz. defenſ 1. cap.38. nu.42. Dian. p.4. tract.1. reſol.10.* & ſatis probabilem hanc ſententiam appellat *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap 16. dub. 21. ſect. 2. nu. 2. verſ quamuis contrarium, & nu. 3. & 4.* ex eo quod textus *in cap 1. de homicid. in 6.* expreſsè loquatur de occidente fidelem, tum quia illa conſtitutio emanauit aduerſus infideles ne occiderentur fideles, & conſequenter non eſt extendenda ad occidentes infidelem, & *comprobat Ambroſin de immun. Eccleſ. cap. 7. nu.12.*

16 vbi concludit quod committens homicidium in perſonam infidelis debeat gaudere immunitate Eccleſiæ.

17 Contrarium, quod committatur aſſaſſinium, & aſſaſſinus dicatur, & Eccleſiæ immunitate priuetur, qui pecunia, vel alia re æquiualenti conductus occidit infidelem, cum ſub nomine proximi veniat etiam infidelis, ita vt qualitas fidelitatis, vel infidelitatis materialiter, & impertinenter ſe habeat ad crimen aſſaſſinij, ita reprobato *Alex Ambroſin.* & & alijs magiſtraliter docet *Mar Ital. de immun. Eccleſ. lib.1, cap.5. §.4. num.20. & 21. Dec. tract. crim. lib.6. cap 28. nu. 18. vbi propterea reprobat Bal. Io. And. & Corn contrium tenentes* Farinac. *in* Append. *de immun. Eccleſ. cap.8. nu.120, vbi quod ſibi hæc opinio magis placeat Henric.* Bucerus *tract. de homicid. lib.1. cap.2. nu.14. Peregrin. de immun. cap.7. nu.39. Bonacin. tom.2 in tit. circa primum decalogi præceptum diſ.3. qu.7. punct.6. § 4. nu 9. fo mihi 241. nec ab hac videtur diſcedere Thom. del* Bene *de immun. Eccleſ. cap.16, dub. 21. ſect.2, num. 1. tom.2.* Brunor. à Sole *in ſuis quæſt. legat. qu. 34, nu. 24* vbi quod committatur aſſaſſinium, ſi ita occidatur Iudæus commoratus in domo Chriſtianorum, licet contrarium aſſerat *Ambroſin. dicto cap.7. nu.13. verſ. verum cum in fi.*

18 In

18 In dubio autem occiſus non præſumitur Chriſtianus, niſi hoc articuletur, & probetur *Bald. in l ſi quis non dicam rapere nu.4. C. de Epiſcop. & Cleric. Planc. in Epit. delictor. lib. 1. cap. 19. nu. 4. verſ. 2. hic apparet iuncto nu. 28. Boſſ. in tit. de mandat. ad homicid. nu.22. cum alijs per Farinac. in tit. de homid. quæſt.123, nu.137*, & in dubio potius præſumendum eſt, quem non eſſe baptizatum, quam baptizatum late *Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap.7.nu.13. per text. in cap.paruulos diſ. 4. de conſecrat. & gloſ. notabilem in cap. presbyteri diſ. 68. Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſumpt,4.*

19 Contrarium, quod occiſus præſumi debeat potius Chriſtianus, quam Iudæus, & Paganus, præcipuè ſi occiſus repertus ſit in Territorio Chriſtianorum, vbi infideles non permittuntur liberè habitare, niſi forſan appareat fuiſſe infidelem, vt quia eſt circumciſus, nam præſumptio deſumi debet à communiter contingentibus iuxta text. *in l.certi §.quoniam ff. ſi certum petat*, & docent *Glar. in §. aſſaſſinium in fi. prin. ibique Baiard. nu.14. Maſcard. de probat. conclu. 138.nu.14. lib. 1. Farinac. in tit, de homicid. qu. 123, nu. 138. p. 4. & in Append. de immun. Eccleſ. cap.8. nu. 121. Io. Guttier. pract. quæſt. Ciuil. lib. 3. q.7, nu. 9. & ſeq. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap.16. dub.21. ſect.2. nu.7, & 8.*

20 Limit.2. vt aſſaſſinus non ſit, nec Eccleſiæ immunitate priuetur, qui occidit ſuum proprium inimicum, etiam ſi pecunia conductus eundem ſuum, & mandantis inimicum occidat, etiam cum alijs ſocijs pecunia conductis, vtpote quia formalitas aſſaſſinij conſiſtit in mandato dato ad occidendum, cum promiſſione, vel traditione pecuniæ, vel alterius rei ex parte mandantis, & acceptatione ex parte mãdatarij nullã habentis cauſam huiuſmodi crimen perpatrandi, niſi ratione præmij, quod valdè durũ, immane, barbarumque reputatur, tum quia tali caſu non occidit incautum, cum inimicus ſemper habeat cauſam præcauendi à ſuo inimico, ita vt ſibi imputare debeat, ſi ſe in vitę diſcrimine poſuerit, & hoſtis inſidias euitare, ſeù præuidere minimè curauerit *Couar. lib.2. var. reſol. cap.20. nu. 9. ad fin. Grat. conſ. 52. nu. 45. & ſeq. lib. 2. Hond. conſ. 87. nu.4. lib.2. Vulpellus conſ. 143. nu.* 10. qui ſubdunt quod in tali caſu, neque qui pecuniam dedit ſit propiè aſſaſſinus, ſed potius inſtigator, ſeu inflammator *Farinac. in prax. in tit. de homicid. qu.123.nu. [illegible] & in Append. de immun. Eccleſ. cap.8. nu. 132. Th[illegible]. del Bene de immun. Eccleſiæ cap. 16. dub. 21. ſect. [illegible], nu.8, & ſeq. Diana reſol. moral. p. 1. tract. 1. de immun. reſol. 18. Bonacin. circa primum Decalogi præcept. diſ.3. q.7, punct.6. §.4. nu.5. tom. 2. ſo.mihi 242. Ambroſin. de immun. Eccleſ. cap.7, nu.80.*

21 Limit. 3. vt nec etiam aſſaſſinus dicatur, nec Eccleſiæ immunitate priuetur, qui recepta pecunia aliquem interficiat preſente tamen ipſo mandante, quia etiam tali caſu mandatarius non occidit incautum, cum occiſus ſibi præcauere debebat à mandante inimico præſente *Gab. conſ.180. nu.11. lib.1. Bertraz. conſ.143. nu. 15. vol.1. Couar. var. reſol. lib.3. cap.vltimo nu.9. & ſeq. Farinac. in prax in tit. de homicid. qu. 123. nu. 148, & in Append. de immun. cap.8. nu.133. Diana reſol. moral. p. 1. tract. 1. de immun. reſol. 18.*

22 Limit. 5. vt aſſaſſinium non committatur ex datione alicuius paruæ rei, nempè vnius parum caligarum, etenim exigua quantitas non videtur ſufficiens cauſa ad excitandum, mouendumque animum mandatarij ad delictum perpatrandum *Vulpel. conſ. 143. nu.9, Gab. conſ.170. nu. 21. lib. 1. Eugen. conſ. 76. num. 139. Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap. 7. ſub nu.9. Maſſolus ad Capyc. dec. 155. nu. 4. Farinac. in prax. tit. de homicid. qu.123. nu.43. & in Append. de immun. Eccleſ. cap.8. nu.126. Diana reſol. moral. p.6. tract.1. reſol.11.*

23 Vnde ſequitur, quod nec aſſaſſinus accipiens pecuniam pro expenſis in Hoſpitio faciendis, & generaliter ſubminiſtrans expenſas, aut pecunias mandatario, vt ex illis ſe alat, & præparet ad homicidium committendum non dicatur aſſaſſinus, cum ex dictis expenſis nihil lucri faciat, vt ex *Boſſ. Vulpel. Gabr. Vinio. Baiard. Ambroſin.* comprobat *Farinac. dicta qu.123. nu.158. & dicto cap.8. nu. 127.* parum enim pro nihilo reputatur, vnde hoc caſu mãdatarius non videtur pretio conductus, cum illa res parua non cenſeatur pretium *Bonacin. in primum Decalog. præcept. diſ. 3. qu.7. punct.6. §. 4, nu. 3. ſo. mihi 242. tom. 2.* vbi exemplificat in eo, qui aliũ occidit præmijs tantum verbis curialibus, ſeu vrbanis, ſeu ſola promiſſione vaga, & iactatoria, vt ſi mandans dicat mandatario ſe nunquam defuturum in ſuis neceſſitatibus, & in eo, qui nullo accepto, vel promiſſo pretio alium necat ſpe alicuius præmij à mandante obtinendi.

24 Limit.5. vt propriè aſſaſſini non dicantur Teſtes, qui pecunia corrupti, pretio falſum deponunt, qua de cauſa innocens ad mortem damnatur, & pariter Iudex, qui eodem modo corruptus innocentem ad mortem damnauit, quia hoc caſu propriè, & phyſicè non dicuntur occidere, ac proinde non debent priuari immunitate Eccleſiæ *Bonacin. in primum Decalog. præcept. diſ.3. qu.7. punct.6. §.4. nu.8. in fi. ſo. 242. tom. 2.*

25 Contrarium, quod tales verè ſint aſſaſſini, & Eccleſiaſtica immunitate priuantur docet *Mar. Ital. de immun. Eccleſ. lib. 1. cap.5. §.4 & 5. nu.814. & ſeq. Peregrin. eod. tract. §.7, nu. 42, Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap.16, dub.21, ſect.7. nu.1, & 2. tom. 2. vbi reprobat Bonacinam.*

26 Limit.6. quod nec aſſaſſinus ſit, & immunitate priuetur, qui receptat, defendit, vel occultat aſſaſſinum, quia in Gregoriana conſtitutione priuantur immunitate tantum aſſaſſini in ſua propria qualitate, & delicti formalitate, quæ propriè non conuenit receptantibus, vel defendentibus aſſaſſinos *Gambacurta de immunit. Eccleſ. lib. 5, cap.34, nu.14. Maſſolus in addit. ad Capyc. dec. 812. Antonius de Marinis reſol. quotidian. cap. 171, nu. 5. Nouar. in ſumma Bullar. tit. de immun. Eccleſ. nu. 72.* & ita in Sacro Concilio reſolutum fuiſſe anno 1615. refert *Ronitus in pragmat.1. de aſſaſſinio nu.49.*

27 Contrarium, quod etiam aſſaſſinus ſit, & immunitate priuetur, tum quia in *cap. 1. de homicid. in 6.* etiam talis expreſsè afficitur pœnis aſſaſſinij, tum quia Gregorius XIV. in ſua conſtitutione generaliter loquitur de Reis aſſaſſinij, dummodo ijs verè ſit cauſa mortis illatæ per aſſaſſinum, & cognoſcat ſe aſſaſſino auxilium præſtare, alias ſecus *Bonacin. de cenſur. in particular. extra Bull. Cœnæ diſ. 2. quæſt.3. punct.16. §. 9. nu. 7. verſ. ſecundo ſequitur Petrus à Planch. in Epit. delict. lib. 1. cap. 19. nu. 24. & ſeq. Remig. Ger. de immun. Falen. 15. nu. 9. Io. Guttier.*

practic.

practic. quæſt. Ciuil. lib. 3. qu. 7. nu. 63. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap.16. dub.21. ſect.6.nu.1.& 2. licet in nu. 3. etiam contrariam probabilem vocat. Peregrin. de immunit. Eccleſ. cap. 7. numer. 27. vbi quod etiam Proxeneta, & mediator tali immunitate priuetur Farinac. in tit. de carcer. & carcerat. qu. 28. nu.26. & in Append. de immun. cap.8. nu.124. & in tit. de homicid. qu. 123. nu. 29. & ſeq. tradit an occultans, vel defendens aſſaſſinum, ſeu illi operam, & auxilium præſtans dicatur aſſaſſinus, & aſſaſſinij pena puniatur.

28 Limit.7. vt nec aſſaſſinus dicatur, qui tantum principali opem ferat vti Mandatarius, ſed vti ſocius, vt late defendit Gabr. cauſ. 170. nu. 8. & ſeq.

29 lib. 1. Nec aſſaſſinij pœnæ locum habent in eo, qui occidit clam proditoriè, vel cum magna copia ſociorum, licet ſecundum Vulgum dicatur aſſaſsinus Farinac in tit. de homicid. qu.123. nu. 162.

30 Aſſaſſinus igitur ob delicti atrocitatem non gaudet immunitate Eccleſiæ, vt expreſsè cauetur in conſtitutione Gregorij XIV. & etiam tali conſtitutione præciſa, tum vigore iuris communis, vt probatur in cap.1. de homicid. in 6. tum ex conſuetudine communiter approbata, & à Doctoribus recepta, quia in dicto cap. 1. aſſaſſini ab omni Populo Chriſtiano ſunt diffidati, & conſequenter nulla fides eis ſeruanda eſt, & ſic nec fides immunitatis, & hodiè hanc concluſionem nullam pati difficultatem attenta conſtitutione Gregorij XIV relatis, & reprobatis contrarium tenentibus teſtatur Io. Guttier. practic. quæſt. lib.3. q.7. nu. 50. & ſeq. Cyn in l.reos C. de quæſt. quem refert, & ſequitur Dec. tract. crim. lib. 6. cap.28. nu.18. ad med. verſ. iſti ergo Suarez. lib.3. cap.11. nu.13. Ambroſ. de immun. Eccleſ. cap.7. nu.1. Farinac. in prax. in tit. de carcer. & carcerat.q.28.nu. 26. ex Remig. Germon. Marc. Mantua Petrus à Planc. & Clar. quos allegat. & in Appen. de immun. cap. 8. nu.1. Bonacin de excommunicat. in partic. extra Bullam Cœnæ diſ.2. q.3. punct.6. §.9. nu.1.tom.3.fo.251. Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap. 16. dub. 21. ſect.1. nu.1. & 2.

31 Amp. vt aſſaſſinus non gaudeat immunitate Eccleſiæ, ſiue mediante pecunia, & mandato ſuſcepto aliquem occidat, ſiue etiam occidere faciat, & ſic tam mandans, quam Mandatarius Dec. tract. crim. lib.6. cap. 28. nu.18 ad fin. verſ. aſſaſſini autem Farinac. qui alios allegat. in tit. de homicid. qu. 123. nu. 19. & 26. & 27. & in Appen de immun. Eccleſ. cap. 8. nu. 128.

32 Limit. quod aſſaſſinus ad hoc vt priuetur Eccleſiaſtica immunitate, opus eſt vt interueniat mandatum ad occidendum, cum traditione, vel promiſſione pecuniæ, vel alterius rei, & ſic delictum conſumatum in ſua ſpecie, & propria formalitate, vt ex Ric. Bonacin. Ambroſ. & alijs tradit Dian. reſol. moral. p. 1. tract. 1. reſol. 18. §. non reticeam. Secus

33 vero, qui per proclamata Gubernatoris Vrbis pro aſſaſſinis habentur, ſi de iure ſtrictè in dicta ſua ſpecie non ſint, vt animaduertit Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap.16. dub.21. ſect. 6. nu. 4. in fi. tom. 2.

34 Vlterius aſſaſſinus punitur pœna mortis naturalis, & ſecundum alios poſt furca ſuſpenſum in fruſtra ſcindendũ, immo etiam malleo in capitè quem conſoſſum fuiſſe tradunt DD. relati per Farinac. in prax. tit. de homicid. qu.123. nu.2. p.4. Clar. in §. aſſaſſinium nu. 3. verſ. quaro quæ ſit pœna.

35 Et ſic pœna de iure communi eſt diffidatio à toto populo Chriſtiano, & poſſunt impune offendi cap. 1. de homicid. in 6. Grammat. vot.8. nu.2. Garganet. de Stat. Vrbis in glo. ad cap. 24. lib. 2. in fi. verſ. pœna de iure.

36 Immo ex diſpoſitione Statuti Vrbis dicto cap. 24. lib.2. quicunque pretio, vel pecunia aliquem quomodocunque occiderit, aut occidere tentauerit, vel occidere fecerit, vel mandauerit dummodo ad actum proximum deuentum fuerit per terram eſt trahendus, & in furcis laqueo ſuſpendendus, & eius bona veniunt confiſcanda, & ſi delictum commiſſum fuerit citra animum occidendi, tam ipſi percutienti, quam percuti facienti amputanda eſt manus, ita vt à brachio ſeparetur, & in quadruplum eius, in quo teneretur ſi pecunia non interueniſſet puniendus eſt.

37 Et de iure canonico incurrit excommunicationem textus eſt in cap. pro humani §. Sacri de homicid. in 6.

38 Quinimò ſi Clericus ſit huius criminis reus, non ſolum deponitur ab Ordine, ſed etiam priuatur omni dignitate, officio, ac beneficio, etiam quod delictum non fuerit ſecutum, nam nihilominus inducitur vacatio ipſo iure, adeo, vt hæc pœna tamquã à lege determinata minorari, ac temperari nequit, & non intrat arbitrium Iudicis cap.1. de homicid. in 6. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 96. nu. 1. Gabr. conſ. 196. nu. 5. lib. 1. & ita declarandum dictum cap.1. de homicid. in 6. docet Gram. dec.2. nu. 23. relat. per Rot. dec. 603. nu.1. & 6. p.4. tom.1. rec.

39 Vbi autem aſſaſſinij pœna irrogari poſſit, de eodem plenè conſtare debet, aut per teſtes, aut per confeſſionem partis, quod ipſa pecunia fuerit data pro illa cauſa, pro qua prætenditur datum mandatum, præcipuè quando apparere poteſt aliqua alia probabilis cauſa propter quam illa pecunia data fuerit, quia ſemper præſumptio militat pro cauſa licita ad excluſionem cauſæ illicitæ, vt iuribus vulgaribus docet Farinac. in tit. de homicid. qu. 123. num. 154. & ſeq. Rot. deciſ. 603. ſub nu.1. p.4. tom. 1. rec.

40 Et iſto caſu confeſſio rei dicentis ſe habuiſſe pecuniam pro aliqua cauſa licita, quod non poſſit diuidi, cum accipere pecuniam non ſit quid illicitũ, nec habeat præſumptionem contra ſe, ex Gabr. conſ. 170. nu.23. in fi. verſ. nec dici poteſt nu.24. lib. 1. docet Farinac. dicta qu.123. nu. 156.

41 Probatur vero crimen aſſaſſinij probabilibus argumentis textus apertus in c. 1. de homicid. in 6. vbi notant omnes Gram. vot.8. nu. 6. Carrer. in pract. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa igitur tertium num. 29. in fi. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 96. alias 61. nu.2. Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 137. num. 1. cum alijs per Farinac. in prax. in tit. de reo confeſ. & conuict. qu. 86. nu. 41. p. 1. tom. 2. & in tit. de homicid. qu.123. nu.46. p. 4.

42 Immo in hoc crimine teſtes de auditu faciunt cõtra aſſaſsinum indicium ad torturam propter criminis atrocitatem Petrus à Planc. in Epit. delictorum lib.1. cap.19. nu.14. Corrad. in pract. rub. de aſſaſſin. nu.4. & 5. fo mihi 328. Gab. lib.7. tit. de maleſ. conclu.1. nu.22. Manticel. reg. crim.8. nu.24. Maſcard. de probat. lib.1. conclu.137. nu.4 cum alijs per Farinac. in tit. de homicid. quæſt. 123. num. 50. & latius in

tit. de teſt. quæſt. 69. *numer.* 17. *& ſeq.*

43 Prout etiam recipientes teſtes non ſolum parte non citata *Farinac. in tit. de teſt. qu.* 72. *nu.* 121. *& in tit. de homicid. qu.* 123. *nu.* 48. Sed etiam lite non

44 conteſtata, vt comprobat idem *Farinac. d. quæſt.* 72. *nu.* 122. *& ſeq.* vbi de veritate huius concluſionis, & faciunt tradita per eundem *qu.* 76. *nu.* 127. *eod. tit. & d. quæſt.* 123. *nu.* 49.

45 Et propter criminis immanitatem procedere poteſt iuris ordine non ſeruato, de facto etiam iura tranſgrediendo *Gram. voto* 8. *ſub nu.* 5. *&* 6. *& voto* 9. *nu.* 17. *&* 19. *Gabr. lib.* 7. *tit de malef. conclu.* 1. *nu.* 23. *Monticel. reg. crim.* 8. *nu.* 26. *Dec. tract. crim. lib.* 9. *cap.* 30. *nu.* 25. *Maſcard. de probat. lib.* 1. *conclu.* 137. *nu.* 5. *Farinac. in tit. de homicid. quæſt.* 123. *num.* 52.

46 Quod procedit dummodo conſtet de qualitate aſſaſſinij, ſecus ſi de ea dubitaretur, nam tunc non licet iura tranſgredi, nec procedi iuris ordine non ſeruato *Gabr. lib.* 7. *dicta conclu.* 1. *nu.* 28. *Vulpel. conſ.* 143. *nu.* 2. *Maſcard. de probat. lib.* 1. *conclu.* 137. *nu.* 5. *verſ. intellige Farinac. in tit. de indic. & tort. qu.* 37. *nu.* 70. *vſque ad* 92. *& in tit. de homicid. qu.* 123. *num.* 54.

47 Aſſaſſinij vero pœna locum non habet, quando ſolum mandatario fuit declarata voluntas quędam occidendi aliquem ſine mandato, vel non conſtet pretenſum mandatarium ſuſcepiſſe in ſe onus mandati de occidendo, ita vt negotium ex parte ſuſcipere debentis mandatum ſemper remanſerit in ſimplici, & imperfecto tractatu de occidendo, vt bene animaduertit *Rot. dec.* 603. *nu.* 3. *p.* 4. *tom.* 1. *rec.*

48 Poteſt tamen abſque alijs indicijs aſſaſſinus mandatarius torqueri ad indicandum mandantem, quãdo inter ipſum, & occiſum nulla aderat inimicitia, & cauſa offendendi, cum ſatis legitimum indicium iſto caſu reputetur, quod nemo præſumatur delinquere abſque cauſa, adeo vt ſi propriam cauſam occidendi non habuerit, neceſſe eſt vt ad alterius inſtantiam id perpatrauerit, qua veriſimilitudine concurrente, merito abſque alijs indicijs poterit torqueri in genere, ad cuius inſtantiam occiderit, & hanc concluſionem eſſe communiter receptam, & contradictorem non inueniſſe, & in practica ſeruari vidiſſe teſtatur *Farinac. in tit. de indic. & tort. qu.* 37. *nu.* 154. *& ſeq. & in tit. de homicid. qu.* 123. *nu.* 58. in quibus copioſè alios allegat.

49 Eadem tamen pæna puniuntur mandans, & mandatarius, iuxta textum *in cap. pro humani §. vim igitur, & in § ſacri de homicid. in* 6. *vbi glo. in verbo pro humani in fi. Boſſ. in tit. de foro competen. n.* 141. *Monticel. reg. crim.* 8. *num.* 1. *Clar. in pract. in §. aſſaſſinium nu.* 1. *in prin. Brunor. à Sole in ſuis quæſt. legal qu.* 39. *nu.* 9. *Carrer. in pract. in* 3. *tract. de homicid. & aſſaſſin §. circa igitur tertium nu.* 3. *Farinac. de homicid. qu.* 123. *nu.* 26.

50 Quod etiam procedit in receptante, & occultante aſſaſſinum, nam & is etiam aſſaſſinij pæna plectendus eſt *cap. pro humani de homicid. in* 6. *ibi aut eos receptauerit, vel occultauerit, vbi communiter Canoniſtæ Boſſ. in tit. de mandat. ad homicid nu.* 23. *in fi. Gabr. lib.* 7. *tit. de malefic. conclu.* 1. *nu.* 33. *Dec. in tract. crim. lib.* 9. *cap.* 30. *nu.* 42. *Iodoc. in pract. crim. cap.* 83. *rub. de aſſaſ. nu.* 7. *Farinac. dicta q.* 123.

51 *nu.* 29. *&* 30. vbi ampliat in defenſore aſſaſſini per eundem textum *in cap. pro humani de homicid. in* 6.

52 *& in num.* 33. in præſtante auxilium aſſaſſinis:

53 Quod procedit ſi auxiliator non ignoret qualitatem aſſaſsinij, & pecuniæ interuentum, nam ſi ignoraret vtique excuſaretur à pæna *Baiard. ad Clar. in §. aſſaſſinium nu.* 9. *Vulpel. conſ.* 143. *nu.* 12. *Pariſ. conſ.* 166. *nu.* 6. *lib.* 4. Farinac. *loco citato n.* 34.

S V M M A R I V M.

1 Aſſaſſinij crimen ex ſolo affectu, etiam effectu non ſecuto punitur eadem pœna ſi deuentum fuerit ad actum proximum. Limit. vt num. 11.

2 Amp. vt hoc caſu neque debeat gaudere immunitate Eccleſię.

3 Etiam ſi mandans mandatum reuocaſſet ante effectum ſecutum, quidquid ſit in homicidio proditorio num. 4.

5 Contrarium, quod morte non ſecuta aſſaſſinus gaudere debet Eccleſię immunitate.

6 Actus proximus ad committendum aſſaſſinium, & homicidium quis dicatur ad imponendam pœnam ordinariam, vel extraordinariam, & num. 7.

8 Ambulans, cum telo hominem occidendi cauſa cenſetur deueniſſe ad actum proximum.

9 Contrarium, quod requiratur inſultus, vel offenſio.

10 Conatus in crimine aſſaſſinij, vt puniatur eadem pœna, quæ requirantur.

11 In crimine aſſaſſinij non eſt eadem pœna puniendus affectus effectu non ſecuto, licet fuerit deuentum ad actũ proximum de generali conſuetudine. Contrarium num. 13. Sed quod non ſint ligatæ manus Iudicis imponendi pænam extraordinariam num. 14. & 19. Et de iure canonico quæ pæna imponatur num. 12.

15 Aſſaſſinium non eſt puniendus pæna ordinaria niſi illo conſumato, quando agitur de pæna ſtatutaria.

16 Limit. ſi ſtatutum puniat etiam expreſſe conatum, conuentionem, & ſimilia, alias ſecus.

17 Mandans extra ordinem puniendus eſt ſi mandatarius mandatum non acceptauit.

18 Crimen aſſaſſinij extra ordinem puniendus eſt, ſi poſt datum, & acceptatum mandatum, non fuerit deuentũ ad actum extrinſecum, ſed ſolum verbi.

20 Contrarium, quod intret pœna aſſaſſinij ex ſolo mandato.

Conatus effectu non ſecuto in crimine aſſaſſinij, an & qua pœna puniatur.

ADNOTATIO VII.

1 Aſſaſſinij crimen ex ſolo affectu, ſeu conatu, etiã effectu nõ ſecuto punitur eadem pœna perinde, ac ſi adimpletum eſſet mandatum, quoniam quando concurrit mandatum, & ex conuentione, & acceptatione habetur pro perfecto delicto, tunc in ſe punitur tale delictum, ac ſi principaliter fuiſſet commiſſum, dummodo tamen poſt acceptatum mandatum fuerit deuentum ad actum proximum, ſecus vero ſi fuerit deuentum ad actum remotum, quia hoc caſu tam quoad mandantem, quam quoad mandatarium aſſaſſinium non punitur, ac ſi fuiſſet conſumatum pæna ordinaria, ſed extraordinaria *Franc. in cap. pro humani nu.* 8. *verſ. ſed grauioribus de homicid. in* 6. *late Corn. conſ.* 202. *nu.* 2. *&* 3. *lib.* 1. *& conſ.* 249. *nu.* 2. *col.* 3. *in fi. verſ. vel poteſt dici lib.* 1. *Monticel. reg. crim.* 7. *num.* 78. *&* 118. *& reg* 8. *nu.* 14. *Grab. conſ.* 1. *nu.* 11. *Gram. vot.* 9. *per tot.* Menoch. *de arbitrar lib.* 2. *caſ.* 360. *nu.* 42. *& ſeq. Dec. in tract. crim. lib.* 9. *cap.* 30. *nu.* 13. *verſ.*

quod ſi loquamur, & nu. 14. Farinac. in tit. de homicid. qu. 123. nu. 104. & 106, vbi de magis communi Famian. Centolin. in addit. ad conſ. 4. Farinac. lib. 1. lit. C. in verbo mandans, & lit. L. in verbo effectu verſ. limitatur 2. dicta concluſio, & ita etiam ſentire videtur *Maſcard. de probat. conclu. 138. nu. 6. lib. 1.* & ita intelligendi ſunt qui abſolutè hanc concluſionem firmant.

2 Vnde aſſaſſinus, ſeu mandatarius morte non ſecuta ſi deuentum fuerit ad actum proximum morti, cum per eum non ſteterit, quin fuerit ſecutus effectus, ſicuti puniri debet pœna ordinaria, ita Eccleſiaſticæ immunitatis priuilegio priuandus eſt vt ex *cap. 1. de homicid. in 6.* ex Bulla Gregorij XIV. generaliter loquendæ de reis aſſaſſinij, ibi *aut aſſaſſinij Rei*, comprobat *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap. 16. dub. 21. ſect. 5. num. 1. & 2. tom. 2. ex Maſcard. Ambroſ. Dec. Nald. Theſaur. Lezana, Peregrin. Guttierez. Suar. Franc. Leon Farinac, quos allegat. Megala in 3. p. lib. 4. cap. 2. qu. 1. nu. 20. quos etiam allegat. Bonacin. circa primum Decalogi præceptum diſ 3. qu. 7. punct. 6. §. 5. nu. 6. verſ. addo hoc valere tom. 2. fo. mihi 242, Petrus à Plauca in Epit. delictor. cap. 19. numer. 24. & ſeq. fo. mihi 305. & 306.*

3 Quod procedit etiam ſi mandans mandatum reuocauerit ante effectum ſecutum, quia iam commiſit crimen, cui ipſo facto annexæ ſunt pœnæ aſſaſſinij, vt ex *Farinac. dicta qu. 123. nu. 26. 29. & & 82. tradit Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap. 16. dub. 21. ſect. 5. nu. 2. in fi.*

4 Et in hoc differre homicidium proditorium ab aſſaſſinio inquit *Diana reſol. moral p. 1. tract. 1. de immun. Eccleſ. reſol. 18. in fi. prin.* quod ſcilicet in Bulla Gregoriana excipiuntur occidentes proditoriè, & aſſaſſini, ſed ſine morte ſubſecuta quis non poteſt dici occiſor proditorius, ſicut poteſt dici aſſaſſinus, qui per mandatum datum ad occidendum, & traditionem, vel promiſsionem pecuniæ, & per conatum occidendi redactum ad proximum actum habetur perinde, ac ſi conſumaſſet delictum, vnde gaudere non debet Eccleſiæ immunitate, præcipuè ſi percuſſit, vel vulnerauit animo occidendi, & vt occideret fecit quantum potuit, ſecus ſi vulnerauit animo non occidendi prout late comprobat *Guttier. practic. quæſt. ciuil. lib. 3. qu. 7. num. 26. & 27. vſque ad 44 & à nu. 54. vſque ad 59.* vbi hanc eſſe communem Doctorum diſtinctionem teſtatur.

5 Contrarium, quod aſſaſſinium attentatum etiam ſi deuentum fuerit ad actum proximum, morte non ſecuta gaudere debet Eccleſiæ immunitate, cum non propriè dicatur committi crimen aſſaſsinij, niſi mors ſequatur, qua nō ſecuta, eſt ex magis communi, & ſeruata opinione, quod etiam in crimine aſſaſsinij de generali conſuetudine aſſaſſinij ordinaria pœna non intret, ita etiam non debet intrare priuatio priuilegij immunitatis Eccleſiæ, & in dubio mitiori opinioni, & quæ Eccleſiarum immunitati fauet adhærendum eſſe concludit *Farinac. in Append. de immun. Eccleſ. cap. 8. nu. 123. circa fin. verſ. ſed certè Laymun lib. 4. tract. 9 cap. 3. nu. 9. cum alijs congeſtis per Dian. reſol. moral. p. 6. tract. 1. de immun. Eccleſ. reſol. 11. §. verum licet ego*, vbi ſe retractat à contrario, quod tenuit *in p. 1. tract. 1. reſol 18.*

6 Actus vero proximus in aſſaſſinio, ſimilibuſque delictis cenſetur quando deuentum fuit ad inſultum, vel offenſionem, vel ad vulnera, ſecus ſi quis tantummodo animo occidendi, cum telo ambulauit, cum tunc dicitur actus remotus, & ad hoc, vt eadem aſſaſſinij pœna ordinaria imponi poſſit requiritur actus facti proximus, & immediatus ad ipſam delicti, ſeu homicidij conſumationem, quod verificari non poteſt abſque inſultu, & offenſione, alias non intraret pœna ordinaria *Franc. in cap. pro humani poſt nu. 8. de homicid. in 6. Corn. conſ. 202. nu. 2. & 3. lib. 1. Carrer. in tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa igitur tertium nu. 7. in fi. verſ. aut quæris, & nu. 9. verſ. aut fuit deuentum, & nu. 10. verſ. aut fuit percuſſum Boſſ. in tit. de mandat. ad homicid. nu. 16. in fi. & nu. 36. Monticel. reg crim. 8. nu. 14.* Immo ſolum inſultum ſine vulnere non dici actum proximum, ſed remotum inquit *Bal. in l. data opera nu. 51. C. de ijs, qui accuſare non poſſunt, cum alijs late relatis per Farinac. in tit. de homicid. qu. 123. nu 106. & 108.* vbi de veriori, & magis communi, & recepta, à qua non recedendum, & ſequentibus numeris contrarijs reſponet *late Famian. Centolin. in addit. ad conſ. 4. Farinac. lib. 3. lit. L. in verbo effectu verſ. attamen verius.*

7 Quinimo actus conſumatus, & actus delicto proximus bene conueniunt Mandatario, dum poſt ſuſceptum mandatum crimen conſumare, vel tentare poteſt, vt bene dici valeat, quod fecerit totum quod potuerit, vt homicidium committeret, prout etiam mandanti, qui ex ſolo mandato per Mandatarium acceptato, cum oblatione pecuniæ, vel promiſſione dicitur conſumaſſe delictum quantum in ſe eſt, cum nihil plus facere poſsit, dum executio ad Mandatarium pertinet, vt bene aduertunt *Gemin. in cap. 1. nu. 10. in fi. gloſ in verbo mandauerit, ibi, quia hoc per ipſum mandare eſt delictum conſumare de homicid. in 6. Diaz. in prax. crim. cap. 06. nu. 6. Capic. dec. 155. nu 4. quos refert, & ſequitur Rot. dec. 603. nu. 5. p. 4. tom. 1. rec.*

8 Hinc eſt quod ſecundum alios actus dicatur proximus etiam non ſecuto inſultu, vel offenſione, dummodo vltra tractatum ſit deuentum ad aliquem actum ordinarium ad ipſum factum, per textum *in l ijs, qui cum telo C. ad l. Cornel. de ſicar.* vbi ambulans cum telo hominem occidendi cauſa, punitur ſicuti is, qui hominem occiderit, & conſequenter ſola deambulatio videtur conſiderari pro actu proximo ad homicidium, ad effectum imponendi eandem pœnam, vt ibi notant *Salicet. & Marſil. Bald. in l non ideo minus in 6. quæſt. nu. 13. in fi verſ. & ſi dicas C. de accuſat. Felin. in cap. 1. nu. 0 in fi. de præſumpt Gabr. conſ. 1. nu. 13. Baiard. ad Clar. in § aſſaſſinium poſt num. 24. & tradunt alij relati per Famian. Centolin. in addit. ad conſ. 4. Farinac. lib. 1. lit. M. verſ. proximum.*

9 Verius tamen eſt non dici deuentum ad actum proximum niſi ſequatur inſultus, vel offenſio, & ſic ad actum proximum, & immediatum, prout non eſt ſola deambulatio cum telo animo occidendi, & ad hoc vt conatus in crimine aſſaſſinij puniatur ea-
10 dem pœna tria requiruntur primo quod fuerit deuentum ad actum morti proximum, 2. quod non ſteterit per aſſaſſinum quin conſumaretur delictum, 3. quod occidendus fortuito caſu euaſerit, vt in terminis *cap. pro humani* tradit *Dec. tract. crim. tom. 2. lib. 9. cap. 30. rub. de mandatar. pecun. intercedent. nu. 13.*

nu.13. ante med. & diffuſe contrarijs reſpondenda comprobat Famian. *Centolin in addit. ad conſ. 4. Farinac. tom. 1. lit. M. verſ. attamen verius.*

11 Limita de generali conſuetudine per totum orbem approbata, ſecundum quam videtur etiam in crimine aſſaſſinij non intrare pœnam ordinariam mortis naturalis, etiam ſi deuentum fuerit ad actum proximum, plenè *Corn conſ. 20a. poſt nu. 1. col. 2. verſ. ijs tamen non obſtantibus, & num 2. & 3. verſ. quod ſatis perſuadetur lib. 1.* Gram *vot.3. nu. 12. in fi. & vot. 20. nu. 8. Cyril. in ſumma crim. rub. de pub. Iud. §.6. nu. 10. ante fin. verſ. de generali tamen conſuetudine fo. mihi 117. col. 2. in fi. Anton. Gomez. de delictis cap.3. rub. de homicid. nu.11.* vbi ita vidiſſe ſeruari, & practicari *Clar. in pract. in §. aſſaſſinium nu 6. verſ. ſcias etiam,* vbi licet referat fuiſſe in hoc caſu impoſitam pœnam mortis, ſubdit tamē quod non erraret Iudex, qui iuxta hanc conſuetudinem iudicaret *Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 128. nu. 8. Brunor. à Sole in ſuis quæſt. legal. qu. 38. nu.38. & 39. cum alijs per Farinac. in tit. de homicid. qu.123. nu. 115. p. 4.*

12 Immo in *cap. pro humani de homicid. in 6.* contra mandantem non ſecuto effectu non imponitur pœna mortis, ſed excommunicationis, depoſitionis à dignitate, & publicationis bonorum *Rot. dec.603. nu. 6. p.4. tom. 1. rec.*

13 Contrarium, quod hæc generalis conſuetudo non procedat in crimine aſſaſſinij, in quo punitur affectus, etiam non ſecuto effectu, non obſtante dicta generali conſuetudine derogatoria legibus punientibus affectum non ſecuto effectu *Auguſt. de Angel. de maleſ. in verbo ex internallo poſt nu. 10. verſ fallit in crimine leſa maieſtatis, & conſ. 14. nu. 3. in prin. col. 1. in fi. & col.2. verſ. ſimiliter non eſt currendum ad conſuetudinem, & verſ. in hoc ergo aſſaſſinos vſque ad nu.4. Petrus à Planc. in Epit. delict. lib 1. cap. 19. nu. 9. in fi. verſ. tamen, & ſi ex conſuetudine Dec. in tract. crim. lib. 1. cap.30. nu. 13. ante fin. Gram. vot. 9. nu. 21. & 22. Clar. in § aſſaſſinium nu.6. verſ. ſcias etiam, cum alijs per* Famian. *Centolin. in addit ad conſ. 4. Farinac. lib. 1. lit. L. in verbo effectu verſ. ampliatur prædicta concluſio.*

14 Sublim. limit. quod licet in crimine aſſaſſinij puniatur affectus, non ſecuto effectu, & quandoque etiam eadem pœna, quando fuit deuentum ad actū proximum, non tamen erunt ligatæ manus Iudicis ad imponendam mitiorem pœnam, qui eius arbitrio iuxta facti, & perſonarum qualitatem, & diuerſitatem in mitiorem partē inclinare debet *Clar. in pract. in §. aſſaſſinium verſ ſatis etiam in fi. & in §. fi. qu 92. verſ. ſcias tamen ante fin. Brunor. à Sole in quæſt. legal. qu. 34. nu. 36. & 37. Dec. tract. crim. lib. 9 cap. 30. nu. 13. verſ. denique hoc totum reſidet in arbitrio Iudicis Gram. vot. 8. nu. 7. cum alijs per* Farinac. *de homicid. qu. 123. nu. 123. & per Famian. Centolin. in addit. ad conſ. 4* Farinac. *lib. 1. lit. L. in verbo effectu verſ. limitatur eadem concluſio.*

15 Limit. 2. quando agitur de pœna ſtatutaria, tunc enim aſſaſsinus non eſt puniendus pœna ordinaria delicti, niſi illo conſumato, natura enim ſtatutorum pœnalium requirit delictum conſumatum *Franc in cap. pro humani nu. 8. verſ quod immo limita de homicid. in 6. Marſil. conſ.105. nu.16. 20.21. 26. in fi. & 30. Gram. vot. 3. nu. 18. & vot. 9. nu 6. Monticel. reg. crim.8. nu.13. Brunor. à Sole in ſuis quæſt. legal. qu.34. nu. 38. & ſeq. cum alijs per Farinac. dict. qu. 123. nu.121.*

16 Sublim. ſi ſtatutum imponat pœnam pro conatu, dummodo expreſsè dixerit etiam effectu non ſecuto, vel niſi expreſsè puniret conatum ſolum, conuentionem ſolam, &c. quod ſi puniat ſimpliciter promiſſionem conuentionem, aut depoſitum banchi per ſtatutum pœnam ordinariam imponi non poſſe docet *Farinac, in tit. de homicid. qu 123. nu. 125. iuncto nu. 126. p. 4. ad tradita per Marſil. in conſ. 105. nu. 17. & 18.*

17 Limit. 3. ſi Mandatarius mandatum non acceptauerit, quia tunc ſine dubio mandans ordinaria pœna non punitur, ſed extra ordinem arbitrio Iudicis, etenim hoc caſu delictum, nec poteſt dici conſumatum quo ad tractatum, nec quo ad actum proximum, Mandatarius vero, qui mandatum non acceptauit nulla pœna plectendus eſt *Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 260. nu. 44. Baiard. ad Clar. in §. aſſaſſinium nu.6. verſ. ad probandam Gabr. lib.7. tit. de maleſ. conclu. 1. nu. 36. Farinac. dicta quæſt. 123. numer. 128.*

18 Limit. 4. quando vltra mandatum datum, & acceptatum non eſt deuentum ad aliquem actum extrinſecum, præter quam ad actum verbi, tunc enim aſſaſſinium non punitur, ac ſi fuiſſet conſumatum, ſed pœna tantum extraordinaria *Franc. in cap. pro humani num. 8. verſ. ſed in grauioribus de homicid. in 6. Marſil. conſ. 105. nu.6. Gabr. conſ 170. poſt nu. 2. verſ. ergo quo ad aliam lib. 1. Menoch. de arbitrar. quæſt caſ. 169. nu. 43. in fi. Conar. in Clem. ſi furioſus p.2. in prin nu.9. verſ 4. ſi quis pecunia data, & verſ. hinc perpendi poterant quos refert & ſequitur* Farinac. *citata qu 123. nu. 119.*

19 Quinimo quod Princeps quando non eſt ſecutū homicidium, etiam ſi deuentum fuerit ad actum proximum bene faciat ſi commutet pœnam mortis per aliam mitiorem, etiam pecuniariam *Angel. conſ. 14. lib. 1.* Gram. *voto 8. nu. 20. in fi. & vot. 20. nu. 16. Monticel. reg. crim.7. nu.79. Auguſt. de Angel. de maleſ. in verbo, & Sempronium Rodulphi nu. 8. in fi.* Farinac. *qu.123. nu. 131.*

20 Contrarium, quod intrat pœna aſſaſſinij ex ſolo mandato, quia ex eo delictum eſt conſumatum *Bald. conſ. 430. lib. 1.* Corn. *conſ. 249 nu. 2 col 2. in fi. verſ. ijs tamen non obſtantibus lib. 1. Gram. vot. 11. poſt num. 19.*

SVMMARIVM.

1 Defenſio omni iure permiſſa, vt nec à Papa, nec ab Imperatore tolli poſſit, nec à ſtatuto excluſa cenſetur.
2 Permittitur etiam pro defenſione rerum ſuarum.
Poſſeſſio poteſt armata manu à poſſeſſore defendi, & in continenti recuperari ibidem dummodo poſſeſſio ſit pacifica, & non turbida num. 3.
4 Homicidium commiſſum ad defenſam impunibile.
5 Licet occidere, & præuenire aggreſſorem armatum contra ſe venientem, & dicitur ad defenſionem occidiſſe num. 6. Limit. vt num. 7.
8 Licita eſt defenſio etiam conuocatis amicis.
9 Licet mihi occidere minantem, & iactantem me velle occidere, ſiue ſit ſolitus minas exequi ſiue non, contrarium num. 10.
11 Limit procedere dummodo minans ſit in actu vulnerandi, vel occidendi, & num. 12. Sublim. procedere ad effugiendam pœnam ordinariam, ſecus extraordinariam num. 13.

14 Minæ adhunc effectum debent eſſe de occidendo, ſecus ſi ad inferendam aliam offenſionem.

15 Hinc excuſant inſultatum à pœna ordinaria.

16 Homicidium dicitur ad defenſam commiſſum etiam ſi inſultatus non fuerit percuſſus.

17 Defenſio dicitur facta ante factum, vel in ipſo actu, ſecus poſt factum.

Percutiens aggreſſorem fugientem dicitur ad vindictam ibidem.

18 Percuſſio non dicitur ad defenſam ſi percutiatur ille, qui verbalem tantum iniuriam intulit.

Iniuria verbalis alia verbali iniuria repellenda, ſed ſi excedatur extra ordinem punitur ibidem.

20 Limita in iniuria illata nobili.

21 Auctor rixæ. ſi vulneret aggreſſum excedentem moderamen inculpatæ tutelæ non dicitur ad defenſam feciſſe.

22 In auctore rixæ exceſſus pæna ordinaria delicti punitur.

23 Reſiſtentiam facere non licet aduerſus eos, quibus ex debito, & obligatione honor, & reuerentia deferenda eſt. *& enumerantur caſus.*

24 Limita ſi ſuperior leuiter percutiat, ſecus vero ſi grauiter, cum tunc permittatur defenſio.

25 Defenſio non præſumitur, ſed probanda eſt.

Homicidium ad defenſionem commiſſum, an ſit punibile.

ADNOTATIO VIII.

1 DEfenſio permiſſa eſt omni iure, non ſolum ciuili, & canonico, ſed etiam gentium, & naturæ, immo quod ſit de iure diuino, adeo vt nec à Papa, Imperatore, alioque Principe tolli poſſit comprobat *Farinac. in tit. de homicid. qu.* 125. *à nu.* 10. *inclus nu.* 11. *&* 12. *p.*4. etenim natura dictante ne dum hominibus, ſed etiam brutis animalibus ſic ſe defendere permittitur *l* 1. *§. cum arietes ff. ſi quadruper pauperiem feciſſe dicatur l.* 1. *§. vim vi ff. de vi, & vi armat.* ibi, *idque ius naturæ comparatur, & ibi glo. in verbo natura cap ſignificaſti il* 2. *in ſi. extra de homicid. cap ſi vero Clericum de ſent. excomm Capol. conſ crim.*41. *nu.*2. *& conſ.*42. *nu.*2. *& conſ.*43. *nu.* 4. *Anton.* Gomez. *var. reſol. tom.* 4. *cap.*3. *tit. de homicid. nu.* 20. Cartar. *de execut. ſenten. in præfat. Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ.* 277. *nu* 1. *& ſeq. Gaſpar. Cabal. in addit. conſtit. Marchiæ lib.*4. *cap.*54. *in verbo ad defenſionem nu.*7. *verſ ratio eſt* Farinac. *conſ.* 17. *nu.*4. *& conſ* 103. *nu.*7. *lib* 1. *& conſ.*120. *nu.*6. & tamquam iuris naturalis, & diuini nunquam cenſetur excluſa per ſtatutum *Farinac. conſ.* 101. *nu.* 21. *& ſeq lib.*2.

2 Amp. vt defenſio permittatur non ſolum pro defenſione perſonę, ſed etiam propriarum rerum, & bonorum, vnde quis etiam armata manu poteſt ſuam poſſeſſionem defendere, & etiam in continenti recuperare poteſt, & turbantibus etiam facto reſiſtere licet *l.*3. *§. cum igitur ff de vi, & vi armata l.* 1. ibi *ad defendendam poſſeſſionem C. vnde vi l. quamuis ff de acquirend. rerum dominio* Bart. *in l. vt vim nu.*6. *verſ. quæ violentia, & ibi* Cuiac. *nu.* 47. *verſ. vltra præmiſſa ff de iuſt. & iur. Vulpel conſ.* 7. *num.* 2. *& ſeq.* Farinac. *conſ.*169. *ſub nu.*1. *lib.*2. *Vermigliol. conſ. crim* 423. *nu.* 20.

3 Declara tamen hoc procedere in eo, qui habet pacificam poſſeſſionem, non autem quando poſſeſſio quam prætendit eſt turbida, controuerſa, & ab Aduerſario in dubium reuocata *Alex. conſ.*99 *nu.*5. *lib.* 5. *Dec. conſ.* 103. *nu.* 2. *verſ. iſta concluſit lib.*1. *Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed.* 3. *nu.*741. *& de adipiſcen. poſſeſ. remed.* 5. *nu.* 37. *Lancellot. de attentat. p.*2. *cap.*4. *nu.*79. *& ſeq. & cap.*20. *lim.*9. *nu.*5. *& ita dixiſſe Rot. coram Cantucio, & Clem. VIII. refert.* Farinac. *conſ* 169. *ſub nu.*1. *tom.* 1.

4 Amp. 2. vt occidens hominem ad ſui defenſionē non eſt puniendus *vulgata l. Gracchus C. ad l. Iul. de adulter. l. vt vim ff. de iuſt. & iur. Bart. in l. is, qui aggreſſorem in ſum. C. ad l. Cornel. de ſicar. Hoſtien. in cap. ſuſcepimus nu.* 1. *in verbo perſonis de homicid. & in cap. ſignificaſti il* 2. *nu.*19. *eod. tit. Capol. conſ. crim.* 29. *nu.* 4. *verſ. ſed contrarium teneo, & num.*30. *& conſ.* 41. *nu.* 2. *Honded. conſ.* 99. *nu* 9. *lib.* 1. *Anton. Gomez var. reſol. tom.*3. *cap.*3. *rub. de homicid. nu.*20. *Planc. in Epit. delictor. cap.*28. *nu.*1. *&* 2. *Boſſ. in tit. de homicid. nu.*82. *Clar. in §. homicidium nu.* 19. *verſ. excuſatur Gail. obſer.*110. *nu.*9. *lib.*2. *Cartar. de execut. ſenten. in præfat. nu.*9. Maſcard. *de probat. lib.*3. *concln.* 1126. *num...Caballin. in addit. ad conſtit. Marchiæ lib.* 4. *cap* 54. *in verbo ad defenſionem nu.*1. *& ſeq. Farinac. in tit. de homicid. qu.* 125. *nu.*3. *Vermigliol. conſ* 73. *nu.*1.

5 Amp.3. vt aggreſſorem, ſeu armatum contra me venientem animo offendendi, liceat prę uenire, & occidere, & adhunc effectum vibrare, in eundem gladium, lapides, aut quid ſimile, antequam ad me percutiendum magis propè accedat *glo. in Clem.* 1. *in verbo occidit de homicid. & ibi Card. Zabarel. nu.*24. *Bonifac. de Vitalin. nu.* 41. vnde ad defenſam cenſetur exoneraſſe manuale tormentum, ſeu Archebuſeum contra aggreſſorem antequam quis ab eo vulneretur, dummodo non poſſit conſiderari exceſſus reſpectu qualitatis armorum *Farinac. in tit. de homicid. qu.*125. *nu.*93. *p.*4.

6 Prout etiam occidens contra ſe armis euaginatis venientem, & irruentem dicitur ad defenſionem occidiſſe, adeo vt excuſari, & nullam pænam pati debeat *Iaſ. in l. vt vim nu.* 9. *ff. de iuſt. & iur. Dec. conſ.*678. *nu.*2. *Cæphal. conſ. crim.* 28. *num.* 8. *&* 9. *Caballin. in addit. ad conſt. March. lib.* 4. *cap.* 54. *in verb. ad defenſionem num.* 5. *ad med. verſ. ſimiliter præſumitur* Sebaſt. Medic. *de caſ. fortuit. p.* 1. *qu.* 8. *num.*14. *Maſcard. de probat. lib.*1. *qu.*490. *nu.* 2. *& concln.*1126. *nu.*11. *&* 12. *lib.*3. *Iodoc in pract. crim. cap.*76. *nu.*6. *Clar. in pract §. homicidium nu* 26. *ſub verſ. quando probatur, cum aliis per Farinac. in prax. tit. de homicid. qu* 125. *nu.* 57. *iuncto nu.* 60.

7 Limit. hanc ampliat. procedere quando quis venit cum armis euaginatis minando vel demonſtrando actum offenſionis, ſecus ſi ſimpliciter armatus veniret contra ſuum inimicum, alio enim non apparente, non præſumitur venire animo offendendi, & per conſequens occiſio tamquam non permiſſa, non poteſt dici ad defenſionem *Angel. de maleſ. in verbo & dictus Titius ſe defendendo nu.* 26. *verſ. quærit etiam Marſil. conſ.*21. *nu.*26. *& ſeq. Carrer. in pract. crim. in tract. de homicid & Aſſaſſin. § circa* 4. *nu.*54. *in prin. & in ſi. Aluarot. conſ crim diuerſ.*74. *nu.*27 *lib.*1. *in parniſ.* Farinac. *dicta qu.* 125. *nu.*62.

8 Amp. 4. vt licitum ſit ſe defendere etiam conuocatis amicis, & aliis *Bald. in l. vt vim num.*7. *verſ in contrarium ff. de iuſt. & iur. & ibi* Angel. *nu.*7. *Auchar. in cap. cum olim cauſam num.* 17. *verſ. ad iſtam de reſt. ſpoliat. Auguſt. de Angelis de maleſ. in verbo, & di-*

Digitized by Google

& dictus Titius ſe defendendo poſt num. 5. Io. de Lign. in tract. de bello cap. 120. cum alijs per Farinac. in tit. de homicid. qu. 12. num. 89.

9 Amp. 5. vt etiam minantem, & iactantem mè occidere, percutere, aut vulnerare, & etiam occidere mihi licet, ſiue minans ſit ſolitus minas exequi, ſiue non, nam vtiq. ad defenſam non eſt expectanda executio minarum, dum præueniendo vim vi repelli poteſt, quia difficile eſt ſcire animum minantis ſi velit percutere, vel tantum in ſolis minis ſe continere, & ita communiter ſeruari vidiſſe teſtatur *Alberic. in l. 1. nu. 14. C. vnde vi relat. & ſecut. per Farinac. dicta qu. 125. nu. 67. iuncto nu 69. vbi quod hæc non ſit mala conſideratio*, & alios allegat.

10 Contrarium vero quod hoc procedat dummodo minans ſit ſolitus minas exequi, alias ſecus, tenet *Iaſ. in l. vt vim num. 14. ff. de iuſt. & iur. Socein. in cap. ad audientiam num. 180. verſ. & idem eſt extra de homicid. Corrad. in pract. rub. de homicid. num. 17. & 35. limit. in fi. Planc. in Epit. delictor. lib. 1. cap. 28. num. 18. verſ. ſecundo ſubyciam Iacob. Ayrar. in tract. de homicid. neceſ. p. 1. nu 60. & 62.*

11 Limit. Ampliat. vt procedat dummodo minans ſit in actu vulnerandi, ſeu occidendi, vel quando periculum ſit in mora, vel in expectatione, ſi in minante appareant ſigna offendẽdi, alias ſecus *Iaſ in l vt vim num. 14. ff. de iuſt. & iur. Bal. in l. 1. ſub num. 16. C. vnde vi. Angel. de malef. in verbo, & ſi dictus Titius ſe defendendo poſt nu. 26. ad fin. Corrad. in pract. tit. de homicid. nu. 17. & 35. limit. Boer. dec. 168. num. 12. verſ. idem reſpondet, & nu. 13.*

12 Immo, quod minaus mortem etiam ſi non ſit in actu percutiendi occidi poſsit, quando ſit vir potens, & ſecum ducat magnam conniuam, tradit *Gram. dec. 5. per tot. late Bertraz. conſ. 433. & 434. lib. 2. Baird. ad Clar. in §. homicid. nu. 45. Carrer. in pract. in tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa tertium nu 6. in fi.*

13 Sed hoc quod bene procedere poſsit ad effugiendam pœnam ordinariam concludit *Farinac. in tit. de homicid. qu. 125. nu. 71. circa med.*

14 Minæ autem adhunc effectum debent eſſe de occidendo, ſecus autem ſi ſint de inferendo aliam offenſionem, cum defenſio debeat correſpondere prouocationi, nec tranſcendere limites ad hoc vt offenſio reddatur iuſta, & licita *Bolognet. in l. vt vim nu 87. ad med. verſ. ſi vero minæ ff. de iuſt. & iur. Planc. in Epit. delictor. lib. 1. c. 28 n. 18. Iacob. Ayrer. in tract. de homicid. neceſ. p. 1. nu. 63. Farinac. tit. eod. qu. 125. nu. 72. vbi alios allegat.*

15 Et quia minæ ſemper inducunt prouocationem, & ad iram accendunt, vt quidquid geſtum fuerit conceptæ iracundiæ calore perpatratum cenſeatur delinquentem, ſeù percutientem excuſaut à pœna ordinaria *Farinac. ead. qu. 125. nu. 73. & 512.*

16 Amp. 6. vt pariter homicidium ad defenſionem dicatur ex ſola illati inſulti inchoatione, quamuis inſultatus non dum ab inſultante fuerit percuſſus, & præcipuè ſi ſemel percuſſus fuerit, eum non debeat expectare ſe iterum percuti, aut vulnerati, aut ſemel vulneratum denuo vulnerari, & ſic ponere ſe in diſcrimine vitæ, ſiquidem, qui ſemel percuſſus ſit, durante eadem rixa præſumitur habere animum iterũ percutiendi; niſi recedat *Iaſ. in l. vt vim n. 9 in fi. ff de iuſt & iur. Ibiq; Bald. col. fi. verſ & nota quod ille Dec. nu 10. verſ. ſi vero illa Salomon. nu. 2. verſ. imminentẽ vim iuncto n. 3, ad med. verſ. rectè ergo Cepol. conſ. crim. 28. n. 10. & 11. & conſ. 29. n. 17. ve ſ. 9 præſumptio, & conſ. 43. nu. 5. & conſ. 53. nu 2. in fi. verſ. 2. caſus eſt Hond, conſ. 99. nu. 26. & 44. lib. 1. Nouel. in tract. ad defenſ. in prin. nu. 12. Cabal. in addit. ad conſtit. Marcb lib. 4. cap. 54. in verb. ad defenſionem nu. 5. ante fin. Maſcard. de probat. lib. 3. conclu. 1126. nu. 10. & 47. cum ſeq. Anton. Gomez var. reſol. tom 3. cap. 3. rub. de homicid. nu. 22. Farinac. in tit. de homicid. q. 125. nu. 74. 77. iuncto nu. 79.*

17 Vbi vero conſtat, quod percuſſor poſt illatam percuſſionem ſe in fugam poſuerit, & ſic ob receſſum non habuiſſe animum iterum percutiendi, tunc ab offenſo, ſeu percuſſo ſi offendatur, offenſio aſſumit potius qualitatem vindictæ, quam defenſionis, quæ ceſſat, ſi ceſſat offenſio, cum tantum licita ſit ante factum, vel in ipſo met facto, non autem poſt factum *Dec. conſ. 459. nu. 3. verſ. ſecus eſt in caſu noſtro Aret. conſ. 34 nu. 2. verſ primo caſu Bertraz. conſ. 1. nu. 28. poſt med. verſ ſed ſi conſtaret lib. 1. Angel. de malef. in verbo, & dictus Titius ſe defendendo nu. 17. in fi. verſ & debet ac etiam articulare Maſcard. de probat. conclu. 1128. poſt nu. 11. lib. 3. Farinac. dicta qu. 125. nu 80. Boer. dec. 168. nu. 7.*

18 Limit. 1. principalem concluſionem, vt percuſſio non dicatur facta ad defenſam, ſi percutiatur ille, qui verbalem tantum iniuriam intulit, dum verbalem tantum iniuriam alia verbali iniuria propulſari poſſit, adeo vt ſi ita verbaliter iniurians percutiat, vulneret, aut occidat venit puniendus, ſed non pœna ordinaria propter prouocationem *Alex. conſ. 140. nu. 9. verſ. & ideo dicit lib. 2. Bertraz. conſ. 356. nu. 21. & conſ. 433. nu. 4. Gram. vot. 23. nu. 16. Faller. in pract. crim. in verb. recipiantur defenſiones nu. 11. Tiraquel de pœn. caſ. 1. nu. 2. in fi. Anton. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap 3. rub de homicid. nu. 24. in fi. Clar in § fi. q. 60 nu. 14 verſ nunc quæro Farinac. in tit. de homicid. q. 125. nu. 98. Boer. dec. 169. nu. 3. & per tot.* vbi ſubdit, quod ſi violen-
19 tia, aut iniuria inferatur cũ armis armis repelli debet, & ſi ſine armis, ſimili modo debet repelli *l. 1. cum igitur, & ibi gl. 1 ff. de vi, & vi armat & in l. 1. & ibi glo. in verb moderatione C. eod. tit. & ibi Bal. verſ. ſed nunquid ex ſolis armis*, dicens verbis contra verba debet reſiſti, non autem ad manum, & ferrum, ſed nihilominus ſequendo *Angelum in l. ſi adulterium, cum inceſtu §. Imperatores ff de adult.* quod ob exceſſum mitius ſit puniendus, vel relaxandus, vel in exilium mittendus.

20 Sublim. in iniuria illata nobili à vili perſona, quia tunc ſi ille nobilis, pro ſui honoris conſeruatione alapha, vel baculo iniuriantem percutiat nulla videtur pœna plectendus, quia iniuria huiuſmodi, cum grauior reputetur, ad conſeruandum nobilis honorem grauiori repulſione, & non alia verbali iniuria repelli debet, vt pulchrè animaduertit *Salomon. in repet l. vt vim num. 4. verſ alia dubitatio, & num. 5 ff. de iuſt. & iur.* Foller. *in pract. crim. in verb. recipiantur defenſiones nu. 11. Farinac. dicta qu. 125. nu. 100.*

21 Limit. 2. in Auctore rixę, & in ipſo aggreſſore, qui ſi vulneret, vel interficiat eo quia inſultatus in ſe defendendo excedebat moderamen inculpatæ tutelæ, non poteſt dicere ſe feciſſe ad ſui defenſionem propter occaſionem à ſe datam, & quia ipſe fuit primus aggreſſor puniri debet pœna ordinaria

22 l. Cor-

22 *l. Cornelia de ſicar.* cum in auctore rixę exceſſus pœna ordinaria puniatur *Bolognet. in l. vt vim num. 27. poſt med. verſ. 2. debet reſtringi ff. de iuſt. & iur. Paul. de Caſtr. conſ. 277. in fi. verſ. nec abſtat ſi dicatur tunc ſto verſ. præterea lib. 2. Vulpel. conſ. 119. nu. 1. & 2. Boſſ. in tit. de homicid. nu. 74. in fi. & num. 92. And. Gail. de pac. public lib. 1. cap. 16. nu. 17. ante fin. verſ. cauſa inculpatæ tutelæ Iodoc. in pract. crim. cap. 76. nu. 3. in fi. Bajard. ad Clar. § homicidium nu. 78. Farinac. dicta qu. 125. nu. 118.*

23 Limit. 3. vt non liceat reſiſtentiam facere aduerſus eos, quibus ex debito, vel obligatione honor, & reuerentia deferenda eſt, & ſic Magiſtratus etiam ſi aliquid iniuſtè faciat non eſt illi à priuato reſiſtendum, Ita etiam nec filius aduerſus Patrem, & Matrem ipſum verberantes, nec diſcipulus aduerſus Magiſtrum eum corrigentem, non poſſunt reſiſtentiam facere, prout etiam ſi vxor à marito verberetur, ſi Monachus ab Abbate corrigatur, ſi ſeruus, vel famulus ſalario conductus à ſuo domino verberetur, quem ſi ſe defendendo occidat, tenetur de homicidio, vt late alijs congeſtis comprobat *Farinac. in tit. de homicid. qu. 125. à num. 101. vſque ad num. 109.*

24 Sublimita procedere ſi ſupradicti quibus debetur reuerentia leuiter, & cum moderamine verberent, ſeu percutiant, ſecus ſi immoderate, & atrociter, vt qualitate percuſſionis, vel vulneris animus occidendi dignoſcatur, quia tunc ſicuti illis, non licet ita atrociter inſeruire, & ſuorum ſubiectorum ſanguinē ſitiri, ita reuerentia illis debita nihil eſt, quin eiſdem reſiſti, & impune occidi poſſit *Bart. in l. vt vim nu. 4. verſ. ſed tu oppone ff de inſt. & iur. Cartar. de execut. ſent. in præfat. nu. 11. & 12 Sebaſt. Medic. de caſ. fort. p. 1. qu. 8. nu. 48. verſ. niſi pater excedat Carrer. in pract. crim in tract. de homicid. & aſſaſſin. § circa 2. nu. 4. in fi. & nu. 5. in fi. cum alijs per Farinac. in tit. de homicid. qu. 125. nu. 111.*

25 Limit. 4. ſupradicta omnia procedere ſi certis, & concludentibus probationibus doceatur, & conſtet homicidium patratum fuiſse ad defenſionem, ita vt occidiſſe aliquem ad ſui defenſionem, qui dixerit, probare debet, cum præſumptio ſit contra occidentem *l. 1. C. ad leg. Cornel. de ſicar. l. ſi non cannicij C. de iure iur. & teſtatur Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 39. nu. 7. Carrer. in pract. crim. § circa nu. 132. verſ. ſed quæro cum alys congeſtis per Maſcard. de probat. lib. 3. conclu. 1126. nu. 1. & 2.*

SVMMARIVM.

1 Defenſio non præſumitur, & ab allegante, eſt probandi.

2 Et eſt probanda, quod fuerit neceſſaria. Contr. num. 3. præcipue ſi conſtet, quod occiſor fuerit primus inſultans nu. 4.

4 Iudicis arbitrio ex facti circumſtantiis relinquitur, an defenſio fuerit neceſſaria.

5 Prouocatus præſumitur ad defenſam, & non ad vindictam percuſſiſſe.

6 Homicidium omniſque reſiſtentia aduerſus inuaſorem ad defenſam in dubio facta præſumitur.

7 Confitens occidiſſe ad defenſionem puniendus eſt pœna ordinaria ſi non probauerit.

8 Defenſio probatur, ſi quem fuiſſe vim paſſum doceatur;

9 Probatur quoque ſi conſtet de imminenti inſultu.

10 Læſus in honore quid agit cenſetur ad tuendum ſuum honorem egiſſe, vnde mitius puniendus.

11 Defenſio eſt etiam permiſſa in perſonam coniunctam.

12 Inſultatus ſi non potuerit euitare percuſſionem maxillæ abſque eo quod occideret, vel vulneraret cenſetur feciſſe ad ſui defenſionem.

13 Percuſſus ſi aggreſſorem fugientem occidat, cenſetur occidiſſe ad vindictam, & non ad defenſionem nu. 14.

15 Defenſio probatur ſi ante receptam iniuriam quis vim repellit. Amp. vt num. 16. & 17.

18 Occidens percuſſorem fugientem extra ordinem puniri debet.

19 Defenſio probatur coniecturis, & præſumptionibus Iudicis arbitrio.

20 Probatur per teſtes deponentes tantum de aggreſſione.

21 Amp. etiam ſi teſtes deponerent de credulitate.

22 Probatur etiam per teſtes domeſticos, & conſanguineos. Limita ſi inducantur ad repellendos teſtes fiſci, vel partis num. 26.

23 Clerici, an examinari poſſint coram Iudice laico ad defenſam.
Et quomodo ſit concedenda adhunc effectū licentia ibid.

24 Defenſio probatur per teſtes deponentes de publica voce, & fama.

25 Probatur etiam per vnicum teſtem;

ADNOTATIO IX.

1 DEfenſio non præſumitur ideo per Allegantem eſt probanda *Ayrer. in tract. de homicid. neceſ. par. 1. numer. 319. Sebaſt. Medic. de caſ. fort. par. 1. qu. 8. nu. 6. Farinac. qu. 125. nu. 419. cum alys allegat. in præcedenti annot. 7. nu. 25.*

2 Quinimo non videtur ſufficiens probare defenſionem, niſi etiam probetur neceſſaria defenſio ad homicidium excuſandum *Socein. in cap. ad audientiā num. 166. extra de homicid. Gail. de pace public. lib. 1. cap. 16. nu. 3. 4 & 6. & obſer. 110. nu. 14. lib. 2. Angel. de malef. in verbo, & dictus Titius ſe deferendo nu. 16. in fi. Farinac. in tit. de homicid. qu. 125. n. 424.*

3 Sed quod probata defenſione, cenſeatur probata etiam neceſſaria defenſio, adeo vt ſufficiat articulare, & probare per teſtes, quod homicidium fuerit factum ad defenſionem, abſque eo quod dicetur ad neceſſariam defenſionem, docet *Dec. conſ. 456. nu. 6. Planc. in Epit. delictor. lib. 1. cap. 28. nu. 20. vbi de veriori Clar. in § homicidium nu. 26. vbi de communi, & in pract. minimè recedendum putat Maſcard. de probat. lib. 1, conclu. 400. nu 10. & 16. & lib. 3. conclu. 1126. nu. 18. verſ. item cenſuit Planc in Epit. delictor. lib. 1. cap. 28. nu. 20. vbi de veriori Carrer. in pract. crim. in tract. de homicid. & aſſaſſin. § circa 4. nu. 42. Nical. Pignol in addit. ad Rom. ſing. 28. vbi de communi Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 490. nu. 16. Farinac. qu. 125. nu. 428. & 429.*

4 Sed hoc procedit dummodo cōſtet, quod occiſus fuerit primus inſultans, quia tunc ex depoſitionibus teſtium atteſtantium homicidium fuiſſe factum ad defenſionem, non ſolum probatur defenſio, ſed etiam neceſſaria defenſio ex iuris præſumptione, quæ exuberat, ſecus ſi non conſtaret de aliquo inſultu, quia tunc teſtes ſimpliciter deponentes ſuper defenſione non concludunt ſuper neceſſaria defenſione ad euitandam omnem pœnam *Farinac. dicta qu. 125. nu. 439. & nu. 431*, vbi quod etiam non probata aggreſſione, ſeu inſultu ſufficiat teſtes dicere, quod homicidium ſit factum ad defenſionem, cum in dubio præſumatur neceſſaria, cæterum ex qualitatibus, & facti circumſtantijs à teſtibus recenſendis Iudicis arbitrio relinquendum eſt an defenſio

fuerit

fuerit neceſſaria ad effectum augendi, & minuendi pœnam.

5 Prouocatus ſi prouocantem percutiat, præſumitur in dubio percuſsiſſe animo ſe defendendi, non autem ad vindictam Bart. Bald. in l. ſi plagis §. Tabernarius ff. ad l. Aquil. Bero. conſ. 173. nu. 25. lib. 3. Marſil. conſ. 137. numer. 26. & 28. & in pract. crim. §. quoniam nu. 70. Clar. in §. fi. q. 60. nu. 14. Carrer. in pract. crim. in tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa quartum nu. 63. Farinac. qu. 125. nu. 439. Magon. deciſ. Lucen. 65, num. 5.

6 Quinimo homicidium, omniſque reſiſtentia aduerſus inuaſorem ſiue rerum, ſiue perſonæ in dubio potius præſumitur facta ad defenſionem, quam ad vindictam, & ita in dubio faciendam interpretationem, & iudicandum eſſe voluerunt, Dec. in l. vt vim num. 17. in fi. verſ. & in dubio ff. de iuſt. & iur. & in conſ. 459. num. 4. & in conſ. 678. num. 7. Cepol. conſ. crim. 41. num. 6. in fi. Bertraz. conſ. 27. num. 19. Nouel. in tract. ad defenſam in prin. nu. 166. Baiard. ad Clar. in §. homicidium nu. 95. Sebaſt. Medic. de caſ. fortuit. p. 1. qu. 8. num. 15. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 490. num. 1. & lib. 2. conclu. 867. num. 14. & lib. 3. conclu. 1128. num. 3. Farinac. qu. 125. num. 433. late Giurb. conſ. crim. 17. num. 19.

7 Confitens vero occidiſſe ad ſui defenſionem omnino venit puniendus, reiecta qualitate defenſionis, ſi eam non probauerit, quia poſſeſſio legis ſtat pro delicto, Blanc. in pract. crim. §. fi. verſ. tertia pars defenſionis num. 35. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 3. rub de homicid. num. 26. Maſcard. de probat. lib. 1, conclu. 490. num. 17. Farinac. in tit. de reo confeſ. & conuict. q. 81. num. 110. & ſeq. p. 3. & in tit. de homicid. q. 125. num. 420. p. 4.

8 Defenſio tamen ſatis probata remanet, eo ipſo quod appareat quem fuiſſe vim paſſum, ita vt quidquid egerit aduerſus inſultantem, aggreſſorem, ſeu vim, & moleſtiam inferentem præſumitur id omne egiſſe, vt ſe ab omni violentia tueretur iuxta tradita per Gram. in conſ. 18. num. 1. & 2. & in conſ. 56. num. 15. Dec. conſ. 459. in prin. & conſ. 676. & conſ. 678. Alex. conſ. 76. num. 4. & 5. vol. 1. Cepol. conſ. 28. num. 7. verſ. item ratia quare cum ſeq. & conſ. 29. per totum Boſ. de homicid. num. 88. Nouel. ad defenſ. in prin. num. 16. 22. & 25. cum alijs per Maſcard. de probat lib. 1. conclu. 490. num. 1.

9 Amp. 1. vt defenſio probetur, ſi conſtet de imminenti inſultu, ſeu agreſſione, nempe ſi quis vidiſſet venientem aliquem contra ſe ſtricto enſe in actu aggreſſionis, talemque percuſſerit, præueniendo ante quam ipſe eſſet percuſſus, quia non debet inſultatus expectare quod vulneretur, ſed ipſe debet incipere, melius enim eſt non accipere vulnus, quam poſt acceptum adhibere medelam, ità bene monet Iaſ. in l. vt vim. col. 3. num. 9. 10. & 14. ff. de iuſt. & iur. & declarat Bart. in l. 1. num. 9. C. vnde vi Anton. Corſet. in ſuo ſingular. 153 an idem operetur in verbametus Gram. conſ. 56. num. 1. & num. 3. 4. & 13. ac conſ. 69. num. 7. Vulpel. conſ. 78. num. 2. vol. 1. Angel. de Maleſ. in verbo & dictus Titius ſe defendendo col. 2. verſ. & aduerſus Carrer. in pract. crim. §. circa il 2. num. 91, cum alijs per Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 490. num. 2. & 3. Boer. deciſ. 164 num. 17. verſ. ſed quomodo probabit.

10 Amp. 2. etiam procedere in læſo in honore, dignitate, & officio, huiuſmodi namque læſus ſi aliquid agat contra ipſum lædentem præſumitur id feciſſe ad ſuum tuendum honorem, & dignitatem & officium, honor enim equiparatur vitæ, nam homo læſus in honore, & diffamatus melius eſſet quod deceſſerit, ita ſapientiſſimè docuit, Dec. in l. vt vim. nu. 36. ff. de iuſt. & iur. Carrer. in pract. crim. §. circa il 2. num. 38. Marſil. conſ. 4. num. 19. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 490. num 11. Capic. dec. 58. per tot. vbi in fi. concludit, ita ſe defendentem non eſſe grauiter puniendum, & pænam illatam in hoc caſu fuiſſe moderatam, pro vt etiam docet Boer. deciſ. 169. num. 2. circa fi.

11 Amp. 3. procedere non ſolum vbi agitur de propria defenſione, ſed etiam de defenſione coniuncti, vt ſi pater videret filium inſultatum, & ad illius defenſionem accurreret, & è contra, Bart. in l. vt vim num. 7. ff. de iuſt. & iur. & ibi communiter Doctores Dec. conſ. 678. num. 5. & 6. & conſ. 459. num. 3. & conſ. 469. in prin. Carrer. in pract. crim. §. circa il 2. num. 29. Gram. conſ. 56. num. 22. vbi ampliat in amico defendente altero amico inſultato, & late comprobant Iaſ. in d. l. vt vim nu. 28. ibique Dec. num. 32. ff. de iuſt. & iur. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 490. nu. 10.

12 Amp. 4. procedere etiam in inſultante ſine armis, nempe ſi aliquis vulneretur, vel occidatur eo quod vim faciens illi maxillam manu vacua percutere, conſtet non potuiſſe euitare huiuſmodi percuſſionem abſque vulneris, vel necis illatione, nam hoc caſu videtur ad ſui defenſionem id feciſſe, licet cum aliquo exceſſu defenſionis, vt tradunt Doctores relati per Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 490. num. 7. & 8.

13 Limit. in caſu, quo Aggreſſor ſi illato vulnere aufugiat, & percuſſus fugientem illum occidat ad neceſſariam ſui defenſionem occidiſſe non præſumitur, ſed ad vindictam, cum timere non poterat à fugiente vlterius percuti, Bart. in l. ſi ex plagis §. Tabernarius ff. ad l. aquiliam & ibi Bald lect. 2. ff. ad l. aquil. & in l. 1. num 28. C. vnde vi Bero conſ. 194. num. 13. Manzol. conſ. 11. num. 2: & conſ. 13. num. 30. Natta conſ. 412. num. 21. Cabal. de omni gen. homicid. num. 231. & in reſol. crim caſ 31. nu. 5. Giurba conſ. crim. 17. num. 7. Baiard. ad clar. in §. homicidium num. 90. Paſqual. de vir. patriæ poteſt. p. 3. cap. 6. nu. 12. Maſcard. de probat. conclu. 490. num. 13. & lib. 1. & conclu. 1126. num. 48. Farinac. in tit. de homicid. q. 125. num. 8. Gazin. cor. defenſ. 29. cap. 4. num. 20. Seſſe dec. 104. à num. 7.

14 Etenim poſt percuſſionem percutientem repercutere ad vindictam eſt Bart. in d. §. Tabernarius ff. ad l. aquil. Dec. in l. vt vim. num. 10. ff. iuſt. & iure. & conſ. 176 & 178. Bero conſ. 194. num. 12. in 3. Bertraz conſ. crim. 121. num. 7. 8. & conſ. 350. num. 11. Corn. conſ. 107. num. 4. vol. 1. Honded. conſ. 99. num. 13. Farinac. conſ. 35. num. 21. Duen. reg. 192. num. 3. Giurba conſ. crim. 17. nu. 11. Seſſe dec. 104 num. 8. vſque ad 13.

15 Tunc autem ad ſui defenſionem feciſſe cenſetur,
ſi ante receptam iniuriam quis vim repellit, cum
16 nemo expectare debet, vt percutiatur igitur pro-
bato quod nudatis armis, quis contra me venit,
17 licuit mihi præuenire, vnde probata remanet de-
fenſio, vt late alijs ſuo more congeſtis docet Giurba
conſ. crim. 17. num. 8. 9. 10. 11. & 32. Seſſe deciſ.
104.

104. *num.* 14. *&* 15. *Cabal. reſol. crim. caſ.* 88. *num.* 4.

18 Sublim. quod occidens percuſſorem fugientem, licet ad vindictam fecerit, extra ordinem tamen puniri debet *Baiard. ad Clar. in §. homicidium nu.* 90. *Maſcard. de probat lib.* 3. *conclu.* 1136. *nu.* 49. *Felic. alleg.* 13. *num.* 21. *Giurba conſ. crim.* 17. *nu.* 30.

19 Probatur vero ipſa defenſio tamquam actus fauorabilis etiam coniecturis, & præſumptionibus ſi credendum ſit *Bartulo in l.* 1. *§. de illo ff. de iis, qui ſibi mortem conſciuerunt vt inquit Maſcard. lib.* 3. *de probat. conclu.* 491. *num.* 1. *Marſil. ſing.* 19. *num.* 4. *Thom. Gram. conſ.* 29. *num.* 38. *& conſ.* 69. *nu.* 10. *Vulpel. conſ.* 44. *nu.* 8. *vol.* 1. quæ tamen præſumptiones, & coniecturæ remittuntur iudicis arbitrio vt tradunt *Doctores citati per Maſcard. loco citato num.* 2.

20 Amp. 1. vt etiam defenſio probetur per teſtes deponentes tantum de aggreſſione, puta Titium aggreſſum fuiſſe Caium, vel cum diſtricto gladio inuaſiſſe, ita colligitur ex reſcripto *Imperatorum Antonini in l.* 1. *& Gordiani in l.* 2. *&* 3. *C. de ſicar. vt animaduertit. Maſcard. de probat. lib.* 1. *conclu.* 491. *nu.* 3. *Bart. in l. & ſi quemcunque in prin. ff. ad l. aquil. late Felin. in cap. ſignificaſti in* 2. *conclu. nu.* 13. *de homicid.*

21 Amp. 2. procedere etiam ſi teſtes deponant de credulitate, nempe Titium occidiſſe aliquem, vel vulneraſſe ad ſui defenſionem, vt dicitur *à mio credere, è vedere*, etenim quando agitur de actu hominis procedente ex eius mente, & voluntate prò vt eſt ſi occidat aliquem ad ſui defenſionem, oculariter videri, & ſcrutari nequit, vnde teſtis non poteſt deponere niſi per credulitatem ex actibus a poſteriori elicitis *Dec. conſ.* 459. *nu.* 6. *Alex. conſ.* 109. *num.* 8. *vol.* 1. *& conſ.* 76. *num.* 5. *eod. vol. Alber. conſ.* 94. *num.* 4. Gram. *conſ.* 56. *num.* 20. *cum aliis per Maſcard. de probat. lib.* 1. *conclu.* 490. *num.* 4. *& ſeq. & conclu.* 491. *num.* 10. 11. *&* 12. vbi ſi credulitas teſtis ſit munita rationibus concludentibus ad veritatem eius dicti.

22 Amp. 3. vt defenſio probetur etiam per teſtes domeſticos, conſanguineos, & coniunctos, vt de fratre pro fratre docet *Felin. in cap. cum oporteat num.* 3. *verſ.* 5. *limita de accuſ.* Bald. *in l. parentes C. de teſtib. & ibi Salicet. Vulpel. conſ.* 96. *num.* 7. *vol.* 1. *Cran. conſ.* 119. *num.* 9. *Dec. conſ.* 459. *nu.* 7. *Nouel. ad defenſ. in prin. num.* 31. *&* 32. *Alban. in lucubration. ad Bart. in l. vt vim. num.* 7. *de iuſt. & iur. cum aliis relatis per Maſcard. de probat. lib.* 1. *conclu.* 491. *num.* 4. *&* 5, *&* 6. vbi quod etiam admittantur ad probandam innocentiam.

23 Amp. 4. vt etiam Clerici examinari poſſunt coram Iudice Laico ad defenſam, ſeruata forma reſolutionis S. Congr. Immunitatis *in Mlanen.* in qua *S. C. cenſuit ſi veritas aliunde haberi non poſſit dandas eſſe literas facultatis vt Clerici nominati poſſint in Tribunali Iudicis Laici examinari in cauſa criminali ad defenſam, præſtito tamen iuramento coram Epiſcopo Diœceſano, ac ſeruatis aliis expreſſis in praxi Genuenſi cap.* 35. *num.* 6. *ac præuia diſpenſatione ab incurſu irregularitatis, & ad effectum dicti examinis detur ſaluus conductus eiſdem Clericis Die* 24. *Aprilis* 1646.

Modus autem concedendi huiuſmodi licentiam in Curia Archiepiſcopali Neapolitana prò vt tradit à *Genuen.* talis eſt *Conceditur licentia tali Clerico deponendi in curia ſæculari in tali cauſa, dummodo non deponat ſuper articulis continentibus criminalitatem, infamiam, negatiuam, aut repulſam*, vbi etiam ſubdit, quod melius, & tutior ſit, quod Vicarius videat articulos originales, & in calce eorum concedat licentiam, deſignando propria manu articulos, ſuper quibus Clericus deponere debet.

24 Amp. 5. vt defenſio probetur per teſtes deponentes de publica voce, & fama, ſcilicet feciſſe, vt ſe defenderet, vt ex *Alexandro Bal. & Abb. tradit. Maſcard. de probat. lib.* 1. *conclu.* 491, *num.* 13.

25 Amp. 6. vt teſtis vnicus in cauſa principali probet ad defenſionem, quæ defenſio etiam dicto vnici teſtis probata excuſat à mortis pœna, vt docet *Octauian. Vulpel. conſ.* 66. *num.* 8. *vol.* 1. *Aym. conſ.* 2. *num.* 16. *Maſcard. de probat. conclu.* 491. *nu.* 17. *&* 18. *lib.* 1. *& conclu.* 904. *num.* 10. *lib. Farinac. conſ. crim.* 6. *num.* 41. *tom.* 1. *& conſ.* 216. *num.* 14. *tom.* 3.

26 Limit. tamen dicta in tertia ampliatione, vt teſtes conſanguinei, & affines à iure repellantur, & non probent, quando inducuntur, vt reprobentur alij teſtes prò fiſco, vel pro altera parte producti, ſecus autem ad probandam meram defenſionem, nam in primo caſu, cum ſit materia odioſa repelluntur, in ſecundo vero tamquam fauorabili admittuntur, vt tradunt Doctores relati per *Maſcard. de probat. lib.* 1. *conclu.* 491. *num.* 9. Gram. *deciſ.* 34. *num.* 14.

SVMMARIVM.

1 Homicidium commiſſum ad defenſam ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ eſt impunibile.
2 Moderamen inculpatæ tutelæ in defenſione non dicitur ſeruatum, ſi defendens ſit in culpa moderamini contraria.
3 Seruatus dicitur ſi defenſio fiat in continenti.
4 Quando in continenti fieri dicatur num. 6.
5 Ex interuallo vero dicitur ad vindictam, & non ad defenſionem.
7 Aggreſſus vindicans ſe ex interuallo tenetur l. Cornel. de ſicar.
8 Defenſio dicitur in continenti facta licet homicidium fiat ex interuallo, ſi occidens non diuerterit ad extraneos actus.
9 Limit. procedere ad euitandam pœnam ordinariam, ſecus extraordinariam pro exceſſu num. 10.
11 Occidens percuſſorem fugientem extra ordinem punitur.
12 Defenſio in dubio præſumitur in continenti facta.
13 Percuſſio an fuerit ad defenſionem, vel ad vindictam; ex quibus dignoſcatur.
14 Occiſori incumbit onus probandi defenſionem in continenti factam fuiſſe.
15 Moderamen inculpatæ tutelæ in quo conſiſtat.
16 Ad hoc vt ſeruatum dicatur tria requiruntur, et quæ.
17 Eodem modo, quo quis offenſus fuit, armis, vel verbis, eodem modo ſe defendere debet.
18 Arma ſe defendentis debent eſſe paria, vel parum diſparia ab armis offendentis. Amp. vt num. 19.
20 Limit. ſi aliter non poſſum ab inuaſore me tueri, niſi cum armorum diſparitate.
21 Inæqualitas armorum non tollit moderamen inculpatæ tutelæ, ſi fiat in continenti, & inſultatus aliter ſe defendere non poterat.
22 Præcipuè ſi offendens ſit fortior, animoſior, & validior.
23 In defenſione magis eſt attendenda qualitas perſonarum, quam armorum.

24 In

24 In defenſione eſt ſeruanda temporis æqualitas, & ſic facienda in actu offenſionis.
25 Probanda eſt ante factum, vel poſt mediate, & ſucceſſiue, Defenſio dicitur facta ſi vim ante receptam iniuriam repellatur ibidem.
26 Inſultatus ſi aggreſſorem accuſauit, & è carceribus fugientem videat poteſt impune occidere.
27 Moderamen inculpatæ tutelæ dicitur ſeruatum ſi homicidium, vel percuſſio fiat cauſa defenſionis, & non vindictæ.
28 Pro vt etiam ſi manus offendentis aliter euadere non poſſit.
29 Ita etiam ſi inſultatus non plus fecit, quam oportebat; & è contra.
30 Occidens aggreſſorem fugientem ad vindictam occidere dicitur.
31 Non eſt tamen puniendus ſi à duobus inſimul aggreſſus fuiſſet.
32 Præcipuè ſi ſe retrahat animo reuertendi ad pugnam.
33 Non punitur ſi non conſtet percuſſiſſe in actu fugæ, cum in dubio præſumatur in actu rixæ ad neceſſariam defenſionem.
34 Pœna tamen extraordinaria puniendus eſt occidens ſuum aggreſſorem fugientem.
35 Iudicis arbitrio remittitur an, & quando ſit ſeruatum moderamen inculpatæ tutelæ.

Defenſio eſt facienda cum moderamine inculpatæ tutelæ, & quando ſeruatum dicatur.

ADNOTATIO X.

1 DEfenſio licet cenſeatur permiſſa, regulari tamen debet à moderamine inculpatæ tutelæ, vnde homicidium ad defenſam commiſſum redditur impunibile, quando ſcilicet fuerit ſeruatum moderamen inculpatæ tutelæ, ita communiter docent *Doctores in l. vt vim ff. de iuſt. & iur. & in l. 1. C. vnde vi Farinac. conſ. 35. num. 31. lib. 1. & in prax. crim. in tit. de homicid. q. 125. num. 330. p. 4. Ayter. de homicid. neceſ. p. 1. num. 382. cum ſeq. Boniſa. de Vitol. in tit. de inſult. & percuſ. num. 9. in ſi. verſ. item intelligo Gandin. in tit. de defenſ. a reo facien. num. 8. in prin. Angel. de malef. in verbo, & dictus Titius ſe defendendo num. 1. verſ. cum moderamine tamen Maſcord. de probat. lib. 3. conclu. 1126. num. 29. & 30.* vbi quod ita vna mente omnes ſcribentes tenent *Clar. in §. homicidium num. 27. verſ. ſcimus tamen Planc. in Epit. delict. lib. 1. cap. 38. nu. 14. verſ. modo non excedatur* Boer. *dec. 163. num. 17. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 28. num. 17. por. 2.*

2 Moderamen vero inculpatæ tutelæ non dicitur ſeruatum in defenſione, quando defendens dici poteſt in aliqua culpa, quæ moderamini ſit contraria, & exceſſum in ſe contineat, quod non ſolum dolo committitur, ſed etiam culpa lata, leui, & leuiſſima, & è contra, non eſt culpa, ibi non eſt exceſſus, *Abb. in cap. olim cauſa num. 15. poſt prin. de reſtit. ſpoliat. Nouel. in tract. ad defenſ. in prin. num. 30. Farinac. in tit. de homicid. qu. 125. nu. 336. p. 4.*

3 Seruatus tamen dicitur modus, ſeu moderamen inculpatæ tutelæ ſi defenſio fiat in continenti, ſecus ſi ex interuallo, nam tunc vtique exceſſiſſe modum inculpatæ tutelæ dicitur *Cepol. conſ. crim. 41. in verſ. ſecundum moderamen Carrer. in pract. crim. in tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa quartum num. 2. in ſi. & nu. 18. Clar. in §. homicidium num. 27. verſ. ſcias tamen, Iodoc. in pract. crim. cap. 76. num. 21. Farinac. qu. 125. num. 338. Boer. dec. 168. num. 6. poſt med. verſ. ſi autem ex interuallo.*

4 In continenti dicitur facta defenſio, ad hoc vt defendens nulla pœna teneatur, quando in fraganti rixa, & in ipſo actu defenſionis quis aggreſſorem percutit *Hoſtien. in cap. ſignificaſti el 2. num. 17. extra de homicid. Andreas Gail. de pace publico lib. 1. cap. 16. num. 17. verſ. tempus Gaſpar.* Cabol. *in addit. ad conſtit. Mareb. lib. 4. cap. 54. in verbo ad defenſionem num. 11. Planc. in Epit. delict. lib. 1. cap. 38. num. 19. Maſcard. de probat. lib. 3. conclu. 1186. num. 42. 43. & 45.* Farinac. *in tit. de homicid. qu. 125. num. 339. p. 4.*

5 Quando verò quis percuſſus ſit ab alio inſultante, & poſtea ad inuicem ſint diuiſi, & ſeparati, & ſedata ſit omnis rixa, & calor vulneris, & armorum remiſſus, tunc ſi ille qui vulneratus fuit ex interuallo aggrediatur ſuum inimicum, ſeu inſultum fecerit in vulnerantem, animo vlciſcendi, & non ſe defendendi ſine dubio feciſſe videtur, prout etiã quando percuſſus iuiſſet domum ad accipiendum arma, & coadunaſſet amicos, & poſtea iuiuit inuenire ſuum aggreſſorem, quo inuento ſi percutiat vel occidat tenetur *lege Cornelia de ſicar.* nam ſi tu me hodie aggreſſus fuiſti cum cultello, non debeo cras te aggredi cum gladio, cum hoc fiat ad vindictam, & non ad defenſionem, vt alijs relatis comprobat *Boer. dec. 168. num. 6.*

6 Vlterius incontinenti dicitur facta defenſio ab eo, qui percuſſus puta in capite cecidit in terram, vbi per horam ſoporatus, et colliſus ſtetit, tandem reuerſus ad ſe, illico me percuſſit, ſi timebat repercuti, ſecus ſi non timebat repercuti, quia tunc dicitur nouam inchoare rixam, vt bene docet *Boer. dicta dec. 168. num. 6. circa med. & num. 7.*

7 Quinimo in maleficijs non excuſatur delinquens ob iracundiæ calorem, quo minus puniatur, ſi ex interuallo ſe vindicauerit, cum tunc dicatur fieri ad vindictam & tenetur *l. Cornelia de ſicar.* ſecus autem ſi in continenti defenſio, vel aggreſſio cauſa iræ facta ſit, & ſeruatum moderamen inculpatæ tutelæ, Boer. *dec. 168. num. 15. verſ. quadam ſunt, & num. 17. Honded. conſ. 99. nu. 44. vol. 1.* Giurba *conſ. crim. 17. num. 27.* Clar. *in §. homicidium nu. 31.* Farinac. *conſ. 141. num. 13. & in prax. qu. 125. nu. 339. Decaſtil. dec. 159. num. 27. & 28.*

8 Incontinenti etiam dicitur facta repercuſſio, ſeù commiſſum homicidium ab ipſo inſultato, etiam quod occidat ex interuallo, & non in actu rixæ, aut in fraganti dummodo ad alia non diuerterit, ſeù ad alios actus extraneos conuerſus non fuerit. *Bottin. conſ. 9. num. 13.* Menoch. *conſ. 107. num. 40. lib. 1. Surd. conſ. 40. num. 26. Bellon. de ijs, quæ ſiunt in continenti cap. 8. num. 6. Boſſ. in tit. de homicid. nu. 61. Maſcord. de probat. lib. 3. conclu. 1126. num. 51.* Farinac. *qu. 125. num. 342. Giurba conſ. crim. 17. num. 16. & 17. verſ. proinde ſi quis ira abreptus*, & hoc caſu quod pœna mortis non puniatur, tradit *Farinac. conſ. crim. 2. num. 16. tom. 1. ex Clar. in §. homicidium ſub nu. 34. verſ. ſcias tamen Gram. dec. 83. ſub num. 5.*

9 Limit. procedere ad euitandam pœnam ordinariam, ſecus extraordinariam, quoniam niſi in ipſa rixa, ſeu conflictu ſequatur homicidium, vtique dici non poteſt commiſſum ad neceſſariam defen-

ſionem, ſed bene ad alterius prouocationem, & ſic quando agitur de prouocatione ad minuendam pœnam, non autem de neceſſaria defenſione ad tollendam omnem pœnam, poteſt etiam poſt rixam in continenti dici perpatratum facinus arbitrio iudicis ſecundum qualitatem perſonarum, & commoditatem, quam quis habuit ad ſe vlciſcendum, dummodo ceſſante calore rixæ, & iræ offenſus non diuertit ad extraneos actus, *Bertraz. conſ.* 434. *nu.* 32. *verſ. nec video, & nu.* 13. *&* 14. *Planc. in Epit. delict. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 19. *Boſſ. in tit. de homicid, num.* 61. *&* 62. *Gram. vot.* 23. *num.* 21. *& conſ.* 63. *num.* 9. *Thob. Non. conſ.* 109. *num.* 2. *Farinac. qu.* 125. *num.* 342. *Giurba conſ.* 17. *num.* 17. *verſ. licet verius Decaſtil. dec.* 159. *num.* 7.

30 Vnde licet offenſus ex interuallo offendentem percutiens puniatur, non tamen punitur pœna ordinaria, ſed extraordinaria pro exceſſu tantum. *Anan. in cap. ſi perfodiens num.* 7. *extra de homicid. Caner. in Clement. ſi furioſus p.* 3. *§.* 1. *num.* 3. *Baiard. ad Clar. in §. homicidium num.* 90. *Maſcard. de probat. lib.* 3. *conclu.* 1126. *num.* 49. *Felic. alleg.* 13. *nu.* 21. *Farinac. in tit. de homicid. qu.* 125. *nu.* 344. *Giurba conſ. crim.* 17. *num.* 30. vbi exemplificat in

31 occidente percuſſorem fugientem, qui licet ad vindictam fecerit, extra ordinem tamen nihilominus ſolum puniri debet.

32 Limit. 2. vt in dubio defenſio, tam perſonæ, quam rerum præſumatur facta in continenti, & nõ ex interuallo, cum ſemper præſumendum ſit, quod rixa durauerit, & quod percutiens fecerit ad ſui defenſionem, licet non collet, quod in continenti, vel percuſſerit, vel rem ipſam recuperauerit, *Bolognet. in l. vt vim num.* 41. *ff. de iuſt. & iur. Farinac. qu.* 125. *num.* 344. *& ſeq.*

33 Et percuſſio an fuerit ad defenſam, vel ad vindictam ex facto, & perſonarum qualitate colligi poteſt. Vt notat *Bart. in l.* 1. *num.* 10. *C. vnde vi, Bertraz. conſ. crim.* 1. *num.* 25. *Burſ. conſ.* 420. *nu.* 22. per arma nempe, percuſſiones, locum, modũ, atque vim, quibus vincentibus percuſſerit, *Ruin. conſ.* 656. *nu.* 83. *Alba conſ.* 46. *nu.* 13. *Tuſch. pract. conclu.* 146. *num.* 20. *& conclu.* 143. *Clar. in §. homicidium num.* 8. *Giurba conſ. crim.* 17. *nu.* 34. *Seſſe, dec.* 104. *num.* 12. *Peregr. dec.* 78. *nu.* 18.

34 Occiſori tamen incumbit onus probandi non ſolum defenſionem, ſed etiam illam in continenti, & non ex interuallo fuiſſe factam, vt tradunt Doctores relati per *Farinac. in tit. de homicid. qu.* 125. *num.* 346. *Maſcard. de probat. lib.* 3. *conclu.* 1126. *num.* 44 *Carrer. in pract. crim. §. circa num.* 109. *ad tradita per Angel. in tract. de maleſ. in verbo dictus Titius ſe defendendo col.* 3. *verſ. aduertas*, vbi quod arbitrio iudicis relinquatur an offenſio ad defenſam, vel ad vindictam facta fuerit.

35 Moderamen vero inculpatæ tutelæ conſiſtit in modo ſe defendendi, vt ſcilicet inſultatus talem faciat defenſionem, qualis fuit offenſio, ac proinde conſiderari debet ex genere armorum, ex animo, & voluntate ſe defendendi, ex æqualitate facti, ac offenſionis, vt reddere pugnum pro pugno, & ſic vt ſit proportionabilis periculo vitæ, adeout non dicatur reſeruatus modus inculpatæ tutelæ, ſi percuſſus in aliqua parte corporis, repercutiat in capite, *Carrer. in pract. in tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa quartum num.* 22. *in fi. Medic. de caſ. fortuit. p.* 1. *qu.* 8. *num.* 52. *in fi. & latiſſimè proſequitur Farinac. in tit. de homicid. & aſſaſſin. qu.* 125. *num.* 349. *Clar. in §. homicid. num.* 27. *verſ. ſcias tamen Boer. dec.* 168. *num.* 4.

36 Quod quidem moderamen circa tria præcipue animaduertunt ſcribentes conſiſtere, nempe vt ſupra diximus circa modum ſe defendendi, circa tempus & circa cauſam defenſionis, vt ex auctoritate *glo. in l.* 1. *C. vnde vi & ex Blanc,* Carrer. *Clar. Bolog. tradit Maſcard. de probat. lib.* 3. *conclu.* 1126. *nu.* 31.

37 Circa primum eodem genere armorum, quo quis percuſſus fuit, eodem genere ſe defendere debet, vt ſi armis inferatur violentia, armis quoque repellatur, ſi ſine armis, eodem modo arceatur, vt non mihi liceat gladio percutere illum, qui inermis tantum verbis, vel pugnis inuadit me *glo. in l.* 1. *in verbo moderamine C. vnde vi, & per text. in l.* 3. *§. cum igitur ff. vnde vi & vi arm. Iodoc. in pract. crim. cap.* 76. *num.* 14. *Maſcard. de probat. lib* 3. *conclu.* 1126. *num.* 32.

38 Arma enim ſe defendentis debent eſſe paria, vel parum diſparia ab armis offendentis, adeout ſi aliquis aliquem enſe aggrediatur, non debet inſultatus ſe cum ſpontono defendere *l.* 3. *§. cum igitur ff. de vi, & vi armata*; ibi eum enim qui cum armis venit poſſumus armis repellere, *& ibi glo. in verbo cum igitur Bonifat. de Vital. in tit. de inſult. & percuſ. num.* 9. *in fi. verſ. item intelligo prædicta Gandin. in tit. de defenſ. à reo facien. num.* 8. *Cepol. conſ. crim.* 43. *num.* 3. *Bero. conſ.* 173. *ſub num.* 5. *Baiard. ad Clar. in §. homicid. num.* 110. *Clar. in eod. §. num.* 27. *verſ. ſcias tamen ad med* Blanc. *in pract. crim. in fi. §.* 3. *pars defenſionis num.* 3. *Maſcard. de probat. lib.* 3. *conclu.* 1126. *num.* 32. *&* 34. *Farinac. qu.* 125. *nu.* 354. 355. *&* 357. vbi quod alapha, pugno, lapi-

39 dibus, baculo aggredientem me, & percutientem non licet cum armis vulnerare, & occidere, & ſi occidatur non dicitur ſeruatus modus inculpatæ tutelæ, & tenetur de exceſſu. *Boer. deciſ.* 169. *num.* 4. *verſ. ferrum autem, Gram. dec.* 98. *num.* 1. vbi quod non licet armis aduerſus verba, & percuſſionem cum baſtono ſe tueri, cum aduerſus verba verbis, baculo aduerſus baculum ſit reſiſtendum per *text. in l.* 1. *& ibi glo. in verſ. moderatione C. de vi, & vi armat.*

20 Limit. 1. quod immo poſſim vulnerare, & nedum reſiſtentiam facere etiam cum armis aduerſus inuaſorem, ſeu offenſorem, ſi aliter ab offenſione, & inuaſione etiam ſine armis facta, me tueri non valeam, adeout aggredientem ſine armis licitè poſſum cum armis repellere, vel alias meliori, quo potero ingenio, ſi aliter me tute defendere nequeam, vt egregie defendit *Salomon. in repet. l. vt vim nu.* 6. *in prin. vſque ad* 11. *Io. de Lignan. in tract. de bello cap.* 122. *Lodou. Bolognin. conſ.* 36. *col. penult. in fi. verſ. & quamquam Farinac. in dicta qu.* 125. *num.* 359. *vbi de veriori Maſcard. de probat. lib.* 3. *conclu.* 1126. *num.* 36.

21 Limit. 2. quod inæqualitas armorum non tollat moderamen inculpatæ tutelæ, quando defenſio fit in continenti, & inſultatus non poterat aliter ſe defendere, nam tunc defenſionis neceſſitas excuſat nec armorum inæqualitas eſt attendenda, quando rixæ calor viget, & agitur de propria defenſione, quia tunc non poſſunt omnia ponderari, prout vnuſquiſque Iudex arbitrare debet. *Hoſtien. in c.*

ſigni-

Digitized by Google

ſignificaſti num. 21. *verſ. ſed plerunque extra de homicid. vbi Anan. num.* 28. *Card. Zabarel. num.* 4. *Antun.* de Batr. *num.* 19. *& communiter canoniſtæ ibid.* pleno ore *concludunt Io. de Lignan. in tract. de Bello cap.* 122. *Blanc. in pract. crim. in fi. §.* 3. *parſ. defenſionis num* 3. *verſ. limita etiam Currer. in pract. in tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa* 4. *num.* 9. *Farinac. qu.* 125. *num.* 360. *vbi de veriori vſque ad num.* 363. & late tuetur Maria Salomo *in repet. l. vt vim à nu.*6. *vſque ad* 12. *ff. de iuſt. & iur.* vbi poſt multa concludit ſiue inermem, ſiue armatum aggreſſorē ſuum repulerit, vel fuſte, vel gladio, vel lancea, vel ſaxis, vel arcu, vel ijs omnibus nulla lege prohibitis *Maſcard. de probat. lib.* 3. *conclu.* 1126. *num.* 39. *verſ. alias ſi ita, & lib.* 1. *conclu.* 490. *num.* 7. & 8. *Angel. de maleſ. in verba dictus Titius ſe defendendo num.* 22. *Baiard. ad Clar. in §. homicidium num.* 114 *Vrſil. ad Afflict. dec.* 289. *num.* 34.

22 Limit. 3. in caſu, quo offendens ſit fortior, animoſior, & validior inſultato, nam tunc eidem licet excedere modum defenſionis, & armorum, alias non poteſt reſiſtentiam facere, & vim vi repellere, vnde ad agnoſcendum an fuerit ſeruatus modus inculpatæ tutelæ in defenſione reſpicienda eſt qualitas perſonarum, *Bart. in l. vt vim. num.* 9. *ff de iuſt. & iur. Dec. conſ.* 676. *in fi. Bero. conſ.* 173. *nu.* 31. *in fi. & ſeq. Carrer. in pract. in tit. de homicid. & aſſaſſin. §. circa* 4. *num.* 4. & 7. *Buſſ. in tit. de homicid. num.* 83. *ante med. verſ. niſi inſultaret. Iodoc. in pract. cap.* 76. *num* 15. *Maſcard de probat lib.* 3. *conclu.* 1126 *num.* 35. vbi quod magis ſit attendenda

23 æqualitas perſonarum, quam armorum, nam vbi datur exceſſus in perſona inſultantis, ex quo ſit fortior, & robuſtior, tunc licitè permiſſum eſt etiā armis inæqualibus ſe tueri, vt defectus virium cum armorum lucramine ſuppleatur ſecundum *Bald. in l.* 1. *num.* 4. *C. vnde vi. in lect. Farinac. quæſt.* 125. *num.* 365.

24 Quo ad ſecundum requiſitum ſcilicet circa tempus exigitur, vt temporis æqualitas ſeruetur, quæ conſiſtit in defenſione facienda in ipſo actu aggreſſionis, illico, & incontinenti vim, vt repellendo, & non poſt diutina inuaſionis interualla, nam ſi poſt ſpatia, & non examuſſim pene è veſtigio homicidium contingat, vindicta, & non defenſio exiſtimatur, *l. nullus C. de Iudæ, & Calic. cui concordat cap. petitionem glo.* 2. *de diuor ad text. in l.* 3. *§. eum qui ff. de vi, & vi armat. & notat. in l.* 1. *C. vnde vi, & in l. vt vim ff. de iuſt. & iur. & tradunt Doctores relati per Maſcard. de probat. lib.* 3. *conclu.* 1126. *num.* 42.

25 Defenſio igitur vt temporis æqualitas ſeruata dicatur probanda eſt ante factum, & non poſt, niſi immediate, ſucceſſiue, vel quaſi mediate *Bal. in l.* 1. *num.* 10. *verſ. conclude C. vnde vi Scyſell. in l. vt vim num.* 69. *ff. de iuſt. & iur.* tot. *de iuſt. & iur. lib.* 5. *qu.* 1. *art.* 8. *Maſcard. de probat. lib.* 3. *conclu.* 1126. *num.* 45, *Farinac. quæſt.* 125. *num.* 80. *Giurba conſ. crim.* 17. *num.* 8. & 32. *Graſ. lib.* 2. *dec.* 65. *Seſſe dec.* 104. *num.* 15, vbi quod tunc in ſui defenſam feciſſe cenſetur ſi vim ante receptam iniuriam repellit, cum nemo expectare debet vt percutiatur, etenim poſt percuſſionem percutientem repercutere ad vindictam eſt, vnde licet præuenire, & cohibere imminentem aggreſſionem, vt late alijs congeſtis tradit *Giurba d. conſ.* 17. *à num.* 8, *vſque ad* 11.

26 Limit. vt inſultatus, qui aggreſſorem ſuum accaſauit, & fuerit captus, & in carceribus detruſus, ſi poſtea illum videat fugientem poteſt impune occidere, & ex interuallo vlciſci, vt poſt *Bal. in l. nullus C. de iudic. ſcriptum reliquit Falic. in cap. interfeciſti num.* 1. *de homicid. plene Ram. in l. ſi vero §. de viro in* 11. *fallent. ff. ſolut. matrim. Murſ. in pract. crim. §. diligenter num.* 129. *Carrer. pract. crim. §. circa num.* 111. *Maſcard. de probat. lib.* 3. *conclu.* 1126. *num.* 54. & 55.

Intellige vero amplia, & limita, hoc ſecundum requiſitum iuxta ſuperius tradita à *num.* 3.

27 Quo ad tertium requiſitum, quod conſiſtere debet in cauſa defenſionis, tunc dicitur ſeruatum moderamen inculpatæ tutelæ, ſi homicidium, vel percuſſio, aut vulnera illata fuerint ad defenſam, & non ad vindictam, *l. ſcientiam §. qui cum aliter ff. ad l. aquil. Maſcard. qui alios allegat. de probat. conclu.* 1126. *num.* 56.

28 Amp. vt iuſta dicatur cauſa ad hoc vt moderamen inculpatæ tutelæ ſeruatum dicatur, quando inſultatus manus aggreſſoris aliter euadere non poterat, quam ſic ſe defendendo, & è contra ſi aliter euadere poterat non dicitur moderamen inculpatæ tutelæ ſeruaſſe, vt late comprobat *Farinac. q.* 125. *à num.* 370. *vſque ad num.* 376. vbi de materia & tradit *Maſcard. d. concl.* 1126. *num.* 17.

29 Amp. 2. vt moderamen inculpatæ tutelæ dicatur ſeruatum, quando inſultatus non plus facit, quam oportet, & è contra dicitur exceſſum, quando inſultatus defendendo ſe, plus facit, quam oportet, *Hoſtien. in cap. dilecto num.* 2. *verſ. ſi perſone, & num.* 3. *verſ. dummodo non amplius Iodoc. in pract. crim. cap.* 76. *num.* 16. *Gaſpar. Cabellin. in addit. ad conſtit. Mutch. lib.* 4. *cap.* 54. *in verbo ad defenſionem num.* 11. *in fi. Angel. de maleſ. in verbo, & dictus Titius ſe defendendo num.* 18. *in fi. cum alijs cumulatis per Farinac. qu.* 125. *num.* 231. & 381.

30 Limit. vt moderamen inculpatæ tutelæ non dicatur ſeruatum, quando inſultatus aggreſſorem fugientem occidit, cum tunc ad vindictam occidiſſe cenſetur, timere namque non poterat à fugiente vlterius percuti, vnde non neceſſitate defenſionis, ſed tumore vulneris infecatum fuiſſe præſumendum *Dec. in l. vt vim. num.* 10. *verſ. ſecus autem ff. de iuſt. & iur. vbi communiter DD. glo. in cap. ſi perfodiens in verbo legibus verſ. ſed pone quod extra de homicid. vbi Hoſtien. num.* 2. *in fi. Ancar. num.* 1. *in fi. Bonifac. de Vitalin. in tit. de inſult. & percuſ. num.* 12. *Gandin. de defenſ. à Reo facien. poſt num.* 4. *verſ. verbi gratia Iodoc. in pract. crim. cap.* 76. *num.* 20. *Maſcard. de probat. lib* 1. *conclu.* 490. *num.* 13. & *lib.* 3. *conclu.* 1126. *num.* 46. *Farinac. qu.* 125. *nu.* 80. & 385 *Cubul. de omni genere homicid. num.* 231. & *reſul. crim. cuſ.* 31. *num.* 5. *Tuſch. lit. D. conclu.* 129. *num* 13. *Vgolin. de cenſur p.* 2. *cap* 11. *§. propoſuimus num.* 4. *Clar. in §. homicidium vbi Giaccar. & Baiard. num.* 90. *cum alijs per Giurb. conſ. crim.* 17. *num.* 7.

31 Sublim. vt tunc punitur inſultatus inſequendo aggreſſorem fugientem, & illum occidendo, quando aggreſſor non fuit niſi vnus, quia tunc inſultatus non poterat de alio timere, quod ſi aggreſſores fuiſſent duo, & vnus tantum aufugeret, poteſt inſultatus vno aggreſſore derelicto, alterum fugientem inſequi, & impune occidere, quia ſi hoc

Digitized by Google

non feciſſet poterat de alio non fugiente veriſimiliter dubitare, imo de reuerſione ipſius fugientis, cum ab alio aggreſſore præmebatur, & ſe ab eodem defendendo occupabatur, vt notabiliter aduertit *Bertraz. conſ. 1. num. 31. verſ. 4. nos verſamur relat. per Farinac. qu. 125. num. 389.*

32 Sublim. 2. ſi aggreſſor ſe retrahet, & diuertat ſimulando fugam, animo reuertendi, ad rixam, & iterum repercutiendi interim reaſſumptis viribus *Bertraz. conſ. 1. num. 26. verſ. animaduertendum, & nu. 27. ex Bert. in l. 1. nu. 10. C. vnde vi Dec. in l. vt vim nu. 10. & 11. Marſ. in l. ijs, qui aggreſſorem num. 18. Farinac. qu. 125. nu. 390. Giurba conſ. 17. nu. 31. Seſſè dec. 104. nu. 14.*

33 Sublim. 2. quod tunc punitur inſultatus, qui aggreſſorem fugientem vulnerat, aut occidit, ſi conſtet quod fugiens vulneratus fuit in actu fugæ, ſi autem hoc non conſtet, cum poſſit eſſe, quod vulneratus fuerit in ipſa rixa ante acceptam fugam, non eſt puniendus, quia in dubio præſumendum eſt potius vulneraſſe ad neceſſariam defenſionem, & non in actu fugæ *Bertraz. conſ. 1. nu. 24. & ſeq. relat. per Farinac. qu. 125. nu. 392.*

34 Sublim. 3. quod iſto caſu non imponitur pœna ordinaria homicidij, ſed extraordinaria Iudicis arbitrio propter exceſſum, quia ob iuſtum dolorem ex præambula percuſſione commotus præſumitur occidiſſe, ex quo ſequitur, vt mitius puniri debeat pro dicto exceſſu vti culpoſus, non vti doloſus *Couar. in Clement. ſi furioſus in prin. nu. 3. de homicid. Cepol. conſ. crim. 29. nu. 27. & conſ. 42. nu. 5. 6. & 7. Aretin. conſ. 34. nu. 4. Bertraz. conſ. 1. nu. 33. Tiraq. de pæn. temperan. caſ. 1. nu. 9. Boſſ. in tit. de homicid. nu. 91. Iodoc. in pract. crim. cap. 76. nu. 20. verſ. vero non imputaretur Baiard. ad Clar. in §. homicid. nu. 90. Maſcard. de probat. lib. 3. conclu. 1126. num. 49. Farinac. qu. 125. nu. 393. Giurba conſ. crim. 17. nu. 30. Felic. alleg. 13. nu. 21. Boer. dec. 168. nu. 7. ante med. verſ. vel etiam.*

35 Cæterum Iudicis arbitrio remittitur, an & quando ſit ſeruatum moderamen inculpatæ tutelę, qualiſque & quantus ſit exceſſus *Hoſtien. in cap. dilecto num. 1. verſ. ideo dicas hoc arbitrium de ſent. excom. in 6. Imol. in Clem. 1. nu. 11. poſt med. & in fi. de homicid. Cepol. conſ. crim. 41. nu. 10. verſ. aut vero Angel. de maleſ. in verbo dictus Titius ſe defendendo num. 21. verſ. concludit tamen Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſ. 277. nu. 5. Sebaſtian. Medic. de caſ. fortuit. p. 2. q. 8. num. 54. Maſcard. de probat. lib. 3. conclu. 1126. ſub num. 30. Farinac. qu. 125. nu. 395.*

S V M M A R I V M.

1 Prouocatus ſi prouocantem offendat excedendo moderamen inculpatæ tutelæ mitius punitur.
2 Amp. etiam ſi doloſè excedat limites defenſionis nu. 18.
3 Contrarium, quod non ſit aliqua pæna afficiendus.
4 Lim. procedere ſi inſultatus ſtatim repercuſſit inſultantem.
5 Inſultatus repercutiendo non habet ſtateram in manibus, vt ad menſuram vim vi expellere valeat.
6 Exceſſus in defenſione extra ordinem punitur pro culpa, & non pro dolo.
7 Prouocatus prouocantem occidens puniendus eſt extra ordinem, licet non fecerit ad neceſſariam defenſionem.
8 Pæna corporalis non eſt imponenda pro exceſſu moderaminis defenſionis.
9 Pæna homicidij culpoſi, & non doloſi eſt de iure relegationis quinquennalis.
10 Pœna mortis quando ex cauſa eſt temperanda, non debet eſſe corporalis.
11 Moderamen inculpatæ tutelę ſi excedatur leuiſſima culpa eſt impunibile.
12 Exceſſus quando dicatur læuiſſima culpa commiſſus.
13 Exceſſus moderaminis inculpatæ tutelæ commiſſus leui culpa eſt impunibilis.
14 Contrarium, quod aliqua pæna, ſed mitiori puniatur.
15 Quando dicatur læuiſſima culpa commiſſus.
16 Lata culpa commiſſus extra ordinem puniendus eſt.
17 Quando dicatur lata culpa commiſſus.
19 Exceſſum in dubio potius lata culpa, quam dolo præceſſiſſe præſumitur.
20 Pæna ordinaria homicidij excluditur ex cauſa licet iniuſta ſi excuſet a dolo.
21 Excedens modum in ſe defendendo puniendus eſt de culpa, & non de dolo.
22 Pæna a lege ſtatuta a Iudice mitigari poteſt quando fuit minor dolus.
23 Exceſſus in defenſione permiſſa ſaltem eſt puniendus vti minor dolus.
24 Pæna potius æquitati, quam delicto commenſuranda eſt.
25 Iudex ex cauſa habet a lege poteſtatē minuendi pænam. Partes Iudicis potius debent eſſe in abſoluendo, quam in condemnando ibid.
26 Homicidij pæna eſt moderanda quando committitur in ipſo actu rixæ, & non ex internallo, licet excedatur moderamen inculpatæ tutelę.
27 Sed quod occidens ex interuallo attenta antecedenti prouocatione ſit condemnandus in pænam extraordinariam affertur aliorum ſententia.
28 Pæna ordinaria ex initio dolore delinquendi temperari debet, quod quando habeat locum declara, vt nu. 29.

Exceſſus in defenſione quomodo puniatur.

ADNOTATIO XI.

1 PRouocatus ſi prouocantē offendat, mitius punitur, etiam ſi moderamen inculpatæ tutelæ excedat, ignoſcendum enim eſt ei, qui prouocatus ſe vlciſci voluit, ita vt dolus, vel culpa prouocati, tamquam cauſata ab anteriori culpa, vel dolo prouocantis, non eſt habenda in conſideratione, quo ad effectum mulctandi, & puniendi, per textum in *l. qui cum maior §. ſi libertus ff. de bon. libert. Io. Andr. in cap. ſignificauit in verbo antecedentis iuncta glo. ibid. de pæn. & remiſ. Speculat. in tit. de accuſat. §. 1. verſ. quid ſi te vocaui Iaſ. in l. vt vim nu. 11. ff. de iuſt. & iur. Felin. in cap. ſignificauit el 2. nu. 14. de homicid. & in cap. dilecti filij nu. 12. de except. vbi Abb. num. 17. in fi. & num. 18. Aret. conſ. 34. ante fin. Tiraq. de pæn. temperan. cauſ. 1. num. 3. 5. & 6. Meren. in tract. ad defenſ. num. 60. & 61. Boſſ. in tit. de homicid. ſub num. 59. Clar. in pract. §. fi. qu. 60. verſ. nunc quæro.*

2 Amp. quod mitius puniatur, etiam ſi doloſè exceſſerit limites defenſionis *Iaſ. in l. vt vim col. 2. & 3. ff. de iuſt. & iur. Boſſ. in tit. de homicid. ſub n. 91. Clar. qui de communi in §. homicidium ſub num. 34. verſ. ſcias tamen, cum alijs per Farinac. conſ. crim. 2. num. 14. verſ. & quod prouocatus lom. 1.*

3 Contrarium vero quod aggreſſus ſi occidendo aggreſſorem excedat formam defenſionis, ſeu moderamen inculpatę tutelæ non veniat puniendus aliqua pæna, docent *Cepol. conſ. 29. col. penult. & fi. verſ. ego tamen his non obſtantibus in 3. & vltimo caſu, & conſ. 44. per totum Grammatic. conſ. 20. ſub nu. 32. & 33. verſ. nec ſuffragetur fiſco, & conſ. 30. nu. 15. & 16. verſ. nec militare pro fiſco Marſil. conſ.*

col. 4.

Digitized by Google

ccl.4. ſub num.19. vbi plenè alios allegat. & conſ. 25. ſub num.36. quia reſpondeo, *cum alijs per Farinac. conſ. crim. 35. num. 33. verſ. vbi poſtremo diſtinguendo tom. 1.*

4 Intellige procedere quando inſultatus, ſeu percuſſus ſtatim repercuſſit inſultantem, ſeu percuſſorem *Gram. conſ. 56. ſub num. 15. & 16. verſ. nec militaret pro fiſco Farinac. dicto conſ. 35. ſub num. 33. verſ. vbi alios adducit, & ſubiungit.*

5 Siquidem inſultatus non poteſt ſtateram in manibus habere in actu ſuę defenſionis inſultantem percutiendo, & ictus ponderare, & ad menſuram dare, quia tempus non patitur deliberandi conſilium, & iracundię calor ſubuertit prudentiam, & lumen rationis obtenebrat, homo namque furore iracundiæ accenſus non eſt in plenitudine intellectus, nec valens diſcernere verum à falſo, ac proinde exceſſus non eſt eidem imputandus, cum non ex propoſito, ſed calore iracundiæ indeliberatè ad tranſgrediendam formam defenſionis inducatur, & quod contrarium aſſerere ſit quodammodo indaizare inquit *Farinac. qu.125. nu. 351. & 352. vbi de verlori ex Bonif. de Vitalin. in Clem. 1. poſt num. 34. verſ. ſed non eſt indaizandum de homicid. Cepol. conſ. crim. 29. num.66. & conſ.41. nu.11. Bero. conſ. 173. num. 19. & ſeq. lib.3. Nouel. in tract. ad defenſ. num. 29. Iodoc. in pract. crim. cap.76. num.20. ad fin. verſ. vixque poteſt. Tiraquell. de pæn. temperan. caſ. 1. nu 8.*

6 Verius tamē eſt quod in defenſione, licet fuerit ſeruatus modus inculpatæ tutelę, ſi tamen fuerit in eo exceſſum, iſte exceſſus non punitur pœna ordinaria homicidij, ſed mitius arbitrio Iudicis, quia quando quis licitè modum defenſionis excedit, dicitur in culpa, & non in dolo, & ſic punitur prò culpa, & non pro dolo *Tiraquel. de pæn. temperand. caſ. 1. num. 6. & 7. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 3. rub. de homicid. nu. 24. per tot. vbi de communi teſtatur, & ita in praxi ſeruaſſe Clar. in §. homicidium num. 27. ſub verſ. ſcias tamen, vbi de receptiſſima And. Gail. de pace public. lib. 1. cap. 16. num. 18. 19. & 29. & obſeruat. 110. lib. 2. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 278. num. 1. & ſeq. Boſſ. in tit. de homicid. num. 91. Maſcard. de probat. lib. 3. conclu. 1126. num. 30. in fi. Farinac. conſ. 2. num. 6. & 10. tom. 1. & in prax. in tit. de homicid. qu.125. nu.369. & 397. Gram. dec. 5. num. 27.*

7 Vnde ſi quis ab aliquo prouocatus prouocantem occidat, etiam quod non faciat ad neceſſariam defenſionem non pœna ordinaria homicidij, ſed alia mitiori arbitrio Iudicis puniendus eſt *Felin. in cap. dilecti filij nu. 12. & 13. de except. Bertraz. conſ.437. num.1. & conſ.494. num. 1. & 2. Tiraq. de pæn. temperan. caſ. 1. num. 12. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 3. rub. de homicid. nu. 33. verſ. ignoſcendum eſt Carrer. in pract. crim. in tract. de homicid. & aſſaſſin. §. 5. excuſat. num. 18. Clari § fi. qu. 60. num. 4. verſ. nunc quero Boſſ. in tit. de homicid. num. 78. Farinac. q.125. num. 399. & 400.* Vbi de communi, & minimè in practica recedendum, cum ſit conſtituenda differentia inter homicidium prouocatum, & deliberatum, in quibus cum non militet eadē ratio per Iudicem non eſt imponenda eadem pœna.

8 Et quod pro dicto exceſſu moderaminis inculpatæ tutelæ non veniat imponenda pœna corporalis, ſed vel pecuniaria, vel relegationis, vel banni ad tempus *Cepol. conſ. crim.24. ſub num. 26. & 29. in fi. Carrer. in pract. crim. de homicid. & aſſaſſin. §. circa 5. num.8. Gail. de pace public. lib. 1. cap.16. nu. 24. tum alijs per Farinac. qu.125. num. 398.* & quod in hoc caſu reus, vel ſit relaxandus, vel in exilium mittendus firmat *Boer. dec. 109. num. 2.* vt pulchrè voluit etiam *Paul. de Caſtr. conſ.134. & Bert. conſ. 174. vol. 1.* & in caſu quo quidam Thomas Criſpinus iniuriatus à quadam Muliere publica Meretrice circa honorem eiuſdem ſororum, & ab eadem baculo in capite percuſſus, & in ſpatulis repercuſſus, denudato mucrone dictam Mulierem interemit eſſe per quinquennium in inſulam Caprarum relegandum, licet à Magna Curia Vicariæ fuiſſet condemnatus ad triremes, ſeu ad remigandum eius vita durante firmat *Gram. dec. 98. per tot. & præcipuè*

9 *num.10. in fi.* & reddit rationem in *num.7.* vbi quod pro homicidio culpa, & non dolo commiſſo cuius pœna eſt arbitraria, lex imponit pœnam relegationis quinquennalis, vt in *l.Cornelia §. 1. ff. de ſicar.* &

10 tradit plenè *Alex. in conſ.65. vol.2.* ſiquidem quando eſſet imponenda pœna mortis, ex aliqua cauſa debeat pœna ipſa minorari, eo caſu talis pœna minorata non debet eſſe corporalis, ſed pecuniaria, vel alia per quam corpus non affligatur, vt probatur in *l.ſi adulterium §.Imperatores, & ibi DD. ff. de adulter. & in l.ſi quis in graui §.ſi tamen Maritus ff.ad Syllanian. & in l.Gracchus C. de adulter. & in l.lex Iulia ff. ad l.Iul. rep.* & hoc eſſe perpetuò menti tenendum inſinuat *Marſ. in prax. cauſ. crim. §.quoniam,* & in caſu, quo Vincentio de Ianuillio alijs alloquenti, & ſuperueniens Attalis Migna, qui Cinedum D.Didaci cum eſſe dixit, & inter eos orta rixa, in qua & ſi nemo fuerit læſus, prima tamen noctis hora Migna Vincentium ſuo gladio vulnerauit, & aufugit, cumque inſecutus Vincentius eundem pariter vulneraſſet, vnde obijci, ac facta relatione huius cauſæ Proregi Siciliæ à M. R. C. fuiſſe dictum Vincentium condemnatum in exilium à Ciuitate Nicoſiæ, eiuſque Territorio per annos tres refert *Giurba in ſuo conſ. crim. 17. in fi.* vbi latè comprobat exceſſum in huiuſmodi facti contingentia extra ordinem mitius, & non pœna corporali plectendum eſſe.

11 Quinimo quando moderamen inculpatæ tutelę exceditur non dolo, aut leui culpa, ſed leuiſſima, tunc exceſſus nulla prorſus pœna punitur *Farinac. qui alios allegat qu.125. nu.404.*

12 Et dicitur exceſſus leuiſſima culpa commiſſus, quando moderamen inculpatæ tutelæ non ſeruatur circa vnum tantum ex tribus requiſitis ad hoc, vt defenſio dicatur neceſſaria, nempè circa arma, circa tempus, & circa modum percutiendi, vt declarat *Cepol. conſ. crim. 41. num. 10. cum alijs congeſtis per Farinac. qu.125. num.406.*

13 Quod etiam procedit in exceſſu moderaminis inculpatæ tutelæ commiſſo leui culpa, quia tunc huiuſmodi exceſſus neque criminaliter punitur *Tiraq. de pæn. temperan. caſ. 1. num. 8. in fi. Clar. in §. homicidium num. 27. ſub verſ. ſecus tamen Baiard. ad eundem dicto §. num. 107. Farinac. & DD. per eum congeſti qu.125. num.408.*

14 Contrarium, quod etiam exceſſus hoc caſu aliqua pœna, ſed mitiori puniatur *Cepol. conſ. crim. 41. num.9. verſ. interdum Clar. in §.homicid. nu.27. verſ. & hoc non ſolum Carrer. in pract. in tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa quintum num. 1. Nouel. in tract. ad defenſ. in prin. num. 13. Gaſpar. Caballin. in addit. ad*

conſtit.

Digitized by Google

conſtit. Marchiæ lib. 3. cap 54. in verbo ad defenſionem num. 13. cum alijs quos refert Farinac. dicta quaeſt. 125. num. 409.

25 Et tunc dicitur exceſſus leui culpa commiſſus, quando defenſionis modus exceditur non circa tria requiſita ad moderamen inculpatæ tutelæ neceſſaria, ſcilicet circa arma, circa tempus, & circa facti qualitatem, ſed circa duo ex prædictis, vt tradunt DD. relati per *Farinac. dicta qu. 411.*

26 Amp. etiam in exceſſu lata culpa commiſſo, quia tunc, & iſte exceſſus non pœna ordinaria, ſed minori puniri debet *Angel. de Maleſ. in verbo, & dictus Titius ſe defendendo poſt nu. 18. verſ. aut culpa lata Cepol. conſ. crim. 41. nu. 9. Nouel. in tract. ad defenſ. in prin. num. 28. Caballin. in addit. ad conſtit. March. lib. 4. cap. 54. in verbo ad defenſionem nu. 13. Farinac. qu. 125. nu. 413.*

27 Exceſſus vero lata culpa commiſſus inducitur, quando moderamen inculpatæ tutelæ exceditur tribus modis, videlicet in genere armorum, in tempore, & modo percutiendi, vt declarat idem *Farinac. loco citato nu. 413.*

28 Amp. etiam in exceſſu dolo, & ex propoſito cõmiſſo, nam neque huiuſmodi exceſſus puniri debet pœna ordinaria homicidij *Alex. conſ. 76. nu. 1. verſ. & etiam Bal lib. 1. Aret. conſ. 80. nu. 3. in fi. verſ. præterea illa regula, & nu 4. & 5. & poſt nu. 8. vbi contrarijs reſpondet, Bero. conſ. 173. nu. 35. & ſeq. lib. 3. Boſſ. in tit. de homicid. num 91. vbi de communi, & contrarijs reſpondet Tiraq. de pœn. caſ. 1. nu. 8. Carrer. in pract. crim. in tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa 5. nu. 1. & ſeq vbi de communi Clar. in §. homicid. n 27. verſ & hoc non ſolum. Gaſpar. Cabal in addit. ad conſtit. March. lib. 4. c. 54. in verbo ad defenſ. nu. 13. Farinac. qu. 125. nu. 414. Gram. dec. 5. nu. 28.*

29 Exceſſum vero in dubio potius culpa, quam dolo præceſſiſſe præſumitur *Marſil. conſ. 137. nu. 24. & in pract. crim. § quoniam nu. 67. Carrer. in pract. crim. in tract. de homicid & aſſaſſin. §. circa quintam ſub num. 1. ad med. & ante fin. Farinac. quaeſt. 125. nu. 416.*

20 Et ad excludendam pœnam ordinariam homicidij ſufficit, vt concurrat aliqua cauſa, licet iniuſta, quæ excuſat à dolo, vt per text. in l. plagis. ff ad l. ſuniam de plagis, & in l. cum igitur ff de lib. cauſa Gram. dec. 5 nu. 25. & 26.

21 Vnde excedens modum in ſe defendendo puniendus eſt de culpa, & non de dolo, vt dicit *Io. Andr. in addit. ad ſpeculat. in rub. de homicid. in fi. cum alijs allegatis per Gram. dec. 5. nu. 27.*

22 Limit. vt aliquando liceat Iudici mitigare pœnam ſtatutam à lege etiam in doloſo, quando fuit minor dolus, vt *in l. vbi C. de falſ. Franc. de Aret. conſ. 80.*

23 *in fi.* vbi ſubdit, quod quando cauſa, ex qua delinquo habet initium ex iuſta defenſione, quæ in aliquo permittitur, exceſſus non punitur pro toto, ſed pro tanto tamquam minor dolus, vel tamquam culpa, cum ad incurrendam pœnam corporalem requiratur verus dolus ſtricte ſumptus in ſua formalitate procedens ex cauſa omninò prohibita, & in ſe formaliter mala tamquam influens, & delictum præbens, vt animaduertit *Gram. dec. 5. nu. 28. & 29. ex Io. Andr. Bal Cepol. quos allegat.*

24 Pœna autem non eſt ſemper rigoroſè commenſuranda delicto, ſed tanta debet eſſe, quanta æquitas, humanitaſque patitur, ac proinde debet eſſe mediocris, clemens, & delicto congruens *§. illud autem in auth. de trient. & Semiſ.* vbi autem extremum, ibi iniuſtitia, adeo vt per Iudices procedendum ſit, vt nec patientiæ nomine torpeantur, nec diligentię obtentu ſeuiatur *cap. quidam cum bonorum 23. qu. 4.* Non enim debet iuſtitiæ zelus in crudelitatem tranſire, neque pietas in remiſſionẽ *cap. ſæpe 41. diſt. Gram. dec. 5. num. 31.*

25 Habet propterea Iudex poteſtatem ſibi à iure traditam, vt poſſit omnino diminuere pœnam à lege ſtatutam iuſta, & legitima concurrente cauſa, puta ratione ruſticitatis, ex rei conditione, ex circumſtantijs aggrauantibus, & minuentibus delictũ, & ſic quod partes Iudicis potius debeant eſſe in abſoluendo, ſeu in temperanda pœna, quam in condemnando, vel pœna augenda late comprobat *Gram. dec. 5. à num. 31. vſque ad fin.*

26 Limit. 2. ſupradicta procedere, vt tunc ſit locus moderationi pœnæ, quando prouocatus prouocantem occidit in ipſa rixa, licet excedat moderamen inculpatæ tutelæ, ſecus ſi occidit ex interuallo, cum magis tollerabilia, & excuſanda ſint ea, quæ peraguntur calore rixæ, & in eius rixæ actu, in quibus non concurrit, dolus, ſeu non tantus dolus, quam ea, quæ patrantur ſedata rixa, animo placato, & à ſangue freddo, nam tunc adeſt dolus, vt tradit *Farinac. in tit. de homicid. qu 125. nu 401.*

27 Sed quod nihilominus iſto caſu occidens ſit condemnandus in pœnam extraordinariam, attenta cauſa prouocationis, propter quam ad delinquendum etiam ex interuallo adductus fuit, late tradit *Bertraz. conſ. 206. num. 1. & ſeq Carrer. in pract. in tit. de homicid & aſſaſſin. § 5. excuſat defenſio n. 28. & in §. circa tertium num. 6. in fi Baiard. ad Clar. in §. homicidium num. 112. Gram. dec. 5. per tot.* vbi in cauſa Pauli, & aliorum inquiſitorum de Villa Sancti Antani concludit condemnandos eſſe non in pœnam mortis naturalis, ſed ad remigandum in triremibus eorum vita durante, attento quod fuerat ab eiſdem perpatratum homicidium, quia frater conſobrinus Pauli ſupradicti, & ſociorum, per prius occiſus fuerat ab eodem poſtea interfecto, & Paulus inſimul vulneratus, concurrentibus vlterius minis eiuſdem interfecti de occidendo vnum ex dictis fratribus, & praua conſuetudine vulnerandi, occidendi, & iugulandi alios, & inſuper iactantia velle omnino per vim cognoſcere ſororem præfatorum inquiſitorum, qui propterea videbantur conſtitutos fuiſſe in iuſtiſsimo metu, & occaſione præue-

28 niendi, & iuſto dolore, cuius vigore pœna ordinaria temperari debet, vt late demonſtratur ab eodem *Gram. dicta deciſ. à nu 1. & per totam.*

29 Limit. quod hoc bene procedat quando prouocatus offendit prouocantem ex interuallo poſt rixã, ſed durante dolore, & ira cauſata ex offenſione, & ante quam diuertat ad extraneos actus, tunc enim huic prouocato etiam ex interuallo offendenti eſt minuenda pœna, ſecus ſi prouocatus offendat poſt rixam ex interuallo, & poſt quam ceſſauit dolor, & ira, ipſeque ad extraneos diuertit actus, quia tunc ridiculum eſſet aſſerere, quod ab ordinaria pœna ſit recedendum, alias eſſet aperire viam hominibus vlciſcendi, & homicidia remanerent impunita, vt declarat, & ita practicari teſtatur *Farinac. in tit. de homicid. qu. 125. nu. 403.*

NONANTVLANA PROMOTIONIS AD SACROS ORDINES.

ARGVMENTVM.

Sponſalia non afferuntur canonicum impedimentum aſcendendi ad ſacros ordines, cum contracta cenſeantur ſub tacita conditione niſi eligatur melior ſtatus, vnde dirimuntur per ſuſceptionem ſacri ordinis, & per ingreſſum Religionis non obſtante iuramento. Sponſalia ex quibus contracta cenſeantur, & quibus cauſis dirimantur, & quæ remedia competant ad promiſſionem obſeruandam dilucidè demonſtratur.

SVMMARIVM.

1 Promouendus eſt ad ſacros ordines habens requiſita Sacri Concilij Tridentini.
2 Habilitas ad obtinenda beneficia, & ſacros ordines probatur ex fide Magiſtri ſcolę, & examinatorum.
3 Sponſalia ſunt plenè, & concludenter probanda.
4 Sponſalia ad hoc vt validè contracta dicantur quę requirantur.
5 Teſtis vnicus nihil probat.
6 Sponſalia non probantur ex verbis volo te accipere in vxorem.
7 Nec inducitur voluntas ſe obligandi, niſi data ſcientia qualitatis verborum inducentium contractum ſponſalium.
8 Sponſalia non inducuntur niſi ex verbis ſerio prolatis.
9 Ignorantia pręſumitur niſi probetur ſcientia.
10 Aſſerenti non habuiſſe animum contrahendi ſponſalia credendum eſt.
11 Sponſalia non afferunt canonicum impedimentum aſcendendi ad ſacros ordines.
12 Contracta cenſentur ſub conditione niſi eligatur melior ſtatus.
13 Sponſalia per ſuſceptionem ſacrorum ordinum dirimuntur.
14 Sicuti etiam per ingreſſum religionis.
15 Etiam ſi iuramento fuerint firmata.
16 Iuramentum regulatur ſecundum naturam contractus.
17 Ex contractu ſponſalium oritur actio ad effectuandum matrimonium.
18 Intellige quod dicta compulſio non debet eſſe pręciſa, ſed tantum per cenſuras num. 21
19 Et durante quis in pertinacia eſt abſoluendus, etiam nolens.
20 A ſponſalibus reſilire poteſt ex iuſta cauſa.
22 Quo caſu Eccleſia etiam ſe abſtinet à compulſione.
23 Præcipuè concurrente cauſa melioris ſtatus.
24 Deflorans virginem ſub fide futuri matrimonij non poteſt promoueri ad ſacros ordines, vel ingredi religionem num. 25.

DECISIO XXIII.

1 PRomouendum duxi Clericum Philippum ad ſacros ordines iuxta breue extra tempora à Sancta Sede obtentum, quoniam concurrit habilitas, & omnia alia requiſita per *Sac. Concilium Tridentinum ſeſſ. 21. cap. 2. ſeſſ. 23. cap. 11. 12. 13. & 14. de reform.*
2 Conſtat de habilitate teſtimonio examinatorum Synodalium, & ex fide Magiſtri Scolæ, quibus in hac materia penitus deferendum eſt *Rot. decıſ. 569. num. 5. coram Pania dec. 187. num. 2. coram Eminentiſſ. Ottbobono decıſ. 214. num. 5. coram Eminentiſſ. Celſo; & in Ciuitatis Caſtellanæ electionis Iuuenum 22. Martij 1669. §. hinc dictum fuit coram Otalora.*

3 Nec pro denegatione dimiſſoriæ releuare viſa fuerunt obiecta ſponſalia per Catherinam aduerſariam, cum plenè, & integrè non probentur, prò vt requiritur, ex quo agitur de ſtatu hominis, eiuſque reductione de libero in ſeruitutem coniugalem, & in matrimoniale vinculum, iuxta *gloſ. notabilem in cap. mulieri in verb. abſolutio in fi. de iur. iuran. communiter receptam*, vt tradunt *Doctores relati per Dec. conſ. 133. num. 2. Rot. dec. 207. num. 1. p. 1. recen.*

4 Sponſalia quidem ad hoc vt validè contrahantur tria copulatiuè interuenire debent, mutua ſcilicet, ac voluntaria futuri matrimonij promiſſio, eius acceptatio, atque vt aliquo externo ſigno manifeſta reddantur, *Bonac. in tit. de ſponſal. qu. 1. punct. 1. num. 2. tom. 1. ex Reginal. lib. 31. cap. 34. num. 244. Guttier. de matrim. cap. 4. cum duob. ſeq. Sperel. decıſ. 95. num. 9. tom. 1.*

Quæ in præſenti non concurrunt, in nihilo refragante dictum vnius teſtis aſſerentis præfatum Philippum ad importunam Chaterinæ interrogationem, an eam ducere vellet in vxorem, prout ſæpe promiſerat, reſpondiſſe *ti prenderò per la Madonna Santiſſima*, vel alijs ſimilibus verbis, cum
5 quia eſt vnicus, & propterea nihil probat, iuxta vulgarem regulam quod dictum vnius, dictum nullius *cap. vnicus cap. licet de teſtam. l. iuſiurandi C. de teſt. Rot. poſt. 2. vol. conſ. Farinae. dec. 37. nu. 5. dec. 336. num. 10. dec. 353. num. 6.* tum etiam quia non infertur, nec elicitur ex dictis verbis re-
6 quiſita promiſſio, ſed tantum quoddam propoſitum promiſſionis, nam qui dicit volo te accipere, habere, aut ducere in vxorem præcisè non contrahere ſponſalia tradunt Doctores relati per *Bonac. in tit. de ſponſal. qu. 1. punct. 1. nu. 3. tom. 1. contra Sanchez. Guttier. Menoch.* in locis per eum relatis, eo quia hæc verba alijs non concurrentibus non ſignificant promiſſionem, ſed propoſitum promiſſionis.

7 Quinimò nec inducitur voluntas ſe obligandi per huiuſmodi verborum ſeriem, niſi data ſcientia in proferente naturæ, & verborum qualitatis inductiuæ contractum ſponſalium, ad tradita per *Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 9. num. 1. & ſeq.* alias cum conſenſus non reddatur certus, incerta quo-
8 que redditur obligatio, quæ non inducitur, niſi ex verbis maturè, conſultè, & ſeriò prolatis, non autem iocosè, aut per adulationem, aut per extrinſecam demonſtrationem, vt admonet *Paul. de Rub. in adnot. ad dec. 2. num. 108. p. 3. recen. Franciſ. Cald. in tract. de nominat. emphyt. lib. 2. tit. 62. qu. 1. ſub num. 39. verſ. verba adulatoria Ioſeph. ſeſſ. dec. Aragon. 182. num. 13.*

9 Ignorantia autem non ſolum præſumitur, niſi probetur ſcientia, vt notatur *in cap. præſentia de probat, & in l. 3. ff. eod. tit. Gabr. lib. 6. tit. de reg. iur. conclu. 5. num. 1. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 6. qu. 5. num. 84. Paul. de Rub. in adnot. ad decıſ. 3. num. 68. p. 3. recen. Creſcen. decıſ. 10. de dol. & contum. num. 9.*

10 Ve-

30 Verum etiam redditur probabiliſſima in præſenti, quia Philippus vti io minoribns ordinibus conſtitutus, & in via aſcendendi ad ſacros ordines non videtur ad ſimplicem mulieris interrogationẽ ita inconſultè, & pręcipitanter conſilium mutare, & à primo propoſito recedere voluiſſe, ſi verborum vim, & importantiam ſciuiſſet, ac proinde eidem aſſerenti oon habuiſſe animum ſe obligandi, & ſponſalia cootrahendi credendum eſt *Sperel. deciſ. 95. num. 8. verſ. contra ſe vero tom. 1.*

31 Ceſſat vlterius obiectum, quia ſponſalia quatenus etiam contracta fuerint, non afferunt canonicum impedimentum aſcendendi ad ſacros ordines,
32 cum ſemper contracta cenſeantur ſub tacita conditione melioris ſtatus, ſeu niſi perfectior ſtatus eligatur, ſcilicet, vel Religionis, vel ſacrorum ordinũ, quæ conditio ex natura rei ſubintelligitur, & tacitè appoſita cenſetur, vt 10 puncto contra *Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 47. nu. 3. docet Dian. reſol. moral. par. 3. tract. 4.* de *ſacrament. reſol.* 208. *ex Pontio de matrim. lib. 12. cap. 11. num. 3. Sot. in 4. diſt. 27. qu. 1. art. 5.* ita etiam ex *Guttier. Syluest. Henriq. Corduba, & alijs tradit Bonacin. in tit. de ſponſal. qu. 1. punct. 5. num. 20. tom. 1. fo. mihi 283.*

33 Hinc eſt quod non obſtante ſponſæ oppoſitione poteſt ſponſus per electionem melioris ſtatus propromoueri ad ſacros ordines, quorum ſuſceptione ſponſalia diſſoluuntur *Nauar. in manual. Confeſſar. in tit. de ſacrament. matrim. & ſponſal. cap. 22. nu. 27. verſ. per ſuſceptionem ſacrorum ordinum* ſicut etiam
34 per ingreſſum Religionis dirimuntur tam ex parte ingredientis, quam ex parte manencis io ſæculo, quia ſponſalia non obligant vltra intentionem promittentis, qui non habet intentionem ſe obligandi ſuperueniente ingreſſu in religionem, cum promiſsio, vt diximus cenſetur facta ſub tacita conditione, niſi eligatur melior ſtatus, prout eligitur per huiuſmodi ingreſſum, vt tradunt communiter Doctores, quos citat *Henriq. lib. 11. tit. 14. nu. 3.* commentario *Sanchez. lib. 1. diſ. 42. nu. 5. Menoch. de arbitrar. cent. 5. caſ. 455. nu 10. Camerotta de matrim. cap. 2. dub. 14. cum alijs per* Bonacin. *de ſponſal. qu. 1. punct. 5. nu. 2. & ſeq.*

35 Quæ procedunt etiam ſi ſponſalia eſſent iuramẽto firmata, quia iuramentum regulatur ſecundum
36 ſubiectam materiam, & ſecundum naturam contractus, cui apponitur, vnde ſicut promiſsio matrimonij cenſetur facta ſub tacita conditione, niſi eligatur melior ſtatus, ita etiam cenſetur præſtitum iuramentum *Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 43. nu. 3. Henriq. lib. 11. cap. 13. nu. 3. & cap. 14. nu. 3. Filliuc. tract. 10. cap. 4. qu. 5. num. 281.* Guttierrez. *cap. 25. num. 2. cum alijs relatis per Bonacin. in tit. de ſponſal. qu. 1. punct. 5. num. 4. tom. 1. fo. 281. contra Molin. & Rebel. in locis per eundem relatis.*

37 Nec inficit, quod ex ſponſalium contractu oriatur actio, qua poteſt alter eorum de iure compelli ad promiſſionem obſeruandam, & per matrimonij contractum effectuanda ipſa ſponſalia, etiam ſi non fuerint iuramento firmata *cap. ſciuiſſe cap. ex literis il 2. de ſponſal. Felin. in cap. 1. nu. 12. de pact.* Rot. *dec. 1112. num. 1. coram Seraph. dec. 742. nu. 1. p. 3. dec. 666. num. 2. in fi. p. 4. tom. 1. dec. 656. nu. 10. p. 4. tom. 3. dec. 232. nu. 1. p. 4. tom. 2. rec. dec. 415. nu. 1. dec. 421. num. 2. dec. 526. num. 1. coram* Canale. *& in Romana pratenſi matrimonij 15. Ianuarij* 1666. *ſub* *§. non obſtat coram Card. Cerro.*

18 Quia dicta compulſio non debet eſſe præciſa, ſed moderata, licet cum aliquo maiori ſtudio, vbi concurrit iuramentum, & tantum per cenſuras, vt de nolente fiat volens *cap. requiſiuit de ſponſal Couar. de ſponſal. p. 2. cap. 4. nu. 4. & 5. Abb. Io. Andr. & caters in cap. ex literis de ſponſal. Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 29. nu. 8.* Ferret. *conſ.* 171. *per tot. Rot. dec. 1112. nu. 1. & 2. coram* Seraph. *dec. 376. nu. 1. coram Greg. XV. dec. 656. nu. 10. & 11. p. 4. tom. 3. rec. & dec. 25. nu. 6. p. 4. diuerſ.*

19 Adeo, vt ſi poſt excommunicationem Iudex videat excommunicatum pertinacem, & deteriorem debeat eum poſtea abſoluere, etiam nolentem, cum poſſit etiam quis inuitus ab excommunicatione abſolui, vt ex *Abbat. Præpoſ. Io. Andr. Felin.* tradit *Bellet. diſquiſit.* Cleric. *p. 1. tit. de fauor.* Cleric. *real. §. 2. num. 34.* quia alias deficeret conſenſus liber requiſitus ad matrimonium *Gabr. conſ. 186. num. 2. & 3. lib. 2. Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 29. num. 8. Card.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 17. nu. 10. & ſeq.* & ita dixiſſe Rot. patet ex deciſ. relatis per *Adden. ad Buratt. dec 311. nu. 5.*

20 Licet etiam à ſponſalibus reſilire, vbi concurrit legitima, & rationabilis cauſa, quæ Iudicis arbitrio remittitur, quamuis ſponſalia ſacramento firmata fuerint Rot *dec. 311. nu. 1. coram Burat deciſ.* 1112. *nu. 4. dec. 1258. num. 1. coram Seraph. dec. 497. per tot. p. 1. diuerſ. dec. 666. num. 3. p. 4 tom. 1. rec. dec. 376. nu. 5. & 6. coram* Greg. *XV. & dec. 447. nu. 1. coram* Canaler.

21 Vnde hoc caſu Eccleſia, vel procedit per actum ſimplicis monitionis, & non compulſionis, vt inquit Bellet. *diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. de fauor. Cleric.*
22 *real. §. 2. nu.* 33. vel omnino ſe abſtinet ad cogendũ contrahere matrimonium vigore præcedentium ſponſalium, præcipuè vbi ſubeſt iuſta cauſa odij, & inimicitiæ subortæ inter ſponſos, vt in caſu noſtro, eo quia matrimonia coacta, vt plurimum exitus parum fælices ſortiantur ad notata per *Doctor. in cap. requiſiuit de ſponſal. vbi Abb. num. 3. Rot. deciſ. 376. num. 5. coram Greg XV. dec.* 1112 *nu. 6. & 7. coram Seraph. dec. 207. num. 9. p. 1. rec. cum alijs per Bellet. loco* citato *num.* 35.

23 Prout abſtinendum videtur in præſenti, dum Clericus Philippus pertinaciter in recuſatione perſiſtit, & in oſtinato propoſito indurato corde non contrahendi matrimonium, ſed ſuſcipiendi ſacros ordines, & non dimittendi Eccleſiaſticum beneficium, quod pacificè poſſidet, propterea relinquendum eſt in manu conſilij ſui, & in bono propoſito Deo famulandi, & inſeruiendi.

24 Siquidem vno tãtum caſu ſponſus præcisè compelli poteſt ad contrahendum matrimonium, vt nequeat promoueri ad ſacros ordines, vel ingredi Religionem, ſi vltra ipſa ſponſalia ſub fide futuri matrimonij deſlorauerit ſponſam, & copulam extorſerit, quia hoc caſu ſuſceptiò ſacrorum ordinum, & ingreſſus religionis redditur illicitus ob iniuriã, quę alteri infertur, ac proindè non eſt reſpiciendum bonum religionis, & ſtatus perfectior, quando actus tendit contra iuſtitiam, prout nec votum, nec iuramentum eſt vinculum iniquitatis, nec obligat ad aliquod illicitum, ita ex *Sanchez. Ledeſ.* Filiuc. *Molſeſ. Leſſio colligit Bonacin.* in *tit. de ſponſal. qu. 1. punct. 5. n. 5. tom. 1. pag. 281. Rot. d. 25. num. 6.*

num. 6. p 4. diuerſ. vbi quod ſponſalia promittens,
25 & ſub promiſſione, & ſpe futuri matrimonij virginis pudicitiam imminuens ad illud conſumandum Eccleſiaſticis cenſuris cogi debet *cap. 1. & 2. de adult, cap. ex literis, cap. ſicut, & cap. requiſiuit de ſponſ.* Etiam ſi ſponſalia non fuerint iurata *Felin. in cap. 1. nu. 12. de pact.*

S V M M A R I V M.

1 Sponſalia non contrahuntur ex ſimplici tractatu matrimonij.
Sed mutua promiſſio requiritur ibid.
2 Inter conſanguineos, & affines nulliter contrahuntur.
Amp. non obſtante conditione ſi obtineatur diſpenſatio à Sede Apoſtolica num. 3.
4 Reprobatur ſententia Canoniſtarum contrarium tenentium.
5 Et ad hoc vt conualeſcant poſt obtentam diſpenſationem requiritur nouus conſenſus.
6 Vel actus talis, ex quo eliciatur.
7 Sponſalia cenſentur contracta per verba *altera non eſt futura mea vxor.*
8 Contrarium, quod dicta verba non importent ſponſalia.
9 Lim. hanc 2. ſententiam ſi ex coniecturis appareat de voluntate contrahendi ſponſalia.
10 Sponſalia, & matrimonium probantur per duos teſtes, etiam ſi ſint mulieres.
11 Debent tamen eſſe bonæ conditionis, & vitæ.
12 Probantur ſponſalia ex verbis importantibus reciprocam promiſſionem.
13 Item per immiſſionem annuli iunctis verbis aptis ad ea inducenda.
14 Comprobantur etiam ſponſalia, & matrimonium ex literis amatorijs iunctis alijs adminiculis num. 15. 18.
16 Matrimonium probatur ex tractatu coniugali.
17 Tum ex largitione munerum profusè facta.
18 Tum ex ſummo amore, quo ad inuicem proſequebantur.
19 Ad probanda ſponſalia admittuntur teſtes etiam familiares.
20 Teſtes familiares admittuntur in ijs, quæ occultè fiunt.
21 Ad probanda ſponſalia teſtimonium Matris non eſt ita ſuſpectum, ſicut in matrimonio.
22 Ad probanda ſponſalia, & matrimonium admittuntur conſanguinei, & domeſtici.
23 Probantur etiam per confeſſionem vnius reiecta qualificatione nempè promiſiſſe per iocum.
24 Confeſſio qualificata admittitur reiecta qualitate ſi præſumptio eſt contra qualitatem.
25 In foro exteriori non creditur aſſerenti ſimulatè promiſiſſe celebrare matrimonium.
26 Sponſalia, & matrimonium per quæ verba inducantur.
27 Recenſentur diuerſæ verborum formulæ, ex quibus induci poſſunt ſponſalia, vel matrimonium, vel neutrum *remiſſiue.*

Sponſalia quando contracta cenſeantur, & quomodo probentur.

ADNOTATIO I.

1 AD contrahenda ſponſalia non ſufficit ſimplex tractatus matrimonij, ſeù de ſimul contrahendo, ſed neceſſaria eſt concluſio, cum in eis contrahendis mutua promiſſio requiratur *l. 1. ff. de ſponſal. Sanchez. qui alios cumulat. de matrim. lib. 1. diſ. 5. nu. 1. Burat. dec. 203. nu. 4.*

2 Non tamen ex mutuo conſenſu contracta cenſentur ſponſalia inter conſanguineos, vel affines, cum contracta in gradibus prohibitis reddantur nulla *Seraph. dec. 1156. nu. 3. Burat. dec. 203. nu. 5. & 6.*
3 vbi ampliat etiam ſi fuiſſent contracta ſub conditione ſi diſpenſatio obtineatur à Sede Apoſtolica iuxta ſententiam communiter receptã inter Theologos, vt tradunt quamplures Doctores relati per *Sanchez. de matrim lib. 5. nu. 5. verſ. hanc ſenten-*
4 *tiam* reprobata communi opinione Canoniſtarum, & aliorum tenentium illa valere, ſaltem reuocabiliter ſi non obtineatur diſpenſatio Apoſtolica, de qua latiſſimè *Guttier. Canon. quæſt. lib. 1. cap. 22. à num. 2. vſque ad 14. & num. 21. & alij relati per Sanchez. de matrim. lib. 5. diſ. 5. nu. 11.* magiſtraliter firmauit *Rot. dec. 603. num. 20. & & ſeq. p. 5. tom. 2. recent.* vbi copiosè Doctores, & rationes contrarium tenentium referuntur, & *dec. 410. nu. 1. vbi Adden. nu. 5. coram* Greg. *XV.*

5 Propterea ad hoc vt conualeſcant nouus conſenſus requiritur poſt obtentam diſpenſationem *Abb. in cap. ſuper eo in fi. vbi Card. nu. 2. verſ. quod ſi dicit de condit. appoſ late Surd. conſ. 364. nu. 44. & 45. lib. 3. Guttier. can. quæſt. lib. 1. cap. 22. num. 16. Greg. XV. dec. 410. nu. 5. vbi Adden. nu. 5.* Rot. *dec. 605. num. 2. p. 1. diuerſ. dec. 203. nu. 7. coram Burat. dicta dec. 603. nu. 27. p. 5. tom. 2. rec.*

6 Vel ſaltem intercedere debet aliquis actus, ex quo tacitus conſenſus reſultet, cum diſpenſatio nõ habeat ratum, quod geſtum fuit, ſed tantum contrahendi tribuat facultatem, vt pluries dixit *Rota coram Giptio* Blanchet. *& Greg. XV. de quibus Burat. deciſ. 103. num. 8.*

7 Sponſalia cenſentur contracta per verba prolata inter virum, & mulierem *altera non eſt futura mea vxor, quam tù,* & ſic quoque dixerit mulier, quæ quidem verba importare ſponſalia per verba de futuro, tenent Doctores, relati per *Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 19. nu. 3. Rot. dec. 772. num. 7. ſub prin. p. 2. recen.*

8 Contrarium, quod ex dictis verbis non inducantur ſponſalia, quia promittere non ducturum aliam, quam Bertam, non importat ducere Bertam, ſed tantum teneri aliam non ducere, tradunt alij Doctores relati per eundem *Sanchez. loco citato,* & & hanc ſententiam veriorem dixit *Rot. dec. 656. nu. 4. p. 4. tom. 3. rec.*

9 Lim. hanc ſecundam ſententiam non procedere quando ex coniecturis apparet contrahentes habere intentionem contrahendi, vel ſponſalia, vel matrimonium *Specul. in tit. de ſponſal in prin nu. 3. Guttier. quæſt. canon. lib. 1. cap. 21. nu. 18. Sanchez. de matrim. lib. 1. cap. 19. nu. 7.* Cepol. *conſ. 1. in ciuil. lib. 6.* Rot. *dec. 656. nu. 4. p. 4. tom. 3. rec.*

10 Probantur verò ſponſalia per duos teſtes, ſicut, & matrimonium licet vnus, ſeù alter ſit mulier *cap. ſuper eo vbi Doctores de teſt. Farinac. qu. 59. nu. 33. 35. & 36. Rot. dec. 772. ſub num. 1. p. 2. rec Burat. dec. 893. nu. 1. Rot. dec. 772. nu. 1. p. 2. rec.* vbi quod duo ſufficiunt etiam ſi ſint fæminę.

11 Debent tamen teſtes adhunc effectum eſſe bonæ conuerſationis, & vitæ probabilis, ita quod non ſit veriſimile, quod pro aliquo velint falſum deponere *cap. licet cap. in literis de teſtam cap. 1. de conſan. & affin.* Rot. *dec. 207. nu. 1. in fi. p. 1. rec.*

12 Probantur quoq; ſponſalia ex verbis importantibus reciprocã promiſſionem *Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 5. n. 1. & ſeq.* vbi exẽplificat ampliando, quod etiã ſufficiat tacita promiſſio per aliqua Signa, &

Mmm *diſ. 16.*

diſ.16. nu.5. & diſ.22. per tot. Canaler. dec.421. nu.
1. Rot. dec.471. nu. 1. p.2. rec.
13 Vlterius probantur per immiſſionem annuli iun-
ctis verbis aptis ad inducenda ſponſalia, puta ſi dā-
do manum fuerit promiſſum ſe nunquam habitu-
ram alium virum *glo. in cap. penultimo in verbo di-*
cente in fi. de ſponſal. cum alijs adductis per Sanchez.
de matrim. diſ.22. nu.3. & 6. Seraph. dec.270. nu.1.
Canale. dec.415. nu.2. Rot. dec. 25. nu. 1. & 2. p.4.
diuerſ. vbi quod ſponſalia per annuli immiſſionem,
& apocham de mandato vtriuſque confectam, &
à ſcribente recognitam probantur.
14 Pariter comprobantur ex literis ad ſponſam
miſſis, in quibus vir ſe maritum vocauerit concur-
rentibus alijs coniecturis, & probationibus, quod
etiam confert ad probandum matrimonium, aut
ſaltem ad inducendam probationem illud fuiſſe
contractum *cap. illud, vbi glo. in verbo nominauit, &*
Doctores de præſumpt. Rot. dec.772. num. 8. p.2. rec.
15 vbi *in fi. ſubdit.* quod literæ, ſeu Epiſtolæ amatoriæ
coadiuuant probationem ſponſalium, & matrimo-
nij, & *nu.9.* quod huiuſmodi Epiſtolæ probant etiā
ſi careant die, inſcriptione, & ſubſcriptione.
16 Coadiuuatur huiuſmodi probatio tum ex tracta-
tu coniugali, vt ſi vir tractauerit mulierem vti vxo-
rem, ita eam nominando, vt ab omnibus de domo
pro coniugibus reputati fuerint *Menoch. lib. 3.*
præſumpt. 1. num.82. Rot. dec. 772. nu.14. p.2. rec.
17 Tum ex largitione munerum profusè facta à
ſponſo erga ſponſam, vel è contra, quæ veriſimili-
ter cenſetur facta intuitu ſponſalium, præcipuè ſi
prouenit ex parte mulieris, cuius auaritia, cum
mulieres ſint de genere auariſſimo, excludit libera-
litatem *Rot. dec. 772. nu. 13. p.2. diuerſ.*
18 Tum etiam ex ſummo amore, quo vir proſeque-
batur mulierem, ſeù quo ad inuicem proſequeban-
tur, de quo ſufficit conſtare per epiſtolas familiares
amatorias, quas ad probandum etiam matrimoniū
conſiderauit *Rot. dec. 2. 3. & 4. de ſponſal. coram*
Cæſare de Graſ. relat. & ſecut. in dec. 772. num. 10.
par. 2 recen.
19 Ad probanda verò ſponſalia admittuntur etiam
teſtes familiares præcipuè, ſi ex natura rei veritas
aliter haberi non poteſt, vt in ijs, quæ non niſi oc-
20 cultè fiunt *Butr. in cap. tertio loco nu.14. verſ. item*
nota de probat. Alex. conſ.152. num.11. vol. 5. Pariſ.
conſ. 53. nu.34. & conſ.55. nu.54. in fi. conſ. 58. nu.
50. conſ. 59. nu. 51. & conſ.61. nu. 20. vol.4. Alex.
conſ.152. nu.11. vol.5. Rot. dec. 772. nu. 2. p.2. rec.
vbi circa fin. dicti numeri *verſ. tum in ijs etiam* ſub-
21 dit, quod ad comprobanda ſponſalia teſtimonium
Matris non ſit ita ſuſpectum, ſicut in matrimonio
ex *Io. Andr. in cap. ſuper eo nu. 2. verſ. iſtud tamen*
de teſt.
22 Prout etiam ad probationem matrimonij, &
ſponſalium admittuntur etiam conſanguinei, &
domeſtici *cap. videtur, qui matrim. accuſare poſſunt*
vbi Abb. num.2. & ſub nu.6. Dec. conſ. 162. nu. 26.
Pariſ. conſ.56. num.28. lib.4. Rot. dec.772. num.11.
p. 2. recen.
23 Probantur etiam ſponſalia per confeſſionem
vnius, etiam ſi confeſſio fuerit qualificata ſcilicet
24 promiſiſſe, & iuraſſe per iocum, cum confeſſio qua-
lificata admittatur reiecta qualitate, quando præ-
ſumptio eſt contra qualitatem iuxta *conſ.47. nu.27.*
25 *inter conſ. matrimonialia lib.1.* & in foro exteriori nō
creditur dicenti promiſiſſe matrimonium celebrare
ſimulatè, & ſine animo adimplendi *cap. tua nos de*
ſponſal. cum alijs relatis per Sanchez. de matrim lib.
1. diſ. 9. nu. 13. & late diſ. 15. nu.9. cum ſeq. lib.1.
præſertim ſi concurrat æqualitas inter virum, &
mulierem *Sanchez. dicta diſ.14. nu.7. Rot. deciſ. 772.*
nu. 12. p. 2. rec.
26 Cæterum conueniunt omnes, quod ad inducen-
da ſponſalia ea verba ſufficiant, quæ ſignificant, &
oſtendunt promiſſionem futuri matrimonij, ſicuti
ad matrimonij contractum inducendum ſufficiunt
ea verba, quæ ſignificant promiſſionem futuri ma-
trimonij *Boſſ. de matrim. cap. 3. §.42. nu. 134.*
27 An autem inducatur matrimonium, vel potius
ſponſalia per hanc verborum ſeriem, *volo tecum con-*
trahere, in tè conſentire, tè ducere, accipere, vel habere
in vxorem, vel eſſe vxorē meā, vel cōtentus ſum tè ac-
cipere in vxorem, late traditur per *Boſſ de matrim.*
*c.3.§.43, à num 189. vſque ad nu.*199 vbi de alijs ver-
bis *habeo, vel teneo tè in vxorem, vel nunquam tè de-*
relinquam pro alia, vel eſto meus, vſque ad 206. vbi
de alijs verbis *Non duram, vel non habebo aliam præ-*
ter tè, vel *nolo aliam vxorem, niſi tè.*

S V M M A R I V M.

1 Sponſalia contracta à parentibus pro filijs præſentibus, & tacentibus tenent.
2 Siue filij ſint puberes, ſiue impuberes, etiam ſi ſint emancipati, & ſpurij nu. 3.
3 Et ex ſponſalibus, ita contractis oritur impedimentum publicæ honeſtatis.
5 Sponſalia, ita contracta tenent ſiue à Patre, ſiue à Matre contrahantur.
6 Amp. vt idem dicendum ſit de matrimonio. Contrarium nu. 9.
7 Qui tacet, & præſens eſt conſentire videtur Declara nu.8. & 15.
10 Taciturnitas ſi proueniat ex metu reuerentiali non inducit conſenſum ad contrahenda ſponſalia, & matrimonium.
11 Sponſalia, & matrimonium contractum à parentibus pro filijs abſentibus, vel infantibus non tenent etiam ſi id ſcientes non contradicant, ſi non concurrat aliud ſignum. Contrar. nu 12. Diſtingue, vt num. 13.
14 Sponſalia, & matrimonium ab extraneo pro alio contractum ipſo præſente, & tacente non tenet. Contrar. nu 16.
17 Sponſalia, & matrimonium contractum à Tutore Iuuene, vel puella præſente, & non contradicente tenet. Contrar. num. 18.
19 Valet matrimonium, vbi viget conſuetudo per alium explicandi conſenſum.
20 Declara procedere ſi ſponſalia, & matrimonium conſideretur vti contractus, ſecus vti ſacramentum.
21 Matrimonium vigore Sac. Concilij Tridentini contractum à parentibus nomine filiorum non tenet, niſi ab ipſis met filiis exprimatur conſenſus. Contrar. nu.22. & quid hodiè ſeruetur nu.23. & quid in ſponſalibus.

Sponſalia contracta à tertio nomine alterius, an, & quando valeant.

ADNOTATIO II.

1 SPonſalia, ſeu matrimonium per verba de futuro contractum à parentibus pro filijs præſentibus, tacentibus, & non contradicentibus tenent, & obligant filios ad ſolemnizandum matrimonium per verba de præſenti, quia eorum

taci-

Digitized by Google

eorum taciturnitas præbet ſufficiens ſignum conſenſus, ex quo præſumitur parentes, ob paternam filiorum curam, & ſpecialem erga eos amorem, optimum ſemper conſilium prò filio ſuſcipere, ita clarè conſtat ex textu *in cap. vnico §. porro de ſponſ. in 6.* & hanc eſſe communem Doctorum Canoniſtarum, Theologorum, & Summiſtarum ſententiam docet *Boſſ. de contractu matrim. cap. 3. §. 38. num. 156. Sanchez. de matrim. lib. 4. diſ. 6. nu. 36. verſ. 2. quia tom. 1. & latè lib. 1. diſ. 23. num. 2. & ſeq. Nauar. in man. cap. 22. num. 20. & 58. Iulius Sanazar. de ſponſal. cap. 2. art. 4. nu. 48. & 49. Molin. de ritu nuptiar. comporat. 11. num. 38. Gutier. de matrim. cap. 13. num. 1. Baſilius Pontius lib. 2. cap. 14. num. 2. Filiutius p. 1. tract. 10. cap. 7. num. 249.*

2 Amp. procedere ſiue filij ſint puberes, ſiue impuberes, & etiam ſi à filijs nullum aliud ſignum exterius præceſſit, vel concurrat, *Boſſ. de matrim. contractu. cap. 3. §. 38. num. 156.*

3 Amp. 2. procedere ſiue filij exiſtant ſub patria poteſtate, ſiue ſint emancipati, ſiue etiam ſint ſpurij, & ex damnato coitu generati, quia textus in *dicto cap. vnico* loquitur indiſtinctè, & abſolutè pro filijs puperibus, & in eodem conſideratur reuerentia debita naturæ, & non tantum patria poteſtas, vt animaduertunt Doctores allegati, & ſignanter *Boſſ. dicto cap. 3. §. 38. num. 160. quibus addo Dian. reſol. moral. p. 3. tract. 4. de Sacram. reſol. 270. in fi.*

4 Amp. 3. vt ex ſponſalibus ita contractis oriatur impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis, vt expreſsè diſponit *text. in d. cap. vnico §. porro de ſponſal. in 6. & docent Boſſ. & Doctores per eum allegati de matrim. cap. 3. §. 38. num. 156.*

5 Amp. 4. vt procedat ſiue ſponſalia contrahantur à Patre, ſiue à Matre, cum textus in *dicto cap. vnico* loquatur de ſponſalibus contractis à parentibus, ibi *Porro ex ſponſalibus, quæ parentes pro filijs puberibus, vel impuberibus plerumque contrahunt,* & ſic vel à Patre, vel à Matre, prout denotat verbum parentes vtrumque comprehendens, ita *Abb. Io. Andreas & cæteri Doctores in d. cap. vnico §. porrò de ſponſal. in 6. Boſſ. de contract. matrim. cap. 3. §. 38. num. 159. ex Sanchez. Gutierez. Baſil. Pont. & alijs per eum relatis.*

6 Amp. 5. vt idem dicendum ſit de matrimonio, quod de ſponſalibus, ex identitate rationis textus in *cap. vnico de ſponſal. in 6.* militantis tam in ſponſalibus, quam in matrimonio, quia ex præſentia, & filiorum taciturnitate ex iuris canonici præſumptione reſultet internus filiorum conſenſus, ſufficienter ſenſibilis, ob filiorum præſumptam confidentiam erga parentes, quod optimum ſemper conſilium prò eis ſuſcipiant, quod exuberat ad valorem matrimonij, ſiue inſpiciatur vt contractus, ſiue vt ſacramentum, & hanc eſſe communem Doctorum ſententiam fatentur, *Nauarras, Molin. Gutierez. Silueſt. Henriquez. Sanchez. Rebel. Paul. Layman. Conar. Sanazar. Bonac. & alij, quos allegat Boſſ. de matrim. contract. cap. 3. §. 38. num. 162. & 163.* vbi in prædictorum corroborationem,

7 addit regulam, *qui tacit conſentire videtur*, quæ certiſſima redditur, quando qui tacet tenebatur

8 non tacere, ſed reclamare, & contradicere, alioquin tacendo interpretatiuè conſentire cenſetur ob reuerentiam paternæ obedientiæ debitam, in nihilo refragrante quod in promiſſione oneroſa promittenti promiſſarius tacendo non cenſeatur conſentire, vt cum *Bartol. & alijs tenet Conar. in rub. de teſt. num. 13. Menoch. lib. 3. præſumpt. 42. Sanchez. de matrim. diſ. 5. num. 5. Gutierez. cap. 5. num. 2. Barboſ. tom. 3. collec. lib. 5. de reg. iur. reg. 43. num. 9.* prout cenſeri debet in contractu coniugali, qui præſertim reſpectu viri eſt oneroſus, quia hoc non procedit, vbi quis poterat, & reclamare tenebatur, & nihilominus non reclamauit.

9 Contrarium quod diſpoſitio textus in *cap. vnico de ſponſal. in 6.* non habeat locum in contractu matrimonij, adeo vt præſentia, & taciturnitas filiorum non habeatur pro ſufficienti conſenſu ad contrahendum, & efficiendum matrimonium, niſi aliud ſignum exterius filiorum concurrat, quo oſtendatur conſenſus verbis parentum pro ſe contrahenſium, quia textus in dicto *cap.* loquitur tantum de ſponſalibus, & conſequenter non eſt extendendus ad matrimonium, ob rationis diſparitem, quia matrimonium importat ſtrictiorem obligationem, & indiſſolubile vinculum, vnde plenam exigit libertatem, quæ non ita exacta exigitur in ſponſalibus, quæ multis de cauſis diſſolui poſſunt, præcipuè ſi conſideretur vti Sacramentum, cuius forma debet eſſe quid ſenſibile, quæ per ſolam taciturnitatem haberi non poteſt, cum ſit pura negatio, *Angel. verb. matrim. 2. nu. 5. ſupplem. Henriq. lib. 11. cap. 2. §. 6. lit. P. Baſil. Pont. de matrim. lib. 2. cap. 14. num. 3. qui alios allegant.*

10 Lim. 1. vt ſupradicta non procedant ſi taciturnitas proueniat ex metu reuerentiali, cum tunc conſenſus non cenſeatur libere præſtitus, contra formam, & naturam matrimonij, & ſponſalium, quæ liberè celebrari debent abſque vlla coactione quocumque modo illata *Sanchez. de Matrimon. lib. 1. diſ. 23. num. 4. & lib. 4. diſ. 9. num. 12. Boſſ. de contract. matrim. cap. 3. §. 38. nu. 156. in fi. verſ. dixi autem abſque metu.*

11 Lim. 2. concluſionem procedere in filijs præſentibus, ſecus verò ſi parentes contraherent ſponſalia, vel matrimonium pro filijs abſentibus, vel infantibus non dum doli capacibus, nam hoc caſu ſponſalia, & matrimonium redduntur inualida, nec ſufficit ſi poſtea ſcientes non contradicant, niſi vlterius expreſsè, vel tacitè alio ſigno ſufficienti contracta ſponſalia ipſis abſentibus ratificent, ex quo textus in *cap. vnico de ſponſal. in 6.* loquatur tantum de ſponſalibus à parentibus nomine filiorum præſentium, & tacentium contractis *Io. Andreas & Franc. in d. cap. vnico Baſil. Pont. de matrim. lib. 2. cap. 14. num. 14. Brunel. de ſponſal. conclu. 11. num. vnico Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 23. num. 16. & 17. Boſſ. de matrim. contractu cap. 3. §. 38. num. 158. & in hac ſententia reſidet Diana reſol. moral. p. 3. tract. 4. de Sacrament. reſol. 271. in fi.*

12 Contrarium, quod immò hoc caſu valida ſint ſponſalia, & matrimonium, ſi filij poſtea id ſcientes non contradicant, cum conſentire videantur, præcipuè ſi poſt ſcientiam, & vſum rationis dolique capacitatem tacentes non reclamauerint, ex quo etiam in præſenti videatur militare ratio curæ, dilectionis, & obedientiæ paternæ, & hanc ſententiam comprobant, *Imola Anth. in d. cap. vnico de ſponſal. in 6. Iulius Sanaz. de ſponſal. cap. 2. art.*

4, num. 48. Henriq. lib. 11. cap. 13. num. 5. Satus in 4. diſ. qu. 2. art. 2, ad 9. cum alijs latè congeſtis per Sanch. de matrim. lib. 1. diſ. 23. nu. 16. & hanc ſententiam etiam probabilem æxiſtimat *Diana loco citato.*

13 Tertia verò ſententia diſtinctionis fœdere conciliando ſupradictas opiniones docet, quod ſi ab ipſis parentibus proponantur, & manifeſtentur contracta ſponſalia, & filij taceant, cenſeantur conſentire, cum militet eadem ratio ad effectum, vt ſibi locum vindicet diſpoſitio textus in dicto *cap. vnico.* Secus verò ſi ab extraneis proponantur, cum tunc requiratur conſenſus vel expreſſus, vel tacitus, vel aliud ſignum, ex quo conſenſus eliciatur, & demonſtretur, & ratio differentiæ eſt, quia filij cenſentur confidere in parentibus, quod æqualem, & dignam ſuæ conditionis ſponſam elegerint, quæ confidentia non conſideratur in extraneis, ac proinde proponentibus extraneis vltra taciturnitatem exigitur aliquod ſignum conſenſus expreſſiuum, *Conich. de Sacram. diſ. 21. dub. 3. num 39.* quam ſententiam etiam probabilem aſſerit *Diana reſol. moral. p. 3. tract. 4. de ſacrament. reſol. 271. in fi.*

14 Lim. 1. Si extraneus pro alio contrahat ſponſalia, vel matrimonium, vel eius nomine reſpondeat, eodem præſente, & tacente, quod vtroque foro inſpecto interno, & externo ſponſalia, & matrimonium non reddantur valida, adeout præſentia, & taciturnitas non ſufficiant, ſed concurrere debeat aliud ſignum, per quod conſenſus internus innoteſcat, vtpotè quia diſpoſitio *cap. vnic.* tamquam reſtricta ad parentes extendi non debet ad extraneos, in quibus non militat ratio paternæ obedientiæ, & boni conſilij, ſicut militat in parentibus, non obſtante regula iuris, qui tacens, & præſens eſt, cen-
15 ſetur conſentire, quia procedit ad fauorem, non autem in præiudicium, vbi agitur de ſe obligando, pro vt reſultat ex contractu ſponſalium, & matrimonij, vt communiter ſentiunt ſcribentes *in d. cap. vnico Io. Andreas in fi. Archid. prope fi. Franc. in §. porro num. 3. & 4. Anchar. num. 3. Panorm. in cap. ex parte de reſtit. ſpoliat. Sanchez de matrim. lib. 1. diſ. 23. num. 7. Molin. de ritu nuptiar. lib. 1. compar. 11. num. 38. Barboſ. in collect. tom. 4. lib. 4. Sixti Decretal. tit. 2. cap. vnico num. 12. Iulius Sanazar. de ſponſal. cap. 2. §. 4. num. 48. Boſſ. de matrim. contractu c. 3. §. 39. nu. 165. Diana reſol. moral. p. 3. tract. 4. de Sacrament. reſol. 270. verſ. ſed mihi opinio.*

16 Contrarium quod etiam hoc caſu ſint valida ſponſalia, & matrimonium, etiam quo ad vtrumque forum tenet *Baſilius Pontius de matrim. lib. 2. cap. 14. n. 7. & ſubſtinet glo. in d. cap. vnico §. porro verbo ſponſalia de ſponſ. in 6. vbi etiam Imola, & Geminianus Victoria in ſumm. de matrim. num. 250. Henriq. lib. 11. cap. 2. num. 6. Petrus Ledeſma qu. 45. art. 2. dub. 3 Gutierez. de matrim. cap. 13. nu. 2. verſ. vnde glo. Riccard. in 4. diſ. 27. art. 1. q. 2. ad 2. Soto ibidem quaſt. 1. art. 4. verſ. præſens autem,* & hanc ſententiam eſſe pariter probabilem aſſerit *Diana loco citato*, ſiquidem æquè expreſſiua conſenſus filij, & filiæ ſunt verba extranei, iuncta præſentia, & taciturnitate, ſicut ſunt verba parentum, immo fortius, quia in extraneo ceſſat ratio obedientiæ debitæ à filijs erga parentes, & metus reuerentialis, & conſequenter conſideretur maior libertas contradicendi, reclamandi, & ſe opponendi, vndè præſentia cum taciturnitate haberi debet pro ſufficienti ſigno neceſſarij conſenſus differunt tamen in hoc Theologi à Canoniſtis volentes hoc eſſe verum tantum quo ad forum conſcientiæ, ſecus quo ad ſorum externum, in quo aſſerunt fore inualida ſponſalia, & matrimonium filijs præſentibus, & tacentibus non per parentes, ſed per extraneos contractum, vt animaduertit *Boſſ. de matrimon. contract. cap. 3. §. 39. num. 164. verſ. licet Theologi.*

17 Sublim. primam opinionem in Tutore, vel alio, qui licet non ſit Pater, vel Mater gerit tamen curam Iuuenis, vel puellæ, ita vt quo ad educationem, & gubernium loco patris habeatur, hic enim ſi pro Iuuene, aut puella præſente, & tacente reſpondeat, ex taciturnitate, & non contradictione inducitur conſenſus ad validè contrahenda ſponſalia, & matrimonium ob ſimilitudinem rationis obedientiæ, & optimi conſilij, quod tutor ad fauorem, & vtilitatem pupilli, ſeu Iuuenis, vel puellæ capere cenſetur, vndè puella tenetur reclamare ſi diſſentiat, & tacendo dicitur conſentire, vt tradunt Doctores relati per *Boſſ. de matrim. contract. cap. 3. §. 39. num. 167.* vbi ſcilicet contrarium te-
18 nenies, concludendo quod hoc caſu requiratur, vel expreſſus conſenſus, vel ratihabitio per aliquod aliud ſignum vltra præſentiam, & taciturnitatem.

19 Sublim. 2. vbi inoleuit conſuetudo per alios etiam explicandi conſenſum vt eſt apud Indæos, nam tunc validè contrahuntur ſponſalia, & matrimonium, dum præſentia, & taciturnitas ex patria conſuetudine oſtendit neceſſarium conſenſum, vt ex *Sanchez. Gutierez. Filiuc.* tradit *Boſſ. de matrim. contract. cap. 3. § 39. num. 166.*

20 Quę limitatio procedere poteſt ſi conſiderentur ſponſalia, & matrimonium vti contractus, qui celebrari debet iuxta ſolemnitates, & loci conſuetudinem, ſed ſi conſiderentur vti ſacramentum ex rationibus ſupra adductis cogitandum relinquo.

21 Lim. 3. vbi viget, & receptum eſt Sac. Concil. Tridentinum iuxta ea, quæ diſponit in *cap. 1. de reform. matrim. ſeſſ. 24.* vt non valeat matrimonium à parentibus contractum pro filijs præſentibus, & tacentibus coram Parocho, & teſtibus, niſi ad Parochi interrogationem exprimatur vtriuſque coniugis conſenſus, & teſtibus innoteſcat, ad effugiendam clandeſtinitatem, & conſequenter per Tridentinum derogatum cenſeatur diſpoſitioni textus in *cap. vnico de ſponſal. in 6.* ſecus verò quo ad ſponſalia, quia de his Concilium nihil innouauit, ita *Sanazar. de ſponſal. cap. 3. art. 4. num. 112. Veracrux 1. p. ſacrali art. 5. in fi.*

22 Contrarium quod per Sac. Concilium non fuerit derogatum dicto *cap. vnico*, vt etiam hodiè valeat matrimonium ita contractum, quia Concilium quo ad modum exprimendi conſenſum nihil innouauit, ac proinde iſte caſus, tamquam omiſſus remanere debet ſub diſpoſitione iuris communis, cuius vigore, & præſumptione præſentia, & taciturnitas filiorum, quorum nomine eorum parentes contrahunt matrimonium, eſt ſufficiens ſignum interni conſenſus, vt de communi ſententia teſtatur *Boſſ. de contract. matrim. cap. 3. §. 41. num. 181. verſ. ſed quod per Concilium Sanchez. de matrim. lib. 1. diſ. 23. num. 13. Gutier. eod. tract. cap. 13. num.*

9 Baſil.

Digitized by Google

9. *Baſil. Pont. eodem tract. lib. 2. cap. 14. num. 4.*
21 in praxi tamen hodie receptum eſt vt à contrahentibus exprimatur conſenſus, ita vt Parocho, & reſtibus innoteſcat ad tollendam omnem dubietatem, & coactionem.

ARGVMENTVM.

Clericus, & laicus adulter quomodo puniantur.

Adulterium omni iure prohibitum, & licet Clerici, quam laici huius criminis rei de iure antiquo, Ciuili, & Canonico grauiſſimè puniebantur, hodiè tamen apud nos eius pœna eſt arbitraria.

SVMMARIVM.

1 Adulterium eſt tranſitus tori vnius ad alterum.
2 Ex lege veteri, & Moſaica, & de iure gentium grauiſſime puniebatur.
3 De iure ciuili eius pæna eſt deportationis, & de iure Codicis pęna mortis naturalis, & quid de iure authenticorum num. 4.
5 De iure canonico laici adulteri excommunicantur.
6 Et vlterius fœmina in Monaſterium detruditur.
7 Clericus Adulterij criminis reus confeſſus, aut conuinctus deponitur ab officio, & beneficio, & in Monaſterium detruditur contrarium num. 17.
8 Contrarium quod mitiori pæna ſit feriendum, ſecus creſcente contumacia.
9 Clericus prò adulterio non deponitur, ſi non ſit confeſſus, ſeu tantum diffamatus.
10 Clericus ſi accuſatur à marito, vel cognatis de adulterio eſt pæna ſuſpenſionis plectendus.
11 Si vero non accuſetur, & maritus ſit perſona vilis, tunc non eſt ſuſpendendus.
12 Sed ſi mulier ſit honeſta, & maritus vir bonus, Iudex cum prudentia ſe gerere debet.
13 Adulterij pęnæ hodie de conſuetudine non procedunt, ſed pæna pecuniaria, & extraordinaria punitur.
14 Et circumſcriptis ſtatutis eius pęna eſt arbitraria.
15 Et in muliere quandoque eſt fuſtigationis, & exilij.
16 Et in viro vltra pænam pecuniariam etiam exilium imponi poteſt.
18 Adulterij pæna ceſſat cum meretrice nupta contrarium num. 20. Declara vt in num. 21.
19 Cum qua neque committitur ſtuprum.
21 Mulier nupta meretrix de adulterio accuſari poteſt à marito, & conſanguineis, non autem ab extraneis.
22 Adulterij pæna reſpectu meretricis nuptæ non ceſſat, & meretricium non excuſat, nec reſpectu viri ad eam accedentis.

DECISIO XXIV.

1 ADulterium per quod ſit tranſitus tori vnius ad alterum grauiſſimum, & deteſtabile redditur, vt apud antiquos, & ante leges ciuiles, &
2 canonicas de iure gentium, & ex lege veteri, & moſaica huius criminis rei grauiſſimis pęnis etiam mortis plectebantur, vt diſertè recenſet *Tiraquel. de leg. conn. in l. 13. glo. 1. num. 6. vſque ad 18. Menoch. de arbit. qu. lib. 2. caſ. 419. num. 8. & 9. Petrus Greg. in Sintagm. iur. lib. 36. cap. 6. num. 4. in fi. verſ. pæna adulteri num. 11. 12. 15. 21. & 25. & num. 31. & ſeq. & 40. & 41.*

3 De iure vero ciuili pæna deportationis præſertim ſi adulterium eſſet cum inceſtu admixtum ſancita fuit in *l. ſi quis viduam ff. de qu* Et de iure Codicis pæna mortis naturalis in *l. quamuis la 2. in fi. C. ad l. Iul. de adult.* ibi *ſacrilegos autem nuptiarum gladio punire oportet*. Et de iure authenticorum
4 pæna huius flagitij, licet quo ad virum non fuerit immutata, tamen quo ad mulierem non eſt mortis naturalis, ſed verberata in Monaſterium detruditur viro reſtituenda inter biennium, ſi eam voluerit, eoque tranſacto, vel viro mortuo, tonſa habitu ſuſcepto ibidem perpetuo viuet, eiuſque dote diſtributa, vt late tradit *Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 2. tit. de pæn. Cleric. § 6. num. 1. & 2. & latius Farinac. in tit. de delict. carn. qu. 141. a num. 13. vſque ad 22.*

5 De iure demum canonico laici tam maſculi, quam fœminæ pro adulterio excommunicantur, *cap. intelleximus de adulter. Clar. in §. adulterium num. 7. verſ. de iure autem canonico Menoch. de ar-*
6 *bitrar. caſ. 419. num. 61.* Et vlterius fœmina in Monaſterium detruditur ad perpetuam pęnitentiã ibidem peragendam *cap. gaudemus de conuerſ. coniugat. Menoch. de arbit. qq. caſ. 419. num. 61. Farinac. in tit. de delict. carn. qu. 141. num. 23. & 24. Bellet. diſquiſit. clerical. p. 2. tit. de pæn. Cleric. §. 6. num. 2. in fi. argumento cap. intelleximus de adulter. vbi ſcribentes.*

7 Clericus vero ex eadem Iuris Canonici diſpoſitione de adulterij crimine confeſſus, aut conuinctus deponitur ab officio, & beneficio, & in Monaſterium detruditur toto vitæ tempore ad pænitentiam agendam, eſt textus in *cap. ſi quis Clericus & cap. Romanus 81. diſtin. Tiraquel. de leg. connub. in l. 13. glo. 2. nu. 34. ante fi. glo. in cap. lator. in verb. ſcilicet adulterio 2. q. 7. Paul. Grilan. de pæn. omnif. coit. qu. 9. num. 1. & 2. & num. 11. vbi quod ab hac ſententia non ſit in iudicando recedendum Iul. Clar. in §. adulterium num. 7. verſ. Clericus autem Diaz. in pract. crim. canon. in verbo adulteri num. 2. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 23. num. 14. Farinac. in tit. de delict. carn. qu. 141. num. 29. & num. 31. vbi refert contrarium tenentes Bellet. diſquiſit. Cleric. p. 2. tit. de pæn. Cleric. §. 6. num. 3.*

8 Contrarium tamen Clericum propter adulteriũ deponendum non eſſe, ſed mitiori pæna feriendum, licet creſcente contumacia, & ſi incorrigibilis euadat propter notorium ſcandalum ex notoria fornicatione reſultans degradari poſſit, & pro hac opinione facit textus in *cap. ſignificaſti extra de adulter.* vnde ſequitur quod à principio Iudex non debet Clericum ſic facile deponere, & hanc opinionem vti benigniorem late defendit *Paul. Ghirlan. de pęn. omnif. coit. qu. 6. num. 1. & 2. Bermon. de pub. concub. rub. de adult. num. 26. Theſaur. for. Eccleſ. p. 3. cap. 4. num. 3.*

9 Declaratur tamen hæc ſecunda ſententia procedere quando Clericus non ſit ore proprio confeſſus, nec conuinctus, ſed tantum diffamatus, aut præſumptionibus conuinctus, cum ſola tantum infamia non ſufficiat ad indicendam Clerico pęnam adulterij ordinariam, ſed ſolum purgationem, in qua ſi deficiat, eſſet ſuſpendendus, & poſtea agi ad certam pęnam ad textum in *cap. ſignificaſti de adulter.*

adulter. & hoc veriſſimum exiſtimat *Farinac. in tit. de delict. carnis qu. 141. num. 33. ex Bermo. de pub. concub. rub. de adult. num. 26. verſ. ſic. nec diſſentire videtur Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 23. num. 14. ſub verſ. neque obſtant ea.*

10 Declara 2. quod, ſi Clericus accuſetur à marito,
vel à cognatis, & tunc procedit opinio *Diaz.* &
11 aliorum, ſi vero non accuſetur, & mulier ſit impudica, & maritus ſit perſona vilis, & præſumitur
habere notitiam, & tunc Clericus erit ſuſpendendus iniuncto precepto, ſeu monitorio inhibitorio
de non conuerſando, alloquendo, & commercium
habendo cum illa muliere, ſi vero mulier ſit hone-
12 ſta, & maritus vir bonus, & de eo nullam præſumatur notitiam habere, & tunc Iudex cum maxima prudentia, & circumſpectione ſe gerere debet in puniendo delicto abſque læſione bonæ famę mulieris, præcipuè ſi crimen ſit occultum, vel non valdè diffamatum, vt magis non innoteſcat, & publicum fiat, ita *Did. Cant. de punit. delict. de adult. qu. 1. cap. 4. num. 33. quem refert & ſequitur Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 2. tit. de pœn. Cleric. §. 6. num. 3. circa fi. verſ. vbi dicit.*

13 Verum quod hodie de conſuetudine huiuſmodi pœnæ non procedant, & ab aula receſſerint, vt amplius adulterium ſine vi non punitur pęna mortis, ſed pecuniaria, & pœna extraordinaria, & in adulterijs commiſſis de mulierum voluntate hanc generalem conſuetudinem eſſe ex bonis rationibus introductam, oſtendit *Aym. in conſ. 137. num. 10. & rurſus in conſ. 41. num. 8. & ſeq.* ſubdit quod in talibus criminibus ad venerem pertinentibus, in quæ lapſi ſunt, & labuntur etiam viri alioquin integerrimi, ſanctiſſimi, & religioſiſſimi pœna tantum pecuniaria imponi conſueuit *Vulpel. conſ. 94. num. 8. Clar. in §. adulterium ſub num. 7. Odd. de reſtit. in integr. qu. 81. num. 7. Menoch. de arbit. qq. caſ. 419. num. 64. Farinac. in tit. de delict. carn. qu. 141. num. 67. & 78. Vincen. de Franc. deciſ. 240. num. 8. ad fi. verſ. 2. pro inquiſito dicebatur Vermigliol. conſ. crim. 123. ſub num. 10. & 11.*

14 Ita quod hodie circumſcriptis ſtatutis particularem pœnam prò hoc crimine præſcribentibus, quæ ſeruanda ſunt, adulterij pœna eſt arbitraria, vt iuxta facti, & perſonarum qualitatem modo leuiorem, & modo grauiorem pœnam Iudices imponere poſſunt, *Petrus Greg. in Sintag. iur. lib. 36. cap. 6. num. 39. Menoch. de arbit. qu. caſ. 419. num. 1. & 66. & tradunt alij DD. relati per Farinac. in tit. de delict. carnis qu. 141. num. 72.*

15 Hinc quod hæc pœna arbitraria quandoque in muliere ſit fuſtigationis, & exilij ad arbitrium tradit *Clar. in §. adulterium num. 7. verſ. in ſenatu autem Menoch. de arbitrar. quæſt. caſ. 419. num. 63. Farinac. d. q. 141. num. 74.*

16 Et in viro vltra pœnam pecuniariam, imponi poſſe etiam pœnam exilij ad tempus inſinuat idem *Farinac. d. quæſt. 141. nu. 74.* prout diſponit etiam *ſtatutum Vrbis lib. 2. cap. 50. verſ. committentes autem.*

17 Ex qua generali conſuetudine, neque Clerici hodie pœnam depoſitionis, & priuationis beneficiorum incurrunt, ſed dumtaxat pecuniaria pœna mulctari debent.

18 Ceſſat autem adulterij pœna cum meretrice nupta, nam quæ paſſim venalem formam exhibet, &
proſtitutam meretricio more venereis ſe paratam
præbet, videtur excuſare ad eam accedentes, &
ſe commiſcentes, textus eſt in *l. ſi ea C. de adulter.*
ibique glo. in verbo ceſſat Vital. in rub. de adulter.
num. 8. Boſſ. in tit. de coit. damnat. & puuib. num.
23. in fi. & num. 24. Corrad. in prax. rub. de adult.
num. 21. in 3. limit. Diaz. in prax. crim. canon. cap.
88. in verbo Adulteri num. 5. Paul. de Ghirl. de pœn.
omnif. coit. qu. 6. num. 13. & ſeq. lib. 1. Veg. conſ.
62. num. 3. Burſ. conſ. 218. num. 14. vbi de magis
communi, & cum alijs congeſſit per Farinac. in tit. de
delict. carn. qu. 141. num. 82. Rol. conſ. 74. num. 13.
19 *& ſeq.* vbi ſubdit quod cum meretrice nupta neq;
committatur ſtuprum.

20 Non deſunt tamen alij DD. contrarium tenentes, nempe quod adulterij crimen non ceſſet, ex ratione, quod, cognita mulier ſit meretrix, prout probare videtur textus in *l. ſi vxor §. 1. ff. ad l. Iul. de adulter.* ibi *ſed & in ea vxore poteſt Maritus adulterium vindicare, quæ vulgaris fuerit,* & voluit *gloſ. in l. ſi ea in verbo adulterij C. ad l. Iul. de adulter. & ibi notat. Butric. in ſummario* vbi quod meretricio more viuens excuſatur à crimine ſtupri, non à crimine adulterij *Anton. Gomez. in l. tauri 80. num. 28. & tradunt alij DD. allegati per eundem Farinac. dicta qu. 141. num. 84. vbi prope fin.* ſubdit quod
21 illo caſu mulier poteſt accuſari à marito, patre,
& alijs propinquis, non autem ab extraneis.

22 In hac inter ſe certantium ſententiarum pugna veritas eſt, quod reſpectu mulieris meretricium ipſam ab adulterio non excuſat, ne melioris conditionis ſit publica adultera, & magis liberè, & luxurioſe viuens, & minus puniatur, quam mulier per libidinis lapſum, & humanam fragilitatem non publicè ſui corporis copiam faciens, nec etiam reſpectu viri ad eam accedentis meretricium excuſat, quidquid dicat *Farinac. in tit. de delict. carn. qu. 141. num. 85. ex Batard. ad Clar. in §. adulterium num. 27. verſ. item adde. Cabal. reſol. crim. caſ. 123. num. 1.* qui alios allegant. Sed puniendus eſt iuxta decretum Sixti V. & Innocentij XI. feliciter Regnantis.

NEPESINA SERVITVTIS.

ARGVMENTVM.

Nemini licet immittere putrida in fundum alienum, niſi ſeruitus impoſita reperiatur, ſeruitus non præſumitur, ideò eſt probanda competere, vel ex pacto, vel teſtamento, vel præſcriptione, ſeruitutis diſcontinuæ præſcriptionem allegans debet temporis immemorabilis vſum probare, quando verò ſufficiat decennium cum titulo, & Dominus fundi, vt cogatur ad imponendam ſeruitutem, quæ requirantur materia benè examinatur.

SVM-

Google

SVMMARIVM.

1 Nemini licitum eſt in fundum alienum immittere putrida, & immunda.
2 Seruitutem imponere, aut ædificare in alieno, nemo poteſt
3 Stillicidium non debet cadere ſupra tectum vicini.
4 Amp. in ſeruitute proiiciendi, & oneris ferendi.
5 Seruitus non præſumitur.
Quælibet res præſumitur libera, & ab omni ſeruitute exempta ibid.
6 Et onus probandi contrarium in aduerſarium transfertur.
7 Seruitus diſcontinua non dicitur habere cauſam naturalem.
Acquiritur pacto, teſtamento, vel præſcriptione, ibidem.
Seruitutis quaſi poſſeſſio abſque titulo præambulo non ſuffragatur ibid.
8 In dubio qui aliquid facit in re aliena præſumitur facere iure familiaritatis.
9 Seruitus habens cauſam diſcontinuam, vt præſcribatur requiritur immemorabilis.
10 Immemorabilis eſt probanda cum requiſitis *glo. in cap. 1. de præſcript. in 6.*
11 Quæ ſint requiſita ad probandam immemorabilem.
12 Seruitus diſcontinua præſcribitur per decennium inter præſentes, & 20. annos inter abſentes, ſi concurrat titulus num. 13.
14 Titulus a præſcribente plenè probari debet, vbi reſiſtit ius commune.
15 Et probatio ad hunc effectum non debet eſſe generica, ſed ſpecifica.
16 Ad præſcribendam ſeruitutem realem, & iura incorporalia non requiritur titulus.
17 Lim. procedere ſi agatur inter duos tertios, ſecus contra proprietarium.
18 Bona fides in præſcribendis ſeruitutibus præſumitur.
19 Sed admittit probationem in contrarium.
20 Mala fides ſemper datur, vbi datur ſcientia rei alienæ.
21 Mala fides colligitur ex præſumptionibus, & coniecturis.
22 Dominus fundi ad hoc vt cogatur ad imponendam ſeruitutem quæ requiratur.

DECISIO XXV.

EX deductis pro parte Clerici Franciſci de Amatis cenſui non licere DD. de Ventijs dare exitum, ſeu immittere lixiuium in præfati viridarium, quo-
1 niam indubitati iuris eſt nemini licitum eſſe immittere aquam, ſeu proijcere putrida, lauaturas, aliaque immunda in fundum vicini, niſi ſeruitus impoſita reperiatur, vt per *text. in l. ſicuti §. Ariſto. ſi ſer. vend. comprobat Cepol. de ſeruit. vrban. præd. cap. 68. num. 1. & ſeq.*

2 Prout etiam inter priuatos nemo poteſt præter Domini voluntatem in alieno ædificare, aut ſeruitutem imponere ad *text. in l. fi. §. Lucius ff. de ſeruit. vrban. præd. Cepol. de ſeruit. vrban. præd. cap. 41. num. 2 Capic. Latr. conſult. 64. num. 16. Franc. Marcb. dec. 120. in prin.* & in ſimili ſpecie ſeruitu-
3 tis ſtillicidij, quod non poſſit quis conſtruere tectum, ex quo ſtillicidium cadat ſupra tectum vicini *Cepol. dicto cap. 41. num. 3. plene Surd. conſ. 137. num. 7. cum ſeq. vbi alios allegat*, & de ſeruitute
4 proiciendi *Cepol eod. tract. cap. 31. num. 2.* & de ſeruitute oneris ferendi idem *Cepol. cap. 37.* quos allegat *De Luca in ſuo Theatro veritat. tom. 4. tit. de ſeruit. prædial. diſ. 57. num. 2. & 3.*

5 Seruitus autem non præſumitur, vnde Franciſcus habet de iure intentionem fundatam ſuper libertate ſui viridarij à quacunque ſeruitute exempti, prout generaliter quælibet res cenſetur libera, & nulli ſeruituti obnoxia *l. altius 8. & l. ſequen C. de ſeruit. Alex. conſ. 174. num. 1. lib 2. Aym. conſ 11. num. 9. & conſ. 152. num. 14. Honded. conſ. 79. nu. 22. lib. 1. Maſcard. de probat. conclu. 79. num. 6. & conclu. 209. num. 5. Menoch. lib. 3. præſumpt. 89. num. 1. Surd. dec. 177. num. 1. Barguin. deciſ. 3. nu. 1. & dec. 4. num. 44. p. 5. Rot. deciſ. 83. nu. 5. poſt Poſt. de manuten.*

6 Sufficit propterea ad hunc effectum negare ius ſeruitutis, vt onus probandi contrarium in aduerſarium transferatur, per *text. in l. ædibus C. de ſeruit. Bart. in l. 1. §. hoc interdicere num. 7. ff. de itin. actuque priuat. Menoch. conſ. 75. num. 4. Gabr. conſ. 145. num. 3. lib. 1. Gratian. diſcept. 559. num. 10. verſ. prout neque poterit, Surd. deciſ. 177. num. 1. & deciſ. 136. num. 6. Rot. deciſ. 1422. num. 13. coram Seraph. deciſ. 101. num. 2. p. 4. tom. 2. recen. & in Romana ſeruitutis 29. Ianuar. 1666. §. habet enim coram Cerro Decano, & in* Romana*, ſeu Portuen. ſeruitutis* 15. Februarij *eodem anno ſub prin. coram Albergato.*

7 Prætenſa autem ſeruitus in præſenti non probatur, & cum non habeat cauſam naturalem, vt inquit *Mareſcot. var. reſol. lib. 1. cap. 85. nu. 4. Menoch. lib. 3. præſumpt. 89. nu. 2.* neceſſe fuiſſet Ventios probare ſe eam, vel pacto, vel teſtamento, vel præſcriptione acquiſiuiſſe *glo in l. 1. §. 1. ff. de itin. actuq. priuat.* Rom. *& communiter DD. in l. altius C. de ſeruit. §. vltim. inſtit. eod. tit. Dec. conſ. 483. ſub nu. 3. Gabr. conſ. 141. nu. 3.* Cepol. *de ſeruit. vrban. præd. cap 19. nu. 1. & 2. Gail. obſeruat. 69. nu. 3. verſ. proinde ad impedien. lib. 2. Ciriac. controuerſ 28. nu. 7.* Menoch. *& Mareſcot. locis proximè citatis Rot. dec. 101. nu. 4. p. 4. tom. 2. rec. & in dicta* Romana *ſeruitutis §. habet enim coram Cerro, & in alia Romana, ſeu Portuen. ſeruitutis* 15. Febr. 1666. *in prin. coram Albergato.*

8 Adeo, vt ad hunc effectum neque releuet probatio quod quis reperiatur in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, niſi etiam probetur adeptam fuiſſe titulo præambulo ſeruitutis, eiuſque iure vſum fuiſſe *l. 1. §. Iulianus ff. de itin. actuque priuat. l. vltim tit. eod. Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed. 5. nu. 13 & 53 circa med. & lib. 3. præſumpt. 89. num. 6 Gratian diſcept. 559. nu. 10. verſ. prout neque poteris, & nu. 11. & 12. Surd. dec. 177. nu. 2. & 3. Rot. dec. 101. nu. 2. p. 4. tom. 2. rec.* vbi *nu. 14 15. &* 16. reddit *rationem*, quia poteſt quis tranſire, vel proijcere aquam, vel alium actum peragere in ſolo alieno, vel iure familiaritatis, vel de licentia Domini, vel doloſè per actum clandeſtinum, & in dubio, qui aliquid facit in re aliena ſemper præſumitur facere iure familiaritatis, vt benè animaduertit *Surd. dec. 177. nu. 3. ad late tradita per Maſcard. de probat. lib. 3. conclu. 1214. à num. 1. & ſeq.*

9 Hanc autem ſeruitutem pacto, aut teſtamento Ventijs conceſſam, aut conſtitutam fuiſſe non oſtenditur, quo verò ad præſcriptionem, cum agatur de ſeruitute proiectionis aquarum ſeù lexiuij, & immunditiarum diſcontinua, & interpolata, quia per ſe ſine facto hominis ſemper exerceri non poteſt ad differentiam illarum, quæ continuo, omnique tempore ſine alterius miniſterio habet tractum ſucceſſiuum

ceſſiuum

Digitized by Google

ceſſiuum requiritur immemorabilis, & vſus tanti
temporis, cuius in contrarium memoria hominum
non extet *glo. magna in l. ſeruitutes 14. in priu. in*
verbo certum verſ. ſi autem ff. de ſeruit. & ibi Bart.
nu. 3. Caſtren. num. 10. per text. in l. hoc iure §. ductus
aqua ff. de aqua quotid. & æſti. Hond. conſ. 79. nu. 33.
& 65. lib. 1. Natta *conſ. 69. in priu. Gail. obſer. 60.*
nu. 14. verſ. diſcontinuè vero Otnot. inſtit. lib. 2. tit.
de ſeruit. ruſt. & vrban. præd. tit. 3. §. ſi. in addit. lit.
G, fo. mihi 113. vbi declarat, quæ ſit diſcontinua
ſeruitus *Balb. de præſcript. 2. p. 4. par. priu. qu. 1. ſub*
nu. 2. & 3. fo. mihi 199. *Menoch. de recuperand. poſ-*
ſeſſ. remed. 5. nu. 50. vbi *quod hoc vno ore omnes fa-*
teantur, plenè Andreol. controuerſ. 178. nu. 5. Caldaſ.
qu. forenſ. lib. 1. q. 5. nu. 26. & 33. Gratian. diſcept.
681. nu. 36. & ſeq. Cepol. de ſeruit. vrban. præd cap.
19. à nu. 4. vſque ad 9. De Luca in ſuo Theatro ve-
ritat. lib 4. tit. de ſeruit. diſ. 32. num. 7. Vincen. de
Franc. *dec. 182. nu. 12. & 13. Rot. dec. 631. nu. 8. co-*
ram Caualerio dec. 101. nu. 5. p. 4. tom. 2. rec. in Ro-
mana ſeruitutis 29. Ian. 1666. *§. neque interuenire*
coram Cerro, & in alia Romana, ſeu Portuen. ſeruitu-
tis 15. Feb. 1666. *§. in prima autem coram Albergato.*

10 Quæ immemorabilis probatio pœnitus deficit in
præſenti, cum non fuerit iuſtificata per teſtes de-
ponentes cum requiſitis per *glo. in cap. 1. in verbo*
11 *memoria de præſcription. in* 6. nempè de viſu per
quadraginta ante motam litem, de auditu à ſuis
maioribus, qui etiam ab alijs audiuerint, & quod
nec ipſi, nec eius maiores viderint, vel audiuerint
contrarium, & de publica voce, & fama per verbum
fuit, & eſt, quod non adſit initij memoria, quibus,
aut vnum ex dictis requiſitis ſi in teſte deficiat nũ-
quam immemorabilis probata cenſetur *Greg XV.*
dec. 196. num. 1. Canale. dec. 140. ſub priu. verſ. nam
quod dicta, & dec. 174. nu. 1. & 2. Burat. *dec. 163. nu.*
8. Seraph. dec. 1102. num. 2. Merlin. *dec. 532. nu. 16.*
Mantic. dec. 289. nu. 2. Penia dec. 508. num. 1. verſ.
nam primum, & dec. 641. num. 4. Rot. dec. 557. nu. 2.
verſ. quantum ad immemorabilem p. 4. diuerſ. in Præne-
ſtina iuriſpatronatus 17. Martij 1666. *§. & quantum*
coram Beuilaqua, & in noſtris terminis *Rot. dec.*
101. *nu. 5. 6. 7. p. 4. tom. 2. rec. & in Romana, ſeu*
Portuen. ſeruitutis 15. Feb. 1666. *§. in prima autem*
verſ. qua probatio, cum duobus §. ſequen. coram Al-
bergato.

12 Et quamuis non deſint Doctores ad præſcriben-
dam ſeruitutem etiam diſcontinuam ſufficere decẽ
annos inter præſentes, & viginti inter abſentes *glo.*
magna in l ſeruitutes ff. de ſeruit. & ibi Bart. num. 4.
Caſtr. *num. 11. verſ. 2. fallit. cum alijs relatis per* Ce-
pol. de ſeruit. vrban. præd. cap 19. nu. 6. verſ. ſecun-
dus caſus, & num. 8. verſ. teneas Borgnin. dec. 3. nu-
13 *mer. 8. par. 5.* tamen eorum opinio tunc ſolum pro-
cedit, & admitti poteſt, quando allegatur titulus
ſufficiens ad præſcribendum, cum declaratione
à quo fuerit habitus, & quidem in principio litis,
& inſuper præſcribentem in vim eiuſdem tituli poſ-
ſediſse, cum ſcientia, & patientia Domini fundi
ſeruientis, & magiſtraliter declarauit Rot. *dec. 101.*
num. 9. & 10. p. 4. tom. 2. rec. & in citata Romana,
ſeu Portuen. ſeruitutis 15. Feb. 1666. *§. licet vero co-*
ram Albergato, & traduut DD. relati per Moſcard.
de probat lib. 3. conclu. 1214. nu. 74. & 75.

14 Quæ omnia ceſſant in præſenti, cum nullus titu-
lus allegetur, & cum immiſſio, ſeu proiectio im-
munditiarum in alienum fundum ſit contrà ius, vti-
que titulus à præſcribente plenè probari debet *Ma-*
15 *ſcard. de probat. lib. 3. conclu. 1214. nu. 16.* & huiuſ-
modi probatio adhunc effectum non debet eſſe ge-
nerica, ſed certa, ſcilicet quod titulus proueniat ex
certa cauſa, vt emptionis, vel donationis, aut lega-
ti *Borguin. qui alios allegat. dec. 3. n. 8. circa med. p. 3.*

16 Nec infringit, quod ad præſcribendas ſeruitutes
reales, & iura incorporalia non requiratur aliquis
titulus, ſed ſola poſſeſſio bonæ fidei *l. ſi quis diutur-*
no, & ibi Bart. ff. de ſeruit. vend. Paul. de Caſtr. in
l. ſi vnquam C. de ſeruit. & aqua Bart. in l. 2. §. 1.
col. 2. verſ. venio ad ſequentem ff. de itin. actumque
priuat. quia hoc ad ſummum procedit, ſi agatur in-
17 ter duos tertios, ſecus autem contra fundi proprie-
tarium, & Dominum *Achil. dec. 5. de reſtit. ſpoliat.*
Seraph. dec. 970 nu 5.

18 Quinimo, nec concurrit bona fides, quæ licet in
præſcribendis ſeruitutibus præſumatur *l. pen. C. de*
euict. glo. in cap. ſi. in glo. vltim. de præſcript. & in
l. ſuper longi in verbo probetur C. *de præſcript. long.*
temp. Gabriel. de crim. conclu. 2. num. 26. Greg. XV.
dec. 567. num. 9. admittit tamen probationem in
19 contrarium, prout deducitur in præſenti, quia con-
ſtat opus de recenti factum fuiſſe, & Vētios tempo-
re antea putrida, & lexiuium poſt linteorum purifi-
cationem ſolitus fuiſſe proijcere in viam publicam,
quod exuberat ad excludendam bonam fidem, cum
ſufficiat etiam fama, vt animaduertit *Maſcard. de*
probat. in terminis ſeruitutis *lib. 3. conclu. 1214. nu.*
20 37. & mala fides ſemper datur vbi datur ſcientia
rei alienæ *Surd. dec. 240. nu. 17. Canaler. dec. 91. nu.*
10. *Burat. dec. 685. nu. 4.* immo cum in animo con-
21 ſiſtat ſufficit, quod colligatur ex præſumptioni-
bus, & coniecturis *Abb. conſ. 19. nu. 2. verſ. nam*
mala fides lib. 2. Ruin. conſ. 170. in ſi. lib. 1. Barboſ. in
rub. de præſcription. num. 252. & 337. cum alijs per
Merlin. dec. 702. nu. 23.

22 Vnde ceſſat pariter obiectum deſumptum ex ne-
ceſſitate proijciendi in dictum viridarium huiuſmo-
di lauaturas, dum alibi poſſint habere exitum; &
vbi concurrit hæc neceſſitas ad hoc, vt dominus
fundi cogatur ad imponendam ſeruitutem multa
requiruntur, & præter alia ſolutio pretij, vt firmat
text. in l. ſi quis ſepulchrum ff. de reliq. Cepol. *de ſer-*
uit. ruſtic. præd. cap. 1. num. 21 verſ. & intelligo, &
nu. 24. verſ non fallit, & de ſeruit. vrban præd. cap.
1. nu. 4. Rot. dec. 101. nu. 25. & ſeq. p. 4. tom. 2. rec.
& late comprobat Boer. *dec. 322. num. 10. verſ. ſed*
contrarium Vrſil. ad Afflict. dec. 265. nu. 114.

SVMMARIVM.

1 In ſeruitutibus affirmatiuis poſſeſſio acquiritur facto.
2 In negatiuis acquiritur per prohibitionem, ne aliquid fiat, & acquieſcentiam prohibiti.
3 Allegans præſcriptionem in ſeruitutibus negatiuis tenetur probare prohibitionem, patientiam, & obedientiam.
4 Prohibitio ſufficit ſi emanauerit per actum etiam extrajudicialem.
5 Et ſufficit ſi maiori parti ſubditorum facta fuerit.
6 Præſcriptio in ſeruitutibus negatiuis non incipit currere, niſi à die prohibitionis.
7 Vnuſquiſque poteſt in ſuo fodere, & ædificare. Etiamſi alteri noceat nu. 8.
9 Princeps, & Baro non poſſunt ſuis ſubditis impedire calcarearum, & furnorum conſtructionem.

10 Etiam

10 Etiam ſi ab antiquiſſimo tempore ſolus Baro habuiſſet calcareas, & furnos.
Limit. ſi ſubditi fuerint prohibiti, & acquieuerint ibid.
11 Baro non poteſt cogere ſuos ſubditos ad molendum in ſuo molendino, & coquendum in ſuo furno, etiam ſi ad eum accedere ſoliti fuerint nu. 12.
Et non valent ſtatuta id prohibentia ibid.
Ordinatio reſpiciens tantum Baronis, & non ſubditorum commodum non tenet ibid.
12 In iuribus negatiuis, & facultatiuis non datur præſcriptio.
13 Dominus etiam ſi habeat merum, & mixtum imperium non poteſt prohibere ſubditis, ne accedant, niſi ad ſua Molendina. Amp. vt nu. 13.
14 Amp. Idem de torcularibus oliuarum.
15 Amp. Vt neque Ciuitas poſſit hoc prohibere abſque legitimo titulo.
Amp. etiam ſi perſonæ competant regalia ibid.
16 Statuta Ciuitatis prohibentia acceſſum ad alia molendina non valent, & ſi valent non ligant Eccleſiaſticos num. 17.
19 Lim. ſi ſubditi fuerint prohibiti, & acquieuerint.
In ſeruitutibus negatiuis acquiritur poſſeſſio iuriſdictionis per obedientiam prohibitionis ibid.
20 Quanto tempore præſcribantur ſeruitutes negatiuæ poſt acquieſcentiam prohibitioni.
21 Acquieſcentia ad hunc effectum non debet eſſe coacta, & quando talis dicatur.
Ex actibus coactis nulla oritur præſcriptio, aut conſuetudo ibid.
22 Princeps ſupremus poteſt imponere ſubditis ſeruitutes negatiuas.
23 Valent ſtatuta imponentia ſeruitutes negatiuas, ſi reſpiciant publicam vtilitatem.
24 Conuentio de non accedendo ad alia molendina redditur valida.
25 Subditis prohiberi poteſt acceſſus ad alia molendina, ſi ex conuentione habeant molendina publica.
26 Venatio eſt de iure gentium.
27 Subditis per Principem prohiberi non poteſt.
28 Et non ſolum in proprio, ſed etiam in alieno quilibet venari poteſt nu. 29.
30 Lim. ſi Dominus prohibuerit venationem, & ſubditi acquieuerint per tempus 30. annorum nu. 31.
32 Piſcatio tamquam omnibus libera prohiberi non poteſt.
33 In mari omnes piſcare poſſunt niſi aliter conuentum eſſet.
34 Amp etiam in fluminibus, & portu, niſi flumen, & ius piſcandi ſit priuatum nu. 35. & 36.
Flumina, & portus, licet quo ad certos vſus ſint priuata quo ad alia ſunt publica ibid.
37 Piſcatio non eſt permiſſa ſi Baro fecerit prohibitionem, & ſubditi acquieuerint, & interceſſit tempus neceſſarium ad præſcribendum.
38 Neque eſt permiſſa, vbi fuit facta conuentio de non piſcando in flumine.
39 Neque licet vbi viget conſuetudo de piſcando pro vſu publico.

Seruitutes affirmatiuæ, & negatiuæ quomodo acquirantur.

ANNOTATIO I.

1 IN ſeruitutibus affirmatiuis poſſeſſio acquiritur facto *l. 1. & 2. de ſeruit. & aqu. Gratian. diſcept. 89. num. 19. tom. 1.* In ſeruitutibus verò negatiuis acquiritur dum quis conatur aliquid facere, & alius prohibeat, & prohibitus deſiſtat, vnde ſi ſubditus prohibitus per ſuperiorem, nè aliquid faciat, obtemperet, & acquieſcat, per talem acquie-
2 ſcentiam, & obedientiam conſtituitur Dominus in poſſeſſione iuriſdictionis, & ſubditi in ſeruitute negatiua de non amplius exercendo actum, & rem vetitam, ſine huiuſmodi tamen prohibitione neque per præſcriptionem, neque per conſuetudinem ſeruitus negatiua acquiri poteſt *l. ſequitur § ſi viam ff. de vſucap. l. qui luminibus ff. de ſeruit. vrban. præd. Bald. in l. 2. nu. 54. verſ. ſed quæritur. an per obedientiam ibi: & hoc verum C. de ſeruit. & aqu. cum alijs per Gratian diſcept. 89. nu. 18. 19. & 20. Burat. dec. 38. num 4.*

3 Vnde Dominus allegans præſcriptionem in ſeruitutibus negatiuis aduerſus ſubditos tenetur probare prohibitionem, patientiam, & obedientiam *Aym. conſ. 361. nu. 6. Afflict. dec. 388. nu. 10. Theſaur. dec. 16. nu. 8. Gratian. diſcept. 564. nu. 54. Ferentil. in addit. ad Burat. dec. 38. nu. 8.*

4 Prohibitio verò ad hunc effectum ſufficit etiam ſi emanauerit per actum extraiudicialem, nec requiritur neceſſario, quod fiat iudicialiter, dummodo Vaſſalli acquieſcant *Rol. conſ. 22. num. 23. vol. 2. & conſ. 81. num. 41. vol. 3. Roſtental. de feud. cap. 1. conclu. 17. nu. 1. Capic. dec. 209. nu. 20. Theſaur dec. 16. ſub nu. 7. verſ. item ſufficit Adden. ad Burat. dec. 38. nu. 6. Gratian. diſcept. 564. nu. 54. Syntax commun. opin. tom. 4. loco 12. tit. miſcelan. de molendin. c. 4. verſ. & iſtud ampliat. fo. 123 Crauet. de antiquit. tempor. in 4. p ſection. circa præmiſſa n. 29. circa fin.*

5 Prout etiam ſuffragatur, ſi prohibitio maiori parti ſubditorum facta fuerit, & quod tali prohibitioni pro bono pacis obtemperatum fuerit *Rol. conſ. 22. nu. 4. vol. 2. Roſtental. de feud. cap 1. conclu. 27. num. 2. Theſaur. loco citato relatis per Adden ad Burat. dec. 38. nu. 7. Gratian. diſcept. 564. nu. 54. Boer. dec. 125. num. 1.*

6 Propterea in ſeruitutibus negatiuis non incipit currere præſcriptio, niſi à die prohibitionis *glo. celebris communiter recepta in l. qui luminibus ff. de ſeruit. vrban. præd. Rip. in cap cum Eccleſia ſutrina nu. 50. de cauſ. poſſeſ. & propriet. Burat. dec. 38. nu. 4. Rot. dec. 265. num. 36 p. 3. tom 1. dec. 453. nu. 59. p 7. rec.*

7 Vnicuique autem ius aſſiſtit, vt poſſit in ſuo fodere, excauare, & ædificare ad libitum *l altius C de ſeruit. & aqu. l. Imperatores 13. ff. de ſeruit. vrban.*
8 *præd.* etiam ſi alteri noceat, dummodo principaliter nocendi animo id non faciat, ſed vt ſibi proſit *l. cū eo 8. ff. de ſeruit. vrban præd l. proculus 26 l fluminum 74. § fi. vbi Bald. ff de dam. infect. l. 1. §. denique Marcellus ff de aqua plu. arcen. Aym. conſ. 94. num. 2.* Quod in dubio præſumitur *Gail. obſer. 69. num 30. lib 2. Surd. conſ 127. num. 19. & conſ. 154. num. 14. Burat. dec. 38. num 1.*

9 Ac proinde Princeps, ſeu Baro nequit ſuis ſubditis impedire calcarearum, & furnorum conſtructionem *Ripa in l. quo minus nu. 134 ff. de flum. Neniz. conſ 43, nu. 7. & 8 Rol. à Vall. conſ. 22. num. 1. & plurib. ſequen. vol. 2. Surd conſ. 127. num 23. & 54. Alber. Brun. conſ. 56. num 2. Iacobin. in ſua inueſt. feud. verſ. & tum Molendinis nu. 4. Gratian. diſcept. 564. num. 48. tom. 3. Boer. dec. 125. nu. 4. & 5. Burat. dec. 38. nu. 2.*

10 Etiam ſi ab antiquiſſimo tempore ſolus Baro habuiſſet calcareas, & furnos exercere ſcilicet, ad quos ſubditi pro calce, & pane acceſſiſſent, nihilominus non illi quæſitum remanet ius, ne nouæ calcareæ, & furni fiant, niſi tentaſſent ſubditi alios conſtruere, & propter prohibitionem factam deſtitiſſent, atque ab inde citra tempus ad præſcribendum requiſitum decurriſſet *Ripa in cap. cum Eccleſia ſutrina num. 45. de cauſ. poſſeſ. & propriet. Neniz.*

conſ.43. num. 10. Surd. conſ. 127. num. 23. Balb. de præſcript. in 4. p. 5. p. principal. qu. 5. Veronen. de ſeruit. vrban. præd. cap. 5. de furno num. 1. Cepol. tit. eod. cap. 50. num. 7. Gratian. diſcept. 564. num. 54. Roſental de feud. conclu. 27. c. 5. Capic. dec. 209. nu. 26. Afflict. dec. 388. num. 1. & 2. Burat. dec. 38. nu. 3.

11 Ampl. vt neque Dominus, ſeu Baro poteſt cogere ſuos ſubditos ad molendum in ſuo molendino, & ad coquendum in ſuo furno, quia ire ad molendum eſt actus liberæ poteſtatis, nec huiuſmodi ius prohibendi reſultare poteſt ex capitulis feudalibus, ac proinde non valent ſtatuta prohibentia ſubditos non poſſe alibi molere, quam in proprijs ſtatuentium molendinis, & ita conſuluiſſe totum Collegium Bononienſe ſuborta lite inter Communitatem, & Epiſcopum Spolet. *Anchar. conſ. 12. 13. 155. & 292.* nam cum hoc caſu ordinatio reſpiciat priuatum commodum, & vtilitatem, & burſam Domini nunquam ambitioſa non tenet, & vti nulla non eſt obſeruanda *l. ambitioſa de decret. ab Ordinario facien. late Rol. à Vall. conſ. 22. num. 1. & plurib. ſequen. & nu. 13. 19. verſ. ſeptimo, & vltimo tom. 2. Anchar. conſ. 398. ſecutus per Soccin. conſ. 172. col 3. in prin. Syntax. commun. opin. tom. 4. loco 12. tit. miſcellanea de molendinis cap. 4. verſ. Dominus non poteſt, & verſ. ſed contrarium eſt verius fo. 152. à tergo Burat. deciſ. 38. num. 3.*

12 Neque in hoc induci poteſt conſuetudo, aut poſſeſſio, vt omnes accedant ad vnum molendinum, quia cum conſiſtat in libertate eius, qui vadit ad molendum, non acquiritur aliqua ſeruitus, licet per mille annos, ita fuiſſet ſecutum, & per tempus immemorabile nullum actum in contrariũ geſtum, in iuribus autem negatiuis, & quæ facultatis ſunt non datur iſta præſcriptio, nullumque ius *Cin. in l. 2. qu. 3. C. quæ ſit longa conſuetud. Bal. in l. 1. num. 10. C. de ſeruit. Conar. in cap. poſſeſſor p. 2. §. 4. num. 6. Cepol. de ſeruit. vrb. præd. cap. 50. num. 4. 5. & 6. Balb. de præſcript. 4. p. 5. p. prin. qu. 5. num. 2. Menoch. de arbit. caſ. 60. num. 8. Roſental. de feud. cap. 5. conclu. 25. nu. 5. Gratian. diſcept. 89. num. 13. & diſcept. 564. num. 44. Tondut. quæſt. ciuil. cap. 169. nu. 13. & 14. late Ripa in cap. cum Eccleſia ſutrina num. 30. de cauſ. poſſeſſ. & propiet. Capliban. prag. 1. de Baron. & eorum offic. nu. 208. lib. 1. Poſt. de manuten. obſer. 53. num. 1. & 2. Syntax. commun. opin. lib. 12. tom. 4. tit. miſcellanea de molendin. cap. 4. verſ. ſed quid ſi ſubditi fo. 123. Boer. dec. 125. nu. 4. Guid. Pap. dec. 298.*

13 Quod adeo eſt in iure certum, vt neque Domini habentes iuriſdictionem, ac merum, & mixtum imperium ſuperiorem verò recognoſcentes poſſunt ſtatuere, vt ſubditi non deferant frumentum ad molendum ad alia molendina, quam ſua, cum hæc ſint meræ facultatis, ac multum minuãt libertatem Populi, & graue præiudicium afferant ſubditis habentibus ſimilia molendina *Hond. conſ. 84. num. 35. lib. 2.* vbi de torcularibus oliuarum *Rol. à Valle*
14 *de communi conſ. 22. num. 19. lib. 2. Clar. in § feudum qu. 30. Aym. de antiq. tempor. §. 4. §. circa præmiſſa Roſſental. de feud. cap. 5. conclu. 26. in prin. Gratian. diſcept. 564. num. 45. tom. 3. & num. 46. & 51.* vbi de Baronibus Regni, qui non poſſunt ſubditos ad prædicta compellere *ex conſtitutione Caroli V. quæ eſt 14. pragmatica in tit. de Baron. & eorum offic. Theſaur. dec. 10. fere per tot. Vrſil. ad Afflict. dec. 388. num. 2. & 3. Rot. dec. 530. num. 2. p. 2. rec. confirmata coram Burat. dec. 414. eadem Rot. dec. 616. num. 1. p. 3. rec. & in Maceraten furni 31. Iunij 1591. coram Pamphilio.*

15 Adeo, vt nec Ciuitas, nec Domini locorum ius aliquod habent prohibendi ſubditis acceſſum ad molendina ſibi placita abſque legitimo titulo, vel legitima præſcriptione, cum huiuſmodi facultas ſit priuati iuris, ac proinde nec etiam ius prohibendi competit perſonis, ad quas pertinent regalia *Io. Fab. § aqua num. 21. verſ. & ideo credo inſtit. de action. Aym. conſ. 871. num. 5. & conſ. 396. num. 6. lib. 5. Vermigliol. cauſ. crim. 100. num. 1. Veronen. de ſeruit. Vrban. præd. cap. 5. num. 2. verſ. ſed contrarium Surd. conſ. 127. num. 35. & 55. & conſ. 154. nu. 11. 12. 13. & 14. Gratian. diſcept. 89. nu. 14. Syntax. commun. opin. tom. 4. loco 12. tit. miſcellanea de Molendinis cap. 4. verſ. Dominus non poteſt fo. 112. à ter-*
16 *go,* vbi quod non valeat ſtatutum Ciuitatis per quod directè, vel indirectè Ciues coguntur ire ad molendina Ciuitatis relictis alijs particularium
17 perſonarum, & in caſu, quod valeant, non ligare Eccleſiam, & Clericos.

18 Quod procedit etiam ſi Domini temporales eſſent inueſtiti de Caſtris, cum Molendinis, aquis, furnis, & ſimilibus, quia nec vigore huiuſmodi inueſtituræ poſſunt ſubditos cogere, vt deferant frumentum ad eorum molendinum, vt reprobato *Iaſon. in conſ. 161. lib. 2.* de communi tradunt *Doctores relati per Gratian. diſcept. 564. num. 47.*

19 Verum limitatur prædicta, primo ſi concurrat ſaltem tacitus ſubditorum conſenſus, quod ſatis reſultare videtur, ſi ſubditi fuerint prohibiti accedere ad aliud molendinum, & illi prohibitioni acquieuerint per longiſſimum tempus, ex cuius curſu reſultet præſcriptio, aut conſuetudo, quæ efficit, vt prohibus tunc gerat actum non gratuitum, ſed meræ ſeruitutis, vt potè quia in ſeruitutibus negatiuis acquiratur poſſeſſio iuriſdictionis per obedientiam, ſi ſubditus prohibitus deſiſtat *Bald. in l. ſi quiſquam de diuerſ. & temporal. præſcript. & in cap. ſignificante 69. de appel. & ibi Abb. in 1. notab. Natta conſ. 106. num. 9. ad fi. & conſ. 107. lib. 1. Rol. à Valle conſ. 9. num. 17. conſ. 22. num. 22. 25. & 34. tom. 2.* vbi quod præfatis concurrentibus præſcribantur etiam ea, quæ ſunt meræ facultatis, *Balb. in tract. de præſcript. in 4. p. 5. prin. in 5. qu. verſ. hanc concluſionem num. 3. Cepol. de ſeruit. Vrban. præd. cap. 50. num. 4. & 6. Gratian. diſcept. 89. num. 18. & 19. & diſcept. 564. num. 52. Gail. obſer. 169. nu. 14. lib. 2. Syntax commun. opin. tom. 4. Miſcelan. loco 12. tit. de ſeruit. & aqua, & de molendin. cap. 1. in prin. fo 151. & cap. 4. ſub verſ. inſuper hoc fo. 122. à tergo & verſ. ſed quid ſi ſubditi in fi. & verſ. Molendinum ſi quis fo. 123. Boer. deciſ. 125. num. 5. Menoch. de arbit. caſ 160. num. 10. Guid. Papa deciſ. 298. Theſaur. deciſ. 16. num. 7. Afflict. dec. 388. num. 5. & pluribus ſeq. ibique Vrſil. ſub num. 1. & magiſtraliter dixit Rot. dec. 616. num. 1. p. 3. recen.*

20 Ad inducendam verò præſcriptionem poſt dictã prohibitionem, quod temporis ſpatium requiratur diſſentiunt Doctores, alij tenentes quod debeat concurrere tempus 30. annorum, & alij quod ſufficiat decennium a die prohibitionis, & patientiæ, quos refert *Theſaur. deciſ. 16. num. 7. verſ. diſſentiunt tamen.*

21 Sublim. ſi probata acquieſcentia populi prohibiti accedere ad alia molendina tunc ſuffragatur ſi non ſit coacta, & metu extorta, pro vt redderetur ſi emanaſſet ob præceptum pænale factum à Domino, tum quia præcepta pænalia iuſtum metum inducunt, *Bart. in l. creditor in fi. ff. de ſolut.*, tum quia in ſubditis præſumitur metus, *Surd conſ* 127. *num.* 25. tum etiam quia ex actibus coactis nulla naſcitur conſuetudo, aut oritur præſcriptio, nec acquiritur ius *l. 1. C. de ſeruit. & acqu. plenè Natta conſ.* 106. *num.* 12. *lib.* 1. *Afflict. deciſ.* 388. *nu.* 9. *Rot. dec.* 616. *num.* 3. *p.* 3. *recen.*

22 Lim. 2. in Principe ſupremo ſuperiorem non recognoſcente, qui ob iuriſdictionis amplitudinem cura validè poſſit condere ſtatuta, & habeat leges in ſcrinio ſui pectoris, & laboret, & inſeruiat ſubditis in gubernando, & regendo imperio poteſt ſubditis imponere præfatas ſeruitutes negatiuas, *Bald. in l. vnica num.* 4. *ad fi. C. de monopol. Rum. iun. conſ.* 370. *num.* 4. *lib.* 4. *Gratian. diſcept.* 89. *num.* 17.

23 Limit. 3. ſi huiuſmodi prohibitio, ſeu ſtatutum reſpiceret rem publicam, ſeu Fiſcalem Cameram, cum tunc valeret, quaſi quæſtus inde redditus deſtinetur publicis neceſſitatibus, & reſpiciat munus publicum, & non priuatam vniuerſitatis, ſeu Baronis vtilitatem *Rol. à Valle conſ.* 22. *num.* 4. *& ſeq. Bald. conſ.* 410. *col. vltim. in fi. verſ. quod autem lib.* 5. *Gratian. diſcept.* 89. *nu.* 15. *&* 16. *& diſcept.* 564. *num.* 57. *late Theſaur. dec.* 16.

24 Lim. 4. vbi adſit pactum, vel promiſſio iurata non accedendi ad alia molendina, cum quilibet poſſit renunciari iuri ſuo, & imponere ſibi neceſſitatem eundi potius ad molendinum vnius, quam alterius, vnde redditur valida talis conuentio. *Gaſpar. Anton. Theſaur. in addit. ad Theſaur. deciſ.* 16. *poſt med. relat. per* Gratian. *diſcept.* 564. *num.* 55. *tom.* 3.

25 Limit. 5. vbi conueſſit conceſſio facta per ſubditos, vt domini habeant molendina publica, & furnos publicos, nam tunc vigore conceſſionis vtique ſubditis prohiberi poteſt acceſſus ad alia molendina, & furnos, quamuis hoc expreſsè non fuerit in conceſſione dictum, quia ſi permittatur Dominis habere molendina, & furnos publicos, vtique infertur, vt ad eos populus publicè accedere debeat priuatiuè quo ad alios. alias conceſſio nihil operaretur ſi non eſſet reſtrictiua diſpoſitionis iuris cõmunis *Theſaur dec.* 16. *in fi. cum alijs per Gratian. diſcept.* 564. *num.* 55. *&* 56.

26 Amp. 2. principalem concluſionem in venatione, quæ tamquam de iure gentium *l.* 1. 2. *&* 3. *ff. de acquirend. rerum domin.* per Principem tolli, aut per

27 proclamata ſub certa pæna ſuis ſubditis prohiberi non poteſt, ac proinde prohibitio tamquam violenta redditur illicita cum auferat contra voluntatem hominum ſiue Populi ius de iure gẽtium competens, & hanc concluſionem eſſe communiter approbatam, & non habere contradictorem, teſtatur *Rol. à Valle conſ.* 9. *à num.* 1. *vſque ad* 12. *tom.* 2. *ex Dec. quem allegat conſ.* 197. *col.* 2. *Iaſ. conſ.* 119. *col.* 1. *in fi. vol* 4. *Afflict. in conſtit. Regni in conſtitutione ſcire debemus in fi. & tradunt Io. Andr. But. & Card. in cap. non eſt de decim.*

28 Et non ſolum in proprio, verum etiam in agro alieno quilibet poteſt venari *l.* 3. *§.* 1. *tbique glo. ff. de acquirend. rerum domin. l. Diuus ff de ſeruit. ruſtic. præd. §. feræ inſtit. de rerum diuiſ vbi formaliter textus loquitur*, feræ igitur Beſtiæ, volucres, piſces, & omnia animalia, quæ in mari, cælo, & terra naſcuntur ſimul atque ſi ab aliquo capta fuerint, iure gentium ſtatim illius eſſe incipiunt, quod enim ante nullius eſt, id ratione naturali occupanti conceditur, nec intereſt feras, beſtias, & volucres etiam in fundo ſuo quiſquam capiat an in alieno, *Cepol. de ſeruit. vrban. præd. cap.* 103. *num* 1. *Aret. in l.* 3. *§. Nerua filius in* 5. *not. ff. de acquir. poſſeſ Rol. à Valle conſ.* 9. *num.* 21. *&* 22. *tom.* 2. adeout

29 non liceat Domino volẽtem ingredi fundum ſuum cauſa venandi, vel aucupandi prohibere *l.* 3. *§. planè ff. de acquirend. rerum Domin. Cepol. loco citato.*

30 Lim. ſi Dominus Terrarum procramate fecerit, ſeu venationem in ſuo territorio prohibuerit, a qua prohibitione ſi ſubditi non reclamauerint, ſed acquieuerint non contradicendo, acquiritur ius Domino prohibendi huiuſmodi venationes ad notata *in l. prima, & 2. C. de ſeruit. & aqua. gloſ. & DD. in l. qui luminibus de ſeruit. ruſtic. præd. cum alijs per Rol. à Valle conſ.* 9. *nu.* 13. *&* 14. vbi quod hæc cautela pro Dominis terrarum teneat, *& conſ.* 22. *num.* 27. *&* 28. *tom.* 2.

31 Sublim. vt locum habeat, ſi Populus, & homines acquieuerint huiuſmodi prohibitioni per tempus longiſſimum 30. annorum, cum hoc caſu tantum acquiratur ius prohibendi ex tacito conſenſu reſultante ex ipſa acquieſcentia, & non reclamatione, & ſubſecuta obſeruantia, vnde populus non cenſetur inuitus, *glo. & DD in l. qui luminibus ff. de ſeruit. ruſtic. præd. & in cap. ſignificate de appel. Rol à Valle conſ.* 9. *num.* 15. *& conſ.* 22. *num.* 23. *&* 28. *tom* 2. Secus verò ſi ſubditi verbis, vel facto contradixerint proclamationibus eundo venatum, vel habita notitia de ipſis proclamationibus ſe oppoſuerint, & appellauerint iuxta cautelam, *Iacob. de Sancto Giorgio relatam per Rol. à Valle conſ.* 9. *num.* 15. *&* 16. *tom.* 2.

32 Amp. 3. in piſcatione, quæ pariter tamquam omnibus libera prohiberi non poteſt, neque à Preſide Prouinciæ *l.* 3. *§. plenè ff. quod vi, aut clam.* Rol. *à Valle qui alios allegat conſ.* 9. *num.* 12. *& conſ.* 22. *num.* 28. *tom.* 2.

33 Et non ſolum piſcari cuilibet licitum eſt in mari, quod natura omnibus patet *l. venditor in prin. ff. commun. prædior.* & in eius litore *l. riparum ff. de rerum diuiſion.* quia litora communia ſunt omnibus *l. iniuriarum act. ff. de iniur.* ac etiam in litore ante ædes, & Oſtium alienum vt prohiberi nequeat alias prohibens tenetur actione iniuriarum *l.* 2. *§. ſi quis in mari ff. ne quid in loco public.* niſi conuentum eſſet vt in loco illo maris piſcari non poſſit, cum valeat talis conuentio, vt eſt caſus notabilis *in l. venditor in prin. ff. communia prædior, vt comprobat Cepol de ſeruit. Vrban. prædior. cap.* 124. *num.* 1. *&* 2. *fol mihi* 309.

34 Verum etiam in fluminibus, & portu, in quibus pariter ius piſcandi eſt commune omnibus iuxta text. *in §. flumina inſtit. de rerum diuiſ.* quia flumina, portus, & Ripæ licet eſſent in dominio aliorum, tamen propter certos vſus, qui ſolis hominibus competunt publica dicuntur, cuius reſpectu de iure naturali, gentium, & ciuili omnibus, & ſingulis licitum eſt piſcari, etiam ante ædes, & Oſtiũ

alterius, adeo quod prohibens aliquem piſcari in flumine publico teneatur actione iniuriarum *l. iniuriarum §. ſi quis me & §. fi. ff. de iniur. Oinot. in §. flumina num. 7. inſtit. de rerum diuiſion. Cepol. de ſeruit. Vrban. præd. cap. 124. num. 3.*

35 Lim. 1. ſi flumen, vel ius piſcandi eſſet priuatum, vt ſi Princeps, vel Ciuitas vendidiſſet alicui certam piſcariam in certo loco fluminis, ſicuti in multis locis conſuetudine eſt in more poſitum, quod nemini priuatorum liceat piſcari in fluminibus publicis, niſi ijs ſolum, quibus à Magiſtratu conceſſum eſt, de quo plene *Iacob à S. Giorgio in tractatu feudali in verbo ibi fluminibus relat. per Oinot. in §. flumina inſtit. de rerum diuiſion. n. 8. Cepol. de ſeruit. Vrban. prædior. cap. 124. num. 4. verſ. 2. fallit. vbi de lacu Gardæ*, vbi ſunt piſcariæ priuatæ, quæ venduntur.

36 Lim. 2. quando flumen non eſt publicum, ſed priuatum, ſeu proprium alicuius, quia tunc ius piſcandi pertinet ad dominum priuatiuè quo ad alios, *l. iniuriarum §. fi. in fi. ff. de iniur. Oinot. in §. flumina num. 8. verſ. 2. non procedit. inſtit. de rerum diuiſ. Cepol. de ſeruit. Vrban. præd. cap. 124. nu. 4.*

37 Lim. 3. ſi Dominus, vel Baro prohibuiſſet piſcationem, & ipſe ſolus in diuerticulo fluminis piſcatus fuerit, & ſubditi, vel alij acquieuerint prohibitioni, nam tunc à die prohibitionis accedente legitimo tempore ad præſcribendum requiſito, non ſolum conſtituitur in quaſi poſſeſſione iuris piſcandi priuatiuè quo ad alios, verum etiam idem ius præſcribit, requiritur tantum ad hunc effectum tempus cuius initij memoria non extat quo tempore loca publica præſcribuntur, tradunt *Oinot. in §. flumina num. 8. verſ. niſi quis præſcripſiſſet inſtit. de rerum diuiſ. Cepol. d. cap. 124. num. 4. verſ. ſexto fallit. per text. in l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æſti. & notat Bal. in l. item lapilli in 2. qu. ff. de rerum diuiſ.*

38 Lim. 4. non procedere vbi fuit facta conuentio, vt in aliquo flumine, ſtagno, lacu, mari, vel eorum parte piſcari non poſſit *l. venditor in prin. ff. commun. præd.* quæ lex habet locum etiam in fluminibus publicis, vt tradit *Cepol. de ſeruit. Vrban. præd. cap. 124. num. 4. verſ. tertio fallit.*

39 Lim. 5. neque procedere, vbi introducta eſt conſuetudo de ſolum piſcando prò vſu publico, & non prò priuato, quæ conſuetudo tamquam rationabilis eſt ſecuanda, cum publica vtilitas præualere debeat priuatæ per *text. in l. venditor §. ſi conſtat ff. commun. prædior.*

SVMMARIVM.

1 Paſcua dicuntur eſſe in peculio vniuerſitatis.
2 Ius paſcendi quibus modis acquiratur.
3 Ad præſcribendum hoc ius requiritur immemorabilis, vel centenaria.
Seruitus iuris paſcendi habet cauſam diſcontinuam ibidem.
4 Lim. ſupradicta procedere ſi ſeruitus ſit realis, ſecus ſi perſonalis, ſed hæc diſtinctio reijcitur.
5 Lim. ſi concurrat titulus, cum tunc ſufficiat etiam decennium ad eam præſcribendam.
6 Ius paſcendi regulariter ſpectat ad Dominum fundi.
7 Limit. ſi ad Dominum, & Communitatem ſpectent fructus naturales, & ad particulares induſtriales.
8 Poſſideri poteſt eadem res à diuerſis, ex diuerſa cauſa.
9 Dominium iuris paſcendi quomodo probetur.
10 Poſſeſſor in dubio præſumitur Dominus.
11 Dominium iuris paſcendi probatur ex herbarum venditione.
12 Probatur etiam ex annuis recognitionibus, & reſponſionibus, & ſolutione penſionis. Ex prohibitionibus num. 13. Et ex enunciatiuis antiquis num. 14.
15 Poteſt hoc ius ſpectare ad Baronem limitate, vt ſolum ciuibus, & non exteris vendere poſſit.
16 Ius paſcendi competit poſt ſecatas ſegetes.
Fœnum eſt ſpecies fructus induſtrialis ibidem.
Sub iure paſcendi non includitur ibid.
17 Iuris paſcendi ſeruitus quomodo probanda.
18 Vſus & perceptio herbarum non præiudicat proprietario.
19 Poſſeſſio iuris paſcendi probatur ex fructuum perceptione.
Poſſeſſio iuris paſcendi non eſt manutenibilis, niſi competat iure ſeruitutis ibid.
20 Paſcua generaliter ſunt in peculio vniuerſitatis.
21 Et Ciuibus iure Ciuico ius aſſiſtit in territorio habendi paſcua.
22 Pro ſupportandis publicis oneribus poſſunt à Communitatibus aliquas Territorij partes reduci ad bannitas.
23 Prohibitum eſt Baronibus, & Communitatibus facere bannitas.
24 Lim. prò ſeruitio Agriculturæ, & boum paſcuis.
25 Vnicuique licet ſuum fundum muro recingere.
26 Valet ſtatutum de retinendo per Ciues certo ouium numero ad ſeruandam æqualitatem.
27 Vnuſquiſque vti debet iure paſcendi prò modo.
28 Baro ſicut ſinguli Ciues vti poteſt iure paſcendi.
29 Ita etiam præſes, & Prælatus durante officio.
30 Dominus fundi non poteſt mutare ſtatum fundi in præiudicium habentis ſeruitutem iuris paſcendi.
31 Lim. ſi ſeruitus expreſsè conſtituta reperiatur, ſecus ſi tantum competat iure ciuico num. 32.
33 Limit. 2. ſi ſeruitus acquiſita fuerit præſcriptione, quæ durat donec fundus non reducatur ad culturam.
34 Et donec Dominus fundi priuati pro ſe non indigeat.
35 Ciues, & Incolæ habentes ius paſcendi iure ciuico, & non proprio poſſunt vti quo ad eorum animalia, ſecus quo ad alia exterorum ad ſocciitam recepta.

Seruitus iuris paſcendi quomodo competat, acquiratur, & præſcribatur.

ADNOTATIO II.

1 PAſcua dicuntur eſſe in peculio vniuerſitatis, *Caſt. conſ. 376. ante num. 2. verſ. præterea licet p. 1. Conar. pract. qu. 137. num. 1. Rot. deciſ. 632. num. 4. p. 3. recen.*

2 Acquiritur huiuſmodi ius primo inſtitutione, vel alia vltima voluntate ſi ius paſcendi relinquatur, ſecundo ſtipulatione, pactione, vel venditione, donatione, & ſimili contractu, tertio ſententia, quarto lege, vel ſtatuto, quinto præſcriptione, ad late tradita per *Cepol. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 91. a num. 6. vſque ad 31.*

3 Ad præſcribendam tamen hanc iuris paſcendi ſeruitutem requiritur immemorabilis, ſeu tantum tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, vel centenaria, quoniam hæc ſeruitus habet cauſam diſcontinuam, *Cepol. loco citato num. 32. Cancer. p. 3. var. cap. 4. nu. 50. Caſtil. de vſufruct. cap. 68. num. 18. de Luca in ſuo Theat. veritat. tom. 4. tit. de ſeruit. diſ. 35. num. 18. plene Dexat. deciſ. Sardiniæ 70. Rot. in Narnien. iuris paſcendi coram Veroſpio deciſ. 300. & 347. p. 9. recen.* & ratio eſt, quia hæc ſeruitus habet cauſam diſcontinuam, cum ad eius vſum requiratur factum hominis animalia

malia

malia ad paſcua ducentis, & reducentis *Hond. conſ. 79. num. 66. lib. 1. & conſ. 84. num. 28. & 29. lib. 2. Guid. Pop. dec. 573. num. 2. Antonel. de tempor. legal. lib. 2. cap. 110. num. 2.*

4 Limit. procedere vbi ſeruitus eſt realis, quia ſcilicet per vnum fundum alteri debetur, cum tunc ipſa res, tamquam inanimata non poteſt animo ſemper & continuo retinere poſſeſſionem, ſecus autem vbi agitur de ſeruitute perſonali, *vt* ſi aliquæ perſonæ Ius paſcendi haberent, quoniam licet quo ad vſum facti poſſeſſio naturalis non poſſit eſſe continua, attamen ciuiliter talis reddi poteſt ratione illius poſſeſſionis reſidentis in perſona, à qua animo retinetur, & in eadem animo ſemper, & continuò continuare valet, *Crauet. conſ. 4. nu. 5. Capye. Latr. conſult. 81. nu. 18. cum ſeq.* Sed hæc diſtinctio communiter reprobatur, & in Curia, ac Rota, alijſque tribunalibus non admittitur, vt teſtatur *D. de Luco in ſuo Theotro veritatis tom. 4. tit. de ſeruit. ad materiam iuris paſcendi diſc. 35. num. 18. & 19.*

5 Lim. 2. ſi concurrat titulus, nam tunc ſufficeret etiam decennium, prout in alijs ſeruitutibus negatiuis iuxta tradita ſupra in hac *deciſ. num. 12. & 13.* & in ſpecie videtur ſentire, *Cepol. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 91. ſub num. 32. de Luco in ſuo Theat. veritat. tom. 4. tit. de ſeruit. ad mater. paſcuor. diſc. 39. num. 10.*

6 Ius verò paſcendi regulariter ſpectat ad Dominum fundi, & prædiorum, ſicut ad eundem ſpectat herba, in quibus illa naſcitur, *ad text. in l. qua ratione, & l. adeo §. fi. ff. de acquirend. rer. domin. l. ſolum §. 1. ff. de rei vindic. de Luco in ſuo Theat. verit. tom. 4. de ſeruit. ad mater. iur. paſcen. diſc. 35. num. 4.*

7 Lim. non procedere vbi ad Dominum loci, vel ad Communitatem, ſeù Dominum directum ſpectent fructus naturales, & particulares habeant tantum induſtriales, ita quod eorum dominium ad huiuſmodi tantum fructus reſtringatur, *Couar. practic. qu. cap. 37. num. 3. in fi. Caploban. de Baron. to. 1. prag. 11. num. 3. & tom. 2. cap. 74. Frec. de ſub feud. p. 2. auctor. 46. num. 11. Tuſch. lit. P. conclu. 112. num. 7. Rendel. de paſcuis p. 3. cap. 3. Capyc. Latr. conſult. 83. num. 9. 13. 14. & 36. & ſeq. de Luca in ſuo Theat. verit. tom. 4. tit. de ſeruit. ad iuris paſcendi diſc. 35. num. 7. & 8. Larea deciſ. 30. num. 11.*

8 Siquidem non repugnat quod eadem res à duobus poſſideatur ſubſiſtente diuerſa poſſidendi cauſa, ſi vtraque ſit compatibilis, & dari poſſit in vna, & eadem re, vt ſi poſſideatur iure ſeruitutis, iure pignoris, vel iure vſusfructus, & ab alio ſi poſſideatur iure proprietatis, & directi dominij, ſeu quod res ſit in dominio vnius quo ad certum genus fructuum nempè induſtrialium, & in dominio alterius quo ad aliud genus nempè naturalium, *Alex. in l. 3. §. ex contrario num. 16. ff. de acquir. poſſeſ. Oltrod. conſ. 256. num. 4. de Luco dicto diſc. 35. num. 6. Rot. deciſ. 632. num. 3. circa med. p. 3. recen.*

9 Dominium verò terrarum reſpectu iuris paſcendi vtique probatur ſi conſtat, vel ex publicis documentis, vel ex teſtium depoſitionibus de dominio Domini loci, vel Communitatis, & de eius poſſeſſione præcipuè ſi à præfatis diuidantur, & diſtribuantur terræ ad culturam *Rot. dec. 632. num. 2.*

10 *p. 3. recen.* cum poſſeſſor in dubio præſumatur Dominus, *ad regulam textus in l. res aliena C. de rei vindic. l. ſiue poſſidetis C. de probat. cum concordan. per Burat. dec. 799. num. 9.*

11 Vlterius ex pluribus continuatis herbarum venditionibus priuatiuè quo ad particulares, & alios Dominos fundorum, ſeu terrarum cum ex huiuſmodi herbarum venditione arguatur dominium, *Hond. conſ. 84. num. 16. & ſeq.* ponderans recognitionem ementium paſcua *de Luca in ſuo Theat. veritat. tom. 4. tit. de ſeruit. ad mater. iuris paſcend. diſcurſ. 35. num. 10. verſ. ſecundo ex pluribus.*

12 Comprobatur etiam ex pluribus exactionibus annuarum recognitionum, & reſponſionum puta de venditione lignorum, de conceſſione paſcuorum exteris tranſeuntibus, & illic cum animalibus commorantibus, & de ſolutione penſionis conſuetæ cum eiſdem, vt dixit *Rot. dec. 632. num. 2. p. 3. recen. ex Alciat. conſ. 20. num. 2. lib. 5. Io. de Amic. conſ. 8. num. 54. & 56. Hond. conſ. 84. num. 15. lib. 2.*

13 Reſultat pariter huiuſmodi dominij probatio ex pluribus prohibitionibus, & bannis factis per Baronem, vel Communitatem *Hond. conſ. 84. num. 16. & 17. de Luca in ſuo Theat. verit. tom. 4. tit. de ſeruit. ad mater. iur. paſcend. diſc. 35. num. 11.*

14 Prout etiam ex pluribus enunciatiuis antiquis, alijſque actibus dominium, & poſſeſſionem importantibus, præcipuè ſi Baro, vel Communitas habeant vniuerſale ius in toto Territorio *de Luca dicto diſc. 35. num. 12. & 13.*

15 Poteſt verò ius Paſcendi ſpectare ad Baronem ex conſuetudine, tamen limitatum, quod forenſibus vendere nequeat, ſed teneatur ciuibus, & incolis concedere prò certo pretio, ſeu taxa, vulgò fida ad tradita per *Caploban. de Baron. pragm. 11. num. 193. & ſeq. p. 1. & tom. 2. qu. 73. cum ſeq.*

16 Ius autem huiuſmodi paſcendi, ſeu ſumendi paſcua competit poſt ſecatas ſegetes, & recollectos fructus ad tradita per *Larream alleg. 101. num. 1. Caploblanc. de Baron. p. 1. pragm. 11. & p. 2. cap 75. vbi de materia*, vnde prata, ſeu terræ redactæ ad vſum pratorum ad effectum fœnum recolligendi non veniunt ſub iure paſcendi, niſi poſt ſecatum fœnum, cum huiuſmodi reductio ſit ſpecies culturæ, ſeu perceptionis fructus, vt ad literam probat *text. in l. pratum ff. de verb. ſignif. & l. 1. & 2. C. de paſcuis pub. lib. 11.* adeo vt fœnum ſit ſpecies fructus habens etiam de induſtriali, atque ſub iure paſcendi non includitur, *Rouit. ſuper pragmaticis in rub. de paſcuis num. 13. de Luca in ſuo Theat. verit. tom. 4. tit. de ſeruit. ad mater. paſcuor. diſ. 39. num. 3. & 4.*

17 Prætendentibus verò ſeruitutem iuris paſcendi, non ſufficit probare huiuſmodi vſum paſcendi, niſi etiam iuſtificauerint eorum poſſeſſionem eſſe differentem à poſſeſſione vniuerſali proprietarij, ſeu Domini terrarum, & compatibili cum ea, ſcilicet quod vſi fuerint iure ſeruitutis, vnde teſtes deponere debent, quod ex aliqua cauſa habeant vſum ſeruitutis, *Bart. in l. 1. §. hoc interdicto ff. de itin. actuq. priuat. quem ſequitur Natta. conſ. 23. numer. 3. Alex. conſ. 142. num. 3. lib. 7.* ponens exemplum ſi probata fuiſſet fama, quod ius ſeruitutis competeret, *Burſat. conſ. 156. num. 35. Cepol. de ſeruit. Vrban. præd. cap. 20. num. 1. Franc. Marc.*

deciſ.

Digitized by Google

deciſ. Delphin. 592. *num.* 2. *Rot. deciſ.* 632. *num* 2. *verſ. ponderans recognitiones p.* 3. *recen. Antonel. de tem legal. lib.* 2. *cap.* 110. *num.* 8. *&* 9.

18 Et ratio eſt quia data Domini proprietatis poſſeſſione, & dominio, etiam ſi particulares probauerint vſum inferentem ad perceptionem fructuum herbarum, non tamen per hoc infertur huiuſmodi vſum cõpetere iure ſeruitutis, ſiquidem ex fructuũ

19 perceptione licet regulariter probetur poſſeſſio iuris paſcendi *l. Titia ff. de ſol. l.* 2. *ff. de acquir. poſſ. l. ſitibus C. de Agricol. & cenſ. lib.* 10. *Cæſar de Graſ. deciſ.* 14. *num.* 4. *de teſt. deciſ.* 10. *num.* 3. *de cauſ. poſſeſ. & prop.* Tamen alio exiſtente in poſſeſſione præfata poſſeſſio vſus paſcendi non redditur manutenibilis, niſi vlterius iuſtificetur competere iure ſeruitutis *Bart in l. quamuis § ſi conduct. nu.* 2. *ff. de acq. poſſeſ. Cæſar. de Graſ. dec.* 21. *de prob. Rot. deciſ.* 506. *num.* 4. *p.* 1. *diu.* quia ſemper aut clandeſtina iudicabitur, aut irreleuans, dum perceptio fructuum in vſu conſiſtens contingere potuerit, vel precario, vel familiaritate, vel Domini terrarum incuria, propterea ad fouendum bonum ius etiam ad effectum manutentionis neceſſaria eſt diſtinctio cauſæ poſſidendi, & vt vtraque ſit compatibilis, & dari poſſit in vna, & eadem re, prout poteſt ſubſiſtere diuerſa cauſa poſſidendi, nempe iure ſeruitutis, iure vſusfructus, iure pignoris, & ſimilium *Alex. in l.* 3. *§. ex contrario num.* 16. *ff. de acquir. poſſeſ. Rot. dec.* 632. *num.* 3. *p.* 3. *recen. Antonel. loco citato.*

20 Paſcua generaliter loquendo dicuntur eſſe in peculio vniuerſitatis, ac proinde prò particularibus ius aſſiſtit, cum concurrat cauſa vniuerſalis, in qua de iure habent fundatam intentionem, *Caſtren. conſ.* 376. *ante num.* 2. *verſ præterea licet p.* 1. *Couar. practic. qu.* 137. *num.* 1. *Rot. deciſ.* 632. *num.* 4. *p.* 3. *recen.*

21 In tenutis igitur, & locis in territorio exiſtentibus Ciues attenta iuris communis diſpoſitione, ſeu naturali libertate facultatem habent cum eorũ animalibus iure Ciuico pro moderato vſu ſumendi paſcua, dummodo tamen territorium ſit patrium, apertum, & Communale, ac publicis paſcuis deſtinatum, cum habitatores ſine præfato vſu commodè viuere, & ſe induſtriare non poſſent, vt probat textus *in l. omnes C. de oper. pub Bertrand. conſ.* 37. *num.* 1. *vol.* 1. *Nouar. de grauamin. Vaſſal. p.* 1. *grauam.* 32. *de Luca in ſuo Theat. verit. tom.* 4. *tit. de ſeruit. ad mater. paſcuor. diſc.* 41. *num.* 5. *& diſc.* 43. *num.* 2.

22 Lim. 1. quod pro ſupportandis publicis oneribus ex iuſta, & rationabili cauſa Communitatibus conceditur facultas aliquas territorij partes reducendi ad banniras, ſeu defenſas ad effectum, impedito Ciuium vſu, vendendi, & pretium erogandi in onerum ſatisfactionem, præcipuè, ſi alio meliori modo publicis neceſſitatibus prouideri nequeat, nam hoc caſu expedit, vt publica cauſa priuatæ præferatur, *Franc. deciſ.* 197. *Maſtril. dec.* 49. *Cobel. ad Bullam boni regiminis cap.* 50. *num.* 157. *& ſeq. Nouar. de grauamin. vaſſal. p.* 1. *grauam* 30 *de Luca in ſuo Theat veritat. tom.* 4. *tit. de ſeruit. ad mater. paſcuor. diſc.* 41. *num.* 8. *& diſc.* 43. *num.* 3.

23 Lim. 2. quod licet prohibitum ſit Baronibus, ſeu locorum Dominis, ac Communitatibus facere bannitas, cluſas, ſeu reſeruationes vulgo Bannitæ, ſeu defenſæ in præiudicium Ciuium ad tradita magiſtraliter in hac materia per *Couar. practic. quæſt. cap.* 37. *Capoblan. de Baron. tom.* 1. *prag.* 11. *&* 10. 2. *cap.* 74. *&* 75. *Nouar. de grauam. vaſſalor. p.* 1. *grauam. de Luca in Theat veritat. tom* 4 *tit de ſeruit. ad mater. iuris paſcen. diſc.* 38. *num.* 2. Tamen

24 non eſt prohibitum, vt aliqua territorij pars prò ſeruitio agriculturæ, ac beneficio publicæ annonæ reſeruetur ad vſum melioris paſcui boum aratoriorum, tamquam magis neceſſarium, cum prohibitione nè oues Capræ, ſues, aliaque animalia immitti poſſint, quod pariter dicitur bonum publicum anteponendum priuato, cum ars Agriculturæ ſit valdè præuilegiata, vti ad humanam vitam ſummè neceſſaria, *Couar. pract. quæſt. cap.* 37. *Capoblan. de Baron. tom.* 1. *prag.* 11. *num.* 32. *cum ſeq. Nouar. de grauam. vaſſallor. grauam.* 34. *de Luca in Theat. verit. tom.* 4. *tit. de ſeruit. ad mater. paſcuor. diſc.* 38. *num.* 8. *verſ. nam etiam, & diſc.* 41. *num.* 8. *verſ. alter caſus Seſſe dec. Aragon.* 74.

25 Secluſa vero huiuſmodi neceſſitate pro paſcendis proprijs animalibus, ac pro maiori rerum ſuarum cuſtodia, cultura, & conſeruatione licitum eſt proprium, ac priuatum fundum muro, maceria, vel ſepe recingere per text. expreſſum *in l. per prouincias C. de ædificijs priuat. Couar. pract quæſt. cap.* 74. *Capoblan. de Baron. tom.* 1. *pragmat.* 11. *nu.* 32. *& ſeq. & tom.* 2. *cap.* 74. *num.* 8. 9. *&* 11. *ad tradita per Nouar. de grauam. vaſſalior. p.* 1. *grauam.* 34. *num.* 35. *de Luca in Theat. veritat. tom* 4. *tit de ſeruit. ad mater. iuriſ. paſcen. diſ.* 38. *num.* 5.

26 Lim. 3. vbi huiuſmodi libertas reſtringitur, ad certum, & determinatum numerum animalium per ſingulos retinendorum ad æqualitatem, & debitam proportionem ſeruandam prò communi omnium Ciuium commodo, ne ſcilicet ditiores, & potentiores exceſſiuum numerum animalium ad induſtriam retinentes totum territorium ita occupent quod minus potentium ciuium vſum impediant, quæ reſtrictio, & limitata determinatio tamquam rationi, & æquitati conſona omninò ſeruari debet, vt egregiè tradit *Alberic. in l. Imperatores ff de ſeruit. ruſtic. prædior. Cancer. p.* 3. *var. cap.* 4. *num.* 66. *Capoblan. de Baron. tom.* 2. *cap.* 79. *num.* 3. *&* 4. *Cobel. de bon. regim. cap.* 50. *num.* 199. *de Luca in Theat. verit. tom.* 4. *tit. de ſeruit. ad mater. paſcuor. diſc.* 41 *num.* 8. *verſ. tertius demum caſus.*

27 Debet propterea vnuſquiſque huiuſmodi iure paſcendi, ac lignandi, & ſimili vti pro modo, & non immoderatè, ne alijs idem ius habentibus afferatur impedimentum, & ideo pro modo poſſeſſionum ſuarum vnuſquiſque debet vti paſcuo communi, *Alber. in l. Imperatores num.* 2. *ff. de ſeruit. ruſtic. præd. Cancer. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 65. *& ſeq. Caſſan. in conſuet. Burgun. rub.* 13. *§* 3. *in fi. Antonel. de tempore legali lib.* 2. *cap.* 101. *num.* 5. vbi ex

28 eodem *Cancer.* ſubdit, quod Dominus oppidi de iure communi ratione iuriſdictionis poteſt tot propria animalia in paſcua publica mittere, quot po-

29 teſt vnus Ciuis, prout etiam eodem priuilegio, & prærogatiuis, quibus gaudent cæteri Ciues frui etiam debet Præſes, & Prælatus durante officio, *Loffred. conſ.* 4. *num.* 8. *Cancer. qui alios allegat lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 228. *& ſeq. Capic. deciſ.* 209. *num.* 31.

30 Ex quibus ſequitur, quod Dominus fundi ſuper

per quo alter habet ſeruitutem iuris paſcendi, vel lignandi non poteſt immutare illius ſtatum in eiuſdem præiudicium, *Cobel. de Bon. regim cap. 50 nu. 198. cum ſeq. Capoblan. de Baron. p. 1. pragm 11. per totam, & p. 2. cap. 75. late Larre. alleg. 110. de Luca in ſuo Theat. verit. tom. 4. de ſeruit. ad mater. paſcuor. diſc. 37. num 2. diſc. 38. num. 3. & diſc. 39. num. 5. Crauet conſ. 4. num. 6. Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 17. num. 11. Surdus conſ. 05. num. 13. Nouar. de grauam. Vaſſal. p. 1. grauam. 36.*

31 Limit. procedere ſi ſeruitus iuris paſcendi in fundo expreſsè reperiatur conſtituta, nam tunc in præiudicium impoſitæ ſeruitutis immutari non poteſt ſtatus fundi ſeruientis, & reduci ad diuerſam culturæ ſpeciem, aut muris, vel ſæpibus, aut foueis reſtringi, aliudque afferre impedimentum, quo vti, & frui nequeat paſcendi, aut lignandi iure, *l. ſeruitus, §. ſi ſeruitus ff. de ſeruit. Vrban. præd. §. inter inſtit. de ſeruit. ruſtic. prædior. Antonel. de tempor. legal. lib. 2. cap. 110. num. 4. & comprobat Cepol. de ſeruit. Vrban. præd. cap. 91. num. 56. vbi alios allegat.*

32 Secus verò ſi ius paſcendi competat iure cuiuſdam vniuerſalis conſuetudinis, magis quam præſcriptionis Ciuibus, & incolis ea quodam iure ciuico, & naturali depaſcendi cum eorum animalibus in agris, & fundis apertis, & campeſtribus deſtinatis ad culturam ſegetum, poſt earum recollectionem, quę conſuetudo ferè per totam Europam vniuerſaliter obſeruatur tamquam iuri naturæ, ſeu naturali rationi innixa, & quodammodo neceſſaria ad ſubleuandum Ciues, & incolas, ne inermem vitam ducant, non tamen per huiuſmodi conſuetudinem oritur formale ius, aut quæritur realis, vel formalis ſeruitus iuris paſcendi, ſed tantum tribuitur quædam libertas, ſeu naturalis facultas, vt animalia Ciuium depaſci poſſint in territorio aperto, & campeſtri, à ſegetibus non impedito, ſaluo ſemper iure proprij Domini ſuis bonis pro libito vtendi, atque ad diuerſum vſum conuertendi iuxta communiter receptam diſtinctionem, *Couar. practic. quæſt. cap. 37. num. 3. & 4 & ſeq. Barbat. de diuiſ. fruct. p. 1. cap. 6. num. 55. & ſeq. Tuſch. lit. I. concl. 112. Capoblan. de Baron. pragm. 11. num. 30. in fi. Capyc. Latr. conſult. 83. num. 10. Nouar. de grauam Vaſſal. p. 1. grauam. 32. de Luca in Theat. veritat. tom 4. tit. de ſeruit. ad materiam iuris paſcendi diſc. 37. num. 4. & 5. & ſeq.*

33 Lim. 2. ſi ſeruitus acquiſita fuerit præſcriptione, cuius vigore impediri non poteſt, quin fundus ad culturam reducatur, quia ſeruitus præſcripta cenſetur ex patientia partis, quæ intelligitur præſtita durante paſcuo inculto, in quo Dominus non cenſetur inuitus, vnde reſtringi debet ad ſuos limites non cultiuationis, præcipuè quando non agitur de paſcuis publicis ad paſculandum ſemper deſtinatis, ſed de priuatis, quæ non de ſui natura, ſed per accidens ſubiaceant ſeruituti iuris paſcendi ob eorũ non cultiuationem, vt benè animaduertit *Rot. dec. 632. num. 4. in fi. p. 3. recen. & probat Crauet. conſ. 292. num. 4. Coſta de port. rata qu. 159. num. 11. Antonel. de tempore legal. lib. 2. cap. 110. num. 4.* quamuis contrarium ſentiat *Cancer. lib. 2. cap. 4. num. 80. & ſeq.*

34 Hinc eſt quod licet ex præſcriptione, vel conſuetudine homines Caſtri, vel Villæ acquiſiuerint ius paſcendi, vel incidendi ligna in alieno Territorio, vel prædio, tamen ſi dominus Territorij, vel prædij indigeat paſcuis, vel lignis, vel ea non ſufficiant pro vſu ipſius Domini, hoc caſu ceſſare debet præſcriptio, eaque non obſtante eſt deneganda facultas, ſeu ius paſcendi, vel lignandi, quia tunc ſuperuenit ratio contrarij vſus, *per text. in cap. ſuggeſtum de decim. Abb. in cap. dilecti filij num. 7. de arbit. Gabr. commun. concluſ. lib. 5. tit. de præſcript. conclu. 1. num. 12. Cancer. lib. 2. cap. 4. num 52. & ſeq. Surd. deciſ. 236. num 20. Afflict. deciſ. 290. nu. 6. & 7. Antonel. de tempor. legal. lib. 2. cap. 110. num. 3.*

35 Prout etiam Ciuibus, & incolis habentibus in Territorio ius paſcendi, hæc facultas ſuffragatur tantum quo ad eorum animalia propria, ſecus autem quo ad animalia exterorum per eoſdem Ciues, & incolas ad ſoccitam retenta, ſi hoc ius competat tantum iure ciuico vniuerſali, & non iure proprio, & particulari, cum hoc caſu ſolum reſtringatur quo ad animalia propria, ex quo ſocius non poſſit communicare conſocio ſuum ius, ſeu priuilegium paſcendi in præiudicium aliorum conciuium, neque pro portione propria, tum quia non eſt perfectus Dominus ab initio, ſed tantum de participantibus pro eius tantum perſonali induſtria, *Capoblan. de Baron. pragm. 11. num. 102. tom. 1. Otter. de paſcuis cap. 16. Montan. de regal. verb. argentaria num. 15. fo. 269. Adden. ad Capyc. Lat. deciſ. 66. à num. 5. vſque ad 11. de Luca in Theat. veritat. tom. 4. tit. de ſeruit. ad mater. iuris paſcend. diſc. 40. nu. 3. vſque ad 6.*

HORTANA AQVAE.

ARGVMENTVM.

Aqua ſicut pertinet ad eum, in cuius fundo, & territorio ſcatet, ita ab eodem prò libito diſponi, ac diuerti poteſt, non obſtante præiudicio Domini fundi, & ædificij inferioris, ex ſolo curſu naturali aquarum, eiuſque vſu ſeruitus aquæ non acquiritur, etiam ſi per mille annos fluxerit per cauos tamen naturales, & non manufactos in prædio ſuperiori, vbi erumpit, alias iure ſeruitutis competeret Domino fundi inferioris ius interdicendi aquæ diuerſionem.

SVMMARIVM.

1 Aquæ vſus, aut iure ſeruitutis, aut iure conceſſionis competere poteſt.
2 Dominus fundi ſuperioris poteſt aquam ex eodem defluentem, vel ingredientem pro libito diuertere in præiudicium inferioris.
3 Aqua pertinet ad eum, in cuius fundo erumpit, de qua pro libito diſponi valet.
4 Aquæ ſeruitus non acquiritur ex curſu naturali etiam ſi per mille annos fluxerit in fundum inferiorem.
5 Præſcriptio nulla datur in materia decurſus aquarum.
6 Per aquæ curſum per cauos naturales, & non manufactos non acquiritur ſeruitus negatiua non diuertendi.

7 Aquæ

Digitized by Google

deciſ. Delphin. 592. *num.* 2. *Rot. deciſ.* 632. *num* 2. *verſ. ponderuni recognitiones p.* 3. *recen. Antonel. de tem legal. lib.* 2. *cap.* 110. *num.* 8. *&* 9.

18 Et ratio eſt quia data Domini proprietatis poſſeſſione, & dominio, etiam ſi particulares probauerint vſum inferentem ad perceptionem fructuum herbarum, non tamen per hoc infertur huiuſmodi vſum cõpetere iure ſeruitutis, ſiquidem ex fructuũ
19 perceptione licet regulariter probetur poſſeſſio iuris paſcendi *l. Titia ff. de ſol. l.* 2. *ff. de acquir. poſſ. l. litibus C. de Agricol. & cenſ. lib.* 10. *Cæſar de Graſ. deciſ.* 14. *num.* 4. *de teſt. deciſ.* 10. *num.* 3. *de cauſ. poſſeſ. & prop.* Tamen alio exiſtente in poſſeſſione præfata poſſeſſio vſus paſcendi non redditur manutenibilis, niſi vlterius iuſtificetur competere iure ſeruitutis *Bart in l. quamuis* §. *ſi conduct. nu.* 2. *ff. de acq. poſſeſ. Cæſar. de Graſ. dec.* 21. *de prob. Rot. deciſ.* 506. *num.* 4. *p.* 1. *diu.* quia ſemper aut clandeſtina iudicabitur, aut irreleuans, dum perceptio fructuum in vſu conſiſtens contingere potuerit, vel precario, vel familiaritate, vel Domini terrarum incuria, propterea ad fouendum bonum ius etiam ad effectum manutentionis neceſſaria eſt diſtinctio cauſæ poſſidendi, & vt vtraque ſit compatibilis, & dari poſſit in vna, & eadem re, prout poteſt ſubſiſtere diuerſa cauſa poſſidendi, nempe iure ſeruitutis, iure vſusfructus, iure pignoris, & ſimilium *Alex. in l.* 3. §. *ex contrario num.* 16. *ff. de acquir. poſſeſ. Rot. dec.* 632. *num.* 3. *p.* 3. *recen. Antonel. loco citato.*

20 Paſcua generaliter loquendo dicuntur eſſe in peculio vniuerſitatis, ac proinde prò particularibus ſus aſſiſtit, cum concurrat cauſa vniuerſalis, in qua de iure habent fundatam intentionem, *Caſtren. conſ.* 376. *ante num.* 2. *verſ præterea licet p.* 1. *Couar. practic. qu.* 137. *num.* 1. *Rot. deciſ.* 632. *num.* 4. *p.* 3. *recen.*

21 In tenutis igitur, & locis in territorio exiſtentibus Ciues attenta iuris communis diſpoſitione, ſeu naturali libertate facultatem habent cum eorũ animalibus iure Ciuico pro moderato vſu ſumendi paſcua, dummodo tamen territorium ſit patrium, apertum, & Communale, ac publicis paſcuis deſtinatum, cum habitatores ſine præfato vſu commodè viuere, & ſe induſtriare non poſſent, vt probat textus *in l. omnes C. de oper. pub Bertrand. conſ.* 37. *num.* 1. *vol.* 1. *Nouar. de grauamin. Vaſſal. p.* 1. *grauam.* 32. *de Luca in ſuo Theat. verit. tom.* 4. *tit. de ſeruit. ad mater. paſcuor. diſc.* 41. *num.* 5. *& diſc.* 43 *num.* 2.

22 Lim. 1. quod pro ſupportandis publicis oneribus ex iuſta, & rationabili cauſa Communitatibus conceditur facultas aliquas territorij partes reducendi ad bannitas, ſeu defenſas ad effectum, impedito Ciuium vſu, vendendi, & pretium erogandi in onerum ſatisfactionem, præcipuè, ſi alio meliori modo publicis neceſſitatibus prouideri nequeat, nam hoc caſu expedit, vt publica cauſa priuatæ præferatur, *Franc. deciſ.* 197. *Maſtril. dec.* 49. *Cubel. ad Bullam boni regiminis cap.* 50. *num.* 157. *& ſeq. Nouar. de grauamin. vaſſal p.* 1. *grauam* 30 *de Luca in ſuo Theat veritat. tom.* 4. *tit. de ſeruit. ad mater. paſcuor. diſc.* 41. *num.* 8. *& diſc.* 43. *num.* 3.

23 Lim. 2. quod licet prohibitum ſit Baronibus, ſeu locorum Dominis, ac Communitatibus facere bannitas, clauſas, ſeu reſtrictiones vulgo Bannitæ, ſeu defenſæ in præiudicium Ciuium ad tradita magiſtraliter in hac materia per *Couar. practic. quæſt. cap.* 37. *Capoblan. de Baron. tom.* 1. *prag.* 11. *&* 10. 2. *cap.* 74. *&* 75. *Nouar. de grauam. vaſſalor. p.* 1. *grauam. de Luca in Theat. veritat. tom* 4. *tit de ſeruit. ad mater. iuris paſcen. diſc.* 38. *num.* 2. Tamen

24 non eſt prohibitum, vt aliqua territorij pars prò ſeruitio agriculturæ, ac beneficio publicæ annonæ reſeruetur ad vſum melioris paſcui boum aratoriorum, tamquam magis neceſſarium, cum prohibitione nè oues Capræ, ſues, aliaque animalia immitti poſſint, quod pariter dicitur bonum publicum anteponendum priuato, cum ars Agriculturæ ſit valdè præuilegiata, vti ad humanam vitam ſummè neceſſaria, *Couar. pract. quæſt. cap.* 37. *Capoblan. de Baron. tom.* 1. *prag.* 11. *num.* 32. *cum ſeq. Nouar. de grauam. vaſſallor. grauam.* 34. *de Luca in Theat. verit. tom.* 4. *tit. de ſeruit. ad mater. paſcuor. diſc.* 38. *num.* 8. *verſ. nam etiam, & diſc.* 41. *num.* 8. *verſ. alter caſus Seſſe dec. Aragon.* 74.

25 Secluſa vero huiuſmodi neceſſitate pro paſcendis proprijs animalibus, ac pro maiori rerum ſuarum cuſtodia, cultura, & conſeruatione licitum eſt proprium, ac priuatum fundum muro, macerie, vel ſepe recingere per text. expreſſum *in l. per prouincias C. de ædificijs priuat. Couar. pract quæſt. cap.* 74. *Capoblan. de Baron. tom.* 1. *pragmat.* 11. *nu.* 32. *& ſeq. & tom.* 2. *cap.* 74. *num.* 8. 9. *&* 11. *ad tradita per Nouar. de grauam. vaſſalor. p.* 1. *grauam.* 34. *num.* 35. *de Luca in Theat. veritat. tom* 4. *tit de ſeruit. ad mater. iuriſ. paſcen. diſ.* 38. *num.* 5.

26 Lim. 3. vbi huiuſmodi libertas reſtringitur, ad certum, & determinatum numerum animalium per ſingulos retinendorum ad æqualitatem, & debitam proportionem ſeruandam prò communi omnium Ciuium commodo, ne ſcilicet ditiores, & potentiores exceſſiuum numerum animalium ad induſtriam retinentes totum territorium ita occupent quod minus potentium ciuium vſum impediant, quæ reſtrictio, & limitata determinatio tamquam rationi, & æquitati conſona omninò ſeruari debet, vt egregiè tradit *Alberic. in l. Imperatores ff de ſeruit. ruſtic. prædior. Cancer. p.* 3. *var. cap.* 4. *num.* 66. *Capoblan. de Baron. tom.* 2. *cap.* 79. *num.* 3. *&* 4. *Cubel. de bon. regim. cap.* 50. *num.* 199. *de Luca in Theat. verit. tom.* 4. *tit. de ſeruit. ad mater. paſcuor. diſc.* 41 *num.* 8. *verſ. tertius demum caſus.*

27 Debet propterea vnuſquiſque huiuſmodi iure paſcendi, ac lignandi, & ſimile vti pro modo, & non immoderatè, ne alijs idem ius habentibus afferatur impedimentum, & ideo pro modo poſſeſſionum ſuarum vnuſquiſque debet vti paſcuo communi, *Alber. in l. Imperatores num.* 2. *ff. de ſeruit. ruſtic. præd. Cancer. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 65. *& ſeq. Caſſan. in conſuet. Burgun. rub.* 13. § 3. *in fi. Antonel. de tempore legali lib.* 2. *cap.* 101. *num.* 5. vbi ex
28 eodem *Cancer.* ſubdit, quod Dominus oppidi de iure communi ratione iuriſdictionis poteſt tot propria animalia in paſcua publica mittere, quot po-
29 teſt vnus Ciuis, prout etiam eodem priuilegio, & prærogatiuis, quibus gaudent cæteri Ciues frui etiam debet Præſes, & Prælatus durante officio, *Loffred. conſ.* 4. *num.* 8. *Cancer. qui alias allegat lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 228. *& ſeq. Capic. deciſ.* 209. *num.* 31.

30 Ex quibus ſequitur, quod Dominus fundi ſuper

per

per quo alter habet ſeruitutem iuris paſcendi, vel lignandi non poteſt immutare illius ſtatum in eiuſdem præiudicium, *Cohel. de Bon. regim cap. 50 nu. 198. cum ſeq. Capoblan. de Baron. p. 1. pragm 11. per totam, & p. 2. cap. 75. late Larre. alleg. 110. de Luca in ſuo Theat. verit. tom. 4. de ſeruit. ad mater. paſcuor. diſc. 37. num 2. diſc. 38. num. 3. & diſc. 39. num. 5. Crauet conſ. 4. num. 6. Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 17. num. 11. Surdus conſ. 05. num. 13. Nouar. de grauam. Vaſſal. p. 1. grauam. 36.*

31 Limit. procedere ſi ſeruitus iuris paſcendi in fundo expreſsè reperiatur conſtituta, nam tunc in præiudicium impoſitæ ſeruitutis immutari non poteſt ſtatus fundi ſeruientis, & reduci ad diuerſam culturæ ſpeciem, aut muris, vel ſæpibus, aut foueis reſtringi, aliudque afferre impedimentum, quo vti, & frui nequeat paſcendi, aut lignandi iure, *l. ſeruitus, §. ſi ſeruitus ff. de ſeruit. Vrban. præd. §. inter inſtit. de ſeruit. ruſtic. prædior. Antonel. de tempor. legal. lib. 2. cap. 110. num. 4. & comprobat Cepol. de ſeruit. Vrban. præd. cap. 91. num. 56. vbi alios allegat.*

32 Secus verò ſi ius paſcendi competat iure cuiuſdam vniuerſalis conſuetudinis, magis quam præſcriptionis Ciuibus, & incolis ex quodam iure ciuico, & naturali depaſcendi cum eorum animalibus in agris, & fundis apertis, & campeſtribus deſtinatis ad culturam ſegetum, poſt earum recollectionem, quę conſuetudo ferè per totam Europam vniuerſaliter obſeruatur tamquam iuri naturæ, ſeu naturali rationi innixa, & quodammodo neceſſaria ad ſubleuandum Ciues, & incolas, ne inermem vitam ducant, non tamen per huiuſmodi conſuetudinem oritur formale ius, aut quæritur realis, vel formalis ſeruitus iuris paſcendi, ſed tantum tribuitur quædam libertas, ſeu naturalis facultas, vt animalia Ciuium depaſci poſſint in territorio aperto, & campeſtri, à ſegetibus non impedito, ſaluo ſemper iure proprij Domini ſuis bonis pro libito vtendi, atque ad diuerſum vſum conuertendi iuxta communiter receptam diſtinctionem, *Couar. practic. quæſt. cap. 37. num. 3. & 4 & ſeq. Barbat. de diuiſ. fruct. p. 1. cap. 6. num. 55. & ſeq. Tuſch. lit. I. conclu. 112. Capoblan. de Baron. pragm. 11. num. 30. in fi. Capyc. Latr. conſult. 83. num. 10. Nouar. de grauam Vaſſal. p. 1. grauam. 32. de Luca in Theat. veritat. tom 4. tit. de ſeruit. ad materiam iuris paſcendi diſc. 57. num. 4. & 5. & ſeq.*

33 Lim. 2. ſi ſeruitus acquiſita fuerit præſcriptione, cuius vigore impediri non poteſt, quin fundus ad culturam reducatur, quia ſeruitus præſcripta cenſetur ex patientia partis, quæ intelligitur præſtita durante paſcuo inculto, in quo Dominus non cenſetur inuitus, vnde reſtringi debet ad ſuos limites non cultiuationis, præcipuè quando non agitur de paſcuis publicis ad paſculandum ſemper deſtinatis, ſed de priuatis, quæ non de ſui natura, ſed per accidens ſubiaceant ſeruituti iuris paſcendi ob eorū non cultiuationem, vt benè animaduertit *Rot. dec. 632. num. 4. in fi. p. 3. recen. & probat Crauet. conſ. 292. num. 4. Coſta de port. rata qu. 159. num. 11. Antonel de tempore legal. lib. 2. cap. 110. num. 4.* quamuis contrarium ſentiat *Cancer. lib. 2. cap. 4. num. 80. & ſeq.*

34 Hinc eſt quod licet ex præſcriptione, vel conſuetudine homines Caſtri, vel Villæ acquiſiuerint ius paſcendi, vel incidendi ligna in alieno Territorio, vel prædio, tamen ſi dominus Territorij, vel prædij indigeat paſcuis, vel lignis, vel ea non ſufficiant pro vſu ipſius Domini, hoc caſu ceſſare debet præſcriptio, eaque non obſtante eſt deneganda facultas, ſeu ius paſcendi, vel lignandi, quia tunc ſuperuenit ratio contrarij vſus, *per text. in cap. ſuggeſtum de decim. Abb. in cap. dilecti filij num. 7. de arbit. Gabr. commun. concluſ. lib. 5 tit. de præſcript. conclu. 1. num. 12. Cancer. lib. 8. cap. 4. num 52 & ſeq. Surd. deciſ. 236. num 20. Afflict. deciſ. 290. nu. 6. & 7. Antonel. de tempor. legal. lib. 2. cap. 110. num. 3.*

35 Prout etiam Ciuibus, & incolis habentibus in Territorio ius paſcendi, hæc facultas ſuffragatur tantum quo ad eorum animalia propria, ſecus autem quo ad animalia exterorum per eoſdem Ciues, & incolas ad ſocciram retenta, ſi hoc ius competat tantum iure ciuico vniuerſali, & non iure proprio, & particulari, cum hoc caſu ſolum reſtringatur quo ad animalia propria, ex quo ſocius non poſſit communicare conſocio ſuum ius, ſeu priuilegium paſcendi in præiudicium aliorum conciuium, neque pro portione propria, tum quia non eſt perfectus Dominus ab initio, ſed tantum de participantibus pro eius tantum perſonali induſtria, *Capoblan. de Baron. pragm. 11. num. 102. tom. 1. Otter. de paſcuis cap. 16. Montan. de regal. verb. argentariæ num. 15. fo. 269. Adden. ad Capyc. Lat. deciſ. 66. à num. 5. vſque ad 11. de Luca in Theat. veritat. tom. 4. tit. de ſeruit. ad mater. iuris paſcend. diſc. 40. nu. 3. vſque ad 6.*

HORTANA AQVAE.

ARGVMENTVM.

Aqua ſicut pertinet ad eum, in cuius fundo, & territorio ſcatet, ita ab eodem prò libito diſponi, ac diuerti poteſt, non obſtante præiudicio Domini fundi, & ædificij inferioris, ex ſolo curſu naturali aquarum, eiuſque vſu ſeruitus aquæ non acquiritur, etiam ſi per mille annos fluxerit per cauos tamen naturales, & non manufactos in prædio ſuperiori, vbi erumpit, alias iure ſeruitutis competeret Domino fundi inferioris ius interdicendi aquæ diuerſionem.

SVMMARIVM.

1 Aquæ vſus, aut iure ſeruitutis, aut iure conceſſionis competere poteſt.
2 Dominus fundi ſuperioris poteſt aquam ex eodem defluentem, vel ingredientem pro libito diuertere in præiudicium inferioris.
3 Aqua pertinet ad eum, in cuius fundo erumpit, de qua pro libito diſponi valet.
4 Aquæ ſeruitus non acquiritur ex curſu naturali etiam ſi per mille annos fluxerit in fundum inferiorem.
5 Præſcriptio nulla datur in materia decurſus aquarum.
6 Per aquæ curſum per cauos naturales, & non manufactos non acquiritur ſeruitus negatiua non diuertendi.

7 Aquæ

Digitized by Google

7 Aquæ ſeruitus cenſetur inducta per cauos manufactos.
8 Limit. procedere ſi opus manufactum exiſtat in fundo vbi aqua naſcitur, ſecus ſi in fundo inferiori.
9 Seruitus eſt ſtricte capienda ad limites poſſeſſionis, vel conceſſionis.
10 Seruitus in dubio non præſumitur.
11 Aqua cenſetur ducta iure familiaritatis, ſi inferior nihil facit in fundo dominante.

DECISIO XXVI.

1 Catherina de Andreolis titulo donationis irreuocabilis inter viuos conceſſit Clerico Donato de Nitijs aquam parui fontis naſcentem è latere montis cuiuſdam prædij eiuſdem Catherinæ, quæ naturali curſu, & non per cauos manufactos, per montis decliuium defluens, sè confundit cum alia aqua magna, effluente in fine plani contigui prædij, quæ per murum manufactum conſeruatur, & ſabitur prò vſu ædificij ferreriæ DD. de Alexandris.

Vero intendens Donatus donatam aquam diuertere à prælato naturali curſu pro vſu, & commoditate eius viridarij, ſe oppoſuerunt DD. de Alexandris prætendentes habere ſeruitutem negatiuam non diuertendi dictam aquam vti defluentē cum dicta aqua magna ad dictam ferreriam, vndè diſceptatum fuit coram me, an DD. de Alexandris habeant ius interdicendi diuerſionem aquæ in caſu de quo agitur, & negatiuè reſolutum.

2 Si quidem vſus aquæ controuerſæ neque titulo conceſſionis, neque iure ſeruitutis iuſtificatur Alexandris competere, vnde cum non vetlemur in terminis conſilij Bero. 144. num. 72. vol. 3. communiter recepti, excluditur ius interdicendi huiuſmodi aquæ diuerſionem, cum Dominus fundi ſuperioris fundatam habeat intentionem, quod ſcilicet aquam ex eodem defluentem, vel ingredientem pro libito diuertere valeat, & quocumque maluerit deriuare, dummodo non conſtet ad meram æmulationem id agi, non obſtante præiudicio, ac nocumento ex inde reſultante Domino fundi, ſeù ædificij inferioris, *l. fluminum* §. *fi. l. proculus ff. de dam. infect. l. ex meo ff. de aqua pluuia arcen.* ſiue aqua per venas ſubterraneas, ſiue ſupra terram dilabatur vt inquit *Maſcard. de probat. vol. 1. conclu. 132. nu. 11. 12. & 13. Cancer. var. reſol. p. 3. cap. 4. num. 240. & 241. Borgnin. deciſ. 6. num. 49. p. 5.*

3 Aqua autem, ſicut ad eum pertinet, in cuius fundo, vel territorio erumpit, ſeu ſcatet *l. aquam, l. præſes C. de ſeruit. aquæ. Pariſ. conſ. 112. num. 1. & 2. vol. 1. Altrograd. conſ. 97. num. 23. vol. 2. Loffred. conſ. 13. num. 18.* Cancer. *var. reſol. p. 3. cap. 4. de ſeruit. num. 230. De Marin. lib. 4. reſol. 26. Theſaur. deciſ. 245. de Luca in Theatro veritat. tom. 4. tit. de ſeruit. ad mater. aquat. diſc. 29. num. 2. Rot. dec. 460. coram* Royas *& in hac eadem Meleuitana decurſus aquarum 31. Ianuarij 1656. coram Meltio.* Ita etiam de eadem à Domino fundi, vel Territorij prò libito diſponi poteſt, cum tantum in hac materia [illegible] conſideranda facultas, & potentia dominij, & non tertij præiudicium, iuxta *text. expreſſum in l. 1. §. illud labeo ff. de aqua quotid. & æſtiua Bart. in l. 2. ff. de flumin. num. 25. Dec. conſ. 243. num. 3. & 7. Honded. conſ. 79. num. 19. lib. 1. Ciriac. controu. 310. num. 140. & ſeq. Gregor. dec. 133. num. 5. vbi Add. num. 7. Theſaur. deciſ. 245. num. 2. de Marin. reſol. 16. num. 8. de Luca in Theat. verit. lib. 4. tit. de ſeruit. diſc. 26. num. 2.*

4 Nec ex ſolo decurſu naturali aquarum, eiuſque vſu, aquæ ſeruitus acquiritur, etiam ſi per multos annos fluxerit in fundum inferiorem, propter libertatem ex eodem naturali curſu conſeruatam, cum res animæ expers, prout eſt aqua nullum ius tribuere poſſit, niſi concurrat actus hominis, *ad text. in l. Proculus ff. de damn. infect. Marin. controuerſ. 16. Ciriac. controuerſ. 310. num. 156. Cepol. de ſeruitut. ruſtic. præd. cap. 30. alias 4. de aqueduct. num. 37. & 88. Veronen. de ſeruit. aqueduct. num. 57. Balb. de præſcript. 2. p. 4. prin. qu. 4. ſub num. 3. ſo. 218. Cancer. var. reſol. p. 3. cap. 4. num. 241. Maſcard. de probat. conclu. 123. num. 14. de Luca in Theatr. veritat. tom. 4. tit. de ſeruit. ad mater. aquat. diſc. 25. num. 2. diſc. 26. num. 4. & diſc. 29. num. 3. Merlin. deciſ. 361. num. 6. cum ſeq. & deciſ. 425. num. 4. 6. & 7. p. 4. tom. 2. recen. & in Meleuitana decurſus aquarum coram Royas inter ſuas impreſ. deciſ. 460. & latius in eadem 31. Ianuar. 1656. coram Meltio, & in Romana decurſus aquarum 23. Iunij 1662. coram Taia eadem Rot. deciſ. 164. num. 1. p. 2. diuerſ.*

5 Quoniam in huiuſmodi materia decurſus aquarum tamquam facultatiuæ nulla dari poteſt præſcriptio, *Surd. conſ. 447. Cancer. lib. 3. var. reſol. cap. 4. de ſeruit. ex num. 230. Ciriac. controu. 310. & 311. de Marin. reſol. quotid. 16. lib. 1. Galeot. lib. 2. controu. 52. & ſeq. Theſaur. dec. 245. Viuian. dec. 411. Rot. dec. 425. p. 4. tom. 2. recen. & in Meleuitana decurſus aquarum coram Royas inter eius impreſſ. dec. 460. & in eadem 31. Ianuar. 1656. coram Meltio, cum alijs per de Luca in Theat. veritat. tom. 4. tit. de ſeruit. ad mater. aquar. diſc. 31. num. 2. & diſc. 33. num. 3.*

6 Præcipue quando aqua prout in præſenti defluxerit per cauos naturales, & non manufactos, & cum alijs aquis inferioribus naturali curſu, ſe immiſcuerit, quo caſu non acquiritur ſeruitus negatiua non diuertendi aquam de fundo inferiori, *Surd. conſ. 447. num. 2. Veronen. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 1. num. 27. prope fin. Gabr. de præſcript. conclu. 10. num. 14. & magiſtraliter dixit Rot. dec. 164. num. 2. p. 2. diuerſ.*

7 Quibus non aduerſatur, quod in fine plani contigui prædij reperiatur murus, ſeu canale manualiter conſtructum, per quod tam dicta aqua magna, quam dicta aqua parua fluit ad præfatam ferreriā, ac proinde Dominum fundi ſuperioris aquam diuertere, eiuſque vſum minuere minime poſſe in præiudicium fundi, ſeu ædificij inferioris, cum ſeruitus inducta cenſeatur, *Bero. conſ. 139. Dec. conſ. 244. num. 6. Calcan. conſ. 56. Ciriac. controu. forenſ. 310. num. 4. & 5. lib. 2. Cancer. lib. 3. var. reſol. cap. 4. num. 250. Antonel. de tempore legal. lib. 2. cap. 81. num. 27. & ſeq. de Luca in Theatr. veritat. lib. 4. tit. de ſeruit. ad materiam aquarum diſc. 25. num. 3.*

8 Quia cum huiuſmodi canale, ſeu opus manufactum exiſtat in fundo inferiori, vbi naſcitur aqua magna, & non in fundo ſuperiori, vbi naſcitur aqua parua, nullam inducere poteſt ſeruitutem, cum Dominus fundi ſuperioris nequeat prohibere nè Dominus fundi inferioris cōficiat canale, ſeu aliud

opus

opus in ſuo fundo ad eius libitum, & conſequenter cum non concurrat actus Domini fundi ſuperioris excluditur ſeruitus, prout è contra inducitur ſi opus manufactum exiſtat in fundo ſuperiori ex quo aqua fluit, ob efficacem præſumptionem ex indè reſultatem, non eſſe ſcilicet veriſimile, quod Dominus fundi ſuperioris permiſiſſet ab alio in eius bonis huiuſmodi conſtructionem fieri, niſi ius ſeruitutis adeſſet, qua ratione ceſſante, ceſſat etiam, vt ex opere manufacto in partibus inferioribus pro curſu aquæ poſt quam è prædio ſuperiori egreſſa eſt arguatur ſeruitus, quia nihil intereſt Domini fundi ſuperioris poſt dictum egreſſum ſi à ab alijs, vel cum curſu naturali, vel cum opere manuali, & fabrili alibi diuertatur, ex quo non fit amplius in eius dominio *Ruin iun. conſ.86. ſub nu. 3. Menoch. conſ.447. ſub nu 42. Ciriac. controuerſ.610. nu. 160. Cepol. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 4. ſub nu. 58. De Luca in Theat. verit. tom. 4. tit. de ſeruit. ad mater. aquar. diſc.26. nu.5. & diſc.27. nu.2. & diſc.31. nu. 4. Antonel. de tempore legali lib. 2. cap.81.nu.29. Rot. dec.164. nu.2. p.2. diuerſ. & dec. 425. num.15. p.4. tom. 2. rec.*

9 Propterea cum præfatę aquæ ſint inter ſe pœnitus diſtinctæ, & ſeparatæ, nec per modum vnius continui ex eadem, ſed diuerſa fontis vena ſe confundant, & fluant, in dictum ædificium, efficiuntur diuerſi iuris, adeo vt conſtructio præfati muri tanquam facta pro aquæ magnæ directione, vt ex oculati inſpectione demonſtratur, non eſt extendenda ad aquam paruam, ſeruitus autem ſtrictè capienda eſt ad limites ſuæ conceſſionis, vel poſſeſſionis, & non vltra *l. ſi manifeſte C. de ſeruit. l. ex meo ff. de ſeruit. ruſtic. præd.* & in terminis poſſeſſionis aquarum late *Pariſ. conſ. 114. nu.21. & ſeq. vol. 1. Cepol. cap.4. de aqueductu nu.47. Capic. Latr. conſult.8. nu. 3. cum ſeq & 11.*

10 Et in dubio ſemper obſtat præſumptio excluſiua ſeruitutis, ex naturali libertatis principio ipſis rebus innixo *l. Imperatores l. eius ff. de ſeruit. ruſtic. præd. Menoch. lib. 3. præſumpt. 83. numer. 1. & 3. Gratian. diſcept.599. numer. 1. verſ. prout nec poterit Borgnin. dec. 3. numer. 1. deciſ. 4. numer. 44. par. 5. Surd. dec. 177. num.1. dec.236. numer.6. Seraph. dec. 1422. numer. 11.*

11 Quinimo, quando inferior nihil facit in fundo dominante cauſa ducendi aquam ad ſuum fundum inferiorem, vt in præſenti, cenſetur iure facultatis, & familiaritatis aquam duxiſſe, & non iure ſeruitutis *Cepol. de ſeruit. vrban. præd. cap. 86. num.88. Borgnin qui alios refert dec. 6. nu. 50. p.5.* & conſequenter non poteſt agere, neque reſiſtere quin ſuperior de ea pro libito ſuæ voluntatis diſponat, vt firmat *Rot. dec.425. nu.4. p.4. tom.2. rec.*

S V M M A R I V M.

1 Aquæ ducendæ ius ex quibus competere poteſt.
2 Dominus non poteſt diuertere aquam naſcentem in ſuo fundo in præiudicium iuſti titulo poſſidentis num.7.
3 Seruitus aquæ ducendæ in quacunque parte fundi conſtitui poteſt.
4 An per continuum fluxum, aut per interualla temporis.
5 Etiam per menſuras, per vncias, & digitos.
6 Circa aquæ curſum, quæ veniant conſideranda.
8 Dominus per cuius agrum aqua ducitur, an & quando canale mutare poſſit in alterius præiudicium.
9 Solitus aquæ curſus quomodo intelligatur.
10 Seruitus ſtrictè capienda ad limites poſſeſſionis.
11 Aqua pertinet ad Dominum fundi vbi ſcatet, & excludit ſeruitutem, niſi adſit opus manufactum num.35.
12 Efficitur illius poſtquam eius prædium ingreditur num. 19. ſi ſit publica, ſecus ſi priuata num. 20.
13 Aqua quando dicatur publica, & quando priuata nu.14.
15 Aqua priuata, quando efficiatur publica, & an à Domino fundi, in quo naſcitur diuerti poſſit num.16.
17 Flumina de iure gentium ſunt publici iuris, ex flumine non nauigabili vnuſquiſque aquam ducere poteſt ibid.
18 Lim. ſi omnibus ſufficiat, alias ſit primi occupantis.
21 Aqua publica quando efficiatur priuati iuris, & diuerti poteſt, ſecus ſi vicino debeatur.
22 In flumine priuato quilibet in ſuo ædificare poteſt, etiam ſi alteri noceret.
23 Flumina priuata pertinent ad illos, qui propè ab vtraq; parte prædia poſſident.
24 Quando flumen eſt commune non licet auertere aquam in præiudicium aliorum.
25 Alueus fluminis non eſt immutandus, aut reſtringendus in aliorum præiudicium num. 26.
27 Aqua ingrediens fundum ratione ſeruitutis paſſiuæ non efficitur propria Domini fundi.
28 Egrediens de fundo alterius deſinit eſſe de eius dominio, etiam ſi iure ſeruitutis recipiatur num. 29.
30 In aquarum commoditatibus ſtandum eſt antiquitati.
31 Conceſſio vſus aquæ intelligitur ſaluo vſu concedentis.
32 In aquarum decurſo naturali nulla datur præſcriptio.
33 Seruitus aquæ ducendæ quanto tempore præſcribatur, tam contra ſcientem, quam contra ignorantem num. 34. & 35.
36 Aquæ hauſtus mediante canale quanto tempore præſcribatur.
37 Seruitus habens cauſam continuam, vel quaſi quanto tempore præſcribatur.
38 Et quæ requirantur ad validitatem præſcriptionis.
39 Vſus aquæ in dubio præſumitur iure familiaritatis.
40 In muro communi ſocius non poteſt facere fiſtolam.
41 Seruitus, quando dicatur habere cauſam continuam, vel quaſi.
42 Et quando dicatur habere cauſam diſcontinuam.
43 Seruitus aquæ ductus, quando non habeat cauſam continuam.
44 Seruitutes reales habent cauſam diſcontinuam.
45 Seruitutes reales quanto tempore præſcribantur nu. 46.
47 Seruitutes perſonales non dicuntur habere cauſam diſcontinuam.
48 Seruitus aquę hauſtus dicitur habere cauſã diſcontinuã.
46 Non præſcribitur niſi per tempus immemorabile, vel per curſum centum annorum num.50.
Dummodo quis vſus fuerit aquæ hauſtu proprio iure num.52.
51 Centenaria pręſcriptio æquipollet immemorabili.
53 Puteus eſt officina neceſſaria toti domui.
54 Redditur communis omnibus partibus, & manſionibus domus.
55 Poteſt eſſe commune pluribus domibus.
56 Poteſt eſſe communi toti viciniæ.
57 Ex puteo communi reſultat conſortium etiam ad effectum prælationis.
58 Vendita parte domus, cenſentur etiam venditæ illius commoditates.
59 Intellige ſi verba inſtrumẽti ſint ampla, ſecus ſi limitata.
60 In dubio ſtandum eſt obſeruantiæ.
61 Obſeruantia interpretatiua, an requirat temporis determinationem ſicut præſcriptiua.
62 Ex puteo communi poteſt condominus vſque ad Cælum haurire aquam.
63 Communio putei, & ædificij vſque ad Cælum ſe extollit.

Aquæ ſeruitus quomodo acquiratur, & amittatur.

ADNOTATIO I.

1 AQuæ ducendæ ius competere poteſt, aut ex pacto, ſeu conuentione, aut priuilegio, aut 2 teſtamento, vnde in præiudicium iuſti tituli poſsidentis, non poteſt quis aquam naſcentem in ſuo fundo, ſeu prædio diuertere, aut impedire *Antonel. de tempore legali lib. 2. cap. 81. num, 25. Theſaur. dec. 245. num. 5. & 6.*

3 Et huiuſmodi ſeruitus non ſolum ex capitè, vel fonte, ſed etiam ex quocunque loco conſtitui po- 4 teſt *l. ſeruitus aquæductus ff de ſeruit. ruſtic. prædior.* aut per continuũ fluxum, aut per interualla tempoporis, nempè pro certis diebus, & horis *l. 1. §. ſi aquæductus ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. l. ſi conſtituta l ſi is cui in prin. ff. quemadmon. ſeruit. amittat. cum alijs per Cepol. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 86. de ſeruit. aqueductus num 52.* vbi quod etiam conſtitui poſſit 5 ſeruitus, vt aqua diuidatur per menſuras, ſcilicet per vncias, & digitos *l cum conſtet in prin. l. pau. ff. de ſeruit. ruſtic. præd.*

6 Tria igitur circa aquæ curſum veniunt conſideranda, nempè lex, id eſt pactum, natura, & vetuſtas, adeo vt lex, & natura alterari non debet, & quando apparet de vetuſtate, & antiqua conſuetudine, illi omnino ſtandum eſt *l. 1. §. 1. §. denique, & in fi. ff. de aqua pluuia arcen. Bero conſ. 144. num. 39. circa med. vol. 3.*

7 Vnde in præiudicium alterius non licet antiquũ aquæ curſum alterare *l. vnica verſ. generaliter ff. ne quid in flumin. publ l. 1. §. non autem omne ff. de flumin. Menoch. conſ. 909. num. 12. in fi. Rot. dec. 61. nu. 2. p. 4. tom 2. rec.*

8 Et quamuis poſſit Dominus per cuius agrum aqua ducitur riuum, & canale mutare iuxta *glo in l. ſi cui in vltim glo ff. de ſeruit.* tamen hoc ſolum permittitur ad effectum, vt aqua per riuum nouum ducatur ratione commodioris vſus ſui prædij, non autem ad effectum faciendi nouum opus, vel aliquod ædificium, & dummodo huiuſmodi mutatio non noceat habenti ſeruitutem aquæ ducendæ *l. 1. in prin. ff. de riuis glo in l ſi cui ff. de ſeruit. cum alijs cumulatis per Bero. conſ. 144 num. 20. vol. 3.*

9 Solitus vero aquæ curſus ille intelligitur, qui fuit præcedente æſtate, quia tempore æſtiuo aqua naturaliter fluit, non caſualiter prout contingit tempore hyemali ob pluuiarum frequentiam *Bald. in l item lapilli num. 8. in 8. qu. ff de rer. diuiſion. Antonel. de tempor. legal. lib. 2. cap. 81. nu. 17.*

10 Hinc eſt quod ſeruitus ſtrictè capienda eſt ad limites conceſſionis, vel poſſeſſionis, & non vltra *l manifeſte C. de ſeruit. l ex meo ff. de ſeruit ruſtic. præd.* & in terminis poſſeſſionis aquarum late *Pariſ. conſ. 114. num. 21. & 22. lib. 1. Capyc. latr. conſult. 8. num 5. cum ſeq & 11. De Luca in Theat. verit. tom. 4 tit. de ſeruit. diſ. 20. num. 5.*

11 Aqua efficitur de iure illius, ad quem ſpectat fundus in quo naſcitur *l. Proculus ff. de damn. infect. l. aquam l. Præſes C. de ſeruit. & aqua Dec. conſ. 244. num. 5. & 6. Maſcard. de probat. conclu. 123, rep. Cancer. var. reſol. p. 3. cap. 4. nu. 229. verſ. cum dicta Agricolæ.*

12 Amp. etiam ſi non in proprio fundo oriatur, ſed in ſuperioribus, & poſtea ingrediatur proprium prædium, nam poſt quam ingreſſa eſt, eiuſdem propria efficitur, adeo vt vti, & auocare, quo ei placuerit poſſit *Pariſ. conſ. 112. nu. 8. Bart. in l quominus in 12. q. ff. de flumin.* vbi quod ſi conuertatur in vſum proprium prohiberi non poſsit ab habentibus prædia inferiora *Maſcard. de probat.* qui alios plenè allegat *lib. 1. conclu 123. num. 2. & plurib. ſequen. Cancer. var. reſol. p. 3. cap. 4. num. 129. verſ. dictæ agricolæ.*

13 Lim. 1. quod licet aqua in alterius fundo oriatur, ſi tamen ſit perennis, & in magna quantitate, vt flumen conſtituat, efficitur publici iuris tum quo ad proprietatem, tum quo ad vſum, nec dominus fundi poteſt illam diuertere, vti, & ducere quo ſibi placuerit, ſecus ſi ſit in parua quantitate, vt riuum tantum conſtituat cum tunc dicatur priuata *l. 1. §. fluminum ff. de dam. infect. Marc. Anton. Eugen. conſ. 41. num. 9. & 10. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 123. num. 19. Cancer. var. reſol. p. 3. cap. 4. nu. 233. Borgnin. dec. 5. per tot. p. 5. Franc. March. dec. 416. num 11. p. 1. dec. 325. nu. 4. p. 2.*

14 Lim. 2. quod in perennitate aquæ attenditur an illa ſit ita perennis, vt publicè prodeſſe ſecundum ſuum naturalem curſum poſſit, aut non, primo caſu cenſetur publica, in ſecundo caſu priuata, & hanc eſſe puram veritatem tradit *Cancer. var. reſol. p. 3. cap. 4. num. 232. 233. & 237. Antonel. de tempor. legal. lib. 2. c. 81. num. 37.*

15 Lim. 3. vt aqua, quæ in priuatis bonis ortum habet, ſi ad publicum locum perueniat efficitur publica, adeo vt detineri, & occupari poterit tamquam publica, ſiquidem in aquarum ductu, non inſpicitur principium aquæ, ſed aluei, & meatus vnde manat *Pariſ. conſ. 129. num 5. vol 4. & per doctrinam Bald. tradit Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 123. num. 9.*

16 Sublim. quod licet aqua defluens ad locum publicum efficiatur publica, & vt talis occupari poſſit, non tamen interdicitur Domino prædij, vel loci à quo aqua originem trahit, quin poſſit deriuare quocunque maluerit, etiam in præiudicium habentium prædia inferiora *per text in l fluminum § fi. & in l. Proculus ff. de dam. infect. l. ex meo ff de aqua plu. arcen.* ſiue aqua per venas ſubterraneas, ſiue ſupra terram dilabatur; cum paria ſint tre ſuper terram, & ſubtus terram *Bald. in l. item lapilli nu. 4. ff de rer. diuiſ. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 123. num. 11. 12. & 13.*

17 Quando autem flumen publicum non eſt nauigabile, tunc vnuſquiſque ex eo aquam ducere poteſt auctoritate iuris gentium, quo iure flumina, & eorum vſus, ac iura ſunt publica *§. flumina, & §. riparum inſtit. de rerum diuiſ. l. quominus ff. de flumin. cum alijs per Antonel. de tempor. legal. lib. 2. cap. 81. numer. 18.*

18 Quod procedit, quando aqua ad eum vſum, ad quem ducitur omnibus ſufficeret, alias melior eſt conditio primi occupantis *l. fi. ff. de vſucapion. Alex. conſ. 194. in prin. lib. 2. Bald. in l. item lapilli num. 4. & in l. 4. num. 2. C. de ſeruit. Cyriac. controuerſ. 462. num. 21. lib. 3. Antonel. de tempore legal. lib. 2. cap. 81. num. 19.*

19 Aqua

Digitized by Google

19 Aqua igitur quæ de flumine publico ducitur efficitur eorum omnium, per quorum prædia decurrit, adeo vt ſemel ingreſſa fundum recipientis, ſeu territorium vnius loci fit propria Domini illius loci, & ſub eius libera diſpoſitione remanet *l.1. §.illud labeo ff. de aqua quotid. & æſtiu. Iaſ.in repetition. l.quominus num.88. vbi Rip. num.54. in fi. & ſeq. de flumin. Dec. conſ. 244. num. 3. 4. & 7. Pariſ. conſ. 112. num.2. & 3. Bardellon. conſ.144.num.35.lib.2. Surdus conſ.447. num.2. Alex. conſ.108.num.2.lib.2. Hond. conſ.79. num.19. lib.1. Veronen. de ſeruit. ruſtic. præd. cap.4. num. 31. verſ. tertius caſus Carpan. ad ſtat. Mediolanen. p.2. cap. 247. num. 4. Rot. deciſ. 261. num. 6. & 7. coram Merlino*, vbi quod ea poteſt vti quomodo vult etiam inuito Domino fundi inferioris, *& dec.425. num.4. & 17. p.4. tom.2. rec.*

20 Secus autem eſt in aqua priuata, quæ oritur ex prædijs priuatorum, vel ex priuato flumine, quæ propterea etiam ſi alienum agrum ingrediatur non efficitur illius agri domini, niſi habeat ius ducendi aquam iure ſeruitutis, vel conceſsionis factæ à Domino aquæ, vt de vera intelligentia teſtatur *Bero. conſ.144. nu.72. & 75. vol.3. ad text. in l.aquam, & tot. tit. ff. quemadmodum ſeruit. amittat.*

21 Sed ſi aqua eſſet publica, nihilominus ſtatim atque intrauit priuatum riuum deſinit eſſe publica, & efficitur priuati iuris, cuius vigore poteſt quolibet diuerti *l.1. §.illud labeo ff. de aqua quotid. Vermigliol. conſ 435. numer 8.* vbi ſubdit hoc procedere quamuis vicina prædia ſeruitutem, vel aliud detrimentum patiantur *Bald. in l.aquam in prin. C. de ſeruit & aqua, & in cap omnes num 21. de conſtit. Pariſ. conſ.114 num.5. & 6.lib.1. Menoch. de retinen. remed. 6. num 88. & 89.* Niſi vicino debeatur ſeruitus, vel talis aqua ab immemorabili tempore defluxerit in prædium vicini, quia tunc præſumitur ſeruitus *Gratian diſcept. 480. num. 10. Antonel. de tempor. legal. lib 2. c.81. num.41.*

22 In flumine verò priuato poteſt quilibet in ſuo ædificare, & frui aqua dicti fluminis, dummodo principaliter id agatur ad propriam vtilitatem *l.Proculus ff. de dam. infect. Bald. in l.item lapilli nu. 1. & 4. ff. de rer. diuiſ* quod procedit etiam ſi ædificium, vel molendinum alteri noceret *Iaſ. conſ. 98. vol. 1. Antonel. de tempor. legal. lib. 2. cap. 81. numer. 21. & 22.*

23 Flumina autem priuata pertinent ad illos, qui propè ab vtraque parte prædia poſſident, ita vt quilibet ius habeat vſque ad medium verſus ripam *Alban. ad Bart. in l.quominus num. 4. ff. de flumin. Alex. conſ.203. num. 2. lib 6. Gratian. diſcept. 480. num. 1. & 2.* vnde non licet auertere aquam in præ-
24 iudicium aliorum, qui ibidem prædia poſſident, quando torrens, ſeù flumen eſt commune iuxta *text. in l.adeo § inſula ff. de acquirend. rer domin. Gratian. loco citato Antonel. dicto cap.81. num.12. & 23. Antonel. de tempor. legal. lib.2. c. 81. num. 21. 22.*

25 Alueum autem fluminis nemini in alterius præiudicium immutari, aut reſtringi permittitur *l.1. §.ſi quis ex riuo certo ff. nè quid in flumine public. facit text. in l.1. §.denique ait ff. de aqua pluuia arcen.*
26 adeo vt nequeat fieri fiſtula, Clauica, ſeruiola, formula, vel quatenus adſit eandem immutare de lignea, vel terrulea in lapideam, quæ difficilius tolli poteſt, præcipuè in damnum, & detrimentum habentis ſeruitutem ducendi aquam ad eius molendinum, vt tradunt *Doctores relati per Borgnin. dec. 5. num 17. & 18. p.5.*

27 Aqua poſt quam ingreditur vnius territorium, licet efficiatur propria Domini eiuſdem territorij; ſed ſi territorium, vel ager ſeruitutem aquæ ducendæ deberet tunc aqua ingrediens fundum ratione ſeruitutis paſſiuæ non efficitur propria eiuſdem Domini fundi, quia inducta ad vnum effectum non operatur contrarium, vt comprobat *Bero. conſ. 44. num.47. vol. 3.*

28 Egrediens verò de fundo alterius deſinit eſſe de illius dominio, & tranſit in dominium recipientis *Bart. in l. quominus numer. 85. & 88. ff. de flumin. Surd. conſ. 447. Hond. conſ. 79. numer. 19. & 20. lib. 1. Gregor. XV. deciſ. 133. numer. 5.*

29 Etiam ſi iure ſeruitutis aqua reciperetur, quia nihilominus fit recipientis *Surd. conſ.41. nu. 2. Adden. ad Gregor. XV. dec. 133. num.7. vbi ita dixiſſe Rot. in Bononien. Molendini coram Vtroſpio.*

30 In aquarum tamen commoditatibus ſicut in paſcuis, & molendinis plurimum deferendum, & ſtandum eſt antiquitati *l ſi manifeſtè C. de ſeruit l. qui luminibus ff de ſeruit. Vrban. prædior. Bargnin dec.5. num.14. p.5.*

31 Conceſsio vſus aquæ ſemper interpretari debet, vt minus noceat concedenti, cum intelligatur facta quo ad aquam exuberantem, vltra vſum proprium, non autem quo ad neceſſariam, & opportunam ipſius concedentis, cum reddatur inueriſimile quod quis velit alium ditare cum propria iactura, contra vulgatum adagium quod prima charitas incipiat à ſe ipſo, prout etiam obſeruatur in materia paſcuorum, in qua conceſſo iure paſcendi in alieno territorio, intelligitur de eo, quod ſupereſt vltra vſum Domini, & Ciuium *Conar. lib. 1. var. reſol. cap.17. num. 11. Surd. de aliment. tit.7. qu. 8. num. 6. Rut. ſuper prag. in rub. de paſcuis num.17. De Luca in Theat. verit. tom.4. tit. de ſeruit ad mater. aquar. diſ.29. num. 10. & 11.*

32 In aquarum decurſu naturali nulla dari poteſt præſcriptio tamquam in re merè facultatiua *Galeot. lib.2. controuerſ.52. & ſeq. Cyriac. controuerſ.310. & 311. Cancer. lib.3. var. cap. 4. de ſeruit. ex nu. 230. de marin. reſol. quotid. 16. lib. 1. Theſaur. dec. 245. Viuian. dec.411. De Luca in Theat. verit. tom.4. tit. de ſeruit. in mater. aquar. diſ.33. num.3. Antonel de tempor. legal. lib 2. cap. 81. num. 26. verſ. vbi quod.*

33 Seruitus tamen aquæ ducendæ contra ſcientem, & inter præſentes præſcribitur ſpatio decem annorum & 20. inter abſentes, cum ſeruitus aquæ ductus habeat cauſam continuam, *ad text. in l.2. C. de ſeruit. l. ſi quis diuturno ff. ſi ſeruit. vendat. Bero. conſ. 144. num. 33. lib. 3. Cæpol de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 86. alias 4. de ſeruit. aquæductus num. 37. verſ. tertium requiritur.*

34 Contra ignorantem verò requiritur ſpatium tanti temporis, de cuius initio memoria non conſtet in contrarium *l. hoc iure §. ductus ff de aqua quotid. & æſt. l. vſum C. de aquæduct. lib.11. Bero. conſ. 144. num. 33. vol. 3.* Vnde non poteſt quis aquam naſcentem in ſuo prædio diuertere, aut impedire, quando alius per tempus, cuius initij memoria non extet, aquam ad ſuum fundum duxerit per eundem *text. in l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æſti. Alban. ad Bart. in l. quo minus num. 10. ff. de flumin. Antonel. de temp. legal. lib. 2.*

cap 81. numer. 25. verſ. vbi idem dicit.

35 Tres autem caſus præ cæteris in ſubiecta materia diſtinguendi ſunt, quorum primus eſt, quando agitur de aqua curſu naturali fluente à fundo ſuperiori ad inferiorem, quo caſu regula aſſiſtit Domino fundi ſuperioris in excluſionem ſeruitutis, niſi legitimè conſtituta probetur, vel expreſſe pacto, conuentione, aut teſtamento, vel ſaltem præſumptiuè, ſeù adminiculatiuè etiam ſi diurno, & longiſſimi temporis interuallo in cõtrarium fuerit obſeruantia etiam per mille annos, quoniam cum prouenerit ex facultate, & curſu naturali ceſſat præſcriptio, niſi concurrat opus manufactum in fundo ſuperiori, ac principaliter ordinatum prò ſeruitio fundi inferioris, & non pro ſeruitio fundi ſuperioris ab eius Domino confectum prout tradunt Doctores ſupra allegati in hac deciſione *num. 5. & in hac adnot. num. 11.*

36 Secundus caſus eſt quando vicinus per fiſtolam infixam muro communi, ſiue per aquæductum, aut per aliud opus manufactum initium habentem à puteo, fonte, vel riuo exiſtente, vel reſpectiuè defluente in fundo vicini aquam ducit, & hoc caſu huiuſmodi aquæductus eſt ſpecies ſeruitutis habentis cauſam continuam, nam licet non continuo die, noctèque aqua pro neceſſario, & opportuno vſu ducatur, ſeu auriatur, nihilominus ipſa fiſtula, ſeu aliud opus manufactum ad inſtar tigni immiſſi continuo, die, noctuque ibi exiſtit, & eſt aptum ad continuò ducendam, & exhauriendam aquam, vnde prædium ſeruiens continuam patitur ſeruitutem, quæ propterea per diuturnam poſſeſſionem præſcribitur, prò vt præſcribuntur aliæ ſeruitutes tigni immiſſi, & habentes cauſam continuam iuxta textum *in l. ſi quis diuturno 10. ff ſi ſeruitus vendicet*, ibi *quod ſi quis diuturno vſu, & longa quaſi poſſeſſione ius aquæ ducendæ nactus ſit, non ſit ei neceſſe docere de iure, quo aqua conſtituta eſt*, ita *de Luca in ſuo Theat. veritat. tom. 4 tit. de ſeruit ad mater. aquar. diſc. 33. num. 7.*

37 Diuturnitas vero temporis ad præſcribendam ſeruitutem habentem cauſam continuam, vel quaſi continuam reputatur curſus decem annorum continuorum inter præſentes, & viginti inter abſentes *l. 2. vbi glo. in verbo quæſiſti C. de ſeruit.* etiam ſine titulo cum tractetur de modico præiudicio, *Aret. in §. aqua num. 19. inſtit. de action.* & tradunt Doctores relati per *Antonel. de tempore legal. lib. 2. cap. 81. num. 1. & 2.* vbi ſubdit dummodo concurrat ſcientia, & patientia illius, contra quem præſcribitur, adeout non ſufficiat ſcientia conductoris, ſeu alterius poſſidentis vi, clam, vel præcario, cum non detur quaſi poſſeſſio incorporalium ſine ſcientia, & patientia aduerſarij, *l. 2. l. quoties § ſeruitutem ff. de ſeruit. Balb. de præſcript. in 2. p. 4 prin. quæſt. 1. num. 12. Cancer. lib. 3. var. reſol. cap. 4. num. 159.*

38 Et vlterius exigitur non ſolum bona fides, ſcilicet vt præſcribens credat id ſibi licere, alias non curreret præſcriptio, verum etiam volunt vſ vtendi iure proprio, & non per modum facultatis, ſeu familiaritatis *l. 2. §. Aufio. ibi qui ſe putat ſuo iure vti ff. de aqua quotid. & æſti.* & tradunt Doctores relati per *Antonel. de tempore legal. lib. 2. cap. 81. num. 4 & 5.* vbi quod in dubio vſus præſumitur potius
39 iure facultatis, quam iure proprio, *Iordan. Elucub. diuerſ. lib. 14. tit. 24. de præſcript. num. 407. & ſeq.*

40 Lim. propterea principalem huius ſecundi caſus concluſionem non procedere, quando [illegible] adminiculatiuè doceatur fiſtulæ appoſitionem, vel clandeſtinam, vel præcariam fuiſſe, dum murus erat communis, in quo non poteſt ſocius in præiudicium vicini, ſeu conſocij facere fiſtulam, vel aliud canale, vnde indefinite prohiberi poteſt, reiecta diſtinctione an quis vtatur muro communi vſque ad medietatem, & in ſola parte ad ſe ſpectante ad *text. in l. fiſtulas, ſi ſeruitus vindicetur, & l. fiſtulam. ff. de ſeruit Vrban præd. vbi Bart & tradunt Doctores relati per Cepol de ſeruit. Vrban. præd cap. 49. de fiſtula num. 4. de Luca in Theat. verit. tom. 4. tit. de ſeruit. ad mater. aquar. diſc. 33. num. 8.*

41 Seruitus verò illa dicitur habere cauſam continuam, & perpetuam, quæ ſemper eſt in vſu actualiter, & potentialiter, vt ſeruitus aquæductus, & ſeruitus altius non tollendi, & ſimiles; quaſi continuam, ſeu quaſi perpetuam cauſam cenſetur illa ſeruitus habere, quæ perpetuo, ſeu continuò potentialiter, & non actualiter eſt in vſu, vt reputatur ſeruitus ſtillicidij, vel ductus aquæ è Cælo cadentis, & ratio eſt quia in iſtis non requiritur ſemper factum hominis ad vſum ſeruientis, licet requiratur aliquando à principio ad ipſam conſtituendam, vt in aquęductu, quia poſt quam aqua eſt deriuata per riuum, vel canalem, facto naturæ continuatur, & per ſe ipſam ſemper fluit, & ita in ſeruitute tigni iniuncti, vel oneris ferendi, nam poſt quam ſemel eſt immiſſum per ſe ipſum continuatur, quæ ratio militat etiam in quaſi perpetua vel quaſi continua, quia licet illa non ſemper exerceatur tamen eſt apta ſemper exerceri ſine facto hominis, prò vt eſt ſtillicidium, quod ſemper eſt aptum recipere aquam ſine facto hominis poſt quam conſtructum, ſeu appoſitum, ac peractum fuerit, prò vt contingit puta quotieſcunque aquę è Cælo deſcendant, vt planè tradit *Cepol. de ſeruit. Vrban. præd. cap. 19. num. 5. Balb de præſcript. in 2. p. quartæ p. prin qu. 1. num. 2. Cancer. lib 3. var. reſol. cap. 4. num. 45. cum alijs per Antonel. de tempor. legal. lib. 2. cap. 81. num. 10.*

42 Diſcontinuam verò cauſam illa ſeruitus habere dicitur, quæ non eſt ſemper in vſu actualiter, nec potentialiter, ſed neceſſariò requirit interpoſitionem, & in ſui vſu factum hominis, quod non poteſt eſſe continuum, quia homo non poteſt continuo operare, vt eſt ſeruitus viæ, itineris, & ſimilis *l. foramen. ff. de ſeruit. Vrban. præd. Bart. in l. 2. nu. 3. & 4. C. de ſeruit.* ſubdens, quod ſi eſſet neceſſe
43 vt de fonte aqua extrahatur, & mittatur in aliquem riuum, tunc ſeruitus aquæductus non haberet cauſam continuam, cum hoc caſu requiratur factum hominis *Cepol. dicto cap. 19. num. 6. Antonel. eodem cap. 81. num. 10.*

44 Prout etiam ſeruitutes reales qualis eſt ſeruitus vſusfructus, vel vſus, quæ habeant cauſam diſcontinuam, cum poſſideantur mediante facto hominis, non autem facto ſuo, ex quo hominis factum non poteſt ſemper eſſe continuum, & ſic non continue
45 poſſidentur tamen ſpatio decem annorum, inter præſentes, & viginti inter abſentes præſcribuntur,
46 *l. ſicut C. de ſeruit.* dummodo concurrat titulus, & bona fides quamuis ſcientia aduerſarij non ſit neceſſaria, prout exigitur in præſcriptione incorporalium, ad quorum ſimilitudinem regulantur, eſta [illegible] titulo

titulo requiruntur trigiata anni ad præſatas ſerui-
tutes perſonales præſcribendas, *Aret. in §. atque nu.
18. inſtit. de action. Cepol. de ſeruit. Vrban. præd. cap.
19. num. 6. 9. & 10. Antonel. de tempor. legal. lib. 2.
cap. 81. num. 11.*

47 Seruitutes demum perſonales, ſeu perſonalia iu-
ra, quæ debentur à re perſonæ, vt eſt vſusfructus,
vſus, iuriſdictio, & ſimilia, licet requirant factum
hominis non ſolum ab initio, ſed etiam ex poſt fa-
cto, non tamen dicuntur habere cauſam diſconti-
nuam, quia poſſunt animo poſſideri, ex quo per-
ſonæ debentur, non obſtante quod actus ſint di-
ſcontinui, enim attendatur propoſitum continuo
animo retinendi ſaltem virtualiter, quod exuberat
etiam ſi non ſemper concurreret actuale, vel habi-
tuale, vt eleganter notat *Bart. in l. iuſto, §. non mu-
tat. de vſucap. cum alijs relatis per Cepol. de ſeruit.
Vrban. præd. cap. 19. num. 6. circa fi. verſ. ſed ſecus.*

48 Tertius caſus eſt, vbi agitur de hauriendo aquam
à puteo, fonte, vel piſcina aliena, prout proprię
neceſſitatis, vel vſus ratio exigit, cuius aquæ hau-
ſtus ſeruitus cum habeat cauſam diſcontinuam, ex
quo qualibet vice, qua vicinus aqua indiget, nouum
actum prò illa haurienda, & ducenda facere debeat,
non præſcribitur, niſi per tempus immemorabile, &
cuius initij memoria non extet in contrarium, vt
potè quia huiuſmodi actus de ſui natura ad ius
pręcarium, ſeù facultatiuum, aut ad beneuolam,
ac vrbanam permiſſionem referri poſſunt, niſi ius
competat ex immemorabili, quę affert meliorem
titulum de mundo, vt tradunt Doctores plenè rela-
ti per *Rot. deciſ. 101. num. 5. p. 4. tom. 2. recen. ca-
nonizata in Romana ſeruitutis 29. Ianuarij 1666. co-
ram Card. Cerro*, & nouiſſimè comprobat *de Luca
in puncto ſeruitutis aquæ hauſtæ in ſuo Theat. veritat.
tom. 4. tit. de ſeruit. ad mater. aquar. diſ. 32. nu. 6.
& 7. & diſc. 33. num. 5. verſ. alter caſus eſt & nu. 6.*

49 vbi animaduertit, quod magna inurbanitas eſſet
vicini habentis, fontem, vel puteum perennem ſi
conuicinis huiuſmodi commoditatem denegaret,
præcipuè ſi nullum damnum, vel aliam incommo-
ditatem eidem reſultaret, cum aqua, quæ ſemper
fluit, per eius hauſtum nihil Domino diminuatur,
Borgnin. dec. 7. num. 10. & 11. p. 5.

50 Quod tamen ad hunc effectum ſufficiat ſpatium
centum annorum ex *Balb. Villalob. tradit idem Bor-
gnin. dec. 7. num. 12. p. 5.* cum centum annorum
51 curſus æquipolleat immemorabili, & eiuſdem effi-
caciæ reddatur, vt alias comprobaui.

52 Intellige ſupradicta procedere, quando quis vſus
fuerit tali aquæ hauſtu proprio iure, ſcilicet vel
dominij, vel ſeruitutis, & non iure amicitiæ, facul-
tatis, ſeu familiaritatis, vt in puncto ſeruitutis
aquæ, tradit *Borgnin. & Doctores per eum allegati
dec. 7. num. 13. 14. & ſeq. de Luca in Theat. verit.
tom. 4. tit. de ſeruit. ad mater. aquar. diſ. 32. num.
7. & 8.*

53 Puteus vero, ſeu fons dicitur pars integralis do-
mus, in qua exiſtit, vnde quando domus licet ma-
54 gna conſtruitur, & cum ea fons, ſeu puteus, cen-
ſetur deſtinatus in ſeruitium totius domus, omni-
umque eius manſionum, & partium, quæ inter ſe
dicuntur ſociæ in huius officinæ dominio, poſſeſ-
ſione, & vſo, tamquam pro communi in ſolidum
poſſidentes, *Altograd. conſ. 12. num. 29. lib. 1.*
55 vbi alios adducit, quinimò vnus puteus plurium
domorum vſui deſeruire ſolet, atque ab eis pro
communi poſſideri, vt benè probat *text. in l. quia
hoc quarta in prin. ff. communi diuid.* ibi de puteo quę-
ritur an communi diuidundo agi poſſit, & tradit *Bald.
in cap. 1. §. ſi quis de manſo. de controu. inueſt. in vſib.
feud. Cepol. de ſeruit. Vrban. præd. cap. 47. in prin.
& per tot. Rom. ſing. 68.* vbi de puteo communi to-
56 ti viciniæ, & ratio eſt, quia in omnibus manſioni-
bus, & ſingulis partibus domus diuerſi putei, ſeu
fontes conſtitui nequeunt, ſed vnus pro tota domo,
quamuis magna ſufficiat, prout communiter, &
regulariter ædificia ſecundum artem regulari ſolēt,
vt experientia, & oculari rerum aſpectu demon-
ſtratur, ita *de Luca in Theat. veritat. tom 4. tit. de
ſeruit. ad materiam aquarum diſc. 32. num. 9. & prę-
cipuè in fin.*

57 Hinc eſt quod ex puteo communi reſultat con-
ſortium, & connexio plurium domorum, itaut prò
vna haberi debeant, licet ſint inter ſe diuerſæ, etiam
ad effectum prælationis, cum ratione iſtius commu-
nionis, ſeu conſortij dicatur quis habere partici-
pationem dominij in domo, vt ex *glo. Bald. Salicet.
& Iaſ. tradit Gratian. diſcept. 526. num. 2. tom. 3.
de Luca loco citato nu. 9.*

58 Si tamen vendatur pars domus, cēſetur etiam
per venditorem vendita, ſeu conſtituta, vel reſpe-
ctiuè reſeruata ſeruitus ſuper illius commoditati-
bus, quas vna pars alteri præſtabat de tempore,
quo erat ſub eodem dominio, præcipuè ſi agatur
de officina neceſſaria, ne dum toti domui in vni-
uerſum, ſed ſingulis eius partibus, & manſionibus,
prò quibus ab initio æqualiter deſtinata fuit, dum-
59 modo verba contractus ſint ampla, & continentia
tranſlationem omnium iurium, & pertinentiarum,
ſcilicet ſi vna pars vendita fuerit cum ſuis iuribus,
multoque magis ſi huiuſmodi commoditates refe-
rantur ad ſeruitutem habentem cauſam continuam,
& non diſcontinuam, vt per *Bart. Caſtrenſ. & alios
in l. qui binas ædes ff. de ſeruit. Vrban. præd.* plenè
*tradit Surd. conſ. 17. num. 23. cum ſeq. & num. 28.
cum ſeq. Bero conſ. 132. num. 13. & 14. lib. 3. Roy
ut. dec. 98. num. 2.*

60 In dubio tamen ſtandum eſſe obſeruantiæ tam-
quam contrahentium mentis interpretatiuæ, quam-
uis non eſſet longiſſimi temporis tradit *de Luca in
Theat. verit. tom 4. tit de ſeruit. ad mater. aquar.
diſc. 32. num. 12.* & aſſignat rationem, quia quo-
ties obſeruantia deducitur tamquam interpretatiua
61 non exigit aliquam temporis determinationem, ſed
ſufficit ita quandoque obſeruatum fuiſſe, licet ſe-
cus ſit quando illa attendenda eſt tamquam præ-
ſcriptiua, cum tunc requiratur tempus cum alijs
requiſitis neceſſarijs ad præſcriptionem inducen-
dam.

62 Ex puteo communi prò indiuiſo poſſeſſo poteſt
condominus ex latere ſuperiori vſque ad Cælum
haurire aquam, & facere ad hunc effectum plures
63 feneſtras, cum huiuſmodi communio vſque ad
Cælum ſe extollat, *ad text. in l. altius, & l. ſi ædi-
bus C. de ſeruit. & aqua. Borgnin. deciſ. 8. num. 42.
& 49. p. 5.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 Molendina ab omnibus conſtrui poſſunt, ſi alteri non competat priuilegium aut præſcriptio in contrarium.
2 Aqua poſt quam eſt ingreſſa alterius fundum efficitur propria Domini fundi.
3 In fundo alieno nemo Molendinum facere poteſt.
4 Priuati habentes proprietatem riui, quilibet in ſuo molendinum facere poteſt.
5 Nec impediri poteſt ab habente molendinum à parte inferiori.
Lim. ſi nulli ſeruitus aquæ debeatur num. 6.
Lim. ſi principaliter tendat ad nocendum alteri nu. 7.
8 Damnum ad hunc effectum, ex quibus reſultet.
9 In præiudicium tertij non licet aquæ curſum alterare, Amp. vt num. 10. Amp. vt omnia in priſtinum ſint reducenda nu. 11. & 31.
12 Interdictum ne quid in flumine publico, quando competat num. 13.
14 Molendini conſtructio ad alterius æmulationem non eſt permittenda.
15 Molendini noua conſtructio ab alijs impediri non poteſt, ſi aqua ſit ſufficiens pro omnibus.
16 Amp. vt neque a locorum Dominis impediri poſſit ſubditis.
17 Subamp. etiam ſi ſolus Dominus ab antiquiſſimo tempore habuerit molendina, ſecus ſi concurrat prohibitio, & Populi acquieſcentia num. 18.
19 Dominus ſuperioris molendini poteſt tempore pluuiæ retinere aquam in præiudicium inferioris.
20 Nouum molendinum non licet ædificare in præiudicium alterius ſi diminuantur aquæ, & factum, eſt deſtruendum, & reficienda damna num. 22.
23 Lim. ſi damnum reſultet reſpectu frequentioris concurſus molentium.
24 Sublim. 1. ſi conceſſio eſſet ſine damno alterius.
25 Nouum molendinum ad æmulationem alterius ædificari nequit.
26 Neque ædificari poteſt in præiudicium habentis ius, vt ipſe ſolus habeat molendina.
27 Molendinum in parte inferiori fluminis poteſt conſtrui etiam ſi alteri antiquius molendinum habenti damnum inferatur.
Intellige in molendino conſtructo in priuato flumine, ſecus in publico ibidem.
28 Princeps, vel ſenatus poteſt prohibere ne in flumine publico non nauigabili fiat aliud molendinum in præiudicium antiqui.
29 Molendini conſtruendi conceſſio intelligitur ſine præiudicio tertij.
30 Molendinum nouum, vt deſtruatur ob præiudicium inferens alijs, præiudicium debet eſſe graue, & non leue.
31 Sed ſi damnum reddatur incertum, ſatis eſt, quod præſtetur cautio de damno infecto.

De molendini conſtructione, & refectione ad materiam aquarum,

ADNOTATIO II.

1 REgula generalis eſt, quod omnibus permittatur in ſuo molendinum conſtruere, ſi alter non habeat priuilegium, vel præſcriptionem iuris prohibendi conſtructionem, ſeu ædificationem alterius molendini latè *Dec. conſ.* 243. *Rol. à Val. conſ.* 22. *num.* 1. *cum alijs adductis per Vrſil. ad Afflict. dec.* 338. *num.* 1. & ratio eſt, quia aqua poſt quam
2 eſt ingreſſa alterius fundus, efficitur eiuſdem, ſub cuius dominio, & poſſeſſione fundum exiſtit, adeo vt pro eius libito poſſit de ea diſponere, *l. flu-minum in fin. & l. Proculus ff. de damn. infect. Paris. conſ.* 179. *vol* 4. *Rol. à Valle conſ.* 22. *num.* 1. 2. *&* 3. *Vrſil. d. dec.* 388 *num.* 1

3 In fundo vero alieno, vel in aqua aliena nemo poteſt facere molendinum, vel clauſam etiam ſi ſit Comes, vel Rex, *cap. cum olim Abbas in prin. de offic. delegat. & ex Bald. Alex. tradit Bero conſ.* 144. *num.* 97. *& ſeq. vol.* 3. *vbi latè de materia per totum Syntax. commun. opin. tom* 4 *loco* 12. *tit miſcellan. de molendinis cap.* 4. *verſ. nemo poteſt pag.* 123. *à tergo.*

4 Si autem plures priuati habeant proprietatem canalis fluminis, ſeu riui priuati cuilibet in ſuo molendinum facere licet, eo quia prædicta ad hunc vſum deſtinata videantur, argumento eorum, quæ habentur *in l. Sabinus ff commun. diuidun. l. fluminum in fi. & l. Proculus ff de dam. infect. glo. & Doctores omnes in cap. cum omnes de conſtit. & ex Bart. tradit Bero. conſ.* 144. *num.* 34. 95. *& ſeq. vol.* 3. *Iaſ. conſ.* 98. *vol.* 1. *Alban. ad Bart. in l. quo minus num.* 1. *ff de fluminibus, Antonel. de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 81. *num.* 21. vbi quod hoc procedat, etiam ſi nouum molendinum alteri ſocio noceret.

5 Nec poteſt impediri ab altera parte habente molendinum à parte inferiori, vt etiam ea inuita deueniri poſſit ad huiuſmodi conſtructionem, vt docent *Doctores omnes in l. ſi quis ex argentarijs §. ſi initium ff. de eden. & in l. ſi manifeſte C. de ſeruit. Syntax. commun. opin. tom.* 4. *tit.* Miſcellan. *de molendin. loco* 12. *cap.* 4. *verſ molendinum habens pag.* 123.

6 Lim. procedere quando nulli ſeruitus aquæducendæ debeatur, ſed vnuſquiſque aqua iure proprio vtatur, attenta communione riui, & aquæ, *Bero. conſ.* 144. *num.* 34. *verſ. quia reſpondetur vol.* 3.

7 Lim. 2. procedere dummodo vicinis, ſeu habentibus molendinum, vel à parte ſuperiori, vel inferiori magnum incommodum non inferatur, ſecus autem ſi noua molendini conſtructio tenderet principaliter ad nocendum alteri, parti, quæ præuenit in ædificando, quo caſu redditur illicita, & non permittenda molendini conſtructio, *Bero conſ.* 144. *num.* 38. *vol.* 3. *Syntax. commun. opin. tom.* 4. *tit. Miſcellan. de molendin. loco* 12. *cap.* 4. *verſ. molendinum habens pag.* 123. *à tergo.*

8 Quod damnum, & præiudicium deſumitur ſi per dictam noui molendini conſtructionem afferatur impedimentum, ne aqua, vt prius ad alia molendina antiquius ædificata labatur, *Bart. in l. quominus num.* 8. *vbi Ripa num.* 43. *&* 44. *Angel. num.* 1. *Iaſ. num.* 5. *verſ. tertio quæritur, & cæteri ſcribentes ff. de flumin. Bald. conſ.* 463. *num.* 6. *lib.* 4. *Rot. deciſ.* 61. *num.* 1. *p.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 683. *num.* 1. *p.* 4. *to.* 3. *recen.* faciunt latè diſcuſſa per Rot. in puncto præiudiciorum, quæ reſultare poſſunt alijs molendinis ex noui conſtructione *dec.* 151. *per tot. eadem p.* 4. *tom* 2. *recen.*

9 Cum in præiudicium tertij non liceat antiquum aquę curſum alterare *l. vnica verſ. generaliter ff ne quid in flumine public. l.* 1. *§. non autem omne ff. de flumin. Menoch. conſ.* 909. *num.* 12. *in fi. Rot. deciſ.* 61. *num.* 2. *p* 4. *tom.* 2. *recen.*

10 Quod procedit etiam ſi nouum molendinum conſtructum fuerit in notabili diſtantia ab alio, ſi ex eiuſdem murorum eleuatione aqua nequeat ca-

dem

dem velocitate fluere, prout prius fluebat, ex quo
attollatur, & reduudare debeat, ita vt primum
molendinum non ita velociter molere valeat, &
aquarum inundationis ſubiectum remaneat, a qua
11 prius erat immune, vnde omnia in priſtinum ſta-
tum ſunt reducenda, ac reponenda, vt animaduer-
tit *Rot. dec. 61. num. 3. 4. & 5. tom. 4. p. 2. recen.*
per text. in l. cum conductorem C. locat. l. ſi merces §.
conductor ff. eod. Ruin. conſ. 80. num. 1. & 2. lib. 1.
Surd. dec. 131. num. 4. Bero conſ. 144. num. 39. verſ.
ſi vero vol. 3.

12 Siquidem habenti molendinum in flumine, ſi alius
ædificat alterum molendinum cum eius damno cõ-
petit interdictum ne quid in flumine publico, vt
per *Doctores communiter in l. quominus vbi Bart. nu.*
8. in 4. q. Iaſ. nu. 52. & 53. Rip. nu. 46. ff de flumin.
Rot. dec. 683. num. 2. tom. 4. p. 2. rec. vbi nu. 3. ſub-
13 dit hoc interdictum eſſe prohibitorium, & reſtitu-
torium *l. 1. prope fin. verſ. deinde ait Prætor, & ibi*
glo. in verb. deinde ff. de flumin. Aret. in § ſumma nu.
7. inſtit. de interdict.

14 Quod procedit ſi molendini conſtructio facta
fuerit ſiue in flumine publico, ſiue etiam in priuato,
dummodo principaliter tendat ad alterius æmula-
tionem, & damnum, quo caſu non eſt permittendum
nouum ædificium *Iaſ. in l. quo minus num. 22. ff. de*
flumin. ſyntax. commun. opin. tom 4. verſ. ellan. loco
12. tit de ſeruit. & aqua. cap. 1. verſ. facere etiam.

15 Circumſcripto verò huiuſmodi damno, qui prius
molendinum in flumine fecerit, non poteſt impedire
cõſtructionem alterius molendini, dummodo aqua ſit
ſufficiens pro omnibus tam ſuperiori, quam infe-
riori molendino, nam tunc vtique competit ius du-
cendi aquam ad determinatum vſum *DD. in repeti-*
tione l. quominus ff. de flumin. & ſignanter Bart. in 5.
q. Alex. conſ. 22. in fi. vol. 4. Cepol. de ſeruit. Vr-
ban. præd. cap. 50. num. 4. 5. & 6. Vincen. de Franc.
dec. 183. num. 9. p. 1. Afflict. dec. 388. num. 11.

16 Amp. vt neque Dominus impedire poſſit ſubditis
conſtructionem molendinorum, Calcariarum, &
furnorum *Neuiz conſ 43. num 7. & 8. Surd. conſ.*
127. num. 23. & 54. Rol. à Valle conſ. 22. num. 1. cum
plurib ſequen. tom. 2. Gratian. diſcept. 564. num. 48.
tom. 3. Boer. dec. 125. nu. 4. & 5. Burat. dec. 38. nu. 2.

17 Amp. etiam ſi ab antiquiſſimo tempore ſolus
Dominus habuiſſet molendina, calcareas, & ſimilia,
ad quas ſubditi acceſſerint, cum nihilominus non
cenſetur eidem quæſitum ius priuatiuum quoad
alios nè nouæ ædificentur, niſi ſubditi alia conſtrue-
re tentantes propter prohibitionem factam deſtitiſ-
ſent atque ab inde citra tempus ad præſcribendum
requiſitum cucurriſſet *Ripa in cap. cum Eccleſia Su-*
trina num 45. de cauſ. poſſeſſ & propriet. Balb. de
præſcript. in 4. p. 5. p. prin. qu. 5. Surd. conſ. 127. nu.
23. Cepol. de ſeruit. Vrban. præd. cap. 50. nu. 7. Ro-
ſental. de feud. conclu. 27. cap 5. Gratian. diſcept. 564.
num. 44. Afflict. dec. 388. num. 1. & 2. Capic. dec. 209.
num. 16. Burat. dec. 38. num. 2. ibique adden. num. 6.
18 vbi ſubdit quod huiuſmodi prohibitio, cui vaſſalli
acquieuerunt non eſt neceſſe, quod fuerit iudicialis,
cum etiam extraiudicialis ſufficiat, vt latius com-
probaui in alijs adnotationibus.

19 Lim. 1. principalem concluſionem, vt poſſit Do-
minus ſuperioris molendini tempore pluuiæ retinere
aquam ſuperius in ſuo molendino, & impedire in-
ferius molendinum, modo id agat ad eius vtilita-
tem, & non ad æmulationem, cum prima charitas
incipiat à ſe ipſo, ſi molendina, niſi pluuiali tempo-
re ſint ad molendum apta *Bald. in rub. ff de rerum*
diuiſ. col. 3. Alex conſ. 174. num 7. lib. 2. vbi reddit
rationem, quia vtitur iure ſuo *Sperel. dec. 55. n. 27.*
tom 1. & late de materia tradit *Viuia deciſ. 4. t. lib. 3.*

20 Lim. 2. quod licet nouum molendinum non liceat
ædificare in præiudicium antiquioris, quando di-
minuuntur aquæ pro vſu primi molendini, & impe-
diri poſſit eiuſdem conſtructio, & ſi de facto fiat
veniat deſtruendum, tamquam iniuſtè conſtructum
l. fideicommiſſa 11. §. ſi quis illicitè ff de legat. 3. l. ſi
Titius 6. §. officium iuncta glo. in verb. reſtituere l.
primo ff. de aqua pluuia arcend. Coſtren. conſ 247. in
prin vol. 2. Caphal. conſ. 357. num. 19 & aqua venit
21 in priſtinum reſtituenda *l. 2. C. de lege aquil.*, &
22 vltra dictam deſtructionem, & reſtitutionem in pri-
ſtinum, veniunt vlterius reficienda damna paſſa
propter huiuſmodi cauſam Cyriac. *controuerſ. 310.*
num. 10. 11. & 12.

23 Secus verò eſt reſpectu frequentioris concurſus
molentium, quia tale damnum conſiſtens in volun-
tate, & libera aliorum facultate non habetur in
conſideratione, cum vnicuique liberum ſit accede-
re ad alia molendina, vnde huiuſmodi lucrum pri-
mi non poteſt dici radicatum tamquam dependens
ab alieno arbitrio, propterea præfatum intereſſe
non reputatur iuſta cauſa impediendi conſtructio-
nem noui molendini, quia ſufficit, quod Domi-
nus prioris molendini damnum non ſentiat, quamuis
propter hoc non acquirat lucrum *Alex. conſ. 194.*
num. 7. & 81. lib. 2. & ex Bald. Iaſ. Ripa, & alijs
tradit Gratian. diſcept. 89. num. 1. 2. & 3. vſque ad
10. Antonel. de tempor. legal. lib. 2. cap. 81 num. 19.
verſ. ſubdens quod ex Crauet de antiq. tempor. p. 4.
§ circa præmiſſa num. 27. Afflict. dec. 388. nu. 12. Rot.
dec. 683. p. 4. tom. 3. rec. & faciunt tradita in dec. 151.
num. 13. eadem p. 4. tom. 2. rec.

24 Sublim. ſi Molendini conceſſio eſſet ſine damno
alterius, nam tunc nec erit licita conſtructio etiam
quo ad præiudicium tantum concurſus molentium
Bero. conſ 144. ſub num. 51. vol. 3. Cyriac. controuerſ.
310. num. 13. tom. 2.

25 Lim 3. quando aliquis in inferiori parte fluminis
molendinum habeat, vt non poſſit alter in ſuperio-
re fluminis parte aliud molendinum extruere ſi ten-
dat ad æmulationem alterius, ſecus verò ſi ſui com-
modi, & vtilitatis gratia id faceret quia tunc pro-
hiberi nequit *l. 1. § denique ff de aqua pluuia arcen.*
l. fluminum §. fi. ff de dam. infect & ita diſtinguit
Bart. communiter ſecutus in l. quamuis num. 2. ff. de
dam. infect. ibique late Iaſ. num. 21. vbi de communi
Gail obſer 69. num. 27. & 28 lib. 2. qui de communi
Ruin. conſ. 98. n. 12. lib 4. Dec conſ. 373. nu. 3. lib. 2.
Sperel. dec. 55. num. 23. vol. 1.

26 Lim. 4. ſi ex priuilegio, aut conſuetudine præſcri-
pta competat ius alicui, vt ipſe ſolus habeat Mo-
lendinum, vel Hoſpitium, nam in hoc caſu licet pro-
hiberi ædificium noui molendini, prout etiam per
eandem conſuetudinem, acquiri poteſt poſſeſſio, vt
Ciues veniant ſolum ad meum molendinum, & pro-
hibere nè ad aliud accedant *Bald. in cap. ſignificante*
69. in 1 notab. num 1. verſ nota quod de appel. & in
l. de quibus num. 32. verſ. circa rationem ibi ſed an
valeat conſuetudo de leg. Capol. de ſeruit. Vrban.
præd. cap. 50. num. 7. Gratian. diſcept. 89. num. 11 &
12. &

12. & diſcept.564. num. 51. & 52. Syntax. commun. opin. tom.4. loco 12. tit. Miſcellan. de Molend. cap.4. verſ. inſuper hoc pag.122. à tergo Rot. dec.616. nu.1. p. 3. recen.

27 Lim.5. quod licet in parte fluminis inferiori molendinum conſtrui poſſit, etiam ſi alteri antiquius molendinum habenti damnum inferatur, tamen hoc procedit in Molendino in priuato flumine facto, non autem in publico ex Bart. in l. quominus num.8. & 9. ff. de flumin. vbi Iaſ. num. 50. & ſeq. Ripa num. 46. Aret. in §. fi. inſtit. de interdict. Alex. conſ.203. nu.1. lib.6. Rot. dec.61. num.6. & 7. p.4. tom. 2. rec.

28 Lim.6. quod Princeps, vel Senatus, aut alius ſuperior poteſt prohibere ne in flumine publico non nauigabili fiat aliud molendinum in præiudicium molendini antiqui, etiam ſi præiudicium conſiſtat tantum in diminutione lucri ob minorem concurſum molentium, ac proinde in tali caſu deueniri non poteſt ad nouam molendini conſtructionem, niſi obtenta licentia à Principe, vel ſuperiore Bald. conſ. 463. ante num. 6. vol. 4. Franc. Marc. qu. 123. num. 6. p. 1. Ciriac. controu. 461. num. 12. vſque ad 18. & num. 52. verſ. & ex prædictis lib. 3. Antonel. de tempor. legal. lib. 2. cap. 81. num. 20.

29 Molendini conſtruendi conceſſio ex priuilegio à Principe intelligitur ſine præiudicio molendini alterius antiquioris Bald. in l. ſi manifeſte 7. C. de ſeruit. ibique Salycet. poſt med. verſ. ſecundo caſu Iaſ. in l. quominus num. 10. ff. de flumin. Maſcard. de probat. conclu. 123. num.22. tom. 1. Cyriac. controuerſ.310. num. 8. & 9. vbi quod conceſſio aquarum intelligitur ſine præiudicio tertij tom. 2. Rot. dec. 61. nu. 8. & 9. p. 4 tom. 2. recen.

30 Sed vt molendinum nouum deſtruatur ex præiudicio, quod infert veteri, requiritur, vt præiudicium ſit graue, certum, & maximum, ſecus autem ſi ſit parui momenti, gloſ. in l. 1. in verbo ſine iniuria §. ſunt autem ff. ne quid. in flumine public. Bart. in l. quo minus num. 21. verſ. nam ſi ædificantis & ibi Iaſ. num. 79. & ſeq. Rip. num. 80. ff. de flumin. Bero. conſ. 140. num. 24. & 36. Dunozet. ſenior. dec. 231. num. 9.

31 Si verò damnum reddatur incertum, & de futuris contingentibus, ſeu dependeat à futuro euentu, vt ſi ſucceſſu temporis contingere poſſit, vt nouum canale factum prò nouo molendino arena, limoque, & materia ſuperimminente repleatur, & eleuetur in damnum alterius veteris molendini, & hoc caſu non eſt deueniendum ad deſtructionem eiuſdem molendini, ſed recurrendum ad remedium iuris in præſtari faciendo per Iudicem obligationem de damno infecto l. epiſtola ff. de ſeruit. Vrban. præd. l. fluminum, & ibi Bart. ff. de damno infecto, & ita ſtatuit Rot. in Bononien. Molendini 9. Decemb. 1619. coram Guglielm. Dunozet. inter eius impreſ. deciſ. 231. num. 16. 17. 18. & 19. vbi quod vigore huiuſmodi obligationis vtrique parti ſuccurratur, cum Dominus noui molendini ita obligati tenebitur pora ſuis expenſis nouum canale expurgare, vt in eodem ſtatu profunditatis aluei pro vt antea reperiebatur ſecundum menſuram factam permaneat, & conſeruetur ad euitandum damnum, & alterius præiudicium.

S V M M A R I V M.

1 Molendinum deſtructum Domino licet reficere.
2 Molendinum deſtructum reficiendum eſt intra annum, alias aqua fit occupantis.
3 Lim. quod requiratur totalis deſtructio, & habeatur prò derelicto.
4 Sublim. vt molendini totalis deſtructio requiratur ſi ſit fabricatum in aqua, ſecus ſi terreum.
5 Sublim. vt non ſit locus occupationi ſi adſit ſpes refectionis.

Molendino deſtructo intra quantum tempus veniat reficiendum.

ADNOTATIO III.

1 Regulariter licitum eſt Domino antiquum molendinum dirutum, & deſtructum reficere argumento l. chirographis ff. de admin. tutor. cum ſimilibus allegatis per Iaſ. in l. 2. in fin. prin. ff. ſolut. matrim. & iuxta ea, quæ habentur in cap. cum ceſſiſſent de conſtit.

2 Reficere tamen debet infra annum à die, quo totaliter deſtructum remanſit, adeo vt ſi reficere diſtulerit, & aqua per dictum tempus remanſerit in ſua libertate, licet alteri aquam occupare, & ædificare nouum molendinum in præiudicium antiquioris poſſeſſoris, qui propterea non poteſt amplius molendinum reficere in damnum, & detrimentum recentius ædificati, Bart. in l. quominus in 15. qu. ff. de flumin. & in l. quoniam la 2. ſub num. 29. qu. 15. verſ. tertium eſt præferri ff. eod. tit. Curtſen. conſ. 26. num. 2. Peregrin. conſ. 13. num. 2. vol. 1. Surd. conſ. 127. num.79. in fin. & num. 80. Menoch. conſ. 909. ſub num. 16. & 37. Bero. conſ. 144. num. 40. & 100. vol. 3. Cyriac. controu. 310. num. 31. & 121. tom. 2.

3 Limit. 1. quod ad hoc vt ſit locus occupationi duo copulatiuè requiruntur, primo quod antiquũ molendinum ſit penitus deſtructum, ſecundo quod fuerit habitum pro derelicto, Bart. in l. fi. in fi. ff. de vſucap. ibique Cuman. num. 4. Ripa in l. quoniam num. 107. vbi teſtatur de communi, licet ipſe contrarium teneat ff. de flumin. Bero. conſ. 144. nu. 40. & 100. vol. 3. Surd. conſ.127. num.79. in fi. & ſeq. Sebaſt. Medic. de caſ. fortuit. p. 2. qu. 8. num. 7. Cyriac. controu. 310. num. 32. tom. 2.

4 Sublim. quod molendini totalis deſtructio neceſſaria eſt, quando molendinum eſt fabricatum in aqua, quia donec extat aliqua ſpes, ſeu pars durat occupatio aquæ, & quaſi poſſeſſio, ſed ſi molendinum ſit terreum, & ſolo cohærens, & ad illud deducatur aqua mediante cluſa, ſeu alio ædificio, aut impedimento, ne per aliam viam labatur, & hoc caſu non eſt neceſſaria totalis deſtructio, ſed ſufficit penitus deſtructam eſſe clauſam, ſeu aliud ædificium, per quod occupatur aqua, nam licet remaneat facies molendini inutilis, non tamen retinetur aquæ quaſi poſſeſſio, in qua fundatur molendini ſubſtantia, ita ex Bart. Cyriac. controu. 310. num. 125. & 126. tom. 2.

5 Lim. 2. vt non ſit locus occupationi ſi adſit ſpes, & poſſibilitas refectionis, & vſus molendini, cum

eius

Digitized by Google

eius quaſi poſſeſſio retineatur per quaſcunque reliquias, etiam modicas ſuperextantes, ac proindè ad eam amittendam requiritur totalis deſtructio, ſecus verò ſi non adſit ſpes reædificationis, aut reparationis, & aqua alium naturalem curſum ſuſceperit, *Cyriac. contrau. 310. num. 123. tom. 2.*

SVMMARIVM.

1 Eccleſiaſticis prohiberi non poteſt à Magiſtratibus laicis ne conſtruant molendina, vel furna, & ne accedant ad alia, quam ad propria vniuerſitatis.

2 Referuntur reſolutiones Sacræ Congregationis Immunitatis circa nullitatem ſupradictæ prohibitionis nu. 3. vſque ad 7.

8 Aedicta ſæcularium ſi videantur comprehendere Eccleſiaſticos poſſunt cogi ad declarandum.

9 Refertur reſolutio Sac. Congregationis quo ad dictam declarationem.

10 Eccleſiaſtici poſſunt retinere prò eorum vſu in proprijs domibus molendina, ſeu vulgo Centomole.

11 Laici accedentes ad molendina Eccleſiaſticorum contra prohibitionem ædicti ſæcularis non ſunt puniendi.

12 Alias læderetur immunitas Eccleſiaſtica.

13 Lim vbi eſſet facta conuentio inter homines de accedendo ad vnum molendinum.

14 Barones non habent ius prohibendi ſubditis acceſſum ad molendina ſibi placita.

15 Neque hoc ius venit in inueſtitura cum molendinis.

16 Statutum cogens homines ire ad vnum molendinum ſapit Monopolium, & non eſt ſeruandum

17 Molendina Eccleſiaſticorum non poſſunt viſitari à Magiſtratu ſæculari ſub prętextu fraudis.

18 Referuntur reſolutiones Sacrę Congregationis quo ad dictam exemptionem num. 19.

20 Fraudes ſi committantur in molendinis Eccleſiaſticorum cauſæ cognitio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum.

21 Laici ſunt incapaces exercendi iuriſdictionem in Eccleſiaſticos, eorumque bona num. 25. 28.

22 Bona Eccleſiaſticorum, tam iure diuino, quam humano, ſunt libera, & exempta à laicali iuriſdictione.

23 Dicuntur Sancta Sanctorum.

24 Dicuntur patrimonium Chriſti.

26 Ab Eccleſia damnati fuerunt, qui contra eius immunitatem ſcripſerunt.

27 Conſuetudo etiam Immemorabilis contra libertatem Eccleſiæ non tenet ſine priuilegio Apoſtolico.

29 Præſcriptio, omniſque alia conſuetudo contra libertatem Eccleſiaſticam quotannis interrumpitur per fulminationem Bullæ Cęnæ Domini.

30 Et reprobantur, & annullantur à Bulla Vrbani VIII. præſeruatiua iurium Eccleſiæ.

An molendina Eccleſiaſticorum viſitari poſſint à Magiſtratu ſæculari.

ADNOTATIO IV.

1 PRæmittendum eſt poſſe Eccleſiam, & Eccleſiaſticos habere, & retinere propria molendina, vnde prohibitio facta à Dominis, vel Magiſtratibus laicis ne perſonæ Eccleſiaſticæ conſtruant molendina, vel furna, vel non accedant ad alia, quam ad illa Dominorum ſæcularium, redditur nulla, & contra libertatem Eccleſiæ *Felin. in cap. cum Eccleſia Sanctæ Marię num. 69. & 110. qu. 2. de conſtitut. vbique Abb. num. 31. Couar. in cap. poſſeſſor. 2. p §. 4. num 7. de reg. iur fo. mihi 477. Io. Andrea in cap. ſi ſub num. 4. de immunit. Eccleſ. in 6. Surd. conſ. 301. num. 45. Gabr. conſ. 47. num. 3. vol. 2. Capr. conſ. 15. num. 38. Lapus alleg. 92. num. 3 & 6. Ancar. conſ. 115. num. 11. Bald. conſ. 71. lib. 1. Alex. conſ. 211. num. 11. lib. 2. cum alijs per Gratian. diſcept. 564. num. 48. vſque ad 50.* & ita paſſim declaraſſe *Sac. Congreg. Immunitatis patet ex reſolutionibus relatis per Iacob. Pignatel. conſult. canon. 49. a num. 3. vſque ad 17.* & ſignanter *in vna Firmana die 2. Iulij 1630. cenſuit molendinum Menſæ Epiſcopalis non comprehendi ſub prohibitione per Cōmunitatem facta, ideoque Archiepiſcopus vtatur iure ſuo, & remedijs Sac. Canonum.*

2 Idem reſpondit *in Aeſina die 8. Aprilis 1631. nempe ſtandum eſſe in decisis ſcilicet ſub decreta Gubernatoris comprehendi non potuiſſe molendina Eccleſiarum, &* Eccleſiaſticorum*, nec ſuffragari concordiam à Sede Apoſtolica confirmatam, cum ſit inita inter mere laicos, ideoque Gubernatorem teneri facere declarationem, & conſulere propria conſcientia.*

3 Et in alia Cephalunen. *die 11. Auguſti 1631.* reſpondit *Epiſcopo, qui procedat ſeruatis, ſeruandis ad cenſuras contra Marchionem, & alios impedientes oliuas macinare in molendinis ipſorum Eccleſiaſticorum.*

4 Hoc idem decreuit in vna Baren. *die 11. Septemb. 1634. ſcilicet edictum Vniuerſitatis terræ Moguni prohibens macinare frumentum niſi in certis molendinis eſſe contra libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam idea Archiepiſcopus curet reuocari.*

5 Rurſus in vna Maceraten. *ſub die 27. Septembris 163 . iniunxit Epiſcopo vt tueatur immunitatem Collegio Societatis Ieſu competentem reſpectu molendini exiſtentis in territorio Macerata.*

6 Ac in vna *Vgentina die 15. Februarij 1633.* dixit *Eccleſiaſticos non poſſe cogi ire ad certum molendinum iuxta edictum Baronis, vel communitatis, illoſque Epiſcopum tueri remedijs Sac. Canonum, eiſdemque Eccleſiaſticis ſeruandam eſſe ſolitam franchitiam.*

7 Vlterius in vna *Maceraten. die 19 Ianuarij cenſuit ſub prohibitione ſoluendi gabellam della Peſa non cōprehendi molendinu Eccleſiaſticorum, ac molentes in dictis molendinis.*

8 Hinc eſt quod ſi ædicta Baronum, ſeù aliæ prohibitiones Magiſtratus ſæcularis videantur comprehendere Eccleſias, ſeù Eccleſiaſticos habentes propria molendina, ſeù ne ad alia accedant prò eorum libitu, cogi poſſunt per Ordinarios ad faciendam declarationem, quod molendina Eccleſiaſticorum non comprehendantur ſub ædictis, vt ſæpe cenſuit eadem Sacra Congregatio, & præcipuè in vna *Firmana die 19. Nouembris 1630 ſcilicet, Communitatem Montis Giorgij teneri facere declarationem quod prohibitio emanata eundi ad alia molendina, quā ad molendina ipſius Cōmunitatis non comprehendi molendina Archiepiſcopi, & Eccleſiaſticorum, quamuis extra territorium eiuſdem loci exiſtentia, ipſaque Cōmunitate renuente, procedi poſſe remedijs Sacrorum Canonum, ſeruata tamen eidem Communitati facultate probandi ſe natis ſeruandis allegatam quaſi poſſeſſionem immemorabilem, ſuper cuius releuantia erit poſtea diſcutiendum in hac Sac. Cong.*

9 Et in alia *Illicien. die 30. Septemb.* reſcripſit Epiſcopo*, molendina menſæ Epiſcopalis non comprehendi nec poſſe comprehendi in bannimentis, & edictis laicorum, & propterea cogendos eoſdem remedijs Sac. Canonum ad hoc declarandum ne libertas Eccleſiaſtica impediatur*, de quibus teſtatur *Iacob. Pignatel. conſult. canon. 49. ſub num. 4. & 13.*

Digitized by Google

10 Amp. vt Eccleſiaſticis perſonis etiam ſit permiſ-
ſum retinere molendina, vulgo nuncupata Cento-
mole in proprijs domibus pro eorum vſu, & fami-
liæ, vt cenſuit *Sac. Cong. Immunitatis* iniungendo
Epiſcopo, vt immunitatem Eccleſiaſticam tueatur
in vna Licien. 20. *Septemb.* 1650. *de Pignatel. loco
citato num.* 12.

11 Amp. vt Operarij, & alij laici, qui accedunt ad
molendum in molendinis Clericorum non ſint pu-
niendi, & carcerandi, & pœnas ab eiſdem exigen-
di vigore prohibitionis factæ à Dominis tempora-
libus de non accedendo ad alia molendina, quam
illorum, cum etiam hoc redundet in derogationē,
& læſionem libertatis Eccleſiæ, ideo ſupradicta at-
tentantes ſunt ipſo facto excommunicati, cum nec
12 directè, nec indirectè immunitas Eccleſiæ lædi de-
beat, per *text. in cap. fi. de immunit. Eccleſ. in 6. Lo-
pez. alleg.* 92. *num.* 3. *Sylueſtr. in verbo Immunit. il
2. num.* 3. *in fi. relatos per Gratian. diſcept.* 564. *nu.*
58. *&* 59.

13 Lim. hanc ampliat, quando eſſet facta conuentio
per homines alicuius vniuerſitatis de accedendo ad
vnum molendinum, nam hoc caſu prætendi non
poteſt per Eccleſiaſticos habentes molendina pro-
quinqua, quod huiuſmodi conuentio ſit contra
libertatem Eccleſiaſticam, & in eius læſionem, &
propterea nulla incurritur cenſura, quoniam ſtan-
te libertate accedendi ad quæcumque molendina
ad libitum, conuentio eundi magis ad vnum mo-
lendinum, quam ad aliud eſt actus conſecutiuus
præcedentis libertatis, & conſequenter minimè il-
licitus ex prætextu læſionis dictæ libertatis Eccle-
ſiaſticæ, *Vermigliol. conſ. crim.* 110. *num.* 3. *verſ.
nullo iure & nu.* 4. iuxta tradita *per Lancellot. Aegid.
Bellamer. Pariſ. Flam. Pariſ. in locis per eundem al-
legatis.*

14 Amp. vt Ciuitates, & Domini locorum non ſo-
lum non habeāt ius prohibendi Eccleſiaſticis acceſ-
ſum ad molendina ſibi placita, ſed nec etiam alijs
ſubditis ſæcularibus, & mere laicis abſque legiti-
mo titulo, vel legitima præſcriptione, cum huiuſ-
modi facultas ſit priuati iuris, adeo vt nec etiam
ius prohibendi competat ijs, ad quos pertinent re-
galia, *Brun. conſ.* 56. *in prin. verſ. & breuiter Io.
Fab in §. aqua num.* 21. *verſ. & ideo credo inſtit. de
action. Aym. conſ.* 871. *num.* 5. *& conſ.* 896. *num.* 6.
lib. 5. *Surd. conſ.* 127. *num.* 35. *&* 55. *& conſ.* 154.
num. 11. 12. 13. *& ſeq. Verouen. de ſeruit. Vrban.
præd. cap.* 50. *num.* 2. *verſ. ſed contrarium Guid Pap.
deciſ.* 298. *in prin. Rot dec.* 530. *num.* 2. *p.* 2. *recen.
confirmata coram Buratto in eius impreſ. dec.* 414.

15 Immo nec etiam ius hoc prohibendi veniat in
conceſſione inueſtituræ cum molendinis, cum hu-
iuſmodi conceſſio regulari debeat ſecundum iuris
communis diſpoſitionem ſine præiudicio libertatis,
& priuati iuris accedendi ad molendinum magis
placitum, *Capoblanc. de poteſt. Baron. pragm.* 14.
num. 4. 5. *&* 6. *Surd. conſ.* 127. *num.* 27. *Vermigliol.
conſ. crim.* 100. *num.* 2.

16 Vnde ex hac ratione ſeruandum non eſt ſtatutū
cogens homines ire ad molendina Ciuitatis, vel
Baronis, tamquam inhoneſtum, & ſapiens mono-
polium. vt de magis recepta ſententia teſtatur *Ver-
migliol. d. conſ.* 100. *num.* 3. *quam etiam Rot. ſequi-
tur vt dec.* 50. *num.* 23. *verſ. cæterum, & num.* 24.
& 25. *p.* 2. *diu.*

17 Ex quibus ſequitur, quod molendina Eccleſia-
rum, & Eccleſiaſticorum non poſſunt viſitari, &
perquiri à Iudicibus laicis, & Magiſtratu ſæculari,
etiam ſub prætextu, quod in illis committantur
fraudes, & quamuis molendinarij, eiuſque opera-
rij ſint laici, cum debeant gaudere eadem immuni-
tate, qua gaudent ipſa Eccleſiaſticorum bona, ſed
recurrendum eſt ad Curiam Eccleſiaſticam, eamq;
adeundam ſuper recognitione fraudum, vt cenſuit
Sac. Cong. Immunit. in vna *Auximana die* 23. *Iulij*
1647. per hæc verba *vtraque parte informante appul-
ſatoribus non licere perquiſitionem facere in molendi-
nis, & alijs in bonis, ſeu locis* Commendæ S. Philippi
Religionis *Hieroſolymitanæ, niſi mediante miniſterio
Curiæ Eccleſiaſticæ, cui dentur literæ pro huiuſmodi
perquiſitione.*

18 Et in alia *Viterbien. die* 13. *Auguſti* 1647. prætèn-
dente Commiſſario Vetrallæ propria auctoritate
viſitare, reuidere menſuras molindinorum Eccleſia-
ſticorum reſcripſit *hoc non eſſe permiſſum in molendi-
nis Eccleſiaſticorum etiam ſi molendinarij ſint laici,
ſed inſpectionem, cognitionem, ac punitionem delin-
quentium circa menſuram ſpectare ad Eccleſiaſticos.*

19 Hoc etiam luculenter ſtatuit, in vna *Veliterna die*
12. *Ianuarij* 1649. *nempe menſuras vulgo nuncupatas
le ſcodelle ablatas à molendinis Eccleſiaſticorum de or-
dine Gubernatoris dictæ Ciuitatis eſſe reſtituendas Cu-
riæ Epiſcopali, & eandem Curiam eſſe adeundam ſuper
cognitione fraudum, vt prætenditur in actis molendi-
nis commiſſarum.*

20 Hinc eſt quod ſi à Communitatibus, eorumque
miniſtris prætendatur ab Eccleſiaſticis, eorumque
Conductoribus, Miniſtris, ac molindinarijs, quod
fraudes committantur in publicum damnum, &
præiudicium, recurrendum eſt ad locorum Ordi-
narios, tamquam competentes, qui rigorosè pu-
nire curabunt pro modo contumaciæ, & delicti
21 qualitate, cum laici ſint omnino incapaces exer-
cendi iuriſdictionem in Eccleſiaſticos, eorumque
22 miniſtros, & bona, tamquam iure, tam di-
uino, quam humano libera, immunia, & exempta
non ſolum à foro ſæculari, verum etiam à quacun-
que alia ſubiectione, opere, iuriſdictione, legibus,
alijſque quibuſcunque laicis oneribus, vt nemo
Orthodoxus dubitauit de veritate huius concluſio-
23 nis, cum bona Eccleſiaſtica dicantur Sancta San-
ctorum, *cap. nulli licet, & cap. quicunque* 11. *qu.* 2.
24 & patrimonium Chriſti, *cap. ex eo de elect. in* 6. &
25 propterea habens iuriſdictionem tantum laicalem
in ijs nullam poteſtatem habet, *cap. quæ in Eccleſia-
rum, & cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de conſtitution.
Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap.* 10 *dub.* 16.
num. 2. 3. *&* 4. *tom.* 2. & nouiſſimè ex auctoritate
Sacræ Scripturæ, reſolutionibus Sacrorum Gene-
ralium Conciliorum, decretis Sacrorum Canonū,
ciuilibus Imperatorum legibus ac Doctorum atte-
ſtationibus pleniſſimè comprobat *Pignatel. conſult.
canon.* 49. *num.* 1. vnde ſemper ab Eccleſia damnati
26 fuerunt, qui temerariè hanc veritatem impugnare
auſi fuerunt, vt dixit magiſtraliter *Rot. in Rauennaten.
emphyteuſis coram Merlino deciſ.* 42. *num.* 3. *p.* 6.
recen.

27 Nec ad hunc effectum ſuffragatur conſuetudo in
contrarium hactenus obſeruata etiam per tempus
immemorabile, cuius initij memoria non extet, cum
28 reddatur nullius releuantiæ defectu incapacitatis

laico-

laicorum iuriſdictionis Eccleſiaſticæ; vnde nunquam inchoari, & perfici potuit, ſine legitimo titulo, aut ſaltem fama priuilegij Apoſtolici, & abſque licentia, & patientia Eccleſiaſticorum, qui potius ſemper ſe oppoſuerunt, quoties ad eorum no-
29 titiam peruenit, immo quolibet anno per generalem proceſſum vigore publicationis Bullæ Cœnæ domini interrupta remanet omnis poſſeſſio, præſcriptio, aut conſuetudo contra immunitatem Eccleſiaſticam introducta, *Iacob. Pignatel. conſult. canon. 49. num. 17. ex Felin. in cap. cum non liceat ſub num. 9. de præſcript. Gratian. diſcept. 52. num. 6. Creſcen. dec. 4. num. 5. de locat. & conduct. late Th. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 16. dub. 6. num. 11. & ita ſepe firmaſſe Rot. patet. ex deciſionibus per eum relatis.*

30 Accedente vlterius Bulla *Vrbani VIII.* emanata ſub die 5. Iunij 1641. ſuper præſeruatione iurium Sedis Apoſtolicæ, quæ incipit Romanus Pontifex, vbi annullantur, & reprobantur, & declarantur ſemper fuiſſe nullas, & reprobas omnes conſuetudines contra immunitatem Eccleſiaſticam, *de qua Thom. del Bene loco citato num. 13. & Rot. in Tiburtina afflictus 19. Iunij 1648. §. neque prodeſſe coram Card. Corrado in Romana domus 14. Iunij 1649. §. nec huiuſmodi coram Royas in Cracouien. diſmembrationis decimarum 3. Iunij 1650. coram Veroſpio in Pampilonen. Vicariæ 26. Maij 1653. § nihil refragran. coram Meltio & in Brunduſina Archipresbyteratus 10. Februarij 1659. §. minuſque coram Meltio.*

PRAENESTINA CONTRIBVTIONIS,

ARGVMENTVM.

A contributione taxæ Seminarij Clericorum nullus eſt exemptus, niſi qui nominatim à Sacr. Concilio Tridentino eximuntur, neque Cardinales, neque Regulares, etiam Mendicantes, neque Confraternitates laicorum, aut Hoſpitalia, ſi habeant beneficia annexa, immo etiam quo ad bona propria, in eo quod ſupereſt vltra neceſſariam ſubſtentationem.

SVMMARIVM.

1 A contributione taxæ ſeminarij nullus eximitur, niſi qui nominatim à S. Concilio eximuntur.
2 Cardinales tenentur contribuere ſeminario pro eorum beneficijs.
3 Regulares etiam mendicantes prò beneficijs annexis contribuere tenentur ſeminario.
4 Decima Papalis non eſt ſoluenda, ſi præbenda ſit tenuis.
5 Canonici de quotidianis diſtributionibus non tenentur ſeminario contribuere.
6 Beneficium dicitur tenue, ſi eius fructus annuatim non excedant ſeptem florenos aureos.
7 Florenus idem eſt ac ducatus aureus de Camera.
8 Taxa ſeminarij eſt ſoluenda nulla habita ratione an beneficium ſit pingue, vel tenue.
Decretum Concilij Tridentini non recipit declarationem ab extrauag. declarationes de decimis, ibid.
9 Effrenatus verborum contextus nullam admittit reſtrictionem.
10 Confraternitates laicales ſi poſſideant bona Eccleſiaſtica tenentur ad contribuendum ſeminario num. 18.
11 Hoſpitale ſi poſſideat bona Eccleſiaſtica tenetur contribuere ſeminario.
12 Vniones beneficiorum, & applicationes bonorum Eccleſiaſticorum cenſentur factę ſine præiudicio taxæ ſeminarij.
13 Amplia præcipuè ſi expreſſè derogatum non fuerit taxæ ſeminarij.
14 Legata facta ad effectum conducendi Gramaticum ſeminario applicari poſſunt.
15 Monaſteria, Collegia. Regulares etiam Mendicantes tenentur quoad bona propria contribuere ſeminario de redditibus vltra neceſſariam ſubſtentationem.
16 Priuilegia, & exemptiones in præiudicium taxæ ſeminarij non ſunt obſeruanda.
17 Dictio ſaltem non eſt limitatiua, ſed implicatiua.
18 Confraternitates laicorum in ſubſidium compellendæ ad contribuendum ſeminario, ſi Epiſcopatus, & beneficiorum redditus ſint tenues.
19 Solus Pater tenetur alimentare filios, & in ſubſidium Mater.
20 Frater diues tenetur alere fratrem pauperem.
21 Auus paternus, eiuſque hæredes in ſubſidium tenentur dotare neptem ſpuriam.

DECISIO XXVII.

Occaſione generalis Diœceſanæ viſitationis Præneſtini Epiſcopatus mihi ab Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. D. Cardinali Antonio Barberino Epiſcopo demandatę fuit erectum Clericorum ſeminariū in executionem decreti *Sac. Concilij Tridentini ſeſſ. 24. de reform. cap.* 18. & applicata iuxta eius formam prò eiuſdem manutentione taxa ab Eccleſiaſticis, & locis pijs contribuenda, ex ſubtractione fructuum menſæ Epiſcopalis, Cathedralis, aliorumque beneficiorum, & redditum Eccleſiaſticorum. Verum contendentes Canonici Eccleſię Collegiatæ Sanctæ Mariæ, & Laicorum Confraternitates Terræ Cauarum non teneri ad huiuſmodi contributionem, dubitatum fuit, vt in puncto, & prò taxæ ſubſiſtentia, eiuſque executione præualuit ſententia, ſalua tamen moderatione taxæ quatenus ſit exceſſiua, ex eo præcipuè, quia ſeminarium habet intentionem fundatam in decreto *Sac. Concilij Tridentini in d. cap.* 18. cuius vigore ab huiuſmodi
1 contributione nullus eſt exemptus, niſi qui nominatim ab eodem Concilio excipiuntur, Ita vt etiam
2 Cardinales cogi poſſint ad contribuendum de fructibus beneficiorum, quæ poſſident in Diœceſi in qua ſeminarium inſtitutum reperitur, non obſtantibus eorum ampliſſimis priuilegijs, vt ſæpe declarauit *Sac. Cong. Concilij iuxta reſolutiones relatas per Iacob. Pignatel. conſult. canon. 221. num. 11. Sel. in ſelect. Canon. cap. 10. num. 11. Barboſ. in Concil. Trid. d. cap. 18. num. 16. & 23. vbi refert alias Sac. Cong. reſolutiones ex Aldan. in compend. canon. reſol. lib. 1. tit. 18. num. 5.*

3 Quinimo etiam Regulares, & fratres Mendicantes ex redditibus beneficiorum Monaſterijs annexorum tenentur ad hanc contributionem, etiam ſi in eorum Monaſterijs Grammaticæ lectiones, & conſcientiæ caſuum quotidie habeantur; habita tamen ratione impenſarum, quæ ante Concilium fieri ſolebant pro Lectorum manutentione *Sel. in Select. canon. cap. 10. num. 19. Barboſ. in Concil. in citato cap. 18. num. 28. Bonfadin. in Theſaur. Eccleſ. reſol. 32. num. 9. Nonar. in Lucern. regul. verb Men-*

Digitized by Google

dicantes num. 43. *Pignatel. conſult. canon.* 221. *a nu.* 5. *vſque ad* 8. vbi ita cenſuiſſe Sac. Congreg. contra Patres Societatis Ieſv *in vna Camerinenſi ſub die vltima Ianuarij* 1582. *vt in libris eiuſdem Sac. Cong. lib.* 4. *pag.* 66. & quo ad alios Mendicantes, & Monaſteria Monialium in *Hieracenſi* 1593. *de qua etiã teſtantur Sel. d. cap.* 10. *num.* 19. *& Barboſ. d. cap.* 18. *num.* 30. atque ita contra Patres Prædicatores Mendicantes ad inſtantiam Patrum Societatis prò ſeminario Romano fuiſſe pronunciatum in Tribunali Eminentiſ. Vicarij cum approbatione in ſignatura Sanctiſſimi, & executione ſubſecuta, refert idem *Pignatel. loco citato num.* 8. Ac proinde multo magis præfati Canonici tenentur ad dictam contributionem, à qua nec à Sac. Concilio. nec ab alio ſpeciali priuilegio reperiuntur exempti.

4 Neque releuare viſum fuit vnicum fundamentũ, quod præbendæ ſint tenues, ex quo inferre contendebant non teneri ad hanc contributionem, prò vt non tenentur ad decimas Papales iuxta *Extrauag. vnic. Bonifatij VIII. incipien. declarationes de decim. inter Extrauag. communes, vt etiam cenſuit S. Cong. Concil. in Dertuſen. ſub die* 11. *Auguſti* 1605. *lib. decretorum pag.* 128.

5 Tanto magis, quia prò ſeminarij contributione nihil detrahendum ſit ex diſtributionibus quotidianis pertinentibus ad dictos Canonicos, *Zerula in prax. Epiſcop. p.* 1. *verb. diſtributiones* §. 5. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *proœm. nu.* 170. *cum ſeq. Monet. de diſtrib. quotid. p.* 3. *qu.* 9. *num.* 14. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 77. *num.* 13. *Gauant. in Enchyrid ſeu manuale Epiſcop. verb. ſeminarium num.* 27. *Sel. in ſelect. canon. cap.* 10. *num.* 12. *vbi ita cenſuiſſe Sac. Cong in vna Lucana* 5. *Iulij* 1628. *ad* 2.

Quoniam obiectum ceſſat ex facto, dum ex cõfeſſionibus ipſorum met Canonicorum factis occaſione perſonalis viſitationis, tam Apoſtolicæ, quam Diœceſanę, & ex notula iurata circa redditus harum præbendarum per eoſdem data, conſtat nonnullas aſcendere ad ſcuta 50. alias ad 40. & alias ad 25. vnde excluditur huiuſmodi tenuitas, cum etiam in terminis dictæ *Extrauag.* tunc benefi-
6 cium dicitur tenue ad effectum gaudẽdi exemptione à ſolutione decimarum Papalium, ſi eius fructus ſingulis annis non excedant ſummam ſeptem florenorum aurei, ibi *ſæculares quoque Clerici, quorum Eccleſiaſtici redditus, & prouentus annui ſummã ſeptem florenorum auri non excedunt, eandem decimam non perſoluant*, ac proinde beneficium non debet excedere valorem ſcutorum vndecim, & Iulios duo monetæ, quam ſummam conficiunt ſeptem floreni
7 aurei, cum idem ſit ac ducatus aureus de Camera, vt teſtatur *Corrad. in prax. Apoſtolic. diſpenſat. lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 48.

8 Vltra quod diſpoſitio præfatæ *Extrauag.* non videtur applicabilis ad declarandam, ſeù reſtringendam diſpoſitionem decreti Sacri Concilij, cum in illa expreſsè eximantur poſſeſſores dictorum beneficiorum à decimæ ſolutione, tunc deſtinatæ pro proſecutione belli, ac negotij Regni Siciliæ à Sacro verò Concilio Tridentino pro contributione ſeminarij nulla fuit habita ratio, an beneficium ſit pingue, vel tenue, quia generaliter loquitur cum efficaci verborum prægnantia, apta ad comprehendendum omnia beneficia cuiuſcunque redditus, & qualitatis exiſtant, iuxta vulgarem, ſed certiſſimam
9 regulam, quod effręnatus verborum contextus nullam admittat reſtrictionem *l. pluribus ff. de acceptilat. Honded. conſ.* 49. *num.* 14 *lib.* 1. *Rol. conſ.* 27. *num.* 15. *&* 16. *cum ſeq. lib* 4. *Rot. in Romana Cambiorum* 10. *Martij* 1662. §. *facultatem verò, verſ. hic quippe coram Veroſpio.*

10 Quod male pariter à Confraternitatibus laicalibus, Epiſcopi tamen auctoritate erectis controuertatur huiuſmodi contributio manifeſte patet, quia Societas Sanctiſſimi Sacramenti, quæ Hoſpitalis curam gerit, poſſidet prouentus Eccleſiaſticos, dum ad eius fauorem fuerunt applicata omnia bona ſpectantia ad Conuentum R. P. Beati Ioannis Dei, ſeu Fatebẽ Fratelli, occaſione ſubſecutę ſuppreſſionis iuxta conſtitutionem Innocentij X. vt ex decreto deſuper interpoſito in actis Cancellariæ Epiſcopalis *numer.* 1. quibus concurrentibus contributio controuerti non poteſt, vt in terminis laicalis Confraternitatis deciſum refert, *Barboſ. de offic & poteſt. Epiſcop. alleg.* 77. *nu.* 10. *& in Concil. Trid. ſeſſ.* 24 *de reform. cap.* 18. *num.* 25. *Sel. in ſelect Canon. cap.* 10. *num.* 15. *Bartholomeus Gauant. in Encherid. ſeu manual. Epiſcop. in verbo ſeminarium*
11 *Clericorum num.* 33. Et in terminis Hoſpitalis pariter deciſum refert *Barboſ alleg.* 77. *n* 6. *& d. c.* 18. *num.* 19. *ex Zerol. Ric. Armend. quos allegat Fuſcus de viſit. & regim. Eccleſ. cap.* 16. *num.* 10. *lib.* 1. *fo. mihi* 95.

12 Neque aduerſatur applicationem factam fuiſſe cum onere manutenendi Capellanum, ſeu ludimagiſtrum cum annua mercede 60. ſcutorum, quia applicatio ratione qualitatis Eccleſiaſticæ, cenſetur facta ſine præiudicio iuris anterioris contribuẽdi ſeminario, tamquam adiectum laqueum vſque ab ipſa publicatione decreti Sac. Concilij Tridentini, vt quandocumque bona Eccleſiaſtica ad manus laicalis Confraternitatis, ſeu Hoſpitalis deuenerint, cum ſuo onere tranſeant, ita nouiſſime alijs relatis docet *Iacob. Pignatel. conſult. canon.* 221. *num.* 10.

13 Eoque fortius quia per præfatam applicationẽ, taxæ ſeminarij ſpecificè derogatum non fuit, ac proinde ius contribuendi cenſetur præſeruatum, iuxta theoricam *Abb. in cap.* 2. *nu.* 5. *de relig. dom. punctualiter Pignatel. loco citato num.* 12. *facit* Rot. *dec.* 92. *num.* 7. 9. *&* 10. *coram Durano, deciſ.* 770. *num.* 4. *p.* 5. *diuerſ. deciſ.* 730. *num.* 1. *p.* 3. *dec.* 451. *num.* 7. *&* 8. *p.* 5. *tom.* 2. *recen. dec.* 1420. *num.* 18. *&* 19. *coram Seraph. & paſſim.*

14 Tum etiam quia ipſa legata condita ad effectum conducendi gramaticum, vt pauperes inſtruat pueros applicari poſſunt ſeminario, *vt ex prax. Epiſcopal. in verbo ſeminarium deciſum refert* Gauant. *in Encherid, ſeu manuale* Epiſcop. *eod. verb. ſeminarium* Cleric. *num.* 22. & conſequenter eo magis nullum fuit allatum præiudicium ſeminarij iuribus per dictam applicationem factam cum onere conducendi Magiſtrum.

15 Ineuitabilis quoque redditur ex alio capite, quia ſcilicet Societas habet redditus pingues vltra neceſſariam ſubſtentationem, ac proinde nulla debet gaudere exemptione, prò vt neque hoc caſu gaudent Monaſteria, Collegia, & alij Regulares, etiam Mendicantes quo ad eorum bona propria, licet à S. Concilio expreſsè excipiantur, quia talis exemptio intelligitur de redditibus tantum pro-

portio-

portionatis ad neceſſariam ſubſtentationem, non autem de illis, qui ſuperſunt *Sel. in ſelect. canon. cap.* 10. *num.* 19. *Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.* 24. de *reform. cap.* 18. *nu.* 29. & ita ſæpe cenſuiſſe Sacram Congregationem Concilij patet ex authenticis reſolutionibus fideliter relatis per eundem, *Pignatel. conſult. canon.* 221. *à num.* 23. *vſque ad* 26. *& pluribus ſeq.*

16 In nihilo refragante, quod dicta Monaſteria nitantur ampliſſimis priuilegijs, & exemptionibus, cum hiſce temporibus huiuſmodi priuilegia, & exemptiones ſint ſeminarijs nimis læſiua, atque ideo non obſeruanda, alias ſeminarij erectio, ſubſtentatio enixè à Sac. Concilio demandata, difficillima redderetur ob paupertatem Epiſcoporum, & Cleri ſecularis, vt bene comprobat *Pignatel. conſult. canon.* 221. *num.* 1. *iuncto num.* 27. *cum plurib. ſequen.*

Hanc autem Societatem habere redditus ſuperfluos, præcipuè ſi moderentur exceſſiua, & inutiles expenſæ ſatis probatur ex notula ſtatus eiuſdem Societatis *Summ. num.* 2. ex qua apparet redditus de præſenti ex locatione, & affictu bonorum aſcendere ad ſcuta 218. non computatis incertis prouenientibus tam ex quæſtuatione muſti, ac ſegetum, quam ex muneribus occaſione funeraliũ mortuorum quæſitis, exitum vero ad ſcuta 182. circiter, qui redderetur minoris ſummæ ſi moderetur expenſa ſcutorum 80. & vltra, quam facit in emendis interſitijs, & cereis tamquam exceſſiua, cum poſſit decenter attenta qualitate loci cum longe minori ceratum quantitate, & non tam magnificè incedere in proceſſionibus, aut alias eccleſiaſticas functiones peragere, ſolutio ſcutorum 11. & baioch. 68. pro decimis Papalibus eſt temporanea impoſita ab Alexandro VII. per decennium, quod præſenti, aut proximo futuro anno expirat. Solutio ſcutorum quinque Concionatori quadrageſimali, eſt pariter merè voluntaria, cum nullam habeat obligationem ad hanc contributionem, ex quo huiuſmodi onus in neceſſarijs perſoluatur à Communitate, alia impenſa ſcutorum decem, quæ ſoluuntur extraneis Sacerdotibus prò ſatisfaciendis oneribus miſſarum lectarum, neque eſſet facienda, cum hæc onera ſatisfieri poſſunt, & debent à Capellano, & Ludimagiſtro, qui conduci debet cum ſtipendio ſcutorum 60. & obligatione celebrandi, & pueros docendi, & licet in relatione facta à deputatis pro ſupradicta applicatione bonorum Conuentus Patrum Fatebenfratelli *d. Summ. num.* 1. fuerit dictum, *che il detto Capellano celebri per ſe medemo almeno nelli giorni di Feſta*, tamen hoc non excludit, quin teneatur etiam diebus feriatis celebrare prò ſeruitio eiuſdem ſocietatis, cum dictio ſaltem non ſit aliorum excluſiua, aut limitatiua, ſed implicatiua *Rot. dec.* 787. *num.* 8. *coram Seraph. & dec.* 266. *num.* 6 *p.* 2. *recen.* ac proinde poteſt hoc onus iniungi Capellano, & dicta ſcuta decem ſolui ſeminario, aut moderari expenſa ceræ in exceſſu, cum nihil referat ſocietati ſi ſumma exceſſiua potius ſoluatur ſeminario, quam Aromatario, aut Diogbetio.

17 Ex quibus, & ſimilibus rationibus pariter reformatis ſuperfluis expenſis, ad hanc contributionem concurrere debet alia Confraternitas Sanctiſſimi Crucifixi attento eius ſtatu *Summ. num.* 3. cum vtique poſſideat bona Eccleſiaſtica, dum abſque beneplacito Apoſtolico iuxta Paulinam conſtitutionem relatam in *Extrauag. Ambitioſe de reb. Eccleſ non alien.* vel auctoritate Ordinarij in terminis *cap terrulas* 12. *qu.* 2. nonquam alienare, locare vltra triennium, permutare, aut aliter diſponere conſueuit, quo caſu licitè taxari poſſe, reſolutum refert *Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.* 24 *de reform. cap.* 18. *num.* 25. *in fi. & de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 77. *num.* 10. *Gauant. in manual. Epiſcop. in verb. ſeminarium Clerie. num.* 33.

18 Quibus accedit, quod verſamur in Epiſcopatu tenuiſſimo, & nihilominus rigorosè taxato, & in
Diœceſanis beneficijs exiguorum redditum, vnde
licet luta tranſgredi, & in ſubſidium etiam compelli Societates ad charitatiuam contributionem, ne
erectio Seminarij ſuo deſtituatur effectu, vt comprobatur exemplis. nam quamuis ſolus Pater teneatur alimentare filios ad tradita per *Gratian. diſcept.*
19 tur alimentare filios ad tradita per *Gratian. diſcept.*
259. *num.* 21. *tom.* 2. in ſubſidium tamen tenetur
etiam Mater *ad text. in l. ſi quis à liberis* 5. §. *vtrum
ff. de liber. agnoſcen. l. penult. ff. eod. tit. Auth. ſi pater C. de diuort. fact. Surd. de aliment. tit.* 1. *qu.* 14.
num. 9. *Gratian. diſcept* 959. *num.* 14. Ita pariter non
20 ſolum frater diues in ſubſidium tenetur alere fratrẽ
pauperem *l. mutur* 73. *ff. de iur. dot. l. qui filium ff.
vbi pupil. educar. debet Rot. dec.* 724. *numer.* 12. *p.* 2.
diuerſ & dec. 92. *num.* 1. *p.* 5. *tom.* 1. *rec.* Verum
21 etiam Auus paternus, eiuſque hæredes in ſubſidium tenentur dotem aſſignare nepti ſpuriæ, vt
conſuluit *Abb. conſ.* 123. *in prin. lib.* 2. *Seraph. dec.*
58. *nu.* 6. *Rot. dec.* 314. *nu.* 24. *p.* 6. *rec.* & ſimilibus.

Laïcus, & Clericus ſtuprator quomodo puniantur.

ARGVMENTVM.

Stuprum ſine vi perpatratum punitur de iure ciuili publicatione dimidiæ partis bonorum, ſi reus fuerit honeſta perſona, ſi vilis fuſtigatione, & relegatione, de iure vero canonico ſtuprator tenetur eam ducere, vel dotare, Clericus vero vltra dotem pæna arbitraria multatur, ſi autem interceſſerit vis, & ſi committatur cum puella immatura quomodo puniatur, abbundanter explanatur.

SVMMARIVM.

1 Stuprum comprehendit omnem illicitum coitum ſtrictè verò illicitam virginis deflorationem num. 2.
3 Stupri crimen eſt mixti fori.
4 Stuprum committens ſi ſit honeſta perſona, & ſine vi punitur publicatione dimidiæ partis bonorum, ſi vilis fuſtigatione, vel relegatione.
5 Stuprum punitur pæna mortis. Contrar. num. 6 & 7.
8 Stuprum commiſſum blanditiis, & doloſis artibus verius eſt, quod non puniatur pæna mortis.
9 Stuprans virginem immaturam vi punitur pæna mortis, ſecus abſque vi, & num. 10. vbi reprobatur *Theſaurus*.
11 Amp. vbi ſolum adhibitus fuit conatus non violatis pudendis puellæ immaturæ non punitur pæna mortis, ſed alia grauiori.

12 Præ.

12 Præcipuè raptu non interueniente. Declara, vt nu.13.
14 Stuprator de iure canonico tenetur ſtupratam dotare, vel ducere in vxorem num.15.
16 Sed ſi vult ducere in vxorem tenetur etiam dotare, ſed ſi vult tantum dotare, debet aliam pænam Iudicis arbitrio ſubire.
17 Dos eſt conſtituenda puellæ ſtupratæ etiam ſi conſenſerit.
18 Et eſt conſignanda ſecundum conditionem, & dignitatem puellæ.
19 Et ſtatim poſt commiſſum ſtuprum. Contrar. num. 20.
21 Stupratoe ſi ob paupertatem dotare non poſſit ſtupratam corporali pæna multatur.
22 Vxoratus tenetur puellam ſtupratam dotare, & alia arbitraria pæna multari debet.
23 Pæna dotandi, aut ducendi ſtupratam in vxorem eſt attendẽda, tamquã videatur correpta pæna iuris ciuilis.
24 Declara procedere in terris Eccleſiæ, & non in terris Imperij. Subdeclara, vt num.25.
25 Iudex Eccleſiaſticus in terris Imperij ſeruare debet ius canonicum, & Iudex Laicus in terris Eccleſiæ ius ciuile.
26 Clericus ſtuprator pæna arbitraria multatur, non autem fuſtigationis num.27.
28 Et vlterius tenetur puellam ſtupratam dotare.
29 Stuprum, & copula carnalis quomodo probetur, & pæna ſtupri quando locum habeat remiſſiuè.

DECISIO XXVIII.

1 Licet ſtuprum in genere ſumptum comprehendat, adulterium, ſodomiam, omnemque illicitum coitum iuxta textum in *l.ſtuprum ff. de rit. nuptiar l.auxilium in fi. ff. de minor. l.inter ſtuprum in fi. ff. de verbor. ſignificat.* vbi *Rebuſ. & alij*, ſtrictè
2 verò, & in ſpecie ſumptum eſt virginis illicita defloratio, quo virginalis integritas corrumpitur *cap. cum ergo 31. qu. 6. cap lex iſta 36. qu.1. Hoſtien. in ſumm. de adulter. num. 8. in addit. lit. B. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 83. in verbo ſtupri an. 1. Bermon. de pub. concub. rub. de ſtupro num.1. Baiard. ad Clar. in §.ſtupram num. 1. Gramat. dec. 107. num. 1. Farinac. in tit. de delict. carn. qu. 147. nu.3. & 4. Bellet. diſquiſit. cleric. p.1. tit. de fauor. cleric. real. §.4. numer. 121.*
3 Et quoniam, qui virginalem florem, & virginitatis theſaurum incomparabilem callidè, & violenter eripiunt, plus quam furtum rei temporalis perpatrare videntur, vt inquit *Iodoc. in pract. crim. cap. 92. rub. de ſtupro num. 1.* redditur punibile in vtroq; foro, vt mixti fori dicitur *Oſaſcb. conſ. 25. & dec. 103. num. 5. Theſaur. dec. 148. quos allegat* Bellet. *diſquiſit. clerical. par. 1. tit. de foro cleric. real. §.4. numer. 120.*
4 De iure autem ciuili, qui ſine vi ſtuprum commiſerit, ſi fuerit honeſta perſona dimidiæ partis bonorum publicatione, ſi vero vilis, & humilis corporis coercitatione, hoc eſt fuſtigatione, & relegatione multatur textus eſt in *l.idem lex Iulia de adulter. verſ. ſed eodem l.Iulia inſtit. de publ. Iudic. & ibi glo. in figuratione caſus, & in verbo ſi humiles*, vbi declarat, quæ dicantur perſonæ humiles, & honeſtæ iuxta textum in *l.humilem C. de inceſt. nupt. Roland. conſ.35. num.25. lib.2. Gram. voto 4. num.23. Franc. Veg. conſ.66. num.197. verſ. & pro tali ſtupro, & nu. 303. verſ. pro ſtupro vero Bermon. de pub. concub. rub de ſtupro num. 34. Ghirland. de pan. oniſar. coit. qu.7. num 4. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib.2. caſ.288. num. 7. & ſeq. & in addit. num.9. Card, Tuſc. concl. 709. num. 10. vol. 7. vbi de communi Pedemon. dec.3. num. 1. verſ. poſtea vero Farinac. in tit. de delict. carn. qu. 147. num.6. Bellet. diſquiſit. clerical. p.2. tit de pænis Clericor. §.4. num.2.*
5 Stuprum verò violentum, quando ſcilicet violentia perſonæ illata fuerit, quod pæna mortis puniatur, voluit *glo. in §.item lex Iulia de adulterijs in verbo ſine vi. inſtit. de publ. Iudic. ibique Myniſinger. num. 14. in verbo ſine vi. Iodoc. in pract. crim. cap. 92. rub. de ſtupro num.5. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 83. in verbo ſtupri num. 3. Cyril. in ſumma crim. rub. de pub. Iudic. §. 4. num. 10. verſ. ſi autem per vim Clar. in pract. in §.raptas verſ. primo in fi. vbi quod ita communiter practicatur Alex. conſ. 299. in prin. lib. 6. & concla. 710. num.1. eod. lib. 6. Franc. Veg. conſ. 66. num. 197. in fi. verſ. ſi vero violentia Guttier. quæſt. canon. cap. 37. num. 2. verſ. ſi verò ſtuprum cum vi committatur. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib.2. caſ.288. num.10. in fi. & in addit. nu. 12. Card. Tuſch. conclu. 709. num. 9. vol. 2. & tradunt alij DD. relati per Farinac. in tit. de delict. carn. qu. 147. num. 22. Lud. Pueguer. dec. crim. 7. num. 6.* Et cum hac ſententia videtur concordare conſtitutio Marchiæ *cap.69. lib.4.* & *Statutum Vrbis lib.2. cap.58.*
6 Contrarium quod pro ſtupro violento non imponatur pæna mortis defendit *Paul. de Caſtr. in l.raptores num.4. C. de Epiſcop. & Cleric.* vbi ſubdit modo non interuenerit raptus *Marſil. ſing. 65. Dec. tract. crim. lib. 8. cap. 15. num 7.* vbi comprehendit *Boſſ.* contrarium tenentem *Fachin. controuerſ. iur. lib.9. cap.101. Theſaur. deciſ. Pedemont.148. ſub nu. 2. & 3. cum alijs per Farinac. in tit. de delictis carn.*
7 *qu.147. num.28. Guttier. quæſt. canon. cap. 37. nu.3. iuncto num. 5. in fi. verſ. ego vtroque caſu*, vbi quod iſto caſu pæna ſit arbitraria.
8 Præcipuè ſi ſtuprum commiſſum fuerit ſine armis, ſed blanditijs, perſuaſionibus, promiſſionibus, contributione munerum, pecuniarum traditione, & ſimilibus fraudibus, & fallacijs, quæ licet comparentur coactioni, & vi, ac proinde ſecundum aliquos Doctores puniri debeat pæna mortis tamquam ſtuprum violentum, tamen verior eſt, quod alia pæna, & non mortis puniatur, perinde ac ſi nulla interueniſſet vis, quia nunquam ferè datur ſtuprum, quin ex parte ſtupratoris aliqua interuenerit perſuaſio, & fallax promiſſio, & ita in practica ſeruatum fuiſſe tradit *Farinac. in tit. de delict. carn. qu.147. num.35. Gram. voto 8. ſub num. 23. ad med. verſ. & ibi ſubdit. Boſſ. in tit. de coit. damnat. & punib. num. 66. verſ. ſed aduerte Card. Tuſch. conclu.710. num.3. vol.7.*
9 Stuprantes verò virgines immaturas, ſi ſtuprum commiſſum fuit ſine violentia non multantur pæna mortis, ſed arbitraria, ſecus autem concurrente violentia, nam tunc intrac pæna mortis, *Bermon. de publ. concub. rub. de ſtupro num. 40. Boſ. de coit. damnat. & punib. num.67. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ.294. nu. 1. 2. & nu.6. Cabal. reſol. crim. caſ. 20. nu. 7. & omnibus ſequen. vbi nu. 14.* reprobat
10 *Theſaurum deciſ. Pedemont.148.* vbi ex profeſſo diſputata quæſtione tenet quod vi ſtuprans virginem non dum viri potentem, & immaturam non teneatnr pæna mortis, ſed alia mitiori, & ita Senatum iudicaſſe condemnando ſtupratorem ad triremes per decennium ſaluis iuribus pro intereſſe puellæ in bonis rei, & in hac ſententia cum *Caballo*, qua con-

cilian-

eſtiantur aliæ Doctorum ſententiæ contra *Theſau-
rum* reſidet *Farinac. in tit. de delict. carn. qu.* 147.
num. 43. & 46. relatis dictorum aliorum ſententijs
à *nu.* 38. *vſque ad* 32.

31 Veritas tamen eſt quod ſtupro non ſecuto, ſed
ſolum adhibitus fuerit conatus ad deflorandam
puellam immaturam, non tamen violatis puden-
dis, huiuſmodi conatus non eſt puniendus pœna
mortis, ſed alia graui, puta triremium perpetuò,
vel per decennium, ſecundum *Clar. in* §. *ſtuprum
num.* 9. *verſ. ego tamen*, & raptu non interueniente
12 de hoc dubitandum non eſſe ſubdit *Farinac. in tit.
de delictis carnis qu.* 147. *nu.* 47. ex *Guid. Pap. deciſ.*
555. *Franc. de Caldas*, & *alijs per eum allegatis*.

13 Animaduertendum tamen eſt, quod ſi virgo co-
gnita ſit impubes, & conſenſum præſtiterit, quia
ſit doli capax, & tunc procedit diſtinctio in antece-
denti concluſione firmata de vi, & ſine vi. ſed ſi non
ſit doli capax, & reperiatur in ſexto, vel ſeptimo
anno, cum tunc dici non poſſit fuiſſe cognitam ſi-
ne, vi quia conſenſus non adeſt, & natura repu-
gnat, ſtuprator perpatrato flagitio debet capitè
puniri, & ſic vbi virgo eſt doli capax debet probari
vis, quæ tamen probari non debet, vbi non eſt
doli capax, quia ex quo non concurrit conſenſus
puellæ coitus non poteſt eſſe ſine vi, ita *Cabal. reſol.
crim. caſ.* 20. *num.* 9. *Farinac. dicta qu.* 147. *num.* 44.
& 45. *Boſſ. in tit. de coit. damnat. & punib. ſub nu.*
66. & 67. *Card. Tuſch. conclu.* 710. *num.* 4. *vol.* 7.

14 De iure vero canonico ſtuprator tenetur ſtupra-
tam dotare, & in vxorem ducere ſecundum diſpo-
ſitionem *textus in cap.* 1. *de adulter.* cuius vigore
etiam inuitus ad matrimonium contrahendum co-
gi poteſt, ſed quia rigor hujus textus ab eodem
15 legislatore temperatus fuit, ſtuprator tenetur do-
tare, aut in vxorem ducere, iuxta alium textum
in *cap.* 2. *eod. tit. de adulter.* & hanc ſententiam vſu
eſſe receptam, & ita practicari, & iudicari teſtan-
tur Doctores relati per *Farinac. in tit. de delict. carn.
qu.* 147. *in* §. *dos num.* 97. & 68. *cum alijs per me ad-
ductis in dec.* 32. *nu.* 7. & 8. vbi late articulus, & ma-
teria diſcuſſa fuit *Rot. dec.* 74. *nu.* 4. & 5. *poſt p. vol.
conſ. Farinac.*

16 Veritas tamen eſt, quod ſi vult ducere in vxorem,
tenetur etiam dotare, ſi verò non vult ducere, ſed
eam tantum dotare, vltra dotem adhuc aliqua alia
pœna non quidem corporali, ſed exilij, pecuniaria,
aut ſimili Iudicis arbitrio multari debet, ita firmat
Farinac. in tit. de delict. carn. qu. 147. *in* §. *dos num.*
104. relatis n. antecedenti alijs DD. ſententijs.

17 Et hanc dotem ſtuprator conſtituere debet puellę
ſtuprum paſſæ ſiue ſponte, ſiue ſeducta, ſiue decepta
conſenſerit *cap. tria* 36. *qu.* 2. *cap.* 2. *de adulter. Abb.
in cap.* 1. *num.* 2. *de adulter. Caſſan. conſ.* 40. *num.* 1.
Clar. in §. *ſtuprum num.* 3. *Plot. in tract. de in lit. iu-
ran.* §. 34. *num.* 1. *Maſcard. de probat. lib.* 3. *conclu.*
1338. *num* 6. *Nauar. conſ.* 1. *de ſponſal. Theſaur. de-
ciſ.* 3. *num.* 2. *relat. per Bellet. diſquiſit. crim. p.* 1. *de
fauor cleric. real.* §. 4. *ſub num.* 122.

18 Quinimò talis dos debet aſſignari non ſolum ſe-
cundum conſuetudinem patriæ, & iuxta facultates
ſtuprantis, & conditionem, & dignitatem puellæ
ſtupratæ *Hoſtien. in cap.* 1. *num.* 3. *Abb. num.* 4. *de
adulter. Iaſ. in cap. omnes num.* 24. & 25. *inſtit. de
action. Caroc. caſ.* 58. *num.* 15. *Oſaſch. dec.* 107. *per
tot. Theſaur. dec.* 3. *num.* 2. *cum alijs per Bellet. di-
ſquiſit. Clerical. par.* 1. *tit. de fauor Cleric. real.* §. 4.
numer. 126.

19 Verum etiam ſtatim poſt commiſſum ſtuprum;
adeo vt deflorans cogi poſſit ad ſoluendam dotem
parentibus ipſius puellæ, vel ad deponendum, nè
ſtuprator ad ſe eximendum ab huiuſmodi ſolutio-
ne calumnijs impedire valeat, vt puella maritum
non inueniat *Baiard. ad Clarum in* §. *ſtuprum nu.* 24.
Bellet. diſquiſit. clerical. p. 1. *de fauor Cleric. real.* §. 4.
numer. 125.

20 Contrarium vero, quod ſtuprator teneatur tra-
dere dotem tempore nuptiarum docent *Trentacin-
que var. reſol. lib.* 3. *reſol.* 1. *de matrim. verſ. dos iſta
non debetur Nauar. quæſt. forenſ. p.* 1. *qu.* 27. *per tot.
Borgnin. in repertor. ſuar. deciſ. in verbo matrimo-
nio num.* 7. & *ſeq.* vbi ita pluries iudicatum fuiſſe
Claud. de Bertraz. conſ. 96. *Farinac. in tit. de delict.
carn. qu.* 147. *in* §. *dos num.* 123.

21 Quod ſi forte ſtuprator ſit inops, & propter ſuam
egeſtatem puellæ tradere nequeat, tunc cum non
habeat in ære, luere debet in corpore, ac proinde
eſt fuſtigandus, & exilio damnandus *Petrus Gre-
gor. in ſintag. iur. lib.* 36. *cap.* 9. *rub. de ſtuprator nu* 5.
in fi. verſ. inops fuſtigabitur Farinac. *de delict. carn.
qu.* 147. *num.* 109.

22 Prout vxoratus licet non poſſit ducere ſtupra-
tam in vxorem, tenetur tamen eam dotare, & ali-
qua alia pœna extraordinaria arbitrio Iudicis mul-
tari debet *Baiard. ad Clar. in* §. *ſtuprum num.* 10. *in
verbo laicus autem*, & *ex Marian. Soccin. Ghirland.
Bermon. Corrad. Henric. Boic. tradit* Farinac. *dicta
qu.* 147. *num.* 110. & 111.

23 Ex hac enim pœna iuris canonici ducendi in
vxorem ſtupratam, aut eam dotandi, correpta vi-
detur pœna iuris ciuilis, vnde attendenda eſt pœna
iuris canonici, & non ciuilis *Clar. in* §. *ſtuprum nu.*
3. *verſ. ſed quæro, quæ ſit pœna Peguer. dec. crim.* 42.
num. 3. & 4.

24 Quod licet procedere videatur in terris Eccleſię,
non autem in terris Imperij, tamen quod in foro
25 Eccleſiaſtico, etiam in terris Imperij Iudex Eccle-
ſiaſticus ſeruare debeat ius canonicum, & in foro
ſæculari etiam in terris Eccleſiæ Iudex laicus ſer-
uare debeat ius ciuile, tradunt Doctores congeſti
per *Farinac. citata qu.* 147. *num.* 114. & 115.

26 Clericus verò, qui hoc ſtupri flagitium perpa-
trauit, hodie pœna arbitraria multatur, quando-
que ſcilicet pœna pecuniaria, quandoque depoſi-
tionis, & quandoque ſuſpenſionis ita *Menoch. de
arbitrar. quæſt. lib.* 2 *caſ.* 288. *num.* 6. & *in addit. nu.*
8. *verſ. interdum tamen*, & in hac ſententia reſidet
etiam *Farinac. in tit. de delict. car. qu.* 147. *num* 65.
relatis in quatuor antecedentibus numeris Docto-
rum ſententijs, quas etiam recenſet *Bellet. diſquiſit.
Cleric. p.* 2. *tit. de pœn. Cleric.* §. 4. *num.* 3. fuſtiga-
27 tionis autem pœnam tamquam nimis ignominio-
ſam, nunquam in Vrbe ſeruatam vidiſſe in clericis,
teſtatur idem *Farinac. loco citato nu.* 65. *in fi.*

28 Et vltra pœnam arbitrariam, cum nequeat Cleri-
cus ſtupratam in vxorem ducere, eam tamen dota-
re tenetur *Bermon. de publ. contub. in rub. de ſtupro
num.* 5. & 18. *alij autem dicunt Diaz. in pract. crim.
canon. cap.* 83. *verb. ſtupri ſub num.* 2. *Baiard. ad
Clar. in* §. *ſtuprum num.* 10. *cum alijs per Farinac. di-
cta qu.* 147. *num.* 65. & 107. *Bellet. de pœn. clericor.
p.* 2. §. 4. *num.* 3. *verſ. vlterius teneatur*, vbi *allegat*

textum

ſextum in cap. tria 36. quæſt. in cap. 1. vbi Abb. & Innoc. & in cap. 2. de adulter. Iaſ. in §. omnes nu. 24. & 25. inſtit. de action. Maſcard. de probat. conclu. 1338. num. 6. Oſaſcb. dec. 107. Theſaur. dec. 3. nu. 2. Menoch. de arbitrar. quæſt caſ. 283. num. 4.

89 Stuprum verò, & copula carnalis quomodo probetur, & pæna ſtupri quando ſibi locum vindicet, vide quæ ad materiam dixi in *dec.* 32. cum duobus adnotationibus, nè fruſtra eadem repetantur.

NONANTVLANA NVLLITATIS PROFESSIONIS.

ARGVMENTVM.

Profeſſio facta per vim, & metum, & ante expletum decimum ſextum ætatis annum, & ex defectu probationis legitimæ vnius anni continui eſt nulla, & inualida, Aetas, & annus probationis ad hunc effectum computatur, de momento, ad momentum, intra tamen quinquennium eſt reclamandum, & proponenda nullitas profeſſionis, niſi durauerit cauſa metus, qui qualis eſſe debeat exactiſſimè explanatur.

SVMMARIVM.

1 Profeſſio facta per vim, & metum eſt ipſo iure nulla num. 3.
2 Prout etiam ſi emittatur ante completum decimum ſextum ætatis annum num. 4.
5 Conſenſus deficit, vbi concurrit metus.
6 Profeſſio eſt contractus mutuus, quo Religioſus Religioni, & Religio Religioſo obligantur.
7 Ætas ad validitatem profeſſionis computanda eſt de momento ad momentum.
8 Punctus horæ profeſſionis debet correſpondere puncto horæ natiuitatis num. 10.
9 Secus in matrimonio.
11 Quando non conſtat de hora natiuitatis, nec de die, ſed de Menſe, & ſi non de Menſe, de anno expectandus eſt finis diei, Menſis, vel anni.
Profeſſio facta per ſemihoram antequam quis ingrediatur in annum ætatis 17. eſt nulla ibid.
12 Dies baptiſmalis quo ad ætatem ad effectum profitendi in Religione non habetur in conſideratione.
13 Parentes, & Conſanguinei ſunt idonei teſtes ad probandam filiorum ætatem.
14 Amp. præcipue ſi non concurrant alij teſtes in contrarium deponentes.
15 Lim. ſi atteſtatio parentum tendat in filij vtilitatem.
16 Sublim. ſi parentum teſtimonium corroboretur dicto aliorum teſtium.
17 Affines, & Conſanguinei non faciunt legitimam probationem pro ſuo affine, & conſanguineo.
18 Lim. vt repellantur vſque ad quartum gradum.
19 Profeſſionem violenter, & meticuloſe emiſſam fuiſſe ex quibus coniecturis elicatur.
Metus probatur ex magna repugnantia, & auerſione circa actum geſtum ibid.
20 Metus inducitur ex nimia ſæuitia Patris erga filium.
21 Reſultat ex denegatione victus, & Domus ex comminatione carceris, exhæredationis.
22 Et æquiparatur metui mortis.
23 Ad profeſſionem annullandam ſufficiunt minę iunctæ reuerentia Paterna.
24 Ex ſolo metu reuerentiali profeſſio annullatur. Contra num. 5.
26 Metus reuerentialis accedentibus minis reputatur grauis ſufficiens ad reſcindendum contractum, ſecus abſque minis num. 27.
28 Profeſſio eſt nulla defectu probationis vnius anni continui non expleti num. 40.
29 Annus Nouitiatus debet eſſe continuus, ita vt recedens debet ex integro inchoare num. 32.
30 Non poteſt frangi, & extra Clauſtra permanere etiam ex cauſa infirmitatis, & cum licentia ſuperiorum.
31 Recedens à nouitiatu annus debet denuò incipere à die reditus.
33 Superueniens nouam regulam à dicto die Nouitius debet permanere per annum in Nouitiatu, ſecus in profeſſis.
34 Amp. etiam ſi Nouitius conſentiret.
35 Nouitius in anno probationis caret omni voce, & ſuffragio.
36 Nouitius elapſo anno probationis recedens à Nouitiatu non debet reiterare annum.
37 Annus Nouitiatus computari debet de momento, ad momentum.
38 Profeſſio eſt valida, licet non euacuetur tota dies ſuſcepti habitus, dummodo non præueniatur hora.
39 Annus probationis incipit ab hora recepti habitus, & terminatur eadem hora recurrentis anni.
41 Nouitius intra quinquennium debet reclamare, & proponere nullitatem profeſſionis.
42 Reclamatio coram quibus fieri debet.
43 Nomine ſuperioris ad effectum reclamandi, qui veniat.
44 Reclamatio fieri poteſt etiam vltra quinquennium ſi durauerit eadem cauſa metus.
Et Sac. Concil. Trid. eſt intelligendum niſi allegata fuerit cauſa, ob quam intra quinquennium non potuit reclamare num. 47.
Lim. ex decreto Vrbani VIII. prohibente reclamationem poſt quinquennium etiam ſi perdurauerit eadem cauſa metus num. 48.
Sublim. ſtante commiſſione ſuper reſtitutione in integrum obtenta à Pontifice, vel à Sac. Congregatione num. 49.
45 Non valenti agere non currit pręſcriptio.
46 Metus ſemel illatus ſemper durare præſumitur durante vita illius, qui incuſſit.
50 Ratificatio profeſſionis reſultat ex permanentia in Religione, & habitus delatione.
51 Tacita profeſſio obligat Religioſum, nec eſt ſublata per Concilium.
52 Tacita profeſſio non inducitur niſi actus fuerint facti animo profitendi, ſecus ſi Religioſus ſe habuerit negatiuè.
53 Excluditur ex reclamationibus, & proteſtationibus.
54 Excluditur ſtante reclamatione intra quinquennium.
55 Actus non dicuntur ſpontanei durante cauſa metus.
56 Metus non cenſetur purgatus niſi per lapſum notabilis temporis poſt mortem illius, qui incuſſit.
57 Actus ad inducendam metus purgationem debent eſſe tales, vt referri nequeant ad aliam cauſam.
58 Præſumptio ratificationis profeſſionis tollitur per contrarias præſumptiones, & expreſſam animi declarationem.
59 Diſpoſitio Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 15. procedit tam in profeſſione expreſſa, quam in tacita.

DECISIO XXIX.

Suſcepto habitu Regulari à Patre Flamminio de Rufulis, & emiſſa profeſſione in Religione, poſt decem annorum curſum, quo in eadem permanſit, & habitum geſtauit, aliaque regularia munia expleuit, reclamauit, & coram ordinario, & ſuperiore Monaſterij iudicium introduxit ſuper nullitate emiſſę profeſſionis tamquam factæ per vim, & metum, & ante expletum decimum ſextum ætatis ſuæ annum, & ob alias cauſas inferius recenſendas, vna

de

de ab eiſdem requiſitus de meo iudicio, maturè di-
ſcuſſo dubio, dicebam, declarandum præfatum
Flaminium liberum eſſe à vinculo Religionis,
1 quoniam profeſſio violenta, & meticuloſa, ſeù fa-
cta per vim, & metum, & non ſponte, & liberè, &
2 ante completum decimum ſextum ætatis annum
redditur ipſo iure nulla, & inualida, inefficax ad
inducendam obligationem ad perſeuerandum in
Religione, & ad alicuius regulæ, ſeu ordinis obſer-
uantiam, vt expreſsè ſanciuit *Sac. Concil. Trid. ſeſſ.
25. de regul. & mon. cap. 12. iuncto cap. 19.* & in pun-
3 cto nullitatis profeſſionis defectu legitimę ætatis,
tradunt *Sanchez. in precept. Decalog. tom. 2. lib. 2.
cap. 4. à numer. 1. & de matrim. lib. 2. diſ. 24. num.
22. Franc. Leo in Theſaur. for. Eccleſiaſt. p. 2. cap. 1.
num. 36. Zerol. in prax. Epiſcop. p. 1. verb. Moniales
§. 2. Petrus de Ledeſma in ſum. p. 2. tractado de las
Religiones en commun. c. 7. Roderic. in compend. quæſt.
Regular. reſol. 101. num. 30. Nonar. in Lucerna Re-
gular. verb. profeſſio à num. 8. Fr. Ioan. à Cruce de
ſtatu Relig. lib. 1. cap. 8. dub. 2. & 4. Lezana in ſum.
quæſt. Regular. cap. 2. ex num. 9. Tamburin. de iure
Abbatiſſar. diſp. 6. qu. 4. & de iure Abbatum diſ. 5. qu.
21. num. 82. Bonacin. in tit. de clauſ. & pæn. violant.
qu. 5. punct. 10. diſ. 5. §. 3. num. 1. tom. 1. fo. mihi 730.
Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 101. nu. 3. &
4. & ſeq. & in Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 15. de Re-
gular. num. 1. Duran. dec. 207. num. 1. Burat. deciſ.
205. num. 18. Eminentiſſ. Card. Ottbob. dec. 117. nu.
1. & dec. 173. num. 6. p. 1. rec. late Marcheſan. de
commiſ. p. 1. tit. de ſignat. grat. cap. 2. num. 454. cum
plurib. ſequen. fo. 93.*

4 Et de inualiditate profeſſionis emiſſæ per vim,
& metum diſponit *text. in cap. prælatum de iis, qua
vi cap. cor in fi. 30. qu. 3. Bonacin loco citato dicta qu.
3. punct. 10. §. 1. num 1. tom. 1. fo. 728. Tamburin. de
de iure Abbat. tom. 3. diſ. 6. qu. 26. num. 7. Menoch.
conſ. 917. num. 20. Sanchez. de matrim. lib. 4. diſ. 6.
num. 17. & in ſumma lib. 4. cap. 3. num. 26. Larrea
deciſ. Granaten. 63. num. 15. p. 2. Barboſ. de offic. &
poteſt. Epiſc. alleg. 104. num. 1. 2. & ſeq. Burat. dec.
205. num. 22. & plur. ſequen. Rot. dec. 94. num. 2.
p. 9. tom. 1. & dec. 370. num. 1. ead. p. 9. tom. 2. rec.
Sperel. dec. 21. num. 48. tom. 1. Amat. Dunozet. dec.
390. num. 3. & 5. tom. 1.*

5 Vbi autem concurrit metus deficit conſenſus, &
libera voluntas, quæ ſunt de ſubſtantia profeſſio-
6 nis, cum ſit contractus mutuus, quo Religioſus
Religioni, & Religio Religioſo obligatur, vnde
non perficitur, niſi mutuo conſenſu, quo deficiente
corruit omnino contractus *Pariſ. conſ. 65. num. 13.
vol. 4. pulchrè Bonacin. in tit. de Clauſ. & pæn. viol.
ipſ. qu. 2. punct. 10. diſ. 2. §. 1. num. 1. fo. mihi 728.
Burat. dec. 205. num. 24. & ſeq. & probat. text. in
cap. maiores § item quæritur verſ. propter, quod de
baptiſ. l. ſi mulier §. ſi metus coactus il 2. ff. quod met.
cauſ. ad tradita per Dec. in reg. velle 7. num. 2. & 3.
ff. de reg. iur.*

7 Defectus legitimæ ætatis probatur, quia ex de-
poſitionibus teſtium formiter examinatorum con-
ſtat præfatum Flaminium ortum habuiſſe de an-
no 1629. ſub die 19. Martij pulſata hora vigeſima,
& profeſſionem emiſiſſe die 19. Martij 1645. ſum-
mo mane, & ſic non expectata hora correſponden.
horæ natiuitatis, vt decimum ſextum annum com-
pleuiſſe dici potuerit, ſiquidem ad hunc effectum
ætas computanda eſt de momento ad momentum,
alioquin completa non dicitur, & propterea pun-
8 ctus horæ profeſſionis debet punctualiter reſponde-
re puncto horæ natiuitatis, quid quid ſit in matri-
9 monio, cum hoc ſeruandum ſit in profeſſione, in
qua agitur de maiori præiudicio, & obligatione,
& ſingularem memoriam circa natiuitatem proprij
filij, vt conciliando contrarias opiniones benè tradit
*Sforz. Odd. de reſtit. in integ. p. 1. qu 37. art. 5. num.
57. verſ. aut probatio in fi.*
quam in matrimonio *Gratian. diſcept. 413. num. 31.
Sanchez. de matrim. diſ. 24. lib. 2. num. 24. ad med.
Bonacin. in tit. de Clauſ. & pæn. violant. ipſ. impoſit.
qu. 2. punct. 10. diſ. 2. §. 3. num. 2. tom. 1. late Sforz.
Odd. de reſtit. in integ. p. 1. qu. 2. art. 9. num. 53. verſ.*
10 *Ego dico*, vbi ſubdit, quod ſit attendenda hora na-
tiuitatis vltimi diei natalis, & dies dicitur com-
pletus, & ſic ætas finita, & completa, non prius,
quam hora prædicta pertranſierit, vt cauetur in
l. 3. § maiorem natu ff. de minor.

11 Quinimò quando non conſtat de hora natiuita-
tis, expectandus eſt totius diei terminus, & ſi non
conſtat de die, ſed de menſe expectandus eſt totius
Menſis exitus, & ſi non conſtat de Menſe, ſed ſo-
lum de anno, expectandus eſt totius anni finis, cum
poſſeſſio ſtet pro lege præſcribente, vt propterea
ad profeſſionem nemo ſit admittendus, ſi non con-
ſtet realiter, & cum effectu ſexdecim annos inte-
gros compleuiſſe, ita *Sforz. Odd. de reſtit. in integ.
p. 1. qu. 2. art. 9. num. 54.* Hinc eſt quod profeſſio
facta per ſemihoram ante quam quis ingrediatur in
annum ætatis 17. ſit de facto nulla, & inualida
*Diana reſol. moral. p. 3. tit. de dub. Regular. reſol. 57.
verſ. ſed quæres.*

12 Dies verò Baptiſmalis ad hunc effectum non ha-
betur in conſideratione, ſed computatur, cum die
præcedenti pro vnica tantum die *l. 3. §. minorum au-
tem. in fi. ff. de minor. Odd. loco citato num. 55. Bona-
cin. in tit. de Clauſ. & pænit violant. illius quæſt. 2.
punct. 10. diſ. 7. §. 3. num. 3.*

13 Nec aduerſatur, quod dicta ætas probetur per
Matrem, aliosque flaminij conſanguineos, quia
parentes, & conſanguinei ſunt idonei teſtes ad fi-
liorum ætatem probandam, etenim nemo melius
recordatur, & menti teneat diem, & horam natiui-
tatis proprij filij, quam Mater, & Conſanguinei
*l. de tutela vbi glo. in verſ. ignarum C. de in integ. reſt.
min. & probat. text. in l. etiam, & ibi glo. de probat.
glo. in l. parentes in 1. gla. C. de teſt. glo. in cap. ſi te-
ſtis § item teſtis idoneus in verb. filio 4. quæſt. 2. & 3.
Gabr. conſ. 17. num. 9. Soccin. conſ. 3. num. 9. lib. 2.
Pariſ. conſ. 25. lib. 3. Maadoſ. in reg. 18. qu 8. per tot.
Maſcard. de probat. conclu. 1148. num. 14 lib. . . .
Menoch. lib. 2. præſumpt. 51. num. 23. Maurit. de
reſtit. in integ. cap. 317. num. 2. verſ. mihi vero Odd.
eodem tract. p. 1. qu. 37. art. 5. num. 48. Farinac. frag-
ment. crim. p. 1. lit. B. num. 168. & 174. & de teſt.
qu. 54. num. 180. & ſeq. Rot. dec. 1. nu. 3. coram Ca-
ualerio.*

14 Tanto magis, quia non concurrunt alij teſtes in
contrarium deponentes, qui plenam probationem
faciant, quo caſu Matris teſtimonium remanet fide
minutum, vt præſumptionem tantum faciat, vel
ſemiplenam probationem, vt tradunt communiter
*DD. relati per Sforz. Odd. de reſtit. in integ. p. 1. qu.
37. art. 5. ſub num. 57.* eo quia Matri eſt nimis co-

niuncta perſona, & eum diligat filios ſicut ſe ip-
ſam, eius teſtimonium reputatur, vt in cauſa pro-
pria ſi pro filio ſuo admitteretur.
15 Et licet quando probatio ætatis filij tendit in
emolumentum, & eiuſdem vtilitatem, quæ de præ-
ſenti ſit certa, & non conſiſtat in incerto de futuro,
16 Matris atteſtatio non mereatur integram fidem,
hoc tamen non procedit, quando Matris teſtimo-
nium corroboratur dicto aliorum teſtium, in qui-
bus nulla cadit ſuſpicio, vt in præſenti, quia hoc
caſu plenè probat, propter maximam eius ſcientiã,
& ſingularem memoriam circa natiuitatem proprij
filij, vt conciliando contrarias opiniones benè tra-
dit Sforz. Odd. de reſtit. in integ. p. 1. qu. 37. art. 5.
num. 57. verſ. aut probatio in fi.
17 Quibus non aduerſatur, quod huiuſmodi alij
teſtes ſint affines, & Conſanguinei, qui propterea
neque faciunt legitimam, & integram probationem
pro ſuo affine, & Conſanguineo Bero conſ. 95. num.
3. tom. 3. Gabr. in tit. de teſt. conclu. 13. num. 1. &
22. Maſcard. de probat. conclu. lib. 1. conclu. 68. nu. 1.
& conclu. 412. num. 1. cum alijs late congeſtis per Fa-
rinac. in tract. de teſt. tit. de oppoſ. con. perſon. teſt. qu.
54. reg. 1. num. 1. & ſeq.
18 Quia affines, & conſanguinei repelluntur à teſti-
ficando vſque ad quartum gradum, ac proinde cum
præfati teſtes ſint vltra quartum gradum optimè
probant Duen. reg. 384. ampliat. 1. Campeg. in tract.
de teſt. reg. 3. in 3. fallen. Farinac. loco citato dicta qu.
54. reg. 1. num. 23. & 57.
19 De violenta, & meticuloſa profeſſione emiſſa à
Flaminio per vim, & metum incuſſum ab Alfonſo
Patre apertiſſimè conſtat ex dictis multorum teſtiũ
apertè deponentium non ſolum de contraria volun-
tate, & totali auerſione Flaminij de ingrediendo
Religionem, & profitendo verbis, lamentationibus,
reclamationibus, & proteſtationibus, tam ante,
quam poſt profeſſionem expreſsè demonſtrata, quæ
valde incuſſum metum iuſtificant, vt punctualiter
dixit Rot. dec. 205. num. 1. & 2. coram Burat. decis.
242. num. 3. 4. 20. & ſeq. poſt 2. vol. conſ. Farinac.
dec. 533. num. 5. p. 4. tom. 2. rec. conferunt tradita per
Menoch. lib. 3. præſumpt. 4. num. 11. & præſumpt. 126.
num. 17. Amat. Dunozet. dec. 930. num. 1. & 2.
20 Verum etiam de vehementibus minis eiuſdem
Patris, ſcilicet ſi Religionem non ingreſſus fuiſſet,
& poſt ingreſſum habitum dimiſiſſet, & Religionem
21 reliquiſſet nolle eundem in Domo recipere, ſed pe-
nitus exhæredare, & omni commodo ſuæ hæredita-
tis priuare, & in carceribus vſque ad vltimum ſuæ
vitæ ſpiritum in pane, & aqua retinere, quod mina-
rum genus tamquam nimiam ſæuitiam peruerſam-
que animi immanitatem exhibens iuſtiſſimum, me-
tum inducit per text. in cap. Abbas de ijs, quæ vi. Abb.
in cap. 2. num. 1. quod met. cauſ. late Aym. conſ. 187.
numer. 19. & 20. Pariſ. conſ. 77. numer. 34. lib. 1.
Odd. de reſtit. in integ. p. 1. q. 7. numer. 9. 79. & 80.
Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſ. 135. num. 9. Rot. dec.
205. num. 5. cum pluribus ſequen. coram Buratto, &
dec. 242. num. 11. poſt 2. vol. conſ. Farinac. Amat.
Dunozet. dec. 930. per totam tom. 2.
22 Quinimò huiuſmodi metus nempè carceris, de-
negationis victus, aditus paternæ domus, & exhæ-
dationis, ſeu amiſſionis bonorum, æquiparatur
metui mortis, vt per doctrinam Bart. in l. ſi ob tur-
pem num. 6. ff. de condit. ob turp. cauſ. Gram. dec. 18.
num. 11. Rot. dicta dec. 205. num. 9. coram Burat.
23 Ad profeſſionem autem annullandam huiuſmo-
di minarum genus paterna inſuper concurrente
reuerentia ſatis exuberat Abb. in cap. cum verum
num. 8. de regular. Suarez. in decalog. lib. 4. cap. 3. nu.
26. Sanchez. de matrim. lib. 4. diſ. 6. num. 7. Azor. in-
ſtit. moral. lib. 12. cap. 5. qu. 4. verſ. ſi rogeſ. p. 1. latè
Gaſpar. Anton. Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 1. qu. 51.
nu. 5. Burat. dec. 205. nu. 27.
24 Immo quod ex ſolo metu reuerentiali profeſſio
annulletur, ex Portel. Roderic. Farinac. Ric. Baſil. &
alijs tradit Dian. reſol. moral. p. 3. tract. 2. de dub. re-
gular. reſol. 92. vbi ita fuiſſe declaratum non tam per
Sac. Congregationem Cardinalium, quam per Rotam
25 coram Oradino Lattrea decis. Granaten. 63. num. 15. p. 2.
licet contrariam ſententiam teneat Sanchez. de ma-
trim. tom. 1. lib. 4. diſ. 6. num. 18. Ric. in prax. tom. 1.
reſol. 599. num. 4.
26 Metus enim reuerentialis recedentibus minis di-
citur metus grauis, & ſufficiens ad contractum re-
ſcindendum, latè Gaſpar. Anton. Theſaur. quæſt.
forenſ. lib. 1. qu. 51. num. 5. ad tradita per Sanchez. de
matrim. lib. 4. diſp. 6. num. 7.
27 Quamuis ſolus metus reuerentialis abſque minis
non dicatur metus iuſtus, & ſufficiens ad contra-
ctus reſcindendos Theſaur. dicta qu. 51. à nu. 1. San-
chez. dicta diſ. 7. num. 6. verſ. ſexto cum alijs per
Ferentil. ad Burat. dec. 225. lit. B. Rot. dec. 223. nu.
vltim. p. 2. coram Veral. & dec. 341. num. 2. par. 2.
diuerſ.
28 Vlterius inualiditas huiuſmodi profeſſionis cla-
rè etiam reſultat ex defectu probationis legitimæ
vnius anni continui non expletæ iuxta præſcriptum
per Sac. Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. de regular.
cap. 15. vt etiam docent Syluest. in ſum. in verb. Re-
lig. 5. qu. 4. Nauar. conſ. 33. tit. de regul. in antiq.
Suar. de Religioſ. tom. 3. lib. 5. cap. 5. num. 1. Mirand.
tom. 1. Manual. Prælat. qu. 22. art. 7. Tamburin. de
iure Abbatiſſ. qu. 7. num. 2. Rot. in ſulginaten. hære-
ditatis 14. Februarij 1630. §. cum maximè verſ. qua
prohinde coram Veroſpio.
29 Etenim Flaminius ob animum, & intentionem,
quam ſemper fouebat relinquendi Religionem,
ſumpta occaſione rixæ habitæ cum alio Nouitio
receſſit à Nouitiatu, & per aliquod temporis ſpa-
tium extra Religionem permanſit, & licet Religio-
nis Superiorum deinde bonis perſuaſionibus ad
Religionem redierit, tamen imponentibus pæniten-
tiam iterum habitum dimiſit, & quamuis poſtea
præfatorum ſuperiorum monitis reaſſumpſerit, non
propterea ex huiuſmodi receſſu à Nouitiatu, ex
habitus dimiſſione annus probationis dicitur con-
tinuus, vt exigitur de eſſentia profeſsionis, ſed in-
terpolatus, in nihilo refragante reditu ad Noui-
tiatum, & habitus reaſſumptione, quoniam debe-
bat ex integro Nouitiatum inchoare, vt docet Bar-
tol. de Vecch. de Nouit. diſ. 11. dub. 3. num. 5. & 6.
Nald. in ſum. in verb. Nouitius num. 4. cum alijs per
Tamburin. de iure Abbatiſ. q. 8. nu. 3. & 4.
30 Tempus quidem anni probationis non poteſt
frangi, & diſcontinuari ſub quouis prætextu, ita
vt ſi Nouitius non ſteterit continuo intra Clauſtra
Monaſterij, ſed aliquando egreſſus fuerit, & extra
moratus etiam in Domo Paterna cauſa infirmita-
tis, & de licentia ſuperioris, & poſtea regreſſus
31 fuerit ad Religionem, annus debet denuò incipere
à die

Digitized by Google

à die reditus, à quo die dicitur Nouitius, & debet
continuare per Annum, nullo habito reſpectu ad
tempus, quo antea in Nouitiatu permanſit, & ra-
tio eſt ne detur caſus, quo illis diebus, & noctibus,
quibus Nouitius extra Monaſteria degit, occur-
rat in Religione aliqua aſperitas, quam ferre,
vel nollet, vel non poſſet, vnde non profiteri decer-
neret *Bart. in l.fi. §.quoties ff. de pub. Philipp.Franc.
in cap. cum qui ante nu. 3. verſ. ſed ſi Nouitius ff. de
Regal. iur.* in 6. *Alex. conſ. 34. num. 1. lib. 5. Rot.
dec.* 175. *num. 2. p. rec. & in Leodien. profeſſionis* 2.
April. 1666. §.*cuius concluſionis coram Beuilaqua.*

32 Propterea annus probationis debet eſſe integer,
ad hoc vt profeſsio ſit valida, cum detur in ſubſi-
dium humanæ fragilitatis, in Nouitij, & Monaſte-
rij fauorem, vt ille experiatur Religionis aſperita-
tes, & cum illis ſuas vires metiatur, & Monaſterium
eiuſdem Nouitij mores, & animum inſpicere, &
cognoſcere poſſit, vt notatur *in cap. ad Apoſtolicam
de Regular. cap. non ſolum eod. tit. in* 6. *Lapus alleg.*
46. *num.*2. *&* 3. *Rot. dec.*175. *num.* 2. *p.*1.*rec.& in
Leodien. profeſſionis* 14. *Decemb.* 1653. §.*nam profeſ-
ſio, &* 20. *Iunij* 1664. §. *in præſenti autem coram
Priola, & in eadem* 2. *April.* 1666. §.*non releuat co-
ram Beuilaqua.*

33 Quæ adeo certa redduntur, vt incepto proba-
tionis anno, ſi ſuperueniat noua regula, qua anti-
quum, & primum monaſterij inſtitutum, & viuen-
di modus, & forma mutetur, & noua introducatur,
qua Religioſi aſtringantur ad duriorem, & arctiorẽ
diſciplinam, Nouitius à tempore introductionis
nouę regulæ debet permanere per annum in proba-
tione,& niſi elapſo anno à dicto tẽpore nõ eſt admit-
tendus ad profeſſionem, nam inſpecta priori, & la-
xiori regula Religioſus incipere, & perſeuerare po-
terat in propoſito profitendi, vbi è contra ſecuta
alteratione, & agnoſcens ſatis grauari nouis exer-
citijs, vigilijs, abſtinentijs, alijſque in noua, & ſtri-
ctiori regula mandatis, & ſic non poſſe in illa per-
ſeuerare, de facili poteſt mutare ſententiam, & vo-
luntatem non profitendi ſub tali regula, & Reli-
gionem deſerendi, ac proinde neceſſaria,& ineuita-
bilis reputatur permanentia per alium annum in
probatione, licet ſecus ſit in Religioſis iam profeſ-
ſis obligatis ad obſeruantiam Regulæ reformatæ
Rot. in Leodien. Profeſsionis 2. *April.*1666. §. *non
releuat, &* §.*cuius concluſionis, &* §.*fi. coram Beui-
laqua.*

34 Neque prædictis valet obeſſe conſenſus Religioſi
in approbando regulam reformatam, nam huiuſ-
modi conſenſus, & approbatio operatur, & obſtat
profeſſis, qui ratione voti tenentur ad obſeruantiã
nouæ regulæ veteris reformatoriæ, ſecus verò quo
35 ad Nouitios, qui anno probationis carent omni
voce omnique ſuffragio, nec inter Patres connu-
merantur *Ric. deciſ. Curia Archiepiſcopal. Neapol.*
253. *num* 10. *cum duabus ſequen. p.*1. & ob id non
aſtringuntur ad obſeruantiam reformationis, ſub
qua non incæpit, nec perfecit annum probationis
Rot. in Leodien. profeſſionis 14. *Decemb.* 1653. § *nec
refert. coram Priolo, & in eadem* 2. *April.* 1666. §.*fi.
coram Beuilaqua.*

36 Et quamuis ſtante perfectione anni nouitiatus
validè profeſſio emittatur, etiam ſi Nouitius elap-
ſo anno receſſerit à Conuentu ſine licentia ſuperio-
ris non tamen animo dimittendi habitum non tamẽ
hoc caſu receſſus obligat ad reiterandũ annum No-
uitiatus, cum per huiuſmodi receſſum non inter
rumpatur, ex quo Nouitius ante receſſum, annum
compleuit, & expertus fuit onera, & Religionis aſ-
peritates, nec per receſſum fecit actum contrarium
propoſito profitendi, & perſeuerandi in Religione
Syluest. in ſum. in verb. Relig. 5.*q* 4. *Roderiq. quæſt.
Regular.*15. *art.*20. *ad fin. Sanchez.ad Decalog.lib.*5.
*cap.*4. *num.*34. *Dian. reſol. moral. p.*3. *tract.*2. *reſol.*
48. *ad fi. & p.*1. *tract.*5. *reſ.*19. *circa fin. verſ. ſi ve-
rò Bordon. de profeſ. Regular. cap.* 14. *quæſt.* 13. *ſub
verſ. Galuanus*, & ita cenſuiſſe *Sac. Cong. Concil.
refert* Barboſ.*de iure Eccleſiaſt. lib.*1.*cap.* 42. *nu.* 129.
*& in Collect. deciſ. collect.*525.*num.*8. *& collect.*612.
num. 4. *relat. in Meleuitana nullitatis profeſſionis* 10.
*Decemb.*1649. *coram Royas* §.*nam defectus verſ.ſtan-
te perfectione.*

37 Alia etiam ratione deducebatur huiuſmodi anni
probationis defectus, quia Pater Flaminius ſuſce-
pit habitum Religionis die 19. Martij decantatis
veſperis, & profeſſionem emiſit eadem die recur-
rente ſubſequentis anni ſummo mane, & ſic non
expectato termino anni ſcilicet poſt decantatas Ve-
ſperas,& pũcto ſuſcepti habitus,& vt valida ſit pro-
feſſio annus Nouitiatus cõputari debet de momẽto
ad momẽtum, ſiquidem cum voluntas hominum ſit
ambulatoria vſque ad mortem, valdè refert non
præuenire, vt Nouitium in voluntate, & propoſito
profitendi vſq; ad vltimum punctum verè perman-
ſiſſe dicatur tradunt *DD.plenè relati per Dian.reſol.
moral. p.*3. *tract.*2. *de dub. regular. reſol.*57.

38 Non eſt tamen ad hoc effectum neceſſarium, vt
tota dies correſpondens diei ſuſcepti habitus eu a-
cuetur, du mmodo non præueniatur hora, in qua
habitus ſuſceptus fuit, vnde validam eſſe profeſſio-
nem factam eadem die ſuſcepti habitus, quamuis
adfuerit defectus ſeu horarum tradit *Gratian. di-
ſcept. forenſ. cap.*413. *num.* 16.præſertim, quia Con-
cilium requirit annum poſt ſuſceptum habitum,
& conſequenter terminus ſtatuitur ipſi actui, &
39 non diei actus, quod efficit, vt tempus ſtatim com-
putetur, & ſic incipiat ab hora receptionis habitus,
& terminetur eadem hora recurrentis anni, quod
non fuit in præſenti ſeruatum, *ita DD. in cap.ſuper
li.* 2. *de Appellat. Gratian. diſcept. forenſ. dicto cap.*
413. *num.* 21.

40 Cæterum ob defectum probationis vnius anni
continui tempore legitimè non expletæ, Religio
obligare non valet, & profeſſio eſt nulla ne dum
ex iuris communis diſpoſitione, *cap. ad Apoſtol. de
Regular. & cap.*1. *eod. tit. in* 6. verum etiam ex di-
ſpoſitione *Sac. Concil. Trid. ſeſſ.*25. *de Regular. cap.*
15. & vltra ſupra citatos docent *Houd. con.* 78. *nu.*
17. *lib.* 2. *Io. And. in cap.* 1. *de elect. in* 6. *Leſſ. de
iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 7. *num.* 59. *fo. mihi*
447. *Conar. in Coment.*3. *de reg. iur. nu.*45.*Barboſ.in
Concil. Trid. dicto cap.*15. *num.* 10. *&* 15. *Rot. dec.*
246. *num.*1. *poſt* 2. *vol. conſ. Farinac. dec.*175. *nu.*1.
& 2. *p.*1. *recen. & in Leodien. profeſſionis* 2. *Aprilis*
1666. *in prin. coram Beuilaqua.*

41 Hinc non obſtat Patrem Flaminium non recla-
maſſe, & nullitatem profeſſionis propoſuiſſe intra
quinquennium ad formam *Sac. Concil. Trid. ſeſſ.*
25. *de regular. cap.* 19. cum obiectum ceſſet ex fa-
cto, quia conſtat reclamaſſe intra dictum tempus
42 corã proprio Superiori Regulari illius Monaſterij,

Qqq 2 in

In quo profeſſionē emiſit, & coram Ordinario eiuſdem loci, vbi exiſtebat Monaſterium, & ſic ſeruaſſe formam Sac. Concilij Tridentini, vt deciſum refert *Barboſ. in Concil. Trid. dicto cap.19. num.21. & de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 104. num. 12. Tamburin. de iure Abbat. tom. 3. diſ.6. qu.26. num. 3.*

43 Nomine autem ſuperioris, cui commiſſiones ſuper nullitate profeſſionis ex præſcripto Concilij vna cum Ordinario demandantur intelligitur de ſuperiore Monaſterij, & non Religionis, vt deciſum fuiſſe *in Meten. & Romana teſtatur Sel. in ſelect. Canon. cap.80. num.10. relat. per Barboſ. in Concil. dicto cap.19. num. 21. & dixit Rot. in Imolen. profeſſionis 28. Iunij* 1645. *§. nullitas deducitur coram Meltio*, vbi etiam firmatur, quod alias ſententia erit nulla defectu iuriſdictionis.

44 Nec inſiſtendum viſum fuit in huiuſmodi reclamatione, quia ob ſuperuiuentiam Patris Flaminij durauerit eadem cauſa metus, etiam poſt quinquennium, benè potuit ex integro non obſtante eius lapſu reclamare, & cauſam nullitatis ſuæ profeſſionis proponere, vel quia dictum quinquennium non potuit currere, *ex* quo non valenti agere non
45 currit præſcriptio, vel quia attenta iuſta cauſa ipſo iure audiri debet, etiam non obſtante iuramento, quia non ideo præſumitur libera voluntas durante eadem cauſa metus *Rol. conſ.2. num. 76. lib.1. Natta conſ.451. num.3. Ric. reſol. 550. num.2. & 6. verſ. tandem Menoch. lib.3. præſumpt.126. num. 26. lib.3. Sanchez. de matrim lib.7. diſ.37. nu.22. Azor. inſtit. moral. lib.12. cap.4. qu. vltim. ad fin. p. 1. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg 104. num.17. & 18. p.3. Burat. dec. 205. num. 29. & 30. vbi Ferentil. in addit. num. 35. Seraph dec.771. num. 9. in fi. Rot. deciſ. 175. num. 5. p. 1. rec.* Metus autem ſemel illatus
46 ſemper durare præſumitur durante vita illius, qui metum incuſſit, ſeu durante eadem cogendi, & nocendi poteſtate propter, quam ſemper videt timor futuræ malæ tractationis *Rot. deciſ. 579. num. 6. p.1. rec. & late dec. 263. per totam poſt 2. vol. conſ. Farinac.*

47 Et Sac. Concilium in præſenti eſſe intelligendum niſi aliter profeſſi allegauerint legitimas cauſas, ob quas non potuerint intra dictum tempus reclamare, inquit *Lezana in ſumm. quaſt. Regular. cap.2. nu. 7. Tambarin. de iure Abbat. tom.3. diſ.6. qu.25. nu. 7.* Barboſ. *in Concil. ſeſſ.25. de Regular. cap.19. num. 8. vbi alios allegat.* Gratian. *diſcept. 413. num. 9. & diſcept.440. num 25. Diana reſol. moral. p.3. tract. 2. reſol. 53.*

48 Et licet hodie prædicta non ita de plano procedant, ſtante decreto Vrbani VIII. in declarationem alterius Clementis VIII. emanato ſub die 18. Decembris ad effrænandam facilitatem conuolandi ad ſæculum, vt Regulares allegantes nullitatem profeſſionis non poſſint poſt lapſum quinquennium à die profeſſionis ſuper huiuſmodi nullitate audiri, quamuis Religionis ingreſſum prætendatur per vim, & metum, & toto quinquennio perdurauerit eadem cauſa vis, & metus, & ita etiam cenſuiſſe *S. Congr. teſtatur Pariſ. de reſignat. benef lib. 13. q.5 n. 45. fo. mihi 215.* & ex ſententia eiuſdē *S. Congr. ita declaraſſe* Greg. *XIII. tradit Bonacin. in tit. de Clauſ. & pœnis eam violant. impoſit q.2. punct 11. diſſ.4 n.4. verſ. ego vero probabilius exiſtimo fo. mihi 734. Rot. dec.3. n.16. poſt Tamburin. de iure Abbatiſſ.*

49 Tamen ſtante commiſſione, & ſpeciali reſcripto à S.D.D.N. à Patre Flaminio obtento ſuper reſtitutione in integrum aduerſus dicti temporis lapſum, vtique potuit proponere, & iuſtificare cauſas nullitatis ſuæ profeſſionis, vnde hoc caſu datur cautela, vel recurrendi ad Sanctiſſimum *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 104. Vel ad Sac. Congregationem Concilij, ſeu alteram Regularium negotijs præpoſitam, quæ prius cognitis ſaltem ſummariè nullitatibus deducendis, & iuſto impedimento non reclamandi intra quinquennium illius reſtitutionē concedere ſolet, & ita non ſemel fieri vidiſſe teſtatur *Barboſ. in Concil. Trid ſeſſ. 25. de Reg. cap. 19. num.9. & 10. ex Hyeronimo Roderic. in compend. qu. Regular. reſol. 101. num. 71. Nauar. in Lucerna Regular. verbo profeſſio num.31. fo.216. Cyriac. controuerſ. forenſ. tom.2. controuerſ.371. num.37. Portel. de dub. Regular. verb. profeſſio num. 45. verſ. circa quod.*

50 Nec quidquam facit Flaminium poſt emiſſam profeſſionem in Religione per plures annos permanſiſſe, & habitum ab alijs Religioſis geſtari ſolitum portaſſe, ex quo reſultat tacita profeſſio, vel eius ratificatio iuxta text. *in cap. vnico verſ. ſi vero de Regular. in 6. Clem. fi. eod. tit. ibi habitum in aliqua Religione portauerit per annum, hoc ipſo Religionem illam decernimus eſſe profeſſum Nauar. conſ.35. nu.5. de Regular. lib.3. Hond. conſ.68. num. 18. & 22. lib. 2. Sanchez. ſuper Decalog. cap. 3. num. 13. lib. 5. Gratian. diſcept.640. num 20. Azor. inſtit. moral lib. 12. cap.5. qu.3. p.1. Greg. XV. dec. 385. num.6. Rot. dec.3. num. 3. poſt Tambur. de iure Abbatiſ.*

51 Quæ tacita profeſſio eſt potens ad obligandum Religioſum ipſi Religioni, in qua degit, etiam poſt *Concilium Tridentinum ſeſſ 25. cap.15. à* quo tacitæ profeſſiones non fuerunt ſublatæ *Nauar. conſ.28. nu. 3. de Regular. Sanchez. in decalog lib. 5. cap.3. num. 36. Hond conſ. 78. num. 22. Azor. inſtit. moral. lib. 12. cap.4. qu.6. p.1. Emanuel. Rodriq. tom.3. qu. 17. art. p. Gratian. diſcept. 640. num. 34. Rot. dec. 579. num.2. p 1. rec. dec.3. num.5. & 6. poſt Tamburin. de iur. Abbatiſſ.*

52 Nam ceſſat obiectum, quia tacita profeſſio non inducitur per huiuſmodi actus, niſi eliciti fuerint animo profitendi, ſecus autem, vt in præſenti, ſi Religioſus ſe habuerit negatiuè, ſcilicet ſi non habuerit animum profitendi, *vt ex Bart. de Vecb. & Nauar. tradit Tamburin. de iure Abbatiſſ. diſ. 6. qu. 13. num 9. tom.3.*

53 Quod autem Flaminius ſe habuerit negatiuè, patet ex reclamationibus, & proteſtationibus factis, ex quibus omninò tacita profeſſio excluditur *Hond. conſ. 78. num 4. & 25. lib. 2. Menoch. lib. 6. præſumpt.83. num.17. Rot. dec.579. num.3. & 4. p. 1. tom.2. rec. & dec.3. num.11. poſt Tamburin. de iure Abbatiſ.*

54 Et ſtante nullitate profrſſionis inualidè *emiſſæ*, ratificatio nō inducitur ex delatione habitus, alijſque actibus ratificationem importantibus, concurrente reclamatione intra quinquennium facta *Caietan. in 2.2. qu.198. art.5. Leſſ. de iuſt. & iur. lib.2. cap. 41. & dub. 7. num. 63. & 66. Rot. in Parmen. nullitatis profeſſionis* 11. Febr. 1664. *§. nec dicatur coram Beuilaqua, & in Leodien. profeſſionis 14. Decemb.* 1653. *§. fi. coram Priolo,* & in eadem 21 *April.* 1666. *§. fi. in fi. coram* Beuilaqua.

55 Quo-

Digitized by Google

55 Quoniam huiuſmodi actus licet videantur ſpontanei, adhuc tamen dicuntur metu facti, ſi duret eadem cauſa metus *Ruin. conſ.* 121. *num.* 3. *lib.* 4. *Roland. conſ.* 2. *num.* 86. *lib.* 1. *Natta conſ.* 50. *num.* 18. *Pariſ. conſ.* 60. *num.* 34. *lib.* 4. *Ruin. iun. conſ.* 362. *num.* 93. *Grat. conſ.* 38. *num.* 18. *lib.* 1. *Ferentil. ad Burat. dec.* 205. *num.* 35. *in fi. Seraph. dec.* 771. *num.* 10. *Rot. dec.* 589. *num.* 5. & 6. *p.* 1. *recen.*

56 Metus enim nunquam cenſetur purgatus, niſi per lapſum notabilis temporis, ſeu plurimorum menſium, in quibus Religioſus permanſit in Monaſterio poſt mortem illius, qui metum incuſſit iuxta *text. in cap.* 1. *verſ. qui vero de Regular. in* 6. Rot. *dec.* 2. *num.* 2. *poſt Tamburin. de iur. Abbatiſ.* & *dec.* 397. *num.* 2. & 3. *p.* 4. *tom.* 2. *rec.*

57 Actus autem ad effectum inducendi metus purgationem debent eſſe tales, vt referri nequeant ad aliam cauſam, quam ad cauſam dictæ purgationis incuſſi metus, alias quando deſumi poteſt alia coniectura, quam metus purgationis, illa eſt ſumenda, & penitus excluditur ſtantibus reclamationibus, & proteſtationibus à Religioſo, qui inuitus ſuſcepit habitum factis, vnde potius credendum eſt geſtaſſe habitum, & interueniſſe alijs actibus ad formam Regulæ, & ordinis inſtituti à Religioſis expleri ſolitis, ob reuerentiam, ſeu vigore metus, & imperij ſuperioris, cui ille, cum ſit quo ad formam exteriorem in ſtatu Religioſo ſubditus contradicere non poterat, nec poteſt præſertim ante ſententiã, & rem iudicatam ad fauorem nulliter profeſſi, vt magiſtraliter dixit Rot. *dec.* 2. *nu.* 4. & 5. *poſt Tamburin. de iure Abbatiſſ.* & *tenet Aretin. conſ.* 14. *num.* 18. Rol. *conſ.* 2. *num.* 91. & *ſeq. lib.* 1. *Oſaſch. deciſ. Pedemont* 179. *ſub num.* 11. Rot. *dec.* 397. *num.* 5. & 6. *p.* 4. *tom.* 2. *rec.*

58 Hinc eſt quod præſumptio ratificationis profeſſionis tollatur per contrarias præſumptiones, & ſignanter per expreſſam animi declarationem, vt in caſu noſtro *Innocen.* & *alij in cap.* 1. *de eo quod met. cauſ. Dec. conſ.* 18. *num.* 5. & 6. *lib.* 3. *Suarez. de regular. tit.* 3. *qu.* 7. *art.* 5. *in prin. Rot. dicta dec.* 2. *num.* 1. *penes Tamburin. de iure Abbatiſſ. deciſ.* 216. *num.* 21. *p.* 2. *diuerſ.* & *dec.* 397. *num.* 1. *par.* 4. *tom.* 2. *recen.*

59 Diſpoſitio autem *Sac. Concilij Tridentini ſeſſ.* 25. *de Regular cap.* 15. licet procedat in profeſſione expreſſa, multo magis debere habere locum in tacita ex delatione habitus, alijſque actibus profeſſis conuenientibus, in qua ſunt neceſſaria eadem requiſita, ex *Nauar. conſ.* 18. 19. 28. & 32. *de regular.* dixit Rot. *deciſ.* 62. *numer.* 5. *coram Amato Dunozet tom* 1.

Et ita, &c.

SVMMARIVM.

1 Inualidè profeſſus, vt reclamare poſſit quæ requiratur. 1
2 Reclamatio coram quibus ſit facienda.
3 Reclamare, licet contra profeſſionem ob defectum poteſtatis in acceptante.
4 Regulares ordinum militiarum reclamare poſſunt contra profeſſionem.
5 Reclamari poteſt etiam poſt quinquennium ſi non fuerit ſeruata forma Sixti V. de capienda informatione, quæ quomodo ſit capienda demonſtratur num. 6.
7 Inhabiles habentes perpetuum impedimentum reclamare poſſunt etiam poſt quinquennium num. 14.
Inhabilitas ad huoc effectum quæ ſit num. 14.
8 Reclamare licet etiam tranſacto quinquennio, ſi Religioſus admiſſus fuit ab habitum, & ad profeſſionem in Conuentibus non deſignatis a Sede Apoſtolica, qui tenentur denoò profiteri num. 9. Contr. num. 22.
10 Quinquennium ad reclamandum currit Regulari minori. Contr. num. 11. Diſtingue, vt num. 12.
15 Inhabiles ad profitendum ſunt criminoſi, illegitimi, Laborantes morbo gallico, & ob defectũ ſexus n. 16. 17.
18 Quinquennium ad reclamandum à quo tempore incipiat.
19 Reclamatio fieri debet cum retentione habitus.
20 Reclamare non licet etiam intra quinquennium poſt emiſſam profeſſionem tacitam.
21 Profeſſio Equitis Hyeroſolimitani eſt valida ſi fiat extra Conuentum coram Delegato Apoſtolico non obſtante omiſſione ornatus Cingoli.
23 Decretum Vrbani VIII. de non audiendis Regularibus poſt lapſum quinquennij reclamare volentibus aduerſus profeſſionem emiſſam in locis nõ deſignatis.
24 Cognitio cauſæ nullitatis profeſſionis emiſſæ in locis nõ deſignatis priuatiue ſpectat ad Sacram Congregationem Concilij.
25 Profeſſio illegitimi, quando nulla, vt expelli poſſit à Religione num. 27.
26 Illegitimus eſt inhabilis ad Ordines.
28 Conſtitutio, quando dicatur confirmata à Papa in forma ſpecifica, & ex certa ſcientia.
29 Cauſæ expulſionis a Religione ex defectu illegitimitatis cognitio ſpectat ad ſolos Regulares, vel ſimul cũ Ordinario num. 30.
31 Profeſſio illegitimi ſubſtinetur de iure.
32 Chriſti fideles admittendi ſunt ad Religionem.
33 Profeſſus ob incorrigibilitatem ab ipſa Religione abſque Ordinario expelli poteſt.

An, & quando indebitè profeſſus reclamare poſſit.

ADNOTATIO I.

1 INualidè profeſſus, vt reclamare, & audiri poſſit tria requiruntur primo, vt reclamet intra quinquennium à die profeſſionis computandum, 2. cauſas nullitatis deducat coram ſuo Superiore, & Ordinario, 3. vt non dimittat habitum, & ſi dimiſerit non eſt audiendus, ſed ad Monaſterium redire cogitur iuxta diſpoſitionem *Sac. Concilij Tridentini ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 19. *Gratian. diſcept.* 413. *num.* 1. *Barboſ. de offic.* & *poteſt. Epiſcop. alleg.* 104. *num.* 8. & *plurib. ſequen.* Bonacin. *in tit. de Clauſ.* & *pen eam violan. impoſ. qu.* 2. *punct.* 11. *difficult.* 3. *per tot tum* 1 *fo.* 733. *Rot. dec* 3. *num.* 16. & 17. *poſt Tamburin. de iur. Abbatiſ.*

2 Nomine ſuperioris intelligitur Prælatus, qui eius profeſſionem admiſit, vel ille, qui eius loco ſucceſſit, nomine verò Ordinarij intelligitur Epiſcopus, vel eius Vicarius, vel Abbas habens iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vel Capitulum ſede vacante, in quorum Dioecſi Religioſus degit *Bonacin. in tit. de Clauſ.* & *penis violant. ipſius impoſit. qu.* 2. *punct.* 11. *difficult.* 3. *per tot. tom.* 1. *fo.* 733.

3 Vlterius reclamare licet contra profeſſionem, ſi adfuit defectus poteſtatis in acceptante, vt ſi non fuerit emiſſa coram Prælato, ſeu immediato ſuperiori Conuentus, vel Prouinciali, ſeu Generali, quia cum profeſſio ſit contractus inter Religioſum, & Religionem vltro citroque obligatorius, exigitur in eo, qui Religioſi obligationem acceptare debet, mandatum, & neceſſaria facultas, quam tantum

ſupra-

Digitized by Google

ſupradicti Superiores Religionem rapræſentantes habent, *Bonac. loca proximè citato qu. 2. punct. 10. diſ. 2. §. 6. num. 1. & per tot. tom. 1. ſo. 731.*

4 Ius autem reclamandi iuxta formam *S. Concilij Tridentini ſeſſ. 25. de Regular. cap. 19.* non ſolum competit Religioſis cuiuſuis ordinis Regularis, verum etiam Regularibus Ordinum militiarum, & ita cenſuiſſe Sac. Congregationem teſtatur, *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 8. num. 61. verſ. ſic vidimus, & num. 62. Barboſ. in Concil. Trid. d. c. 19. nu. 3.*

5 Nulliter profeſſus, quia non fuit in eius informatione ſeruata forma Sixti V. de qua late *Fr. Barthol. de Vecchis in prax. obſeruan. in admittendis ad Religionis ſtatum nouit. diſ. 6.* poteſt etiã poſt quinquennium reclamare, vt potè quia eorum profeſſio annulletur propter bonum commune Religionis, adeout huiuſmodi defectus non cenſetur ſublatus per tacitam profeſſionis ratificationem, nam vt ait *Sixtus V. in ſua ſecunda conſtitutione moderatoria, & declaratoria primæ*, ſed cum eadem ratio vigeat in tacita profeſſione emittenda, quæ militat in expreſſa, ſtatuimus quod in quibuſuis ordinibus, & Religionibus, nec etiam tacita profeſſio quorumcunque Religioſorum induci poſſit, nec inducta intelligatur, niſi in receptione forma conſtitutionis ſeruata fuerit, ac proinde ex verbis dictæ conſtitutionis apertè colligitur reclamationem admittendam eſſe etiam poſt quinquennium, cum tacita profeſſio, ſeu ratificatio profeſſionis induci nequeat, niſi poſt quinquennium, ex quo actus eam inducentes antea facti ob ius competens reclamandi, eiuſque tempore pendente non ſunt habendi in conſideratione, & conſequenter ſi poſt quinquennium tacita profeſſio habetur prò non inducta, neceſſario ſequitur permiſſam eſſe reſpectu huius defectus reclamationem, *Aloyſ. Rit. in prax. for. Eccleſ. reſol. 550. in fi. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 104. num. 20. & in Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 19. de regular. num. 20. Villalob. in ſum p. 2. tract. 35. diffic. 25. num. 8. Rot. deciſ. 175. num. 3. p. 1. recen.*

6 Diligens verò informatio iuxta formam dictæ Sixtinæ conſtitutionis capienda de parentibus, patria, vita & moribus, eſt neceſſaria etiam ſi Nouitius recipiat habitum in propria patria, vbi ſint benè cogniti, & noti eius parentes, vt ſi exiſtant nobili genere nati, & inquirendum eſt etiam quo ad mores, quamuis religionem ingreſſurus vix pubertatis annum attingeret, nec ſufficit quod huiuſmodi informatio in voce capiatur à duobus Monaſterij fratribus, quia præfata conſtitutio vult informationem captam approbari in generali, vel Prouinciali Capitulo, & vlterius procedit annullando profeſſiones aliter factas, & propterea non poteſt à fratribus hæc forma immutari præcipuè attenta Clauſula decreti irritantis in conſtitutione appoſita, quæ inducit nullitatem actus in contrarium geſti, & ligat non ſolum ſcientes, ſed etiam ignorantes, vt animaduertit *Gratian. diſcept. 440. num. 15. 16. & 17. tom. 3. Rot. dec. 175. num. 4. & 5. p. recen.*

7 Inhabiles quoq. ad profitendum, nempe qui habent perpetuum impedimentum, etiam tranſacto quinquennio reclamare poſſunt, quia ratione inhabilitatis, quæ ſemper obſtat nunquam præſumuntur tacite profeſſi, & Concilium non loquitur de huiuſmodi perſonis, vt obſeruat, *Nauar. conſ. 26. num. 12. & vltim. de Regular. Sanctarel. var. reſol. qu. 48. num. 36. Tamburin. de iure Abbat diſ. 6. qu. 26. cum alijs per Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. cap. 19. num. 19.* ſed ego contra *Nauar.* dicerem quod etiam hic caſus comprehendatur ſub diſpoſitione Concilij, qui Concilium permittens reclamari poſſe ob nullitatem profeſſionis emiſſæ per vim, & metum, vel ante legitimam ætatem, vel ob non integrè expletum probationis annum, loquitur demonſtratiuè, & non taxatiuè, ita vt non excludat alios caſus, quibus de iure communi, vel vigore aliarum SS. Pontificum conſtitutionum profeſſio redditur nulla, vnde per viam reclamationis licet proponere nullitatem profeſſionis, ita apertè demonſtrant verba eiuſdem Concili, ibi *Quicunque regularis prætendat per vim, & metum ingreſſum eſſe Religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam profeſſum fuiſſe, aut quid ſimile* ſi ponderentur iſta vltima verba, *aut quid ſimile* quæ extendunt diſpoſitionem, & referuntur ad alias cauſas vltra expreſſas.

8 Reclamare pariter licet ſi Religioſi etiam Conuerſi ad habitum regularem ſuſcipiendum admiſſi fuerint, & annum probationis expleuerint, vel profeſſionem emiſerint, non in Conuentibus, Monaſterijs, & Domibus auctoritate Sanctæ Sedis Apoſtolicę deſignatis, cum huiuſmodi admiſſio, & profeſſio reddatur penitus nulla, ac irrita ad quemcunque effectum, iuxta *decretum Clementis Papæ VIII. de Nouitijs ad habitum Regularem, & profeſſionem non admittendis niſi in Conuentibus deſignandis, emanatum ſub die 12. Martij 1596. renouatum, & ampliatum 20. Iunij 1599. & confirmatum à Sac. Cong. Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. DD. S.R.E. Cardinalium Sac. Concilij Tridentini interpretum auctoritate Vrbani VIII. ſub die 22. Septemb. 1624.*

9 Hanc autem nullitatem proponi poſſe etiam vltra quinquennium patet, non ſolum quia ſupradictæ conſtitutiones emanauerunt poſt Concilium, verum etiam apertè colligitur ex conſtitutione *Vrbani VIII. ſuper profeſſionibus per Regulares emiſſis in locis non deſignatis incip. ad futuram rei memoriam, emanata ſub die 11. Aprilis 1631.* ibi *Quatenus omnes, & ſingulos Religioſos prædictos, qui ad habitum regularem alias canonicè recepti annum probationis in Monaſterijs, ſeu domibus regularibus ad id deſignatis minime fecerint, ſubinde profeſſionem nihilominus emiſerint, ad profeſſionem denuo ſeruatis, alias ſeruandis emittendam, quæ ſic emiſſa, illis, & eorum cuilibet, tam in foro interiori, quam exteriori ſuffragari debeat, abſque nouo probationis anno ex ſpeciali huius Sanctæ Sedis benignitate auctoritate noſtra Apoſtolica recipiant, & admittant.* Hinc eſt, quod tacita profeſſio non ſuffragatur, dum conſtitutio exigit nouam, ad quam etiam poſt quinquennium ſi Religioſus ex eius libera voluntate, non fuerit admiſſus, vel inuitus, & negatiue ſe habeat ad nouam profeſſionem emittendam, diſpoſitio Conciliaris non videtur obſtare, quin poſſit reclamare, & habitum dimittere, etiam elapſo quinquennio, ob cuius temporis curſum in tantum Concilium prohibet huiuſmodi reclamationes, in quantum ſe fundat in profeſſione tacita, quæ excluditur ab Vrbana conſtitutione, dum mandat ad nouam ita male profeſſos admittendos eſſe ſeruatis

alijs

alijs de iure ſeruandis, vt latè comprobatur, & hęc materia diſcurritur, & referuntur ſupradicta decreta Clementis VIII. & Vrbani VIII. *in propugnaculo Franciſci Micœni ad Apologias Admodum RR. PP. Fratris Io Franciſci Caſtelli, & Fratris Franciſci Bordonij impreſſ. Venetijs* 1636.

10 Quinquennium ad reclamandum ſtatutum per Sacrum Concilium currere Regulari minori tenet *Aloy. Ric. in prax. fori Eccleſiaſtici deciſ.* 658. *in* 1. *edict. & reſol.* 551. *in* 2. *edict.*

11 Contrarium quod non currat tempore inhabili durante pupillari ætate, aut aliqua cauſa nullitatis irremiſſibilis alicuius inhabilitatis perſonalis, non obſtante diſpoſitione Sac. Concilij Tridentini, quæ reſtringitur ad cauſas temporaneas, & non perpetuas, quæ habent tractum ſucceſſiuum, & etiam poſt quinquennium durant *Flores de Menna. var. lib.* 3. *qu.* 23. *num.* 68. *Miranda in manual. Prælator. tom.* 1. *qu.* 30. *art.* 1. *concluſ. vnica in med. Aloy. Ric. dicta reſol.* 650. *num.* 6. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 104. *num.* 21.

12 Diſtinguendum tamen videtur prò conciliatione ſupradictarum opinionum, quod durante minori ætate infra decimum ſextum annum quinquennium ad reclamandum minori minimè currere, ſecus verò poſt decimum ſextum annum in caſibus ab eodem Concilio expreſſis, ſiquidem maior ſexdecim annorum, cum habilitetur per Concilium ad profitendum, habetur ad hunc effectum pro maiori, vnde ceſſante minori ætate currit quinquennium licet ſit minor 25. annorum.

13 Si verò inhabilitas ſit perpetua, quia ſemper ſe habet negatiuè, etiam maiori non currit quinquēnium *Ricc. Miranda, & Barboſ. in locis proximè relatis.*

14 Inhabilitas autem ad hunc effectum, vt perpetua, & ſufficiens dicatur conſiſtere debet in defectu intrinſeco in perſona, etiam antequam procedatur ad actum ſibi interdictum, & ſic debet inhærere perſonæ vti eius defectus habens tractum ſucceſſiuum continuò impediens iuxta exempla allata à
15 *Sanchez. de matrim. lib.* 7. *diſ.* 37. *num.* 30. vbi exemplificat in criminoſis, & illegitimis iuxta con-
16 ſtitutionem Sixti V. Laborantes morbo gallico
17 item in defectu ſexus, & ſimilibus,

18 Quinquennium verò ſtatutum ad reclamandum in profeſſione expreſsè facta incipit à die, quo quis eam emiſit, in tacita verò à die, quo quis emiſit actus ad ſolos profeſſos attinentes, *Franciſ. Leo in Theſaur. Eccleſ. cap.* 1. *num.* 4. *Nauar. in Lucerna Regular. verb. reclamare num.* 3. *pag.* 223. *Tamburin. de iur. Abbat. diſ.* 6. *qu.* 25. *num.* 5. & 6. *Ludouic. Mirand. in manual. Prælat. tom.* 1. *qu.* 30. *art.* 1. *conclu. vnic. prope fi. Azor. inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12 *cap.* 4. *qu.* 10. *verſ poſtremo Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 104. *num.* 16. & *in Concil. Trid. ſeſſ.* 25 *de regular. cap.* 19. *num.* 7. *Bonacin. de Clauſ. & pænis eam violant. impoſit. qu.* 2. *punct.* 10. *diſ.* 4. *num.* 1. & 2. vbi ſubdit diem illum computandum eſſe de momento ad momentum, *Pignatel. conſult. canon.* 86. *num.* 11 *verſ vnde.*

19 Ad hoc autem vt ipſa reclamatio admitti debeat ſpecialiter exigitur, vt fiat cum retentione habitus Religionis, & quatenus Regularis demiſerit non eſt audiendus, niſi reaſſumpſerit, *Campan. in diuerſ. iur. canon. rub.* 12. *c.* 11. *num.* 18. *Suar. de Relig. tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 3. *nu.* 14. *Portel. in dub. Regular. verb. profeſſionis nullitas num.* 45. *Diana reſol. moral. p.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 53. *in fi. Tamburin. de iure Abbat. tom.* 3. *diſ.* 6. *qu.* 26. *num* 2. *Gratian. diſcept.* 413. *num.* 7. & 8. *Villalob. in ſum. tom.* 2. *tract.* 35. *diſ.* 15. *num.* 4. *Lezana in ſum. qu. Regul. cap.* 2. *num.* 8. *Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop. alleg.* 104. *num.* 12. & *in Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 19. *num.* 24. *Miranda in manual. Prælator. tom.* 1. *qu.* 30. *art.* 6. *conclu.* 1. *Ric. p.* 4. *dec.* 48. *num.* 10.

20 Quamuis Sacrum Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 19. permittat infra quinquennium reclamare poſſe aduerſus nullitatem profeſſionis, eiuſque cauſæ cognitionem infra dictum tempus admittat, hoc tamen procedit in profeſſione expreſſa, in profeſſione vero tacita, ſolum quando datur probatio reclamationis reiteratæ, & ſufficientis ante profeſſionem tacitam. nec ex eo quod permittatur diſcuſſio cauſæ nullitatis profeſſionis, ſequitur quod profeſſio tacita declarari debeat nulla, ſi ante reclamationem fuit ſecuta ex actibus de iure communi ad illam requiſitis, nam tunc per ratihabitionem cum reconualidetur expreſſa præcluditur via amplius reclamandi, quod enim ſemel placuit amplius diſplicere non debet, *Roderic. qu. Regular. tom.* 3. *qu.* 17. *art.* 15. & *cenſuit Sac. Cong. in vna Neapolitana* 3. *Aprilis* 1621. Scilicet Sacra &c. *reſpondit Oratorem videri tacitè profeſſum, ac propterea reſtitutionem petitam aduerſus profeſſionem non eſſe concedendam, de qua Pignatel. conſult. canon.* 145. *num.* 49. & 52.

21 Reclamare non licet Equiti Religionis Hieroſolimitanæ aduerſus profeſſionem, tamquam emiſsā extra Conuentum, dummodo emiſſa fuerit coram Delegato Apoſtolico obſeruata forma præſcripta in Pontificali Romano confirmato per Clementem VIII. de anno 1596. *in tit de creat milit. Regul* cum reddatur valida, non obſtante omiſſione ornatus Cinguli militaris, quia ſolemnitas Cinguli, inducta dumtaxat fuit ad diſtinctionem graduum militum, cum ſolum Eques Iuſtitiæ decorari debeat eodem Cingulo, non autem Eques Sacerdos, & Inſeruiens, vt firmauit Rot. *in Meleutana nullitatis profeſſionis* 10. *Decembris* 1649. *coram Royas* §. *defectus vero Cinguli vſque ad finem.*

22 Licet rationes ſuperius adductæ *num.* 8. & 9. valdè vrgeant pro admittenda reclamatione etiam tranſacto quinquennio aduerſus receptionem habitus, & profeſſionis emiſſionem in locis à Sancta Sede non deſignatis, tamen ne detur anſa exhauriendi Religiones, ſuſcitandi motus Regularium inquietudines, ſcandala, & damna irritandi renunciationea, electiones ſuperiorum, aliaque acta ab eiſdem geſta emanauit decretum Vrbani VIII. tenoris ſequentis.

23 *Sanctiſſimus Dominus Noſter Vrbanus Diuina prouidentia Papa VIII. ad occurrendum motibus, qui poſſunt in Religionibus oriri occaſione receptionis Nouitiorum, & profeſſionis per eos emiſſæ in conuentibus non deſignatis, contra formam decretorum ſanct. memor. Clementis VIII. de Nouitijs ad habitum regularem, & profeſſionem non admittendis, niſi in conuentibus deſignatis, audita ſuper hoc ſententia Sacræ Congregationis Concilij declarauit, & decernit huiuſmodi receptos, & profeſſos contra formam dictorum decre-*

torum

Digitized by Google

torum allegantes propterea nullitatem receptionis, & profeſſionis, non poſſe ſuper huiuſmodi nullitate poſt lapſum quinquennij à die profeſſionis quoquo modo audiri.

24 Quod ſi aliqui contra formam præfatorum decretorum recepti, *& profeſſi, e Religione infra quinquennium exire, vel ſuperiores extra eam reſpectiuè eijcere voluerint, eadem ſanctitas ſua decreuit, vt tam ipſi Profeſſi, quam Superiores reſpectiuè teneantur iura, quæ ſibi ſuaere viſa fuerint prius deducere coram eadem* Sacra Congregatione Concilij, *quæ ex ſpeciali etiam Sanctitatis ſuæ facultate prouidebit, inhibendo præterea Patriarchis, Primatibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & Prælatis inferioribus iuriſdictionem exercentibus, ac quibuſcunque Iudicibus Ordinarijs, & Delegatis, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditoribus, &* S. R. E. Card. *etiam de latere Legatis, Sediſque Apoſtolicæ Nuntijs ne impoſterum in hoc quoquo modo ſe ingerant abſque ſpeciali eiuſdem ſanctitatis commiſſione, ſub pæna ipſo facto incurrenda quoad Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates, & Patriarchas interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, quo ad Abbates, & Prælatos inferiores, & alios Iudices prædictos excommunicationis latæ ſententiæ, quo vero ad Nuntios, &* S. R. E. Card. *etiam de Latere legatos indignationis ſanctitatis ſuæ, & pænarum arbitrio eiuſdem imponendarum, ſi vero ijdem, vt ſupra recepti, & profeſſi iuribus ſuis minimè deductis coram* Sacra Cong. Concilij, *& ſine illius expreſſa licentia à* Religione *exire, vel ſuperiores eos eijcere auſi fuerint, ipſi recepti, & profeſſi tamquam Apoſtatæ puniantur, & prò talibus habeantur, nec non contra eoſdem iuxta formam decreti de* Regularibus *Apoſtatis, & eiectis eiuſdem ſanctitatis ſuæ iuſſu ab eadem* Sacra Congreg. *ſub die 21. Septemb. 1624. editi procedatur, Superiores, qui eiecerint pænam ſuſpenſionis à diuinis, nec non priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebant, ac perpetuæ inhabilitatis ad ea impoſterum obtinenda, vociſque actiuè, ac paſſiuè ipſo facto, abſque alia declaratione incurrant.* Datum Romæ *die 5. Ianuarij* 1636.

25 Profeſſio emiſſa cum defectu illegitimatis celato, & non detecto redditur nulla, & Religioſus profeſſus expelli poteſt, ſi in Religione extet conſtitutio de expellendo Religioſo, qui defectum illegitimitatis celauerit, ſtatim ac ſciatur, etiam ſi profeſſionem emiſerit, dummodo huiuſmodi conſtitutio confirmata fuerit à Sede Apoſtolica in forma ſpecifica, ſecus ſi in forma communi, in quibus terminis procedit multorum Doctorum præcipuè moralium ſententia, quod huiuſmodi ſtatuta non valeant, ſcilicet ſi non habeant confirmationem Apoſtolicam in forma ſpecifica, eoque magis, quia conſtitutio excludens à Religione illegitimos, non eſt contra ſed ſecundum ius, cum tales in peccato generati, vt plurimum ſolent eſſe imitatores incontinentiæ paternæ, & hæredes ſenſualis genitoris affectus deprauatique ſenſus, ac proinde ad ſa-

26 cri Altaris Miniſterium ſunt inhabiles, vt in *cap. 1. diſ. 56. cap. 1. de fil. presbyt. in 6.* & in omnem caſum huiuſmodi conſtitutiones non ſunt contra ius, ſed præter ius, accedente præterea conſtitutione Sixti V. ingreſſum Religionis prohibente illegitimis, quæ licet tamquam moderata, & redacta ad terminos iuris communis per Gregorium XIV. & Clementem VIII. hodie non liget, nihilominus redditur canonizatoria regularium conſtitutionum hoc idem diſponentium, cum à ratione legis correctæ, vel reuocatæ argumentari poſſit, vt inquit *Salgad. in Laberint. creditor. p. 2. cap. 29. nu. 26.*

27 Et quamuis nullitas profeſſionis non reſultet ex dictis Regularibus ſtatutis conſideratis tamquam legibus, reſultat tamen ex defectu conſenſus Religionis negatiuè ſe habentis quo ad receptionem, & profeſſionem illegitimi, vnde profeſſio tamquam contractus initus inter Religionem, & Religioſum ex huiuſmodi conſenſus defectu ſubſiſteri nequit, vt alijs congeſtis comprobat, *Pignatel. conſult. canon. 87. à num. 1. vſque ad 7.*

28 Præfata verò Religionis conſtitutio dicitur confirmata in forma ſpecifica, & ex certa ſcientia, dum in confirmatione expreſſus ſit eius tenor, de verbo ad verbum, & re mature diſcuſſa ad relationem Protectoris iuxta, *Gloſ. in cap. paſtoralis §. propterea de offic. delegat.* Roman. *conſ. 327. num. 7. Abb. in cap. 2. num. 6. de confirmat. vtil. vel inutil.* Rot. *decis. 192. num. 3. circa fi. p. 1. recen.*

29 Expulſio autem illegitimi à Religione fieri poſſe per ſolam Religionem, eiuſque Generalem cum interuentu plurimorum Patrum ex grauioribus abſque interuentu Ordinarij, & ſic non ſeruata forma Sacri Concilij Trid. *ſeſſ. 25. de Regular. cap.* 19. reſultat ex facultate attributa ex tenore ſupradictæ conſtitutionis in forma ſpecifica à S. Pontifice confirmatæ, vt potè quia hæc nullitas profeſſionis prouenit ex municipali, & particulari conſtitutione, & diſpoſitio Sacri Concilij procedit in nullitate proueniente à iure communi, *ita ex Nauar. probat Sanchez. de Matrim. diſ. 37. nu. 31. lib. 7.* Rodriq. *tom. 3. quæſt.* Regul. *c. 1. art. 2. Peyr. de* Relig. *ſubd tom. 1. qu. 1. cap. 25. §. 4. Ceſped. de except. cap. 3. dub. 48. Pellizar. in Manual.* regul. *tr. 2. cap. 3. qu. 15. §. 28. & 29. latè Pignatel. conſult. canon. 87. a num. 8. vſque ad 15.*

30 Contrarium, quod huiuſmodi expulſio ſit facienda ſeruata forma Sacri Concilij Tridentini, ſcilicet etiam cum interuentu Ordinarij non eſt dubitandum, cum diſpoſitio Conciliaris habeat locum in quacunq; inualiditate profeſſionis, ibi *quacunque de cauſa*, & ita pluries declaraſſe Sacram Congregationem Concilij patet ex declarationibus, & decretis relatis per *Pignatel. conſult. canon. 87. num 16. & 17. & vſque ad fi.* ſiquidem Regulares cum hoc caſu agant propriam cauſam Religionis non habentur pro Iudicibus vndequaque integris, & ſat eſt, vt hic caſus ex identitate rationis comprehendatur in diſpoſitione Conciliari, licet non fuerit expreſſus, cum Concilij verba ſint demonſtratiuè, & non limitatiuè intelligenda, & hanc ſententiam tuetur *Bordonus reſol. 23. num. 7. & late comprobat Pignatel. conſult. canon. 87. à num. 16. vſque ad fin.* vbi contrarijs reſpondet, & non obſtare confirmationem Apoſtolicam *num. 26.* oſtendit.

31 De iure verò communi ſubſtinetur profeſſio in Religione etiam per illegitimos emiſſa; *cap. 1. diſ. 56. cap. 1. de fil. presbyt.* ex ratione quod filijs non poſſunt iniquitates parentum obeſſe, vt latè comprobat *Bordon. in tract. de profeſſ. cap. 2. qu. 52.* Tum etiam attenta conſtitutione Gregorij XIV. & Clementis VIII. reducentibus conſtitutionem Sixti V. ad terminos iuris communis, iniungentibus Superioribus Regularibus, vt inquirant diligenter

ante

ante admiſſionem, & profeſſionem de legitimitate, ad tradita per *Lezan. in ſum. tom. 1. cap. 24. nu. 21. & tom. 4. verb. Nouitij nu. 12. & 22.*

32 Quinimmo de iure canonico immo diuino expreſsè cauetur, vt omnes Chriſtifideles nõ habentes canonicum impedimentum ſint admittendi ad Religionem, & vota Religioſa, quia in Eccleſia Dei non eſt diſtinctio perſonarum Iudæi, Greci, &c. *Pignatel. conſult. canon. 87. num. 3. circa fi.*

33 Expulſio tamen Religioſi profeſſi ex capite incorrigibilitatis, vel ob alia crimina, & enormia flagitia fieri poteſt per ſolam Religionem, eiuſque Generalem, cum interuentu plurimorum Patrum ex grauioribus, abſque interuentu Ordinarij, tum ex iuris diſpoſitione, tum ex decretis Sacræ Congregationis Concilij per Summum Pontificem approbatis, atque inſertis in Bullario inter conſtitutiones *Vrbani VIII. ſub conſtit. 26. de qua Pignatel. conſult. canon. 87. num. 10. verſ. Hinc propterea.*

S V M M A R I V M.

1 Cauſa nullitatis profeſſionis agitari debet inter Religioſum, & Religionem.

Conſanguinei religioſi non ſunt citandi, nec audiendi in iudicio reclamationis ibid. & num. 3. Contrarium num. 12.

2 In iudicijs conſiderari debet, quod principaliter agitur.

4 Conſanguineus non eſt admittendus ad retractandam ſententiam ſuper nullitate profeſſionis.

5 Nec poteſt ab hac ſententia appellare.

6 Legitimus contradictor dicitur ille, ad quem cauſa principalis ſpectat.

7 Neque is, cuius ius principaliter non tangitur.

8 Tertius pro ſuo iure poteſt à ſententia appellare, etiam ſi principalis acquieuerit.

9 Amp. procedere licet tertius non habeat intereſſe principale, ſed ſecundarium.

10 Limit. quando ius tertij ſit ſeparatum, & alienum à iure principaliter intentato.

11 Iudicium nullitatis profeſſionis nihil commune habet, cum iudicio ſucceſſionis, & intereſſe bonorum.

13 Profeſſionis validitati omnia iura fauent,

In cauſa reclamationis, an conſanguinij ſint audiendi.

ADNOTATIO II.

1 QVoniam cauſa nullitatis profeſſionis ſolum agitari debet inter Religioſum, & Monaſterium, eo quia profeſſio vti contractus reciprocus inter profitentem, & Monaſterium, ſeu Religionem, ab eorum tantùm conſenſu, & voluntate pendet retractare, vel ratam habere ipſam profeſſionem, hinc eſt quod Religioſi conſanguinei non ſunt admittendi ad defendendam profeſſionem, nec audiendi in exceptionibus, & oppoſitionibus ad impugnandam reclamationem, non autem eius diſſolutio retractari debet ab alio, qui à contractu profeſſionis eſt penitus extraneus, nec intereſſe bonorum reputatur ſufficiens cauſa, vt conſanguinei reputentur legitimi contradictores, cum huiuſmodi intereſſe non concernat validitatem, ſeu inualiditatem profeſſionis, ſed ſucceſſionem bonorum, cuius cauſa eſt omnino diuerſa, diuerſo propterea iudicio pertractanda, vt eleganter comprobat *Larrea dec. Granaten. 63. à num. 5. vſque ad 11. & per tot. p. 2. bene Gratian. diſcept. 850. num. 3. verſ. nec pro intereſſe & num. 4.*

2 In iudicijs autem conſiderari debet quod principaliter agitur, & non quæ in conſequentiam venire poſſunt, iuxta *conſ. Alex. 119. num. 16. lib. 6.* reſpectu enim finis iudicij reclamationis, an valeat, vel non valeat profeſſio, non cadit conſideratio bonorum ſucceſſionis, licet veniat in conſequentiam, & conſequenter nullo modo eſt attendenda, cum militet diuerſa ratio, & penitus reputetur impertinens huiuſmodi acceſſorium cum validitate, ſeu nullitate ipſius profeſſionis, *Tuſch. pract. lit. P. conclu. 662. per tot. Larrea dec. Granaten. 63. num. 8. & 19. p. 2.*

3 Propterea conſanguinei in hoc iudicio non ſunt citandi, quia hæc cauſa ſolum tractari debet cum Monaſterio, cui principaliter defenſio competit, & tantummodo citandus eſt ille, ad quem principaliter cauſa ſpectat, non vero alius, qui in conſequentiam lædi poſſit, vt de communi Doctorum calculo tenet *Iaſ. in l. filiusfamilias §. Diui num. 92. ff. de legat. p. Caſtil. 5. tom. controu. 2. p. cap. 196. num. 12. ad late tradita per Giurb. deciſ. 1. num 14. Seſſe deciſ. 5. nu. 50. vbi adducit text. in l. ſi patroni 55. fi. ff. ad S. Conſult. Trebellian. Larrea deciſ. Granaten. 63. ſub num. 5. & 13. in fi.*

4 Immo conſanguineus, qui pro ſuo intereſſe, & bonorum ſucceſſione intendit reuocare ſentẽtiam, quę profeſſionis nullitatem declarauit, non eſt admittendus, præcipue ſi Monaſterium, cum quo principaliter lis agitata fuit, acquieſcat ſententię, eoque magis ſi fecerit tranſitum in rem iudicatam, ex quo ſententiæ executionem extraneus impedire non poſſit, etenim conſenſu Monaſterij non appellantis, & acquieſcentis ſententia executionem meretur tamquam iuſta, cuius executio ſicut impedi-
5 ri non poteſt, à conſanguineo, ita appellatio ſi ab eodem interponatur tamquam friuola eſt reijciẽda, & penitus redditur inefficax ad ſuſpendendum ſententiæ effectum, *Tuſc. lit. A. conclu. 377. num. 39. Seſſe dec. 114. num. 10. p. 2. & latè comprobat Larrea deciſ. Granaten. 63. à num. 5. vſque ad 13.*

6 Nunquam autem quis efficitur legitimus contradictor ſi ad eundem cauſa ipſa, eiuſque defenſio principaliter non ſpectet, ac proinde ſicut non eſt admittendus in primęua iudicij inchoatione, ita eſt repellendus ad ſuſpendendam, vel impediendam eius executionem poſt emanatam ſententiam, & in cauſa concluſum, *Alex. in l. ſæpe num. 77. verſ. circa primum ff. de re iudic. Didac. pract. qu. cap. 13 ſub num. 1. verſ. & legitimus contradictor. Comitul. deciſ. 133. num. 10. Mohed. dec. 8. de ſeat. & re iudic. Rot. in Peruſina bonorum 18. Iunij 1649. §. quia nec in facto coram Emin. Card. Corrado.*

7 Neque propterea reputatur legitimus contradictor is ad aliquod impediendum, dum principaliter non tangitur ſuum ius *Rot. dec. 147. num. 4. p. 6. recen.* in iudicio quidem nullitatis profeſſionis non tangitur niſi ius Religionis erga Religioſum, & Religioſi erga Religionem quo ad vinculum, & obligationem perſeuerandi, aut ab eadem recedendi, non autem ius Religioſi quo ad intereſſe bonorum, eiuſque ſucceſſionem, de qua nulla fit menſio à Sacro Concilio Tridentino, à quo tantum tribuitur

Ius reclamandi intra quinquennium, vt ſupra demonſtrauimus.

8 Et quamuis tertius, qui prò ſuo intereſſe liti aſſiſtere intendit poſſit à ſententia appellare, etiam ſi ille de cuius intereſſe principaliter agitur ſententiæ conſenſerit, *l. à ſententia* 5. *ff. de appel. Scaccia de appel. qu.* 17. *lim.* 6. *memb.* 4. *num.*100. *Gail. obſer.*70. *num.* 11. *Surd. conſ.* 71. *num.* 19. *Menoch. conſ.* 28. *num.* 28. *Couar. practic. cap.* 13. *num.* 1. *Caualcan. deciſ.* 5. *num.* 42. *p.* 4. *Monter. à Quena dec.* 42. *num.* 94. *Larrea dec. Granaten.* 63. *num.* 1. *p.* 2. *Lancellot. de attentat.* 2. *p. cap.* 12. *ampliat.* 14. *nu.* 2. 11. *&* 12. *c.* vbi quod reſpectu tertij executio dicitur attentata, licet pars principalis ſententiæ acquieuerit, *Cancer. lib.* 2. *var. cap.* 16. *num.* 56. *& ſequen.*

9 Quod procedit etiam ſi tertius non habeat intereſſe principale, ſed ſecundarium, & conſecutiuum, quia nihilominus poteſt liti ſe ingerere, & aſſiſtere, *l. ſi ſuſpecta* 29. *ff. de inof. teſtam. Auth. tunc ſi hæres C. de litigioſ. l. principaliter* 19. *C. de liberal. cauſ. cap. cum ſuper de re iudic. Scaccia de appel. qu.* 5. *nu.* 37. *Couar. practic. qu. cap.* 13. *num.* 1. *verſ. primum ex ijs Gail. practic. obſer.* 71. *num.* 7. *Ginth. dec.* 1. *num* 1. *&* 2. *Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſin.* 26. *num.* 25. *Monter. dec.* 42. *num.*94. *Larrea deciſ Granaten.* 63. *num.* 2. *Rot. dec.* 618. *num.* 3. *p.* 2. *recen.*

10 Limitantur tamen prædicta quando ius omnino eſt ſeparatum, & alienum à iure principaliter in iudicio deducto, nam hoc caſu non admittitur, vt in iudicio interueniat, ſed noua opus eſt inſtantia, & nouo proceſſu, vt tertius propterea appellare nequeat, *l. ſæpe* 5. *ſed ſcientibus de re iudic. l. penult. ff. de petit. hæred. l. is à quo ff. de re iudic. Gail. lib.* 1. *pract. obſeruat.* 69. *num.* 1. *& obſer.* 70. *num.*24.

11 Ius autem reclamandi aduerſus profeſſionem nulliter emiſſam, eſſe omnino ſeparatum, & alienũ à iure ſucceſſionis, & intereſſe bonorum patet, quia ibi agitur de diſſoluendo contractu inito inter Religioſum, & Religionem, ſuper vinculo Religionis, Regulæ obſeruantia, & permanentia in perpetua Clauſura, quæ omnia reſpiciũt ſpiritualitatem, aliud vero concernit intereſſe tantum ciuile merè temporale, & prophanum, quod à Religione non prætenditur, nec controuertitur, vt in puncto tertij qui appellare vult à ſententia nullitatis profeſſionis tradit *Larrea dec. Granaten.*63. *à num.* 5. *vſque ad fin. & ſignanter num.*19.

12 Quæ licet de plano procedant non inſtantibus conſanguineis audiri in huiuſmodi cauſa reclamationis, tamen ipſis inſtantibus, non videtur denegandam eſſe audientiam; tum quia intereſt, vt profeſſio ſuſtineatur pro familiæ decore; tum quia ex conſanguineorum admiſſione ad cauſam, non ita liberè præbetur anſa ſuſcitandi motus, & Regularium inquietudines pro habitus dimiſſione, tum quia agitur de eorum quoque intereſſe, cum ex declaratione nullitatis profeſſionis irritæ remaneant renunciationes, & excitentur controuerſiæ quo ad

13 bonorum conſecutionem; tum etiam quia omnia iura fauent validitati Religionis *Numr. conſ.*13. *de regul. vbi allegat. textum in l. ſi perſona de Relig. & ſumpt. fun.* ibi *ſumma eſt ratio, quæ pro Religione facit Iacob. Pignatell conſult. canon.* 4. *num.* 10. *tom.* 1.

Cæterum attentis qualitatibus, & facti circumſtantijs, an expediat conſanguineos audiri in præſenti articuli diſcuſſione eſt adeunda, ſeù habendus recurſus ad Sacram Congregationem Concilij.

SVMMARIVM.

1 Profeſſio præſumitur valida, & contrarium allegantì incumbit onus probandi. Contrar. num. 2. Diſtingue, num. 3 & 6.
4 Profeſſio expreſſa fit per emiſſionem trium votorum in manibus Superioris habentis facultatem num. 5.
6 Profeſſio potius præſumitur nulla, quam valida ad excludendam Apoſtaſiam.
7 Profeſſio ex quibus redditur valida.
8 Validè probatur per teſtes.
9 Probatio per teſtes tamquam viuæ vocis eſt fortior.
10 Profeſſio quando probetur ex inſtrumento renunciationis, vel donationis.
11 Profeſſio expreſſa, & tacita quomodo emittatur nu. 13.
12 Tacita non fuit ſublata per Concilium Tridentinum.
14 Profeſſio expreſſa in quo conſiſtat.
15 Non inducitur per habitus aſſumptionem, & delationem. Contrar. num. 16.
17 Nouitius ſi completo anno probationis ſe ingeſſerit in actibus profeſſorum cenſetur profeſſus.
18 Et ſufficit vnicus actus.
19 Lim. ſi aſſumptio habitus non ſit facta coram Superiore Religionis.
20 Tacita profeſſio ex ſuſceptione habitus ex quibus inducatur.
21 Tacita profeſſio inducitur ex petitione admitti ad profitendum poſt annum Nouitiatus.
22 Quando inducatur ex ſuſceptione Ordinum in Religione.
23 Præſumptio tacitæ profeſſionis admittit probationem in contrarium.
24 Præſumptio tollitur per aliam validiorem.
25 Tacita profeſſio ex delatione habitus excluditur ex metu reuerentiali.
26 Intel. ſi cum metu reuerentiali concurrant minæ.
27 In dubio, an metus incuſſus ſit ſufficiens ad irritandam profeſſionem, iudicandum eſt pro validitate.
28 Tacita profeſſio excluditur ex reclamationibus, & proteſtationibus.
29 Ad inducendam tacitam profeſſionem ex delatione habitus requiritur ſcientia eius nullitatis. Contrarium num. 30.
31 Profeſſio tacita à iure inducta fuit.
32 Regulares tenentur quotannis publice legere decreta Apoſtolica concernentia validitatem profeſſionis.
33 Ad inducendam tacitam profeſſionem, quæ conditiones requirantur.
34 Nouitius ſi poſt expletam legitimam ætatem, & annum probationis cenſetur tacitè profeſſus.
35 Tacitè profeſſus poteſt eligi ad gradus profeſſorum, ſed non poteſt eligere.
36 Tacita profeſſio ex delatione habitus non inducitur ſi habitus Nouitiorum diſtinguatur ab habitu profeſſorum.

Profeſſio ex quibus inducatur, & quomodo probetur.

ADNOTATIO III.

1 SEmper præſumitur pro validitate profeſſionis, & allegans nullitatem tenetur concludenter probare tamquam fundamentum ſuæ intentionis *Rot. dec.* 3. *ſub num.* 19. *poſt Tamburin. de iure Abbatiſſ. & in ſimilibus terminis Greg. XV. dec.*228. *nu.* 3. & generaliter de allegante nullitatẽ, quod teneatur probare comprobat *Maſcard. de probat. concl.* 1110.

2 Contrarium, quod profeſſio non præſumatur de

Digitized by Google

de iure valida, ſed poſitiuè probari debet cum ſo-
lemnitatibus, & qualitatibus à iure requiſitis *Rot.*
dec. 199. *num.* 16. *p.* 4. *tom.* 2. *rec.* immo qualitas
nullitatis profeſſionis non habet contra ſe iuris
præſumptionem *Bart. in l. Aurelius* §. *item quoſiuit*
ff. de lib. leg. Abb. in cap. Bona 2. *num* 29. *de poſt*
Prælat. Seraph. dec. 644 *num.* 2.

3 Pro concordia tamen ſupradictarum opinionum
eſt animaduertendum quod prima procedat, vbi
agitur de diſſoluendo vinculo Religionis ob recla-
mationem Religioſi, quo caſu præſumptio militat
pro validitate profeſſionis, præcipuè ſi expreſsè
4 fuerit facta per emiſſionem trium votorum *cap. ad*
monaſterium in fi. de ſtat. monac. Rot. dec. 216. *nu.* 3.
5 *p.* 2. *diuerſ.* Et in manibus ſuperioris habentis fa-
cultatem incorporandi Monachum in monaſterium
Innoc. in cap. porrectum vbi Abb. num. 10. *de Regul.*
Nauar. conſ. 89. *circa prin. verſ. primum, vt fiat eod.*
tit. Rot. dec. 195. *num.* 11. *&* 14. *p.* 4. *tom.* 2. *rec.*

6 Secunda vero opinio procedit, vbi opponitur
crimen Apoſtaſiæ, ad cuius excluſionem cum ſit
facienda omnis interpretatio poſſibilis potius præ-
ſumendum eſt pro nullitate profeſſionis, quam pro
eius validitate, & in his terminis loquitur *Rot dicta*
dec. 195. *p.* 4. *tom.* 2. *rec.*

7 Ipſa verò profeſſio valida redditur ex ſpontanea
voluntatis oblatione Deo facta in manibus ſupe-
rioris more ſolito Regularium *cap. vnico de voto in*
6. *& c.* 2. *de regul. in eod.* 6. *Sanchez. in præcept. De-*
calog. lib. 5. *cap.* 3. *num.* 1. *&* 4. *qu.* 2. *num.* 7. *Rot.*
dec. 3. *num.* 1. *penes Tamburin. de iur. Abbatiſ.*

8 Probatur verò profeſſio ſi ipſius ſcriptura defi-
ciat concludenter per teſtes *cap. nuper* 51. *vbi glo.*
in verbo ordinis de teſt. vbi Abb. & Felin. in prin. &
num. 1. *Greg XV. dec.* 385. *num.* 1. *&* 2 *per bonum*
text. in cap. porrectum 13. *de regul. in* 6. *Ric. in*
prax. dec. 437. *num.* 3. *Rot dec.* 3. *num.* 2. *poſt Tam-*
burin. de iur. Abbatiſ. vbi reprobatur *Gratian. con-*
trarium docentem in diſcept. 640. *nu.* 4.

9 Scriptura enim non eſt de ſubſtantia voti, vel ha-
bitus, ſed ad bonum eſſe, & ad probationem facti,
ſi reuocetur in dubium, ob defectum alterius pro-
bationis, vnde non poteſt requiri tamquam neceſ-
ſaria, ſtante probatione teſtium, quæ fortior eſt cũ
fiat per viuam vocem *glo. in cap.* 3. *verbo loco de*
probat. Rot. dec. 3. *num.* 2. *penes Tamburin. de iure*
Abbatiſſ. vbi reprobatur *Gratian. contrarium docen-*
tem diſcept. 640. *num.* 4.

10 Inſuper probatur profeſſio, quod ſpontaneè
fuerit emiſſa ex confeſſione facta in inſtrumento
donationis, ſeu renunciationis per Monialem, ſeu
Religioſum ad alicuius fauorem, cum expreſſa de-
claratione ex bona voluntate, & ſingulari affectio-
ne ſe Deo famulare velle, & addixiſſe Ordini, ſeu
Religioni puta Sancti Benedicti, verum ex hoc non
probatur ſe addixiſſe animo profitendi, ita vt in-
duci valeat profeſſio ex libera, & ſpontanea volun-
tate, præcipuè ſi inſtrumentum celebratum fuerit
in loco non tuto, in quo forte non poterat contra-
dicere, cum ad hunc effectum requiratur in decla-
rante plena libertas *Rot. dec.* 2. *num.* 5. *verſ. nec re-*
fragatur poſt Tamburin. de iure Abbatiſ.

11 Eſt tamen animaduertendum dupplicem eſſe pro-
feſſionem tacitam, nimirum, & expreſſam; Tacita
cum emittitur ſine voce, & ſcripto, & abſque vo-
torum expreſsione, ſed tantummodo aliquid ope-
rando, & tacitè conſentiendo, adeo vt benè aegua-
tur ex actibus, qui fieri nequeunt citra ius, & no-
men profeſſi, & ſufficit etiam poſt Concilium Tri-
12 dentinum ad obligandum Religioni, à quo ſubla-
ta minimè fuit *Nauar. conſ.* 35. *nu.* 5. *de regular. lib.*
3. *Honded. conſ.* 78. *num.* 22. *lib.* 2. *Tamburin. de iur.*
Abbatiſſar. diſ. 6. *qu.* 1. *num.* 1. *Rot. dec.* 329. *num.* 2.
p. 2. *dec.* 623 *num.* 6. *p.* 4. *tom.* 3. *rec.*

13 Expreſſa verò eſt, quæ fit poſt expletum annum
probationis per emiſſionem trium votorum eſſen-
tialium Religionis vocaliter in manibus ſuperioris
neceſſariam facultatem, & iuriſdictionem habentis
cap. ſtatuimus 20. *qu.* 2. *cap. ad Monaſterium in fi. de*
ſtat. Monach. Tamburin. de iur. Abbatiſſ. diſ. 6. *qu.* 1.
num. 1. *Rot. dec.* 579. *num.* 1. *p.* 1. *& dec.* 195. *nu.* 11.
p. 4. *tom.* 2. *rec. & in Fulginaten. hæreditatis* 14.
Febr 1650. §. *obeſſe præterea coram Veroſpio.*

14 Et conſiſtit in obligatione directa Deo per dictã
emiſſionem trium votorum, non autem in habitu,
& alijs actibus extrinſecis *cap. porrectum de Regular.*
vbi Abb. num. 13. *Rot. dec.* 216. *num.* 3 *p.* 2. *diuerſ.*
cum alijs allegatis in Mellenitana nullitatis profeſſio-
nis 10. *Decemb.* 1649. §. *defectus vero coram Royas.*

15 Nec etiam tacita profeſſio inducitur ex habi-
tus aſſumptione, vel geſtatione, cum habitus Mo-
nachum non faciat *cap. porrectum de regular. glo. in*
cap. viduo eod. tit. Nauar. conſ. 16. *num.* 1. *eod. tit.*
Rot. dec. 195. *num.* 17. *p.* 4. *tom.* 2. *rec.*

16 Contrarium quod profeſſio tacitè inducatur per
ſolam habitus delationem cum lapſu temporis, quo
Religioſus permanſit in Monaſterio *per text. in cap.*
primo verſ. qui vero de Regular. in 6. ibi *ſi per an-*
num habitum geſtauerit ex tunc Religionem aſſumptã
præſumitur veraciter eſſe profeſſus Clement. fi. eod.
tit. ibi *habitum in aliquo Religione per annum porta-*
uerit, hoc ipſo Religionem illam decernimus eſſe pro-
feſſos, ad notata in *cap. eos qui de Regular Abb. in*
cap. prælatum num. 14. *poſt Innoc. ibidem de his, quæ*
vi, metuſue cauſ. Honded. conſ. 78. *num.* 18. *lib.* 2. *la-*
te Gratian diſcept. 640 *num.* 20. *& ſeq. Sanchez. ſu-*
per decalog. cap. 3. *num.* 13. *lib.* 5. *Maſcard de probat.*
conclu. 1273. *nu.* 14. *& ſeq. Menoch. lib.* 6. *de præ-*
ſumpt. 83. *num.* 25. *Azor. inſtit moral. lib.* 12. *cap.*
5. *qu.* 3. *p.* 1. *Greg. XV. dec.* 385. *nu* 5. *vbi Beltram.*
in adnot. num. 6. *Rot dec.* 579. *num.* 2. *p.* 1. *& dec.*
195. *num.* 19. *p.* 4. *tom.* 2. *recen. & dec.* 3. *num.* 3. *poſt*
Tamburin. de iure Abbatiſſ.

17 Amp. præcipuè ſi Nouitius completo anno pro-
bationis non ſolum perſeuerauerit in habitu Mo-
nachali, verum etiam ſe ingeſſerit in actibus pro-
feſſorum ratificationem importantibus, nam tunc
cenſetur profeſſus *cap. Vidua de Regular. vbi Abb.*
in ſummar Menoch. conſ. 396. *num.* 14. vbi ſi cum
alijs profeſſis in Capitulo adfuit *Azor. inſtit. mo-*
ral. lib. 17. *cap.* 4 *p.* 2. *Sanchez. ſuper Decalog. lib.*
5. *cap.* 3. *num.* 10. *Rot. dec.* 3. *num.* 4. *poſt Tamburin.*
18 *de iure Abbatiſſar.* & ad hunc effectum ſufficere
vnicum actum tenet *Lap. alleg* 129. *num* 15.

19 Intel. procedere quod ſuſceptio habitus ad hunc
effectum debet eſſe ſolemniter facta coram Superio-
res Religionis, vel Abbatiſſa præſentibus alijs Re-
ligioſis, alias aſſumptio habitus ex ſe ipſo facta
nullam inducit obligationem, & vinculum Religio-
nis *Dec. conſ.* 18. *num.* 11. *lib.* 3. *Gratian. diſcept. fo-*
renſ. 640. *num.* 39. prout etiam ſi non deferatur in
ipſo Monaſterio *Menoch. lib.* 6. *præſumpt.* 83. *nu* 15.

Beltram. in addit. ad Gregor. XV. deciſ. 385. ſub numer. 6.

30 Intel. 2. vt ad hoc ex ſuſceptione habitus tacita profeſſio inducatur exigitur primo, vt habitus profeſſorum non ſit diſtinctus ab habitu Nouitiorum 2. quod ſciens Nouitia met ſuſcipiat, 3. quod ſponte, 4. quod perſeuerauerit in Religione ſaltem per annum Menoch. conſ. 396. num. 15. Abb. in cap. ad noſtram num. 5. de Regular. Syluеſ. Prior in ſum. in verb. Relig. il 3, num 59. verſ. induitur.

31 Amp. 2. vt profeſſionis tacitę ſignum quoque ſit, ſi Nouitius elapſo anno nouitiatus, petat ſe admitti ad emittendam profeſſionem, & ipſa petitio recepta fuerit à Capitulo ipſorum Regulariũ, ſeu Monialium, dataque fuerit cartula, quæ ab emittentibus profeſſionem recitari ſolet in actu expreſſæ profeſſionis Menoch. conſ. 396. num. 13. verſ. ſecundum eſt ſignum.

22 Amp. 3. vt pręſumptio tacitę profeſſionis reſultet ex ſacrorum ordinum ſuſceptione in Monaſterio ad titulum paupertatis, ſeu Religionis, prout promoueri ſolent alij Profeſſi, ſecus verò ſi emiſſa fuerit proteſtatio à Monacho de ſe per hoc nõ obligando Religioni, alioquin huiuſmodi præſumptio non plus operatur, quam ipſa habitus profeſſorum geſtatio, immo minus, tamquam res à profeſſione ſeparata Nauar. conſ. 6. num. 2. de ijs, quæ vi, metuſue cauſ. Rot. dec. 705. num. 1, p. 2. & dec. 195. num. 21. & ſeq. p. 4, tom. 2. recen.

23 Lim. 1. vt præſumptio tacitæ profeſſionis admittat probationem in contrarium glo. ſingularis in cap. tuorum in verb. ſignotos de priuil. ibique Abb. nu. 6. Dec. num. 33. Innoc. in cap. perlatum nu. 3. ibique Hoſtien. num. 12. Abb. num. 14. de ijs, qui vi metuſue cauſ. Decian. reſponſ. 18. num. 5. lib. 3. Hund. conſ. 78. num 4. & 25. lib. 2. Menoch. lib. 6. de præſumpt. 83. num. 17. Rot. dec. 579, num. 3, p. 1, tom. 2, rec.

24 Et regulare eſt quod vna præſumptio tollatur per aliam validiorem, quod habet locum in omni diſpoſitione tacita, quæ naſcitur ex præſumptione legis, vt tradunt DD. in cap. 1, de ijs. quæ vi, metuſue cauſ. Innoc. num. 3, Io. And. num. 9. Hoſtien. num. 12, & ſeq. Butr. num. 25, Imol. num. 16, relat. per Rot. dec. 195, num. 20, p. 4, tom. 2, recen.

25 Lim. 2. vt tacita profeſſio, quæ reſultat ex delatione habitus, & permanentia in Religione per aliquos annos excludatur ex metu reuerentiali, qui licet non ſufficiat ad infirmandam expreſſam, ſufficit tamen ad elidendam præſumptionem tacitæ, vtpotè quia huiuſmodi actus referantur ad cauſam metus futuræ malæ tractationis, qui ſemper viget durante vita illius, qui ſemel incuſſit Abb. in cap. perlatum poſt Innoc. ibidem de ijs, quæ vi, metuſue cau. Rot. dec. 3. num 8, poſt Tamburin. de iur. Abbatiſ. dec. 579, num. 5, & 6, p. 1, tom. 2, dec. 195, nu. 19, p. 4, tom. 2, recen. cum alijs per Adden. ad Greg. XV. dec. 385, num. 6, circa fin.

26 Sublim. primo procedere ſi cum metu reuerentiali concurrãt minæ, alias metus reuerentialis abſque minis non annullat profeſſionem, nec matrimonium cap. cum vnum de Regular. Conar. de ſponſal. cap. 3. p. 2, §. 6, num. 7, & 8, Gutier. de matrim. cap. 44, num. 32, Henriq. in ſumm. lib. 11, cap. 9, §. 5, Sanchez. de matrim. lib. 4, diſ. 6, num. 18, & in præcept. Decalog. lib. 4, cap. 3, num. 24, 25, & 26, Ric. in collect. p. 4, dec. 1476, Greg. XV. dec. 326, num. 12, & 13. Rot. dec. 179. num. 5. p. 1. recen. & dec. 3. nu. 10. poſt Tamburin. de iur. Abbatiſ.

27 Sublim. 2. in dubio, an metus ſit graue, necne, & ſufficiens ad profeſſionem irritandam, quod iudicandum ſit pro illius validitate, cum ſemper in dubio profeſſio præſumatur valida, niſi contrarium probetur Sanchez. in Decalog. lib. 4. cap. 3. num. vltimo Gratian. diſcept. 413. num. 17. Seraph. dec. 1361. in fi. relat per Ferentil. in addit. ad Burat. dec. 205. num. 22. in fi.

28 Lim. 3. quod etiam excludatur tacita profeſſio ex reclamationibus, proteſtationibus, & diſſenſu profitentis Abb. in cap. tuarum poſt glo. ibidem, & DD. de priuileg. Hund. conſ. 78. num. 25. lib. 2. Bald. conſ. 206. lib. 4. Beltram in addit. Greg. XV. dec. 385. num 6. propè fin. Rot. dec. 579. num. 3. p. 1. dec. 705. num. 3. p. 2. & dec. 195. num. 18. p. 4. tom. 2. recen.

29 Lim. 4. vt ratificatio tacitæ profeſſionis deſumpta à delatione habitus, & ex pluribus actis factis per Religioſum in Monaſterio non inducatur, niſi data ſcientia nullitatis profeſſionis præcedentis, Caietan. in 2. 2. qu. 189. art. 5. Nauar. conſ. 8. nu. 7. & conſ. 89. num. 3. de Regul. & in manual. cap. 12. num. 71. & in commentar. 4. cap. ſtatuimus 76. de Regul. Rot. deciſ. 179. num. 2. dec. 705. num. 4. p. 2. & dec. 397. num. 5. p. 4. tom. recen.

30 Contrarium, quod tacita profeſſio ratificetur ex pluribus actibus factis in Monaſterio, licet profeſſus non habuerit ſcientiam indiuiduam nullitatis profeſſionis ab eo prius emiſſæ, & doctrinam Caietani, & ſequacium non eſſe tutam, & ſemper negatiuam approbatam fuiſſe à S. Congregatione Concilij, prout pluries declarauit Sub die 12. Ianuar. 1583. & 28. Auguſti 1621. quas declarationes Vrbanus VIII. obſeruari mandauit in vna Romana nullitatis profeſſionis 1. Februarij 1631. vt teſtatur Rot. dec. 3. num. 12. & 13. poſt Tamburin. de iure Abbatiſ. & nouiſſime Pignatel. conſult. canon. 86. num. 5. & conſult. 145. à num. 37. vſque ad 44. vbi refert decreta Sacræ Congregationis per text. egregium in cap. 1. de regular. in 6. in quo non obſtante nullitate præcedentis profeſſionis diſponitur induci tacitam profeſſionem, abſque eo quod exigatur aliqua ſcientia huiuſmodi nullitatis.

31 Siquidem tacita profeſſio, & perſeuerantia in Religione, & executio actuum inducentium hanc præſumptionem iuris, & de iure, non poteſt elidi ex ſola præſumptione præſumptæ ignorantiæ, alias enim aperiretur via, & daretur aditus elidendi profeſſionem tacitam, à iure inductam, & approbatam, & à Sacro Concilio Tridentino non ſublatam, vt animaduertit Rot. dec. 3. nu. 14. poſt Tamburin. de iur. Abbatiſſar. Io. Monach. in cap. 1. verb. præſumitur num. 5. de Regular. vbi Prob. in addit. num. 5. & 6. Archidiac. col. 2. verb. videtur & ibi Gemin. §. quod ſi num. 4. & Hoſtien. num. 6. Vitalin. poſt Card. in Clement. eos num. 38. eod. tit. de regul. quos allegat Pignatel. conſult. canon. 145. num. 55. & 56.

32 Quinimò ſcientia redditur indubitata, quia tenentur Regulares ex Apoſtolicis decretis frequenter quotannis perlegere conſtitutiones, & ſimilia, quibus redditur inualida profeſſio, & reclamare licet, in publica menſa ſingulorum Monaſteriorũ, ſeu Conuentuum, vel domorum Regularium, fratribus, & Religioſis aſtantibus, ſimulque congregatis,

Digitized by Google

gatis, prout ſub grauiſſimis pœnis demandauit Vrbanus VIII. in ſua *conſtitutione de Apoſtatis, & eiect.* emanata de anno 1624 perlegi decretum *Clement. VIII. de non recipiendo* ad habitum niſi in locis à Sancta Sede deſignatis, vnde cum omnibus notificata fuerit nullitas profeſſionis, eius ignorantia perperam allegatur, vt animaduertit *Pignatel. conſult. canon.* 86. *num.* 5. *& conſult.* 145. *num.* 51. in quibus latè de huiuſmodi materia.

33 Ad tacitam quidem profeſſionem inducendam quinque exiguntur conditiones, primo vt actus per quos inducenda eſt tacita profeſſio fiant auctoritate, & conſenſu Superioris, qui ad profeſſionem admittere poteſt, ſecundo, vt ſpontanea voluntate emittantur, tertio ſcientia in Nouitio, ſeu Nouitia, quod huiuſmodi actus ad ſolos profeſſos pertineant, quarto quod emittens huiuſmodi actus non ſe habeat negatiuè, ſed verum animum, & profitendi voluntatem foueat, quinto vt annum decimum ſextum expleuerit, quas conditiones ſigillatim explicat *Sanchez. in Decalog. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 3. *à num.* 14. *Mirand. in manual. Prælator. tom.* 1. *quæſt.* 24. *numer.* 8. *Sperel. deciſ.* 161. *num.* 42. *tom.* 2.

34 Nouitius, ſeu Nouitia ſi vltra annum Nouitiatus, & poſt expletam legitimam ætatem diu in Monaſterio permanſerit, dicitur tacitè Profeſſa, *cap. ex parte* 22. *de Regular. Sperel. dec.* 161. *num.* 38. *verſ. neque obſtat tom.* 2.

35 Adeout tacita profeſſio etiam ſufficiat ad effectum, vt Monialis eligi poſſit ad gradus dignitates, ſuperioritates, & officia profeſſorum, per textum expreſſum in *cap. indemnitatibus* 49. *in princ. de elect. in* 6. Nec exigitur expreſſa profeſſio, prout exigitur in eo, qui per vocem actiuam ad eligendum concurrere debet, *Franc. in cap. ex eo num.* 1. *de elect. in* 6. *Suar. de Relig. tract.* 8. *num.* 4. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 2. *per text. cum in Magiſtrum de elect. & in cap. nullus Clement.* 1. *§. ceterum Prioratus verſ. ſane de ſtat. Monac.* & ſtatuitur per Sacrum Concilium Tridentinum *in ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 7. *ibi poſt expreſſam profeſſionem Seraph. deciſ.* 647. *num.* 1. *cum alijs per Sperel. deciſ.* 161. *num.* 39. *tom.* 2.

36 Limit. vt textus *in cap. ex parte* 22. *de Regular.* procedat, quando habitus Nouitiorum, & Profeſſorum ſit omnino indiſtinctus, ſecus autem vbi eſt diſtinctus, prò vt eſt vt plurimum in Monialibus, quę in profeſſione accipiunt velum nigrum, ex quo Nouitiæ dumtaxat deferant velum Album, adeo vt ſi Nouitia tráſacto anno probationis permaneat cum dicto habitu, per eius delationem intra quemcunque notabilis temporis curſum non inducitur tacita profeſſio, immo potius arguitur animus negatiuus ad profitendum, & ad permanendum in Nouitiatu, *glo. in Clement.* 1. *de Regul. in verbo deinceps Abb. in dicto cap. ex parte num.* 3. *de Regul. Nauar. comment.* 4. *de Regular. num.* 74. *Azor. inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 4. *qu.* 3. *Sanchez. in Decalog. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 30. *Sperel. dec.* 161. *num.* 40. *tom.* 2.

NONANTVLANA IVRISDICTIONIS.

ARGVMENTVM.

Abbas Commendatarius Monaſterij Regularis habens iura Epiſcopalia, & territorium ſeparatum, & omnimodam iuriſdictionem an in Eccleſia Abbatiali habeat ius viſitandi, exercendi Pontificalia, aliaque iuriſdictionem concernentia priuatiuè quo ad Abbatem Regularem plenè enucleatur.

SVMMARIVM.

1 Abbas Commendatarius habens territorium ſeparatum ius exercendi Pontificalia, & plenam iuriſdictionem æquiparatur Epiſcopo.
2 Epiſcopus habet iuris aſſiſtentiam priuatiuè, quo ad alios exercendi iuriſdictionem in qualibet parte ſuæ Diœceſis.
3 Manutentio ex iuris aſſiſtentia debetur, ſi non concurrat aliquid in contrarium num. 4.
5 Pontificalium vſus, & actus iuriſdictionis.
6 Ex proœmio arguitur cauſa finalis contractus, mens cōtrahentium, & ab eadem regulatur, limitatur, & extenditur.
7 Abbati Comendatario, & non Abbati Regulari competit ius exercendi Pontificalia.
8 Abbas Commendatarius ſi eius Eccleſia ſit Cathedralis, & Regularis habetur loco Epiſcopi, & Monachi loco Canonicorum, & Abbas regularis, vti prima dignitas num. 9.
10 Eccleſia dicitur vxor Prælati.
11 Mulier non poteſt eodem tempore plures viros habere.
12 In vna Eccleſia vnus debet eſſe Rector num. 13.
Poſſunt tamen plures conſtitui vti filij, & Prælati coadiutores num. 14.
15 Abbas Regularis ſtante Abbate Commendatario quando poſſit exercere Pontificalia.
16 Per vnius conceſſionem omnia alia reſeruata cenſentur.
17 Beneplacitum Apoſtolicum requiritur etiam ſi agatur inter duas Eccleſias.
18 Monachi in quibus ſiue exempti a iuriſdictione Abbatis Commendatarij.
19 Priuilegia tamquam ſtricti iuris ſtrictè interpretari debent num. 20.
21 In Eccleſia communi vnuſquiſque exercere poteſt ſua iura.
22 Quod commune eſt, pro eo iure, quod ad me ſpectat meum eſt.
23 Gratia intelligitur emanaſſe ſine prçiudicio tertij.
24 Gratia quando agitur de alterius iure lędendo ſtrictam recipit interpretationem.
25 Et regulari debet ſecundum iuris diſpoſitionem.
26 Gratia obreptitia, vel ſubreptitia eſt nulla, & quando talis ſit.
27 Succeſſor in beneficio ad hoc vt teneatur ſtare contractui celebrato per anteceſſorem, quæ requirantur.

DECISIO XXX.

IOannes Matthæus Santorius Epiſcopus Sanctæ Seuerinæ tempore quo Monaſterium Sancti Silueſtri de Nonantula Ordinis Diui Benedicti ex conceſſione, ſeu diſpenſatione Apoſtolica in commendam obtinebat, prò feliciori diuini cultus, ac Religionis augumento conceſſit vſum, vel potius aſſumpſit Reuerendos Monachos Congregationis D. Bernardi Italiæ Ordinis Ciſtercienſis, ad miniſtrandam

Abba-

Digitized by Google

Abbatialem, ſeu Cathedralem Eccleſiam, cum aſſignatione redditunm, & Menſæ Conuentualis prò manutentione Monachorum in eodem Monaſterio prò tempore degentium, quam conceſſionem, capitula, ac pacta in eadem contenta Leo X. cum clauſula quatenus ſint licita, & honeſta Apoſtolica auctoritate approbauit, & confirmauit.

Monachi poſt adeptum Monaſterij poſſeſſionem, & ſuſceptam Eccleſię adminiſtrationis prouinciam, dilatando fimbrias, iuriſdictionem, & iura Abbatis Commendatarij controuertere cęperunt, vnde ſingulare diſceptandum emanauit dubium, an Abbati Commendatario competat ius, viſitandi, Pontificalia, aliaque iuriſdictionem concernentia exercendi in Eccleſia Abbatiali priuatiuè quo ad Priorem, vel Abbatem Regularem, prò cuius inſignis controuerſiæ affirmatiua reſolutione animaduertebam Abbatem Commendatarium fouere bonum
1 ius, quoniam, cum habeat Epiſcopalem iuriſdictionem, vſum Mitræ, & Baculi, territorium ſeparatum, & ius exercendi Pontificalia, comparatur Epiſcopo, vt inquit *Corrad. in prax. Apoſtolic. diſpenſ. lib. 9. cap. 4. num. 46. verſ. ſimiliter Abbas fo. 413.* ac proinde habet quoque iuris aſſiſtentiam
2 priuatiuè quoad alios exercendi ſuam iuriſdictionem ne dum in ſua Eccleſia, verùm etiam in quacunque parte ſuæ Diœceſis, *cap. conſtitutus cap. cum venerabilis, de Relig. dom. cap. conquerente de Offic. Iud. Ordinar. cap. cum Epiſcopus eod. tit. in 6. Sacr. Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 20. Verol. dec. 306. p. 1. Seraph. deciſ. 633. deciſ. 498. dec. 1104. Canolc. dec. 306. num. 1. Durau. dec. 226. ſub num. 2. & deciſ. 713. num. 1. p. 4. diuerſ. deciſ. 15. ſub num. 2. deciſ. 491. ſub num. 1. p. 1. dec. 243. num. 1. dec. 610. num. 2. p. 2. dec. 525. ſub num. 1. p. 3. dec. 126. ſub num. 1. dec. 313. num. 2. p. 4. dec. 41. nu. 6. p. 5. recent. & in Marſicen. iuriſdict. 26. Maij 1651. §. quare ex præmiſſis coram Card. Corrado.*

3 Ex qua iuris aſſiſtentia eidem debetur manutentio *Poſtius de manuten. obſeru. 45. num. 1. & poſt eundem Rot. dec. 661. num. 2. dec. 662. num. 1. Canale. dec. 306. num. 2. Seraph. dec. 1104. num. 1. dec. 1278. num. 1. Duron. dec. 40. num. 5. & poſt 2. vol. conſ.* Farinac. *dec. 291. num. 15. & penes Pacif. de Salman. dec. 42. num. 5. cum alijs per Ferentil. in Addit. ad Buiat. dec. 219. ſub lit. A.*

4 Quibus non valet obeſſe præfata Eccleſiæ, & Monaſterij conceſſio, minuſque priuilegia Ordini Ciſtercienſi à Sancta Sede conceſſa, adeo vt aſſiſtētia iuris nihil operari dicatur, quando adeſt aliquid in contrarium, *Seraph. dec. 1278. num. 5.*

5 Non quidem dicta conceſſio, quia reſtringitur, & tribuit tãtum facultatem Monachis vtendi dicta Eccleſia circa ea, quæ concernunt cultum diuinum quo ad perſoluendas horas Canonicas, adminiſtrationem Sacramentorum, & Miſſarum celebrationem, non autem circa alia, quæ ſunt iuriſdictionis, dignitatis, & poteſtatis, vt eſt vſus Pontificalium, ſcilicet vſus Mitræ, & Baculi, & ſimilium *per textum in cap. cum ſit de auctoritate, & vſu pallij Lauret. de Franch. de controu. inter Epiſcop. & Regul. p. 2. qu. 27. num. 3. in fi. Tamburin. de iure Abbat. diſ. 21. qu. 2. num. 1. & qu. 3. num. 8. tom. 1.*

6 Quod manifeſtè demonſtratur ex ipſo prohemio Bullæ Leonis X. ibi *Quod alias ipſe Io. Matthæus Archiepiſcopus pro Diuini cultus, ac Religionis augmento intendens dictum Monaſterium, in quo Religionis non vigebat obſeruantia, & quod longo tempore per aliquos in commendam obtentum fuit Monachorum, & aliorum Miniſtrorum pro dicto diuino cultu neceſſariorum debito numero caruit.* Ex prohemio autem arguitur potiſſima, & finalis cauſa contractus, ſeu conceſſionis, & demonſtratur mens concedentis, itaut illa ab eadem præfatione, vt à cauſa finali reguletur, limitetur, aut extendatur, *l. 1. in prin. ff. ad Macedon. l. vltim. ff. de hered. inſtit. l. cum hi. in prin. & ibi Bart. & Iaſ. ff. de tranſact. Amar. conſ. 159. num. 1. Dec. conſ. 640. num. 4. Angel. conſ. 67. num. 1. Rom. conſ. 16. num. 4. Decian. conſ. 72. nu. 19. lib. 2. Crauet. conſ. 16. num. 5. Rot. dec. 543. nu. 2. coram Buratto & pulchre in deciſ. 23. num. 14. & 15. p. 5. tom. 1. recen.*

Et clarius dum in eadem Bulla præſcribitur modus, & forma adminiſtrationis Eccleſiæ per Monachos faciendæ, ibi, *Qui quidem Religioſi impedimento ceſſante legitimo, in eodem Monaſterio manere, & permanere, ac in eo Miſſas, & alia officia diurna pariter & nocturna pro viuis, & mortuis, vt moris eſt celebrare &c. Quodque ex eo quod dictum Monaſterium eſt Ordinis Sãcti Benedicti Religioſi in eodem Monaſterio prò tempore degentes præfati iuxta regulam Sancti Benedicti in Choro, & Eccleſia dicti Monaſterij indicendis, & celebrandis diuinis Officijs, ac alias vt opportunum fuerit Cuculla nigra, & non alterius coloris vti teneantur,* quæ verba tamquam reſtricta ad vſum Cucullæ excludunt vſum Pontificalium
7 per Monachos exercendum, cum ſoli Abbati Commendatario perpetuo, vt eſt Abbas Nonantulanus competat, *Franc. de Tondut. in ſuis reſol. & quæſt. legal. p. 2. cap. 1. §. 1. num. 33. & 35. lib. 1. to. 1.*

8 Fortiſſima etiam ratione prędicta coroborantur, quia Eccleſia Nonantulana Sancti Silueſtri, eſt Cathedralis, & Regularis, ac proinde Abbas Commendatarius habens omnia iura Epiſcopalia habetur non ſolum loco Epiſcopi, & caput reputatur, verum etiam loco Abbatis Monachorum, & ipſi loco Canonicorum, omnimodè eiuſdem iuriſdictioni ſubiectorum, exceptis ijs, quæ concernunt regularia inſtituta, non obſtantibus priuilegijs Monachorum, & quod habeant menſam ſeparatam,
9 Abbas verò Regularis reputari debet, perinde ac ſi eſſet prima dignitas, non autem quod habeat ius ad exercenda Pontificalia, *per text. in cap. 1. ne Sede vacan. Tamburin. de iure Abbat. tom. 1. diſ. 15. qu. 7. num. 44. Gratian. diſcept. 270. num. 1. & per tot. Rot. dec. 157. num. 1. & per tot. coram Coccino, quæ eſt dec. 69. p. 1. recen.*

10 Non igitur redditur veriſimile immo repugnat, & maximum ſequeretur abſurdum, ex quo Eccleſia dicitur vxor Prælati, vt ex *Lambert. de iurepatron. lib. 1. p. 1. qu. 5. art. 1. num. 4. tradit Maſſobr. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. prælud. 1. num. 33. & 40.* quod Abbas Commendatarius per huiuſmodi conceſſionem à ſpirituali Matrimonio diuertere, ſe ſeparare, & diuortium facere, ac iura Epiſcopalia, quorum exercitium ſunt actus matrimonij ſpiritualis, à ſe abdicare voluerit, vnde ſe-
11 quitur, quod ſicut vna mulier non poteſt duos, aut tres ſponſos eodem tempore retinere, *cap. 1. de ſponſ. diuorſ. §. affinitatis inſtit. de nupt.* Nec vnum corpus duo capita, quod eſſet moſtruoſum, *cap.*
12 *pleriſque de offic. Ordinar.* ſic nec Eccleſia duos, aut

tres

Digitized by Google

tres Curatos, *cap. cum non ignores de preben.* Sed in
13 vna Eccleſia vnus debet eſſe Rector, *cap. in Apibus 7. qu 1. cap. ſicut vna 22. q. 2. Maſſobr. in prax. ad habend. concurſ. ad Paroch. vocan. prelud. 1. num. 41. & 42. Paul. de Rab. in addit. ad dec. 90. num. 26. 27. & 28. p. 9. recent.*
14 Et quamuis poſſint etiam duo, & plures conſtitui in vna Eccleſia, vt eadeos habeat ſubleuaotem *cap. præpoſuit 6. de fil. Presbyt. cap. quiſque de vit. & honeſt. Cleric.* Non tamen per hoc multiplicantur ſponſi, ſed vnus erit Prælatus, ſeù ſponſus, ceteri autem reputantur filij, & ipſius Prælati Coadiutores, qui propterea non debent ſe ingerere, & facere ea, quæ ſoli capiti, & maiori congruunt, *cap. ſicut. 21. qu. 2. Maſſabr. dicto prelud. 1. nu. 44.*
15 Hinc non obſtat, quod in multis Eccleſijs Regularium, quamuis adſit Abbas Commendatarius, nihilominus Pontificalia exerceantur ab Abbate Regulari, quia hoc procedit, vel quia Regulares in eorum Monaſterijs non reperiuntur introducti, cum reſtrictione, & limitatione prout Monachi Ciſtercienſes in Eccleſia Nonantulana, vel quia ſunt naturales eiuſdem Monaſterij habentes ius quæſitum quoad exercitium Pontificalium, antequam Eccleſia commendata fuerit; vel quia dicti Abbates Commendatarij non habent iura Epiſcopalia, ſeù ius ad exercenda Pontificalia, vt Regularibus impedire valeant, vulgares enim ſed certæ ſunt iuris Regulæ, quod à particularibus non fiat illatio, & vbi non militat eadem ratio, neque militare debet eadem iuris diſpoſitio.
16 Comprobatur fuſius, quia in eadem Bulla a iuriſdictione Commendatarij ſolum eximuntur bona aſſignata pro menſa Conuentuali, & ipſi Monachi quo ad eorum perſonas circa regularia inſtituta, ac proinde omnia alia iura quo ad Eccleſiæ viſitationem, & exercitium Pontificalium, de quibus nulla fuit facta mentio, firma, & illæſa remanſerunt penes ipſum Commendatarium, iuxta receptam concluſionem, quod per vnius conceſſionem, omnia alia reſeruata cenſentur, *l. nam quid liquide §. fi. ff. de pen. legat.* & in puncto iuriſdictionis *Puteſ. conſ. 1. num. 11. lib. 1. Gonzal. ad regul. 8. Cancellariæ glo. 55. num. 7.*

Et in omnem caſum ſi Commendatarius à ſe abdicare voluiſſet exercitium præfatorum iurium in propria Eccleſia, & Monachis cedere, vtique requirebatur beneplacitum Apoſtolicum, tamquã caſus expreſsè contentus in Paulina conſtitutione relata *in extrauag. Ambitioſe de reb. Eccleſ. non alien.*
17 Cuius vigore etiam ſi fuerit actum inter duas Eccleſias exigitur dictum Beneplacitum iuxta textum *in cap. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. Rebaſ. in c. ſine exceptione 12. qu. 2. num 66. Abb. in cap. tuæ num. 4. & ibi Dec. de ijs quæ fiunt à maior. part. Capital. Dec. conſ. 174. num. 1. Quaranta in compend. Bul. verb. alienatio rer. Eccleſ. num. 15. Rot. dec. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in nouis in Neapolitana ſpolij coram Card. Lancellotto inter impreſ. penes Marcheſ. de commiſſion. lib. 1. fo. 103. num. 5. dec. 277. à nu. 9. 10. & 11. p. 4. tom. 2. dec. 561. nu. 7. p. 5. tom. 2. recen. & in Acernen. Vicarij 30. Maij 1650. §. quia DD. coram Cardinal. Otthob. inter eius impreſ. deciſ.*
18 Ex ijs igitur ſequitur, quod exemptio Monachorum à Commendatarij iuriſdictione reſtringatur, tantum quoad viſitationem perſonalem Monachorum, & bonorum menſæ Conuentualis, & quo ad inſtitutionem, deſtitutionem, eorumque correctionem, & ſimilium, prout alias declarauit *Sac. Cong.* inhærendo priuilegijs Summorum Pontificum Pij II. Sixti IV. Innocentij VIII. Pij IV. B. Pij V. & Gregorij XIII. Ordini Ciſtercienſium conceſſis, & decreto Sac. Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 2.* de qua *Nicol. in ſuis floſculis in verbo Commendatarius numer. 2.*

Neque valent pariter obeſſe dicta priuilegia Ordini, & Monachis Ciſtercienſibus conceſſa, quia reſtringuntur ad eorum Eccleſias, vel communiter, vel diuiſim poſſeſſas, nec ſunt apta comprehendere Eccleſiam Nonantulanam, quam limitata forma reſtrictiſque limitibus obtinuerunt à Commendatario, tamquam eius filij, & Coadiutores ad Eccleſiam circa diuina tantum miniſtrandam, ex quo ſuſpenditur effectus dictorum priuilegiorum, quæ
19 tamquam ſtricti iuris ſtrictè interpretari debent, *Seraph. de priuil. iuram. priuil. 22. num. 61.* adeo vt
20 cum Eccleſia non pertineat ad Monachos pleno iure quo ad ea, quæ ſuperioritatem, & iuriſdictionem concernunt, frui nequeunt prærogatiuis, quæ ex dictis priuilegijs tribuuntur, ad late deducta per *Tamburin. de iure Abbat. diſ. 21. quæſt. 3. per tot. tom. 1.*
21 Propterea ſi Monachi dependenter ab Abbate Commendatario ad Eccleſiam miniſtrandã aſſumpti fuerunt, Eccleſia non poteſt dici communis, ad effectum, vt omnes eorum iura liberè in eadem exercere valeant, quidquid ſit ſi eſſet communis, *ut traditur per Tamburin. de iur. Abbat. diſ. 21. qu. 2. num. 10. verſ. quamuis tom. 1.* & quatenus etiam eſſet communis, iſta communio non poteſt operari, niſi ad limites capitulorum, & pactionum con-
22 uentarum, iuxta regulam quod commune eſt, prò eo iure, quod ad me ſpectat, meum eſt *l. pupillus §. fi. ff. de verb. ſignificat. Cepol. de ſeruit. vrb. prad. cap. 62. num. 11.*
23 Neque contrarium ſuadere poteſt indultum Vrbani VIII. quo Prioribus dicti Ordinis, & ſic Priori Monaſterij Nonantulani tributum fuit nomen Abbatis, quia licet mutauit conditionem quo ad nomen, non tamen mutauit quo ad ſubſtantiam, nullumq; aliud ius acquiſiuit vltra nomen, ſed remanſit vti prima dignitas poſt Commendatarium, vt ſupra demonſtrauimus, ſiquidem gratia Principis intelligitur emanaſſe ſine præiudicio tertij *l. nec Auus C. de emancip. liber. glo. in cap. olim vbi Abb. num. 7. de verb. ſignif. Iaſ. in l. beneficium num. 20. de conſtit. Prin. Card. Zabarel. conſ. 35. num. 7. Peregrin. de iure fiſci lib. 6. tit. 4. num. 18. & ſeq. Rot. dec. 327. num. 5. coram Coccino, & in Romana hæreditatis de Gratianis 26. Iunij 1651. ſub §. minus obſtat coram Bichio.*
24 Immo cum agatur de alterius iure lædendo, non ſolum ſtrictam, & ſeriam recipit interpretationem *cap ſuper eo 15. de offic. & poteſt. Iud. deleg. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 6. proœm. num. 9. Paul. de Rub. in addit. ad dec. 217. num. 34. p. 9. recen. tom. 1.* verum
25 etiam ſecundum iuris diſpoſitionem regulari debet *Rot. dec. 238. num. . . . p. 9. tom. 1. recen.*
26 Vltra quod cum Summo Pontifici non fuit narrata forma, Capitula, & pacta, quibus Monachi, ab Abbate Commendatario obtinuerunt Monaſterium,

& Ec-

& Eccleſiam, & quod dicta Eccleſia ſit Cathedralis, & Commeodatarius omnimodam iuriſdictionē quaſi Epiſcopalem habeat, & ſic id, quod ſi ſciuiſſet, vel gratiam non conceſſiſſet, vel difficilius conceſſiſſet, indultum tamquam obreptitium, vel ſubreptitium redditur nullius efficaciæ, & momenti *Felin. in cap. ſuper litteris num. 8. de reform. Innoc. in cap. veniens de reſcript. Gigas de penſ. qu. 29. Soccin. conſ. 260. num. 2. lib. 2. Corn. conſ. 245. num. 4. lib. 1. Caſſan. dec. 12. num. 4. de preben. & dec. 3. de penſ. Greg. XV. dec. 450. num. 1. Merlin. dec. 782. num. 60. & ſeq. Seraph. dec. 508. num. 9. & 10. Burat dec. 55. num. 6. dec. 576. num. 7. dec. 510. num. 7. vbi Ferentil. in addit. lit. A. & num. 10. Rot. dec. 432. num. 1. p. 4. tom. 2. dec. 297. num. 8. & 9. p. 5. tom. 1. dec. 351. num. 14. p. 6. dec. 261. num. 9. p. 7. recen. cum alijs per me allegatis in meo Plauſinimo conſlit. 32. nu. 35.*

Tandem ad nihilum releuat reſeruatio Capellæ Sancti Michaelis exiſtentis in dicta Eccleſia, quia non tendit, ſeù reſpicit vtilitatem Abbatiæ, ſeù Commeodæ, ſed proprium commodum priuatum ipſius Archiepiſcopi Sanctæ Seuerinæ, eiuſque familiæ, dum intendebat ibidem conſtruere ſepulcrum prò tumulandis mortuis ſuæ domus, & dotem prò Miſſarum celebratione conſtituere, duo autem copulatiuè requiruntur ad hoc vt contractus de re Eccleſiæ ſubſiſtat, & ſucceſſores ligare poſſit, ſcillicet, quod celebretur nomine Eccleſiæ, & ad eius vtilitatem, *Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. qu. 57. ſub num. 88. circa med. verſ. ſubdens Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 13. nu. 16. Bonacin. in tit. de contract. diſp. 3. qu. 7. punct. vltim. num. 10. verſ. reſpondeo ſecundo tom. 2. fo. 679. Rot. dec. 399. num. 1. & 2. coram Merlino, & in Portuen. aſſictus 1. Iulij 1650. §. non applicatur verſ. non prima coram Bichio*, quæ requiſita in præſenti penitus deficiunt.

Et ita &c.

SVMMARIVM.

1 Abbas habens ius ad exercenda Pontificalia ea propria auctoritate exercere poteſt in locis exemptis.
2 Poteſt tribus anni feſtiuitatibus ſolemniter celebrare, & quo ordine Limit. vt num. 6.
3 Poteſt habere ſedem in Presbyterio abſque gradu.
4 Paramenta niſi Pontificaliter celebrans ex altari ſumere debet.
5 Epiſcopi ſemper accipiunt paramenta de medio altaris.
7 Decretum Sac. Cong. Rit. circa vſum Pontificalium Prælatis Epiſcopo inferioribus conceſſum refertur.
8 Declaratio ſupradicti decreti refertur.
9 Abbates mitra quomodo vti poſſint.

Abbates; & Prælati inferiores, an, & quomodo exercere poſſint Pontificalia.

ANNOTATIO I.

1 Abbas, & alij Prælati inferiores habentes priuilegium exercendi Pontificalia, aliaque reſeruata ad Epiſcopum in locis exemptis, & ſibi ſubiectis poſſunt propria auctoritate Pontificalia exercere, & ita declaraſſe *Sac. Cong. Concilij in vna Papien. 3. Iunij 1651. ad cap. 5. ſeſſ. 6. de reform. Concilij Tridentini teſtatur Pignatel. conſult. canon.* 370.

2 Non tamen pro libito huiuſmodi iuris exercitiū eiſdem permittitur, ſed reſtrictiuè, ſcilicet quod tribus anni feſtiuitatibus poſſint Miſſas ſolemnes pontificaliter perſoluere, ſine tamen auro, & pompa, cum vſu Baldachini, & aſſiſtentia vnius Presbyteri, ac duorum Monachorum, vltra Diaconum & ſubdiaconum, & aliorum paratorum ad ſummum non excedentium numerum ſex, iuxta *Vrbani VIII. conſtitutionem ex ordine Bullar. 97. & 101. de qua Nicol in ſuis floſculis in verbo Abbas num. 10. verſ. vbi ſubdit Gauant. in manual. Epiſcop eod. verb. Abbas num. 11. de Luca in ſuo Theſauro verit. tom. 3. tit. de praeminentijs diſ. 15. in prin.*

3 Ita vero Pontificaliter celebrantes debent habere ſedem in plano Presbyterij abſque vllo gradu, vel ſuppedaneo ſugeſtu, vel Baldachino, ſed tantum aliquo poſtergali ex ſerico leui, cum ſolo Diacono, & Subdiacono paratis, & alio Aſſiſtente cum Pluuiali, cum ſolum ſex candelabris, & paruo Abaco, ac bireto nigro, ſedes autem dictorum ſex paratorum permanere debet extra Chorum, ita vt in ſcabellis ſedeant, *iuxta decretum Sac. Cong. Rit. de verbo ad verbum relatum per Nicol. in explicatione Canonica lib. 5. tit. 23. de priuil. num. 16. & in ſuis floſcul. in verbo Abbas num 10. Gauant. in manual. Epiſcop. eod. verb. Abbas num. 11. & 12.*

4 Paramenta autem tunc ſolum de Altari accipere poſſunt, quando in Pontificalibus celebrant, in alijs Miſſis lectis, & priuatis in ſacriſtia ſe parare debent ſicut alij Regulares, vel vbi ſacriſtia deſit in cornu Euangelij, ad differentiam Epiſcoporum, qui ſemper accipiunt paramenta de medio Altari, ſiue ſolemniter, ſiue priuatim celebrent, vt *ex decreto Sac. Cong. Rituum appoſito in principio miſſalis noui Vrbani VIII. & Gauant. tradit Nicol. in ſuis floſculis in verbo Abbas num. 11.*

6 Sed quod non obſtante dicto decreto generali *Vrbani VIII* ſalua remaneant ea priuilegia, quæ expreſsè, & verbalitèr aliquibus Monaſterijs huiuſmodi vſum in pluribus ſolemnitatibus, & temporibus concedunt iuxta *declarationes Sac. Cong. Rit. emanatas ſub die 20. Iulij 1660. de quibus teſtatur de Luca in ſuo Theſauro veritatis tom. 3. diſ. 15. nu. 2. & 3.* vnde ſtantibus dictis declarationibus huiuſmodi particularia priuilegia non ſunt vigore generalis decreti reſtringenda, & coarctanda ad celebrationem Miſſarum Pontificalium in tribus tantum anni ſolemnitatibus, vt pote quia ratio conceſſionis, & cauſa, qua motus fuit Summus Pontifex ad concedenda huiuſmodi particularia priuilegia, non congruit generali reſtrictiuæ, vel quia ex numero reliquiarum, & celebratione ſolemnis diei feſtus Sanctorum eiuſdem ordinis, & inſtituti, vel ex ratione magnæ deuotionis, & concurſus Populi, ſeù ex aliqua particulari circumſtantia conſuetum ſit, & magis expediat ad feliciorem diuini, ac Sanctorum cultus augumentum plures feſtiuitates ita ſolemniter celebrare, vt animaduertit idem *de Luca loco citato num. 3. & 5.*

7 Verum quia perperam à multis *Vrbani VIII.* decretum interpretabantur, ideo ad tollendas controuerſias, quæ in dies excitabantur, aliud emanauit decretum circa vſum Pontificalium Prælatis Epiſcopo inferioribus conceſſorum à Sacra Rituum

Con-

Congregatione ordinaria habita coram Sanctiſſimo Domino Noſtro Alexandro Papa VII. ſub die 27. Septembris 1659. tenoris infralcripti videlicet.

Sacrorum Rituum Congregatio tollendis, ac eliminandis circa Eccleſiaſticos Ritus, qui irrepſerunt, abuſibus ſeduſò intenta, poſt Epiſcoporum Cæremoniale euulgatum (quo quidquid ad ipſos in Sacris Cæremonijs pertinet abunde præſcripſit) idem quoad inferiores Prælatos, qui Pontificalium vſu fruuntur præſtandum curare neceſſarium exiſtimauit, vt exceſſus aboleantur, vniformiſque inducatur Sacrorum Ritus in omnibus, eo præſertim tempore, quo priuilegia ipſi perperam interpretantes, obtendenteſque, parùm obſequi ſtudent decretis pluries ab eadem Sacra Congregatione hac in re iam euulgatis, aut ipſa ignorare prætexunt, Quamobrem omnia ſimul, vt vnico conſpiciantur obtutu, cogere, perque capita digerere conſtituit, quo faciliùs obſeruentur.

I. Super Altari, in quo Sacra erunt facturi, ſeptimum nequaquam apponant Candelabrum.

II. Cathedram, ſeu Sedem fixam, & permanentem in eorum Eccleſijs ne detineant, ſed tribus ipſis diebus, quibus ex antiquis decretis tantummodò Pontificaliter celebrare eſt ijs permiſſum, mobili Sede, ſeu Cathedra vtantur, quam nihilominus ſimplici ſericeo panno coloris Feſtiuitati congruentis obducere poterunt non auro contexto, aut Phrygio, ſiuè baſilico opere exornato.

III. Baldachinum adhibere ſupra Sedem poterunt non precioſum, aut aureum, ſed ſimplex, & eo, quod Altari ſuper imponitur, materia, & opere inferius. Ad ipſam autem per duos tantùm gradus in Presbyterij ſuperficie ſtratos aſcendatur.

IV. Non abacum alium præter paruam menſam, & in cornu Epiſtolæ parare faciant, in qua duo candelabra cum candelis, necnon Mitra, Calix, Miſſale, Thuribulum, Nauicula, & reliqua ad celebrationem neceſſaria collocentur. Propè verò menſam eandem parieti hærens Baculus Paſtoralis aptetur.

V. Dies verò, in quibus ſolemniter ipſis operari conceditur, ſint de præcepto feſtiui, vel alij, in quibus ipſis Pontificaliter celebrare, Feſtiuitatis ratio exigat, nempè Patroni loci, Fundatoris Ordinis, Tituli, & dedicationis Eccleſiæ. Abſtineant autem ab huiuſmodi Pontificalium vſu in Officijs, & Miſſis Defunctorum quocumque die etiam feſtiuo, & de præcepto.

VI. Ad Eccleſiam accedentes licet Pontificaliter Diuina peracturi, ijſdemque abſolutis ab Altari receſſuri à ſuis Canonicis, vel Monachis (vt mos eſt Epiſcoporum) ne aſſociari ſe ſinant.

VII. Præter duos Sacrificij Miniſtros Diaconum nempe Euangelij, & Subdiaconum Epiſtolæ, duo alij tantùm Diaconi cum dalmaticis, & vnicus Presbyter cum pluuiali eis aſſiſtant. Duo inſuper Capellani, qui de mitra, & baculo, ac totidem Accolyti pro candelabris inſeruiant. Præterea ſex alij Canonici, vel Monachi, duo ſcilicet pluuialibus, duo planetis, totidemque tunicellis induti diuinis huiuſmodi intereſſe valeant, qui tamen non in ſedibus, ſeù ſtallis choralibus, ſed in ſcamnis abſque poſtergalibus panno viridi laneo coopertis ſitu congruo accommodatis, moxque illinc remouendis conſideant.

VIII. Mitram precioſam, niſi illis expreſsè à S. Sede indultam non adhibeant. Sub Mitra pileolum nigri tantùm coloris induant. Baculum Paſtoralem albo velo appenſo deferant, ab ijſque, & alijs Pontificalibus etiam de Ordinariorum licentia extrà Eccleſias ſibi ſubiectas prorſus abſtineant, & neque in Proceſſionibus, quæ ab eorum Eccleſijs per vias extrà ambitum, vel Parochiam ducuntur, inſignijs prædictis vtantur, vel penes ſe perferri faciant.

IX. Regulares rocchettum non deferant, niſi ex tali Ordine fuerint, cui indumentum huiuſmodi competat.

X. Inuitati ad Eccleſiam exemptam, nec in illa Pontificalibus vti valeant; nec ij, qui non fuerint Abbates perpetui, vel benedicti, in proprijs Eccleſijs vti poſſint priuilegio perpetuis Abbatibus, vel alias benedictis indulto.

XI. Sacras veſtes ex altari non ſumant, niſi Pontificaliter Diuinis vacaturi.

XII. Indulgentias Impartiri, vel publicare non audeant abſque expreſſo S. Sedis indulto.

XIII. Pontificales benedictiones cum trina Crucis productione in Miſſis tantùm Pontificalibus, necnon Veſperis, & Matutinis Pontificaliter itidem celebratis licere ſibi tantùm meminerint. Priuatim verò populis, quamuis pleno iure ſubiectis, niſi expreſsè ipſis permiſſum fuerit, etiam Pontificalibus induti per Eccleſiam incedentes benedicere non præſumant.

XIV. Præſente Epiſcopo ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ permiſſu etiam Pontificaliter celebrantes à benedictionibus ceſſent.

XV. Si Epiſcopus aderit, ipſius ſedes in cornu Euangelij vno ſaltem gradu eminentior Abbatiali eſt erigenda, hæcque altero gradu humilior, vt dictum eſt, in cornu Epiſtolæ collocetur. A latere Epiſcopi Canonici Cathedralis, prope Abbatem Canonici, vel Monachi Monaſterij, & Abbatialis Eccleſiæ conſideant. Confeſſionem cum celebrante Epiſcopus faciat, iſque thus thuribulo imponat, Euangeliorum textum oſculetur, & populo ſolemniter (quamuis Abbas ipſe Pontificaliter celebret) benedicat. Epiſcopus præterea trino ductu, & immediatè Canonici Cathedralis duplici, moxque Abbas (niſi celebret) pariter duplici, ac ſubindè Canonici, vel Monachi Abbatialis Eccleſiæ vnico tantùm ductu thurificentur.

XVI. Abſtineant tamen Epiſcopi vbi conſuetudo contraria non viget, à frequenti huiuſmodi acceſſu ad Eccleſias exemptas in ſimilibus actibus, vt liberiùs Abbates valeant ſuis vti priuilegijs.

XVII. In Ordinationibus Canoolcorum, Clericorum, Monachorum, necnon in veſtitionibus Monialium, & emiſſione profeſſionis earundem etiam pleno ſibi iure ſubiectarum, in benedictionibus ſacræ ſupellectilis, cæteriſque actibus (Miſſarum, Veſperarum, & Matutinarum ſolemniter tantùm in anno, vt præfertur exceptis) neque in Eccleſijs, Oratorijs, alijſque locis tàm publicis, quam priuatis quantumuis exemptis, eiſdemque Abbatibus pleno iure ſubiectis mitram, baculum, & quæuis alia Pontificalia inſignia, niſi de expreſſa Sedis Apoſtolicæ conceſſione adhibeant.

XVIII Eccleſiaſticam ſupellectilem pro ſeruitio dùntaxat ſuarum Eccleſiarum, vel Monaſteriorum benedicant.

XIX. Reliqua Pontifiralia extra loca ipſis Abbatibus ſub ecta, vel pro ſeruitio alienæ Eccleſiæ, aut in ſubditos pariter alienos etiam de licentia Ordinariorum exercere non valeant, puta campanarum benedictiones, calicum, & ſimilium, in quibus ſacra adhibetur vnctio, necnon minorum ordinum collationes.

XX. Concionatoribus, qui eorum ſubditis Verbum Dei prædicandi onus acceperint, benedictionem elargiri non præſumant, ſed Epiſcopis, quibus ius huiuſmodi priuatiuè competit, omninò dimittant.

XXI. In Miſſis priuatis quoad indumenta, cæremonias, miniſtros, Altaris ornatum, & benedictionis largitionem à ſimplici Sacerdote non diſcrepent; ac proindè ſacras veſtes induant in Sacriſtia, neque vtantur Cruce pectorali, vnico ſint contenti miniſtro, aquam cum pelui, & vrceolo argenteis ſibi miniſtrari non ſinant, duaſque tantùm candelas ſuper Altari adhibeant.

His autem Sanctiſſimo relatis, & in Congregatione Sacrorum Rituum ordinaria habita coram Sanctitate Sua per Eminentiſſimum, & Reuerendiſſimum D. Cardinalem Braucaccium accuratè perlectis, maturè diſcuſſis, Sanctitas Sua ea approbauit, & pro omnimoda eorundem obſeruatione mandauit typis imprimi, ad valuas affigi, & publicari, vt elapſo termino ſex menſium à die publicationis eorundem omnes, & ſingulos vſu Pontificalium gaudentes, tùm ſæculares, tùm Regulares quantumuis exemptos, & ſpeciali expreſſione indigentes afficiant, & arctent, ac ſi omnibus, & ſingulis eadem exhibita, vel perſonaliter præſentata, intimata, ſeu notificata fuiſſent. Indulſitque præterea locorum Ordinarijs, vt auctoritate Sedis Apoſtolicæ poſſint, imò debeant præfatos etiam per Cenſuras compellere.

Cumque nonnulli ex dictis Abbatibus, & Prælatis proprium habere poſſint territorium, iuraque Epiſcopalia, nulliſque ſubdantur Epiſcopis, qui eos coercere, ſi exceſſerint, valeant: eo caſu à Sedis Apoſtolicę Nuncijs, ſi aderint, ſin minus ab Archiepiſcopis in quorum Prouincijs, vel ab Epiſcopis Romano tantùm Pontifici ſubiectis, intrà, vel prope quorum Diœceſis limites eorum Eccleſię, vel Monaſteria ſita fuerint, tanquam à S. Sede delegatis ad huiuſmodi Decretorum obſeruationem prædicti omninò cogantur. Die 27. Septembris M. DC. LIX.

I. Epiſcopus Sabinen̄ Card. Sacchettus.

Loco † Sigilli.

Franciſcus Maria Phœbeus Sacr. Rit. Congreg. Secr.

8 Sed quia poſt publicationem huiuſmodi decreti à Reuerendis Monachis Congregationis Caſinenſium inſtatum, fuit pro declaratione nonnullorum dubiorum, quæ in controuerſiam deducebantur, vnde alia emanauit declaratio ſcilicet.

DECLARATIO

Decreti Sacr. Rituum Congregationis emanati die 27. Septembris 1659. circa vſum Pontificalium.

Congregationis Caſſinenſium.

PRocurator Generalis Congregationis Caſſinenſium Sanctiſſimo humiliter ſupplicauit, dignaretur præcipere Congregationi Sac. Rituum, vt, quæ Abbatibus Caſſinenſibus particulari Apoſtolicę Sedis Indulto ex vetitis, ac prætar expreſſa in Decreto nouiſſimè ſuper vſu Pontificalium edito adhibere liceat, præuia diſcuſſione declararet. Sanctiſſimus autem Oratoris preces ad eandem Congregationem tranſmiſit, reſcripſitque per Eminentiſſimum D. Card. Franciottum notulam dubiorum ſupplici libello ſubnexam in ipſa Congregatione referri, quæ

Ad §. quartum Decreti, quo prohibetur vſus præter quam vnius Abaci, aſſerentibus Monachis hactenus ab immemorabili tempore eorum Abbates adhibere conſueuiſſe ſecundum Abacum ad pulues, & vrceolos exponendos cenſuit ſeruandum eſſe Decretum.

Ad §. quintum, quo tribus diebus tantum de præcepto &c. Pontificalis celebratio permittitur exponẽtibus Monachis taxatiuam huiuſmodi non extendi ad vſum Pontificalium ſine Baldachino, ac præterea ex indulto Alexandri II. ſibi competere Pontificalium vſum tum in exequijs nobilium Virorum. Sac. Congregatio cenſuit huiuſmodi priuilegium tantummodo ſuffragari Monaſterio Cauenſi, nec ad alia Monaſteria extendi.

Ad §. ſextum, quo in acceſſu Abbatis diuina peracturi, & receſſu eiuſdem poſt Diuina abſoluta, prohibetur aſſociatio more Epiſcoporum, affirmantibus Monachis, ſe ab immemorabili tempore ſimili aſſociatione vſos eſſe, atque indecorum videri, vt Abbas Pontificaliter peracturus Diuina, ſolus Eccleſiam petat; Sac. Congregatio cenſuit annuendum eſſe petitis, modò non extra, ſed intra ſepta Monaſterij ſe ſe ad Eccleſiam conferat.

Ad §. ſeptimum, quo taxatur numerus Miniſtrorum, exponentibus Monachis, Abbates indigere miniſtris ad librum, & Candelam ad intortitia eleuationis, & ad Candelabra Euangelij, ad Mitram, & Baculum; Sac. Congregatio cenſuit indulgendos fore alios quatuor miniſtros Cotta indutos, præter expreſſos in Decreto.

Ad §. octauum, quo vſus Mitrę pretioſæ, & baculi ſine velo appenſo vetitus eſt, aſſerentibus Monachis, Mitram precioſam ipſis de Iure competere, velum quoque nunquam eos conſueuiſſe Baculo appenſum adhibere, nec eſſe de ritibus Romanæ Eccleſiæ, ſed Ambroſianæ tantùm; Sac. Congregatio cenſuit, quo ad Mitram, ſeruandam eſſe diſpoſitionem cap. vt Apoſtolicæ de priuil. in 6. quoad Baculum verò ſeruandum eſſe Decretum.

Ad §. decimum, quo prohibetur vſus Pontificalium in aliena Eccleſia licet exempta, quamuis Abbas ad ipſam fuerit inuitatus, exponentibus Mona-

Digitized by Google

Monachis eos inibi Pontificalibus inſignijs hactenus vſos eſſe idque à Iure ipſis permiſſum præſumere; Sac. Congreg. cenſuit ſeruandum eſſe decretum.

Ad §. vndecimũ, quo ſacras veſtes ex Altari ſumere Abbates priuatim celebraturi probibentur, aſſerentibus Monachis, ſe hactenus tali priuilegio gauiſos eſſe; S. Cong. cenſuit ſeruandum eſſe Decretum.

Ad §. decimum tertium, quod diſponitur, nec Abbates extra Pontificalia Pontificali more, ac trina Crucis productione, nec non priuatim occurrenti Populo tum Pontificaliter induti etiam per Eccleſiam incedentes benedicant; aſserẽtibus Monachis, Abbates in Miſſis priuatis hactenus Epiſcopali more benedixiſſe, & Pontificalibus præſertim indutos, per Eccleſiam tranſeuntes occurrenti Populo benedictionem elargiri conſueuiſſe, Sac. Congreg. cenſuit ſeruandum eſſe Decretum.

Ad §. decimum quartum, quo in præſentia Epiſcopi Abbatibus denegatur facultas benedicendi ſolemniter etiam in Pontificalibus aſſerentibus Monachis, ex priuilegio ipſis etiam præſenti Epiſcopo benedictiones huiuſmodi competere, Sac. Congreg. cenſuit ſeruandum eſſe Decretum.

Ad §. decimum quintum, quo traditur ordo inferioribus Prælatis Diuina Pontificaliter peragendi, præſente Epiſcopo loci Ordinario, exponentibus Monachis, Epiſcopo vetitum reperiri ingreſſum in eorum Eccleſias ipſis inuitis; Sac. Congreg. cenſuit, ſeruandum eſſe Decretum.

Ad §. Decimum ſeptimum, quo vſus Mitræ, & reliquorum inſignium Pontificalium præter quàm tribus anni diebus abrogatus eſt, ſuggerentibus Monachis indecorum videri, vt in ordinibus conferendis in conſecrationibus, & in receptionibus, & profeſſione Monachorum, & Monialium Abbates Mitram non adhibeant; Sac. Congreg. cenſuit indulgendum fore, vt ea tantum vtantur in actu ordinationum, & benedictionum cum ſacro Oleo.

Ad §. decimum nonum, quo vetita eſt Abbatibus benedictio Sacræ ſupellectilis pro vſu alienarum Eccleſiarum, aſſerentibus Monachis, etiam pro aliena Eccleſia ex Apoſtolico Indulto eis licitum eſſe Eccleſiaſticam ſupellectilem. Sac. Congreg. mandauit, exhiberi Indultum authenticum ex Archiuio Apoſtolico deſumptum, interim ac abſtineri.

Ad §. vigeſimum primum, quo in Miſſis priuatis prohibentur Abbatibus quiuis ritus, & prærogatiuæ ad Epiſcopos priuatiuè ſpectantes, exponentibus Monachis, Abbates Caſſinẽſes hactenus in Miſſis priuatis adhibuiſse quatuor Candelas, Miniſtros ad lotionem manuum, & duos aſſiſtentes cum Cotta &c. Sac. Congreg. cenſuit ſeruandum eſſe Decretum. Præſentiſque declarationis Decretum typis imprimi poſse conceſſit. Die 12. Iunij 1660.

Prædictis autem Sanctiſſimo relatis Sanctitas Sua ea approbauit, & Decretum editũ die 27. Septemb. 1659. omninò exequi, & ſeruari mandauit. Verum quoad §§. quintum, ſextum, ſeptimum, octauum, & decimum ſeptimum ad limites tantum præſentis declarationis, & non aliàs; ſalua quauis contraria, verbaliter tamen expreſsa diſpoſitione priuilegiorum particularibus Monaſterijs Congreg. Caſſinenſium conceſsorum. Die 20. Iulij 1660.

I. Epiſc. Sabinen. Card. Sacchettus.

Loco † ſigilli.

Franciſcus Maria Phœbus Sac. Rit. Congreg. Secr.

9 Quo ad §. 8. circa vſum Mitræ cenſuit Sacra Congreg. ſeruandam eſse diſpoſitionem *cap. vt Apoſtolica de priuil. in* 6. in quo diſponitur, quod Abbates exempti vti poſſint mitris aurificatis, ſine laminis argenteis, vel aureis, & ſine gemmis, non excedenti, ſimplicibus albis, ac planis vtantur in proceſſionibus, Concilijs, & Epiſcopalibus ſynodis, in alijs vero locis exemptis, & non exemptis vtantur, mitris ad formam conceſſionis, & indulti.

SVMMARIVM.

1 Abbas, & alij Prælati inferiores non habent facultatem abſoluendi à cenſuris, & irregularitate occulta. Contrar. num. 2.

3 Abbates ordinum Monachalium benedicti poſſunt minores ordines conferre ſuis ſubditis, tam Monachis, tam laicis. Contrar. num. 4.

5 Neque poſſunt conferre alijs Regularibus, aut ſecularibus licet habeant dimiſſorias ſuorum ſuperiorum, & concurrat licentia Epiſcopi loci. Contrar. num. 6. Sed hæc ſententia improbatur num. 7.

8 Abbas, vt licitè conferre poſſit minores ordines, quæ requirantur.

9 Malè ordinatus ab Abbate rehabilitationem à Pontifice obtinere debet.

10 Abbas, an poſſit Sacramentum confirmationis miniſtrare, & num. 11.

12 Abbas Regularis, an Nouitijs primam tonſuram, & minores ordines conferre poſſit, & num. 13. & ſeq.

14 Nouitius durante anno probationis habet facultatem teſtandi, & beneficium poteſt retinere.

15 Eſt de gremio Religionis.

16 Dicitur actiuè Religioſus non tamen paſſiuè, & in fauorabibus habetur pro Religioſo ſecus in odioſis.

17 Abbas ſi ordines poteſt conferre poteſt etiam diſpenſare in interſtitijs.

18 Ordines conferre ſubditis Abbatum pertinet ad Epiſcopos viciniores.

19 Abbas Regularis nullius diœceſis poteſt examinare teſtes pro ſtatu libero.

20 Ordinarij nomine venit, qui in locis exemptis habet iuriſdictionem ordinariam.

21 Abbas Commendatarius habens iura Epiſcopalia poteſt remittere denunciationes matrimoniales. Contr. n. 22.

23 Habet etiam facultatem alienandi terrulas Eccleſiæ iuxta *cap. Terrulas* 12. *qu.* 2.

24 Abbas Cauarum, quam iuriſdictionem habeat.

Ius Abbatis, & Prælati inferioris quo ad exercitium iuriſdictionis in quibus ſe extendat, & reſtringatur.

ADNOTATIO II.

1 ABbas, & alij Prælati inferiores habentes iuriſdictionem ordinariam, etiam nullius diœceſis, non habent facultatem, quam habet Epiſcopus abſoluendi à cenſuris, & diſpenſandi ſuper irregularitate occulta iuxta diſpoſitionem, ſeu ad limites decreti *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ.* 24. *de reform. cap* 6. *Aragon. in* 2. 2. *qu.* 88. *art.* 12. *Suar. in* 3. *p. tom.* 4. *diſ.* 30. *ſect.* 2. *num.* 6. *& tom.* 5. *diſ.* 41. *ſect.* 2. *num.* 7. *Ledeſm. in ſum. tom.* 2. *tract.* 1. *cap.* 6. *poſt concluſ.* 2. *diffic.* 1. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 441. *num.* 2. *Tales. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 5.

2 In affirmatiuam ſententiam feruntur *Henriquez lib* 6. *cap.* 16. *nu* 1. *flores de Mena var. reſol. lib.* 3. *qu.* 24. *num.* 18. *Auila de cenſ qu.* 7. *diſ.* 10. *dub.* 10. *Sanchez. in ſum. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 5. *Duar in Bulla cœnæ lib.* 3. §. 2. *qu.* 8. *num.* 55. *Mones de com-*

mut. vltim. volunt. cap. 5. num. 455. Sigiſmund. à Bononia in tract. de elect. dub. 51. num. 8 relat. per Dian. reſol. moral. p 4. tract 4. Miſcel. reſol. 211. fo. mihi 150. vbi ſubdit, quod vtraque ſententia ſit probabilis.

3 Abbates Ordinum Monachalium Benedicti minores ordines poſſunt conferre ſibi ſubditis tam Monachis, tam laicis, in quos ordinariam habent iuriſdictionem, vt probat textus in *cap. Abbates de priuil. in 6.*

4 Hodiè verò per diſpoſitionem *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 23. de reform. cap. 10.* non licet Abbatibus, & quibuſcunque alijs, quantumuis exemptis intra fines alicuius diœceſis exiſtentibus, etiam nullius diœceſis, vel exempta eſſe dicatur cuiquam, qui regularis ſibi ſubditus non ſit tonſuram, vel minores ordines conferre *Tamburin. de iure Abbat. tom 2. diſ. 1. qu. 7. num. 1. Gauant in manual. Epiſcop. in verbo Abbas num. 31. cum alijs relatis per Barboſ. in collect. DD. in Concil. Trident dicta ſeſſ. 23. cap. 10. num. 2.*

5 Amp. vt Abbas Regularis habens ius, mitram, & Baculum deferendi etiam poſt quam ſacerdotalem ordinem, & munus benedictionis ſuſceperit neque poteſt tonſuram, & minores ordines conferre alijs regularibus, qui ſpeciales dimiſſorias ſuorum ſuperiorum habeant, & ſpecialis pariter Epiſcopi loci licentia concurrat, eoque minus alijs ſæcularibus ſuorum ſuperiorum dimiſſorias differentibus, *vt ex voto Rotæ de mandato Clem. VIII. firmatum fuiſſe refert Seraph. dec. 985. num. 1. p. 1. & ſæpe cenſuiſſe Sac. Cong. Epiſcop. & Regular. vt in Eugubina* 1593. *& in Camplen. 27. Iunij 1631. & Sel. in ſelect. Canon cap. 19. nu. 8. refert Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 10. numer. 5. & in ſum. Apoſtolic. dec. in verbo Abbas collect. 1. num. 17. & de iure Eccleſiaſt vniuerſ. lib. 1. cap. 33. num. 16. Io. Maria Nouar. in Lucerna Regular. in verbo Ordo num. 2.* Nicol. *in ſuis floſcul. verb.* Abbas *nu. 12.*

6 Contrarium tenent *Quaranta in ſumma Bullar. in verbo ordo in fi. verſ. Abbatibus Bonacin. in tit. de ſacrament. Ordinis diſ. 8. quæſt. vnica punct. 4. nu. 3. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. cap. 26. §. 19. Grilenzon. conſ. 142. num. 52. Tamburin. de iure Abbat. tom. 2. diſ. 2. qu. 7 num. 3. Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 3. cap. 20. qu. 7. Gauant. in Encherid. ſeu manual Epiſcop. in verbo Abbas num. 34. Lezana in ſum. quæſt.* Regul. *cap. 14. num. 13. & cap. 18. num. 65. cum alijs per Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform cap. 10. num. 5. verſ. contra Quaranta.*

7 Sed hæc contraria ſententia improbata fuit *à Sac. Congregatione Concilij* iuxta decretum emanatum *ſub die 13. Nouemb.* 1641. quo expreſsè inhibetur Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs Prælatis inferioribus, tam ſæcularibus, quam Regularibus, vt in futurum concedere non audeant ſupradictas literas dimiſſorias huiuſmodi Abbatibus directas, nec ab eiſdem recipi, quod ſi ſecus fiat tam concedentes, quam ordinantes à collatione ordinum ſuſpenſi remanere debeant, præter alias pœnas arbitrio eiuſdē Sacræ Congregationis reſeruatas, quam declarationem fel. rec. Vrbanus VIII. die 17. Ianuarij 1642. ad ſe delatam approbauit, & inuiolabiliter obſeruari iuſſit, vt per extenſum refertur *à Iacob. Pignatel. conſult. canon. 367. num. 1.*

8 Abbas igitur, vt poſſit minores ordines licitè, & debitè conferre tria copulatiuè exiguntur, primo debet eſſe Presbyter, ſecundo quod benedictionem acceperit ab Epiſcopo per manus impoſitionem, tertio quod proprio Monacho conferat, ita *ex Campan. & Roderic. à Cunna tradit. Barboſ in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 10. num. 6.*

9 Vnde ordinatio aliter facta licet ex defectu iuriſdictionis ſit nulla nihilominus ſic ordinati ab huiuſmodi Abbatibus non ſunt iterum ordinandi, ſed tantum à Sanctiſſimo rihabilitationem obtinere debent, iuxta *declarationem Sac. Cong. Concilij die 26. Iunij 1655. de qua Iacob. Pignatel. conſult. canon. 367. num. 7.*

10 Quod autem Abbas Regularis, qui poteſt exercere pontificalia ex priuilegio Apoſtolico poſſit ſacramentum confirmationis conferre de conſenſu Ordinarij tenent *Quaranta in ſum. Bullar. in verbo ordo verſ. poſſunt etiam ex priuilegio fo. mihi* 393. vbi ſubdit ita declaraſſe Sacram Congregationem, vt habetur in *Compendio priuileg. fratrum Minor. & aliorum Mendicantium impreſſo Brixiæ anno 1590. in verbo Ordines ſacri fo. 457. & 458. Barboſ. in ſum. Apoſtolic. deciſ. collect. 1. in verbo Abbas num. 16.*

11 Hoc tamen ſibi locum vindicare debet, quando adeſſet ſpecialiſſimum priuilegium Sedis Apoſtolicæ, alias cum prædictis Abbatibus ex *decreto Sacræ Congregationis rituum circa vſum pontificalium Prælatis Epiſcopo inferioribus conceſſum emanoto ſub die 27. Septemb. 1659. in §. 19. Reliqua Pontificalia* prohibeatur exercitium pontificalium, & actus in quibus ſacra vnctio adhibetur pro ſeruitio alienæ Eccleſiæ, aut in ſubditos pariter alienos etiam de licentia Ordinariorum, vt ſunt campanarum Benedictiones, calicum, & ſimilium, ac minorum Ordinum collationes, eodem modo eiſdem prohibita eſſe debet adminiſtratio ordinis confirmationis cum militet eadem ratio.

12 Amp. 2. vt neque Abbas Regularis Nouitijs ſui ordinis primam Clericalem tonſuram, ac minores Ordines conferre poſsit, quia pendente, probationis anno quo ad ordines ſuſcipiendos non habentur pro ſubditis, cum ſit in Nouitij libertate habitum dimittere, & ad ſæculum reuertere, vnde ante profeſſionem non dicitur radicata iuriſdictio ſuperioris Regularis quo ad exercitium ſui iuris, & priuilegij in Nouitijs *Marchin. de ſacrament. ordinis 1. p. 2. cap nu 10. cum ſeq. Nald. in ſum in verb. Nouitius num 8.* Barthol. *de Vecchis in prax. ſeruand. in admitten. ad Religion. ſtatum Nouit diſ. 11. qu. 8. nu. 4 | Henriq in ſum. lib. 10. cap. 23. §. 3. in commento lit. G. Fr. Emman. quæſt reg. tom. 3. qu. 23. art 2. Sayr. de cenſur. lib. 4. cap. 13. num. 5.* Ludouic. *Miranda in Manual. Prælator. tom. 1. qu. 38. art. 9. conclu. 2. in fi. Vgolin. de offic. Epiſcop. cap. 26. §. 20. nu. 6. Tamburin. de iure* Abbat. *tom. 2. diſ. 2. qu. 27. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 2. alleg 3. num. 8. Gratian. diſcept. 741. num. 6.*

13 Contrarium docet *Suar. de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 29. num. 12. per glo. in cap. Abbates verbo conualuerint de priuil. in 6.* Ac proinde, quod ſuperiores Regulares, qui habent ſpeciale priuilegiū concedendi ſuis Monachis literas dimiſſoriales ad quemcunque Epiſcopum, poſſint etiam Nouitijs illas concedere, prout cæteris Monachis profeſſis concedere valent *Sanchez in precept. Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 10. in fi. Barthol. de Vecch. in prax. obſer-*

ſeruanda in admittendis od Religionis ſtat. Nouit. diſ. 11. qu.8. num. 3. verſ. ſi vero Tamburin. de iure Abbat tom 2. diſ. 2. qu. 27. num. 2. cum alijs per Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 10. num. 12.

14 Et ratio deduci poteſt, quia quamuis Nouitius ad ſæculum redire poſſit, & habeat facultatem teſtandi, & beneficium retinere valeat, & ſimilia, quę propriè nõ conueniũt Regularibus profeſſis, & ſubditis, nihilominus in anno probationis eſt de
15 gremio Religionis, prout Clericus in minoribus conſtitutus licet poſſit relinquere habitum Clerica-
16 lem eſt de Clero, ac proinde Nouitius in probationis anno dicitur actiuè Religioſus non tamen paſſiuè, & ſic in fauorabilibus, vt in priuilegio Canonis, fori habetur perinde, ac ſi eſſet Religioſus, & profeſſis æquiparatur, ſecus in odioſis, vt in amiſſione bonorum, & ſimilium, collatio autem Ordinum cum reputetur actus fauorabilis, immo magis inducens Nouitium ad perſiſtendum in Religione, & permanere in vocatione, in qua vocatus fuit, vtique exercenda videtur à Regularibus Pręlatis etiam in nouitijs ad latè tradita per *Sperel. dec. 16. à num. 39. cum plurib. ſequen.* tom. 1. vtraque ſententia eſt probabilis, prima tamen magis tuta.

17 Verum in omni caſu, quo huiuſmodi Abbates primam clericalem tonſuram, & minores ordines ſuis ſubditis Regularibus conferre poſſunt, illis pariter licitum eſt in interſtitijs diſpenſare, vt reſoluit *Sorb. in Compend. Mendican. verb. Ordines ſacri verſ. quando vero Abbates, Campan. in diuerſ. iur. Canon. rub. 12. cap. 13. num. 42. Ludou. Mirando in Manual. prælator. tom. 1. qu. 38. art. 7 conclu. 3. Hyeron. Roderiq. in compend. quæſt. regul. reſol. 1. nu. 21.* etiam eo caſu, quo Abbates ſuos ſubditos cum dimiſſorijs remittunt, vt ab Epiſcopis ordinentur, vt ex *Salſedo firmat Villalob. tom 1 ſumm. tr. 11. diffic. 12. num 4. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 3. num. 8. & in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 10. num. 4.*

18 Ordines propterea conferre ſubditis ſæcularibus Abbatum, & aliorum inferiorum nullius diœceſis pertinet Epiſcopis vicinioribus etiam non accedente conſenſu, ſeu literis teſtimonialibus eorundem Abbatum, & aliorum inferiorum, & ita deciſum fuiſſe teſtatur *Sel. in ſelect. Canon. cap. 1. num. 29. Barboſ. in Concil. Trid. dicto cap. 10. num 9.*

19 Si Abbas Regularis ſit nullius diœceſis, & exerceat iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in locis ſibi ſubiectis, poteſt examinare teſtes pro probando ſtatu libero ſuorum ſubditorum matrimonia contrahere volentium iuxta formam traditam à Sacra inquiſitione Vrbis ad tollendum Poligamiæ crimen emanatam, ita vt eorum atteſtatio debeat ab Ordinarijs admitti, vt cenſuit *Sac. Cong. Concil. in vna Papien. 3. Iunij 1651. ad cap. 1. ſeſſ. 24. de reform. matrim. de qua Pignatel. conſult. canon. 371.*

20 Quicunque autem, qui in locis exemptis habet iuriſdictionem ordinariam venit appellatione Ordinarij, & ideo poteſt ea exequi, quæ Ordinarijs committuntur, vt obſeruat *Zobarel. in Clem. quia Regulares num. 11. de ſuppl. negli. prælat. Abb. in cap. vt formam num. 6. de ſent. excom Dec. conſ. 121. Myſinger. in cap. poſt ceſſionem num. 2. de prob. Pariſ. lib. 3. de reſig. qu. 11. Nauar. conſ. 9. de priuil.*

21 Quinimo Abbates Commendatarij habentes iura Epiſcopalia poſſunt diſpenſare, vt iuſtis concurrentibus cauſis omittantur denunciationes matrimoniales, quia veniunt ſub nomine Ordinarij, quibus hæc facultas à *Sac. Concilio Tridentino ſeſſ. 24. de Reform cap. 1.* ſolis conceditur *Sanchez. de matrim. tom. 1. lib. 3. diſ. 3. num. 4. Coninch. de ſacramen. diſ. 27. dub. 6. num. 54. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 32. num. 30.*

22 Contrarium, quod iure Concilij hæc facultas cenſeatur ſolis Epiſcopis conceſſa, & non Abbatibus Commendatarijs habentibus iura Epiſcopalia, cum nomine Ordinarij ad hunc effectum non intelligatur niſi Epiſcopus, & ita firmaſſe Sacram Congregationem refert *Diano reſol. moral. p. 3. tract. 4. reſol. 237. Boſſius de matrim. lib. 5. cap. 32. num. 2. Villalob. in ſumm. tom. 1. tract. 13. diſ. 23. num. 6.* qui referunt Cardinali Farneſio Abbati Farfenſi fuiſſe conceſſam hanc facultatem, ſed non eius Vicario.

23 Sed quod Abbas, & alius Prælatus inferior Epiſcopo ſi ſit exemptus, & habeat territorium ſeparatum, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum comparetur Epiſcopo, habet facultatem concedendi licentiam alienandi terrulas Eccleſiæ ad terminos *cap. terrulas 12. qu. 2.* vt docet *Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib. 9. cap. 4. num. 46. verſ. ſimiliter Abbas fo. 413.*

24 Abbas Sanctiſſimæ Trinitatis Cauarum Ordinis Diui Benedicti Congregationis Caſinen. habet omnimodam iuriſdictionem Epiſcopalem, & proprium territorium, iuſque cogendi Synodum, indicendi concurſum ad Parochiales vacantes, ac Sacramentum Chriſmatis conferendi, vt declaraſſe Sacram Congreg. Concilij, & hanc declarationem confirmatam fuiſſe à Sixto V. & deſuper expeditas fuiſſe literas confirmatorias ſub fel. rec. Greg. XIV. dixit *Rot. in Cauen. collationis Ordinum 26. Iunij 1654. § penultimo in fi. coram Veroſpio.*

PRAENESTINA BENEFICII.

ARGVMENTVM.

De incompatibilitate beneficiorum, & quæ ſub eodem tecto retineri poſſint abſque diſpenſatione Apoſtolica, & an retineri poſſint plura beneficia abſque eadem diſpenſatione, & ſignanter, an diſpoſitio *Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17.* habeat locum in beneficijs de iurepatronatus.

SVMMARIVM.

1 Beneficium ſimplex, ſeù Capellania, cum Canonicatu retineri poſſunt ſub eodem tecto ſiue Cathredalis, ſiue Collegiatæ.

2 Beneficia difformia in nomine, & in fine, vt ſi vnum ſit reſidentiale, alter non, ſunt incompatibilia.

3 Reprobatur *Hoeda* indiſtinctè tenens quod ad inducendam incompatibilitatem ſufficiat, quod ſint ſub eodem tecto.

4 Beneficia vniformia eiuſdem nominis, & miniſterij vel incompatibilia non poſſunt retineri ſub eodem tecto.

5 Dignitas cum Canonicatu ex conſuetudine, vel diſpenſatione Papæ retineri poſſunt ſub eodem tecto, & etiam

ex

Digitized by Google

ex diſpenſatione Epiſcopi num 6.

7 Beneficia difformia quo ad nomen, non autem quo ad reſidentiam ſunt incompatibilia.

8 Et per aſſecutionem ſecundi vacat primum niſi concurrat conſuetudo, aut diſpenſatio Apoſtolica.

9 Beneficia vniformia ordinata ad diuerſum miniſterium, cum diuerſis oneribus, vt ſunt duo Capellaniæ in diuerſis altaribus ſub eodem tecto retineri poſſunt.

10 Beneficia ſunt incompatibilia ſi vtrumque requirit perſonalem reſidentiam, etiam ſi ſint difformia, & ſub diuerſo tecto, & licet ſint beneficia ſimplicia.

11 Lim. ſi alter non concurrat in tempore cum reſidentia alterius.

12 Limit. 2. vt procedat in reſidentia vera, & præciſa, ſecus in cauſatiua.

13 Capellania habentis onus inſeruiendi Eccleſiæ cum non induceat præciſam reſidentiam, ex quo onus per alium adimpleri poteſt retineri poteſt cum Canonicatu ſub eodem tecto.

14 Beneficia difformia, & diuerſi miniſterii ſub eodem tecto retineri poſſunt cum diſpenſatione Ordinarij.

15 Plura beneficia retineri non poſſunt.

16 Vnum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis eſt conferendum, & ſi ad ſubſtentationem non ſufficiat conferri poteſt aliud ſimplex, ſi perſonalem reſidentiam non requirant.

17 Non autem aliud vltra dun licet non ſufficiant ad commodam ſubſtentationem ſine diſpenſatione Apoſtolica.

18 Contrarium, quod etiam Epiſcopus poſſit conferre tertium.

19 Fructus beneficij, an ſufficiant ad commodam ſubſtentationem Iudicis arbitrio relinquitur.

20 In beneficijs de iurepatronatus non habet locum *Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. de reform. cap. 17.*

21 Præſentatus ad beneficia de iurepatronatus laicorum inſtitui poteſt ab Epiſcopo etiam vltra tertium, & quartum.

22 Beneficia de iurepatronatus laicorum non ſubiacent regulis Cancellariæ.

DECISIO XXXI.

MArcus Antonius de Alexandris fuit à claræ memor. Eminentiſſ. Card. Hyeronimo Columnæ Oppidi Paliani Duca præſentatus, & ab Ordinario Prænestino inſtitutus de Capellania ſub innocatione Sanctæ Mariæ de Zangaro in Eccleſia Collegiata Diui Andreæ eiuſdem Oppidi, in qua aliam præbendam Canonicalem pacificè poſſidere reperiebatur; hinc prætendente Subcollectore Apoſtolico non poſſe retinere duo beneficia ſub eodem tecto abſque Sanctæ Sedis diſpenſatione, inchoauit contra eũdem iudicium ſuper mala fructuum perceptione, ac indebita beneficiorum retẽtione, ad quod ſubuertendum, & ſubſtinendam inſtitutionem factam ab Ordinario cuius Vicarij Generalis munus perſol-
1 uebam, animaduertendum curaui, quod receptiſſimum eſt illud iuris axioma, quod beneficium ſimplex, ſeù Capellania poſſit conferri, & retineri cũ Canonicatu in Eccleſia Cathedrali, aut Collegiata, abſque Apoſtolica diſpenſatione, tamquam beneficia non incompatibilia, licet ſub eodem tecto exiſtant *Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 3. qu. 1. num. 128. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 10. nam. 35. cum plurib. ſequen. & num. 43. Tondut. quæſt. beneficial. p. 2. cap. 5. §. 6. nam. 8. & ſeq. & nouiſſimè D. de Luca in ſuo Theat. veritat. & iuſtitiæ tom. 2. de benefic. diſ. 57. num 6. & 7. vſque ad fin. Rot in Regien. benefic. 9. Decemb. 1639. coram Bichio, & in Aſten. Coadiutariæ 21. Ianij 1653. §. & quod ſit coram Cardinali Celſo.*

2 Vbi enim beneficia ſunt difformia tam in nomine, quam in fine, ſeù inſtituto, quorum vnum ſit verè, ac præciſè reſidentiale alterum verò non aſtringatur onere reſidentiæ, vt contingit in Canonicatu, & Capellania ſub eodem tecto, Rectoria, cum Capellania, ſeù dignitate, vel portione, cum eadem, Capellania, aut præſtimonio, vel alio ſimplici beneficio, aut in Capellania vnius Capellæ, & Congregationis, cum alia Capellania diuerſæ Congregationis, in ijs enim ceſſat incompatibili-
3 tas, & quamuis *Hoieda de incompatibilitat. benefic. p. 1. qu. 20. num. 25. ex Mandoſio* in loco per eum allegato indiſtinctè teneat, quod ad inducendam incompatibilitatem ſufficiat, quod beneficia ſint ſub eodem tecto, ſeù intra eandem Eccleſiam, & inter eoſdem parietes, & muros, abſque vlla diſtinctione, contrarium tamen eſt verius, & reprobato *Hoieda* de communi teſtantur *Pariſ. de reſignat. beneficior. lib. 3. qu. 1. num. 128. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar glo. 10. num. 34 cum ſeq. & num. 43. Tondut. quæſt. beneficial. p. 2. cap. 5. §. 6. num. 8. cum ſeq. De Luca in Theat. veritat. & iuſtitiæ tom. 12. de benefic. diſc 57. num. 6. & 7. Rot. dec. 489. p. 2. recen. dec. 631. p. 3. & coram Merlin. dec. 825.*

4 Sententia autem Hoiedæ ſibi locum vindicat, vbi agitur de duobus beneficijs vniformibus, ſcilicet, quia ambo ſunt eiuſdem nominis, ac eiuſdem miniſterij, & ſeruitij, vt ſunt duo Dignitates, vel duo Canonicatus eiuſdem Eccleſię, nam ad hoc vt interet dicta incompatibilitas eſt neceſſarium, vt vtrũque beneficium requirat idem miniſterium, & exercitium in eodem loco, ita vt dignitates, Canonici, vel Capellani conuenire debeant in vnum, & eadem munera eodem tempore explere, vt declarat *Nauar. conſ. 16. num. 2. ſub tit. de præben. Lapus alleg. 116. num. 5. & allegat. 117. num. 1. & per totam Felin. in cap. ex parte il 2. num. 3. de reſcript. Abb. in cap. literas num. 4. de conceſ. præbend. Rebaf. in prax. tit. de non promot. infra annum. 75. Sel. in ſelect. canon. cap. 21. nu. 11. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. n. 13. ex Garz. de benef. p. 11. cap. 5. n. 381. in 1. 2. & 3. declarat. Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 3. qu. 1. num. 128. Tondut. quæſt. beneficial. par. 2. cap. 5. §. 6. num. 6. cum alijs allegat. per Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloſ. 10. num. 34. 35. de Luca in Theat. veritat. & iuſtitia tom. 12. de benefic. diſ. 57. num. 3. vbi teſtatur quod omnes in hoc concordant, quia textus in cap de multa de præbendis,* clarè, & ad literam ita diſponit.

5 Ex conſuetudine tamen, aut ſaltem ex diſpenſatione Papæ, quod in eadem Eccleſia retineri poſſit Dignitas, cum Canonicatu, tradit *Quaratilian. Mandoſ. in tract. de ſignatur. gratiæ tit. de diſpenſat. ad benefic ſub eodem tecto verſ. Canonicatus, & dignitas in eadem Eccleſia Gonzal. ad reg. 8. Cancellar glo. 10. num. 39. & 40. & Puteo, quem allegat.* dec. 189. *lib. 3. & ex Achil. de Graſ. dec. 269. alias 6. ſub tit.*
6 *de præben.* vbi quod requiratur conſuetudo, vel ſaltem diſpenſatio Epiſcopi, *cum alijs per Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. num. 13. & de offic. Epiſcop. alleg. 62. num. 18. prope fin. Garz. de benef. p. 11. cap. 5. num. 246. & ſeq.*

7 Prout etiam ſententia Hoiedæ procedit, in beneficiis, quæ inter ſe ſunt difformia quo ad nomen, non autem quo ad reſidentiam, vt ſi vtrumque ſit reſidentiale ex reſidentia vera, & præciſa, vt ſunt

digni-

Digitized by Google

dignitas, & Canonicatus in Cathedrali, vel Collegiata, ſeu Canonicatus, & beneficiatus, vel Portionaria, & alia, quæ hodie ex *Concil. Trid.* diſpoſitione reſidentiam requirunt. vt *in ſeſſ. 6. de refor.*
8 *cap. 2. & ſeſſ. 23. de reform. cap.* 1. nam ex hac qualitate reſidentiali præcisè inducitur incompatibilitas, adeò vt niſi ex legitima conſuetudine, vel ex diſpenſatione Apoſtolica retineantur per aſſecutionem ſecundi vacat primum, & cogi poteſt ad dimittendum, & talis eſt inconcuſſa Datariæ praxis, *de Luca in Theat. veritat. & iuſtitiæ tom. 12. de benefic. diſ. 57. num. 5. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo.* 10. *num.* 32.

9 Sed ſi agatur de beneficijs etiam vniformibus, & eiuſdem nominis, quæ tamen ordinata ſint non ad idem miniſterium, neque ſimul concurrunt ad efformandum, ſeù conſtituendum vnum, & idem corpus, ſed ſe habent, & conſiderantur ſingulariter, ac diſtinctè, vt ſi eſſent plures Capellaniæ in eadem Eccleſia ad diuerſas Capellas, ſeù ad diuerſos fines, & cum diuerſis oneribus, & ad ſeparatam congregationem faciendam, & hoc caſu nulla oritur incompatibilitas, vt concludit *Nauar. conſ. 16. de praben.* Ganzal. *ad reg. 8. Cancel glo.* 10. *nu.* 34. *de Luca in ſuo theat. veritat. & iuſti. tom.* 12. *de benefic. diſ. 57. num. 4. Garz. de benef. p. 11. cap. 5. num. 235. & ſeq.*

10 Indubitati tamen iuris eſt quod beneficia ſemper reddãtur incompatibilia ſi vtrumque requirat perſonalem reſidentiam, ſiuè ſint ſub eodem, ſiuè ſub diuerſo tecto, ſiue ſint eiuſdem nominis, ſeù vniformia, ſiuè diuerſi nominis, ſiuè difformia, vt diſponit, *Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 7. de reform. cap. 4. & ſeſſ. 22. de reform. cap. 22. verſ. propterea retinentibus, & declarauit Sac. Cong. Concil. de qua Rot. dec. 607. num. 2. p. 4. diuerſ. & in Leodien.* Canonicatus, *ſeu ſcholaſtriaria 10. Maij 1666. § incompatibilitas vero coram Bourlemont.* Et hoc habere locum etiam in beneficijs ſimplicibus perſonalem, & præciſam reſidentiam requirentibus tradit Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glo. 15. num. 19. cum ſeq. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 5. qu. 6. num. 114. Hoted. de incompatibilitat. benef. p. 1. cap. 17. num. 3. & 30. Garz. de benef p. 11. cap. 5. num.* 261.

11 Recipit tamen hæc ſententia ſuas declarationes, prima vt non procedat, quando beneficia reſidentiæ onus habentia, ſi alter non concurrat in tempore cum reſidentia alterius, ſed in vtroque æquè bene inſeruiri poſſit, *Garz. de benef. p. 11. cap. 5. nu. 86. & ſeq. Maſſabr. in prax. ad habend. concurſ. ad Paroch. requiſit. 1. dub. 3. num. 7. in fi. Rot. dec. 483. num 3. p. 1. diu.*

12 Vlterius declaratur, vt procedat in reſidentia vera, & præciſa, ſecus autem in cauſatiua, ſcilicet ſi Capellania habeat onus inſeruiendi horis veſpertinis, & in proceſſionibus, nam tunc non intrat incompatibilitas, cum huiuſmodi onus non cauſet reſidentiam præciſam ſed ſolum cauſatiuam, ita *de Luca in ſuo Theatro veritat. & iuſtitia tom. 12. de benefic. diſ. 57. num. 6. & 7. ex auctoritate Rot. in dec. 489. p. 2. & dec. 631. p. 3. recen. bene Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 15. a num. 19. vſque ad 25.*

13 Ex quibus ita diſpoſitis, cum huiuſmodi Capellania, de qua Marcus Antonius præſentatus fuit, non habeat onus reſidentiæ, nec ſit ordinata ad faciendum vnum corpus cum Canonicis, ſed ad diuerſum miniſterium, & nullum alium ſeruitium habeat, niſi onus celebrandi quatuor miſſas lectas qualibet hebdomada, quod perſolutis in Collegiata Eccleſia horis canonicis per ſe, vel per alium adimplere poteſt diuerſis horis, & tempore, & ſit beneficium omninò difforme, non redditur incompatibile, licet ſit ſub eodem tecto cum Canonicatu vt in fortioribus terminis Capellaniæ habentis onus inſeruiendi Eccleſiæ, dixit *Rot. dec. 155. num. 2. p. 4. recen. & in d. Regien. Beneficij 9. Decemb.* 1639. *coram Bichio*, & ratio eſt, quia hoc ſeruitium per alium adimpleri poteſt, & ſic non inducit præciſam reſidentiam.

Ac proinde ceſſante obiecto incompatibilitatis, ceſſat etiam neceſſitas diſpenſationis Apoſtolicæ ad licitam beneficiorum retentionem, & obiectum, quod ſint ſub eodem tecto penitus corruit in præſenti quo ad inducendam prætenſam incompatibilitatem, & in omnem caſum, attento quod agitur de beneficijs difformibus concernentibus diuerſum
14 miniſterium, ad cautelam exuberat diſpenſatio Ordinarij, & ita cenſuiſſe *Sac. Congregationem refert Garz. de benefic. p. 11. cap. 5. § 4. num. 376. & 377.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 62. nu. 17. & in Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. num. 14. Armendar. in tract. de benef. incompatibilit. tit. 7. num. 7.* Gonzal. *ad reg. 8.* Cancellar. *glo. 10. num. 40. 42. & 43. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 5. qu. 6. & lib. 6. cap. 11. qu. 2. & 4. & cap. 13. quaſt. 6.* Rot. *deciſ. 1604. num. 2. coram Card. Seraph.*

15 Pro vt nec ex alio capite quod retineat plura beneficia moleſtari poteſt, quamuis de iure nouo *Concilij Tridentini ſeſſ. 24. de reformat. cap. 17.* & de iure antiquo, & communi prohibeatur nè quis plura beneficia retineat, *cap. de multa de præben. c. quia nonnulli de Cleric. non reſiden. cap. in quibus 7. qu. 1. cap. ſicut in vnaquaque 21. qu. 2. Rot. deciſ. 119. num. 4. p. 6. recen.*

16 Quoniam licet vnum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis ſit conferendum, tamen ſi illud ad vitam, & conditionem eius, cui confertur honeſtè ſubſtentandam non ſufficiat, licitum quidem eſt aliud ſimplex ſufficiens, dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirant eidem conferri, vt apertè diſponit, *Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. latè* Garz. *de benefic. p. 11. cap. 5. nu. 260. cum ſeq. Vgolin de offic. Epiſcop. cap. 14. § 2. Maſſobr. in prax. ad haben. concurſ. ad Paroch. requiſit. 7. dub. 16. cum duob ſeq. Alay.* Ric. *dec. curiæ Neapol. 226. num. 16. & dec. 236. p. 4. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 62. num. 1. & in* Concil. *Trid. d. cap. 17. num 1.*

17 Hinc eſt quod Epiſcopus habenti vnum ſimplex, vel aliud beneficium quod nõ ſufficiat ad eius ſubſtentationem poſſit aliud conferre, abſque diſpenſatione Apoſtolica, non autem alia vltra duo vſque ad ſufficientem ſubſtentationem citra præfatam diſpenſationem, ſecundum aliquorum DD. ſententiam, quam refert *Garz. de benef. p. 11. cap. 5. § 3. num. 310.* vbi teſtatus ita cenſuiſſe *Sac. Congreg.* Concilij *Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 1 cap. 14. § 2. verſ. excipitur tamen* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 62. per tot. & in* Concil. *Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. num. 3. Maſſobr. in prax. ad habend. concurſ. ad Parochias requiſit. 7.*

dub.

Digitized by Google

dub. 16. ſecundum Romanam impreſſionem Gennen. in in prax Archiepiſcop. Neapol. cap. 5?. num. 3.

28 Sed quod habens vnum, vel duo beneficia poſſit cum diſpenſatione Epiſcopi habere tertium quando priora non ſufficiant ad victum, & commodam ſubſtentationem, licet in ſufficientibus requiratur diſpenſatio Papæ tenet *Borgnia. dec. 17. num. 73. & 74. p. 2. & dec. 33. num. 6. p. 5. & alleg. it. Roc. de iurepatronat. in verbo honorificum num 94. in fi.* & ratio reddi poteſt, quia *Concil. Trid. in dicto cap. 17.* non loquitur limitatiuè per particulas taxatiuas ſcilicet ſolum, tantum, & ſimiles, ac proinde non videtur coarctare ordinarij auctoritatem ad conferendum ſecundum beneficium, vt nequeat conferre tertium ſi collata ad ſubſtentationem non ſufficiant dum voluit Eccleſiaſticas perſonas, ne in dedecus Clericalis ordinis mendicare cogantur de ſufficientibus redditibus prouideri debere, & de conſuetudine quod hodie à Prælatis inferioribus plura beneficia conferantur nulla habita ratione, an ſint tenua, vel pinguia, licet non laudabiliter refert *Barboſ. de offic. Epiſcop. alleg. 62. num. 10. in fi. & Concil Tridcat. dicto cap. 17. num. 7.*

Verum quidquid ſit de hac opinione licitè, ac validè prouiſus fuit dictus Marcus Antonius de hoc ſecundo Beneficio, ſeu Capellania, vtpotè quia redditus Canonicatus cum non excedant ſummam ſcutorum ſexaginta non videntur ſufficere ad com-
29 modam ſubſtentationem, vt attenta eius qualitate, & conditione prudentis Iudicis iudicio, cuius arbitrio hoc rem t?itur facile iudicari poteſt *Gonzal. ad ad reg. 8. Cancellariæ glo. 15. num 39. Zerola in prax. Epiſcopal. p. 1. in verbo beneficium §. 7. col. 8. prin. Maſobr. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. requiſit. 7. num. 14. cum ſeq. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 62. num. 1. & in Concil. Trid. ſeſſ 24. de reform. cap. 17. num. 17.*

30 Et tollitur omnis difficultas, quia verſamur in beneficijs de iurepatronatus laicorum, in quibus nō habet locum diſpoſitio *Sacri Concilij in citato cap. 17.* ac proindè vniuerſalem obſeruantiam, & praxim eſſe, vt Epiſcopus inſtituat præſentatos à patronis tamen ſi tertium, & quartum habeant beneficium,
31 teſtantur *Lambert. de iurepatronat. p. 1. lib. 2. qu. 7. cap. 15. num. 15.* vbi refert ſe fuiſſe inſtitutum in triginta ſeptem beneficijs de iurepatronatus Laicorum, & Clericorum, & omnium fructus non aſcendebant ad ſummam ducatorum 130. de Camera *Maſſobr. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. requiſit. 7. dub. 18. Barboſ. in Concil. Trid ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. num. 8. verſ. contra Lambert.* quod eſt intelligendum ſi non ſint incompatibilia ob perſonalem reſidentiam iuxta ſuperius tradita.

32 Nec comprehenduntur huiuſmodi beneficia de iurepatronatus laicorum ſub alijs Cancellariæ regulis, vt in eiſdem ſit procedendum ſicut in alijs beneficijs Eccleſiaſticis *Gonzal. qui alios allegat. ad reg. 8. Cancel. glo. 18. num. 2. Achil. de Graſ. dec. 3. de iurepatronat. Pac. dec. 319. num. 1. & per tot. lib 1. & dec. 308, num. 2, lib. 3, Amat. Dunozet. dec. 769, num. 3, & 7, tom. 2, Rot. in Regien. beneficij 27. Iunij 1653. §. quod autem Beuilaqua,*

SVMMARIVM.

1 Beneficium vacat ipſo iure per aſſecutionem alterius incompatibilis.
Ad inducendam dictam vacationem ſecundum antiquā diſpoſitionem Sacrorum Canonum conſtituuntur quinque tempora ibidem.

2 Hodie ex Concilio, non ſolum dignitates, & beneficia curata, de quibus loquebantur iura antiqua, ſed etiā beneficia ſimplicia Capellaniæ, quæcumque alia beneficia perſonalem reſidentiam requirentia comprehenduntur.
Adeo, vt hodie per aſſecutionem ſecundi vacat ipſo iure primum.

3 Limita, vt non procedat vbi concurrit diſpenſatio Apoſtolica, quæ quomodo ſit iuſtificanda traditur.

4 Limit. 2. vt requiratur præciſa, & ſimplex reſidentia ad inducendam incompatibilitatem, ſecus ſi ſit tantum cauſatiua.

5 Reſidentiæ ſpecies, quæ inducunt, & quæ non incompatibilitatem, referuntur, & declarantur.

6 Reſidentia præciſa cauſat incompatibilitatem, vt per aſſecutionem vltimi beneficij vacet primum, ſiue ſint ſimplicia, ſiue ſint Canonicatus, & ſimilia.

7 Secus ſi reſidentia non ſit continua, ſed ad certum tempus, vel non ſit præciſa, ſed cauſatiua reſpectu priuationis fructuum.

8 Incompatibilitas conſideratur reſpectu tituli, non autem fructuum, & in terminis procedit *Concil. Trid.*

9 *Concil. Trid. ſeſſ. 24 de reform. cap. 17.* non inducit vacationem beneficij ipſo iure, ſi vtrumque non requirit perſonalem reſidentiam.

10 Incompatibilitas beneficiorum impedit retentionem, non autem acquiſitionem.

11 Ad dimittendum ſecundum beneficium incompatibile dantur duo menſes à die pacificæ poſſeſſionis ſecundi, & redditur ratio num. 12. Et computantur de momento ad momentum.

13 Beneficium primum quis non tenetur dimittere, ſi ſuper ſecundo moleſtetur etiam extraiudicialiter.

15 Nec dimittere tenetur ſi fructus ſecundi beneficij ab alio ex cauſa percipiuntur.

16 Limit. vt non procedat ſi quis percipit, aut percipere poteſt maiorem partem fructuum ſecundi beneficij.

17 Limit. 2. vt neque habeat locum ſi fructus primi anni reſeruentur hæredibus beneficiati defuncti ex conſuetudine, vel ſtatuto.

18 Decretum *Sac. Concil. Tridont. ſeſſ. 24. cap. 14. & Bulla B. Pij V.* non comprehendunt dicta ſtatuta de inſeruiendo per aliquod tempus, abſque fructuum perceptione. Contrar. num. 19. 20. & 22.

21 Lim. 3. vt nec procedat ſi nouiter prouiſus ſaltem lucrati poſſit diſtributiones quotidianas.

23 Lim. 4. vt ceſſet diſpoſitio dicti textus ſi in Eccleſia, vbi poſſidentur beneficia inoleuit vſus petendi diſpenſationem.

24 Beneficium per aſſecutionem ſecundi incompatibilis nō vacat ſi eius fructus pro primo anno applicentur Fabricæ Eccleſiæ.

25 Statuta, & conſuetudines applicatiuæ fructus beneficij fabricæ, aut pijs vſibus non reuocantur per decretum Concilij, & Bullam B. Pij V. niſi pro dimidia.

26 Secus ſi fructus applicantur Canonicis, aut menſæ Capitularis, aut Epiſcopalis, ſtante reuocatione facta per *Concilium, & B. Pij V.*

27 Conſuetudo, quæ imponit onus recepto ad poſſeſſionem beneficij de ſoluendo per aliquod tempus fructus Canonicis non valet, ſecus ad pios vſus.

28 Et vbi non fuit receptum *Concil. Tridentinum* & conſtitutio B. Pij V. & ſeruentur dictæ conſuetudines, & ſtatuta, per aſſecutionem ſecundi beneficij non vacat primum, & num. 29.

30 Pœnitentialem canonicatum poſſidens, non poteſt retinere cum dignitate in vim conſuetudinis.

31 Capellania cum onere celebrandi ſingulis diebus feſtiuis, eſt incompatibilis cum Eccleſia Parochiali.

32 Capellaniæ in eodem Altari plures quando ab vno poſſideri poſſunt.

33 Ca-

Digitized by Google

33 Capellaniæ tres vnifornies ſub eodem tecto cum Epiſcopi diſpenſatione retineri non poſſunt.

34 Pluralitatem beneficiorum Sacri Canones ſemper exoſam habuerunt.

35 Duo, vel plura beneficia ſimplicia, licet reſidentiam non requirant, ſunt incompatibilia, & retineri non poſſunt abſque diſpenſatione ſi vnum ſit ſufficiens.

36 Pluralitas beneficiorum prohibetur à Sacro Concilio Tridentino ſi requirant perſonalem reſidentiam, vel ſint ſufficientia.

37 Beneficium vnum ſufficiens habens, non poteſt retinere duo.

38 Tertium beneficium ſi conferatur ab Ordinario habenti duo ſimplicia inſufficientia collatio tertij eſt nulla.

39 Epiſcopus habenti congruam, non poteſt aliud beneficium dare.

40 Terrulæ beneficiales, ſeu legata pia cum onere celebrãdi non ſunt incompatibilia.

41 Beneficium conferri poteſt habenti ſufficientem ſubſtentationem in penſionibus.

42 Beneficia de iurepatronatus laicorum vltra duo ab Epiſcopo conferri non poſſunt.

43 Beneficia de iurepatronatus laicorum iñ quibus caſibus obtineri non poſſunt ab Epiſcopo

44 Collatio vltimi beneficij ad hoc vt ſubſiſtat, eſt facienda mentio de omnibus alijs beneficijs obtentis.

45 Quod ſufficit ad tollendam ſubrectionem, ſed non ad inducendam diſpenſationem.

46 Poſſidens beneficia incompatibilia abſque diſpenſatione per triennium vtroque ipſo iure eſt priuandus.

47 Non obſtante regula de triennali.

48 Regula de triennali non habet locum contra decreta *Sac. Concil. Trident.* in quibus prohibetur pluralitas beneficiorum, & incompatibilium retentio.

49 Diſpenſatio ad plura beneficia ex curſu decem annorum præſumitur.

Sequitur materia incompatibilitatis beneficiorum.

ADNOTATIO I.

1 EX beneficiorum incompatibilitate oritur indebita retentio, & conſequenter vnius vacatio, de iure tamen antiquo ſacrorum Canonum, ſecundum primum tempus habens duas dignitates, vel beneficia curata, dabatur electio dimittendi vnũ, vel vnum iuxta *textum in cap. referente, & cap. præterea de praben.* iuxta verò ſecundum tempus obtinenti ſecundum beneficium incompatibile denegata fuit electio, ſed ſecundò priuandus erat iuxta diſpoſitionem alterius textus in *cap. quia nonnulli de Cleric. non reſiden* ſecundum autem tertium tempus beneficium Curatum ipſo iure vacabat per aſſecutionem ſecundi, & ſi vtrumque retinere contendebat priuabatur etiam ſecundo per ſententiam non autẽ ipſo iure, vt deſumitur in *cap. de multa de praben.* ſed ſecundum quartum tempus, præſcripta fuit vacatio vtriuſque beneficij ipſo iure, ſi vtrumque prouiſus retinere præſumebat, & obtinens remanebat, inhabilis ad ordines, & ad alia beneficia obtinenda, vt habetur in *Extrauag exſecrabilis §. quæ tamen, & §. qui vero de praben.* quæ temporum diuiſio emanauit ex animaduerſione *Cardinal. in conſ. 3. nu. 3. Abb. in cap quia nonnulli num. 4. de Cleric. non reſiden. Caſſador. dec. 1. num. 1. de conſtitut. quos refert Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 15. à num. 10. vſque ad 14. Lother. de re benefic. lib. 3. qu. 23. à num. 1. cum plurib. ſequen.*

2 Vltimum verò tempus hodie deſumitur ex *Concilio Tridentino ſeſſ. 7. de reform. cap. 4. & ſeſſ. 24. de reform. cap. 17.* cuius vigore non ſolum comprehenduntur dignitates, & beneficia curata, de quibus tantum loquebantur præfata iura antiqua, ſed etiã beneficia ſimplicia perſonalem reſidentiam requirentia, nec non alia quæcunque beneficia, & etiam Capellaniæ, quæ ex fundatione, vel conſuetudine dictam reſidentiam requirant, adeo vt hodie per obtentionem ſecundi vacat ipſo iure primum beneficium, & ita declaraſſe *Sac. Congreg. Concilij* refert *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 15. à num. 15. vſque ad 19. & ita ſæpius firmaſſe Rot. patet ex deciſionibus per eundem allegatis Garz. de benef. p. 11. cap. 5. nu. 282. in 2. declarat. Lother. de re benefic lib. 3. qu. 23. num. 10. Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop. alleg. 62. num. 3. & 28. & in Concil. Trid ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. num 9 Rot. dec. 497. ſub num. 1. & dec. 524. num. 1. p. 1. & dec. 120. ſub num. 1. p. 4. ſecundum impreſſionem Lugduni recen. & dec. 337. num. 11. p. 4. tom 2. recen. & dec. 607. num. 2 p. 4. diuerſ & in Leodien Canonicatus, & Scolaſtriaria 10. May 1666. §. ſiquidem vacatio coram Bourlemont Seraph. deciſ. 483. nume. 5.*

3 Declara primo, vt non procedat vbi conuenit diſpenſatio Apoſtolica, quæ debet iuſtificari iuxta ſtylum Curiæ, ſcilicet non per teſtes, ſed per literas Apoſtolicas, quia ſtylus Curiæ ita ſe habet, vt deſuper expediantur literæ gratiæ diſpenſationis, adeout non ſufficiant teſtes de fama, vel alia ſemiplena probatio, *Oldrad conſ. 328 ſub num. 6. verſ. ſtylus autem Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 15. num. 29. Lother. de re benefic. lib 3 qu. 23. num. 8. & 9.* vbi quod hoc etiam ſit conforme diſpoſitioni iuris Communis in *l. ſacri affatus C. de diuerſ. reſcript.*

4 Declara 2. quod ad inducendam dictam vacationem ob incompatibilitatem ex perſonali reſidentia reſultantem, requiratur præciſa, & ſimplex reſidentia, adeo vt incompatibilitas efficiatur præciſa reſpectu tituli, ſecus ſi reſidentia non eſt præciſa, & ſimpliciter obligatoria, ſed cauſatiua, iuxta diſtinctionem relatam per *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 15. ex Innocen in cap. ſi. de Cleric. non reſiden. num. 1. ibique Hoſtien. num. 4. Io. Andr num. 4. Anton. de Butr. num. 6. & Abb. num. 4. Imol. numer. 13.*

5 Prò cuius dilucidatione eſt animaduertendum quod tres reſidentiæ ſpecies conſtituuntur à ſupradictis DD. vt triplex ſit reſidentiæ modus, nempe reſidentia continua, & præciſa ſub priuatione tituli, & amiſſionis beneficij, ſi beneficiatus continuè non reſideat, exceptis duobus, vel tribus menſibus à Sacro Concilio Tridentino indultis, alia eſt non continua, ſed certis tantum temporibus præſcripta, alia eſt reſidentia continua, non tamen ſimpliciter, ſed cauſatiuè, & ſolum reſpectu priuationis fructuum, ita quod non reſidendo beneficiatus priuetur fructibus titulo tamen priuari non poſſit, ita ex *Butr. & Imol. tradit Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 15. numer. 20. & 21. Card. conſ. 3. Rot dec. 483. num. 1. p 1. diuerſ.*

6 Quando igitur reſidentia eſt præciſa, & continua ſimpliciter, & reſpicit titulum, tunc ſi vtrumque beneficium ſimplex quamuis non ſit Canonicatus, vel portio in Cathedrali, vel Collegiatis Eccleſijs talem reſidentiam requirat, per aſſecutio-

nens ſecundi ipſo iure vacat primum propter incõpatibilitatem iuxta diſpoſitionem *Sac. Concilij Tridentini*.

7 Quando verò reſidentia non eſt perpetua, ſed ad certum tempus, vel non eſt præciſa, ſed cauſatiua reſpectu priuationis fructuum, non autem tituli, tunc excluditur incompatibilitas, & conſequenter vacatio primi per aſſecutionem ſecundi, *Ancharan. conſ. 17. num. 2. & 3. Nauar. conſ. 4. num. 1. de Cleric. non reſid. & ex Imol. Capra, & alijs docet Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 15. num. 20. 21. & 22.*

8 Et ratio eſt quia incompatibilitas conſideratur reſpectu tituli, non autem reſpectu amiſſionis fructuum, *& Sacrum Concil. Trid. ſeſſ. 7. de reform. cap. 4.* quod loquatur de beneficijs incompatibilibus ratione tituli, & non in alijs ſubdit idem *Gonzal. dicta glo. 15. a num. 23. cum duobus ſequen. & ita firmaſſe Rot.* patet ex deciſionibus per eum relatis.

9 Hinc eſt quod quamuis diſponatur per præfatũ *Concilium Trident. in alio cap. 17. de reform. ſeſſ. 24.* vnum tantum beneficium ſingulis conferendum eſſe, & non plura, etiam ſi ſimplicia ſint, tamen per dictam conciliarem diſpoſitionem non inducitur vacatio primi ipſo iure per aſſecutionem ſecundi, ſi vtrumque perſonali reſidentia non aſtringatur, *Nauar. conſ. 10. & conſ. 13. ex num. 3. ſub tit. de præben. & ita dixiſſe Rot. in Calagurritana beneficij de Subiana refert Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 15. num. 26.* vbi teſtatur de praxi, & communi obſeruantia declaratiua.

10 Declara 3. quod incompatibilitas beneficiorum quatenus vtrumque exigeret reſidentiam impedit retentionem vtriuſque, non autem obſtat collationi, & acquiſitioni ſecundi beneficij *cap. cum iji, de elect. in 6.* & ita fuiſſe reſolutum in Sacra Congregatione Concilij teſtatur *Card. Seraph. dec. 774. nu. 2. Rot. dec. 337. num. 9. p. 4. tom. 2. recen. Card. Canaler. deciſ. 450. num. 6. Mohed. dec. 14. de præben. cum alijs per Lotber. de re benefic. lib. 3. qu. 23. num. 17. & 18.*

11 Declara 4. illicò non vacare primum beneficium per aſſecutionem ſecundi incompatibilis, ſed poſt duos menſes, qui dantur ad dimittendum primum, adeo vt vtriuſque retentio ſit permiſſa ſpatio duorum menſium inchoando à die pacificæ poſſeſſionis ſecundi beneficij, & ſic ad effectum vt ſit locus *Extrauag. execrabilis de præben. & Sac. Concil. Trid. decretis* non ſufficit ſola impetratio ſecundi incompatibilis, ſed ſimul requiritur vt impetrans poſſeſſionem, & quidem pacificam de facto, & de iure per duos menſes continuos cum perceptione maioris partis fructuum adipiſcatur, vel per eum ſtet, quo minus eam apprehendat, *Burſat. conſ. 853. nu. 17. lib. 4. Gabr. conſ. 193. num 8. & 9. lib. 1. Gemin. conſ. 78. num. 5. verſ. nec obſtat ſi dicatur Hoied. de incompatibilitat. benefic. p. 1. cap. 13. nu. 48. & 80. Staphil. de lit. grat. tit. de qualitat. & ſtat. benef. §. huiuſmodi num. 12. & 13. latè Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 183. num. 40. vſque ad 47. Lotber. de re benefic. lib. 3. qu. 23. num. 19. Caſſad. deciſ. 9. num. 2. de cauſ. poſſeſſ. & proprietat. Seraph. dec. 997. num. 10. & dec. 1254. num. 1. Amat. Dunozet. dec. 811. num. 1. tom. 2.*

12 Quod fundatur in æquitate, quia prouiſus de ſecundo debet eſſe certus de retentione eiuſdem, & de pacifica poſſeſſione, ne ob ſuperuenientem litem vel ob aliam cauſam detur caſus, quod careat vtroque, *cap. licet Epiſcopus cum ibi notatis de præben. in 6. & ibi Franc. num 4. Gabr. conſ. 193. num. 8. lib. 1. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 183. num. 47. Lotber. de re benefic. lib. 3. qu. 23. num. 19. Seraph. dec. 1254. num. 1.*

13 Et ad effectum, vt quis non teneatur dimittere primum beneficium ſufficiunt moleſtiæ etiam extraiudiciales, & de facto *Abb. in cap. de multa nu. 16. de præben. Paul. de Eleazar. in Clement. gratiæ, & ibi Card. qu. 13. & Vitalin. num. 5. de reſcript. Caſſador. dec. 9. de cauſ. poſſeſ. & propriet. Card. Seraph dec. 1254. num. 2. & latiſſimè dec. 997. nu. 2. & 5. cum alijs allegatis per Lotber. de re benefic. lib. 3. qu. 23. a num. 24 cum duobus ſeq.*

14 Tempus duorum menſium computantur de momento ad momentum, & ſic eo momento, quo terminatur huiuſmodi tempus intrat decreti effectus reſoluendo gratiam retentionis vſque ab initio *cap. ſi gratioſè de reſcript. in 6. Lotber. de re benefic. lib. 3. qu. 23. num 20.*

15 Declara quinto vt per adeptionem ſecundi beneficij Curati, ſeù alterius onus reſidentiæ habentis cuius fructus alius ex cauſa percipit, licet ſit cum primo incompatibile, tamen non vacat, ſed ſecundum cum primo retineri poteſt, per textum expreſſum *in cap. ſi tibi conceſſo 26. de præben. lib. 6.*

16 Sublim. hanc 5. declarationem vt diſpoſitio dicti *cap. ſi tibi conceſſo 26. de præben* non habeat locum, quando quis percipit, aut percipere poteſt maiorem partem fructuum beneficij, cum fundetur in æquitate, *ex allegatis per Garz. de benef. p. 11. cap. 5. num. 142. vbi ita firmaſſe Rot. in Leodien. Canonicatus 9. Decemb. 1580. coram Pamphilio.*

17 Sublim. 2. vt neque habeat locum ſi fructus primi anni reſeruentur hæredibus beneficiati defuncti ex conſuetudine, vel ſtatuto Eccleſiæ, vt eſt in more poſitum in multis Eccleſijs Hiſpaniæ, puta ex cauſa, vt perſoluantur, vel debita defuncti, vel expenſæ, vt debitis funeralibus Eccleſiaſticæ ſepolturæ tradatur, & ratio eſt, quia hoc caſu perceptio fructuum eſt dilata, non autem ablata, *Gutier. canon. quæſtion. lib. 1. cap. 30. numer. 30. Garz. de benefic. par. 11. cap. 5. numer. 137. & 142. & ita aliàs firmaſſe Rot. patet ex deciſ. per eum relatis Barboſ. in Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 14. num 8. Rot. dec. 660. p. 4. diuerſ. & coram Seraphin. dec. 1053. per tot. cum alijs in Leodien Canonicatus, & Scolaſtriariæ 10. Maij 1666. §. quia poſt maturam. coram Bourlemon.*

18 Vnde quod alias Sac. Congregat. Concilij cenſuit quod nec decreto *Concilij ſeſſ. 24. de reform. cap. 14. nec bulla B. Pij V. quæ eſt in Bullar. veteri* 106. ſuper hac re edita comprehendantur ſtatuta Eccleſiarum de ſeruiendo per annum, vel aliquod tempus, & nihil percipiendo interim de maſſa groſſa, niſi peracto integro dicto ſeruitio, vel quod poſt obitum hæredibus debeatur, cum ſic potius differre quam auferre, refert Garz *de benefic. p. 11. cap. 5. num. 138. & 139. ex Gutierez canon. qu. lib. 1. cap. 29. num. 30. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 14. num. 3. & 4.*

19 Contrarium *Palacios de contract. lib. 2. cap. 7.* & hanc contrariam ſententiam etiam amplexa eſt *Rot.*

in

in Zameren. dimidiæ annatæ 5. *Martij* 1586. *coram*
Gipſio relatam per Garz. loco citato num. 141. quæ
fundatur in dicta *conſtitutione* B. *Pij V.* qua reuocã-
tur priuilegia, & ſtatuta, & ſublata fuit omnis cõ-
ſuetudo etiam immemorabilis, qua, ſeù quibus ſuc-
ceſſor in beneficio priuabatur fructibus primi anni
ſiuè prò ſoluendis oneribus Eccleſiarum, vel Præ-
latorũ debitis, ſiue prò ſupportandis illorum one-
20 ribus, ſiue alijs, maximis, & vrgentiſſimis cauſis,
ſed quod Rota mutauerit ſententiam ex decreto
Sacræ Congregationis ſubdit *Garz. de benef. p.* 11.
cap. 5. *num.* 103. *ex Vvameſio conſ.* 211.

21 Sublim. 3. quod ad hoc vt ſit locus *cap. ſi tibi con-*
ceſſo de præben. neceſſe eſt vt nouiter prouiſus ad ef-
fugiendum incompatibilitatis effectum, & retinen-
dum primum beneficium, nullos percipiat fructus
ſecundi beneficij acquiſiti, ſecus autem ſi ſit in eius
facultate reſidendi, & lucrandi diſtributiones quo-
tidianas, etiam ſi non lucretur alios fructus, ſed re-
maneant puta in maſſa Capitulari diuidendi inter
antiquos ex ſtatuto Eccleſiæ, nam hoc caſu Capi-
tulum non percipit illos fructus tamquam fructus
Canonicatus, aut præbendæ noui reſidentis, ſed po-
tius iure proprio, quia præbenda noui reſidentis
non videtur habere tunc fructus, & nouo reſidenti
non auferuntur, ſed ei non debentur perinde ac ſi
22 non reſideret, ſecus autem ſi ſaltem percipere poſſit
dictas deſtributiones quotidianas, nam tunc bene-
ficium non eſſet de vento, vt bene explicat *Garz. de*
benef. p. 11. *cap.* 5. *num.* 166. *&* 168. *vbi etiam re-*
fert alias Sac. Cong. declaraſſe quod ſimilia ſtatuta
non ſint contra decretum *Sac. Concilij Trid. ſeſſ.* 24.
de reform. cap. 14. nec contra *bullam B. Pij V. Rot.*
in Leodien. Canonicatus, & ſcolaſtriariæ 10. *Maij* 1666.
§. *& quoad alios etiam annos coram Bourlemont.*

23 Sublim. 4. vt omninò ceſſare debeat diſpoſitio
cap. ſi tibi conceſſo de præben. ſi in loco & Eccleſia vbi
poſſidentur beneficia inoleuit diuturnus vſus peten-
di diſpenſationem pro retentione vtriuſque benefi-
cij, ex petitione quidem diſpẽſationis reſultat pro-
batio incompatibilitatis, & illicitæ detentionis,
DD. in cap. at ſi Clerici §. *de adulterijs de indic. Ol-*
trad. conſ. 327. *num.* 1. *&* 2. *Burat. deciſ.* 19. *num.*
8. *&* 9. *& punctualiter Rot. in Leodien. Canonicatus,*
ſeu ſcolaſtriariæ 10. *Maij* 1666. §. *vlterius quod æqui-*
tas coram Bourlemont.

24 Vbi verò viget ſtatutum, ſeù conſuetudo, quod
fructus primi anni non percipiantur a nouo benefi-
ciato, nec reſeruentur poſt mortem, ſed applicen-
tur fabricæ Eccleſiæ, vel alijs pijs vſibus, hoc caſu
habet locum diſpoſitio *textus in cap. tibi conceſſo de*
præben. in 6. vt per aſſecutionem ſecundi Canoni-
catus, ſeù alterius beneficij, non vacet primum
incompatibile, quouſque lucretur fructus ſecundi
25 Canonicatus, nam huiuſmodi ſtatuta, & conſue-
tudines applicatiuæ fructus fabricæ, aut pijs vſibus
non reuocantur per dictum decretum Concilij, &
conſtitutionis B. Pij V. niſi prò dimidia, quando vl-
tra ſemeſtre repetiuntur conceſſi *Garz. de benef. p.*
11. *cap.* 5. *num.* 144. *&* 145. vbi ſubdit quod hoc
maximè procederet, vbi iſta conſtitutio B. Pij V.
non fuiſſet vſu recepta quo ad iſtam reuocationem
prò dimidia *Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *de re-*
form. cap. 14. *num.* 5. *&* 6.

26 Si verò fructus quos amittit nouiter prouiſus ce-
dunt antiquis Canonicis, aut Menſæ Epiſcopali,
vel Capitulari poſt decretum *Concilij Tridentini*, &
conſtitutionem B. Pij V. non habet locum *cap. ſi*
tibi conceſſo de præben. in 6. ſtante reuocatione di-
ctorum ſtatutorum, & cuiuſuis conſuetudinis etiam
immemorabilis, quamuis iuramento, confirma-
tione Apoſtolica, & quouis alio præſidio muniantur,
quidquid ſit ante Concilium, & Pianam con-
ſtitutionem, *Garz. de benef. p.* 11. *cap.* 5. *num.* 146.
cum duob. ſeq.

27 Immò conſuetudo, quæ imponit onus recepto
quod dicti fructus tendant in vtilitatem Canonico-
rum non valet, ſecus in vtilitatem Eccleſiæ, vel au-
gumentum cultus diuini, vel conuertantur in vtili-
tatem fabricæ Eccleſiæ, vt refert deciſum *Garz. de*
benef. p. 8. *cap.* 1. *num.* 90. *relat. per Barboſ. in Con-*
cil. Trid. ſeſſ. 24. *de reform. cap.* 14. *num.* 5. *facit.*
Monet. de diſtribution. quotidian. p. 2. *qu.* 18. *num.*
55. *flamin. Pariſ. de confiden. qu.* 38. *num.* 27.

28 Sed vbi non fuit vſu receptum Sacr. Concilium
Tridentinum, & conſtitutio B. Pij V. & dictæ con-
ſuetudines & ſtatuta adhuc ſeruentur ſiue de iure,
ſiue de facto videtur locum habere poſſe, *Sancita in*
cap. ſi tibi conceſſo de præben. in 6. adeo vt per aſſe-
29 cutionem alterius Canonicatus, non cenſeatur va-
care primum beneficium incompatibile, quamdiu
beneficiatus, non lucratur fructus ſecundi Canoni-
catus in totum, aut ſaltem in maiorem partem, nec
ſtet per eum, ſed quod nihilominus ſeriò curare
debeant Epiſcopi, vt huiuſmodi conſtitutiones
tamquam prauæ, & ſcandaloſæ reijciantur, admo-
net *Garz. de benef. p.* 11. *cap.* 5. *à num.* 149. *vſque*
ad num. 165.

30 Quoad incompatibilitatem retentionis benefi-
ciorum ſub eodem tecto, eſt etiam animaduerten-
dum, quod obtinens canonicatum, cui poſt Con-
cil. munus ſit iniunctum pænitentiarij non poteſt in
eadem Eccleſia vna cum dicto Canonicatu obtinere
dignitatem in vim conſuetudinis Eccleſiæ permit-
tentis Canonicum poſſe retinere Canonicatum cum
dignitate deciſum refert *Garz. de benef. in addit. ad*
cap. 4. *p.* 11. *num.* 249. *Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.*
24. *de reform. cap* 17. *num.* 23.

31 Prout Capellania cum onere celebrandi ſingulis
diebus feſtiuis in Eccleſia, vbi ſita reperitur, eſt in-
compatibilis, cum Eccleſia Parochiali, in qua Pa-
rochus diebus feſtiuis tenetur celebrare pro populo
Tondut. in quaſt. beneſic. cap. 31. *num.* 14. *faciunt*
tradita per Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 23. *nu.* 23. *in fi.*
& de offic. Paroch. p. 2. *cap.* 11. *num.* 10. *in fi. &* 11.

32 Pariter Capellaniæ plures in eodem Altare ſub
eadem inuocatione cum diuerſis oneribus miſſarũ,
quæ antiquitus conferebantur pluribus Clericis, &
ad præſens reperiantur poſſideri ab vno ſub titulo
vnius Capellaniæ, hodiè non poſſunt retineri abſq;
diſpenſatione Apoſtolica deciſum refert *Barboſ. ex*
ſel. in Concil. Trid. ſeſſ. 24 *de reform. cap.* 17. *nu.* 15.
33 *&* 16. vbi quod Capellanias tres vniformes ſub
eodem tecto ſi quis per annum ex collatione Epi-
ſcopi retinuerit, incidit in priuationem omnium
ipſo iure, non obſtante Epiſcopi diſpenſatione.

34 Pluralitatem verò beneficiorum ſemper ſacri Ca-
nones exoſam habuerunt, vt inquit *Lotber de re be-*
neſic. lib. 3. *qu.* 23. *num.* 2. hinc eſt quod duo, vel
35 plura beneficia ſimplicia, licet reſidentiam non
requirant ſi vnum ſit ſufficiens ad congruam ſub-
ſtentationem redduntur incompatibilia, & ſine

Papæ diſpenſatione retineri nequeunt, quia diſpo-
36 ſitio Concilij moderatur, & procedit quando per-
ſonalem reſidentiam requirunt, vel ſint ſufficientia,
vt deciſum refert *Stephan. Vvegnis, ad conſtit. 24. ex antiquo iure deſumpt. & per Concil. Trid. innouat. conſtit. 12. num. 9. fo. 110. in fi. Pariſ. de reſignat. beneſ. lib. 5. qu. 6. num. 115. Barboſ. in collect. DD. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 17. num. 2. verſ. vnum tantum*.

37 Ac proindè habens vnum beneficium ſufficiens non poteſt retinere duo, & habens duo per ſe ſeparatim inſufficientia, non poteſt retinere tertium. *Hoied. de incompatibilit. benefic. p. 1. cap. 19. num 1. & 2. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 3. qu. 1. num. 138. Garz. de beneſ. p. 11. cap. 5. num. 268. Barboſ in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. num. 6.*

38 Et Ordinarius ſi conferat tertium beneficium habenti duo ſimplicia alias ad ſubſtentationem inſufficientia, collatio tertij redditur inualida, & ſi tertium ſit ſufficiens vacant illa duo priora, ſi minus tenetur prouiſus alterum dimittere ex illis, & ſi continuauerit amborum poſſeſſionem, recipiendo ex illis fructus vtrumque beneficium vacare, refert deciſum Garz. *de beneſ. p 11. cap. 5. num. 310. in 1. & 2. declarat. Vgolin. de offic. & poteſt Epiſcop. p. 1. cap. 14. §. 2. num. 2. verſ. tertio Barboſ. in Concil. Trid. dicto cap. 17. num. 10.*

39 Pariter Epiſcopus habenti congruam non poteſt aliud beneficium dare, & ſi dederit vacat primum ſi in titulum conferat, quamuis ſit difforme à ſecundo recepto. nihilominus ſi ambo retinere tentauerit adepta pacifica poſſeſſione ſecundi, vtrumque vacare, deciſum refert *Garz. de beneſ. p. 11. cap. 5. num. 30. Armendar. de benefic. incompatibilit. tit. 7. nu. 31. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform cap. 17. n. 11.*

40 Sub decreto vero *Concilij in dicto cap. 17.* non comprehenduntur cellulæ beneficiales, ſeù legata pia cum onere miſſas, ſeù alia diuina officia celebrandi, quæ neque Eccleſiæ, nec beneficij habent aliquam denominationem, conferri tamen conſueuerunt in titulum ſimplicis beneficij vni, vel pluribus presbyteris ad præſentationem hæredum, ſiue patronorum, & ita declaraſſe Sacram Congregationem Concilij ſuper dicto cap. 17. referunt *Garz. de beneſ. p. 11. cap. 5. num. 318. Maſſob. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. requiſit. 7. dub. 19. Barboſ. in Concil. Trid ſeſſ. 24. de reform. dicto cap. 17. nu. 47.* qui teſtantur hoc decretum Sac. Congreg. fuiſſe à Sanctiſſimo D. N. approbatum, & quod placuerit ſeruari Stylum Curiæ, ſeù Cancellariæ, vt vnica collatione plura huiuſmodi legata vni conferri poſſint in titulum ſimplicis beneficij.

41 Conferri tamen poteſt beneficium habenti ſufficientem ſubſtentationem in penſionibus, quæ cum propriè non veniant ſub nomine beneficij, non ſunt incompatibiles, nec cauſant beneficiorum pluralitatem, & ita deciſum fuiſſe à *Sac. Congreg. Concil. refert Garz. de beneſ. p. 11. cap. 5. ſub num. 30. circa fin. verſ. quarto an id quod dicitur in beneficijs Maſſobr. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. requiſit. 7. dub. 17.*

42 Quinimò quod diſpoſitio *Concil. Trid. in dicta ſeſſ. 24. de reform. cap. 17.* prohibentis Epiſcopo conferri vni vltra duo beneficia locum habeat etiam in beneficijs de iurepatronatus laicorum, niſi caueatur in fundatione, vt ſimul cum alijs retineri poſſit
contra negatiuam ſententiam allatam in hac *deciſione num. 21.* deciſum refert *Aldan. in compend. canon. reſolut. lib. 3. tit. 10. num. 8. ſcilicet beneficium tertium ſimplex etiam de iurepatronatus non poſſe retineri cum duobus alijs prius obtentis abſque Sedis Apoſtolica diſpenſatione, & priora beneficia poſt, ficam tertij poſſeſſionem vacare eidem Sedi Apoſto Garz. de beneſ. p. 11. cap. 5. num. 286. Barboſ. in Concil. Trid. dicto cap. 17. nu. 8. Rot. dec. 216. nu. 22. p.*
43 *recen.* Vbi quod beneficia de iurepatronatus in
multis caſibus non poſſunt obtineri ab Ordinario,
ſed à Sede Apoſtolica, vt propter diſpenſationem
pluralitatis beneficiorum, & reſeruationis penſionum.

44 Ad hoc autem, vt impetratio, & collatio vltimi beneficij ſit valida, & ſubſiſtat, eſt in ſupplicatione facienda mentio de omnibus beneficijs expreſsè etiã tenuibus, & ſimplicibus, alias redditur nulla, & inualida ipſo iure, & ſufficeret alia priora dimittere *cap. de multa de præben. & ibi glo. & DD. cap. dudum il 2. & ibi glo. in verbo intitulatam vbi Abb. & DD. de elect. cap. ii cui, cap. ſi motu proprio de præben. in 6. relat. & allegat. per Buignin. dec. 17. in ordine 63. num. 74. p 2.*

45 Et ad hoc vt non aduerſetur diſpoſitio *Sacri Concilij Trident. in ſeſſ. 24. de reform. cap 17.* interdicentis, & prohibentis retentionem plurimorum beneficiorum, non ſufficit, quod in vltima, vel in vltimis, & nouiſſimis prouiſionibus Apoſtolicis fuerint narrata omnia beneficia prius obtenta, cum ex tali narratiua non inducatur diſpenſatio ad pluralitatem, nam huiuſmodi expreſſio ſolum operatur excuſationem ſubreptionis ob non expreſſionem obtentorum, prout de iure requiritur, non autem operatur, nec inducit diſpenſationem, per textum expreſſum *in cap. non poteſt 21. §. fi. de præben. lib. 6. ibi rum vero ibi non obſtante, quod aliud beneficium Nauar. in tract. de oratione cap. 22. miſcellaneo 16. num. 64. & ſeq. Ignat. de Salſedo in addit. ad Diaz. in in prax. canon. cap 43. in gloſ. quamuis ſimplicia Emanuel. Rodriq. in ſua ſumma cap. 31. num. 2. Hoieda de incompatibilit. benefic. 2. p. cap. fi. num. 72. relat. per Gonzal. ad reg 8. Cancel. glo. 15. num. 27. & 28.*

46 Poſſidens igitur beneficia incompatibilia puta duos Canonicatus abſque diſpenſatione Apoſtolica per triennium vtroque ipſo iure eſt priuandus, vt
deciſum refert *Garz. de beneſ. p. 11. cap. 5. num. 381.*
47 *in 3. declaratione.* Adeo vt poſſeſſor vtriuſque Ca-
nonicatus ex regula de triennali poſſeſſionem tueri,
& defendere nequeat, quia præſumpta diſpenſatio
in qua fundatur dicta regula de triennali nõ habet
48 locum contra decreta *Concil. Tridentini ſeſſ. 7. de
reform cap. 17. & ſeſſ. 25. de reform. cap. 17. Garz. de beneſ. p 11. cap. 5. num. 381. in 4. declaratione iuncto num. 379. Campan. in diuerſorio iur. Canon. lib. 11. cap. 13. num. 111. & 112. Stephan Vuyns ad conſtit. 24. & antiq. iura deſumpt. & per Concil. innouat. conſtit. 13. num. 17. fo. 115. Barboſ. de offic. Epiſcop. alleg. 62. num. 29. & in Concil. ſeſſ. 24. dicto cap. 17. numer. 51.*

49 Sed ex curſu decem, vel viginti annorum præſumitur in dubio poſſidentem obtinuiſſe diſpenſationem ad plura beneficia *Flamin. Pariſ. de reſignat. beneſ. lib. 3. qu. 6. num. 74. Ric. in prax. for. Eccleſiaſt. dec. 701. in prima editione reſol. 593. in 2. edit. Barboſ. de offic. Epiſcop. alleg. 62. num. 30.*

51.

SIGNINA BANNI CONTROVENTIONIS.

ARGVMENTVM.

Iudex laicus in cauſis Eccleſiaſticorum eſt incapax, & incompetens, vt neque Epiſcopo, & ipſis conſentientibus procedere valeat etiam ſi laici in cauſa habeant intereſſe.

Edictum, ſeù ſtatutum laicale prohibens extractionem frumenti, ſeù præſcribens onus ſoluendi gabellam, non comprehendit Clericos, an verò comprehendat laicos ementes ab eiſdem, & Clerici quomodo per viam directiuam teneantur obſeruare edicta laicalia ad publicam vtilitatem emanata fuſiſſimè diſceptatur.

SVMMARIVM.

1 Iudex laicus eſt incapax, & incompetens in cognitione cauſarum Eccleſiaſticorum, licet in eis laici intereſſe habeant.

2 Ampl. vt procedat etiam conſentiente Epiſcopo.

3 Clerici de iure diuino ſunt exempti à poteſtate laicali, & aliter aſſerere eſt opinio hæreticorum, & num. 16.

4 Et iura ciuilia, quæ diſponebant Clericos ſubiectos eſſe iuriſdictioni laicali correpta fuerunt per Iuſtinianum Imperatorem.

5 Et dict ſubiectio intelliganda eſt quo ad protectionem, & defenſionem, & num. 6.

7 Iudex Eccleſiaſticus trahit etiam laicos, ſi cum Eccleſiaſticis concurrant ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agatur.

8 Clericus, & Laicus ſi ſimul delinquunt Eccleſiaſticus eſt omnium Iudex.

9 Eccleſiaſticus eſt Iudex in cauſa immunitatis Eccleſiæ.

10 Reprobatis DD. aſſerentibus eſſe mixti fori.

11 Eccleſiaſticus eſt Iudex, vbi incidit quæſtio cuius ſit iuriſdictio, & in dubio.

12 Bandimenta, ſeù ſtatuta prohibentia extractionem rerū ad annonam pertinentia ad bonum publicum non ligant Clericos.

13 Statuta laicalia etiam honeſta, & bona, & ad bonum publicum emanata, & ſacris canonibus non contraria Eccleſiaſticos non ligant, licet eiſdem non ſint præiudicialia.

14 Eccleſiaſticorum exemptio à poteſtate laica eſt quo ad perſonas, & bona Eccleſiaſtica.

15 Et comprehendit etiam bona patrimonialia Eccleſiaſticorum, & num. 16. & ſeq. redditur ratio.

17 Laici defectu poteſtatis non poſſunt ligare Clericos eorum ſtatutis.

18 Nemo poteſt ſua lege ſubijcere eos, in quos nullam habent iuriſdictionem.

19 Paria ſunt forum ſortiri, & ſtatutis ligari.

20 Statuta laicorum ſi comprehenderent Clericos ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam.

21 Prout etiam ſi Eccleſijs, vel Eccleſiaſticis tollant, prohibeant, vel impediant vti facultatibus eiſdem conceſſis de iure canonico, communi, vel ciuili.

22 Ampl. vt procedat ſiuè directè, & nominatim ſiuè indirectè, & ſub inuolucro verborum comprehendantur Eccleſiaſtici, ſiue eis auferatur, quod de iure cōpetit.

23 Libertas Eccleſiaſtica, neque directè, neque indirectè lædi poteſt à ſtatuto laicorum.

24 De iure communi licita eſt trāſportatio rei propriæ ad omnia loca.

25 Vtentes ſtatuto contra libertatem Eccleſiaſticam ſunt ipſo iure excommunicati.

26 Eccleſiaſtici per viam directiuam tenentur obſeruare edicta, & ſtatuta laicalia ad publicum bonū emanata.

27 Declara, vt procedat in ijs, quæ etiam de iure diuino, vel Canonico inſinuantur, & quibus ibid.

28 Secus autem quo ad viam punitiuam, & pænę exactionem.

29 Clerici tuta conſcientia extrahere poſſunt tempore penuriæ ſi laicis concedi ſolet extrahendi licentia.

30 Immunitas conceſſa venditori efficitur communis cum emptore.

31 Præcipuè ſi laicus emat ab Eccleſiaſticis.

32 Emens à Clericis non tenetur ſoluere gabellam, ſicut venditor non tenetur. Contr. n. 40. Declara, vt n. 43.

33 Onus, ſeù gabella, quæ imponi, & exigi non poteſt ab Eccleſiaſticis neque imponi poteſt contrahentibus, & ementibus ab illis.

34 Priuilegium Eccleſiæ trahitur ſi non prodeſſet traheretur.

35 Immunitas Eccleſię ad alterum extenditur ſi alias Eccleſia damnum ſentiret.

36 Priuilegio, quo quis non gauderet, ratione coniunctioni gaudere debet.

37 Eccleſiaſtici ſunt immunes etiam indirectè.

38 Laici cōtrahentes cum Eccleſiaſticis grauari nō poſſunt.

39 Ementes, & vendentes ſunt correlatiui, vt ſtatutum contra emptorem habeat locum contra venditorem, & è contra.

41 Priuilegium immunitatis conceſſum alicui pro bonis nō tranſit ad ſingularem ſucceſſorem.

42 Priuilegium mutata perſona extinguitur.

43 Emens ab Eccleſiaſticis tenetur ſoluere gabellam, quæ eſſet ſoluenda ex actu ſeparato à venditione, ſecus autem ex actu connexo, & immediata emptione.

44 Actus connexi, & ſeparati, qui ſint declarantur.

45 Emens ab Eccleſia ſi rem emptam exportat de loco ad locum tenetur ſoluere gabellam.

46 Bandimenta prohibentia delationem armorum, vel extractionem alicuius rei non habent locum niſi quis in fraganti reperiatur, licet teſtibus probaretur. Contrar. num. 47.

48 Lim. ſi ſtatutum, vel edictum tribuat facultatem procedendi per inquiſitionem.

49 Per inquiſitionem procedi poteſt pro archebuſettis paruis.

50 Præſumptio excluſiua delicti præualere debet.

DECISIO XXXII.

REperto Coſimo Marchetta in actu extractionis nonnullę quantitatis frumenti ex Oppido Valliſmontanæ, arreſtatum fuit frumentum oneratum & Agaſones carceribus mancipari, ſub prætextu, quod inciderint in pænis contentis in edicto, ſeù bandimentis extractionem prohibentibus ob publicam vtilitatem annonam in Oppido conſeruandi cauſa, opponebatur tamen pro parte Coſimi D. Auditorem non poſſe procedere in hac cauſa, tum ratione perſonarum Eccleſiaſticarum intereſſe habentium, & agatur de frumento empto à Clerico non ſubiecto edictis Magiſtratus ſecularis, tum etiam quia non eſt locus procedēdi per inquiſitionem, vbi quis in fraganti crimine non deprehendatur, ad ſubuertendam controuerſiam, re ad mè delata, animaduertebam ſubſiſtere deducta per Coſimum Marchettam, tam quoad Iudicis incompetentiam, quam quo ad bonum ius, ſiquidem quo ad Iudicis incompetentiam, veritas eſt, quod Iudex laicus eſt incompetens, & omninò incapax cognoſcendi cauſas Eccleſiaſticorum, licet in eis laici intereſſe habeant, & trahens ad ſuum Tribunal incidit in excommunicationem in *Bulla Cænæ Domini* latam, vt diſponit, etiam *textus in cap. cum*

non

mut. vltim. volunt. cap. 5. num. 455. Sigiſmund. à Bononio in tract. de elect. dub. 51. num. 8 relat. per Dian. reſol. moral. p 4. tract 4. Miſcel. reſol. 21. fo. mihi 150. vbi ſubdit, quod vtraque ſententia ſit probabilis.

3 Abbates Ordinum Monachalium Benedicti minores ordines poſſunt conferre ſibi ſubditis tam Monachis, tam laicis, in quos ordinariam habent iuriſdictionem, vt probat textus in *cap. Abbates de priuil. in 6.*

4 Hodiè verò per diſpoſitionem *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 23. de reform. cap. 10.* non licet Abbatibus, & quibuſcunque alijs, quantumuis exemptis intra fines alicuius diœceſis exiſtentibus, etiam nullius diœceſis, vel exempta eſſe dicatur cuiquam, qui regularis ſibi ſubditus non ſit tonſuram, vel minores ordines conferre *Tamburin. de iure Abbat. tom 2. diſ. 1. qu. 7. num. 1. Gauant in manual. Epiſcop. in verbo Abbas num. 31. cum alijs relatis per Barboſ. in collect. DD. in Concil. Trident dicta ſeſſ. 23. cap. 10. num. 2.*

5 Amp. vt Abbas Regularis habens ius, mitram, & Baculum deferendi etiam poſt quam ſacerdotalem ordinem, & munus benedictionis ſuſceperit neque poteſt tonſuram, & minores ordines conferre alijs regularibus, qui ſpeciales dimiſſorias ſuorum ſuperiorum habeant, & ſpecialis pariter Epiſcopi loci licentia concurrat, eoque minus alijs ſæcularibus ſuorum ſuperiorum dimiſſorias differentibus, *vt ex voto Rotæ de mandato Clem. VIII. firmatum fuiſſe refert Seraph. dec. 985. num. 1. p. 1. & ſæpe cenſuiſſe Sac. Cong. Epiſcop. & Regular. vt in Eugubina 1593. & in Camplen. 27. Ianij 1631. & Sel. in ſelect. Canon cap. 19. nu. 8. refert Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 10. numer. 5. & in ſum. Apoſtolic. dec. in verbo Abbas collect. 1. num. 17. & de iure Eccleſiaſt vniuerſ. lib. 1. cap. 33. num. 16. Io. Maria Nouar. in Lucerna Regular. in verbo Ordo num. 5. Nicol. in ſuis floſcul. verb. Abbas nu. 12.*

6 Contrarium tenent *Quaranta in ſumma Bullar. in verbo ordo in fi. verſ. Abbatibus Bonacin. in tit. de ſacrament. Ordinis diſ. 8. quæſt. vnica punct. 4. nu. 3. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. cap. 26. §. 19. Grilenzon. conſ. 142. num. 52. Tamburin. de iure Abbat. tom. 5. diſ. 2. qu. 7 num. 3. Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 1. cap. 20. qu. 7. Gauant. in Enchirid. ſeu manual. Epiſcop. in verbo Abbas num. 34. Lezana in ſum. quæſt. Regul. cap. 14. num. 13. & cap. 18. num. 65. cum alijs per Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform cap. 10. num. 5. verſ. contra Quaranta.*

7 Sed hæc contraria ſententia improbata fuit à *Sac. Congregatione Concilij* iuxta decretum emanatum *ſub die 13. Nouemb.* 1641. quo expreſsè inhibetur Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs Prælatis inferioribus, tam ſæcularibus, quam Regularibus, vt in futurum concedere non audeant ſupradictas literas dimiſſorias huiuſmodi Abbatibus directas, nec ab eiſdem recipi, quod ſi ſecus fiat tam concedentes, quam ordinantes à collatione ordinum ſuſpenſi remanere debeant, præter alias pœnas arbitrio eiuſdẽ Sacræ Congregationis reſeruatas, quam declarationem fel. rec. Vrbanus VIII. die 17. Ianuarij 1645. ad ſe delatam approbauit, & inuiolabiliter obſeruari iuſſit, vt per extenſum refertur à *Iacob. Pignatel. conſult. canon. 367. num. 1.*

8 Abbas igitur, vt poſſit minores ordines licitè, & debitè conferre tria copulatiuè exiguntur, primo debet eſſe Presbyter, ſecundo quod benedictionem acceperit ab Epiſcopo per manus impoſitionem, tertio quod proprio Monacho conferat, ita *ex Campon. & Roderic. à Cunna tradit. Barboſ in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 10. num. 6.*

9 Vnde ordinatio aliter facta licet ex defectu iuriſdictionis ſit nulla nihilominus ſic ordinati ab huiuſmodi Abbatibus non ſunt iterum ordinandi, ſed tantum à Sanctiſſimo rihabilitationem obtinere debent, iuxta *declarationem Sac. Cong. Concilij die 26. Iunij 1655. de qua Iacob. Pignatel. conſult. canon. 367. num. 7.*

10 Quod autem Abbas Regularis, qui poteſt exercere pontificalia ex priuilegio Apoſtolico poſſit ſacramentum confirmationis conferre de conſenſu Ordinarij tenent *Quaranta in ſum. Bullar. in verbo ordo verſ. poſſunt etiam ex priuilegio fo. mihi 393.* vbi ſubdit ita declaraſſe Sacram Congregationem, vt habetur in *Compendio priuileg. fratrum Minor. & aliorum Mendicantium impreſſo Brixiæ anno 1590. in verbo Ordines ſacri fo. 457. & 458. Barboſ. in ſum. Apoſtolic. decis. collect. 1. in verbo Abbas num. 16.*

11 Hoc tamen ſibi locum vindicare debet, quando adeſſet ſpecialiſſimum priuilegium Sedis Apoſtolicæ, alias cum prædictis Abbatibus ex *decreto Sacræ Congregationis rituum circa vſum pontificalium Prælatis Epiſcopo inferioribus conceſſum emanato ſub die 27. Septemb. 1659. in §. 19. Reliquo Pontificalia* prohibeatur exercitium pontificalium, & actus in quibus ſacra vnctio adhibetur pro ſeruitio alienæ Eccleſiæ, aut in ſubditos pariter alienos etiam de licentia Ordinariorum, vt ſunt campanarum Benedictiones, calicum, & ſimilium, ac minorum Ordinum collationes, eodem modo eiſdem prohibita eſſe debet adminiſtratio ordinis confirmationis cum militet eadem ratio.

12 Amp. 5. vt neque Abbas Regularis Nouitijs ſui ordinis primam Clericalem tonſuram, ac minores Ordines conferre poſsit, quia pendente, probationis anno quo ad ordines ſuſcipiendos non habentur pro ſubditis, cum ſit in Nouitij libertate habitum dimittere, & ad ſæculum reuertere, vnde ante profeſſionem non dicitur radicata iuriſdictio ſuperioris Regularis quo ad exercitium ſui iuris, & priuilegij in Nouitijs *Marchin. de ſacrament. ordinis 1. p. 5. cap. nu 10. cum ſeq. Nald. in ſum in verb. Nouitius num 8. Barthol. de Vecchis in prax. ſeruand. in admitten. ad Religion. Nouitium Nouit diſ. 11. qu. 8. nu. 4 Henriq in ſum. lib. 10. cap. 23. §. 3. in commento lit. G. Fr. Emman. quæſt. reg. tom. 3. qu. 23. art 2. Sayr. de cenſur. lib. 4. cap. 13. num. 5. Ludouic. Mirando in Manual. Prælator. tom. 1. qu. 38. art. 9. concl. 2. in fi. Vgolin. de offic. Epiſcop. cap. 26. §. 20. nu. 6. Tamburin. de iure Abbat. tom. 5. diſ. 2. qu. 27. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 2. alleg 3. num. 8. Grotian. diſcept. 741. num. 6.*

13 Contrarium docet *Suar. de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 29. num. 12. per glo. in cap. Abbates verbo conuolauerint de priuil. in 6.* Ac proinde, quod ſuperiores Regulares, qui habent ſpeciale priuilegiũ concedendi ſuis Monachis literas dimiſſoriales ad quemcunque Epiſcopum, poſſint etiam Nouitijs illas concedere, proue cæteris Monachis profeſſis concedere valent *Sanchez in præcept. Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 10. in fi. Barthol. de Vecch. in prax. obſer-*

Digitized by Google

ſeruanda in admittendis ad Religionis ſtat. Nouit. diſ. 11. qu.8. num. 3. verſ. ſi vero Tamburin. de iure Abbat. tom 2. diſ. 2. qu. 27. num. 2. cum alijs per Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 10. num. 12.

14 Et ratio deduci poteſt, quia quamuis Nouitius
ad ſæculum redire poſſit, & habeat facultatem te-
ſtandi, & beneficium retinere valeat, & ſimilia,
quę propriè nõ conueniũt Regularibus profeſſis, &
ſubditis, nihilominus in anno probationis eſt de
15 gremio Religionis, prout Clericus in minoribus
conſtitutus licet poſſit relinquere habitum Clerica-
16 lem eſt de Clero, ac proinde Nouitius in proba-
tionis anno dicitur actiuè Religioſus non tamen
paſſiuè, & ſic in fauorabilibus, vt in priuilegio Canonis, fori habetur perinde, ac ſi eſſet Religioſus, & profeſſis æquiparatur, ſecus in odioſis, vt in amiſſione bonorum, & ſimilium, collatio autem Ordinum cum reputetur actus fauorabilis, immo magis inducens Nouitium ad perſiſtendum in Religione, & permanere in vocatione, in qua vocatus fuit, vtique exercenda videtur à Regularibus Prælatis etiam in nouitijs ad latè tradita per *Sperel. dec. 16. à num. 39. cum plurib. ſequen. tom. 1.* vtraque ſententia eſt probabilis, prima tamen magis tuta.

17 Verum in omni caſu, quo huiuſmodi Abbates primam clericalem tonſuram, & minores ordines ſuis ſubditis Regularibus conferre poſſunt, illis pariter licitum eſt in interſtitijs diſpenſare, vt reſoluit *Sorb. in Compend. Mendican. verb. Ordines ſacri verſ. quando vero Abbates, Campan. in diuerſ. iur. Canon. rub. 12. cap. 13. num. 42. Ludou. Miranda in Manual. prælator. tom. 1. qu. 38. art. 7 conclu. 3. Hyeron. Roderiq. in compend. quæſt. regul. reſol. 1. nu. 21.* etiam eo caſu, quo Abbates ſuos ſubditos cum dimiſſorijs remittunt, vt ab Epiſcopis ordinentur, vt ex *Salſedo firmat Villalob. tom 1 ſumm. tr. 11. diffic. 12. num 4. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 3. num. 8. & in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 10. num. 4.*

18 Ordines propterea conferre ſubditis ſæcularibus Abbatum, & aliorum inferiorum nullius diœceſis pertinet Epiſcopis viciniorібus etiam non accedente conſenſu, ſeu literis teſtimonialibus eorundem Abbatum, & aliorum inferiorum, & ita deciſum fuiſſe teſtatur *Sel. in ſelect. Canon. cap. 1. num. 29. Barboſ. in Concil. Trid. dicto cap. 10. num 9.*

19 Si Abbas Regularis ſit nullius diœceſis, & exerceat iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in locis ſibi ſubiectis, poteſt examinare teſtes pro probando ſtatu libero ſuorum ſubditorum matrimonia contrahere volentium iuxta formam traditam à Sacra inquiſitione Vrbis ad tollendum Poligamiæ crimen emanatam, ita vt eorum atteſtatio debeat ab Ordinarijs admitti, vt cenſuit *Sac. Cong. Concil. in vna Papien. 3. Iuny 1651. ad cap. 1. ſeſſ. 24. de reform. matrim. de qua Pignatel. conſult. canon. 371.*

20 Quicunque autem, qui in locis exemptis habet iuriſdictionem ordinariam venit appellatione Ordinarij, & ideo poteſt ea exequi, quæ Ordinarijs, committuntur, vt obſeruat *Zabarel. in Clem. quia Regulares num. 11. de ſuppl. negli. prælat. Abb. in cap. vt formam num. 6. de ſent. excom Dec. conſ. 121. Myſinger. in cap. poſt ceſſionem num. 2. de prob. Pariſ. lib. 3. de reſig. qu. 11. Nauar. conſ. 9. de priuil.*

21 Quinimo Abbates Commendatarij habentes iura Epiſcopalia poſſunt diſpenſare, vt iuſtis concurrentibus cauſis omittantur denunciationes matrimoniales, quia veniunt ſub nomine Ordinarij, quibus hæc facultas à *Sac. Concilio Tridentino ſeſſ. 24. de Reform cap. 1.* ſolis conceditur *Sanchez. de matrim. tom. 1. lib. 3. diſ. 3. num. 4. Conineb. de ſacramen. diſ. 27. dub. 6. num. 54. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 32. num. 30.*

22 Contrarium, quod iure Concilij hæc facultas cenſeatur ſolis Epiſcopis conceſſa, & non Abbatibus Commendatarijs habentibus iura Epiſcopalia, cum nomine Ordinarij ad hunc effectum non intelligatur niſi Epiſcopus, & ita firmaſſe Sacram Congregationem refert *Diana reſol. moral. p. 3. tract. 4. reſol. 237. Boſſius de matrim. lib. 5. cap. 32. num. 2. Vilalob. in ſumm. tom. 1. tract. 13. diſ. 23. num. 6.* qui referunt Cardinali Farneſio Abbati Farfenſi fuiſſe conceſſam hanc facultatem, ſed non eius Vicario.

23 Sed quod Abbas, & alius Prælatus inferior Epiſcopo ſi ſit exemptus, & habeat territorium ſeparatum, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum comparetur Epiſcopo, habet facultatem concedendi licentiam alienandi terrulas Eccleſiæ ad terminos *cap. terrulas 12. qu. 2.* vt docet *Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib. 9. cap. 4. num. 46. verſ. ſimiliter Abbas fo. 413.*

24 Abbas Sanctiſſimæ Trinitatis Cauarum Ordinis Diui Benedicti Congregationis Caſinen. habet omnimodam iuriſdictionem Epiſcopalem, & proprium territorium, iuſque cogendi Synodum, indicendi concurſum ad Parochiales vacantes, ac Sacramentum Chriſmatis conferendi, vt declaraſſe Sacram Congreg. Concilij, & hanc declarationem confirmatam fuiſſe à Sixto V. & deſuper expeditas fuiſſe literas confirmatorias ſub fel. rec. Greg. XIV. dixit *Rot. in Cauen. collationis Ordinum 26. Iuny 1654. § penultimo in fi. coram Veroſpio.*

PRAENESTINA BENEFICII.

ARGVMENTVM.

De incompatibilitate beneficiorum, & quæ ſub eodem tecto retineri poſſint abſque diſpenſatione Apoſtolica, & an retineri poſſint plura beneficia abſque eadem diſpenſatione, & ſignanter, an diſpoſitio *Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap.* 17. habeat locum in beneficijs de iurepatronatus.

SVMMARIVM.

1 Beneficium ſimplex, ſeù Capellania, cum Canonicatu retineri poſſunt ſub eodem tecto ſiue Cathredalis, ſiue Collegiatæ.

2 Beneficia difformia in nomine, & in fine, vt ſi vnum ſit reſidentiale, alter non, ſunt incompatibilia.

3 Reprobatur *Hoeda* indiſtinctè tenens quod ad inducendam incompatibilitatem ſufficiat, quod ſint ſub eodem tecto.

4 Beneficia vniformia eiuſdem nominis, & miniſterij vti incompatibilia non poſſunt retineri ſub eodem tecto.

5 Dignitas cum Canonicatu ex conſuetudine, vel diſpenſatione Papæ retineri poſſunt ſub eodem tecto, & etiam

ex

ex diſpenſatione Epiſcopi num 6.

7 Beneficia diſſormia quo ad nomen, non autem quo ad reſidentiam ſunt incompatibilia.

8 Et per aſſecutionem ſecundi vacat primum niſi concurrat conſuetudo, aut diſpenſatio Apoſtolica.

9 Beneficia vniformia ordinata ad diuerſum miniſterium, cum diuerſis oneribus, vt ſunt duo Capellaniæ in diuerſis altaribus ſub eodem tecto retineri poſſunt.

10 Beneficia ſunt incompatibilia ſi vtrumque requirit perſonalem reſidentiam, etiam ſi ſint diſformia, & ſub diuerſo tecto, & licet ſint beneficia ſimplicia.

11 Lim. ſi alter non concurrat in tempore cum reſidentia alterius.

12 Limit. 2. vt procedat in reſidentia vera, & præciſa, ſecus in cauſatiua.

13 Capellania habentis onus inſeruiendi Eccleſiæ cum non inducat præciſam reſidentiam, ex quo onus per alium adimpleri poteſt retineri poteſt cum Canonicatu ſub eodem tecto.

14 Beneficia diſſormia, & diuerſi miniſterii ſub eodem tecto retineri poſſunt cum diſpenſatione Ordinarij.

15 Plura beneficia retineri non poſſunt.

16 Vnum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis eſt conferendum, & ſi ad ſubſtentationem non ſufficiat conferri poteſt aliud ſimplex, ſi perſonalem reſidentiam non requirant.

17 Non autem aliud vltra dum licet non ſufficiant ad commodam ſubſtentationem ſine diſpenſatione Apoſtolica.

18 Contrarium, quod etiam Epiſcopus poſſit conferre tertium.

19 Fructus beneficii, an ſufficiant ad commodam ſubſtentationem Iudicis arbitrio relinquitur.

20 In beneficijs de iurepatronatus non habet locum *Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. de reform. cap. 17.*

21 Præſentatus ad beneficia de iurepatronatus laicorum inſtitui poteſt ab Epiſcopo etiam vltra tertium, & quartum.

22 Beneficia de iurepatronatus laicorum non ſubiaceat regulis Cancellariæ.

DECISIO XXXI.

MAteus Antonius de Alexandris fuit à claræ memor. Eminentiſſ. Card. Hyeronimo Columnæ Oppidi Paliani Duca præſentatus, & ab Ordinario Prænestino inſtitutus de Capellania ſub inuocatione Sanctæ Mariæ de Zangato in Eccleſia Collegiata Diui Andreæ eiuſdem Oppidi, in qua aliam præbendam Canonicalem pacificè poſſidere reperiebatur; hinc prætendente Subcollectore Apoſtolico non poſſe retinere duo beneficia ſub eodem tecto abſque Sanctæ Sedis diſpenſatione, inchoauit contra eũdem iudicium ſuper mala fructuum perceptione, ac indebita beneficiorum retẽtione, ad quod ſubuertendum, & ſubſtinendam inſtitutionem factam ab Ordinario cuius Vicarij Generalis munus perſoluebam, animaduertendum curaui, quod receptiſſimum eſt illud iuris axioma, quod beneficium ſimplex, ſeù Capellania poſſit conferri, & retineri cũ Canonicatu in Eccleſia Cathedrali, aut Collegiata, abſque Apoſtolica diſpenſatione, tamquam beneficia non incompatibilia, licet ſub eodem tecto exiſtant *Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 3. qu. 1. num. 128. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 10. num. 35. cum plurib. ſequen. & num. 43. Tondut. quæſt. beneficial. p. 2. cap. 5. §. 6. num. 8. & ſeq. & nouiſſimè D. de Luca in ſuo Theat. veritat. & iuſtitia tom. 2. de benefic. diſ. 57. num 6. & 7. vſque ad fin. Rot in Regien. benefic. 9. Decemb. 1639. coram Bichio, & in Aſten. Coadiutoriæ 21. Iunij 1653. §. & quod ſit coram Cardinali Celſo.*

2 Vbi enim beneficia ſunt diſſormia tam in nomine, quam in fine, ſeù inſtituto, quorum vnum ſit verè, ac præciſè reſidentiale alterum verò non aſtringatur onere reſidentiæ, vt contingit in Canonicatu, & Capellania ſub eodem tecto, Rectoria, cum Capellania, ſeù dignitate, vel portione, cum eadem, Capellania, aut præſtimonio, vel alio ſimplici beneficio, aut in Capellania vnius Capellæ, & Congregationis, cum alia Capellania diuerſæ Congregationis, in ijs enim ceſſat incompatibili-

3 tas, & quamuis *Hoieda de incompatibilitat. benefic. p. 1. qu. 20. num. 25. ex Mandoſio* in loco per eum allegato indiſtinctè teneat, quod ad inducendam incompatibilitatem ſufficiat, quod beneficia ſint ſub eodem tecto, ſeù intra eandem Eccleſiam, & inter eoſdem parietes, & muros, abſque vlla diſtinctione, contrarium tamen eſt verius, & reprobato *Hoieda* de communi teſtantur *Pariſ. de reſignat. beneficior. lib. 3. qu. 1. num. 128. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 10. num. 34. cum ſeq. & num. 43. Tondut. quæſt. beneficial. p. 2. cap. 5. §. 6. num. 8. cum ſeq. De Luca in Theat. veritat. & iuſtitia tom. 12. de benefic. diſc 57. num. 6. & 7. Rot. dec. 489. p. 2. recen. dec. 631. p. 3. & coram Merlin. dec. 825.*

4 Sententia autem Hoiedæ ſibi locum vindicat, vbi agitur de duobus beneficijs vniformibus, ſcilicet, quia ambo ſunt eiuſdem nominis, ac eiuſdem miniſterij, & ſeruitij, vt ſunt duo Dignitates, vel duo Canonicatus eiuſdem Eccleſię, nam ad hoc vt intret dicta incompatibilitas eſt neceſſarium, vt vtrũque beneficium requirat idem miniſterium, & exercitium in eodem loco, ita vt dignitates, Canonici, vel Capellani conuenire debeant in vnum, & eadem munera eodem tempore explere, vt declarat *Nauar. conſ. 16. num. 2. ſub tit. de præben. Lapus alleg. 116. num. 5. & allegat. 117. num. 1. & per totam Felin. in cap. ex parte il 2. num. 3. de reſcript. Abb. in cap. literas num. 4. de conceſ. præbend. Rebuf. in prax. tit. de non promot. infra annum. 75. Sel. in ſelect. canon. cap. 21. nu. 11. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. n. 13. ex Garz. de benef. p. 11. cap. 5. n. 381. in 1. 2. & 3. declarat. Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 3. qu. 1. num. 128. Tondut. quæſt. beneficial. par. 2. cap. 5. §. 6. num. 6. cum alijs allegat. per Gonzal. ad reg. 8.* Cancellar. *gloſ. 10. num. 34. 35. de Luca in Theat. veritat. & iuſtitia tom. 12. de benefic. diſ. 57. num. 3. vbi teſtatur quod omnes in hoc concordant, quia textus in cap da multa de præbendis,* clarè, & ad literam ita diſponit.

5 Ex conſuetudine tamen, aut ſaltem ex diſpenſatione Papæ, quod in eadem Eccleſia retineri poſſit Dignitas, cum Canonicatu, tradit *Quintilian. Mandoſ. in tract. de ſignatur. gratia tit. de diſpenſat. ad benefic ſub eodem tecto verſ. Canonicatus, & dignitas in eadem Eccleſia Gonzal. ad reg. 8. Cancellar glo. 10. num. 39. & 40. & Puteo, quem allegat. dec. 139. lib. 3. & ex Achil. de Graſ. dec. 269. alias 6. ſub tit.*

6 *de præben.* vbi quod requiratur conſuetudo, vel ſaltem diſpenſatio Epiſcopi, *cum alijs per Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. num. 13. & de offic. Epiſcop. alleg. 62. num. 18. prope fin. Garz. de benef. p. 11. cap. 5. num. 246. & ſeq.*

7 Prout etiam ſententia Hoiedæ procedit, in beneficiis, quæ inter ſe ſunt diſſormia quo ad nomen, non autem quo ad reſidentiam, vt ſi vtrumque ſit reſidentiale ex reſidentia vera, & præciſa, vt ſunt digni-

dignitas, & Canonicatus in Cathedrali, vel Collegiata, ſeu Canonicatus, & beneficiatus, vel Portionaria, & alia, quæ hodie ex *Concil. Trid.* diſpoſitione reſidentiam requirunt, vt *in ſeſſ. 6. de refor.*
8 *cap. 2. & ſeſſ. 23. de reform. cap. 1.* nam ex hac qualitate reſidentiali præciſè inducitur incompatibilitas, adeò vt niſi ex legitima conſuetudine, vel ex diſpenſatione Apoſtolica retineantur per aſſecutionem ſecundi vacat primum, & cogi poteſt ad dimittendum, & talis eſt inconcuſſa Datariæ praxis, *de Luca in Theat. veritat. & iuſtitiæ tom. 12. de benefic. diſ. 57. num. 5. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 10. num. 32.*

9 Sed ſi agatur de beneficijs etiam vniformibus, & eiuſdem nominis, quæ tamen ordinata ſint non ad idem miniſterium, neque ſimul concurrunt ad efformandum, ſeù conſtituendum vnum, & idem corpus, ſed ſe habent, & conſiderantur ſingulariter, ac diſtinctè, vt ſi eſſent plures Capellaniæ in eadem Eccleſia ad diuerſas Capellas, ſeù ad diuerſos fines, & cum diuerſis oneribus, & ad ſeparatam congregationem faciendam, & hoc caſu nulla oritur incompatibilitas, vt concludit *Nauar. conſ. 16. de praben.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel glo. 10. nu. 34. de Luca in ſua theat. veritat. & iuſti. tom. 12. de benefic. diſ. 57. num. 4. Garz. de benef. p. 11. cap. 5. num. 235. & ſeq.*

10 Indubitati tamen iuris eſt quod beneficia ſemper reddātur incompatibilia ſi vtrumque requirat perſonalem reſidentiam, ſiuè ſint ſub eodem, ſiuè ſub diuerſo tecto, ſiue ſint eiuſdem nominis, ſeù vniformia, ſiuè diuerſi nominis, ſiuè difformia, vt diſponit, *Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 7. de reform. cap. 4. & ſeſſ. 22. de reform. cap. 22. verſ. propterea retinentibus, & declarauit Sac. Cong. Concil. de qua Rot. dec. 607. num. 2. p. 4. diuerſ. & in Leodien. Canonicatus, ſeu ſcholaſtiaria 10. Maij 1666. § incompatibilitas vero coram Bourlemont.* Et hoc habere locum etiam in beneficijs ſimplicibus perſonalem, & præciſam reſidentiam requirentibus tradit *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 15. num. 19. cum ſeq. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 5. qu. 6. num. 114. Hoted. de incompatibilitat. benef. p. 1. cap. 17. num. 3. & 30. Garz. de benef p. 11. cap. 5. num. 261.*

11 Recipit tamen hæc ſententia ſuas declarationes, prima vt non procedat, quando beneficia reſidentiæ onus habentia, ſi alter non concurrat in tempore cum reſidentia alterius, ſed in vtroque ęquè bene inſeruiri poſſit, *Garz. de benef. p. 11. cap. 5. nu. 86. & ſeq. Maſſobr. in prax. ad habend. concurſ. ad Paroch. requiſit. 1. dub. 3. num. 7. in fi. Rot. dec. 483. num 3. p. 1. diu.*

12 Vlterius declaratur, vt procedat in reſidentia vera, & præciſa, ſecus autem in cauſatiua, ſcilicet ſi Capellania habeat onus inſeruiendi horis veſpertinis, & in proceſſionibus, nam tunc non intrat incompatibilitas, cum huiuſmodi onus non cauſet reſidentiam præciſam ſed ſolum cauſatiuam, ita *de Luca in ſuo Theatro veritat. & iuſtitiæ tom. 12. de benefic. diſ. 57. num. 6. & 7. ex auctoritate Rot. in dec. 489. p. 2. & dec. 631. p. 3. recen. bene Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 15. a num. 19. vſque ad 25.*

13 Ex quibus ita diſpoſitis, cum huiuſmodi Capellania, de qua Marcus Antonius præſentatus fuit, non habeat onus reſidentię, nec ſit ordinata ad faciendum vnum corpus cum Canonicis, ſed ad diuerſum miniſterium, & nullum alium ſeruitium habeat, niſi onus celebrandi quatuor miſſas lectas qualibet hebdomada, quod perſolutis in Collegiata Eccleſia horis canonicis per ſe, vel per alium adimplere poteſt diuerſis horis, & tempore, & ſic beneficium omninò difforme, non redditur incompatibile, licet ſit ſub eodem tecto cum Canonicatu vt in fortioribus terminis Capellanię habentis onus inſeruiendi Eccleſiæ, dixit *Rot. dec. 155. num. 2. p. 4. recen. & in d. Regien. Beneficij 9. Decemb. 1639. coram Bichio*, & ratio eſt, quia hoc ſeruitium per alium adimpleri poteſt, & ſic non inducit præciſam reſidentiam.

Ac proinde ceſſante obiecto incompatibilitatis, ceſſat etiam neceſſitas diſpenſationis Apoſtolicæ ad licitam beneficiorum retentionem, & obiectum, quod ſint ſub eodem tecto penitus corruit in præſenti quo ad inducendam prætenſam incompatibilitatem, & in omnem caſum, attento quod agitur de beneficijs difformibus concernentibus diuerſum
14 miniſterium, ad cautelam exuberat diſpenſatio Ordinarij, & ita cenſuiſſe *Sac. Congregationem refert Garz. de benefic. p. 11. cap. 5. §. 4. num. 376. & 377. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 62. nu. 17. & in Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. num. 14. Armendar. in tract. de benef. incompatibilit. tit. 7. num. 7. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 10. num. 40. 42. & 43. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 5. qu. 6. & lib. 6. cap. 11. qu. 2. & 4. & cap. 13. quaſt. 6. Rot. deciſ. 1604. num. 2. coram Card. Seraph.*

15 Pro vt nec ex alio capite quod retineat plura beneficia moleſtari poteſt, quamuis de iure nouo *Concilij Tridentini ſeſſ. 24. de reformat. cap. 17.* & de iure antiquo, & communi prohibeatur nè quis plura beneficia retineat, *cap. de multa de praben. c. quia nonnulli de Cleric. non reſiden. cap. in quibus 7. qu. 1. cap. ſicut in vnaquaque 21. qu. 2. Rot. deciſ. 119. num. 4. p. 6. recen.*

16 Quoniam licet vnum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis ſit conferendum, tamen ſi illud ad vitam, & conditionem eius, cui confertur honeſtè ſubſtentandam non ſufficiat, licitum quidem eſt aliud ſimplex ſufficiens, dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirant eidem conferri, vt apertè diſponit, *Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. latè Garz. de benefic. p. 11. cap. 5. nu. 260. cum ſeq. Vgolin de offic. Epiſcop. cap. 14. §. 2. Maſſobr. in prax. ad haben. concurſ. ad Paroch. requiſit. 7. dub. 16. cum duob ſeq. Aloy. Ric. dec. curiæ Neapol. 226. num. 16. & dec. 236. p. 4. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 62. num. 1. & in Concil. Trid. d. cap. 17. num 1.*

17 Hinc eſt quod Epiſcopus habenti vnum ſimplex, vel aliud beneficium quod nō ſufficiat ad eius ſubſtentationem poſſit aliud conferre, abſque diſpenſatione Apoſtolica, non autem alia vltra duo vſque ad ſufficientem ſubſtentationem citra præfatam diſpenſationem, ſecundum aliquorum DD. ſententiam, quam refert *Garz. de benef. p. 11. cap. 5. §. 3. num. 310.* vbi teſtatur ita cenſuiſſe *Sac. Congreg. Concilij Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 1 cap. 14. §. 2. verſ. excipitur tamen Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 62. per tot. & in Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. num. 3. Maſſobr. in prax. ad habend. concurſ. ad Parochias requiſit. 7. dub.*

dub. 16. ſecundum Romanam impreſſionem Gennen. in in prax Archiepiſcop. Neapol. cap. 52. num. 3.

18 Sed quod habens vnum, vel duo beneficia poſſit cum diſpenſatione Epiſcopi habere tertium quando priora non ſufficiant ad victum, & commodam ſubſtentationem, licet in ſufficientibus requiratur diſpenſatio Papæ tenet Borgnin. *dec. 17. num. 73. & 74. p. 2. & dec. 33. num. 6. p. 5. & allegat. Rot. de iurepatronat. in verbo honorificum num 94. in fi.* & ratio reddi poteſt, quia *Concil. Trid. in dicto cap. 17.* non loquitur limitatiuè per particulas taxatiuas ſcilicet ſolum, tantum, & ſimiles, ac proinde non videtur coarctare ordinarij auctoritatem ad conferendum ſecundum beneficium, vt nequeat conferre tertium ſi collata ad ſubſleuationem non ſufficiant dum voluit Eccleſiaſticas perſonas, ne in dedecus Clericalis ordinis mendicare cogantur de ſufficientibus redditibus prouideri debere, & de conſuetudine quod hodie a Prælatis inferioribus plura beneficia conferantur nulla habita ratione, an ſint tenua, vel pinguia, licet non laudabiliter refert *Barboſ. de offic. Epiſcop. alleg. 62. num. 10. in fi. & Concil Trident. dicto cap. 17. num 7.*

Verum quidquid ſit de hac opinione licitè, ac validè prouiſus fuit dictus Marcus Antonius de hoc ſecundo Beneficio, ſeù Capellania, vtpotè quia redditus Canonicatus cum non excedant ſummam ſcutorum ſexaginta non videntur ſufficere ad com-

19 modam ſubſtentationem, vt attenta eius qualitate, & conditione prudentis Iudicis iudicio, cuius arbitrio hoc rem teritur facile iudicari poteſt *Gonzal. ad ad reg. 8. Cancellariæ glo. 15. num 39. Zerola in prax. Epiſcopal. p. 1. in verbo beneficium §. 7. col. 8. prin. Maſobr. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. requiſit. 7. num. 14. cum ſeq. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 62. num. 1. & in Concil. Trid. ſeſſ 24. de reform. cap. 17. num. 17.*

20 Et tollitur omnis difficultas, quia verſamur in beneficijs de iurepatronatus laicorum, in quibus nō habet locum diſpoſitio *Sacri Concilij in citato cap. 17.* ac proindè vniuerſalem obſeruantiam, & praxim eſſe, vt Epiſcopus inſtituat præſentatos à patronis tamen ſi tertium, & quartum habeant beneficium,

21 teſtantur *Lambert. de iurepatronat. p. 1. lib. 2. q. 7. cap. 15. num. 15.* vbi refert ſe fuiſſe inſtitutum in triginta ſeptem beneficijs de iurepatronatus Laicorum, & Clericorum, & omnium fructus non aſcendebant ad ſummam ducatorum 130. de Camera *Muſſobr. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. requiſit. 7. dub. 18. Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. num. 8. verſ. contra Lambert.* quod eſt intelligendum ſi non ſint incompatibilia ob perſonalem reſidentiam iuxta ſuperius tradita.

22 Nec comprehenduntur huiuſmodi beneficia de iurepatronatus laicorum ſub alijs Cancellariæ regulis, vt in eiſdem ſit procedendum ſicut in alijs beneficijs Eccleſiaſticis Gonzal. *qui alios allegat. ad reg. 8. Cancel glo. 18. num. 2. Achil. de Graſ. dec. 3. de iurepatronat. Pute. dec. 319. num. 1. & per tot. lib 1. & dec. 308, num. 2, lib. 3, Amat. Dunozet. dec. 769, num. 3, & 7, tom. 2, Rot. in Regien. beneficij 27. Iunij 1653. §. quod autem Beulaqua,*

SVMMARIVM.

1 Beneficium vacat ipſo iure per aſſecutionem alterius incompatibilis.

Ad inducendam dictam vacationem ſecundum antiquā diſpoſitionem Sacrorum Canonum conſtituuntur quinque tempora ibidem.

2 Hodie ex Concilio, non ſolum dignitates, & beneficia curata, de quibus loquebantur iura antiqua, ſed etiā beneficia ſimplicia Capellaniæ, quæcumque alia beneficia perſonalem reſidentiam requirentia comprehenduntur.

Adeo, vt hodie per aſſecutionem ſecundi vacat ipſo iure primum.

3 Limita, vt non procedat vbi concurrit diſpenſatio Apoſtolica, quæ quomodo ſit iuſtificanda traditur.

4 Limit. 2. vt requiratur præciſa, & ſimplex reſidentia ad inducendam incompatibilitatem, ſecus ſi ſit tantum cauſatiua.

5 Reſidentiæ ſpecies, quæ inducunt, & quæ non incompatibilitatem, reſeruntur, & declarantur.

6 Reſidentia præciſa cauſat incompatibilitatem, vt per aſſecutionem vltimi beneficij vacet primum, ſiue ſint ſimplicia, ſiue ſint Canonicatus, & ſimilia.

7 Secus ſi reſidentia non ſit continua, ſed ad certum tempus, vel non ſit præciſa, ſed cauſatiua reſpectu priuationis fructuum.

8 Incompatibilitas conſideratur reſpectu tituli, non autem fructuum, & in terminis procedit *Concil. Trid.*

9 *Concil. Trid. ſeſſ. 24 de reform. cap. 17.* non inducit vacationem beneficij ipſo iure, ſi vtrumque non requirit perſonalem reſidentiam.

10 Incompatibilitas beneficiorum impedit retentionem, non autem acquiſitionem.

11 Ad dimittendum ſecundum beneficium incompatibile dantur duo menſes a die pacificæ poſſeſſionis ſecundi, & redditur ratio num. 12. Et computantur de momento ad momentum.

13 Beneficium primum quis non tenetur dimittere, ſi ſuper ſecundo moleſtetur etiam extraiudicialiter.

15 Nec dimittere tenetur ſi fructus ſecundi beneficij ab alio ea cauſa percipiuntur.

16 Limit. vt non procedat ſi quis percipit, aut percipere poteſt maiorem partem fructuum ſecundi beneficij.

17 Limit. 2. vt neque habeat locum ſi fructus primi anni reſeruentur hæredibus beneficiati defuncti ex conſuetudine, vel ſtatuto.

18 Decretum *Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 14. & Bulla B. Pij V.* non comprehendunt dicta ſtatuta de inſeruiendo per aliquod tempus, abſque fructuum perceptione. Contrar. num. 19. 20. & 22.

21 Lim. 3. vt nec procedat ſi nouiter prouiſus ſaltem lucrari poſſit diſtributiones quotidianas.

23 Lim. 4. vt ceſſet diſpoſitio dicti ſtatus ſi in Eccleſia, vbi poſſidentur beneficia inoleuit vſus petendi diſpenſationem.

24 Beneficium per aſſecutionem ſecundi incompatibilis nō vacat ſi eius fructus pro primo anno applicentur Fabricæ Eccleſiæ.

25 Statuta, & conſuetudines applicatiuæ fructus beneficij fabricæ, aut pijs vſibus non reuocantur per decretum Concilij, & Bullam B. Pij V. niſi pro dimidia.

26 Secus ſi fructus applicantur Canonicis, aut menſæ Capitularis, aut Epiſcopalis, ſtante reuocatione facta per *Concilium, & B. Pij V.*

27 Conſuetudo, quæ imponit onus recepto ad poſſeſſionem beneficij de ſoluendo per aliquod tempus fructus Canonicis non valet, ſecus ad pios vſus.

28 Et vbi non fuit receptum *Concil. Tridentinum* & conſtitutio B. Pij V. & ſeruentur dictæ conſuetudines, & ſtatuta, per aſſecutionem ſecundi beneficij non vacat primum, & num. 29.

30 Pœnitentialem canonicatum poſſidens, non poteſt retinere cum dignitate in vim conſuetudinis.

31 Capellania cum onere celebrandi ſingulis diebus feſtiuis, eſt incompatibilis cum Eccleſia Parochiali.

32 Capellaniæ in eodem Altari plures quando ab vno poſſideri poſſunt.

33 Ca-

Digitized by Google

33 Capellaniæ tres vniformes ſub eodem tecto cum Epiſcopi diſpenſatione retineri non poſſunt.
34 Pluralitatem beneficiorum Sacri Canones ſemper exoſam habuerunt.
35 Duo, vel plura beneficia ſimplicia, licet reſidentiam non requirant, ſunt incompatibilia, & retineri non poſſunt abſque diſpenſatione ſi vnum ſit ſufficiens.
36 Pluralitas beneficiorum prohibetur à Sacro Concilio Tridentino ſi requirant perſonalem reſidentiam, vel ſint ſufficientia.
37 Beneficium vnum ſufficiens habens, non poteſt retinere duo.
38 Tertium beneficium ſi conferatur ab Ordinario habenti duo ſimplicia inſufficientia collatio tertij eſt nulla.
39 Epiſcopus habenti congruam, non poteſt aliud beneficium dare.
40 Terrulæ beneficiales, ſeu legata pia cum onere celebrādi non ſunt incompatibilia.
41 Beneficium conferri poteſt habenti ſufficientem ſubſtentationem in penſionibus.
42 Beneficia de iurepatronatus laicorum vltra duo ab Epiſcopo conferri non poſſunt.
43 Beneficia de iurepatronatus laicorum iñ quibus caſibus obtineri non poſſunt ab Epiſcopo.
44 Collatio vltimi beneficij ad hoc vt ſubſiſtat, eſt facienda mentio de omnibus alijs beneficijs obtentis.
45 Quod ſufficit ad tollendam ſubreptionem, ſed non ad inducendam diſpenſationem.
46 Poſsidens beneficia incompatibilia abſque diſpenſatione per triennium vtroque ipſo iure eſt priuandus.
47 Non obſtante regula de triennali.
48 Regula de triennali non habet locum contra decreta *Sac. Concil. Trident.* in quibus prohibetur pluralitas beneficiorum, & incompatibilium retentio.
49 Diſpenſatio ad plura beneficia ex curſu decem annorum præſumitur.

Sequitur materia incompatibilitatis beneficiorum.

ADNOTATIO I.

1 EX beneficiorum incompatibilitate oritur indebita retentio, & conſequenter vnius vacatio, de iure tamen antiquo ſacrorum Canonum, ſecundum primum tempus habens duas dignitates, vel beneficia curata, dabatur electio dimittendi vnā, vel vnum iuxta *textum in cap. referente, & cap. præterea de præben.* iuxta verò ſecundum tempus obtinenti ſecundum beneficium incompatibile denegata fuit electio, ſed ſecundò priuandus erat iuxta diſpoſitionem alterius textus in *cap. quia nonnulli de Cleric. non reſiden.* ſecundum autem tertium tempus beneficium Curatum ipſo iure vacabat per aſſecutionem ſecundi, & ſi vtrumque retinere contendebat priuabatur etiam ſecundo per ſententiam non autē ipſo iure, vt deſumitur in *cap. de multa de præben.* ſed ſecundum quartum tempus, præſcripta fuit vacatio vtriuſque beneficij ipſo iure, ſi vtrumque prouiſus retinere præſumebat, & obtinens remanebat, inhabilis ad ordines, & ad alia beneficia obtinenda, vt habetur in *Extrauag. exſecrabilis §. quæ tamen, & §. qui vero de præben.* quæ temporum diuiſio emanauit ex animaduerſione *Cardinal. in conſ. 3. nu. 3. Abb. in cap. quia nonnulli num. 4. de Cleric. non reſiden. Caſſador. dec. 1. num. 1. de conſtitut.* quos refert *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 15. à num. 10. vſque ad 14. Lotber. de re benefic. lib. 3. qu. 23. à num. 1. cum plurib. ſequen.*

2 Vltimum verò tempus hodie deſumitur ex Concilio *Tridentino ſeſſ. 7. de reform. cap. 4. & ſeſſ. 24. de reform. cap. 17.* cuius vigore non ſolum comprehenduntur dignitates, & beneficia curata, de quibus tantum loquebantur præfata iura antiqua, ſed etiā beneficia ſimplicia perſonalem reſidentiam requirentia, nec non alia quæcunque beneficia, & etiam Capellaniæ, quæ ex fundatione, vel conſuetudine dictam reſidentiam requirant, adeo vt hodie per obtentionem ſecundi vacat ipſo iure primum beneficium, & ita declaraſſe *Sac. Congreg. Concilij* refert *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 15. à num. 15. vſque ad 19. & ita ſæpius firmaſſe Rot.* patet ex deciſionibus *per eundem allegatis Garz. de benef. p. 11. cap. 5. num. 282. in 2. declarat. Lotber. de re benefic. lib. 3. qu. 23. num. 10. Barboſ. de offic. & poteſt Epiſcop. alleg. 62. num. 3. & 28. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. num. 9. Rot. dec. 497. ſub num. 1. & dec. 524. num. 1. p. 1. & dec. 120. ſub num. 1. p. 4. ſecundum impreſſionem Lugduni recen. & dec. 337. num. 11. p. 4. tom. 2. recen. & dec. 607. num. 2. p. 4. diuerſ. & in Leodien. Canonicatus, & Scolaſtriaria 10. Maij 1666. §. ſiquidem vacatio coram Bourlemont Seraph. deciſ. 483. numer. 5.*

3 Declara primo, vt non procedat vbi concurrit diſpenſatio Apoſtolica, quæ debet iuſtificari iuxta ſtylum Curiæ, ſcilicet non per teſtes, ſed per literas Apoſtolicas, quia ſtylus Curiæ ita ſe habet, vt deſuper expediantur literæ gratiæ diſpenſationis, adeout non ſufficiant teſtes de fama, vel alia ſemiplena probatio. *Oltrad. conſ. 328. ſub num. 6. verſ. ſtylus autem Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 15. num. 29. Lotber. de re benefic. lib. 3. qu. 23. num. 8. & 9.* vbi quod hoc etiam ſit conforme diſpoſitioni iuris Communis in *l. ſacri afflatus C. de diuerſ. reſcript.*

4 Declara 2. quod ad inducendam dictam vacationem ob incompatibilitatem ex perſonali reſidentia reſultantem, requiratur præciſa, & ſimplex reſidentia, adeo vt incompatibilitas efficiatur præciſa reſpectu tituli, ſecus ſi reſidentia non eſt præciſa, & ſimpliciter obligatoria, ſed cauſatiua, iuxta diſtinctionem relatam per *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 15. ex Innocen. in cap. ſi. de Cleric. non reſiden. num. 1. ibique Hoſtien. num. 4. Io. Andr. num. 4. Anton. de Butr. num. 6. & Abb. num. 4. Imol. numer. 13.*

5 Prò cuius dilucidatione eſt animaduertendum, quod tres reſidentiæ ſpecies conſtituuntur à ſupradictis DD. vt triplex ſit reſidentiæ modus, nempe reſidentia continua, & præciſa ſub priuatione tituli, & amiſſionis beneficij, ſi beneficiatus continuè non reſideat, exceptis duobus, vel tribus menſibus à Sacro Concilio Tridentino indultis, alia eſt non continua, ſed certis tantum temporibus præſcripta, alia eſt reſidentia continua, non tamen ſimpliciter, ſed cauſatiuè, & ſolum reſpectu priuationis fructuum, ita quod non reſidendo beneficiatus priuetur fructibus titulo tamen priuari non poſſit, ita ex *Butr. & Imol. tradit Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 15. numer. 20. & 21. Card. conſ. 3. Rot. dec. 483. num. 1. p. 1. diuerſ.*

6 Quando igitur reſidentia eſt præciſa, & continua ſimpliciter, & reſpicit titulum, tunc ſi vtrumque beneficium ſimplex quamuis non ſit Canonicatus, vel portio in Cathedrali, vel Collegiatis Eccleſijs talem reſidentiam requirat, per aſſecutio-

nem ſecundi ipſo iure vacat primum propter incõpatibilitatem iuxta diſpoſitionem *Sac. Concilÿ Tridentini*.

7 Quando verò reſidentia non eſt perpetua, ſed ad certum tempus, vel non eſt præciſa, ſed cauſatiua reſpectu priuationis fructuum, non autem tituli, tunc excluditur incompatibilitas, & conſequenter vacatio primi per aſſecutionem ſecundi, *Ancharan. conſ.* 17. *num.* 2. *&* 3. *Nauar. conſ.* 4. *num.* 1. *de Cleric. non reſid. & ex Imol. Capra, & alÿs docet Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 15. *num.* 20. 21. *&* 22.

8 Et ratio eſt quia incompatibilitas conſideratur reſpectu tituli, non autem reſpectu amiſſionis fructuum, *& Sacrum Concil. Trid. ſeſſ.* 7. *de reform. cap.* 4. quod loquatur de beneficÿs incompatibilibus ratione tituli, & non in alijs ſubdit idem *Gonzal. dicta glo.* 15. *a num.* 23. *cum duobus ſequen. & ita firmaſſe Rot.* patet ex deciſionibus per eum relatis.

9 Hinc eſt quod quamuis diſponatur per præfatũ *Concilium Trident. in alia cap.* 17. *de reform ſeſſ.* 24. vnum tantum beneficium ſingulis conferendum eſſe, & non plura, etiam ſi ſimplicia ſint, tamen per dictam conciliarem diſpoſitionem non inducitur vacatio primi ipſo iure per aſſecutionem ſecundi, ſi vtrumque perſonali reſidentia non aſtringatur, *Nauar. conſ.* 10. *& conſ.* 13. *ex num.* 3. *ſub tit. de præben. & ita dixiſſe Rot. in Calaguritana beneficÿ de Subiana refert Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. glo.* 15. *num.* 26. vbi teſtatur de praxi, & communi obſeruantia declaratiua.

10 Declara 3. quod incompatibilitas beneficiorum quatenus vtrumque exigeret reſidentiam impedit retentionem vtriuſque, non autem obſtat collationi, & acquiſitioni ſecundi beneficij *cap. cum ÿs, de elect. in* 6. & ita fuiſſe reſolutum in Sacra Congregatione Concilij teſtatur *Card. Seraph. dec.* 774. *nu.* 2. Rot. *dec.* 337. *num.* 9. *p.* 4. *tom.* 2. *recen. Card. Canaler. deciſ.* 450. *num.* 6. *Mobed. dec.* 14. *de præben. cum alÿs per Lotber. de re benefic. lib.* 3. *qu.* 23. *num.* 17. *&* 18.

11 Declara 4. illicò non vacare primum beneficium per aſſecutionem ſecundi incompatibilis, ſed poſt duos menſes, qui dantur ad dimittendum primum, adeo vt vtriuſque retentio ſit permiſſa ſpatio duorum menſium inchoando à die pacificæ poſſeſſionis ſecundi beneficij, & ſic ad effectum vt ſit locus *Extrauag. execrabilis de præben. & Sac. Concil. Trid. decretis* non ſufficit ſola impetratio ſecundi incompatibilis, ſed ſimul requiritur vt impetrans poſſeſſionem, & quidem pacificam de facto, & de iure per duos menſes continuos cum perceptione maioris partis fructuum adipiſcatur, vel per eum ſtet, quo minus eam apprehendat, *Burſat. conſ.* 853. *nu.* 27. *lib.* 4. *Gabr. conſ.* 193. *num* 8. *&* 9. *lib.* 1. *Gemin. conſ.* 78. *num.* 5. *verſ. nec obſtat ſi dicatur Hoed. de incompatibilitat. benefic. p.* 1. *cap.* 13. *nu.* 48. *&* 80. *Staphil. de lit. grat. tit. de qualitat. & ſtat. beneſ.* §. *huiuſmodi num.* 12. *&* 13. *latè Maſcard. de probat. lib.* 1. *conclu.* 183. *num.* 40. *vſque ad* 47. *Lotber. de re benefic. lib.* 3. *qu.* 23. *num.* 19. *Caſſad. deciſ.* 9. *num.* 2. *de cauſ. poſſeſſ. & proprietat. Seraph. dec.* 997. *num.* 10. *& dec.* 1254. *num.* 1. *Amat. Dunozet. dec.* 811. *num.* 1. *tom.* 2.

12 Quod fundatur in æquitate, quia prouiſus de ſecundo debet eſſe certus de retentione eiuſdem, & de pacifica poſſeſſione, ne ob ſuperuenientem litem vel ob aliam cauſam detur caſus, quod careat vtroque, *cap. licet Epiſcopus cum ibi notatis de præben. in* 6. *& ibi Franc. num* 4. *Gabr. conſ.* 193. *num.* 8. *lib.* 1. *Maſcard. de probat. lib.* 1. *conclu.* 183. *num.* 47. *Lotber. de re benefic. lib.* 3. *qu.* 23. *num.* 19. *Seraph. dec.* 1254. *num.* 1.

13 Et ad effectum, vt quis non teneatur dimittere primum beneficium ſufficiunt moleſtiæ etiam extraiudiciales, & de facto *Abb. in cap. de multa nu.* 56. *de præben. Paul. de Eleazar. in Clement. gratia, & ibi Card. qu.* 13. *& Vitalin. num.* 5. *de reſcript. Caſſadar. dec.* 9. *de cauſ. poſſeſ. & propriet. Card. Seraph dec.* 1254. *num.* 2. *& latiſſimè dec.* 997. *nu.* 2. *&* 5. *cum alÿs allegatis per Lotber. de re benefic. lib.* 3. *qu.* 23. *a num.* 24 *cum duobus ſeq.*

14 Tempus duorum menſium computantur de momento ad momentum, & ſic eo momento, quo terminatur huiuſmodi tempus intrat decreti effectus reſoluendo gratiam retentionis vſque ab initio *cap. ſi gratiosè de reſcript. in* 6. *Lotber. de re benefic. lib.* 3. *qu.* 23. *num* 20.

15 Declara quinto vt per adeptionem ſecundi beneficij Curati, ſeù alterius onus reſidentiæ habentis cuius fructus alius ex cauſa percipit, licet ſit cum primo incompatibile, tamen non vacat, ſed ſecundum cum primo retineri poteſt, per textum expreſſum *in cap. ſi tibi conceſſo* 26. *de præben. lib.* 6.

16 Sublim. hanc 5. declarationem vt diſpoſitio dicti *cap. ſi tibi conceſſa* 26. *de præben* non habeat locum, quando quis percipit, aut percipere poteſt maiorem partem fructuum beneficij, cum fundetur in æquitate, *ex allegatis per Garz. de benef. p.* 11. *cap.* 5. *num.* 142. *vbi ita firmaſſe Rot. in Leodien. Canonicatus* 9. *Decemb.* 1580. *coram Pamphilio*.

17 Sublim. 2. vt neque habeat locum ſi fructus primi anni reſeruentur hæredibus beneficiati defuncti ex conſuetudine, vel ſtatuto Eccleſiæ, vt eſt in more poſitum in multis Eccleſijs Hiſpaniæ, puta ex cauſa, vt perſoluantur, vel debita defuncti, vel expenſæ, vt debitis funeralibus Eccleſiaſticæ ſepolturæ tradatur, & ratio eſt, quia hoc caſu perceptio fructuum eſt dilata, non autem ablata, *Gutier. canon. queſtion. lib.* 1. *cap.* 30. *numer.* 30. *Garz. de benefic. par.* 11. *cap.* 5. *numer.* 137. *&* 142. *& ita alias firmaſſe Rot. patet ex deciſ. per eum relatis Barboſ. in* Concil. *Trident. ſeſſ.* 24. de reform. *cap.* 14. *num* 8. *Rot. dec.* 660. *p.* 4. *diuerſ. & coram Seraphin. dec.* 1053. *per tot. cum alÿs in Leodien Canonicatus, & Scolaſtriaria* 10. Maij 1660. §. *quia poſt maturam coram Bourlemon*.

18 Vnde quod alias Sac. Congregat. Concilij cenſuit quod nec decreto *Concilÿ ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 14. *nec bulla B. Pÿ V. quæ eſt in Bullar. veteri* 506. ſuper hac re edita comprehendantur ſtatuta Eccleſiarum de ſeruiendo per annum, vel aliquod tempus, & nihil percipiendo interim de maſſa groſſa, niſi peracto integro dicto ſeruitio, vel quod poſt obitum hæredibus debeatur, cum ſit potius differre quam auferre, refert Garz *de benefic. p.* 11. *cap.* 5. *num.* 138. *&* 139. *ex Gutierez canon. qu. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 30. *Barboſ. in* Concil. *Trid. ſeſſ.* 24. *de reform cap.* 14. *num.* 3. *&* 4.

19 Contrarium *Palacias de contract. lib.* 2. *cap.* 7. & hanc contrariam ſententiam etiam amplexa eſt *Rot.*

in

in Zamoren. dimidiæ annatæ 5. *Martij* 1586. *coram Gipſio relatam per Garz. loco citato num.* 141. quæ fundatur in dicta *conſtitutione* B. *Pij V.* qua reuocã-tur priuilegia, & ſtatuta, & ſublata fuit omnis cõſuetudo etiam immemorabilis, qua, ſeù quibus ſucceſſor in beneficio priuabatur fructibus primi anni ſiue prò ſoluendis oneribus Eccleſiarum, vel Prælatorũ debitis, ſiue prò ſupportandis illorum one-
20 ribus, ſiue alijs, maximis, & vrgentiſſimis cauſis, ſed quod Rota mutauerit ſententiam ex decreto Sacræ Congregationis ſubdit *Garz de benef. p.* 11. *cap.* 5. *num.* 103. *ex Vvameſio conſ.* 213.

21 Sublim. 3. quod ad hoc vt ſit locus *cap. ſi tibi conceſſo de præben.* neceſſe eſt vt nouiter prouiſus ad effugiendum incompatibilitatis effectum, & retinendum primum beneficium, nullos percipiat fructus ſecundi beneficij acquiſiti, ſecus autem ſi ſit in eius facultate reſidendi, & lucrandi diſtributiones quotidianas, etiam ſi non lucretur alios fructus, ſed remaneant puta in maſſa Capitulari diuidendi inter antiquos ex ſtatuto Eccleſiæ, nam hoc caſu Capitulum non percipit illos fructus tamquam fructus Canonicatus, aut præbendæ noui reſidentis, ſed potius iure proprio, quia præbenda noui reſidentis non videtur habere tunc fructus, & nouo reſidenti non auferuntur, ſed ei non debentur perinde ac ſi
22 non reſideret, ſecus autem ſi ſaltem percipere poſſit dictas deſtributiones quotidianas, nam tunc beneficium non eſſet de vento, vt bene explicat *Garz. de benef. p.* 11. *cap.* 5. *num.* 166. & 168. *vbi etiam refert alias Sac. Cong.* declaraſſe quod ſimilia ſtatuta non ſint contra decretum *Sac. Concilij Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 14. nec contra *bullam B. Pij V. Rot. in Leodien. Canonicatus, & ſcolaſtriæ* 10. *Maij* 1666. §. *& quoad alios tres annos coram Bourlemont.*

23 Sublim. 4. vt omninò ceſſare debeat diſpoſitio *cap. ſi tibi conceſſo de præben.* ſi in loco & Eccleſia vbi poſſidentur beneficia inoleuit diuturnus vſus petendi diſpenſationem pro retentione vtriuſque beneficij, ex petitione quidem diſpẽſationis reſultat probatio incompatibilitatis, & illicitæ detentionis, *DD. in cap. at ſi Clerici* §. *de adulterijs de iudic. Olcrad. conſ.* 327. *num.* 1. & 2. *Burat. deciſ.* 19. *num.* 8. & 9. & *punctualiter Rot. in Leodien. Canonicatus, ſeù ſcolaſtriæ* 10. *Maij* 1666. §. *vlterius quod aquitas coram Bourlemont*

24 Vbi verò viget ſtatutum, ſeù conſuetudo, quod fructus primi anni non percipiantur a nouo beneficiato, nec reſeruentur pòſt mortem, ſed applicentur fabricæ Eccleſiæ, vel alijs pijs vſibus, hoc caſu habet locum diſpoſitio *textus in cap tibi conceſſo de præben. in* 6. vt per aſſecutionem ſecundi Canonicatus, ſeù alterius beneficij, non vacet primum incompatibile, quouſque lucretur fructus ſecundi

25 Canonicatus, nam huiuſmodi ſtatuta, & conſuetudines applicatiuæ fructus fabricæ, aut pijs vſibus non reuocantur per dictum decretum Concilij, & conſtitutionis B. Pij V. niſi prò dimidia, quando vltra ſemeſtre repetiuntur conceſſi *Garz de benef. p.* 11. *cap.* 5. *num.* 144. & 145. vbi ſubdit quod hoc maximè procederet, vbi iſta conſtitutio B. Pij V. non fuiſſet vſu recepta quo ad iſtam reuocationem prò dimidia *Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform cap.* 14. *num.* 5. & 6.

26 Si verò fructus quos amittit nouiter prouiſus cedunt antiquis Canonicis, aut Menſæ Epiſcopali, vel Capitulari poſt decretum *Concilij Tridentini*, & conſtitutionem B. Pij V. non habet locum *cap. ſi tibi conceſſo de præben. in* 6. ſtante reuocatione dictorum ſtatutorum, & cuiuſuis conſuetudinis etiam immemorabilis, quamuis iuramento, confirmatione Apoſtolica, & quouis alio præſidio muniantur, quidquid ſit ante Concilium, & Pianam conſtitutionem, *Garz. de benef. p.* 11. *cap.* 5. *num.* 146. *cum duob. ſeq.*

27 Immò conſuetudo, quæ imponit onus recepto quod dicti fructus tendant in vtilitatem Canonicorum non valet, ſecus in vtilitatem Eccleſiæ, vel augumentum cultus diuini, vel conuertantur in vtilitatem fabricæ Eccleſiæ, vt refert deciſum *Garz. de benef. p.* 8. *cap.* 1. *num.* 90. *relat. per Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 14. *num.* 5. *fact. Monet. de diſtribution. quotidian. p.* 2. *qu.* 18. *num.* 55. *flamin. Pariſ. de confiden. qu.* 38. *num.* 27.

28 Sed vbi non fuit vſu receptum Sacr. Concilium Tridentinum, & conſtitutio B. Pij V. & dictæ conſuetudines & ſtatuta adhuc ſeruentur ſine de iure, ſine de facto videtur locum habere poſſe, *Sancita in cap. ſi tibi conceſſo de præben. in* 6. adeo vt per aſſe-
29 cutionem alterius Canonicatus, non cenſeatur vacare primum beneficium incompatibile, quamdiu beneficiatus, non lucratur fructus ſecundi Canonicatus in totum, aut ſaltem in maiorem partem, nec ſtet per eum, ſed quod nihilominus ſeriò curare debeant Epiſcopi, vt huiuſmodi conſtitutiones tamquam prauæ, & ſcandaloſæ reijciantur, admonet *Garz. de benef. p.* 11. *cap.* 5. *à num.* 149. *vſque ad num* 165.

30 Quoad incompatibilitatem retentionis beneficiorum ſub eodem tecto, eſt etiam animaduertendum, quod obtinens canonicatum, cui poſt Concil. munus ſit iniunctum pænitentiarij non poteſt in eadem Eccleſia vna cum dicto Canonicatu obtinere dignitatem in vim conſuetudinis Eccleſiæ permittentis Canonicum poſſe retinere Canonicatum cum dignitate deciſum refert *Garz de benef. in addit. ad cap.* 4. *p* 11. *num.* 249. *Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. cap* 17. *num.* 23.

31 Prout Capellania cum onere celebrandi ſingulis diebus feſtiuis in Eccleſia, vbi ſita reperitur, eſt incompatibilis, cum Eccleſia Parochiali, in qua Parochus diebus feſtiuis tenetur celebrare pro populo *Tondut. in quæſt. benefic. cap.* 31. *num.* 14. *faciunt tradita per Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg.* 23. *nu.* 23. *in fi.* & *de offic. Paroch. p.* 2. *cap.* 11. *num.* 10. *in fi.* & 11.

32 Pariter Capellaniæ plures in eodem Altare ſub eadem inuocatione cum diuerſis oneribus miſſarũ, quæ antiquitus conferebantur pluribus Clericis, & ad præſens repetiantur poſſideri ab vno ſub titulo vnius Capellaniæ, hodiè non poſſunt retineri abſq; diſpenſatione Apoſtolica deciſum refert *Barboſ. in Concil. Trid. ſeſſ.* 24 *de reform. cap.* 17. *nu.* 15.
33 & 16. vbi quod Capellanias tres vniformes ſub eodem tecto ſi quis per annum ex collatione Epiſcopi retinuerit, incidit in priuationem omnium ipſo iure, non obſtante Epiſcopi diſpenſatione.

34 Pluralitatem verò beneficiorum ſemper ſacri Canones exoſam habuerunt, vt inquit *Lother de re benefic. lib.* 3. *qu.* 23. *num.* 2. hinc eſt quod duo, vel
35 plura beneficia ſimplicia, licet reſidentiam non requirant ſi vnum ſit ſufficiens ad congruam ſubſtentationem redduntur incompatibilia, & fine

Digitized by Google

Papæ diſpenſatione retineri nequeunt, quia diſpo-
36 ſitio Concilij moderatur, & procedit quando perſonalem reſidentiam requirunt, vel ſint ſufficientia, vt deciſum refert *Stephan. Vuegms, ad conſtit. 24. ex antiquo iure deſumpt. & per Concil. Trid. innouat. conſtit. 12. num. 9. fo. 110. in fi. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 5. qu. 6. num. 115. Barboſ. in collect. DD. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 17. num. 2. verſ. vnum tantum.*

37 Ac proindè habens vnum beneficium ſufficiens non poteſt retinere duo, & habens duo per ſe ſeparatim inſufficientia, non poteſt retinere tertium. *Hæed. de incompatibilit. benefic. p. 1. cap. 19. num 1. & 2. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 3. qu. 1. num. 138. Garz. de benef. p. 11. cap. 5. num. 268. Barboſ in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform cap. 17. num. 6.*

38 Et Ordinarius ſi conferat tertium beneficium habenti duo ſimplicia alias ad ſubſtentationem inſufficientia, collatio tertij redditur inualida, & ſi tertium ſit ſufficiens vacant illa duo priora, ſi minus tenetur prouiſus alterum dimittere ex illis, & ſi continuauerit amborum poſſeſſionem, recipiendo ex illis fructus vtrumque beneficium vacare, refert deciſum Garz. *de benef. p 11. cap. 5. num. 310. in 1. & 2. declarat. Vgolin. de offic. & poteſt Epiſcop. p. 1. cap. 14. §. 2. num. 2. verſ. tertio Barboſ. in Concil. Trid. dicto cap. 17. num. 10.*

39 Pariter Epiſcopus habenti congruam non poteſt aliud beneficium dare, & ſi dederit vacat primum ſi in titulum conferat, quamuis ſit difforme à ſecundo recepto. nihilominus ſi ambo retinere tentauerit adepta pacifica poſſeſſione ſecundi, vtrumque vacare, deciſum refert *Garz. de benef. p. 11. cap. 5. nu. 30. Armendar. de benefic. incompatibilit. tit. 7. nu. 31.* Barboſ. *in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. n. 11.*

40 Sub decreto vero *Concilij in dicto cap. 17.* non comprehenduntur terrulæ beneficiales, ſeù legata pia cum onere miſſas, ſeù alia diuina officia celebrandi, quæ neque Eccleſiæ, nec beneficij habent aliquam denominationem, conferri tamen conſueuerunt in titulum ſimplicis beneficij vni, vel pluribus presbyteris ad præſentationem hæredum, ſiue patronorum, & ita declaraſſe Sacram Congregationem Concilij ſuper dicto cap. 17. referunt *Garz. de benef. p. 11. cap. 5. num. 318. Maſſob. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. requiſit. 7. dub. 19. Barboſ. in Concil. Trid ſeſſ. 24. de reform. dicto cap. 17. nu. 47.* qui teſtantur hoc decretum Sac. Congreg. fuiſſe à Sanctiſſimo D. N. approbatum, & quod placuerit ſeruari Stylum Curiæ, ſeù Cancellariæ, vt vnica collatione plura huiuſmodi legata vni conferri poſſint in titulum ſimplicis beneficij.

41 Conferri tamen poteſt beneficium habenti ſufficientem ſubſtentationem in penſionibus, quæ cum propriè non veniant ſub nomine beneficij, non ſunt incompatibiles, nec cauſant beneficiorum pluralitatem, & ita deciſum fuiſſe à *Sac. Congreg. Concil. refert Garz. de benef. p. 11. cap. 5. ſub num. 30. circa fin. verſ. quarto an id quod dicitur in beneficijs Maſſobr. in prax. habendi concurſ. ad Paroch. requiſit. 7. dub. 17.*

42 Quinimò quod diſpoſitio *Concil. Trid. in dicta ſeſſ. 24. de reform. cap. 17.* prohibentis Epiſcopo conferri vni vltra duo beneficia locum habeat etiam in beneficijs de iurepatronatus laicorum, niſi caueatur in fundatione, vt ſimul cum alijs retineri poſſit
contra negatiuam ſententiam allatam in hac *deciſione num. 21.* deciſum refere *Aldan in compend. canon. reſolut. lib. 3. tit. 10. num. 8. ſcilicet beneficium tertium ſimplex etiam de iurepatronatus non poſſe retineri cum duobus alijs prius obtentis abſque* Sedis *Apoſtolicæ diſpenſatione, & priora beneficia poſt pacificam tertij poſſeſſionem vacare eidem Sedi Apoſtolica* Garz. *de benef. p. 11. cap. 5. num. 286. Barboſ in Concil. Trid. dicto cap. 17. nu. 8. Rot. dec. 216. nu. 22. p. 6.*
43 *recen.* Vbi quod beneficia de iurepatronatus in
multis caſibus non poſſunt obtineri ab Ordinario, ſed à Sede Apoſtolica, vt propter diſpenſationem pluralitatis beneficiorum, & reſeruationis penſionum.

44 Ad hoc autem, vt impetratio, & collatio vltimi beneficij ſit valida, & ſubſiſtat, eſt in ſupplicatione facienda mentio de omnibus beneficijs expreſsè etiā tenuibus, & ſimplicibus, alias redditur nulla, & inualida ipſo iure, & ſufficeret alia priora dimittere *cap. de multa de praben. & ibi glo. & DD. cap. dudum il x. & ibi glo. in verbo intitulatam* vbi Abb. *& DD. de elect. cap. is cui, cap. ſi motu proprio de praben. in 6. relat. & allegat. per Borgnin. dec. 17. in ordine 63. num. 74. p 2.*

45 Et ad hoc vt non aduerſetur diſpoſitio *Sacri Concilij Trident in ſeſſ. 24. de reform. cap 17.* interdicentis, & prohibentis retentionem plurimorum beneficiorum, non ſufficit, quod in vltima, vel in vltimis, & nouiſſimis prouiſionibus Apoſtolicis fuerint narrata omnia beneficia prius obtenta, cum ex tali narratiua non inducatur diſpenſatio ad pluralitatem, nam huiuſmodi expreſſio ſolum operatur excuſationem ſubreptionis ob non expreſſionem obtentorum, prout de iure requiritur, non autem operatur, nec inducit diſpenſationem, per textum expreſſum *in cap. non poteſt 21. §. fi. de præben. lib. 6.* ibi *cum vero tibi non obſtante, quod aliud beneficium Nauar. in tract. de oratione cap. 22. miſcellaneo 16. num. 64. & ſeq. Ignat. de Salſedo in addit. ad Diaz. in in prax. canon. cap 43. in gloſ. quamuis ſimplicia Emanuel. Rodriq. in ſua ſumma cap. 31. num. 2. Hoteda de incompatibilit. benefic. 2. p. cap. fi. num. 72. relat. per Gonzal. ad reg 8. Cancel. glo. 15. num. 27. & 28.*

46 Poſſidens igitur beneficia incompatibilia puta duos Canonicatus abſque diſpenſatione Apoſtolica per triennium vtroque ipſo iure eſt priuandus, vt deciſum refert *Garz. de benef. p. 11. cap. 5. num. 381.*
47 *in 3. declaratione.* Adeo vt poſſeſſor vtriuſque Ca-
nonicatus ex regula de triennali poſſeſſionem tueri, & defendere nequeat, quia præſumpta diſpenſatio in qua fundatur dicta regula de triennali nō habet
48 locum contra decreta *Concil. Tridentini ſeſſ. 7. de*
reform cap. 17. & ſeſſ. 25. de reform. cap. 17. Garz de benef. p 11. cap. 5. num. 381. in 4. declaratione iuncto num. 379. Campan. in diuerſario iur. Canon. lib. 11. cap. 13. num. 111. & 112. Stephan. Vuynſ ad conſtit. 24. & antiq. iure deſumpt. & per Concil. innouat. conſtit. 13. num. 17. fo. 115. Barboſ. *de offic. Epiſcop. alleg. 62. num. 29. & in* Concil. *ſeſſ. 24. dicto cap. 17. numer. 51.*

49 Sed ex curſu decem, vel viginti annorum præſumitur in dubio poſſidentem obtinuiſſe diſpenſationem ad plura beneficia *Flamin. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 3. qu. 6. num. 74. Ric. in prax. for. Eccleſiaſt. dec. 701. in prima editione reſol. 593. in 2. edit.* Barboſ. *de offic. Epiſcop. alleg. 62. num. 30.*

SI-

SIGNINA BANNI CONTROVENTIONIS.

ARGVMENTVM.

Iudex laicus in cauſis Eccleſiaſticorum eſt incapax, & incompetens, vt neque Epiſcopo, & ipſis conſentientibus procedere valeat etiam ſi laici in cauſa habeant intereſſe.

Edictum, ſeù ſtatutum laicale prohibens extractionem frumenti, ſeù præſcribens onus ſoluendi gabellam, non comprehendit Clericos, an verò comprehendat laicos ementes ab eiſdem, & Clerici quomodo per viam directiuam teneantur obſeruare edicta laicalia ad publicam vtilitatem emanata fuſiſſimè diſceptatur.

SVMMARIVM.

1 Iudex laicus eſt incapax, & incompetens in cognitione cauſarum Eccleſiaſticorum, licet in eis laici intereſſe habeant.
2 Ampl. vt procedat etiam conſentiente Epiſcopo.
3 Clerici de iure diuino ſunt exempti à poteſtate laicali, & aliter aſſerere eſt opinio hæreticorum, & num. 16.
4 Et iura ciuilia, quæ diſponebant Clericos ſubiectos eſſe iuriſdictioni laicali correpta fuerunt per Iuſtinianum Imperatorem.
5 Et dict. ſubiectio intelligenda eſt quo ad protectionem, & defenſionem, & num. 6.
7 Iudex Eccleſiaſticus trahit etiam laicos, ſi cum Eccleſiaſticis concurrant ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agatur.
8 Clericus, & Laicus ſi ſimul delinquunt Eccleſiaſticus eſt omnium Iudex.
9 Eccleſiaſticus eſt Iudex in cauſa immunitatis Eccleſiæ.
10 Reprobatis DD. aſſerentibus eſſe mixti fori.
11 Eccleſiaſticus eſt Iudex, vbi incidit quæſtio cuius ſit iuriſdictio, & in dubio.
12 Bandimenta, ſeù ſtatuta prohibentia extractionem rerũ ad annonam pertinentia ad bonum publicum non ligant Clericos.
13 Statuta laicalia etiam honeſta, & bona, & ad bonum publicum emanata, & ſacris canonibus non contraria Eccleſiaſticos non ligant, licet eiſdem non ſint præiudicialia.
14 Eccleſiaſticorum exemptio à poteſtate laica eſt quo ad perſonas, & bona Eccleſiaſtica.
15 Et comprehendit etiam bona patrimonialia Eccleſiaſticorum, & num. 16. & ſeq. redditur ratio.
17 Laici defectu poteſtatis non poſſunt ligare Clericos eorum ſtatutis.
18 Nemo poteſt ſua lege ſubijcere eos, in quos nullam habent iuriſdictionem.
19 Paria ſunt forum ſortiri, & ſtatutis ligari.
20 Statuta laicorum ſi comprehenderent Clericos ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam.
21 Prout etiam ſi Eccleſijs, vel Eccleſiaſticis tollant, prohibeant, vel impediant vti facultatibus eiſdem conceſſis de iure canonico, communi, vel ciuili.
22 Ampl. vt procedat ſiuè directè, & nominatim ſiuè indirectè, & ſub inuolucro verborum comprehendantur Eccleſiaſtici, ſiue eis auferatur, quod de iure cõpetit.
23 Libertas Eccleſiaſtica, neque directè, neque indirectè lædi poteſt à ſtatuto laicorum.
24 De iure communi licita eſt trãſportatio rei propriæ ad omnia loca.
25 Vtentes ſtatuto contra libertatem Eccleſiaſticam ſunt ipſo iure excommunicati.
26 Eccleſiaſtici per viam directiuam tenentur obſeruare edicta, & ſtatuta laicalia ad publicum bonũ emanata.
27 Declara, vt procedat in ijs, quæ etiam de iure diuino, vel Canonico inſinuantur, & quibus ibid.
28 Secus autem quo ad viam punitiuam, & pænę exactionem.
29 Clerici tuta conſcientia extrahere poſſunt tempore penuriæ ſi laicis concedi ſolet extrahendi licentia.
30 Immunitas conceſſa venditori efficitur communis cum emptore.
31 Præcipuè ſi laicus emat ab Eccleſiaſticis.
32 Emens à Clericis non tenetur ſoluere gabellam, ſicùt venditor non tenetur. Contr. n. 40. Declara, vt n. 43.
33 Onus, ſeù gabella, quæ imponi, & exigi non poteſt ab Eccleſiaſticis neque imponi poteſt contrahentibus, & ementibus ab illis.
34 Priuilegium Eccleſiæ trahitur ſi non prodeſſet traheretur.
35 Immunitas Eccleſię ad alterum extenditur ſi alias Eccleſia damnum ſentiret.
36 Priuilegio, quo quis non gauderet, ratione coniunctioni gaudere debet.
37 Eccleſiaſtici ſunt immunes etiam indirectè.
38 Laici cõtrahentes cum Eccleſiaſticis grauari nõ poſſunt.
39 Ementes, & vendentes ſunt correlatiui, vt ſtatutum contra emptorem habeat locum contra venditorem, & è contra.
41 Priuilegium immunitatis conceſſum alicui pro bonis nõ tranſit ad ſingularem ſucceſſorem.
42 Priuilegium mutata perſona extinguitur.
43 Emens ab Eccleſiaſticis tenetur ſoluere gabellam, quæ eſſet ſoluenda ex actu ſeparato à venditione, ſecus autem ex actu connexo, & immediata emptione.
44 Actus connexi, & ſeparati, qui ſint declarantur.
45 Emens ab Eccleſia ſi rem emptam exportat de loco ad locum tenetur ſoluere gabellam.
46 Bandimenta prohibentia delationem armorum, vel extractionem alicuius rei non habent locum niſi quis in fraganti reperiatur, licet teſtibus probaretur. Contrar. num. 47.
48 Lim. ſi ſtatutum, vel edictum tribuat facultatem procedendi per inquiſitionem.
49 Per inquiſitionem procedi poteſt pro archebuſettis paruis.
10 Præſumptio excluſiua delicti præualere debet.

DECISIO XXXII.

Reperto Coſimo Marchetta in actu extractionis nonnullę quantitatis frumenti ex Oppido Vallimontana, arreſtatum fuit frumentum oneratum & Agaſones carceribus mancipari, ſub prætextu, quod inciderint in pænis contentis in edicto, ſeù bandimentis extractionem prohibentibus ob publicam vtilitatem annonam in Oppido conſeruandi cauſa, opponebatur tamen pro parte Coſimi D. Auditorem non poſſe procedere in hac cauſa, cum ratione perſonarum Eccleſiaſticarum intereſſe habentium, & agatur de frumento empto à Clerico non ſubiecto edictis Magiſtratus ſæcularis, tum etiam quia non eſt locus procedẽdi per inquiſitionem, vbi quis in fraganti crimine non deprehendatur, ad ſubuertendam controuerſiam, te ad mè delata, animaduertebam ſubſiſtere deducta per Coſimum Marchettam, tam quoad Iudicis incompetentiam, quam quo ad bonum ius, ſiquidem quo ad Iudicis incompetentiam, veritas eſt, quod Iudex laicus eſt incompetens, & omninò incapax cognoſcendi cauſas Eccleſiaſticorum, licet in eis laici intereſſe habeant, & trahens ad ſuum Tribunal incidit in excommunicationem in *Bulla Cænæ Domini* latam, vt diſponit, etiam *textus in cap. cum*

non

Digitized by Google

ron ab homine vbi Abb. num. 1. de indic. cap. ſolita
de maioritat. & obedien. cap. Sacerdotibus 11. qu. 1.
& ſancitum fuit per Concil. Pariſien. relat. in cap.
nullus Iudic. 2. de fora competen. vbi ſub e° commu-
nicationis mucrone id fieri prohibe: abſque Sum.
m. Pontificis permiſſu, *& per Concil. Lateranen. ſub*
Leone X ſeſſ. 9. tit. reformationis Curiæ, & aliorum
verſ. cum à iure, & per Concilium Tridentinum ſeſſ.
25. de reform cap. 20. Gratian diſcept. 224 num. 6.
tom. 2. Saccsn. ſen. in cap. ſignificaſti 18. num. 6. de
foro competen. Alex. conſ. 8. num. 1. lib. 1. Rolan.
conſ. 4. num. 7. & 8. lib. 1. Surd. conſ. 301. num. 15.
& conſ. 396. num. 14. lib. 3. Gram. vot. 33. num. 6.
& dec. 61. num. 12. Decian. tract. crim. tom. 1. lib.
4. cap. 9. num. 2. & 3. Marta de iuriſdict. p. 3. caſ.
25. num. 4. Carol. *de Graſſ. de effect* Clerical *effect.*
1. num. 343. Pereria in tract. de manu regia tom. 1.
prælud. 3. num. 3. cum ſeq. Clar. in §. fi. qu. 36. in
prin. Guid. Pap. qu. 77. num. 2. & 3. Diaz in pract.
crim canon. cap 65. per tot. Tuſc. pract. qu. conclu.
8. num. 1. tom. 5. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit.
de fauor. Cleric. perſonal §. 1. num. 2 cum ſeq. Rot.
deciſ. 10. num. 4. de conſuetud in antiq. & dec. 87.
num. 10. & dec. 241. num. 3. poſt. 2. val. conſ. Fa-
rinac. & dec. 957. num 4. coram Seraph. cum alijs per
Sperel. dec. 126. à num 37. cum plurib. ſeq.

2 Vnde nec volente, & conſentiente Epiſcopo Iu-
dex laicus de cauſis Clericorum cognoſcere valet,
cap. ſignificaſti cum gloſ. de fora competen. cap ſi dili-
genti tit. ead. vbi communiter ſcribentes Lapus alle-
gat. 58. num. 14 & ibi Mandaſ. in addition. in ver-
bo ſignificaſti Hoſtien. in ſumm. in tit. de Iud §. quæ
ſint neceſſaria Rol. *conſ. 4. nu. 10 vol. 1. Surd. conſ.*
301. num. 61. lib. 3. Sperel qui alios allegat. dec. 10.
num. 40. p. 1. & dec. 126. num. 39. cum plurib. ſe-
quen. tom. 2.

3 Quod adeo certum eſt, vt ſit opinio hæreticorum
aſſerere Clericos ſubiectos eſſe debere poteſtati lai-
cali, à qua de iure diuino eximuntur, *Geneſ. 47.*
Exod. 21. 3. Reg 9. Matth. 12. 17. & 23. Albertus
Pighius de Eccleſ. Hierar. lib 5. cap. 1. & 2. Victor.
de poteſt. Eccleſ. p 1 quaſt. vtrum Clerici ſint exemp-
ti propoſit. 1. Belarmin. *lib. 2. contrau. 2. cantron de*
memb. Eccleſ militan. lib. 1. de Cleric. *cap. 28. cum*
alijs pleno calamo relatis per Bellet. diſquiſit. Cleric.
p. 1. tit. de fauor. Cleric. *perſonal. §. 1. num. 3. iun-*
cto num. 18. vſque ad fi.

4 Et omnia iura ciuilia, quæ dicebant laicos ha-
bere aliquam iuriſdictionem in Clericos, correpta
fuerunt per *Iuſtinianum Imperatorem in Auth ſtatui-*
mus, & in Auth. vt Clerici *apud proprium Epiſco-*
pum, vt ſubdit idem Bellet. *dicta §. 1. ſub num. 2. &*
num. 38. animaduertit, quod dato, quod olim
5 Clerici ſubeſſent Imperatori, *auth. vt Eccleſia Ro-*
mana cent. ann. gaudeat preſcript. circa prin. cap.
Conſtantinus 96. diſtin. dicitur præfatam ſubiectio-
6 nem intelligendam eſſe quo ad defenſionem, & pro-
tectionem, *glo. in dicta authen. vt Eccleſia* Romana
in verbo noſtras cum ex forma iuramenti Rex debet
defendere, & protegere perſonas Eccleſiaſticas *Af-*
flict. dec. 32. num. 4.

7 Quæ Eccleſiaſticorum exemptio trahitur ad lai-
cos ſi ſimul concurrant, ſiue ciuiliter, ſiue crimi-
naliter agatur, vt latè comprobat *Bellet. diſquiſit.*
clerical. p. 1. de fauor. Cleric. perſonal. §. 16. num. 1.
verſ. altera opinio & num. 2. Coram Seraph. dec. 957.
num. 2. & ſeq. tom. 1. adeò vt ſi Clericus, & laicus
ſimul, delinquant Eccleſiaſticus debet eſſe etiam
omnium laicorum Iudex, quidquid dicant DD.
contrarium tenentes, cum Sac. Congregatio Im-
munitatis poſt quam *Bulla Pij IV.* redacta fuit ad
terminos iuris communis ex alia *B. Pij V.* ſemper
ita declarauit, vt teſtatur *Iacob. Pignatel. conſult.*
canon. 482. num. 1. tom. 1. & ita etiam ordinatum
fuiſſe per Sac. Conſultam teſtatur Ambroſin de immu-
nit. Eccleſ. cap. 20. num. 9. & 12. verſ quod non ſit
erit ex Scaccia quem allegat de Indic. lib. 1. cap. 11.
num 24. cum alijs late per me *congeſtis in deciſ. 43.*
Adnot. 1. à num. 36. vſque ad 43. Sperel. dec. 24.
num. 11. & 12. & dec. 19. num. 18.

9 Deducitur vlterius præfata incompetentia, quia
verſamur in articulo concernente immunitatem
Eccleſiaſticam, ſcilicet an Clericus ſubijciatur edi-
cto laicali de non aſportando, & extrahendo fru-
mento, & an emens ab Eccleſiaſticis gaudere de-
beat eorum immunitate, quorum cognitio non
poteſt niſi ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectare, tam
de iure canonico per *textum in cap. Sanctæ Marie de*
conſtit. cap. fi. de immunit. Eccleſ cap. metuentes cap.
ad Epiſcop. 17. qu. 1. quam de iure Cæſareo per
textum in l. præſenti C. de ijs, qui ad Eccleſ confug.
& manifeſte diſponitur *in conſtitutione Greg. XIV.*
de immunit. Eccleſ. 7. in ordine Bullar. Cherubin. to.
2. fo. mihi 531. Mar. Ital. de immunit. lib. 1. cap. 5.
§. 14. num. 7. & cap. 6. §. 1. num 4. & ſeq. Farinac.
in Apend. de immunit. cap. vltim. num. 366. & 367.
Rodriq. qu. Regular. tom. 2. qu. 51. art. 3. Barboſ.
de iure Eccleſ. lib. 2. cap. 3. num 155. & ſeq. Lote-
rius de re benefic. lib. 1. cap. 13. num 96. & 97. Car-
rea in relect. de immunit. Eccleſ p. 4. num. 2. Diana
reſol. moral. p. 4. tract. 1. de immunit. Eccleſ. reſol.
49. Thom del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 16. dub.
41. ſect. 1. num. 1. 2 & 3. vbi in fi. reprobantur
10 *Petrus Belluga, Remiz. Gogni, Anaſtaſ. German.*
Pereir. de manu regia Bobadil. Suarez. de Paz Sar-
pus de iure Aſylorum aſſerentes hanc cognitionem
eſſe mixti fori.

11 Immò in dubio quando incidit quæſtio cuiuſnã
ſit iuriſdictio, in tali dubio Eccleſiaſticus debet eſ-
ſe Iudex, vti maior, *cap. ſi Iudex de ſenten. excom-*
municat. in 6. Ripa in cap. decernimus poſt num. 4. de
iudic. Felin. & Dec. in cap. paſtoralis de reſcript. Io.
Franciſ. Fagnan. *in reſponſ. prò cenſur. Pauli V. p. 4.*
fo. 121. Sanchez. in Opuſcol. tom. 1. lib. 2. cap. 4.
dub. 51. num. 2. & dub 55. num. 32. Guttie *ez lib.*
1. pract. qu. 6. num. 2. Diana reſol. moral. p. 4. tract.
1. de immunit. Eccleſ. reſol. 64. Bellet. *diſquiſit Cle-*
rical. p. 1. tit. de fauor. Cleric. *real §. 5. num. 128.*
& ſeq. Thomas del Bene *de immunit. Eccleſ. cap. 16.*
dub. 17. num. 12. tom. 2. Canalcan *dec. 2. de contr.*
num. 33. Oſaſc. dec. 103. num. 4.

Conſtare etiam videbatur de bono iure, nam ſi-
ue attendatur perſona Clerici venditoris, ſiue lai-
ci emptoris, frumenti venditio, de qua agitur om-
ninò redditur immunis, & non ſubiecta prætenſo
edicto de non aſportando è dicto Oppido frumen-
12 tum, attenta quidem perſona Clerici, quia ſtatu-
ta, & bandimenta laicorum prohibentia extractio-
nem rerum ad annonam ſpectantia, vt ad bonum
publicum in Ciuitate conſeruentur non ligant Cle-
ricos, vt latè in puncto reprobatis alijs contrariũ
tenentibus, vel diſtinctionis fœdere vtentibus com-
probat

Digitized by Google

probat Sperel. dec. 12. à num. 1. & per tot. tom. 1. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de exemps. Cleric. à ſtatut. laicor. §. 3. num. 1. Thom. del Bene de immunit. Eccleſ. cap. 9. dub. 16. num. 1. & ſeq. tom. 2. latè Iacob. Pignatel. conſult. canon. 34. à nu. 47. cum plurib. ſeq. tom. 2. & quod iſta ſit communis opinio Canoniſtarum teſtatur Summa Silueſtr. in verbo immunitas in prin. num. 12. latiſſimè Felin. in cap. Eccleſia Sancta Mariæ num. 89. de ſacroſant. Eccleſ. & ibi Dec. num. 55. verſ. nec obſtat per ſtatutum Surd. conſ. 301. num. 24. & 30. vol. 3. punctualiter Ripa in tract. de peſte in tit. de remed. ad conſeruand. ubertat. num. 122. Marta in tract. de iuriſdict. p. 4. caſ. 2. num. 13. & caſ. 83. num. 1. & 2. Cæſar de Graſſ. de effect. Cleric. effect. 2. num. 190. & ſeq. Baiard. ad Clar. in §. fi. qu. 82. verſ. ſtatutum ſeptimum nu. 87. Duard. in bulla Cænę lib. 2. can. 15. qu. 17. num. 45. & ſeq. Gramat. dec. 100. num. 15.

13 Statuta enim laicalia etiam honeſta, & bona, ac ex honeſta, & rationabili cauſa condita, ſacriſque canonibus non contraria, nec per ſe Eccleſijs præiudicialia, & bonum publicum concernentia non comprehendunt pia loca, nec perſonas Eccleſiaſticas, vt communiter reprobato Bart. in l. cunctos populos C. de ſum. Trinit. & fide Cathol. & Conar. in reg. poſſeſſ. 2. p. §. 4. de reg. iur. in 6. cum ſequacibus tenent DD. ex conſtitutione Innocentij III. relat. in cap. Eccleſia Sancta Mariæ de conſtit. Abbas in cap. quod Clericus num. 36. de foro competen. vbi etiam Imol. Panormitan. in cap. Eccleſia Sancta Maria nu. 4. de conſtit. & ibi Felin. nu. 81. 89. & 95. Dec. nu. 54. & latiſſime Barbat. qui Bartolum confundere, & funditus proſternere conatur Surd. conſ. 301. nu. 14. lib. 3. Menoch. conſ. 136. num. 24. lib. 2. vbi contraria refellit, licet minus rectè contrarium docuerit in conſ. 800. vol. 8. latiſſimè Soccin. conſ. 56. vol. 1. Leon. in Theſaur. for. Eccleſ. p. 4. cap. 1. num. 108. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de exempt. Cleric. à ſtatut. laical. §. 1. num. 1. 2. & 3. Lupus in tract. de libertat. Eccleſ. qu. 2. lib. 3. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. 2. num. 42. Rot. dec. 50. num 25. p. 2. diu. Card. Ottbob dec. 149. & in Spoletana bonorum 3. Aprilis 1646. coram Emin. Corrado & patet ex alijs relatis per Sperel. dec. 10. num. 1. tom. 1.

14 Quæ Clericorum exemptio à ſtatutis laicorum non ſolum ſibi locum vindicat reſpectu perſonæ, ſed etiam reſpectu bonorum Eccleſiaſticorum, cap. bene quidem cum ſeq. 96 diſt. n. cap. cum laicis de reb. Eccleſ. non alien. cap. quæ in Eccleſiam cap. Eccleſia Sancta Maria de conſtit. ibique glo. in verb. perſonis Abb. num. 2. Felin. num. 10. Dec. nu. 38 Surd. conſ. 301. num. 46. & 62. & ſeq. & conſ. 338. num. 1. & 2. vol. 3. Bellarmin tom. 2. controu. de Cleric. lib. 1. cap. 28. §. fi. verſ. & quod de perſonis Bellet. diſquiſit Clerical. p. 1. tit. de exemption. Cler. à ſtatut. ſecular. §. 1. num. 4.

15 Et extenditur etiam reſpectu bonorum patrimonialium, quia bona veniunt acceſſoriè ad perſonam, & præcipue ratione fori, cui ſubijciuntur, perſonę, Imol. in cap. conſtituimus num. 6. de reſtit. in integ. Abb. in cap. Eccleſia Sancta Maria num. 21. & in repetition. num 20. & 26. de conſtit. vbi Felin. num. 8. Honded. conſ. 3. num. 12. & conſ. 20. num. 6. & 11. vol. 2. Surd. conſ. 301. num. 64. & ſeq. & dec. 20. num. 10. & dec. 160. nu. 9. & 10. Marant. in ſua diſputat. 8. num. 13. verſ. quantum enim cum alijs per Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de exempt. Cleric. à ſtatut. ſecular. §. 1. num. 5.

16 Et ratio eſt, tum quia Clerici ſunt exempti de iure diuino à iuriſdictione ſecularium glo. in cap. ſi Imperator in verb. diſcuti 96. diſt. & in cap. quamquam verb. diuino de cenſib. in 6. Conar. pract. quæſt. cap. 31. num. 1. vbi latiſſimè melius, ſentiens, quam fecerit in Epitom. de ſponſal. p. 2. cap. 6. num. 20. Nauar. in cap. nouit. num. 6. & 30. de Iudic. Rol. conſ. 4. num. 7. vol. 1. Burſat. conſ 42. num. 2. & conſ. 93. num. 20. vol. 1. Vaſquez. de ſucceſſ. creat. p. 1. lib. 3. §. 22. limit. 7. num. 58. & ſeq. Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num 1. late Bellarmin. controu. lib. 2. de membr. Eccleſ militan. lib. 1. cap. 28. propoſit. 5. Tuſch. pract. quæſt. conclu. 59. per totam tom. 4. Azor. inſtit. moral. p. 1 cap. 13. verſ. ego profecto, & de communi conſenſu Canoniſtarum docet Duard. in Bulla Cœnæ Domini lib. 2. cap. 15. qu. 18. num. 6. verſ. ſecunda ſententia cum alijs diffuſe relatis per Bellet. diſquiſit Clerical. p. 1. tit. de fauor. Cleric. perſonal. §. 1. à num. 18. cum plurib. ſeq. & in tit. de exempt. Cleric. à ſtatut. ſecular. §. 1. nu. 6. & Magiſtraliter ac diſerte dixit Rot. in Albanen. Gabellæ, ſeù onerum coram Merlino in recen. dec. 339. per totam p 6. Sperel dec. 37. num. 1. p. 1. dec. 126. num. 57. & deciſ. 184. num. 1. p 2.

17 Tum etiam quia concurrit defectus poteſtatis, cum nemo Orthodoxus, in dubium retorquere poſſit Clericos omni iure à laicorum poteſtate exemptos eſſe, cap. decernimus de re iudicata, c. Eccleſia Sancta Mariæ de conſtit. cap ſæculares de for. competen. Burſat. conſ. 42. Natta conſ 495. Surd. conſ. 301. num. 53. Leo in Theſaur for. Eccleſiaſt. p. 3. cap. 38. Gaiz. de vltimo fine iuris num 160. Sperel. dec. 12. num. 22. tom. 1. & latiſſimè dec. 37. per tot. eod. tom. 1.

18 Ac proinde non ligantur eorum ſtatutis, cum nemo poſſit ſua lege ligare eos, in quos nullam
19 habent iuriſdictionem, paria enim ſunt forum ſortiri, & ſtatutis ligari, vt notat glo. & DD communiter in cap. quod Clericis de for. competen. Felin. & cæteri ſcribentes in cap Eccleſia Sancta Mariæ de conſtit. DD in l. fi. ff. de iuriſdict. omnium Iud. Ruin. conſ. 200. vol 1. Surd conſ. 301. num. 16. & ſeq. vol. 3. Ruin. ſen. conſ. 487. num. 7. lib. 3. Bero conſ. 65. num. 99 lib. 1. Gozad conſ. 49. num. 3. Bellet. diſquiſit Cleric. à ſtatut. ſecular. §. 1. num. 7. Sperel. dec. 12. num. 23. & 24. tom. 1. & deciſ. 16. num. 17. eod. tom. 1.

20 Tum demum quia huiuſmodi ſtatuta ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam, dum auferunt Eccleſiaſticis facultatem liberè vendendi, & contractus faciendi de rebus ſuis cum exteris, cap. Cleric. de iudic. cap. ſi diligenti de foro competen. Felin. in cap. Eccleſia Sancta Mariæ num. 40. verſ. primo propter de conſtit. Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 12. §. tertio quæritur verſ nulla enim lex cum alijs relatis per Bellet. diſquiſit. Clerical p. 1. de exempt. Cleric. à ſtatut. ſecular. §. 1. num. 8.

21 Statuta enim ſemper dicuntur contra libertatem Eccleſiaſticam, quando Eccleſijs, vel Eccleſiaſticis perſonis tolluntur, ſiue prohibentur, aut impediuntur vti rebus, & facultatibus eiſdem conceſſis de iure Canonico, communi vel ciuili, cap. quanto de priuileg. cap. cum terra de electione. cap. Eccleſia Sancta Maria vt lit. pend. cap. fi. de immunit. Eccleſ. in 6.

Digitized by Google

in 6. *Dec. in cap. Eccleſia Sancta Maria num. 7. 8. & 9. de conſtit. vbi Felin. num. 68. & ſeq. & ibi etiam Butr. & Imol. Crot. in l. filiusfamil. §. Diui nu. 84. & ſeq ff. de legat.* 1. *ibique Alex. num.* 12. Ripa *nu.* 82. *Opizo num.* 94. *Alex. conſ.* 121. *vol.* 1. *conſ* 209. *num.* 14. *conſ.* 210. *num.* 11. & *conſ.* 211. *num.* 3. *vol.* 2. *Lap allegat.* 92. *Thuſc. practic. concluſ. iur. verb. libertas Eccleſiaſtica conclu.* 342. *nu.* 8. 13. 19. & 137. *Caiet. in ſum. verb. excommunicatio cap.* 31. *verſ.* 5. *ad ſi Gramat. dec.* 100 *num.* 13. *Bellet. qui alios allegat. diſquiſit. Clerical. p.* 1. *tit. de exempt. Cleric. à ſtatut. ſæculor.* §. 1. *num.* 22. *Diana reſol. moral. p.* 4. *tract.* 1. *de immunit. Eccleſ. reſol. moral. p.* 4. *tract.* 1. *de immunit. Eccleſ. reſol.* 55. *in prin. Sperel. dec.* 12. *num.* 39. & 45. *tom.* 1.

22 Quod procedit ſiuè directè, & nominatim diſponatur de Clericis, ſiuè indirectè, aut per generalem diſpoſitionem, aut ſub inuolucro verborum laici vellent eos comprehendere, vel auferant id quod de iure communi eiſdem conceſſum reperitur vt benè animaduertit *Bellet. diſquiſit. Clerical. p.* 1. *tit. de exempt. Cleric. à ſtatut. ſæcular.* §. 1. *num.* 24. *Sperel. dec.* 12. *num.* 46. *p.* 1. Nam neque directè,

23 neque indirectè lędi poteſt libertas Eccleſiaſtica à ſtatuto laicorum *cap. fi. de immunit. Eccleſ. cap. quãto de priuil. cap ſtatutum de hęret in* 6. *Bellon. conſ.* 44. *num.* 1. *late Surd. conſ.* 301. *num.* 75. 77. *cum ſeq. & fere per tot. vol.* 3. *Amar. conſ.* 12. *num.* 3. & *conſ.* 13. *Alba conſ.* 8. *num.* 18. *Diana reſol. moral. p.* 4. *tract.* 1. *de immunit. Eccleſ. reſol.* 52. *verſ. verum vt veritas.*

24 De iure autem communi licita eſt tranſportatio rei propriæ ad omnia loca, ac proinde edictum prohibens huiuſmodi extractionem cum repugnet iurigentium non poteſt comprehendere Clericos, eiſque auferre quod de iure competit, vt tradit etiam *Menoch. conſ.* 626. *num.* 14. *vol.* 7. ad quod citat *Rom. in ſingular.* 816. & *Crem in ſingular.* 30. *quos refert. Sperel. deciſ.* 15. *num.* 40. *cum ſeq* &

25 *num.* 44. ſubdit quod condentes, huiuſmodi ſtatutum, vel edictum, vel eo vtentes contra Eccleſiaſticas perſonas, eorumque bona directè, vel indirectè ſint ipſo iure excommunicati, *cap. graue cap. noverit vbi Butr. & Abb. de ſenten. excomm. cap. eos vbi DD. de ſenten. excommunicat. in* 6. & incidunt *in canonem.* 15. *Bullę Cænę.*

26 Et licet Eccleſiaſtici ſaltem per viam directiuam teneantur obſeruare edicta, & leges ciuiles ob bonum publicum emanatas, & ob communem, & promiſcuam vtilitatem totius reipublicæ promulgatas, *Abb. in cap. Eccleſia Sancta Maria num.* 14. *de conſtitut. & ibi Felin num.* 37. & *ſeq. Dec. num.* 27. *in fi. Nauar. in manual cap.* 23. *nu.* 88. *Suarez. in tit. de legib. lib.* 3. *cap.* 34. *num.* 6. *Molin. tract.* 2. *de iuſti. diſ.* 31. *ſub fi. col.* 6. *Bonac. in tit. de legib. diſ.* 1. *qu.* 1. *punct.* 6. *ſub num.* 29. *cum alijs plene relatis per Dian. reſol. moral. p.* 1. *tract.* 2. *de immun. Eccleſ. reſol.* 8. *verſ. dico igitur.*

27 Hoc tamen procedit non quod teneantur Eccleſiaſtici ad obſeruantiam ſtatuti ſæcularis abſolutè, ſed ſolum ad faciendum, vel omittendum quod ſtatuto mandatur, aut prohibetur non ex vi legis, ſiue eiuſdem ſtatuti laicalis, aut obligatione coactiua, ſed vi rationis directiua, ac naturali inſtinctu dictante, ſiue iure Canonico, aut diuino inſinuante, propter commune bonum, & propter charitatem, & ad ſecuandam conformitatem cum perſonis ſæcularibus eiuſdem Reipublicæ, vt ſunt leges circa pretia rerum, menſuras vendendi, vel ſi prohiberetur vſus armorum, luſus aleæ, & ſimilia, quæ ſunt iuris naturalis, ſeù diuini, vel canonici, *glo. in cap generaliter in verbo neceſſitatis* 16. *qu.* 1. *Bellam. conſ* 45. *in prin. Surd conſ.* 301. *num.* 42. *Purpurat conſ.* 335. *nu.* 2. & 3. *Bannes de iuſt. & iur. qu.* 67. *art.* 1. *verſ. ad* 2. *Alderan. de general. ſtatut. interpetrat. conclu.* 1. *num.* 204. *Marta de iuriſdict. p.* 4. *caſ.* 1. & 2. *Barboſ. in collect. lib.* 1. *decretal. tit.* 2. *cap. Eccleſia Sanctę Mariæ num.* 4. *de conſtitut. Vigian. de immun. Eccleſ diſput.* 2. *conclu.* Belarm. *in reſponſ ad epiſtolam incerti auctoris prò defenſione Venetorum contra cenſuras Pauli V. fo.* 6. & *tom.* 2. *de Cleric. lib.* 1. *cap.* 28. *propoſit.* 2. *Duard. in coment. Bulla Cœnæ Dñi lib.* 2. *can.* 5 *quęſt.* 19. *num.* 123. *Azor. inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 10. *cap.* 7. *verſ. animaduertendum* Beller. *diſquiſit Clercal. p.* 1. *tit. de exempt. Cleric. à ſtatut. ſæcular.* §. 2. *num.* 35. *Diana reſol. moral. p.* 1. *tract.* 2. *de immun. Eccleſ. reſol* 8. *verſ. dico igitur & p* 4. *tract.* 1. *de immun. Eccleſ reſol.* 52. *verſ. ſuppono ſecundo & p.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 6. *qui alios copioſè allegant, & pulchre tradit* Sperel. *dec* 13. *a num.* 3. *vſque ad* 10. & *per tot. tom.* 1. vbi ordinationes politicas, & ciuiles conſtituit in triplici differentia, ſed in omnibus militat eadem ratio vt talis diſtinctio ſuperflua videatur.

28 Secus autem quo ad viam punitiuam, nam etiã in ordinationibus ſæcularibus, non obſtante quod ſint conformes iuri naturali, vel Canonico, & Eccleſiaſtici per viam directiuam tenentur obſeruare non tamen ſubijciuntur poteſtati laicali, ſed omninò ab eadem eximuntur quo ad punitionem, & pęnæ exactionem, ſiuè ſit pęna priuationis rerum, quæ quaſi in commiſſum ceciderint, ſiue ſit pæna pecuniaria, cum exactio pænæ ſit actus iuriſdictionis, quam laicus in Clericos exercere non poteſt, eiſque nec ex publica vtilitate, vel neceſſitate tribuitur, ſed Iudex Eccleſiaſticus in his caſibus in Clericos animaduertere debet, vt notant *ſcribentes in cap. Eccleſia Sancta Marię de conſtit. in cap. fi. de immun Eccleſ, in* 6. *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap.* 9. *dubit* 16. *à num.* 1. *vſque ad* 7. & *clarius dubitat.* 35. *ſect.* 7. *a num.* 1. & *per tot. tom.* 2. *Camil. Borel. in ſumma dec. tit.* 34. *de foro competen. num.* 34. & 35. *Barboſ de iur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 140. *Bonac. in Bulla Cœnæ diſ.* 1. *qu.* 16. *punct.* 5. *num.* 27. *Diana reſol. moral. p.* 3. *tract.* 1. *de immun. reſol.* 13. *verſ. notandum eſt etiam & p.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 14. *verſ ſed ſi hęc opinio, & clarius reſol.* 52. *verſ his ſuppoſitis & p* 5. *tract.* 1 *de immun. reſol.* 6. & *dixit Rot. in Eugubina hęred.* 2. *Iunij* 1651. §. *contrario nihilominus coram* Bichio.

29 Vlterius ceſſat ſupradicta concluſio, quando Magiſtratus, & Princeps temporalis facile extrahendi frumentum licentiam concedit, vt paſſim in Terra Valliſmontanæ conceſſæ fuerunt, & ipſemet in temporalibus Dominus notabilem quantitatem frumenti vendidit, & ab exteris, alieniſque extrahi indulſit, ac proinde non videtur Oppidum reperiri in egeſtate, nec ex inopia frumenti, ita laborare, vt Eccleſiaſticis extractiones prohiberi poſſint, vnde tollitur, & ceſſat omnis neceſſitas, & publica vtilitas, cuius reſpectu Clerici tenerentur ſaltem per viam directiuam ad non extrahendum,

dum,

Digitized by Google

dum, ita ex *Boſſ. in tit. de pæn. poſt nu.* 20. *animad-*
uertit Sperel. dec. 13. *num.* 20. *tom.* 1.

30 Si verò attendatur perſona Coſimi emptoris, pa-
riter animaduertebam ſupradictam Clerici immu-
nitatem eidem ſuffragare debere, nam immunitas
conceſſa venditori efficitur communis cum empto-
re alias per indirectum venditor grauaretur, & rem
vilius vendere cogeretur, vt diſertè tradit *Menoch.*
conſ. 136. *per tot. vbi contrarijs reſpondet vol.* 2. *Sil-*
uan. conſ. 9. *num.* 19. *verſ. & hanc concluſionem Bal.*
conſ. 31. *lib.* 1. *Rol. conſ.* 61. *num* 18. *vol.* 4. *Hie-*
ron. Gabr. conſ. 191. *lib.* 2. *Dec. conſ.* 48. *num.* 1. &
5. *Decius. conſ.* 51. *nu.* 141. *& ſeq. vol.* 3. *Menoch.*
de arbit. Iud. caſ. 562. *num.* 45. *& ſeq. Surd. conſ.*
301. *num.* 80. *& ſeq. vol.* 3. *Bellet. diſquiſit Cleri-*
cal. p. 1. *tit. de exempt. Cler. & eor. bona à muneribus*
public. §. 8. *ſub num.* 4. *verſ. quamuis non deſint*, vbi
contrarium tenentes diſtinctionis fœdere conciliare
ſtudet *Lother. de re beneficiar. lib.* 1. *qu.* 31. *num.* 57.
Sperel. dec. 41. *ſub num.* 7. *tom.* 1. latiſſimè *Iacob.*
Pignatel. conſult. canon. 34. *ſub num.* 7. *circa med.*
verſ. & ideo.

31 Præcipuè quia frumentum emptum fuit animo
aſportandi, & non retinendi, ſeù vtendi in loco
contractus, ac proinde cum eadem Clerici exemp-
tione, alias Marchettus non fuiſſet empturus, vn-
de Clericus ob edicti impedimentum indirectè gra-
uatur, & ſic edictum eſt contra libertatem Eccle-
ſiaſticam, vt potè quia remouet laicos, eiſque af-
fert impedimentum ne poſſint habere liberam con-
tractationem, & commercium cum Clericis, prò
vt liberè contractare, & contrahere poſſunt abſque
vllo onere gabellæ, & alterius impedimenti, tam
de iure diuino, quam canonico, & ciuili, ne igi-
tur cenſeatur arctatiuum, & reſtrictiuum libertatis
Eccleſiaſticæ, & ne per indirectè Eccleſiaſtici gra-
uentur ad vilius vendendum res ſuas, neceſſariò di-
32 cendum eſt, quod quemadmodum Clericis ven-
dentibus imponi nequit onus gabellæ, aut alterius
prohibitionis, ita neque ementibus ab eis imponi
debet, vt tradunt *Dian. reſol. moral. p.* 4. *tract.* 1.
de immun. reſol. 52. *verſ. ſecundo probatur Iacob. Pi-*
gnatel. conſult. canon. 34. *num.* 37. *p.* 2. *ex Ric. in*
prax. tom. 2 *reſol.* 183. *num.* 2. *& reſol.* 283. *Felin.*
in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 69. *de conſtit. Lu-*
derch. conſ. 103. *num.* 5. 8. *&* 9. *Surd. conſ.* 301. *à*
num. 80. *Menoch. conſ.* 136. *lib.* 2. *Tuſc. to.* 5. *con-*
clu. 342. *num.* 140. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 390.
to. 2. *il Punto in reſponſ. ad cenſur. Pauli V. fo. mihi*
82. *Roderic. in ſum. tom.* 2. *cap.* 75. *num.* 14.

33 Quinimò gabella, & aliud onus quod imponi-
tur ſuper emptore, prò vt eſt etiam prohibitio non
aſportandi non exceptis ementibus ab Eccleſiaſti-
cis eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, & Prin-
ceps, & Magiſtratus ſæcularis ſicut non poteſt im-
ponere onus, & gabellam ſuper fructibus, & bonis
Clericorum, ita neque indirectè poterit hoc facere
exigendo ab illis, qui emunt à Clericis, vt com-
probant, *ſupracitati DD. Dian. reſol. moral. p.* 4.
tract. 1. *de immun. Eccleſ. reſol.* 52. *verſ. dicendum*
igitur abſolute Iacob. Pignatel. conſult. canon. 34. *nu.*
37. *in prin. & num.* 38. *ex Dec. conſ.* 48. *col. penult.*
num. 5. *Menoch. conſ.* 138. *num.* 8. *lib.* 2. *Cutel. de*
immunit. lib. 2. *qu.* 49. *Thom. del Bene eod. tract.*
cap. 5. *dub.* 7. *à num.* 1. *cum ſeq. & num.* 19.

34 Arguitur etiam, quia priuilegium Eccleſiæ tra-
hitur quando Eccleſiæ non prodeſſet niſi ad alios
35 traheretur, tum quia immunitas Eccleſiæ etiam
ad alterum extenditur, quando alias Eccleſia, &
Eccleſiaſtici damnum ſentirent, quia ſcilicet aut
cum difficultate, aut vilius venderet, tum quia
36 ratione coniunctionis gaudet quis beneficio quo
alias non gauderet, ne inane priuilegium côceſſum
Clericis venditoribus reddatur, ita ex *Surd. conſ.*
301. *num.* 18. *lib.* 3. *Nattu conſ.* 590. *col. fi. & alijs*
arguit Pignatel. conſult. canon. 34. *num.* 37. *circa fi.*
verſ. vbi quod priuilegium.

37 Tum etiam quia Eccleſiaſtici ſunt immunes etiã
indirectè, adeo vt vbi efficiuntur deterioris condi-
38 tionis, neque poſſunt grauari laici, cum ipſis
Eccleſiaſticis contrahentes, qui dum ob prohibi-
tionem aſportationis retrahantur à contractando,
& emendo ab Eccleſiaſticis, vtique per indirectè eo-
rum immunitas, & libertas violatur, & læditur,
etenim extractio, & non ſolutio gabellæ in ipſo lo-
co venditionis cenſetur complementum, quo ad
perfectam venditionem rerum ab Eccleſiaſticis ven-
ditarum, vt pleno calamo tradit *Thom. del Bene*
de immun. Eccleſ. cap. 5. *dub.* 7. *ſec.* 1. *à num.* 1. *&*
per tot. tom. 1. *Iacob. Pignatel. conſult. canon.* 34.
num. 40. *in fi. tom.* 2.

39 Tum demum quia ementes, & vendentes ſunt
correlatiui, & eodem iure, priuilegio, & præro-
gatiua coadiuuantur, vt ſtatutum contra empto-
rem habeat locum contra venditorem, & è contra,
quia tractatur de eodem actu, vt conſiderauit,
Dec. conſ. 48. *col.* 3. *in fi. & in l.* 1. *num* 7. *col.* 2.
ad med. C. de in ius vocand. Caſtr. conſ. 289. *col.* 1.
in fi. Iacob. Pignatel. conſult. canon. 34 *ſub* 37. *verſ.*
vbi docet, & refert. ita dixiſſe Rot. coram Seraphinu
Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. *tit. de exempt. Cler. à*
ſtatut. ſæcular. §. 4. *num.* 6. *Oſuſch. dec.* 115. *num.*
10. *Sperel. dec.* 41. *ſub num.* 7. *tom.* 1.

40 Neque prædictis reſiſtere videbatur alia DD. ſen-
tentia, quod non ſit immunis à ſolutione gabellæ
emptor frumenti à Clericis, licet Clerici ſint exẽp-
ti, vt tradunt DD. plene relati per *Bellet. diſquiſit.*
Clerical. p. 1. *tit. de exempt. Cleric. & eor. bon. à*
munerib. public. §. 8. *num.* 2. *Graſſ de effect. Cleric.*
3. *num.* 88. *& ſeq. Bertachin. p.* 7. *de gabel. qu.* 7.
Tiraq. de retract. conſanguin §. 1. *glo.* 13. *num.* 12.
Purpurat. conſ. 439. *num.* 7. *&* 8. *vol.* 2. *Federic.*
de ſen. conſ. 111. *num.* 10. *Mandel. conſ.* 132. *num.* 3.
Burſat. conſ. 42. *num.* 14. *Boer. deciſ.* 211. *num.* 19.
vbi de communiori opinione, & latè comprobare
conatur *Fontanel. per* 5. *dec. tom.* 2. *à dec.* 301. *Ro-*
uit. dec. 61. *per tot. Reuert. dec.* 18. *dec.* 32. *& dec.*
192. *in fi.*

41 Non ſolum quia priuilegium immunitatis con-
ceſſum alicui pro bonis non tranſit ad ſingularem
ſucceſſorem, neque ad eum, in quem bona tranſ-
feruntur, *l. licitatio* §. *fi. & ibi Roman. ff. de publi-*
can. l. ætatem §. *fi. ff. de cenſib. Alex. conſ.* 35. *verſ.*
quantum vero vol. 4. *Crauet. conſ.* 770. *nu.* 1. *vol.* 5.

42 Verum etiam quia, vbi perſona eſt cauſa priuile-
gij, mutata perſona extinguitur priuilegium, ad
textum in l. 1. *C. de impon. luc. deſcript. lib.* 10. *l. per*
procuratorem ff. de acquirend. hered. Nattu conſ. 511.
num. 5. *&* 6. *vol.* 2. *Mandel. conſ.* 132. *num* 3.

43 Quia ſupradicta procedunt, quando gabella
eſſet ſoluenda ex actu ſeparato à venditione ſcilicet
44 ſi emptor rei Eccleſiæ rem tranſportaret de loco ad

Digitized by Google

locum proprijs expenſis, & non eccleſiaſtici vendentis, vel eodem loco fecerit nouum contractum, vel dum ſteterit in dominio emptoris, nam tunc tenetur ſoluere gabellam, & aliud onus collectæ, & alterius generis impoſitum ſubire cum tunc cenſeatur facta mutatio perſonę, & extinctum priuilegium, adeo vt Eccleſia, & Eccleſiaſtici, neque directè, neque indirectè nullam læſionem, & præiudicium recipiunt, & gabella, vel aliud onus tunc ſoluatur non ex actu immediatè cum Eccleſia, & Eccleſiaſticis inito, ſed ex actu extrinſecus aduenieute, & nihil commune cum Eccleſiaſticis habente, ſecus autem vbi agitur de immediata emptione, & ſoluenda eſſet gabella pro ipſo actu connexo, & pro ipſo contractu celebrato immediatè cum Eccleſiaſticis, quo caſu ſicuti non tenentur Eccleſiaſtici, ita nec emens ab eis, cum tunc ſuffragetur immunitas, & libertas venditoris, ipſo emptori, quo ad non ſolutionem Gabellæ quo ad tranſportationem, & quo ad omnes alios effectus, & in ijs terminis procedit *Theſaur. dec. 116. num. 5. & alij DD. exaduerſo allegati*, vt docent *Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de exempt. Cleric. & ear. bon & mun. pub. §. 8. num. 4. verſ. prior tamen opinio Iacob. Pignatel. conſult. canon. 34. num. 37. & 41. præcipuè circa fin. verſ. plures autem, ex Doctoribus tom. 2. Guttier. de gabellis qu 44. num. 4. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. p. 1. cap. 14. Surd. conſ. 329. num. 3. lib. 2. Rol. conſ. 61. num. 18. vol. 4. Menoch. conſ. 138. per totum, & præcipuè num. 24. verſ. non obſtat quartum Ric. in pract. parte 2. pract. reſol. 283. Boer. qu. 213.*
45 *num. 19.* vbi de emente ſal ab Eccleſia in ſuis ſalinis ſi exportat in alijs locis vendendi cauſa non gaudet immunitate, ſed tenetur ad ſolutionem gabellæ, cum alijs per *Cobel. de bono regim. cap. 47 num. 22. ſub verſ. ſed concordari poſſe*, & ita diſtinguit *Bald. in conſ. 3. Stat. Ciuitatis Aſten. vol. 1. Syluan. conſ. 9. ſub num. 19. verſ. & hanc concluſionem Hyeron. Gabr. conſ. 161. num 7. lib. 2. Sperel dec. 41. num. 8. tom. 1.* & cenſuit *Sacra Congregatio Immunit. in Nolana ſub die 26. Ianuarij* 1644. inſtante Capitulo, & Clero Nolano, ſcilicet *Sac. Congreg. reſpondit perſonas Eccleſiaſticas non comprehendi ſub gabella impoſita vendentibus vinum*, & inſtante deinde Magiſtratu dictæ Ciuitatis pro declaratione, an ementes teneantur *Sac Congreg. cenſuit decretum ſupradictum obſeruari debere etiam quo ad emptores*, & ita paſſim cenſuiſſe *Sac. Congreg.* patet ex declarationibus relatis à *Pignatel. dicta conſult. canon. 34. à num. 57. vſque ad fin.*

Vlterius ex alio capitè videbatur D. Auditorem procedere non poſſe per inquiſitionem contra Marchetinum, vtpotè quia non fuit repertus in fraganti crimine extractionis frumenti contra prohibitio-
46 nem edicti, non obſtante quod per teſtes probaretur iuxta communiorem clementiorem DD. ſententiã, & tamquam in praxi ſeruatam, & propterea ab ea in iudicando minimè recedendum admonet *Brunor. à Sole in compend. iur. verſ. arma deferens, & latius in ſuis quæſtion legal. qu. 35. per totam Clar in pract. qu. 82. verb. ſtatut. VI. verſ. primo Scappa de iure nonſcripto lib. 5. cap. 161. num. 13. & ſeq. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 4. num. 5. per tot. cum alijs copiosè congeſtis per Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crim qu 108. à num. 132. cum plurim. ſequen.*
47 Et quamuis non deſint DD. contrariam ſententiam tuentes, quos refert idem *Farinac. loco citato*
48 *num. 138.* & prima opinio limitetur, vt non procedat, quando ſtatutum, vel edictum expreſsè diſponat, quod procedi poſſit per inquiſitionem *Clar. in pract. §. fi. qu. 85. verb. ſtatut. VI. verſ. ſed quid ſi*
49 *ſtatutum in fi.* Tamen quod regulariter non procedatur per inquiſitionem non obſtante quod in hoc Doctores dicant quid quid velint, præter quam in Archibuſettis paruis à *Bullis Pij IV. & V* prohibieis, teſtatur Farinac. *dicta qu. 108. num. 143.* & in ijs terminis procedere tradita per *eundem in p. 1. fragment. crim. lit. B. in verbo Bandimenta num. 54.* ſe ipſum ibidem declarat.

Nec vis aliqua fieri poteſt in frumento in fraganti reperto ab Agaſonibus onerato, quia oſtendebatur licentia conceſſa præfato Canonico Silerio, quæ prætendi non poterat quod conſumpta fuerit cum alia prætenſa quantitate extracta, tum quia fuit inuentus, & arreſtatus ęquus eiuſdem Silerij vna cum
50 frumento onerato, tum quia ad excludendum delictum pręualere debet præſumptio excluſiua conſumptionis *ad textum in l. cum Pater §. rogo ff. de legat. 2. Rot. dec. 35. num. 10. p. 6. & dec 325. num. 1. p. 9. tom. 2. recen* tum etiam, quia cum agatur de intereſſe eiuſdem Canonici Iudex ſæcularis non poteſt contra eundem ferre iudicium circa dictam extinctionem dum ad ſe ſpectare contendit, & pro reſtitutione inſtat, ex iuribus ſupra deductis.

PRAENESTINA OPTIONIS,

ARGVMENTVM.

Conſuetudo, & ius optandi meliores præbendas eſt à iure approbatum, non tamen habet locum inter perſonas diuerſi ordinis, vbi titulus ſpiritualis eſſet optandus, ſecus ſi præbenda temporalis, prout nec etiam ſi præbenda eſſet perpetuò annexa irreuocabiliter, ſecus autem ſi annexio nõ ſit perpetua, ſed reuocabilis, quia ſeparari poteſt, & multa alia notabilia circa materiam copiosè explicantur.

SVMMARIVM.

1 Conſuetudo optandi meliores præbendas eſt in iure commendabilis, & violari non debet.
2 In materia optionis præcipuè attendi debet conſuetudo.
3 Conſuetudo optandi eſt in iure permiſſa, & innititur æquitati Canonicæ.
4 Liber capitularis ſi ſit legaliter tentus probat contra perſonas eiuſdem Eccleſiæ.
5 Conſuetudo, & ius optandi inducitur per vnicum actũ, licet non obtentus in contradictorio iudicio cum pacifica poſſeſſione ſubſecuta.
6 Conſuetudo comparatur ſtatuto.
7 Optio prębendæ prout reſpicit fructus temporales eſt præter ius, ſi verò titulum ſpiritualem, eſt contra ius num. 9.
8 Conſuetudo optandi præbendas temporales ſpatio decem annorum inducitur, quadraginta vero in præbendis merè ſpiritualibus.
10 In aſſecutione noui tituli vigore optionis admiſſio, & tolerantia ſuperioris habet vim collationis.

11 Con-

11 Conſuetudo quadragenaria requiritur in optiooe præbendarum diſtinctarum, quæ ſunt dos ſingulorum Canonicatuum.
12 Optio non habet locum in dignitatibus.
13 In optione non admittitur deſcenſus ad præbendas inferioris ordinis.
14 Lim. vt ex conſuetudine optio fieri poteſt etiam inter perſonas diuerſi ordinis.
15 Lim. 2. procedere, vbi agitur de optione tituli, ſecus autem de membris temporalibus nu. 16.
17 In præbendis duo cnnſiderantur titulus beoeficij, & fructus ex boois ad eandem pertiueotes.
18 Optionis ſubiectum; eſt mera temporalitas.
19 Optari non poteſt præbenda perpetuò annexa Canonicatui. Declara, vt num. 21. 22. & ſeq.
20 Præbendæ, & Canooicatus annexio, quando dicatur perpetua, & quando temporalis, & num. 21.
22 Præbenda perpetuo annexa optari nequit ſine auctoritate ſuperioris.
23 Præbenda dicitur temporalis, ſi optetur abſque dimiſſione prioris Canonicatus.
24 Præbendæ cenſentur annexæ iuribus canoniæ ſi correſpondeant numero Canonicorum.
25 Annexio præbendæ perpetua, ſed reuocabilis ſe bene compatitur cum iure optandi.
26 Præbendæ, deſtinatio, & adiectio ſingulis canonicatibus probat anoexionem, non tamen quod ſit irreuocabilis, & incompetibilis cum iure optandi.
27 Optandi forma qualis ſit.
28 Optandi conſuetudo non totam præbendam, ſed partem, ſeu aliquod membrum valet.
29 Pars eſt eiuſdem qualitatis, & naturæ cuius eſt totum,
30 Optandi conſuetudo regulariter introduci non poteſt, vbi non adeſt diſtinctio præbendarum, licet ſecus quo ad locum, ſedem, & ſimilia.
31 Optio gradatim facienda eſt in termino 20. dierum.
32 Antiquior ad effectum optandi dicitur, qui eſt prior in poſſeſſione, licet poſterior in prouiſiooe.
33 In optione quæ ſolemnitas requiratur.
34 Optio fieri etiam poteſt per Canonicum, qui non eſt in ſacris, ſi non adſit ſtatutum io contrarium.
35 Canonicus, qui non eſt in ſacris noo habet vocem in Capitulo.
36 Ius optandi competit ex canooia, & præbenda, & non ex voce Capituli.
37 Optio habet locum in vacatione per obitum, & oon in reſignatione.
38 Reſignatarius propterea debet habere præbendam, quam reſignans dimiſit.
39 Optio non habet locum in beneficijs reſeruatis.
40 Nec habet locum in beneficio vacante io menſe reſeruato.
41 Declara procedere io membris temporalibus perpetuo annexis præbendæ, ſecus in membris ſeparatis.
42 Amp. vt hoc habeat locum quamuis prouiſio facta fuerit cum annexis, & connexis.
43 Membra prębendalia ſeparari, & optari ſolita non cadunt ſub reſeruatione, & affectione.

DECISIO XXXIII.

CArdinalis Auguſtanus Epiſcopus Præneſtinus vſque de anno 1576. ſuppreſſis nonnullis beneficijs ſub nomine Clericatus in Eccleſia Sanctę Marię Oppidi Cauarum, eandem Eccleſiam erexit in Collegiatam cum vno Archipresbytero, qui alijs præeſſet, & ſeptem Canonicis, ſaluis præbendis ſingulis aſſignatis,

Poſt quam huiuſmodi erectio ſuum ſortita fuit effectum introducta conſuetudine inter Canonicos optandi ab antiquioribus prædia, ſeù alia præbendalia aliarum præbendarum de anno 1634. etiam Archipresbyter tunc temporis optauit vacantem canonicalem præbendam, & dimiſit, ſeù in optione poſuit prædium nuncupatum il Caſale di S. Lorenzo ſpectan ad ſuam præbendam; prout ſucceſsiuè optatum fuit à Sebaſtiano Ferrara Canonicen, & deinceps euenieote caſu optionis Archipresbyter ſucceſſor denuo optauit, & ſimiliter Canonici, vt longè vltra 40. annos obſeruatum fuit.

Verum prætendens Franciſcus de Simionibus modernus Archipresbyter malè, & in præiudicium Archipresbyteratus dictum prædium præbendale, ſeù dictum Caſale Sancti Antonij optatum fuiſſe, inchoauit iudicium coram me dum Eminentiſſ. & Reuerendiſsimi Cardinalis Cibi Præneſtini Epiſcopi Vicarium agebam ſuper reintegratione ad poſſeſſionem eiuſdem Caſalis, hinc aſſumpta diſputatione, an ſubſtineatur huiuſmodi conſuetudo optãdi, in caſu, & ad effectum de quo agitur, affirmatiuè reſpondendum cenſui.

1 In quam reſolutionem ex eo potiſſimum adductus fui, quia conſuetudo, & ius optandi meliores præbendas, Domus Canonicales, & ſimilia præbendalia, eſt rationabile, & dicitur in iure commendabile, & propterea violari non debet, iuxta textum in *cap. fi. de conſuet. in 6. Antonel. de tempor. legal. lib. 4. cap. 28. num. 2. De Luca in ſuo Theat. veritat. & inſtit. tom 12. tit de benefic. diſ. 33. num. 2. Burat. dec. 195. num. 1. Merlin. dec. 380. num. 4. & deciſ 838. in fi.*

2 Siquidem in materia optionis præcipuè attendi debet conſuetudo citato *cap. fi. de conſuetud. in 6. Card. Canaler. dec. 116. num. 6.* cum non ſit impro-
3 bata à iure, ſed permiſſa, & innititur equitati canonicæ, vt tradunt gloſ. & DD. in eodem *cap fi. Monet. de option. cap. 2. qu. 1. ſub num. 1. & cap. 4. qu. 3. num. 51. ex Franc. Marc. dec. 1158. numer. [illegible] p. 1. Vinian. commun. opin. in verbo conſuetudo rationabilis, & aqua Azor. inſtit. moral. p. [illegible] lib. c. 26. q. 13.*

De antiqua verò conſuetudine optandi in præfata Collegiata tam inter Canonicos, quam inter Archipresbyterum, & Canonicos doctum fuit per
4 libros capitulares, qui cum contineant intereſſe totius Capituli, & ſint legaliter tenti benè probant contra Archipresbyterum, & perſonas eiuſdem Eccleſiæ *Aymon. conſ. 434. num. 14. Genua de ſcriptura priuat. lib. 5. tit de libr. capitular. Rot. deciſ. 692. num. 6. & dec. 788. num. 3. coram Amat. Dunozet. & dec. 598. num. 17. coram Burat. & dec. 290. num 4. & 5. p. 1. dec. 491. num. 9. p. 4. tom. 2. deciſ. 570. num. 5. p. 5. recen.*

5 Et cum huiuſmodi conſuetudo inchoata fuerit ſcientibus, & patientibus Canonicis, & anteceſſoribus Archipresbyteris per plures actus ſubſecutos, vtique legitimè inducta cenſetur, cum ad hunc effectum ſufficiat etiam vnicus actus ſimplex, licet non obtentus in contradictorio iudicio, cum pacifica poſſeſſione deinde ſubſecuta, vt alijs coogeſtis comprobat *Monet. de option. cap. 2. qu. 2. à num. 35. vſque ad 38.*

6 Accedente inſuper obſeruantia vltra quadraginta annos, ex qua quadragenaria præſcriptione oritur obligatio in futurum ad ſeruandam conſuetudinem, quæ vim legis habet, & ſtatutis comparatur *l. omnes populi ff. de iuſtit. & iur. l. de quibus ff. de leg. glo. in cap. fi. in verbo conſuetuda de conſuetud. Card. Caualer. dec. 497. num. 2. Amat. Dunozet. dec. 937. num. 29. tom. 2.*

7 Quinimo, quando non optatur titulus ſpiritualis, ſed tantum portio, ſeù præbenda prout reſpi-

cit fructus temporales beneficij, vt in præſenti, cum
talis optio ſit præter ius, ſuffieit decennalis conſue-
8 tudo, quadragenaria verò, vbi optatur præbenda,
vt merè ſpiritualis eſt, & non retinetur primus ti-
tulus, ſed mutatur; & propria auctoritate optans
alium diuerſum titulum ſpiritualem conſequitur,
9 quia tunc talis optio eſt contra ius *Monet. de option. cap. 2. qu. 2. num. 5. & 6. & cap 8. qu. 2. num. 27. Gigas in tract. de penſion. qu. 63. nu. 6. verſ. ſecus quando agitur Rot. dec. 6. ſub num. 1. verſ. & hinc faciam diſtinctionem de conſuetud. in nouiſ. Pute dec. 196. lib. 2. Franciſ. Marcb. dec. 1270. num. 4. Bellam. dec. 1. per tot. & dec. 63. num. 2. & 3. Antonel. de tempor. legal. lib. 4. cap. 28. num. 2. Amat. Dunozet. dec 616. num. 3. & comprobat Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 34. num. 11. 12. & 13. cum ſeq. & num. 66. cum ſeq.*
10 vbi ſubdit quod in aſſecutione noui tituli vigore
optionis, quamuis non adſit expreſſa collatio ſu-
perioris, interuenit tamen tacita, vt ſola admiſſio,
11 Prout etiam quadragenaria requiritur, vbi in
Eccleſia ſit certus numerus Canonicorum, & præ-
bendarum, quæ realiter, actualiter, & perpetuò ſint
inter ſe diſtinctæ, ita vt non ſit vnum beneficium
Eccleſiaſticum, ſed dos vnius actualiter, & omninò
diſtincta à dote alterius *Monet. de option. cap. 2. q. 2. num. 16. & 17. verſ. ſi vero in Eccleſia, & num. 18. Rot. dec. 6. num. 1. de conſuetud. in nouiſ. vbi Add.*
quæ quadragenaria quatenus verſemur in hoc ter-
tio caſu, etiam concurrit in præſenti, ex quo ab an-
no 1634. Archipresbyter optauerit, & ſic effluxe-
rit vltra quadraginta annorum curſus.

Nec contrarium videbatur ſuadere poſſe, quod
Archipresbyter habeatur pro prima dignitate in di-
cta Eccleſia Collegiata poſt Pontificalem, & pro-
12 pterea optio in ea locum habere non poſſit *Calderin. conſ. 5. de conſuetud. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 34. num. 91.*
13 Eo quia Archipresbyter, & Canonici ſint diuer-
ſi ordinis ſuperioris, & inferioris, & in optione
non admittitur deſcenſus, prout admitteretur ſi
Archipresbyter optaret præbendam inferioris or-
dinis, & Canonici ſuperioris *Monet. de option. cap. 3. qu. 1. num. 2. & 3. & cap. 5. qu. 2. num. 28. circa med. verſ. verum idem Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 34. num. 18. Rot. dec. 140. nu. 12. p. 4. tom. 2. rec.*
14 Quia vltra quod ex ſpeciali conſuetudine, vt hic
optio etiam fieri poteſt etiam inter perſonas diuerſi
ordinis, dignitatis, & gradus, vt ex iuribus per
eum allegatis animaduertit *Monet. de option. cap. 3. qu. 1. num. 3. in fi. & cap. 5. qu. 2. ſub num. 28. verſ. verum idem.*
15 Reſpondetur etiam, quod obiectum forſan vrge-
ret, ſi ageretur de optione ipſius tituli Archipreſ-
byteralis, cum mutatione antiquioris tituli, nam
hoc caſu excluditur optio inter perſonas diuerſi
ordinis, dignitatis, & gradus, tum quia electa eſt
induſtria perſonæ, tum quia titulus Archipresby-
teralis cum cura animarum requirit ſpeciales qua-
litates, quo ad examen, doctrinam, & approba-
tionem, quæ ſuppleri non poſſunt per ſimplicem
optionem, vt probat idem *Monet. de option. cap. 3. qu. 6. à num. 128. cum plurib. ſequen.* & alios con-
cordantes recenſet.
16 Secus autem, vbi agitur de optando membro, ſeù
præbenda temporali, vt ſunt prædia, domus, & ſi-
milia, quæ concernunt fructuum, & emolumento-
rum tantum perceptionem, & commoditatem, nam
hoc non impedit ius optandi, quod competit ſe-
nioribus Canonicis *Rot. dec. 273. coram Mantica, & dec. 141. num. 26. p. 4. tom. 2. recen.* vbi ita multoties
à *Rota* deciſum fuiſſe.
17 Duo autẽ in prebendis conſiderantur, ius ipſum
præbendæ quatenus pro titulo beneficij ſumitur, &
fructus ex eadem prouenientes de per ſe diſtincti,
nihil ſpiritualitatis habentes, niſi per aliquam com-
municationem, & participationem, ex quo adhærent
rei ſpirituali, vt explicat *Monet. de option. cap. 7. qu. 1. cum plurib. ſequen.*
18 Cum igitur conſuetudo optandi in dicta Colle-
giata non cadat ſuper ſubiecto ſpirituali, ſcilicet
ſuper titulo Archipresbyterali, ſed ſuper temporali
ſpiritualitati annexo propter perſonas, & ſeruitiũ
ſpirituale, redditur ſubſtentabilis, cum ſubiectum
huius optionis non ſit ipſa præbenda Archipresby-
teralis, ſed vnum prędium præbendæ, & ſic prębe-
dalia, in quibus non militat ratio diſparitatis ordi-
nis *Card. in Clement. vltim. num. 11. de præben. & conſ. 126. num. 4. & conſ. 143. num. 11. Caſſador. dec. 17. num. 2. de præben. Lother. de re beneficiar. lib. 1. qu. 19. num. 14. & 25. & lib. 2. qu. 25. num. 60.*
19 Neque pariter valet obeſſe, quod huiuſmodi mẽ-
bra temporalia ſint perpetuò annexa Archipresby-
terali præbendæ, dum in erectione Collegiatæ Car-
dinalis Auguſtanus expreſsè reſeruauerit Archi-
presbytero, & ſingulis Canonicis eorum præben-
das, ibi *ſaluis, & integris remanentibus principalioribus præbendis antiquis Archipresbytero, & alijs*
ac proinde optari non poſſe *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glo. 34. num. 32. & ſeq. Garz. de benef. p. 5. cap. 1. num. 457. & ſeq. Monet. de option. cap. 3. qu. 3. num. 47. Caputaquen. dec. 283. num. 2. & ita ſæpe firmaſſe Rot. patet ex deciſionibus cumulatis per Beltram. in addit. ad Gregor. XV. dec. 478. num. 6.*
20 Nam pro intelligentia huius obiecti, & pro fa-
ciliori illius diſſolutione firmandum eſt, quod præ-
bendæ, & Canonicatus annexio alia eſt perpetua,
vt quando adiectum ſit prædium prębendale certo
Canonicatui, vt ab eo diuelli non poſſit, nec per
momentum ſeparari veluti indiuiduum continens
per incorporationem ad textum in *l. quemadmodum C. de agrigol. & cenſib. lib. 11. Lother. de re beneficiar.*
21 *lib. 1. qu. 19. numer. 22.* Alia verò eſt temporalis,
ſeù perpetuò annexa, ſed reuocabilis, vt quia ſepa-
rari poteſt à Canonicatu, ipſo tamen firmo remanẽ-
22 te, vbi annexio eſt perpetua, & irreuocabilis exclu-
ditur optio, & talem optari nequit ſine interuentu
auctoritatis ſuperioris ius inſtituendi habentis, ex
doctrina *Hoſtien. in cap. quæſitum num. 3. de rerum permut. Cardin. conſ. 126. ſub num. 4. verſ. & ſecundum hoc intelligitur Lother. de re benefic. lib. 5. cap. 19. numer. 24.*
23 Sed quando præbenda eſt temporalis, vtpotè quia
eſt ſeparata à Canonicatu, & optatur abſque di-
miſſione prioris Canonicatus, & abſque noua pro-
uiſione *Mohed. dec. 1. de conſuetud. Puteus dec. 196. in corrept. lib. 2. Andrea dec. 99. Amat. Dunozet. dec.*
24 *497. num. 3. tom. 1.* Tunc licet annexio perpetuò co-
hæreat iuri ſpirituali canoniæ, quod colligitur ex
correſpectiuitate numeri *Abb. in cap. maioribus nu. 4. verſ. quandoque, & in cap. dilecto num. 6. de præben. Lother. de re benefic. lib. 1. qu. 19. num. 25.*
25 Tamen cum efficiatur reuocabilis propter ſepa-

rabi-

ſabilitatem à ſingulis Canonicatibus, ad effectum
optandi reputatur quid merè temporale, & bene ſe
compatitur cum iure optandi, vt pulchrè declarat
Cardin. conſ. 126. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. glo.* 34.
num 32. *& ſeq. Garz. de benefic. p.* 5. *cap.* 1. *nu.* 457.
& ſeq. Lother. de re benefic. lib. 1. *qu.* 19. *nu.* 25. 26.
& 27. *Amat. Dunozet. dec.* 497. *num.* 7. *&* 8. *tom.* 1.
cum alijs relatis per Beltram. in addit. ad Greg. XV.
dec. 478. *ſub num.* 6. & in puncto etiam præbendæ
dignitatis, docet *Monet. de option. cap.* 3. *qu.* 3. *num.*
47. *verſ. ſi vero ea domus*.

26 Etenim ſola illa deſtinatio, & adiectio præben-
darum ſingulis Canonicatibus licet probet conne-
xionem, non tamen probat annexionem perpetuã,
& irreuocabilem, & incompatibilem cum iure op-
tandi, vt egregiè admonet *Lother. de re benefic. lib.*
1. *qu.* 19. *num.* 28. *&* 29 *Pute. dec.* 196. *in nouis*
lib. 3. *& videtur ſenſiſſe Rot. dec.* 497. *num.* 5. *tom.*
1. *coram Amat. Dunozet.*

Nos autem verſati in hac ſecunda præbendarum
ſpecie facile ſuadetur, quia nec ex bulla erectionis
Collegiatæ, nec aliundè colligitur præbendas titu-
lo Archipresbyterali, & Canonicatibus ita anne-
xas, & incorporatas fuiſſe, vt ſint inſeparabiles, &
valeant excludere ius optandi à iure canonico per-
miſſum.

Nec releuat quod controuerſum prædium opta-
tum fuerit ſub conditione ſi de iure optari poſſit,
quæ nihil ponit in eſſe, quia non ſolum de iure ex
ſupra deductis huiuſmodi optio ſubſtinetur, verum
27 etiam quia omnes optiones fieri debent hac adie-
cta conditione, iuxta formulam optandi traditam
per *Viuian. de iurepatr. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 117.
& per Monet. de option. cap. 5. *qu.* 3. *ſub num.* 40.

Minuſque refert quod omnia alia bona præben-
dalia Archipresbyteratus non optentur, ac proin-
de nec optari debeat dictum prædium tamquam
eiuſdem naturæ, quia conſuetudo optandi in dicta
Collegiata introducta fuit tantum quo ad aliqua
membra præbendalia, quæ ſolum fuerunt poſita
28 in optionem, & ſi valet conſuetudo optandi præ-
bendas in totum, multo magis valere debet quo ad
29 partes tamquam minus læſiua, cum pars ſit eiuſ-
dem qualitatis, & naturæ, cuius eſt totum, & ſi mi-
liter eadem ratio in parte, quæ militat in toto, *l.*
Lucius vbi glo. ff. de fund. inſtruct. l. grege & l. ſeq.
cum ibi notat. ff. de legat. 1. *Gregor. XV. dec.* 535.
num. 21.

30 Eſt etiam in hac materia animaduertendum
vt extra propoſitum caſum, aliqua notabilia in
medium afferamus, quod optandi conſuetudo re-
gulariter introduci non poteſt in Eccleſijs, vbi ad-
eſt certus Canonicorum numerus, non tamen ex-
tat diſtinctio præbendarum, nam vbi non datur ma-
ioritas præbendarum optio intrare non poteſt, li-
cet ſecus ſit quo ad ſedem, locum, & ſimilia, *Mil.*
in repertor. in verbo conſuetudo optandi non poteſt in-
troduci in verſ. ſequen. vbi ponit plures diſtinctiones
Gonzal. ad reg. 8. *Cancel. glo.* 34. *nu.* 124.

31 Optio verò gradatim facienda eſt, ſcilicet in
euentum quod primus optare recuſet, alij tenentur
optare infra tempus 20. dierum, *glo. pen. in cap. fi.*
de conſuetud. in 6. *Staphil. de liter. grat. tit. de iur.*
& poteſt. clauſul. 5. *ſucceſſiue num.* 3. *Viuian. de iur.*
patronat. lib. 5. *cap.* 1. *num.* 113.

32 Et antiquior, qui poteſt optare dicitur, qui pri-
mus fuit in poſſeſſione, licet ſit in prouiſione poſte-
rior, cum ſatis ſit, quod exiſtat antiquior in ſer-
uitio Eccleſiæ, *glo. in cap. fi. in verbo antiquiores de*
conſuetud. in 6. *Viuian. de iurepatr. lib.* 5. *cap.* 1. *nu.*
111. *Gonzal. ad reg.* 8 *Cancell. glo.* 34 *num* 49.

33 Requiritur tamen in optione ſolemnitas, vt qui
optat admittatur per Capitulum, vel per eum, qui
præeſt Capitulo, tempore quo ille ſe admitti petit,
Aen. de Falcon. de reſeruat. benef. qu. 4. *prin. effect.*
5. *num.* 3. & vlterius requiritur apprehenſio poſſeſ-
ſionis, *Viuian. de iurepatr. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 117.

34 Fieri etiam poteſt optio per Canonicum, qui non
35 ſit in ſacris, qui licet non habeat vocem in Ca-
pitulo, vt in *Clement. vt ij, qui de ætat. & qualit.*
Concil. Trident. ſeſſ. 22. *de reform. cap* 4. Tamen
36 non priuatur iure optandi, ſi non obſtet conſuetu-
do, vel ſtatutum incontrarium, & ratio eſt, quia
actus optandi competit ex canonia, & præbenda,
& non ex voce Capituli, *glo. in Clement. vt ij, qui*
de ætat. & qualitat. vbi tradunt omnes Gonzal. ad
regul. 8. *Cancellar. glo.* 34. *num.* 128.

37 Non habet verò locum optio ad fauorem certæ
perſonæ, ſi adſint reſeruationes illam impedientes,
ſed in vacatione per obitum, adeò vt reſignatarius
38 ceſſante contraria conſuetudine, vel ſtatuto debeat
habere eandem præbendam, quam reſignans demi-
ſit, nam cum eadem præbenda confertur illi per
Papam, ita *Monet. de option. cap.* 3. *qu.* 3. *num.* 41.
Mandoſ. in addition. ad Lap. alleg. 88. *in verbo optio*
Gonzal. ad reg. 8. *Cancel. glo.* 34. *num.* 35. *&* 36.
Pariſ. de reſignat. benef. qu. 20. *num.* 3. *Rot. in Bo-*
nonien. optionis coram Rubeo penes Garz. de benefic.
p. 5. *cap.* 1. *§.* 10. *num.* 452. *& dec.* 644. *num.* 19.
tom. 1. *& dec.* 116. *num.* 3. *coram Card. Caualer. &*
dec. 282. *p.* 2. *coram Caputaquen.*

39 Nec habet locum optio in beneficijs reſeruatis,
quacunque reſeruatione ſiue generali ſiue ſpeciali,
Gonzal. ad reg. 8. *Cancellar. glo.* 34. *num.* 2. *Garz.*
de benefic. p. 5. *cap.* 1. *§.* 10. *num.* 452. *Monet. de*
option. p. 3. *qu.* 3. *num.* 41. *& ſeq. Gregor. XV. dec.*
478. *num.* 2. *Burat. dec.* 390. *num.* 7. *Amat. Duno-*
zet. dec. 97. *num.* 1. *& dec.* 616. *num.* 2.

40 Et præcipuè non habet locum beneficio vacante
in menſe reſeruato propter expreſſa verba regulę 8.
Cancellariæ, ita vt non ſuffragetur optanti, *Gon-*
zal. ad regul. 8. *Cancel. glo.* 34. *per tot. Garz. de be-*
nefic. p. 5. *cap.* 1. *num.* 450. *& ſeq. late Monet. de*
option. cap. 3. *qu.* 3. *num.* 12. *& ſeq. Greg. XV. dec.*
478. *nu.* 2. *Burat. dec.* 390. *ſub nu.* 6. *& ſeq. Amat.*
Dunozet. dec. 497. *num.* 1. *tom.* 1. *Rot. dec.* 142.
num. 3. *&* 4. *p.* 2. *recen. & in Thaurinen. prætenſæ*
optionis 11. *February* 1650. *§. cui reſolutioni coram*
Peutingerio.

41 Declara quod ſi domus Canonicalis, vel alia
membra temporalia ſint annexa perpetuò, & ſim-
pliciter præbendæ, ſeù Canonicatui, & tunc non
poſſunt optari ſi canonicatus vacat in menſe reſer-
uato, ſi verò non ſint annexa, ſed ſeparata, & Ca-
nonicus defunctus vti antiquior iure optionis ad
vitam ſuam illa poſſidebat, & tunc optari poſſunt,
cum non ſint de comprehenſis in prouiſione cano-
nicatus, *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. glo.* 34. *num.* 32.
& ſeq. Garz. de benef. p. 5. *cap.* 1. *num.* 457. *& ſeq.*
Monet. *de option. cap.* 3. *qu.* 3. *num.* 47. *Caputaquen.*
deſ. 281. *p.* 2. *Caualer. dec.* 116. *num.* 1. *& per tot.*
Amat. Dunozet. dec. 497. *num.* 2. *tom.* 1. *Beltram.*

in

in addit. ad Gregor. XV. dec. 478. ſub num. 5. & 6.
42 vai ſubdit hoc procedere ſiue coadiutoria, ſeu alia
prouiſio facta fuerit de omnibus iuribus, pertinen-
tijs, annexis, & connexis, cum hoc intelligatur
de membris connexis, & non ſeparari ſolitis, non
43 autem de membris optari ſolitis ratione anſianita-
tis, nam iſta membra ſeparata, & optari ſolita
non cadunt ſub reſeruatione, & affectione *Gonzal.
vt ſupra num. 34. Caualer. dicta deciſ. num. 2.* cum
alijs ſupra allegatis.

SVMMARIVM.

1 Laicus non poteſt acquirere ius ſuper decimarum exa-
ctione, & eas præſcribere non poteſt, & num. 4.
2 Prælati inferiores non poſſunt laicis concedere decimas
in feudum, emphyteuſim, & in alium titulum tempo-
rale.
3 Vbi lex alienationem, & acquiſitionem prohibet cen-
ſetur etiam prohibere præſcriptionem.
5 Decimæ infeudari non poſſunt abſque auctoritate Papę
laicis, ſecus ſi ex priuilegio Papæ poſſideant num. 10.
6 Laici iuſtè poſſident decimas ſibi conceſſas à Prælatis
inferioribus ante Concilium Lateranenſe, ſecus ſi nõ
adimpleant iniuncta onera, ſeu debitum obſequium
num. 7.
7 Declaratur textus in *cap. prohibemus de decim.*
8 Decimę ſiue ſint conceſſæ in feudum, ſiue in emphyteu-
ſim pari paſſu procedunt.
9 Valet argumentum de feudo ad emphyteuſim.
10 Decimæ poſſideri poſſunt à Laicis ex priuilegio Ponti-
ficis.
11 Decimæ in dubio cenſentur conceſſæ poſt Concilium
Lateranenſe laicis.
12 Decimæ ſi ob feudum finitum ad Eccleſiam reuertan-
tur, amplius infeudari non poſſunt.
13 Decimæ auctoritate Epiſcopi de Laico ad Laicum trāſ-
ferri non poſſunt nec ex lapſu temporis ſanatur n. 14.
15 Decimarum quota non præſcribitur niſi per immemo-
rabilem cum fama priuilegij ante Concilium Late-
ranenſe, & num. 16.
17 Et ſufficit etiam ſi oſtendatur titulus explicitus cum
quadragenaria.
18 Pariter exuberat ſi probetur immemorabilis, cum fama
priuilegij, licet non percutiatur tempus ante Conci-
lium Lateranenſe.
19 Non tamen ſufficeret quadragenaria cum patientia Epi-
ſcopi.
20 Sed ſi Eccleſia, vel perſona Eccleſiaſtica reperiatur in
poſſeſsione recipiendi decimas ſufficit ſola immemo-
rabilis.
21 Vel quadragenaria cum titulo.
22 Decimandi ius quando præſcribi poſſit contra Epiſco-
pum abſque immemorabili poſſeſſione; ſed ſolum
per annos quadraginta afferuntur plures caſus, &
declarantur, vt num. 23.
24 Decimarum perceptio per teſtes ſingulares probari po-
teſt, & num. 26.
25 Teſtes ſingulares admittuntur in probanda poſſeſſione.
27 Decimę obligatio non mutatur per mutationem ſemi-
nis, ſed debetur de quocunque fructu.
28 Immemorabilis probari debet cum ſuis requiſitis, &
quę ſint explicantur.
29 Teſtes deponentes ſuper immemorabili debent eſſe ætа-
tis 54. annorum, & deponere de viſu per 40. annos,
30 Teſtes deponentes ſuper immemorabili de viſu per 40.
annos citra non probant niſi adiecta copula, & citra.
31 Declara, vt non procedat ſi deponant per dictiones
ſemper, perpetuò, per totum dictum tempus, & per
verba æquipollentia.
32 Limit. vt non procedat de Stylo Hiſpaniæ.
33 Teſtes deponentes ſuper immemorabili, quod laicus
habeat priuilegium Apoſtolicum ſuper perceptione
decimarum qualiter ſufficiat, vt deponant.
34 Et an requiritur, vt deponant de aliquo certo priui-
legio Apoſtolico.

Laicus, an poſſit præſcribere ius exigendi decimas.

ANNOTATIO I.

1 LAicus non poteſt acquirere ius ſuper decimarũ
exactione, & decimas præſcribere non poteſt
tamquam ius ſpirituale, cuius laici ſunt incapa-
ces; vt ſtatuit *Concilium Lateranenſe relat. in cap.
prohibemus de decim. cap. cauſam quæ & ibi glo. de
2 præſcript.* ex præſcripto huiuſmodi Concilij ſimpli-
citer, & expreſsè prohibetur, nè decimę laicis con-
cedātur à Prælatis inferioribus in feudum, emphy-
teuſim, vel in alium titulum temporalem, & vbi lex
3 ſimpliciter alienationem, & acquiſitionem prohi-
bet, cenſetur etiam prohibere præſcriptionem iuxta
*textum in l. alienationes ff. de verbor. ſignificat. & late
tradit Gabr. in tit. de præſcript. conclu. 13.* hinc eſt,
4 quod laici ſunt incapaces iuris exigendi decimas,
cum ius reſiſtat etiam poſſeſſioni, ac proindè præ-
ſcribere nequeunt *Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap 92.
num. 9. & ſeq. & tradunt alij DD. plenè relati per
Gabr. in tit. de præſcript. conclu. 1. num. 16. & 17.
Menoch. lib. 6. præſumpt. 86. à num. 1. cum ſeq. An-
tonel. de tempore legal. lib. 2. cap 37. num. 6. & 7.*
5 Epiſcopus enim poſt Concilium Lateranenſe non
poteſt infeudare decimas abſque auctoritate Papę
*cap. prohibemus de decim. Iaſ. conſ. 19. num. 13. verſ.
vnde tranſactio lib. 3. Hoſtien. in ſumm. tit. de decim.
num. 3. verſ. tertio quæritur* Rebuf. *eod tract. qu. 13.
num. 73. Monet. eod. tract. cap. 5. num. 66. & 67. Co-
uar. lib. 1. var. reſol. cap. 17. num. 5. verſ. olim tamen*
Rot. *dec. 262. num. 3. p. 2. rec.*
6 Limit. 1. quod laici iuſtè poſſideant decimas ſibi
in feudum etiam perpetuò ante Concilium Late-
ranenſe conceſſas à Prælatis, & licet *textus in cap.
probibemus de decim.* quod ex eodem Concilio ſum-
7 ptum eſt inſinuare videatur laicos non ſine anima-
rum periculo decimas poſſidere, quas etiam ante
Concilium obtinuerunt, tamen procedit in obtentis
ſine legitimo infeudationis iure, vel vbi laici non
exhibeant Eccleſię debita obſequia, & ſeruitia, vel
iniunctum onus non adimpleant, & pacta non ſer-
uent, quæ ratione feudi exhibere, adimplere, & ſer-
uare tenentur, vt animaduertit *Couar. lib. 1. var.
reſol. cap. 17. num. 5. verſ. & dubio procul in fi. relat.
per Monet. de decim. cap. 5. num. 66. & ſeq. & nu. 68.
8 & ſeq.* ampliat, vt idem dicendum ſit de emphyteu-
ſi, per quam vtile dominium pariter transfertur, &
valet argumentum de feudo, ad emphyteuſim, vt
9 latè deducit *Clar. in §. feudum qu. 3. & Eucrard. in
loco à feudo ad emphyteuſim per totum.*
10 Limit. 2. quod ex priuilegio Summi Pontificis
etiam poſt Concilium Lateranenſe decimæ à laicis
poſſideri poſſunt *cap. à nobis de decim. vbi glo. in
verbo exemptus Gennen. de Eccleſ. qu. 34. num 3. &
4. Antonel. de tempore legal. lib. 2. cap. 37. num. 12. ſub
verſ. verum quia Rot. dec. 624. num. 12. p. 1. & dec.
193. num. 8. p. 2. in recen.*
11 Et in dubio decimæ laicis conceſſæ, cenſentur cõ-
ceſſæ poſt Concilium Lateranenſe *Rot. dec. 193. nu. 9.
p. 2. rec. ita poſt Io. And. Hoſtien. Archid. & Gemin.
refert. Bero. conſ. 21. nu. 14. lib. 1.*
12 Sed ſi decimæ ſemel ad Eccleſiam ob feudum fini-

tum

tum reuertantur, non poſſunt iterum in feudum
concedi, cum etiam hoc caſu obſtet diſpoſitio tex-
tus in cap. cum Apoſtolica de ijs, quæ fiunt à Prælat.
quo decimarum infeudatio in laicis omninò pro-
hibetur, ita Calder. conſ. 1. tit. de decim. Felin. in
cap. cauſam quæ num. 4. verſ. facit etiam ad hæc de
præſcript. Bero conſ. 21. num. 12. lib. 1. Couar. var.
reſol. lib. 1. cap. 17. num. 5. cum alijs per Menoch. lib.
6. præſumpt. 86. num. 3. Rot. dec. 93. num 9. in fi. p. 2.
recen.

13 Quinimò Epiſcopus non poteſt præſtare auctori-
tatem, vt decimę de Laico in Laicum transferantur
cap. prohibemus de decim. vbi communiter ſcribentes
Rebuſ. de decim. qu. 13. num. 79. Couar. lib. 1. var.
reſol. cap. 17. num. 5. Rot. dec. 93. num. 10. p. 2. re-
14 cen. adeo vt decimarum translatio in laicos non
ſanetur ex lapſu temporis, vt concludit Rot. citata
deciſ. num. 10. in fi.

15 Limit. 3. vt licet ad præſcribendum à laico deci-
mam, ſeù eius quotam non ſufficiat poſſeſſio, tuen-
dus tamen eſſet in ſua poſſeſſione ſi conſtaret de
præſcriptione temporis immemorabilis cum fama
priuilegij obtenti à Summo Pontifice, vel inferio-
ribus Prælatis ante Concilium Lateranenſe celebra-
tum de anno 1179. ſedente Alexandro III. adeò vt
16 ſine fama priuilegij non ſufficiat immemorabilis,
Abb. & Felin. in cap. cum ad Apoſtolicam de ijs, quæ
fiunt à Prælat. Bero conſ. 21. num. 14. 15. & 16. Pe-
trus de Vbald. de canonica Epiſcop. cap. 2. num. 14.
Rebuſ. de decim. qu. 13. num. 69. Menoch. lib. 6. præ-
ſumpt. 86. num. 4. & 5. Antonel. de tempore legal.
lib. 2. cap. 37. num. 9. 10. & 12. in fin. Guidobonus
dec. 61. & 62. Veral. deciſ. 376. p. 2. Creſcen. dec. 1.
de decim. Seraph. dec. 1102. num. 1. Rot. dec. 193.
num. 6. & 7. recen. vbi quod laicus debeat oſtende-
re validum priuilegium, vel immemorabilem cum
fama priuilegij, & dec. 262. ſub num. 3. ead. part.
2. dec. 715. num. 1. dec. 698. num. 2. p. 3. dec. 56.
num. 1. & 2. p. 5. tom. 1. & dec. 23. num. 1. p. 6.
17 recen. vbi num. 2. ampliat quod ſaltem requiratur
titulus explicitus cum quadragenaria, vt ſupra al-
legati pariter docent.

18 Sublim. quod etiam ſufficiat ſi probetur imme-
morabilis cum fama priuilegij, licet non percutia-
tur tempus ante Concilium Lateranenſe ad effectũ
manutenendi laicum in ſua poſſeſſione, & ratio eſt,
quia à tempore dicti Concilij elapſi ſint anni 400. &
vltra, difficile redditur hanc famam probari poſſe
ante præfatum Concilium, vt animaduertit Anto-
nel. de tempore legal. lib. 2. cap. 37. num. 12. verſ.
verum quia cum ſeq. hoc idem videtur voluiſſe Mo-
net. in tract. de decim. cap. 5. num. 74. ibi nec erit ne-
ceſſaria ſama quod habuerit tale priuilegium ante Cõ-
cilium, & verſ. puto tamen, quod ſaltem ex fama con-
ſtet laicos eas decimas titulo feudi poſſediſſe, ex Ripa
Couar. Arnulph. Ruzeus Intriliol. Maſcard. quos al-
legat Capel. Tholoſ. dec. 440. num. 2. in addit.

19 Non tamen ſufficeret quadragennaria cum pa-
tientia Epiſcopi, ſed vt demonſtrauimus requiri-
tur immemorabilis cum fama priuilegij, DD. in
cap. cum Eccleſia de cauſ. poſſeſſ. & proprietat. Io.
Andrea, & alij ſcribentes in cap. cum Apoſtolica de
ijs, quę fiunt à Prælat. Felin. in cap. cauſam num. 3.
de præſcript. & in cap. cum contingat num. 4. verſ. ſi
tamen de foro competen. Rebuſ. de decim. qu. 13. nu.
69. & ſeq. Rot. dec. 262. num. 2. & 3. verſ. nec ſuffi-
ceret quadragenaria p. 2. recen.

20 Limit. 4. quod ſi non laicus, ſed perſona Eccle-
ſiaſtica reperiatur in poſſeſſione recipiendi decimas,
vel aliqua Eccleſia in eadem poſſeſſione exiſtat ſuf-
ficeret ſola immemorabilis præſcriptio, quia in eo
qui poteſt decimas poſſidere, & non eſt ita incapax
prò vt eſt laicus, huiuſmodi exactionis, tanti tem-
poris poſſeſſio facit præſumi priuilegium, ad tex-
tum in cap. 1. de pręſcript. in 6. DD in cap. fi. & in
ſpecie Roch. num. 293. de conſuetud. Rebuſ. de decim.
qu. 13. num. 82. Antonell. de tempore legal. lib. 2. c.
37. num. 14. Creſcen. dec. 1. de decim. Cauale. dec.
258. num. 3. Rot. dec. 262. num. 1. verſ. & propte-
21 rea p. 2. vbi quod aut doceri debet de quadrage-
naria cum titulo recen. & deciſ. 715. num. 1. p. 3.
recen.

22 Declara ſupradictas concluſiones, quod quando
quis habet de iure fundatam intentionem ſuper ali-
quo, puta ſuper ius exigendi decimas, ſi poteſt il-
lud concedere, aut alienare, & tunc non requiri-
tur immemorabilis, aut quadragenaria cum titulo,
ad hoc vt contra ipſum præſcribatur, ſed ſufficit
quadragenaria, nam ſcientia, & patientia illius,
qui poteſt concedere, aut alienare inferuit prò ti-
tulo, ſecus autem ſi ille, qui habet de iure inten-
tionem fundatam non poteſt concedere, vel aliena-
re, nam hoc caſu ſi agatur contra laicum, cui poſt
Concilium Lateranenſe non poteſt Epiſcopus in-
feudare decimas abſque auctoritate Summi Ponti-
ficis non ſufficit quadragenaria, cum patientia
Epiſcopi, ſed requiritur immemorabilis, cum fa-
ma priuilegij ad hoc vt contra ipſum præſcribatur
ius decimandi, vt pulchrè dixit Rot. dec. 262. nu.
2. & 3. p. 2. recen. & comprobant Card. in cap. cum
Eccleſia §. verum quam de cauſ. poſſeſſ. & propriet.
in verſ. oppono ad hoc & ibidem Ripa num. 25. verſ.
decima ſolutio Abb. num. 46. Felin. in cap. ſi diligenti
de præſcript. num. 7. circa fi.

23 Quod ſi forte agatur inter Epiſcopum, & aliam
Eccleſiam, & hoc caſu, ſi Epiſcopus poſſediſſet iam
decimas non ſufficeret quadragenaria cum ſcientia
& patientia Epiſcopi, cum in alienatione rerum
Eccleſiæ requiratur cauſa euidentis vtilitatis, &
aliæ certæ ſolemnitates, vt ſubdunt DD. in cap.
cum Eccleſia de cauſ. poſſeſſ. & propriet. ſed requi-
ritur immemorabilis, aut quadragenaria cum titu-
lo, ſed ſi Epiſcopus nunquam poſſederit iſtas deci-
mas, puta ſi ſint in nullius Parochia, cum tunc nõ
agatur de iure quæſito amittendo, ſed de iure non
quæſito, & hoc caſu ſufficit quadragenaria cum
ſcientia, & patientia Epiſcopi citati DD. in cap.
cum Eccleſia ita Rot. dec. 262. num. 4. p. 2. recen.

24 Decimarum vero perceptio per teſtes ſingulares
probari poteſt, vt ſi vnus dicat ſe vidiſſe Eccleſiam
recipere vno anno decimam de fabis illius campi,
alius de frumento eiuſdem campi alio anno Gemin.
conſ. 117. num. 3. Specul. in tit. de inquiſit. §. 1. nu.
18. Andre. Gail. pract. obſer. lib. 2. obſer. 66. num.
12. Brunor. à ſole in compend. reſol. propoſ. iur. verſ.
decimas percipiendi Gabr. commun. concluſ. lib. 1. in
tit. de teſtib. concluſ. 2. nu. 33. vbi de communi Mo-
net. de decim. cap. 5. num. 79. cum alijs allegatis per
Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 484. nu. 1. & ra-
25 tio eſt, tum quia in poſſeſſione probanda teſtes
ſingulares admittuntur, vt late probat idem Gabr.
26 dicta concl. 2. num. 32. tum quia ſpeciale eſt in
deci-

Digitized by Google

decimis, quod tempus, & locus non ſit de ſubſtantia actus, ac proinde non refert ſi vnus deponat de vno tempore, & alius de alio, vt affirmauerunt, *DD. relati per Maſcard. citata concluſ. 484. num. 2. Munet. de decim. cap. 5. num. 80. & 81.*

27 Decimandi enim ius Rectori, & Epiſcopo competens cum reale, & vniuerſale ſit, immutatio ſeminis immutare non valet obligationem prædij decimalis in fructibus ſubrogatis, propterea ſi prædium vno anno reddat frumentum decima de frumento debetur, & ſi alio anno reddat ordeum, vel aliam fructuum ſpeciem, vtique de illa alia ſpecie decima præſtanda eſt, *cap. cum in ſua de decim. vbi Ancharan. Anan. Abb. & alij ſcribentes Felin. in cap. auditis de præſcript. Conar. lib. 1. var. reſol. cap. 37. num. 5. Rebuf. de decim. qu. 14. num. 18. Silu. de benefic. p. 2. qu. 7. num. 78. Abb. conſ. 71. verſ. 2. principaliter lib. 2. Pariſ. conſ. 73. num. 19. lib. 4. Bologn. conſ. 29. num. 13. & ſeq. Ruin. conſ. 142. num. 8. lib. 3. Cephal. conſ. 418. num. 13. Seraphin. dec. 1203. num. 1. Amat. Dunozet. dec. 135. nu. 10. tom. 1. Rot. dec. 667. nu. 8. p. 4. tom. 1. recen.*

28 Immemorabilis tamen poſſeſſio, ſeù præſcriptio probari debet per teſtes deponentes ſe vidiſſe ſemper ita fieri, & nunquam vidiſſe contrarium, & à ſenioribus, & maioribus audiuiſſe id ita factum fuiſſe, & nunquam audiuiſſe contrarium actum eſſe, & huiuſce rei publicam famam eſſe, & opinionem apud eos, qui rei cognitionem habent, iuxta requiſita per *gloſ. quam ibi communiter DD. ſequuntur in cap. 1. de præſcript. in 6. in verbo memoria Speculat. in tit. de probat. verſ. vltimo quæritur, Gabr. in tit. de præſcript. conclu. 1. num. 74.* & in puncto decimarum tradit Rebuf. *qu. 13. num. 94. & ſeq. in tit. de decim.* Monet. *eod. tract. cap. 5. num. 76.* Burat. *deciſ. 163. num. 8. Adden. ad eundem Burat. dec. 673. num. 9. Seraphin. dec. 1102. nu. 2. dec. 1450. num. 2. p. 2. Rot. dec. 101. num. 6. p. 4. tom. 1. recen.*

29 Vlterius teſtes debent deponere de viſu per quadraginta annos, & propterea debent eſſe ætatis annorum ſaltem 54. vt docent *Lap. Gem. & Franc. in cap. 1. de præſcript. in 6. Gabriel. in tit. de præſcript. conclu. 2. num. 87. & in puncto decimarum* Rebuf. *in tract. de decim. qu. 13. nu. 99. Monet. eod. tract. cap. 5. num. 77. Caputaq. dec. 290. p. 3. Rot. dec. 76. nu. 3. dec. 250. num. 1. p. 1. recen. dec. 101. nu. 7. p. 4. tom. 2. recen. & coram Amat. Dunozet. deciſ. 775. num. 2. tom. 2.*

30 Et dicti teſtes deponentes de viſu per quadraginta annos cum dictione tantum *citra*, & vlterius non adiecta copula, *& citra* neque probant, cum non videantur concludere per totum tempus, etenim dictio citra ſine copula, vel dictiones vltra, citra, non faciunt, vt comprehendatur totum tempus continuum quadraginta annorum, & ideo verificari poſſunt in minori tempore *Bart. in l. Celſus ff. de vſucap. Balb. de præſcript. in vltim. p. nu. 14. Seraph. dec. 1102. num. 3. Rot. dec. 56. num. 11. p. 7. recen.*

31 Declara vt hoc non procedat ſi teſtes deponant per dictiones ſemper, perpetuo, & per totum dictũ tempus, nam tunc ſatis probant per totum tempus quadraginta annorum, nam in hac materia etiam ſufficiunt verba æquipollentia, *Cenedus in ſuis ſingularibus in verbo perpetuo Seraphin. dec. 798. num. Rot. dec. 445. num. 3. & 12. & dec. 702. num. 4. p. 1. & dec. 56. num. 12. p. 7. recen. vbi num. 13. ſub-*

32 dit quod hoc præſertim procedat in teſtibus examinatis in Hiſpania, de cuius ſtylo teſtes non ſolent deponere cum copula *&* quamuis deponant per tẽpus continuum ex *Molin. de primogenit. Hiſpaniar. lib. 2. cap. 6. num. 39. ad ſi. Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 100. num. 9. Rot. dec. 702. num. 4. ad med. verſ. & licet p. 1. in recen.*

33 Teſtes demum deponentes ſuper fama priuilegij ſi non deponant de immemorabili, ſuffragantur tamen eorum depoſitiones ſi deponant de fama diuturna, quæ ad hunc effectum æquiualere cenſetur, *Felin. in cap. cauſa nu. 3. de præſcript. Mareſcot var. reſol. lib. 1. cap. 17. num. 1. & ſeq.* vbi contrarijs reſpondet, *Rot. dec. 702. num. 2. p. 1. & dec. 56. num. 14. p. 7. recen.*

34 Et ad hunc effectum non eſt neceſſe, vt deponant de certo priuilegio Apoſtolico, ſed ſufficit ſi atteſtentur de priuilegio Apoſtolico in genere vt admiſit *Rot. dec. 702. num. 3. p. 1. recen.* in qua approbauit teſtes dicentes eſſe famam, quod laicus habebat Bullas Apoſtolicas, quam ſecuta fuit *Rot. in dec. 56. num. 15. p. 7. recen.*

PRAENESTINA DECIMARVM.

ARGVMENTVM.

Decimæ debentur ei, ad quem ſpectat animarum cura, adeo vt Parochus habeat aſſiſtentiam iuris pro exactione decimarum, Epiſcopus verò habet de iure intentionem fundatam ſuper quarta decimarum, quæ de manu Parochi recipere debet, iure tamen proprio exigere poteſt, ſi non ſpectent ad aliquam Parochiam, vel inter eos reperiatur facta diuiſio, vel Parochus non ſit in cauſa, vel exigere negligat.

Decimæ debentur de omnibus fructibus, ſed in hoc attendenda eſt conſuetudo, quæ cum quibus requiſitis probanda ſit, & quanto tempore præſcribatur, & an ſuper ea teſtes de vniuerſitate admittantur ad teſtificandum diſertè exornatur.

SVMMARIVM.

1 Decimæ ad quam rationem, & de quibus fructibus ſolui debeant attendenda eſt conſuetudo.
2 Decimarum quota conſuetudine minui poteſt.
3 Decima vt in totum præſcribatur requiritur quadragenaria cum tituli probatione, vel temporis immemorabilis cum fama priuilegij.
4 Ad effectum tamen minuendæ decimæ ſufficit quadragenaria. Contrarium num. 24.
5 Nec requiritur hoc 2. caſu titulus, neque approbari debet à Summo Pontifice, num. 7.
6 Conſuetudo concernit ius vniuerſale, & præſcriptio ius particulare.
8 Teſtes de vniuerſitate admittuntur ad iuſtificandam conſuetudinem ſoluendæ decimæ, Contrarium nu. 26.
9 Decimæ debentur ei ad quem ſpectat cura animarum.
10 Parochus habet aſſiſtentiam iuris prò exactione decimarum.

11 Epi-

11 Epiſcopus de iure communi habet intentionem fundatam ſuper quarta decimali.
12 Quæ quarta debet recipere de manu Parochi, vel ab Eccleſijs participantibus.
13 Ius exigendi decimas eſt vniuerſale, & ſequitur quemcumque poſſeſſorem.
14 Ad decimarum ſolutionem omnes tenentur.
15 Illatio ex particularibus non fit.
16 Decimæ integræ debentur de omnibus fructibus.
17 Debentur de arboribus, & de nemorum debuſcatione, & de Cæſis.
18 Epiſcopus ſuper decimis etiã iure proprio agere poteſt.
19 Quarum ius à ſe non abdicauit per aſſignationem Parochiarum.
20 Et habet de iure communi fundatam intentionem in prædijs, ex quibus percipiuntur, ſi ſint nullius Parochiæ.
21 Vel quando detegitur quod fuerit facta diuiſio, quo caſu iure proprio agere poteſt,
22 Prò vt etiam quando Rector non eſt in cauſa, vel decimas exigere negligat.
23 Conſuetudo ſoluendi decimas eſt probanda cum ſuis requiſitis, & in ſpecie.
24 Et non habet locum niſi probetur quod fuerit actum ad integram decimam, & denegata fuerit à debente ſoluere, cum acquieſcentia illam recipere debentis.
27 Teſtes de vniuerſitate in ijs, quæ ſingulorum commodum, & vtilitatem reſpiciunt non admittuntur.
28 In ijs verò, quę reſpiciunt commodum, & vtilitatem vniuerſitatis vniuerſaliter admittuntur.
29 Teſtis idoneus quis eſſe non poteſt in ſua cauſa principali.
30 Nec in cauſa, in qua commodum in conſequentiam ſẽtire poteſt.
31 Conſuetudo ſoluendi decimam puta in minori quantitate non ſuffragatur ſi Eccleſia, vel Rector indigeat.
32 Decimæ deſeruiunt pro dote, & defectu redditũum Eccleſiaſticorum.
33 Verba ſunt accipienda in ſuo proprio ſignificatu.
34 Et intelligi iuxta naturam materiæ ſubiectæ.

DECISIO XXXIV.

Eccleſia Cathedralis Prænestina licet habitu habeat curam animarum, & exercitium per particularem Canonicum nullas tamen exigit decimas, ſed tantum menſa Epiſcopalis recipit non ex vniuerſo agro, ſed ex aliquibus particularibus prædijs intra Territorij limites, ex quibus inſtantibus exactoribus eiuſdem menſæ prò quota decimæ ex omnibus fructibus excipiebatur per vniuerſitatem, ſeù per prædiorum poſſeſſores de contraria conſuetudine hactenus obſeruata de ſoluenda decima in certa fructuum ſpecie, ſcilicet frumenti, muſti, fęni, & ſimilium ſegetum, & non ex alijs fructibus, & ſignanter ex inciſione arborum, & deboſcatione, ſeu cutratura Cęſarum, hinc aſſumpta diſputatione, an menſæ Epiſcopali obſtet huiuſmodi conſuetudo, fundamenta, quæ prò vtraque parte militare videbantur Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. DD. meo Card. Cibo Epiſcopo Prænestino, dum eius Vicarij Generalis munus gerebam referre curaui.

Ad fauorem igitur Vniuerſitatis afferebatur receptiſſimum illud axioma, quod decimæ ad quam rationem, & de quibus fructibus ſolui debeant, attendenda ſit conſuetudo, vt colligitur in *cap. in aliquibus §. vltimo cap. commiſſum cap. cum ſint homines, cap. dilectis, cap. ad Apoſtolicæ de decim. cap. poſſeſſiones §. illud 16. qu. 1. Petrus de Vbald. de quarta canonic. cap. 2. num. 1. Rebuf. de decim. qu. 13. num. 46. 58. & ſeq. Monet. eod. tract. cap. 5. nu. 87. Card. Seraph. dec. 1204. nu. 2. Rot. dec. 469. nu. 2. p. 1. & dec. 333. num. 4. p. 5. tom. 1. recen.*

2 Siquidem decimarum quota minui poteſt conſuetudine, aut præſcriptione ſecundum veriorem, ſiue quia huiuſmodi præſtatio ſit ſolum de iure humano, vt tenent Theologi, ſiuè quia ius diuinum, aut naturale, conſuetudine limitari, & quodammodo minui poteſt ſecundum Canoniſtas, ita *ex glo. Viuian. & Abb. tradit Monet. de decim. cap. 5. num. 87. & 89.*

3 Quæ conſuetudo licet debeat eſſe legitimè præſcripta, tamen cum non agatur de præſcriptione exemptionis decimæ in totum, quo caſu non ſuffragatur, niſi ſit quadraginta annorum, cum tituli probatione, vel temporis immemorabilis cum fama priuilegij, *ad text. in cap. 1. de præſcript. in 6. & de magis communi teſtatur Abb. & Innoc. in cap. cum Apoſtolica de ijs, quæ fiunt à Prælat. Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 17. col. 21. in prin. verſ hic igitur ſit num. 10. Balb. de præſcript. 1. par. 5. prin. qu. 7. num. 11. & 21. Gabr. in tit. de præſcript. conclu. 1. num. 16. & 18. Monet. de decim. cap. 5. num. 112. verſ. quarta concluſio Rebuf. eod. tract. qu. 13. num. 69. & 81.* vbi quod ita debet intelligi textus *in cap. ad aures de præſcript. Gratian diſcept. forenſ. cap. 595. num. 16. tom. 3. Antonel. de temp legal. lib. 2. cap. 37. num. 11. Rot. dec. 474. num. 3. p. 1. & dec. 23. num. 1. & 2. p. 6. recen.*

4 Ad effectum tamen minuendæ decimæ ſufficit quadragenaria poſſeſſio *ad notata in cap. aliquibus de decim. facit text. in cap. fi. de conſuet. vbi glo. & DD. & in ſpecie Pariſ. conſ. 25. num. 6. & 27. Couar. lib. 1. var. reſol cap. 17. verſ. ijs omnibus animaduerſis Balb. de præſcript. 1. par. 5. par. prin. qu. 7. Monet. de decim. cap. 5. num. 103. Card. Seraph. dec. 1102. num. 7.*

5 Quinimmò quod nec requiratur titulus ad hanc
conſuetudinem inducendam, quamuis ei aduerſetur iuris communis præſumptio tradit *Couar. lib. 1.
var. reſol. cap. 17. ſub num. 8. Monet. de decim. cap.
4. num. 104.* vbi ſubdit quod textus, qui videtur
6 contrarius in *cap. 1. de præſcript. in 6.* procedat in
præſcriptione, quæ concernit ius particulare, non
autem in conſuetudine, quæ reſpicit ius vniuerſale.

7 Et quod neque approbari debeat à Summo Pontifice comprobat *Monet. de decim. cap. 5. ſub nu 87.* vbi reprobat *glo. Innoc. in cap. in reliquis de decim. Tyndar. in tract. eod. tit. num. 35. & 36. & Rebuf. eod. tract. qu. 13. num. 46. & ſeq.* contrarium tenentes.

Docebatur de huiuſmodi conſuetudine extraiu-
dicialiter ex fide, & atteſtationibus plurimorum
8 teſtium, ad quam iuſtificandam, quod illi de vni-
uerſitate admittantur, affirmauerunt *Felin. in cap. inſuper in fi. extra de teſtib. Franc. Curt. tract. eod. tit. conclu. 4. num. 14. ad fi. Maſcard. de probat. lib. 3. conclu. 1364. num. 60. cum alijs relatis per Farinac. in tract. de teſtib. qu. 60. num. 494.*

Addebatur vlterius, quod ſicut Eccleſia Cathe-
dralis, quę habet curam animarum nullas exigit
decimas, multo minus exigere debeat Epiſcopus
9 cum decimæ debeantur ei, ad quem ſpectat anima-
rum cura, ita quod Parochus habeat aſſiſtentiam
10 iuris pro exactione decimarum intra limites ſuæ
Parochiæ, *cap. cum contingat cap. quoniam nobis de
decim. cap. ſtatuimus 26. qu. 1. Rebuf. de decim. qu. 7.*

Digitized by Google

num. 4. Tondut. quaſt. beneficial. cap. 104. num. 1. & 3. Gregor. XV. dec. 174. num. 3. vbi Adden. num. 8. dec. 449. num. 1. & dec. 519. num. 3. Seraph. deciſ. 802. num. 2. Amat. Dunozet. dec. 61. num. 13. dec. 135. num. 6. dec. 959. num. 4. dec. 969. num. 9. Rot. dec. 207. num. 2. & 3. p. 2. dec. 655. num. 1. in fi. p. 3. dec. 170. num. 17. p. 4. tom. 1. & dec. 168. nu. 2. eod. p. 4. tom. 1. recen.

11 Epiſcopus verò de iure communi habet intentionem fundatam ſuper quarta tantum decimali, non ſuper decimis cap. conquerente de offic. Ordinar. cap. de quarta de praeſumpt. cap. cum olim de cenſib. cap. quoniam ibi parte retenta cap. dudum, ibi intentione tua de decim. cap. vnico 10. qu. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 6. num. 87. & 88. Rebuf. de decim. qu. 7. num. 11. Gregor. XV. dec. 519. num. 1. ibique Adden. num. 4. Seraphin. dec. 1204. num. 2. & dec. 1449. num. 4. Caualer. dec. 648. num. 1. & 2. Andr. dec. 9. nu. 10. & 11. Amat. Dunozet. dec. 842. num. 1. tom. 2. Rot. dec. 31. num 5. p. 2. diuerſ. dec. 402. num. 1. p. 2 dec. 270. num. 2. p. 3. dec. 170. num. 15. p. 4. tom. 2. dec. 64. num. 1. p. 5. recen.

12 Nec dictam quartam immediatè exigere poteſt à laicis, ſed de manu Parochi, vel ab Eccleſijs participantibus decimas, vt probatur in cap. conquerente de offic. Ordinar. vbi Pontifex poſt quam mentionem fecit de quarta decimarum, & alijs iuribus Epiſcopo ab Eccleſijs debitis ſubiungit, Tu autem ijs iuribus in praefatis Eccleſijs contentus exiſtens non amplius ab eis exigas Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloſ. 6. num 83. cum plurib. ſeq. Greg. XV. dec. 519. num. 2. & 3. vbi Adden. num. 4 in fi. Seraphin. dec. 1449. num. 5. & 6. Rot. dec. 170. num 16. & 17. p. 4. tom. 2. & dec. 64. num. 2. & 3. p. 5. tom. 1. recen.

Hinc deducitur, quod quemadmodum Eccleſia Cathedralis habet proprias praebendas, & dotes conſtitutas loco decimarum, ita pariter praeſumi debet, quod bona, ex quibus Epiſcopus recipit decimas ſint patrimonialia, & dotalia eiuſdem menſae, & alijs conceſſa ſub annua reſponſione, ſub nomine decimae, ac proinde quod non ſint vere decimae, vt earum naturam ſortiantur, alias totum territorium decimarum onus ferre deberet, cum alia ratio aſſignari nequeat inter praedia libera, & alia dicto oneri ſubiecta, dum in hoc eſſet ſeruanda aequalitas, cum aequitati repugnet, vt vnus ſit
13 melioris, & alter deterioris conditionis, attenta praecipuè diſpoſitione iuris communis, cuius vigore ius exigendi decimas eſt vniuerſale, & ſequitur quemcumque poſſeſſorem, ſiue iuſtum, ſiue iniuſtum, cap. de terris de decim. cap quanto de vſur. cap. ſi vero de ſenten. excommunicat. Monet. de decim cap. 4. num 40. & 41.

14 Regulariter enim vbi ſolui debent, omnes tenentur ad huiuſmodi ſolutionem textus eſt in cap. decima qu. 1. cap. tua il 2. ſeù tua nobis de decim cap. à nobis eod. tit. vbi glo. & DD. tradunt Rebuf. eod. tit. qu. 5 num 1. & 2. Hiſpan. reg. 10. qu 11. nu. 1. Monet. in tract. de decim. cap. 5. num 1. vndè ex particularium ſolutione non debet reſultare ius vniuerſale decimatorium ad fauorem menſae Epiſcopalis, cum praerogatiua, vt decima praeſtanda
15 ſit ex omnibus fructibus, cum ex particularibus non fiat illatio iuribus vulgaribus.

Quo verò ad bonum ius menſae Epiſcopalis va-
16 de vrgere videbatur alia indubitata iuris concluſio, quod decimae integrè debentur de omnibus fructibus & de omni re fructum reddente quando ſunt praediales, cap. commiſſum, cap. peruenit, cap. ex transmiſſa cap. non eſt cap. tua nobis cap. nuncios de decim. cap. 1. §. has vero decimas 16. qu. 17. Rebuf. de decim. qu. 8. num. 1. Monet. eod. tract. cap 6. num. 48. Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 3. cap. 20. num. 8. & 9. & de offic. Paroch. cap. 28. nu. 1. cum plurib. ſeq. Amat. Dunozet. dec. 135. num. 9. & dec. 647. num. 15. tom. 1. Rot. dec. 474. num. 2. p. 1. dec. 469. nu. 1. dec. 540. num. 4. dec. 541. num. 1. p. 2. & deciſ. 180. num. 17. p. 7. recen.

17 Et in ſpecie quod debeantur etiam de arboribus caeduis, & Nemorum debuſcatione, & ſic de caeſis, vbi ligna creuerunt, docent DD. in cap. peruenit de decimis Rebuf. eod. tract. qu. 8. num. 26. Anderter Hiſpan. regul. 10. num. 1. Monet. de decim. cap. 4. num. 13.

18 Super quibus etiam Epiſcopus iure proprio agere poteſt, nam ante Parochiarum diuiſionem omnes decimae erant ſub eius manu, & poteſtate, nec ad alium earum diſtributio pertinebat, can. 1. §. has vero decimas qu. 7. Pute. dec. 361. lib. 1. aſſignatis
19 deinde Parochijs non propterea hoc ius à ſe abdicauit, ſed dominium ſemper retinuit, vt late exemplificat Lother. de re benefic. lib. 1. qu. 20. à nu. 77. cum plurib. ſeq.

20 Habet propterea Epiſcopus ſuper decimis intentionem fundatam de iure communi in praedijs, ex quibus percipiuntur, ſi non ſpectant ad aliam Parochiam, ſeu Rectorem, vel ſint nullius Parochiae vt in praeſenti, iuxta conſtitutionem Alexandri III. relat. in cap. quoniam in 2. dicto de decim. vbi Hoſtien. num. 1. & 2. Butr. num 2. Ancar. nu. 4. Abb. num. 2. Boic. nu. 1. ita etiam ſtatuit Clemens III. in cap. dudum vbi glo. in figuratione cuſus, & in verbo de iure communi verſ. verius puto Ancar. num. 1. in fi. Butr. num. 2. Card. num. 1. eod. tit. Rot. dec. 262. num. 1. p. 2. recen.

Neque praedictis videbatur obeſſe, quod Eccleſia Cathedralis non exigat decimas, licet habeat curam animarum, quia cum nulla adſit bonorum communio inter praefatam Eccleſiam, ſeù Capitulum, & Epiſcopum, & ſeparatim procedant, ius vnius
21 non excludit ius alterius, & quando decegitur, quod inter eos facta fuerit diuiſio, non prohibetur Epiſcopus prò decimis, & ſua canonica portione proprio iure agere Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glo. 6. num. 88. vbi ita dixiſſe Rot coram Gypſio, & alios allegat. quos ſecuta fuit. Rot. dec. 64. num 14. p. 5. tom. 1. recen.

22 Pro vt etiam agere poteſt quando Cathedralis, vel Rector non ſunt in cauſa, vel nullum ius habeant, & ſi haberent decimas exigere negligerent, Io. Andr. in cap. quoniam num. 3. de decim. Rebuf. eod. tit. qu. 7. num. 12. Rot. in recen. dec. 270. num. 6. p. 3. vbi num. 8. ſubdit quod per hanc diſtinctionem conueniunt dec. coram Pompbilio, & Iuſto in recen. dec. 442. dec. 485. & dec. 520. p. 1.

23 Conſuetudo autem, quae in contrarium opponebatur releuare non poſſe animaduertebam, quia eſſet probanda cum ſuis requiſitis neceſſarijs, & in ſpecie, ac in indiuiduo, Rot in Calagurritana decimarum Sancti Aſcenſij, & Dauatillo 17. April. 1654. §. nec allegatam coram Zarate.

24 Et

24 Et quidem etiam per tempus immemorabile, adeo vt nec ſufficiat quadragenaria, quamuis non agatur de præſcriptione decimæ in totum, ſed de minori quantitate, vel ſolum, quod ex aliquibus tantum fructibus præſtetur, iuxta aliorum DD. ſententiam, quam profitentur *Soc. conſ. 297. vol. 2. fulgoſ. conſ. 166. Rebuf. de decim. qu. 13. num. 53. in fin.*

25 Et turſus conſtare deberet, quod actum fuerit ad integram decimam de alijs fructibus, & denegata fuerit exactio, & Epiſcopus acquieuerit alias contra Succeſſorem, vel Eccleſiam nulla præſcriptio, aut conſuetudo præiudicare poteſt, *Alex. conſ. 136. num. 19. & 20. lib. 2. Poſt. de manuteuſ. obſer. 58. num. 13. & 14. & obſer. 100. num. 100. & ſeq. Antonel. de tempore legal. lib. 2. cap. 37. num. 12. Seraph. dec. 1102. num. 8. verſ. maximè non dolo, Amat. Dunozet. dec. 135. num. 15. tom. 1. & deciſ. 964. num. 7. tom. 2. Rot. dec. 469. num. 2. p. 1. dec. 23. num. 4. & 5 p. 6. recen. & late in Hiſpalen. decimarum 26. Iunij 1647. coram Card. Corrado.*

25 Adhuc etiam reſpondebatur; quod teſtibus fidem facientibus, ſeù deponentibus ſuper hac negatiua ſolutionis decimarum, cum ſint vel Patroni bonorum, vel Ciues, & Incolę Ciuitatis, vbi ſolui debent ratione affectionis, & intereſſe non eſt credendum, vt comprobant alij *DD. relati per Thomat. dec. Maceraten. 184. num. 9. verſ. quibus non aduerſatur Rot. in Barbaſtren. decimarum 5. Maij 1666. §. quibus etiam coram R. P. D. Taia.*

27 Et cum verſemur in ijs, quæ ſingulorum commodum, & vtilitatem reſpiciunt, prò vt eſt huiuſmodi decimarum ſolutio, quæ à particularibus fieri debet, & prædia huic oneri affecta, vel titulo emptionis, vel donationis, vel ſucceſſionis cum in particularium dominium deuenire poſſint, & vnuſquiſque habeat ſpem acquiſitionis, & ſic affectionem, vt eadem bona minori oneri ſubiaceant, veritas eſt, quod teſtes de vniuerſitate non admit-
28 tantur, licet ſecus ſit in ijs, quæ reſpiciunt commodum, & publicam vtilitatem, vt comprobant DD. pleno calamo relati per *Farinac. in tract. de teſtib. qu. 60. num. 495. & 496. Menoch. de arbit. lib. 2. caſ. 106. num 13. & ſeq. Maſcard. de probat. lib. 3. conclu. 1422. num. 16. Beniten. dec. Bononien. 70. num 7. Oſaſch. dec. Pedemont. 99. nu. 39. Afflict. dec. 400. num. 5. verſ. & illud negocium vbi Vrſil. in addit. Burat dec. 314. num. 5. dec. 553. num. 1. Gregor. XV. dec. 340. num. 1. & 8. vbi Adden. 14. Canaler. dec. 140. num. 3. & dec. 343. nu. 2. Amat. Dunozet. dec. 78. num. 2. Rot. dec. 290. num. 13. p. 5. tom. 1 & dec. 258. num. 16. p. 7. recen.*

29 Et ratio eſt, quia quemadmodum idoneus teſtis quis eſſe nequit in ſua cauſa principali *l. in omnibus C. de teſtib.* ita in alia cauſa, in qua in conſequen-
30 tiam commodum ſentire poteſt, vt hic *Menoch. de arbit. caſ. 106. num. 13. circa fi. verſ. ratio illa, & num ſeq.*

31 Demum ex ſuperabundanti tollere difficultatem hoc vnum poſſe animaduertebam, quod menſa Epiſcopalis non habet congruam à *Sacro Concil. Tridentino ſtatutam ſeſſ. 24. de reform. cap. 13.* cum eius redditus non aſcendant ad ſummam ſcutorum quingentorum, ac proinde cum indigeat non obſtante dicta conſuetudine in contrarium, licet plenè probaretur, non excuſantur Ciues, ac bonorum poſſeſſores à decimarum præſtatione ex omnibus fructibus, ita ex *Angelo in ſumma in verbo decima §. 5. circa fi. & ex Balb. de præſcript. in 1. p. 5. prin. qu. 7. num. 6. & 10. ratiocinatur Antonel. de tempore legal. lib. 2. cap. 37. nu. 20. verſ. obſerua 6.*

32 Decimæ enim deſeruiunt pro dote, & ſic prò congrua neceſſaria debita Epiſcopo, & Eccleſiarum Rectoribus defectu reddituum Eccleſiaſticorum, vt qui altari ſeruiunt, de Altare viuere debeant, *Rot. dec. 448. num. 2. p. 1. dec. 604. ſub num. 5. p. 2. recen. & coram Amat. Dunozet. dec. 135. nu. 8.*

Subuertitur pariter ex ijs alia ponderatio deducta ex ratione, quod totum territorium non ſit decimatorium, quia hoc deuenire potuit, vel quia tempore diuiſionis præfata tantum prædia conſtituta fuerint menſæ Epiſcopali, vel quia territorium anguſtioribus limitibus reſtringebatur, cæterum quia denominantur decimæ, & ſub titulo decimarum præſtantur, vtique tam ratione nominis, quam ratione perſonæ exigentis, quæ habet ius ad decimas, naturam, & qualitates decimarum ſortiri debent, vt ſubiaceant regulis ſupra firmatis, verba
33 enim in ſuo proprio ſignificatu accipi debent *l. ſi filij ff. de vſurpat. legat. Dec. conſ. 22. col. 3. num. 3. & conſ. 305. num. 1. Ruin. conſ. 116. num. 8. tom. 4. Decian. conſ. 23. num. 27. lib. 4. Becc. latiſſimè conſ. 35. num. 9. lib. 1. Cephal. conſ. 40. num. 19. Mandel. conſ. 109. num. 2. lib. 1. Rot. dec. 970. nu. 8. coram Amat. Dunozet. & dec. 510. num. 4. p. 4.*
34 *to. 3. rec.* Et intelligi iuxta naturam materiæ ſubiectę *ad l. inſulam ff. qui pot. in pign. hab. l. ſtipulatus ff. de vſur. ad tradita per Surd. conſ. 453. num 53. Decian. conſ. 45. num. 2. vol. 2. Rot. dec. 4. num. 7. & dec. 252. num. 5. p. 6. recen.*

CIVITATIS CASTELLANAE PECVNIARIA.

ARGVMENTVM.

Emptor de iure non tenetur perquirere qualitates rei venditæ, venditor verò tenetur exprimere expreſsè, & ſpecificè, & non ſub inuolucro verborum, alias conſtituitur in dolo, & tenetur ad pretij reſtitutionem, ſi ſciuerit vitium, ſed ſi ignorauerit, actione quanto minoris.

SVMMARIVM.

1 Exceptio ſimulationis non retardat executionem obligationis Cameralis.
2 Limit. vt procedat in dubio, ſecus ſi liquida, & quidem damnoſa, & pernicioſa.
3 Simulatio probatur per teſtes, qui interfuerunt.
4 Et probatur per vnicum teſtem iunctis adminiculis.
5 Simulatio de perſona, ad perſonam, vel de contractu, ad contractum eſt permiſſa, & licita.
6 Debitum ex vna cauſa poteſt ex partium conuentione in aliam cauſam transferri.
7 Declara, vt procedat data ſubſiſtentia, & validitate primi contractus.
8 Dolus impedit effectum contractus.
9 Venditor ex taciturnitate qualitatum rei venditæ, quæ retraxiſſent emptorem, probatur eſſe in dolo, & num. 15.

10 Emptor non tenetur perquirere qualitates rei venditæ.
11 Venditor tenetur ſpecificè, & clarè, & non ſub inuolucro verborum notificare emptori rei venditæ vitium.
12 Et tenetur præcipuè notificare illas qualitates, quæ retraxiſſent, vel difficiliorem reddidiſſent emptorem ad emendum.
13 Venditor præſumitur ſcire qualitates rei venditæ.
14 Vnde tacens, & non exprimens præſumitur animo circumueniendi tacuiſſe.
16 Ab emptione licitum eſt recedere, & ſolutum pretium recuperare ob dolum venditoris in non notificando vitium rei venditæ.
17 Venditor ſciens vitium rei venditæ, vel onere affectam tenetur emptori ad intereſſe.
18 Et loco intereſſe ſuccedit reſtitutio pretij.
19 Emptor ſi ſciuiſſet vitium rei venditæ non emiſſet.
20 Quod procedit ſiue agatur de venditione rei mobilis, ſiuè ſtabilis.
21 Peritorum relationibus ſtandum eſt.
22 Modus probandi per peritorum electionem, eſt modus a iure approbatus.
23 Venditor ſciens rei vitium tenetur ad intereſſe, & de euictione, ſi ignorauerit datur actio quanto minoris.
24 Scientia probatur etiam coniecturis, & præſumptionibus.

DECISIO XXXV.

LEonardus Merolinus vendidit vnum eius oliuetũ Belardino Luciano prò pretio ſcutorum cẽtum, quod licet habuiſſe, & recepiſſe confeſſus fuerit in actu celebrationis inſtrumenti, verè tamen ſolutum non fuit, ſed conuerſum mutuum per apocham priuatam incontinenti factam, & à Belardino ſubſcriptam; pro cuius mutui conſecutione coram me, vigore obligationis Cameralis inchoato iudicio, tunc Prætor, & Iudex Status Ronciglionis, opponebatur pro parte Belardini apocham nullam mereri executionem tamquam ſimulatam, & correſpectiuam doloſæ venditioni ob non expreſſas à venditore qualitates oliueti, quæ ipſum retraxiſſent ab emptione, vndè diſcuſſo dubio, prò denegatione executionis, & abſolutionis Belardini ab impetitis reſoluendum cenſui.

1 Quoniam, licet exceptio requirens altiorem indaginem, & præcipuè ſimulationis non admittatur ad impediendum executionem obligationis Cameralis *Zacchias de oblig. Cameral. qu. 18. num. 1. Rot. dec. 123. num. 11. p. 2. diuerſ. dec. 472. nu. 6. p. 4. tom. 2. & dec. 528. nu. 8. ead. p. 4. tom. 3. rec. dec. 436. nu. 8. poſt Cinc. de cenſib. ſecundum nouam impreſ. Anton. Auguſt. dec. 62. lib. 3. & in Epitom. in verbo obligatio Cameralis verſ. exceptio ſimulat.*

2 Hoc tamen non procedit, quando in continenti docetur, & conſtat de clara, & liquida ſimulatione damnoſa, & pernicioſa, vt inferius dicetur, nam tunc vtique impedit executionem obligationis Cameralis *Galleſ. de oblig. Cameral. qu. 18. nu. 5. Zacchias ad eundem ead. qu. num. 7. Farinac. in tit. de ſimulat. qu. 162. num. 64. Marcheſ. de commiſ. relaxat. iurament. ad effectum agendi p. 2. cap. 3. num. 15. Cæſar. de Graſſ. dec. 16. num. 16. de probat. Rot. dec. 61. num. 9. p. 5. tom. 1. & dec. 259. num. 8. p. 6. recen. dec. 206. num. 1. dec. 116. num. 3. dec. 207. num. 6. dec. 208. num. 38. dec. 214. num. 5. & dec. 150. num. 14. poſt Zacch. de oblig. Cameral.*

3 De huius mutui contractus ſimulatione proueniente ex oliueti venditione, vltra quod erat in confeſſo apud partes, adhuc doctum fuit per depoſitiones teſtium, qui in celebratione præfatorum contractuum interfuerunt *Zacchias de oblig. Cameral. qu. 18. num. 5. Rot. dec. 594. num. 1. p. 5. tom. 2. in re-*
4 *cen.* ad cuius probationem ſufficit etiam vnicus teſtis iunctis adminiculis *Menoch conſ. 39. num. 11. Farinac. conſ. 201. nu. 28. & in tit. de ſalſitat. & ſimulat. qu. 162. num. 131. Rot. dec. 325. num. 2. coram Card. Mantica. dec. 181. num. 9. poſt Zacchiam de oblig. Cameral.*

5 Et quamuis ſimulatio de perſona ad perſonam, vel de contractu ad contractum ſit permiſſa, & lici-
6 ta, & debitum ex vna cauſa poſſit ex partium conuentione in aliam cauſam conuerti, adeo vt iſta conuerſio propriè non ſapiat ſimulationem, tamquam habens fomentum à veritate cauſæ præcedentis *l. certi conditio §. depoſiti, & ibi Bart. num. 20. & 21. ff. ſi certum petat late Surd. conſ. 162. num. 42. & 43. lib. 2. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 131. nu. 19. tom. 1. cap. 321. num. 9. & ſeq. tom. 2. & cap. 878. num. 19. tom. 5. Rot. dec. 600. num. 4. & 5. & deciſ. 1210. num. 6. coram Card. Seraphin. & dec. 642. nu. 2. p. 1. in rec.*

7 Nihilominus concluſio habet locum data ſubſiſtentia, & validitate primi contractus, quia deficiente primi contractus ſubſtantia, deficit etiam ſecundi, & correſpectiui, nam nullitas, & vitium vnius influat, & inficiat alium *Bald. in l. ſi pretio 61. num. 2. verſ. quidam eſt ſimulatio C. ſi certum petat Surd. conſ. 150. num. 78. Farinac. in tit. de ſimulat. & falſit. qu. 162. num. 43. Rot. dec. 8. num. 9. poſt Laberint. credit. Salgad.*

Inſubſiſtentia venditionis oliueti deducebatur, quia inita fuit ſuppoſita bona qualitate oliueti, & ex peritorum relationibus doctum fuit oliuetum eſſe vetus, montanum potius ex oleaſtris, quam oliuis ferè infructiferis refertum, vnde contractus, tum venditionis, tum correſpectiui mutui doloſè exorti videbantur, dolus autem impedit effectum
8 contractus, eoſque inficit, & extinguit *l. & eleganter ff. de dolo Cuman. conſ. 156. num. 4. Mantica de tacit. & ambig. conuen. lib. 26. tit. 8. num. 11. Rot. dec. 271. num. 24. p. 6. recen. & in Ferrarien. tranſactionis 28. Ianuarij 1050. §. & propterea coram Cardinal. Celſo.*

9 Dolus bene probatur dum à venditore fuerunt tacitæ qualitates rei venditæ, quæ ſi fuiſſent expreſſæ vtique retraxiſſent emptorem à celebratione cõtractus *Bero conſ. 177. num. 43. lib. 1. Faccin conſ. 18. num. 26. lib. 1. Monet. conſ. 140. num. 21. & 22. lib. 2. Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 4. numer. 15. & 16. Rot. in Bononien. nullitatis contractus 12. Iunij 1645. coram Card. Cerro & in Ferrarien. tranſactionis §. etenim in omni coram Card. Celſo.*

10 Emptor enim licet bene faceret, & cautius ageret in perquirendis qualitatibus rei empturæ, de iure tamen perquirere non cogitur, vt neruosè comprobat *Barz. deciſ. Bonon. 62. num. 7. & 8. & inſinuat Hodiern. ad Surd. dec. 265. nu. 6*

11 Venditor verò tenetur expreſsè, & ſpecificè exprimere qualitates rei venditæ, & quidem clarè, & præcisè, & non in genere, & ſub inuolucro verborum vitium rei venditę emptori notificare *l. tenetur §. fi. l. quæritur § ſi venditor in fi. ibi niſi ſciens ff. de ædelict. edict. l. vnica in verſ. plenè ff. de peric. & commod. rei vend. vbi communiter ſcribentes Corn. conſ. 190. num. 8. vol. 2. & conſ. 81. num. 3. vol. 3. Beccius*

conſ.

Digitized by Google

conſ. 106. *num.* 12. *Aldobrandin. conſ* 19. *num.* 42.
Mangil. de euictione qu. 29. *num* 7. *& Gratian.diſcept.*
*forenſ. cap.*361. *num.*1. *&* 2. *tom.*2. *& cap* 534. *nu.*
21. *tom.* 3. *Merlin. Pignatel. controuerſ. forenſ. cent.*
1. *cap.*46. *num.*1. *&* 2. *& cap.*91. *num* 4. *Surd. conſ.*
13. *num.*33. *&* 34. *& dec.*149. *num* 7. *&* 12. *& dec.*
265. *num.* 7. *&* 8. *ibique Hodiern. in addit. nu.* 5.
Beltramin. in addition. ad Greg.*XV. dec.*119. *nu.*20.
Rot. *dec.*148. *num* 3. *p.*3. *in rec.*

12 Et ſignanter tenetur certum reddere emptorem
de illis præſertim qualitatibus, quę ipſum ab em-
ptione retraxiſſent, vel difficiliorem reddidiſſent
ad emendum, ad textum in *l.cum eiuſdem* §.*inter-*
dum de edelit. edict. Merlin. Pignatel. controuerſ. fo-
*renſ. cent.*1. *cap.*91. *num.*4. *pulchrè Surd. dec.*265. *nu.*
49. *ibique Hodiern. num.*5. *idem Surd. in conſ.*145. *nu.*
8. *& conſ.*150. *num.* 125. *ita Papinianus in l.in ven-*
ditione ff. de actione empt.

13 Venditor enim præſumitur ſcire qualitates rei
venditæ *Bald. in l.*1. §.*hoc amplius ff. de edelit. edict.*
Corn. *conſ.* 81. *num.* 3. *verſ. his tamen non obſtanti-*
*bus vol.*3. Maſcard. *de probat. qu.* 14. *num.* 27. *Surd.*
dec. 288. *num.* 51. *in fi. & ſeq.* ac proindè ſciens vi-
14 tium, & tacens præſumitur circumueniendi animo
tacuiſſe *l quaritur* §. *ſi venditor in fi. ibi niſi ſciens ff. de*
edelit. edict. Corn. *conſ.*81. *num.*3. *vol.* 3. *&* ex *Bart.*
*fulgoſ. & alijs oſtendit Surdus dec.*146. *ſub num.*7.

15 Ex qua taciturnitate, & nõ expreſſione qualitatũ
rei venditæ conſtituitur in dolo *l.vnic. verſ. planè*
ff. de pericul. & commod. rei vend. vbi glo. Bald. *ful-*
goſ. & Saly. Surd. dec. 265. *num.* 7. *&* 8. qui cum
venditori non debeat patrocinari, licet emptori ab
16 emptione recedere, & ſolutum pretium recupera-
re, & ſi non ſit ſolutum non ſoluere *l.vnica ff. de*
peric. & commod. rei vend. ibique ſulgoſ. Bald. Al-
beric. Saly. Surd. conſ 150. *num* 127. *&* 128. *vol.*1.
*& dec.*205. *num* 7. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.*534.
*num.*21. *tom.*3. *Afflict. dec.*399. *num* 9. Rot. *dec.*244.
*num.*12. *p.*5. *tom.*1. *in rec.*

17 Etenim hoc caſu venditor tenetur ad intereſſe
*l.*1. §.1. *l.Iulianus in prin. l.quaro ff. de action. empt.*
18 & loco intereſſe ad reſtitutionem pretij *glo. in l.*1.
in verbo quanti C. de *his qui à non domin. &* ex *Bald.*
Alex. Ruin. *Riminald. ſen. firmauit Rot dec.*119. *nu.*
3. *&* 4. *coram Greg XV. repetit in recen. dec* 459. *p.*2.

19 Et ratio eſt vt ex deductis comprobauimus, quia
emptor nullatenus rem emiſſet, ſi ſciuiſſet vitium,
ſeù malam qualitatem tangentem ſubſtantiam *rei*
venditæ argumento *l ſi quis alium ff. de ſolut. l.cum*
plures ff. de euiction. l ſi duos de contrahend. emption.
& cauetur in l cum eiuſdem §. *interdum ff de edelit.*
*edict. Surd. conſ.*150. *num.*127. *vol.*1. *& dec.*295. *nu.*
16. *Afflict. dec.*399. *num.* 9. Rot. *dec.* 244. *num.* 12.
p 5 *tom.* 1. *recen.*

20 Quæ procedunt ſiue agatur de venditione rei
mobilis, ſiue immobilis *Surd. dec.*146. *num.*7. & de-
ducitur ex ſupra citatis, cum in vtraque venditio-
ne militet eadem ratio, ac proindè ſub eadem etiam
iuris diſpoſitione comprehenduntur.

21 Mala qualitas oliueti videbatur in controuerti-
bilis attentis peritorum relationibus, quibus ſtandũ
eſt, cum deponant de ſpectantibus ad eorum artem,
& bonam reddant rationem, ex quo faciunt proba-
tionem probatam *l.ſeptimo menſe ff. de ſtat. hom. l.*1.
in prin. ff. de vent. inſpect. cap. propoſuiſti de prob.
Maſcard. de probat. conclu. 1169. *ſub num.* 1. *&* 2.
*Greg.XV. dec.*125. *num.*9. *& dec.*161. *num.*8. *Burat.*
*dec.*790. *num.*4. Amat. *Dunozet. dec.* 846. *num.* 26.
*tom.*2. *Rat. dec.*526. *num.* 5. *in fi. p.*4. *& dec.*151. *nu.*
14. *p.*6. *dec.*47. *num.* 7. *p.*7. *recen.*

22 Modus enim probandi per electionem peritorum
eſt modus à iure approbatus ſecundum communem
opinionem, quibus propterea eſt omnino deferendũ,
& credendum *Bart. in l. Theoponpus de doc. prale-*
gat. Honded. conſ. 50. *ſub num.* 17. *verſ. & quando*
*lib.*1. *Seraphin. dec.*665. *num.* 2. *Rat. dec.*10. *num.* 12.
dec. 342. *num.* 2. *&* 3. *p.*6. *in recen. & in Romana,*
ſeù Florentina cambiorum 3. *Iunij* 1650. §. *vndè reſul-*
tat verſ. quando præſertim coram Card. Corrado.

23 Nec iuuari poteſt prætenſa ignorantia malæ
qualitatis oliueti, vt ſaltem ſit applicabilis illa alia
iuris concluſio, quod quando venditor ſciuit rei
vitium, tunc datur actio ad intereſſe, & tenetur
de euictione, ſed ſi ignorauerit tunc datur actio
quanto minoris, vt diſtinguit *Vulpianus in l.Iulia-*
nus in prin. & §. *quando autem ff. de action. empt. be-*
ne Curt. iun. conſ. 177. *num.* 5. *Mſinger. ſing. obſer-*
*uat.*56. *num.*4. *cent.*1. *Caldaſ. Pereyra de emption. &*
*vend. cap.*31. *num.*56. *&* 57. *Gaſpar. Theſaur. lib.*2.
*quaſt. forenſ.*115. *num.* 3. *Mangil. de euiction. qu.* 24.
*num.*2. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.*361. *num.*1. 2. *&*
3. *tom.*2. Merlin. *Pignatel. controuerſ. forenſ. cent.* 1.
*cap.*46. *num.*7. *tom.*1 *Surd. dec.* 265. *ſub nu.* 49.

Quia vltra quod in venditione præſumitur hu-
iuſmodi ſcientia, manifeſtè deducitur etiam in
præſenti, quia Leonardus quotannis colebat, oli-
uetum, & ex eodem quid, quid fructificabat reci-
piebat, ex quo benè animaduertere poterat cuius
qualitatis, & bonitatis eſſet oliuetum, ſcientia enim
probatur etiam coniecturis; & præſumptionibus
24 *Bald. conſ.* 392. *num.* 1. *lib.* 1. *Alex. conſ.* 187. *nu-*
mer. 8. *lib.* 2. *Sor. iun. conſ.*416. *numer.* 42. *lib.*
1. *Natta conſ.* 231. *numer.* 2. *Cephal. conſ.* 314.
numer. 15. *lib.* 3. Burat. *deciſ.* 658. *num* 4. *Coccin.*
*dec.*76. *num.*8. Card. *Seraph. dec.*1459. *num.*4. *&* 5.
*Rot. dec.*428. *num.*13. *p.*4. *tom.*2. *dec.*153. *nu.*15. *dec.*
193. *num.* 24 *p.* 8. *dec.* 40. *num.* 23. 28. *&* 29. vbi
quod talis probatio dicitur vera, & concludens
*p.*9. *tom.*2. *in recen* Eaq; inducitur etiam ſi de mate-
ria præiudiciali agatur R*at. dec.*46. *num.* 8 *p.* 6. *in*
recen. & deciſ. 613. *num.* 8. *&* 9. *coram* Amat. *Du-*
*nozet. & rurſus in dec.*276. *num.*6. *&* 7. *p.*9. *tom.*1.
in recen.

SVMMARIVM.

1 Redhibitoriæ, vt ſit locus, quæ requiſita concurrere debent.
2 Redhibitoria actio datur ſiue venditor ſciuerit, ſiue ignorauerit vitium rei venditæ.
3 Emptor agens redhibitoria probare debet vitium extitiſſe ante venditionem.
4 Venditor de vitio, ſeu morbo ſuperueniente poſt perfectam venditionem non tenetur.
5 Vitium rei venditæ probari poteſt per electionem peritorum.
6 Et ad hunc effectum duo periti requiruntur.
7 Sed ſi in loco iudicij vnus tantum adſit, eius iudicio ſtandum eſt.
8 Sufficit agatur actio redhibitoria ſi emptor ignorauerit vitium, ſecus ſi ſciuerit, vel ſi erat patens, & viſibile num.9 & num.12.
10 Notificatio vitij rei venditæ non eſt neceſſaria, ſi patent. Limit. vt num.11. Declara vt num. 13.
11 Signa rei qualitatem manifeſtant.

13 Si

13 Si de ſui natura ſit aptum ad manifeſtandum.
14 Signum ſi ſit ambiguum non infert ſcientiam.
15 Venditor non tenetur actione redhibitoria ſi certiorauit emptorem de aliquo particulari vitio, ſecus ſi in genere.
16 Vitium ad hoc, vt redhibitoriæ ſit locus non debet eſſe leue, ſed tale quod impediat vſum rei venditæ.
17 Animal ſi moriatur intra triduum poſt perfectam venditionem, perit venditori.
18 Et ſi appareat morboſus paulo poſt venditionem præſumitur, ita fuiſſe de tempore contractus.
19 Et venditor hoc caſu tenetur ad reſtitutionem pretij.
20 Et hoc procedit tam in equo vendito, quam in cōducto.
21 Declara procedere ſi appareat de cauſa morbi præcedentis, ſecus ſi de morbo, qui momento contrahi poteſt.
22 Declara 2. vt procedat ſi intra modicum tempus poſt perfectam venditionem animal decedat, ſecus ſi poſt multos dies.
23 Laudabile eſt in caſu actionis redhibitoriç partes ad concordiam reducere.

Redhibitoriæ an, & quando ſit locus in venditione.

ANNOTATIO I.

1 REdhibitoriæ in venditione eſt locus, ſi conſtet de requiſitis, nempè de venditione, de vitio, ſeu morbo animalis ante venditionem, & quod lateret morbus, nam tunc vendens tenetur redhibitoria actione in factum ad pretium reſtituendum, *Specul. in tit. de emption. & vendit. §. tunc dicendum eſt num. 2. Cabal. in tract. de edil. edict. cap. 2. num. 5. Borgnin. Caualcan. dec. 53. ſeu 7. num. 12. p. 2.* vbi ſi animal ſit Vmbroſus, Lunaticus, Bulſus, vitioſus, aut morboſus *Peguer dec. 126. num. 5. Surd. deciſ. 146. num. 4. & 5. ibique Hodiern. num 9. latè Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 615. num. 1. & plurib. ſequen.*

2 Amp. vt detur actio ſiue venditor ſciuerit, ſiue ignorauerit morbum, quia emptoris non intereſt, quod fallatur ignorantia potius, quam calliditate venditoris *Bal. in l. 1. num. 3. C. de edilit. edict. Cepol. in l. bouem num. 3. ff. eod. tit. Din. in cap. cum qui certus vbi Adden de regul. iur. in 6. Borgnin. Caualcan. dec. 53. ſeù 7. ſub num. 12. & ſeq. p. 2. Surd. dec. 146. num. 5.*

3 Emptor verò agens redhibitoria probare debet vitium rei emptę, puta equum ante venditionem fuiſſe intolerabili ferocitate calcitroſum, vel alio
4 vitio laboraſſe, cum venditor de vitio, vel de morbo, quod ſuperuenit poſt venditionem perfectam non teneatur, vt reſpondet *Papinian. in l. actione ff. de edilit. edict. & reſcripſit Imperator. in l. ſi apud priorem C. de edilit. action. & colligitur in l. quæro §. vltimo ff. de edilit. ęction. Bald. in l. 1. num. 12. ff. de edilit. edict. Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 615. num. 2. & 3. Surd. dec. 146. num. 4. circa Med. Merlin. dec 180. num. 8.*

5 Vitium enim benè probari poteſt per electionem peritorum, qui inſpicere, & recognoſcere debent vitium, eorumque relationibus medio iuramento receptis ſtandum eſt, ita *Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 615. num. 4. & ſeq. & num. 7.* vbi ſubdit
6 quod licet ad hunc effectum requirantur duo periti, tamen hoc procedere ſubdit ſi in loco reperian-
7 tur, alias ſi vnus tantum adſit, vbi iudicium de vitio faciendum eſt, admitti debet, eiuſque dicto deſerendum eſt, vt notat *Bart. in proœmio Horum. num. 9. Bald. ibidem num. 6. circa fin. idem Bart. in l. vltim. num. 12. & 13. ff. ad l. Cornel. de ſicar. Soccin. in cap. presbyterorum num 11. de homicid Felin. in cap. propoſuiſti num. 7. de probat. Gaill. lib. 2. practic. obſer. 3. num. 4. verſ. quod tamen eatenus.*

8 Suffragatur actio redhibitoria, ſi emptor ignorauerit vitium rei venditæ, ſecus autem ſi ſciuerit, nam ſumma ratio huius actionis eſt, vt deceptis ſubueniatur, qui autem ſcinit vitium, aut oſcitanter ignorauit, non dicitur deceptus, vt ait *Pomponius in l. ſi tamen §. in ædili action. ff. de ædil. ędict. Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 615. nu. 9.*

9 Hinc eſt, quod res vendita redhiberi non poteſt, quando patebat vitium ſeù cicatrix, vel ſi apertè ſigna videantur, ex quibus facile colligere potuerit morbum, nam tunc non eſt audiendus emptor ſi interdiù claris oculis allucinari voluerit, vt reſpondet *Vlpianus in l. 1. §. ſi intelligatur ff. de ædelict. edit. & Pompon in l. ſi tamen ff. eod. tit. Surd. dec. 146. num 1. Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 615. num. 10.*

10 Quinimmò nec notificatio hominis eſt neceſſaria quando patebat cicatrix, ſeù quando vitium eſt euidens, ſeù apparens ad oculos, aut ſaltem quan-
11 do ex ſigno cognoſci poteſt rei vitium, etenim ſigna rem, & rei qualitatem manifeſtant, præcipuè ſi res vendita puta equus ducatur ad conſpectum emptoris cum cicatrice apparenti, nam tunc ſibi ipſi imputandum erit ſi morbum non cognouit, & cum habuerit rem penes ſe non bene inueſtigauerit, vnde venditor non tenetur ad pretij reſtitutionem, *Cepol. in l. 1. §. ſi intelligetur num. 2. ff. de edilit. edict. Hippol. Bonacoſ. in tract. equorum qu. 87. Anton. Gomez. lib. 2. cap. 2. de empt. vend. num. 48. Azo. in ſum. tit. de adilit. ędict. num. 24. Maſcard. de prabat. lib. 2. conclu. 615. num. 9. & 10. Surd. dec. 146. num. 3. Borgnin. Caualcan. dec. 7. ſeù 53.*
12 *in ordine num. 12. in fi. p. 2.* vbi ſubdit quod hoc non procedat ſi emptor eſſet minor, mulier, Ruſticus, & groſſus, in quibus non cadit ſupina ignorantia, quæ eos excuſare nequeat.

13 Declara prædicta procedere quando tale ſit ſignum, quod per ſe manifeſtet vitium, & de ſui natura demonſtret ſignatum, cum poſſit animal habere ſignum ægritudinis, & reconualuiſſe, iuxta *glo. in l. 1. §. ſi intelligatur ff. de adilit. ędict. Bald. in l. 1. num. 5. C. eod. tit. Cepol. in dicta l. 1. §. ſi intelligatur num. 6. ff. eod. tit Surd. conſ. 61. num 28. & ſeq. & conſ. 126. num. 15. & dec. 146. num. 19. & 20. facit textus in l. ſtigmata C. de fabricenſibus lib. 11.*

14 Signum enim poteſt habere, & non habere morbum, propterea tamquam ambiguum, & incertum non infert ſcientiam, nec conſtituit emptorem in negligentia, vel ſupina ignorantia, & ſic non omnia vitia ſignis demonſtrantur, ſed pleraque vitia ſignis oſtenduntur, & in ijs terminis loquitur textus *in l. 1. §. ſi intelligatur ff. de edilit. edict. vt animaduertit Surd. dec. 146. num. 21. ſub prin.*

15 Limit. principalem concluſionem, vt venditor non teneatur actione redhibitoria, ſi in ſpecie, ſincerè, ſine inuolucro, vel negatione, vel ſimulatione certiorauit emptorem de tali vitio, vel dixerit poſſe tenere de certo aliquo vitio, ſecus autem ſi

per

per verba generalia, dicendo *io lo vendo per vn facco d'oſſa, per bolſo, ſpallato lunatico*, & cum omnibus vitijs, & magagnis, quia tunc licet eſſet vmbroſus, lunaricus &c. teneretur redhibitoria, quia ſub illo inuolucro verborum emprorem decipit, *Cyn. in l. 1. num. 2. ibique Bal. num. 4 Salycet. nu. 2. C. de ædil. actio Cepol. in l. quæritur §. ſi venditor num. 8 & 10. C. eod. tit. Alex. conſ. 14. num. 5. vol. 5. Gomez. lib. 2. cap. 2. de empt. vend. num. 48. Bonacoſſa in tract. equor. qu. 87. Borgnin. Caualcan. dec. 53. ſeù 7. ſub num. 12. p. 2. Myſſinger. centur. 1. obſeruat. 55. num. 2. & obſeruat. 56. nu. 7. & 8. Surd. dec. 146. num. 8. & 9.*

16 Limit. 2. quod ad hoc vt redhibitoriæ actioni ſit locus non ſufficit quodlibet leue vitium, vel modicum vulnuſculum, ſed vitium debet eſſe tale, vt impediat vſum, & miniſterium rei emptæ, & deteriorem faciat, ſiue ad tempus, ſiue perpetuus fuerit morbus, vt dixit *Vlpianus in l. 1. §. ſed ſciendum eſt, & in l. Pomponius ff. de ædilit. edict. Cabal. in libello de ædilict. action. cap. 2. num. 15. verſ. circa ſecundum Maſcard. de probat. lib. 2. conclu. 615. nu. 12. & 13.*

17 Quod ſi animal venditum moriatur intra triduũ
poſt factam venditionem, perit venditori, cum prę-
ſumatur mortuus ex morbo præcedenti, & ex ęgri-
tudine generata apud venditorem per textum *in l.*
cum ſex. cum l. ſeq. l. ſciendum §. ſi. & l. redhiberi in
prin. ff. de ædilict. edict. notat Imol. & Alex. in l. ſi
quis cum alter ff. de verbor. oblig. Tigo ſingular. 110.
Iacob. Nouel. reg. 226. vbi ponit fallentiar Adden,
ad ſpeculat. in tit. de emptio, & venditio §. 1. num. 44.
licet B. Conar. var. reſol. p. 2. cap. 1. de minor. 25.
annor. num. 184. Ripa in tract. de peſte tit. de remed.
ad curandam peſtem cap. 7. num. 141. Riminal. in conſ.
360. num. 11. vol. 2. vbi ſi animal venditum poſt
18 contractum illico, vel paulo poſt appareat morbo-
ſum, quod præſumatur fuiſſe morboſum de tempo-
re contractus, vt etiam dicit *Gabriel. in tit. de præ-*
ſumpt. conclu. 13. num. 9. Maſcard. de probat. lib. 2.
conclu. 615. num. 4. & 5. Boer. dec. 323. num. 22.
Antonel. de tempore legal. lib. 3. cap. 20. num. 13.
Borgnin. Caualcan. dec. 7. in ordine 53. num. 19. p. 2.
Surd. dec. 146. num. 17. & 18. & firmat Ioſeph. Lu-
19 *doui. dec. Peruſ. 118. p. 2.* vbi quod hoc caſu ven-
ditor teneatur ad reſtitutionem pretij *Carocius de*
20 *locat. p. 4. qu. 4. fo. mihi 173.* vbi quod procedat
hoc etiam in equo conducto.

21 Declara hoc procedere ſi appareat de aliqua cauſa, ex qua veriſimiliter præſumi poſſit vitium eſſe de illis, quod breuiſſimo tempore non generatur, ſed tractu temporis, & ſic animal fuiſſe morboſum apud venditorem, & de tempore contractus, vt potè quia aperto equo, a peritis repertum fuit habere cor putridum, vel pulmonem marcitum, aut inteſtina corrupta, vel quid ſimile, ſecus autem ſi non appareat aliquod ſignum morbi præcedentis, nam tunc potius præſumitur animal deceſſiſſe ex morbo poſt venditionem in manibus emproris ſuperueniente, & ſic ex vitio, & morbo, qui momento contrahi poteſt, & ex improuiſo animal corripuit, pro vt contingere ſæpe videmus etiam homines hodie ſanos eſſe, & cras repentino morbo corripi, & hoc caſu non eſt locus actioni redhibitoriæ *Cancer. var. reſol p. 2. de minor. 25. annor. num. 185. & 186. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 92. num. 1. Ciarlin. controu. forenſ. lib. 1. cap. 89. num. 8. & 9. Antonel. de temp. legal. lib. 3. cap. 20. num. 16. Borgnin. Caualcan. dec. 7. num. 21. p. 2.*

22 Declara 2. vt præſumptio quod animal deceſſerit ex morbo præcedenti, & ante venditionem exiſtenti intret, ſi intra modicum tempus poſt perfectũ contractum contingat, ſecus ſi plures dies interceſſerint, niſi aliter periti in arte aſſeuerarent, vt docet *Maſcard. de probat lib. 1. conclu. 92. n. 3. & 4.*

23 Et licet in hoc iudicio competat actio redhibitoria, vel quanto minoris, vt ſubdit *Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 92. num. 7.* ſi tamen fieri poteſt, laudabile reputatur, vt partes inter ſe concordent, vt videtur inſinuare Cancer. *var. reſol. p. 2. cap. 1. num. 186.*

PRAENESTINA DELICTI IN OFFICIO COMMISSI.

ARGVMENTVM.

Clericus delinquens in officio laicali, quod à Principe ſæculari habet, coram eodem conueniri, & puniri non poteſt.

Clericus coniugatus, vt gaudeat priuilegio fori vltra requiſita expreſſa *in conſtitutione Bonifatij VIII.* nempe ſi duxerit virginem & incedat in habitu, & tonſura, debet habere aliud requiſitum additum à *Sacr. Concilio Tridentino* de ſeruitio Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 Clericus coniugatus gaudet priuilegio fori ſi duxerit virginem, & incedat in habitu, & tonſura iuxta conſtitutionem Bonifatij VIII.
Quid ratione Concilij Tridentini num. 24.
2 Et gaudet priuilegio fori, tam in criminalibus, quam in ciuilibus.
3 Clericus ſi delinquat in officio quod habet à Principe ſæculari ab eodem puniri poteſt. Contrar. verius nu. 4. 5. & 7. & reprobatur contraria conſuetudo nu. 11.
6 Ampl. vt procedat etiam in Militibus Hieroſolymitanis.
7 Officium ſæculare collatum Clerico non illum eximit à ſtatu Clericali, & ab exemptione num. 16.
8 Exemptio in Eccleſiaſticis inſeparabiliter adhęret perſonæ.
9 Quod procedit ſiue agatur de puniendo Clerico in perſona, ſiue in bonis, etiam patrimonialibus nu. 10.
12 Conſuetudo contra libertatem Eccleſiaſticam, etiam immemorabilis vti nulla, nullum ius tribuit.
13 Iudex laicus incurrit excommunicationem ſi trahat ad ſuum tribunal Clericum ſub prætextu quod deliquerit in officio ſæculari,
14 Clericus captus ſine habitu per curiam ſæcularem remittendus eſt ad ſuum Iudicem.
15 Clericus non poteſt ſuſcipere officium ſæculare ſine ſui ſuperioris diſpenſatione.
17 Clericus delinquens in officio ſæculari an debeat ab Eccleſia ſubueniri.
18 Clericus nec etiam volens conſentire poteſt in Iudicem laicum, & num. 19.
20 Clericus priuilegio fori renunciare non poteſt.
21 Et poteſt Epiſcopus eum repetere non obſtante renunciatione.
22 Clericatus probatur per literas patentales ſuſceptorum ordinum.

23 Paro-

Digitized by Google

24 Parochi atteſtationi in ijs, quæ pertinent ad contractum matrimonij eſt deferendum.

25 Clericus non habens omnia requiſita Sac. Concil. Trid. fori priuilegium allegare non poteſt, ſed Epiſcopus poteſt eum repetere, & num. 26.

27 Character Clericalis eſt indelebilis.

28 Vnde Clericus ſemper remanet ſubiectus iuriſdictioni Eccleſiaſticæ, donec non fuerit illius priuilegio denudatus.

29 Clericus quando amittat priuilegium fori.

30 Clericus nec expreſsè, nec tacitè nempè per non geſtationem habitus, & ſimilium prçiudicare poteſt iuriſdictioni Epiſcopali.

DECISIO XXXVI.

PRætendente curia ſæculari Ioannem Angelum deliquiſſe in exercitio officij Promotoris fiſcalis, alias ab Excellentiſſ. Principe in temporalibus Domino habiti, fabricato contra eundem proceſſu, fuit Iudicis laici auctoritate carceribus mancipatus, ſeù loco carceris aſſignata propria domus.

Verum contendente Io. Angelo vti Clerico Coniugato ad laicale Tribunal trahi non poſſe, habuit recurſum ad Sacram Congregationem Immunitatis prò remiſſione cauſæ ad Iudicem Eccleſiaſticum, vnde tunc Vicarius Prænestinus ad effectum referendi, & Sacram Congregationem inſtructam reddendi capta deſuper informatione, & reperto Io. Angelum eſſe Clericum, dubitari contingit, an gaudere debeat priuilegio fori in caſu de quo agitur.

1 Et prò affirmatiua animaduertebam, Clericum Coniugatum gaudere priuilegio fori, ita quod per coniugium huiuſmodi priuilegium non perdatur, nec ſubijciatur Iudici ſæculari in criminalibus, dummodò cum vnica tantum, eaque Virgine matrimonium contraxerit, habitumque clericalem, tonſuramque deferat, & ſic habeat requiſita *conſtitutionis Bonifatij VIII. relat in cap. vnico de Cleric. Coniugat. in 6. & innouat per Concil. Tridentin. ſeſſ. 23. de reform. cap. 6. & de communi teſtantur Didac. pract. qu. 31. num. 7. verſ. primo igitur Iul. Clar. in §. fi. qu. 36. num. 7. Camil.* Borel. *in ſumma omnium dec. tit. 8. de Cleric coniugat. num. 24. Scaccia de Iudic. p. 1. cap. 11. num. 20. & 28.* Farinac. *in tit. de inquiſit. qu. 8. num. 8. & 64. Sanchez. de matrim. lib. 7. diſ. 46. num. 1. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effet. 1. num. 8. & 84.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 12. num. 25. 26. & 27. Filiuc. quaſt. moral. tom. 1. tract. 10. de Sacrament. p. 2. cap. 4. de impoten. volut. num. 155. fo. 274. Gram. dec. 10. per tot. Sperel. dec. 132. num. 26. tom. 2. Rot. deciſ. 193. num. 5. circa fi. poſt 2. vol. conſ. Farinac.*

2 Immò quod non ſolum in criminalibus, ſed etiam in ciuilibus gaudeat fori priuilegio, & ſic in vtriuſque cauſis conueniendus ſit coram Iudice Eccleſiaſtico, de veriori docent *Franc. in cap. vnico de Cleric. coniugat. in 6. Cepol. conſ. crim.* 10. *Mandoſ. in addit. ad Lap. alleg. 40. num 118. Donat. Anton. de Marin. quotid. reſol. cap. 58. num. 2. Paul. Squillan. de priuileg. Cleric. cap. 7. dub. 2. num. 27. Camil. Borel. in ſpecul. Principum Rub. 11. §. videmus in prin. lit. A.* Martha *de iuriſdict. p. 1. cent. 2. caſ. 150. num. 5. Ceual. in tract. de cognit. per viam violentiç p. 2. qu. 73. num. 4. Duard. in Bulla Cænæ lib. 2. can. 15. qu. 4. conclu. 3. num. 12. Ric. p. 3. dec. 170. num. 1. & p. 4. dec. 320. num. 5. & collect. 308. Zanard. p. 1. de Sacram. matrim. cap. 23. qu. 24. Ganan. in Encherid. ſeù manuale Epiſcop. in verbo Clericus num. 28.* vbi pro Regno Neapolis ita declaraſſe *Sac.* Cong. 27. *Februarij* 1630. *Ciarlin. contron. forenſ. cap. 53. num. 34. & 35. Diana reſol. moral. p. 1. tract. 2. de immunit. Eccleſ. reſol. 50. verſ. ſed mihi Thom. del* Bene *de Immunit. Eccleſ. cap. 1. dub. 5. ſectio 3. num. 4. Sperel. dec. 2. ſub num. 125. verſ. cæterum aduertendum*, & ita reſcriptum fuiſſe *Epiſcopo* Regien. *ſub die 17. Iunij* 1631. *iuxta opinionem* Sac. Cong. *Eminentiſſ.* Card. *contron. iuriſdictional. prapoſit refert Diana poſt* 5. *par.* reſol. *moral. tit. declarat. Sac. Cong. num.* 38.

3 Neque prædictis reſiſtere videbantur Doctores atteſtantes Clericos ſaltem conſuetudine ratione officij, quod habent à Principe ſæculari, ſi in eo delinquant poſſe ab eiſdem, vel eorum Miniſtris ſæcularibus conueniri, & puniri *Clar. in §. fi. qu. 36. verſ. quarto pone, ad tradita per Contradum in pract. crim. in tit. de inquiſit. in 16. & 17. fallen. & per Vrſil. in addit. ad Afflict. deciſ. 24. num. 4. in fi. Farinac. in tit. de inquiſit. qu. 8. num. 98. Borel. de preſt. reg. cap. 74. num. 34. Anguian. de leg. lib. 2. cont. 21. num. 58. Cenedo in collect. iur. can. p. 1. collect. 37. num. 16. Bobadil. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 99. Ceual. in tract. de cognit. per viam violent. p 2. qu. 65. num. 14. Pereria de manu Regia p. 2. cap. 48. num. 4. Eſcobar. tract. de ratiocin. cap. 7. num. 7. Suarez. lib. 4. def. cap. 34. num* 26. vbi aſſignat rationem, quia tunc Clericus non conſideratur, niſi ſub reſpectu mere ciuili, maximè, etiam quia ſub huiuſmodi conditione, & pacto ad ea miniſteria, & ad ſæculare officium exercendum acceptatus fuerit.

4 Etenim eorum dictum non eſſe verum, nec hoc iure cautum reperiri inſinuat *Cabal. reſol. crim. caſ. 64. num. 4 circa fi. ex Decian. quem allegat lib. 4. tract. crim. cap. 9. num. 36. ſub verſ. 6. idem dicendum tom. 1.*

5 Et quod Eccleſiaſtici, & Clerici ratione criminis commiſſi in officio, quod habent à Principe laico trahi non poſſint ad forum ſæculare, ſed ad eorum Iudicem competentem remitti debeant *Conar. lib. pratic. qu. cap. 33. ſub num. 6. poſt verſ. Clerici autem Alex. conſ. 98. vol. 2. Zanard. p. 3. direct. cap. 50. Cochier. de iuriſdict. Ordinar. in exempt. to. 2. p. 3. qu. vltim. num. 1. & 2. Megal. in 3. p. lib. 3. cap. 11. num. 26. & 32. Duard. in* Bulla *Cænæ lib. 2. can. 15. qu. 11. num. 25. Ambroſin. de immunit. Eccleſ. cap. 20. num. 54. Squillant. de priuil.* Cleric. *cap. 7. dub. 3. num. 87.* Carol. *de Graſſ. de effect* Cleric. *effect. 1. num. 82. Riccius in prax. p. 3. reſol.* 105. *num. 1. Diana* reſol. *moral. p. 1. tract. 2. de immun. Eccleſ reſol. 13. verſ. ſed contrarium & p. 4. tract. 1. eod. tit. reſol. 39. verſ. ſed ego Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap. 9. dub. 10. ſect. 8. num. 18. & cap. 14. dub. 11. num. 5. tom. 2. de Parlament. dub. 4. ſect. 20. ſubſect. 2. num. 5. Bonac. in tit. de legib. circa octauum Decalog. præcept. diſ. 10. qu. 2. punct. 1. §. 1. num. 23. tom. 2. fo. mihi* 364. Marta *de iuriſdict. p. 4. cent. 2. caſ. 127. num. 5. egregie Cabal. reſol. crim. caſ. 64. num. 3. & per tot.* vbi exemplifi-

6 cat hoc etiam procedere in militibus Hieroſolymitanis, vt ſolum à Magno Magiſtro puniri poſſint.

7 Officium enim ſæculare collatum Clerico non

catia-

extrahit ipſum à gradu, ſeù ſtatu Clericali, nec ponit ſubiectionem in exempto, atque ideo nullam iuriſdictionem tribuit Principi, ſed ſequitur conditionem, qualitatem, & immunitatem perſonæ, & citra præiudicium eiuſdem immunitatis collatum cenſetur, ſiquidem exemptio inſeparabiliter adhæ-
8 ret perſonæ ratione ſtatus, cui per dictam collationem præiudicari non poteſt facit textus *in l ſi quis ad declinandum C. de Epiſcop. & Cleric. & tradunt DD. citati quibus addo Iacob. Pignatel. conſult. canon.27. num 5. p.2. Vincen. de Franc. dec.479. nu.3.* vbi quod Dux de Alcala Prorex dum volebat quẽdam punire, ex quo deliquerat in officio, de quo ab eodem prouiſus, fuerat deceptus, quia allegauit priuilegium Clericale, opportuit eum remittere ad Iudicem Eccleſiaſticum.

9 Quæ procedunt ſiue agatur de puniendo Clerico in perſona, ſiue in bonis, pœna ſcilicet pecuniaria, tum quia immunitas perſonæ influit etiam in bonis, tum etiam quia Iudex iudicium, & ſententiam formare nequit, niſi citando, & perſonam vocando, & cum non poſſit perſonam tanquam exemptam vocare, & in eum exercere iuriſdictionem, ita nec quoad bona, quę ſequuntur ſtatum, & conditionẽ perſonæ, vt habetur in *cap. nullus Clericus, cap. nullus Epiſcopus cap. placuit 1. & 2. cauſ 11. qu.1. cap. 2. cap. at ſi Clerici de Iudic. cap. ſi diligenti de foro compet. cap. ſæculares tit. eod. in 6. Auth. ſtatuimus C. de Epiſcop. & Cleric. & hanc eſſe communem Doctorum ſententiam teſtatur Abb in cap. qualiter de indic. num 8. Myſinger. pract. obſeruat. cent. 1. obſeruat. 22. num. 2.* late *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap.9. dub.35. ſect. 1. à num. 1. & per totam &*
10 *ſect. num. 1.* vbi ſubdit, etiam ſi agatur de bonis patrimonialibus, & non de alijs Eccleſiaſtico titulo poſſeſſis *Diana reſol. moral p.1. tract.2. de immun. Eccleſ. reſol. 18. verſ. nec valet dicere ex Murta de iuriſdict. p 4. cent.2. caſ.127. num.5. Genuen. in prax. Archiepiſcopal. Neapol. cap.3. num. 5. Souſa in Bulla Cœnæ cap. 20. diſ. 95. num. 4. Duard. in eadem Bulla Cœnæ lib.2. can.15. qu. 11. num. 31.* vbi inuehitur in illos Iudices, qui Clericos puniunt pœna pecuniaria, & pro pœna corporali remittunt ad Epiſcopum.

11 Hinc eſt quod aſſerta conſuetudo puniendi Eccleſiaſticos ſi delinquant in officio ſæculari à Magiſtratu laico cum ſit contra libertatem Eccleſiaſticam non ſolum de iure diuino, verum etiam de iure ciuili, & Canonico reprobatur *Auth caſſa C. de Sacroſanctis Eccleſ cap Clerici de Iudic. cap. cum terra de conſuet. cap quicumquam de cenſib in 6.*

12 Ac proinde tamquam nulla, inualida, & irrationabilis nullum ius tribuere poteſt, cum nec priuilegij, nec tituli, nec legis vim habeat, etiam ſi eſſet immemorabilis, vt clarè diſponitur in *Bulla Cœnæ Domini, & dicta Auth. caſſa. de ſacroſanct. Eccleſ.* vbi caſſantur, & annullantur ſtatuta, & conſuetudines introductæ, & introducendæ contra libertatem Eccleſiaſticam, & contra priuilegia conceſſa Eccleſiæ vniuerſali, & Clericis per Deum, Papam, & Imperatores *Lap. alleg. 92. & tradunt communiter DD. in cap. Clerici de iudic. vbi præcipuè Abb. num 5. Dec. num.14. Roi. dec.3. & num.10. de conſuetud. in antiq. cum alijs late allegatis per Sperel. dec. 37. à num. 41. cum pluribus ſequen.* & in noſtris terminis reprobatur à *Cabal. reſol. crim. caſ. 64. num. 5. & 6.*

13 Itaque Iudicem Laicum incurrere excommunicationem in Bulla Cœnę ſi trahat Clericum ad ſuum tribunal ſub prætextu, quod deliquerit in officio ſæculari, quod exercuit, quia bulla generaliter loquitur, & ſolum excipit caſus in iure expreſſos, vt tradunt DD. citati per *Thom. del Bene de immun Eccleſ. cap. 9. dub. 35. ſectio. 8. num. 19. tom. 2. Pignatel. conſult. canon. 32. num. 4. verſ tenent Iudicem tom. 2.*

14 Iudex enim ſæcularis compertò inquiſitum in ſuo tribunali, vel captum per ſuam familiam eſſe clericum ſtatim etiam nemine inſtante remittere debeat ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum, & eo ipſo quod id agere recuſauit incidit in excommunicationem, textus eſt in *cap. ſi Iudex laicus de ſenten. excommun. in 6. & ibi glo. in figuratione caſus ante fin. & Doctores omnes late Alex. de Neuo conſ. 59. nu. 24. & ſequen. Farinac. in tit. de inquiſit q 8. n.36. Bellet. diſquiſit Clerical. tit. de fauore Clerical. perſonal. §. 14. nu.7. & §. 2. num. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 190. num. 78. tom. 1. Carol. de Graff. de effect. Cleric. effect. 1. num. 334. Baiard. ad Clar. in §. fi. qu. 36. num. 52. Viuius in ſuis commun. opin. 974. numer. 3. Sperel. dec.17. num.20. tom.1. & dec. 132. num. 55. & ſeq. tom.2.*

15 Et quamuis Clericus nequeat officia ſæcularia ſine ſui ſuperioris diſpenſatione ſuſcipere *cap. 2. ne Clerici, vel Monachi*, nihilominus priuilegium Cle-
16 ricale retinet, & perſeuerat in exemptione à laica poteſtate *cap. ſi. de vita, & honeſt* Cleric. *Thom. del Bene de immun. Eccleſ. cap.9. dub.35. ſect 8. num. 22. tom.2. Pignatel. conſult. canon. 27. num. 4. verſ. & quia licet tom.2.*

17 Neque vrgere videbatur diſpoſitio textus in *cap. 2. ne Clerici, vel Monachi*, in quo habetur, quod Clerici non debeant eſſe miniſtri, & procuratores laicorum, adeò vt ſi contrafecerint, & deprehendantur in fraude, indignum ſit eis ab Eccleſia ſubueniri, quia vltra quod ad hunc effectum requiritur publica ordinarij, ſeu Epiſcopi monitio, vt expreſsè exigitur in eodem textu, reſpondetur etiam, vt non procedat quo ad priuationem priuilegij fori, ſed quod Eccleſia, quæ oppreſſis ſubuenit, non debeat Clericum in fraude commiſſa in adminiſtratione iuuare pecunia, aut alio ſimili auxilio, alias præberetur Clericis anſa committendi fraudes, & ſe ab eiſdem Eccleſiarum pecunijs redimere, vt colligitur ex *glo. in dicta cap. 2. in verbo ab Eccleſia Pignatel. conſult. canon. 27. num 1. tom. 2.*

18 Minuſque refragatur, quod Clericus per acceptationem officij ſæcularis cenſetur ſe obligaſſe ad reddendam rationem, & ſic conſenſiſſe in iuriſdictionem ſæcularem, quia licet ex actu acceptationis officij oriatur actio ad reddendam rationem, tamen experiri non poteſt, niſi coram ſuo Iudice competenti, cum Clericus nec etiam volens conſentire poteſt in Iudicem laicum, cum hoc ſit in præiudicium ſtatus *cap. inſolita 11. qu.1. & cap. placuit de foro competen. Pignatel. conſult. canon. 27. num. 7.*
19 *tom.2.* Et infert iniuriam Eccleſię, & ordini Clericali *cap. in primis 2. qu. 1. cap. contingit de ſenten. excommunicat. in 6. Anchar. in cap. ſi Iudex laicus ſub num. 6. verſ. quæro de ſenten. excommunicat. in 6. Sperel. dec. 32. num 71. tom.1.*

20 Tum etiam, quia Clericus non poteſt priuilegio fori renunciare, quia non ipſius dumtaxat, ſed in

Digitized by Google

totius ordinis fauorem tributum fuerit; & ſit in præiudicium ſuperioris, per textum cum *gla. in cap. placuit 1. qu. 1. cap. cum non ob homine cap. at ſi Clerici in prin. de iudic. & notauit Abb. in cap. cum tempore de orbit. in fi. Sylueſt. in verbo exemptio nu. 10. Archidiacon in cap. conqueſtus num. 49. qu. 3. de foro compet. Bald in l ſi quis ex conſenſu num* 8. C. *de Epiſcop. audien. Surd. conſ. 47. num. 28. Couar. practic. quæſt. cap. 33. num. 2. Ambroſin de immun. Eccleſ. cap. 16. num. 12. & 13. Gail. practic. obſer. 40. num. 7. lib. 1. Scaccio de iudic. lib. 1. cap. 11. num. 35. & ſeq. Gratian. diſcept. forenſ. cap 190. nu. 3. tom. 1. Iacob. Pignatel. conſult. canon. 27. num. 7. tom. 2. Aſtict. dec. 85. num. 1. in fi. Gramat. dec. 29. nu. 5. Moſtril. dec. 169. num. 11. Sperel. dec. 104. num. 85. tom. 2. Greg. XV. dec. 441. num. 8. Rot. dec. 43. num. 18. p. 7. rec. & in Gandonen. Monaſterij 29. April. 1641. coram Card. Ponzirolo.*

21 Et non obſtante renunciatione Epiſcopus poteſt illum repetere à curia ſæculari, etiam nolentem, & confitentem ſe laicum, dicta ratione, quia ad iniuriam Eccleſię infert *cap. contingit de ſenten. excomm. cap. in primis in prin. 2. qu. 1. Cepol. conſ. 11. num. 7. Couar. practic quæſt. cap. 33. num. 2. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 190. à num. 1. vſque ad 4. tom. 1. Sperel. dec. 132 num. 72. tom. 2.*

22 Clericatus autem præfati Ioannis Angeli oſtendebatur per literas patentes ſuſceptorum ordinum minorum, quæ ad hunc effectum plenam faciunt probationem *cap. poſt ceſſionem 7. & ibi Doctores de probat. cap. 2. ibique Abb. in 1. notab. de Cleric. cap. legum 5. qu. 1. glo. in cap. inter quatuor 2. de Cleric. Peregrin. & in cap ſi Iudex laicus in verbo fecerit in fi. de ſenten excommunic. in 6. Felin in cap. poſt ceſſionem num. 5 & 13. de probat. Alex. de Noua conſ. 13. num. 4. Paccian. de probat. lib. 2. cap. 34. num. 41. Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 305. num. 1. Couar. pract quæſt. cap. 33. num. 3. Grom. dec. 81. num. 2. Cauoler. dec. 453. num. 2. Oran. dec. 430. num. 2 Card. Ottobon dec. 140. nu. 5. & dec. 187. nu. 1. Greg. XV. dec 78. num. 5. & dec. 490. num. 6. Burat. dec. 255. num. 16. & dec. 708. num. 1. Amat. Dunozet. dec. 859. num. 2. tom. 2. Rot dec. 140. num. 2. p. 4. & dec. 34. num. 3. p 5. tom. 1. in rec.*

Quod verò inceſſerit in habitu, & tonſura, &
duxerit virginem, vltra quod eſt publicum, & notorium,
docebatur etiam ex teſtibus deſuper formiter
examinatis, & ex Parochi atteſtatione, cui
23 in ijs, quæ pertinent ad contractum matrimonij
eſt deferendum, cum atteſtetur de re ad eius officium
ſpectante *Gratian. diſcept. forenſ. 653. ſub nu.
59. verſ. & magis cum ſeq. Amat. Dunozet. dec. 896.
num 1. tom. 2.*

24 Pro negatiua verò releuare perpendebam, quod non docebatur de ſeruitio præſtito Eccleſiæ iuxta decretum *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap.* 6. in quo licet fuerit quo ad Clericos coniugatos innouata *conſtitutio Bonifatij VIII.* tamen ad effectum, vt gaudere valeant priuilegio fori, vltra requiſita, quæ in Bonifatiana exiguntur, ſcilicet ſi cum vnica, & Virgine contraxerint, & veſtes clericales, & tonſuram deferant, fuit additum à ſacro Concilio copulatiuè aliud requiſitum, nempè quod huiuſmodi Clerici alicuius Eccleſiæ ſeruitio, vel miniſterio ab Epiſcopo deputati eidem Eccleſiæ ſeruiant, vel miniſtrent, adeo vt ab ijs excuſari non poſſint vllo priuilegio, vel conſuetudine quantumuis longiſſima, vel immemorabili refert etiam *Steph. VVyms ad conſtit. 24. ex antiquo iure deſumpt. & per Concil. Trid. innouat. conſtit. 9. num. 13. Nouar. ſingular. canonic. conclu. 93. Thom. Velaſc. allegat. iur. tom. 1. alleg 39. per totam, & 41. & 42. cum alijs per* Barboſ. *in* Concil. *Trid. dicta ſeſſ. 23. de reform. cap. 6. num. 41. cum. ſeq.*

25 Clericus autem non habens omnia requiſita Sacri Concilij allegare non poteſt priuilegium fori, ſed ſolum Epiſcopus poteſt eum repetere, iuxta declarationes *Sac. Congreg. Concilij à Sanctiſſimo* D. *N. approbatas in cauſa Leodien. 12. Nouemb.* 1630. *& 1. Auguſti* 1634. *& antea in vna Motona 21. Ianuarij* 1594. *& in alia Valentiniana* 27. Martij 1627. *quos per extenſum referunt Iacob. Pignatel. conſult. canon. 47. à num. 6. vſque ad fin. tom. 1. Diano reſol. morol. poſt 5. part. tit. Declarationes Sac. Cong. nu. 56. Sperel. dec. 17. num. 33. p. 1. dec. 133. num. 84. & dec. 137. num. 20. tom. 2. Garz. de benef. p. 2. cap. 2. num. 16. & ſeq.*

26 Siquidem dictum Sacri Concilij decretum emanauit
in odium ipſorum Clericorum omittentium
qualitates requiſitas ſeruare, ac proinde eiſdem
interdicitur allegare poſſe priuilegium fori, cum
verba Concilij ſint in ipſos ſolum directa, non autè
in perſonam Epiſcoporum, de quibus ex quo nulla
mentio habeatur nullum præiudicium eorum iuri,
& iuriſdictioni allatum fuit, & ratio eſt quia cha-
27 racter Clericalis eſt indelebilis *Trident. ſeſſ. 23. de
ſacramento ordinis can.* 4. ac proinde inſignitus hu-
28 iuſmodi charactere ſemper remanet ſubiectus iuriſ-
dictioni Eccleſiaſticæ, donec non fuerit illius priui-
legio denudatus ſeruatis, ſeruandis ſiue ab ho-
29 mine per priuationem, per depoſitionem, per de-
gradationem, & per declarationem, ſiue à lege
per bigamiam, & huiuſmodi alia, nam ſicut Cle-
ricus non poteſt expreſsè renunciare priuilegio
30 Clericali, ita non debet eſſe in eius poteſtate per
non geſtationem habitus, tonſuræ Clericalis, vel
propter omiſſionem ſeruitij Eccleſiæ, vel per alium
actum omiſſionis Epiſcopali iuri, & iuriſdictioni
pręiudicare, facit textus *in cap. ſi diligenti de foro
competen. Innoc. in cap. vt famæ num. 1. in fi. de
ſenten. excommunicat. Iacob. Pignatel conſult. canon.
46. num. 4. & 5. tom. 1. late Sperel. dec. 17. num 33.
& dec. 133. num.* 84. vbi per extenſum refert *declarationem
Sacræ Congregationis ab Vrbano VIII.*
approbatam, & canonizatam, quam etiam refert
Pignatel. loco citato.

PRAENESTINA EXCOMMVNICATIONIS INCVRSVS.

ARGVMENTVM.

Percutiens, vel vulnerans Clericum ad ſui defenſionem non incidit in excommunicationem canonis, ſecus ſi non ſeruauerit moderamen inculpatæ tutelę, vel modum exceſſerit ſcienter, & ex propoſito, neceſſaria defenſio, & exceſſus defenſionis quomodò probetur, refertur.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Percutiens clericum ad ſui defenſionem non incurrit excommunicationem.

2 Ampl. præcipuè ſi percuſſio fuit in continenti in ipſa aggreſſione ſecus ſi ex interuallo.

3 Declara vt procedat dummodo moderamen inculpatæ tutelæ ſeruatum fuerit, alias contrahitur excommunicatio num. 4.

5 Defenſio neceſſaria ex quibus deducatur.

6 Aggreſſus non debet expectare ſe percuti, & præueniendo ad ſui defenſionem percuſſiſſe dicitur.

7 Licitum eſt præuenire eum, qui eſt in actu offendendi.

8 Defenſio neceſſaria reſultat eo ipſo, quod probatur aliquem venire contra ſtricto enſe.

9 Nec eſt neceſſe probare quod aliter euadere non poteram.

10 Inſultatus fugere non tenetur ſiuè ſit nobilis, ſiuè ignobilis, ſed poteſt ſe defendere.

11 Et expectare aggreſſorem, & ſi defendendo occidat non incurrit pœnam.

12 Limit. quod fugere tenetur ſi aggreſſor ſit perſona cui debetur reuerentia.

13 Moderamen inculpatæ tutelę circa tria conſiſtit, ſcilicet circa modum, cauſam & tempus, & declaratur.

14 Defenſio moderata ratione modi quando dicatur Iudicis arbitrio relinquitur.

15 Percutiens Clericum incidit in ſententiam excommunicationis ſi excedat fines moderatæ defenſionis ex propoſito.

16 Moderatæ defenſionis fines ex propoſito quis excedere dicitur ſi aliter ſe defendere poterat, quam percutiendo.

17 Percutiens Clericum etiam ad defenſam incidit in excommunicationem, ſi aliter ſe defendere poterat, quam percutiendo.

18 Moderatæ defenſionis fines exceduntur ſi tempus patitur deliberandi conſilium.

19 Quando tempus patitur deliberandi conſilium relinquitur arbitrio Iudicis.

DECISIO XXXVII.

EXpurgabat Caius vna cum ſocijs in ſua area frumentum à ſordibus, dum ibidem Guardianus quidam, cuiuſdam Religionis ſe contulit ad recipiendam dominicalem reſponſionem eius Monaſterio debitam, à quo requiſitus vbi adeſſet palea, quam ſibi reſponderat, & à Caio denegata fuerit, eo quod citatus Superior defecerit à verbo in tradendo promiſſum pretium terræ ad colendum, hinc orta altercatione, & minante P. Guardiano paleam comburere velle, & à Caio replicatum, *chec ci haverebbe tronato lui*, Religioſus ille ira motus ſtricto baculo, quod geſtabat irruit in eundem, qui licet inſtaret, ne appropinquaret, magis tamen irruens, fuit ab eodem Caio lignea *merga*, quam præ manibus habebat leuiter in capite vulneratus, vnde coram me tunc Vicarius Generalis Præneſtinus dubitatum fuit, an ob illam percuſſionem in ſententiam excommunicationis inciderit, iuxta diſpoſitionem *Concilij Lateranenſis ſub Innocentio II. relat. in cap. ſi quis ſuadente diabulo 17. q. 4.* & non incidiſſe viſum fuit.

1 Quoniam qui Clericum percutit, aut vulnerat ad ſui defenſionem non incurrit aliquam excommunicationem, eſt textus apertus in *cap. ſi vero alicuius § ſi vero Clericum de ſenten. excommunicat.* vbi ſi vero *Clericum vim ſibi inferentem, vi quis repellat, vel lædat, non debet propter hoc ad Sedem Apoſtolicam tranſmitti, ſi in continenti vim vi repellat, cum vim vi repellere omnes leges, omniaque iura permittant*, ibique etiam *glo. in verbo vim vi Hoſtien. num. 4. in verbo tranſmitti Henric. Boic. num 1. Ancaran. num 4. notab. Ant. de Butr. nu. 2. Abb. num. 1. & 4. & num. 5. in 5. notab. Aluarot. conſ. crim. diuerſ. 74. num. 50. lib. 1. in paruis, & ibidetiam Petr. Calephat. conſ. 103. num. 6. Anton. Gomenz. var. reſol. lib. 3. cap. 3. rub. de homicid. num. 20. ad med. vbi de communi Clar. in §. homicidium verſ. præterea etiam in fi. Vgolin. de cenſuris p. 2. cap. 11. §. propoſuimus num. 1. verſ. item excommunicationem cum alijs congeſtis per Farinac. in tit. de homicid. qu. 125. num. 32. Sum. Armil. in verbo excommunicatio contra percutientes Clericos il p. num. 5. Bonac. de cenſur. in particul.*

2 Præcipuè, vt in præſenti, quando percuſſio fuit facta in continenti in ipſo calore, & rixæ feruore, & non ex interuallo, quo caſu quamuis ſit ad ſui defenſionem, non tamen percutiens euadit excommunicationem, vt diſponit textus in dicto *cap. ſi vero alicuius §. ſi vero Clericum de ſenten. excom Socin. in cap. peruenit num. 208. tit eod. Io. Lupus de libert. Eccleſ. qu. 8. in fi. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 17. num. 22. Sperel. dec. 46. num. 36. tom. 1.*

3 Quæ benè procedunt dummodo moderamen inculpatæ tutelæ ſeruatum fuerit, cum non aliter permittatur, & licita ſit defenſio, niſi cum huiuſmodi moderamine inculpatæ tutelæ *l. 1 C. vnde vi vbi glo. Bal. Salyc. & alij ſcribentes cap. ſignificaſti de homicid. ibique Abb. & alij Marc. Anton. Eugen. conſ. 22. num. 64. lib. 1. Foller. in pract. crim. canon. cap. 27. num. 25.* vbi dicit quod poteſt quis clericum percutere animo ſe defendendi, dum tamen interuenerit moderamen inculpatæ tutelæ *Planc. in epit. delictorum lib. 1. cap. 28. num. 14. verſ. modo non excedatur Clar. in pract. in § homicidium nu. 27. verſ. ſcias tamen Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 1126. num. 29. & 30. Bonif. de Vitalin. in tit. de inſult. & percuſ. num 9. in fi. verſ. item intelligo Farinac. qui alios pleno calamo recenſet. in tit. de homicid. qu. 125. num 330. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop alleg. 28 num. 17. p. 2. Boer. deciſ. 163. num. 17. Chartar. dec. crim. 45. num. 7.*

4 Adeo vt ſi quis Clericum percuſſerit, & moderamen legitimæ defenſionis exceſſerit, incidit in ſententiam excommunicationis, vt tradit *Innoc. in cap. olim. 1. in fi. de reſtit. ſpoliat. ibique Hoſtien. nu. 17. in fi. verſ. nec ſic impugnantes, Anton. de Butr. num. 18. & 39. Marian. Soccin. in cap. peruenit nu. 207. & ſeq. de ſenten. excommunicat. Henric. Boich. in cap. ſi verò 1. num. 1. de ſenten. excommunic cum alijs allegatis per Chartar. dec crim. 45. num. 7. verſ. quocirca.*

5 Inculpatæ autem tutelæ, & moderatæ defenſionis fines Caium non tranſgreſſum fuiſſe, clarè deducitur, dum fuit à P. Guardiano contumelioſis verbis vexatus, & nihil contumelioſum reſpondidit, & videns eundem ſtricto baculo irruentem, dixit *ſtà in dietro*, ex quibus verbis dignoſcitur non habuiſſe animum offendendi, adeo vt ſi ad vlteriorem vim Guardiani, illum percuſſit, ad neceſſariam defenſionem abſque exceſſu percuſiiſſe videtur, ete-

6 nim non tenebatur expectare ſe percuti à Guardiano, vt benè animaduertit in puncto Clerici inſultantis *Vgolin. de cenſur. p. 2. cap. 11. § propoſuimus*

Digitized by Google

num. 2. relat. per Farinac. in tit. de homicid. qu. 125. nu. 32. in fi.

7 Iuxta generalem regulam, quod ſi quis ſit in actu offendendi, ſeù in præparatione, vt me offendat, licitum erit mihi ipſum præuenire, & occidere, cum non debeat inſultatos expectare quod vulneretur, ſed debet ipſe incipere, & hanc partem vti humaniorem amplectendam eſſe, dicit *Bart. in l. 1. C. vnde vi. & ita fuiſſe iudicatum idem refert in l. in lege per illum text. in lectue. ant. ff. locat. cum alijs, quos recenſet, & ſequitur* Gram. *dec. 5. nu. 18. cum plurib. ſeq. & conſ. 56. num. 3. 11. & 12. Clar. in pract. in §. homicidium ſub verſ. & quomodo probetur Ruin. conſ. 13. num. 1. Dec. conſ. 678. num. 2. Bertran. conſ. 190. num. 4. lib. 3. Afflict. in 1. pact. conſtit. Regni rub. 9. num. 33. & rub. 13. num. 3 latiſſime Maſcard. de probat. lib. 3. conclu. 1131. à nu. 9. cum plurib. ſeq. & num. 10. in fi.* teſtatur hanc ſententiam ab omnibus communiter teneri, & ita in facti contiogentia abſolutum fuiſſe quemdam nobilem, qui alium ſibi minantem interfecerat ex *Clar.* teſtatur.

8 Hinc eſt, quod eo ipſo quod probatur, quod aliquis veniebat contra me, cum gladio, enſe, baculo, & ſimilibus, & ego percuſſi, vel occidi eum, ſatis probatum remanet, me ad neceſſariam defenſionem percuſſiſſe, vel occidiſſe, & excuſari debeo à pæna homicidij, latè *Dec. in l. vt vim. num. 10. ff de inſt. & iur. Bart. in l. ſed, & ſi in prin. per illum textum ff. ad l. aquil. Alex. conſ. 109. num. 2. vol. 1. Cepol. conſ. crim. 28. num. 14. Gram. conſ. 20. nu. 4. Maſcard. de probat. lib. 3. conclu. 1131. num. 11.*

9 Nec eſt neceſſe quod probetur, quod aliter euadere non poteram, cum ad hunc effectum exuberat, ſi doceatur de præparatione, & motione aduerſarij de loco, ad locum, nam lex præſumit, quod ſi quis inſurgit cum gladio contra aliquem, eundē offendere, vel occidere velit, per textum in *l. is, qui cum telo C. ad l. Cornel. de ſicar. Bart. conſ. 16. num. 1. vol. 2. Gram. conſ. 56. num. 11. & 12. Bero conſ. 194 num. 12. vol. 3. Cepol. conſ. 28. num. 15. Bertraz. conſ. 11 t. num 2. quos refert., & ſequitur Maſcard. de probat. lib. 3. conclu. 1131. num. 11.*

10 Immò nec inſultatus fugere tenetur, ſiuè inſultatus ſit miles, & perſona nobilis, cui eſſet verecundia fugam arripere, ſiue etiam ſit ruſticus, & ignobilis, cui nullam tribueret verecundiam, tum quia quis fugiendo, & terga vertendo ſe periculo exponit, vt ab aduerſario offendatur, tum quia fugiendo quis in terram cadere poteſt, & cadendo ab aggreſſore offendi, & occidi, *Ioan Fab. in §. ius autem gentium num. 4. verſ. ſed an teneatur fugere, & num. 5. inſtit. de iur. nat. genſ. & ciuil. Cepol. conſ. crim. 29. num. 19. & conſ. 42. num. 3. Vulpel. conſ. 78. num. 5. Bertraz. conſ. 1. num. 23. Cabal. in addit. ad conſtit. Marchia lib. 3. cap. 54. in verbo ad deſenſiauem num. 4. onte med verſ. ſubdit idem Angel. & num. 14. verſ. nec tenetur Honded conſ. 99. num. 12. Clar. in §. homicidium num. 25. verſ. atque adeo vbi de communi Petrus Calephatus inter conſ. crim. diuerſor. recollet per Zilet. conſ. 103. num. 11. lib. 1. Maſcard. de probat. lib. 3. conclu. 1131. num. 13. & ſeq. cum alijs recollectis per Farinac. in tit. de homicidio qu. 125. a num. 121. & ſeq. 124. 126. & 133.*
11 vbi de veriori firmat, quod inuaſus videns aggreſſorem venientem contra ſe, cum telo non teneatur fugiendo rixam euitare, etiam ſi potuiſſet, ſed poteſt illum expectare, & ſe defendere, & defendendo aduerſarium occidere abſque pæna homicidij tamquam commiſſi prò ſui neceſſaria tuitione, & licet *num. 127.* recenſeat in tullico DD. contrarium tenentes *nu.* tamen 128. concludit, quod prima opinio ſit magis communiter recepta, & in pratica magis ſeruata, & tradunt DD. plene relati per *Maſcard. de probat. lib. 3. conlu. 1131. num. 18.*

12 Nec applicatur limitatio, quod quis fugere teneatur quando eſt inſultatus à perſona, cui debetur reuerentia, & obedientia, *Baiard. ad Clar. in §. homicidium num. 94. & ex Dec. Claud. Seyſel. Franc. Curt. & Bolognet. tradit Farinac. in tit. de homicid. qu. 125. num. 137.* Quia vltra quod hoc caſu incrat tantum pæna arbitraria propter exceſſum, quia fugere tenebatur; vt ſubdit idem *Farinac. num ſeq. 138.* certum eſt, quod præfatus Guardianus non eſt maioris authoritatis, & dignitatis, quam Clericus ſæcularis, & cum liceat aduerſus Clericos ſæculares aggreſſores vim vi repellere, & ſe defendere, cum moderamine inculpatæ tutelę, abſque eo quod aggreſſus fugere teneatur, multo magis hoc permiſsum videtur aduerſus Religioſum regularem inferioris, ordinis, & Hierarchiæ, & ſic minoris reuerentiæ, vt latè demonſtrauimus in *dec. 1. Adnot. 3.*

13 Moderata autem defenſio circa tria potiſſimum verſatur, ſcilicet circa modum, tempus, & cauſam, adeo vt moderamen inculpatæ tutelæ conſiſtat in modo ſe defendendi, cum eodem armorum genere, vt ſi armis vis inferatur, armis etiam propulſetur, ſi ſine armis, ęque inermis iniuria eſt referenda, & ſic eſt ſeruanda qualitas facti, & æqualitas offenſionis, vt ſcilicet inſultatus talem faciat defenſionem, qualis fuit offenſio, vt reddere pugnum prò pugno, vnde non dicitur ſeruatus modus inculpatæ tutelæ ſi percuſſus in aliqua parte corporis repercutiat in capite, vt prolixè exemplificat *Farinac. in tit. de homicid. qu. 125. à num. 349. & Chartar.*
14 *dec. crim. 45. num. 8. 9. & 10.* vbi quod Iudicis arbitrio relinquitur an, & quando moderata dicatur defenſio ratione modi, *Clar. in §. homicidium num. 27. verſ. ſctas tamen* Carrer. *in pract. in tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa quartum num. 2. in fi. Medic de caſ. fortuit. p. 1. qu. 8. num. 25. in fi. Boer. deciſ. 168. num. 4. Nicol. Moron. in tract. de treg fid. & pac. qu. 161. num. 3. Blanc. in pract. crim. verb. tertia pars defenſionis num. 2. & 3. Franc. Zauncl in tract. de defenſ. p. 2. num. 1. Cabal in tract. de omn. gen. homicid. num. 94. Franciſ. de Alberg. inter conſ. crim. diu. recollet per Io. Baptiſt. Zilet conſ. 12. nu. 5. tom. 1. in folio,* quæ omnia in præſenti concurrere ex ipſa facti ſerie colligitur, nec fines moderatæ defenſionis exceſſit Caius merga, ſeù vt dicitur *con la forcina di legno,* ad vſum purgationis frumenti percutiendo Guardianum, dum ille baculo, & conſimili inſtrumento in Caium irruebat.

15 Et dato etiam quod Caius exceſſerit modum inculpatæ tutelæ, neque incidit in ſententiam excommunicationis, quæ non contrahitur, niſi quis percutiat Clericum ex cauſa defenſionis, & fines moderatæ defenſionis excedat ex propoſito, alias is à pæna excommunicationis eſt prorſus immunis, iuxta originalem doctrinam *gloſ. in cap. olim in verbo exceſſiſtis de reſtit. ſpoliat. & in cap. ſignificaſti 2.*

in

Digitized by Google

in verbo moderatione de homicid. & de communi teſtatur Soccin. ſen. inter conſ. Curc. ſenior. conſ. 20. nu. 77. Clar. in §. homicidium verſ. prÿterea etiam Sum. Angel. in verbo excommunicatio 5. caſ. 1. num. 16. Gregor. Sayr. in Theſaur. caſ. conſcien. tom. 1. lib. 3. cap. 27. num. 20. Iacob. de Graſ. dec. aur. 65. num. 10. Card. Tuſch. tom. 9. pract. conclu. iur. lit. P. conclu. 274. num. 34. latè Farinac. in tit. de homicid. qu. 125. num 418. & in noſtris terminis Chartar. deciſ. crim. 45. num. 11.

Huiuſmodi autem exceſſus ſcienter, & ex propoſito non animaduertitur in præſenti, nam tunc quis
16 dicitur inculpatæ tutelæ fines traſgredi ex propoſito, quando poſſet ſolis verbis minatorijs, vim illatam repellere, & nihilominus violentas manus inijcere voluit, vel ſi aliter ſe defendere poterat,
17 quam percutiendo Clericum, nam tunc incidit in excommunicationem, vt videtur ſentire *gloſ. in cap. olim in verbo exceſſiſtis de reſtit. ſpoliat. Vgolin. de cenſur. p. 2. cap. 11. §. propoſuimus num. 4. verſ. excipitur tamen cum ſeq. Vngarel. in addit. ad Summ. Angel. in verbo excommunicatio caſ. 1. num. 14. lit. D. Chartar. dec. crim. 45. num. 12.* Caius autem non ſolum curauit verbis euitare aggreſſionem, dum dixit, *che ſtaſſe in dietro*, verum etiam, quia Guardianus non deſiſtens, aliter ſe defendere non poterat, niſi merga vim repellendo, & ſic eliditur exceſſus ex propoſito.

Tanto magis, quia in illa repentina, & violenta aggreſſione tempus non patiebatur deliberandi conſilium, quo caſu excedens etiam moderamen
18 legitimæ defenſionis non dicitur excedere ex propoſito, vt ex *Anton. de Butr. in cap. ſignificaſti 2. poſt num. 26. verſ. quandoque quis excedit modum de homicid. docet Chartar. dec. crim. 45. num. 13:* vbi
19 ſubdit, quod an tempus patiatur deliberandi conſilium, an non, relinquatur arbitrio Iudicis, ac proinde hoc caſu nullam intrare pænam, aut irregularitatem, ſicut intraret quando fuiſſet exceſſum ex propoſito ex eodem *Anton. de Butr. tradit Farinac. in tit. de homicid. q. 125. num. 417. & 418. paulo poſt prin. & per totum numerum, latè Henric. Botch. in cap. ſi vero num. 1. de ſenten. excommunicat.*

ARGVMENTVM.

Clericus, & laicus fornicator quomodo puniantur.

Fornicatio eſt omni iure prohibitia diuino, naturali, & Canonico. Clerici fornicatores ſecundum antiquos canones deponebantur, hodiè verò pæna arbitraria mulctantur, fornicatio verò ex quibus probetur, oſtenditur.

SVMMARIVM.

1 Fornicatio ſeparat animam à Deo.
2 Omni iure Diuino, naturali, & canonico damnatur; ſecus de iure ciuili num. 3. 4. & num. 15.
5 Clericus fornicator iuxta antiquos canones deponebatur, hodie vero arbitrio Iudicis punitur num. 6.
7 Quod procedit, ſiue agatur per viam accuſationis, ſiue inquiſitionis.
8 Clericus notorius fornicator non deponitur, ſed ſuſpenditur. Contrarium num. 9.
10 Data tamen incorrigibilitate poſtquam fuerit monitus deponi poteſt. Contrarium num. 11.
12 Clericus in minoribus conſtitutus neque de æquitate deponitur pro ſimplici fornicatione.
13 Laicus pro ſimplici fornicatione etiam Iudicis arbitrio puniri poteſt.
14 Declara procedere in foro poli, ſecus in foro fori, niſi concurrat qualitas concubinatus, & ſimilis.
16 Fornicatio probatur eo ipſo, quod quis retinet mulierem ſuſpectam.
17 Et ſimul cohabitando dicitur notorius fornicator.
18 In dolo præſumitur, qui facit rem prohibitam.
19 Copula carnalis verè, & directè probari non poteſt;
20 Et eſt difficilis probationis.
21 Præſumptionibus, & coniecturis probatur.
22 Ex pluribus præſumptionibus in delictis difficilis probationis Iudex reum condemnare poteſt.
23 Debent tamen ad hunc effectum coniecturæ, & præſumptiones eſſe violentæ, & ſufficientes.
24 Non tamen ex eis irrogari poteſt pæna ordinaria, ſed extraordinaria.
25 Clericus priuari non poteſt beneficijs ex præſumptionibus copulæ carnalis.
26 Pæna priuationis beneficiorum de iure canonico eſt pœna ordinaria aduerſus Clericos virgines conſtuprantes.
27 Clericus cohabitare neque poteſt cum conſanguineis mulieribus, ſi habeant pediſſequam ſuſpectam.

DECISIO XXXVIII.

1 CVm nullum crimen inueniatur quod facilius ſeparet animam à Deo, & ab eius cultu ſpiritum auertat, atque ita auferat bonum conſcientiæ rectæ, ſicut fornicatio *Tolet. in ſum. lib. 1. cap. 47. num. 9. & latè comprobat Bellet. diſquiſit. clericar. in tit. de diſciplina Clerical. p. 1. §. 15. à num. 54. & p. 2. tit. de pæn. Cleric. §. 2. num. 1.*

2 Hinc eſt quod fornicatio omni iure damnatur, & eſt prohibita non ſolum iure diuino, *Deut. 23.* non erit meretrix de filiabus Iſrael *Tob. 4.* attende tibi ab omni fornicatione, & *ad Theſſal. 4.* hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos ab omni fornicatione, *& dixit Leo X. in ſua Bulla de concordatis 10. in p. part. Bullar. verſ. cum omne fornicationis de qua Farinac. in tit. de delict. carn. qu. 137. num. 12.*

3 Verum etiam iure naturæ *S. Thom. 2. 2. qu. 154. art. 2. Leſſ. de iuſtitia, & iure lib. 4 cap 4. dub. 7. nu. 50. Reginal. in prax fori tom. 2. lib. 22. cap 3. ſect. 2. num 19.* & ratio; eſt quia fornicatio eſt contra bonum prolis naſcituræ.

4 Et præcipuè de iure Canonico, etiam ſi agatur de ſimplici fornicatione, omnem enim coitum matrimoniali excepto, eodem in iure interdictum eſſe probat textus *in cap. nemo 32 qu. 4. in can. audite 34. diſtin. can. fornicari 80. diſt. can. Meretrices vbi glo. in verbo prohibuit 32. qu. 4. Abb. in cap. de præſentia num. 25. de probat. & in cap. inter opera in fi. extra de ſponſal. Bermon. de publ. concub in glo. qui rationem officij num. 1. Farinac. in tit. de delict carn. qu. 137. num. 11. Bellet. diſquiſit. Clerical. p. 2. tit. de pæn. Cleric. §. 2. num. 1. 2. & 3.*

5 Clerici igitur fornicatores præcipuè in ſacris cõſtituti, iuxta diſpoſitionem ſacrorum antiquorum canonum deponebantur, ac inter laicos pœnitentiam

Digitized by Google

tiam perpetuò æquè reijciebantur, prout præcipuè Apoſtolorum tempore obſeruatum fuit *can. ſacerdotes, & cap. de his vero 50. diſtin. cap. quicunque cap. Maximianus cap. presbyter cap. ſi quis Epiſcopus cap. ſi qui ſunt cap. ſi quis ſacerdotum cap. eos etiam cap. ſi quiſpiam, & cap. oportet 81. diſt. cap. à multis ſub §. verum cum hodiè de ætat. & qualitat. & docent Paul. de Leazar. in clem. 1. de offic. ordinar. Butr. in cap. at ſi Clerici num. 13. in fi. extra de indic. ibique Bero. num. 165. Foller. in pract. crim. canon. cap. 33 numer. 31.*

6 Hodiè verò prò ſimplici fornicatione punitur Clericus etiam in ſacris conſtitutus pœna arbitraria, ſiquidem cum iura canonica circa crimen fornicationis vario modo diſponant, quandoque apponendo pœnam acerbam, quandoque mitem, quandoque mitiorem, quandoque mediam viam amplectendo, adeo vt hoc totum remittatur arbitrio Iudicis, qui conſideratis circumſtantijs, & qualitatibus delictum aggrauantibus, vel minuentibus, vel pœnam depoſitionis, vel ſuſpenſionis, & quandoq; priuationis beneficiorum, imponere poteſt, ſemper tamen inclinando in mitiorem partem cum pauci ſine vitio incontinentiæ reperiantur, vt melius ſit redargui de miſericordia, quam de ſeueritate, ita poſt multa concludit *Abb in cap. at ſi Clerici nu. 35. & ſeq. de indic.* & hanc opinionem magis communem dicit *Bero. in eodem cap. at ſi Clerici num. 165. Paul. Grilan. de pœn. omnifar. coit. quaſt. 9. num. 3. Diaz. in pract. crim canon. in verbo fornicarij cap. 78. & ibi Inar. Lopez. in addit. vbi de magis communi Menoch. de arbitrar. quaſt. lib. 2 caſ. 332. num. 2. & 3. & clarius caſ. 418. num 3. Clar. in § fornicatio nu. 3. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 20. num. 10. Farinac. in tit. de delictis carn. qu. 137. num. 17. Bellet. diſquiſit. criminal. par. 2. tit. de pœn. Clericor. §. 2. num. 4.*

7 Quod procedit ſiue agatur contra Clericum per viam accuſationis, ſiue inquiſitionis, reprobata diſtinctione, vt primo caſu imponenda ſit pœna ordinaria depoſitionis, ſecundo caſu pœna ſit arbitraria cum in vtroque caſu Clericus pro ſimplici fornicatione non ſit deponendus, ita ex *Mantua tradit Farinac. in tit. de delict. carn. quaſt. 137. num. 19. & 20.*

8 Quinimo quod pro fornicatione etiam notoria, & ſcandaloſa non imponatur pœna depoſitionis, ſed ſuſpenſionis, docet *Mantua in cap at ſi Clerici num 58. verſ. ſecundo aduertendum de indic. Clar. in §. fornicatio verſ. ſed quæro quæ ſit pœna in fi. num. 4. vbi ex Abb. quem allegat. in cap. non liceat num. 4. de præſcript. de communi* teſtatur, quod Clericus notorius fornicator ipſo iure ſit ſuſpenſus ab officio, & ſic non ſit verum quod deponatur.

9 Contrarium verò quod pœna depoſitionis dignus ſit, quia qualitas notorij ſcandali, & iterationis delicti, eſt potens, & ſufficiens ad aggrauandum delictum, vt ad hanc pœnam imponendam ſuadeat, tenent *Anton. de Butr. in cap. at ſi Clerici num. 13. poſt med. verſ. dic ſi fornicatio, extra de indic. ibique Abb. poſt num. 35. & 36. verſ. & ſcandalo inde ſurgente, & Bero. num. 166. verſ. & prædicta vera ſunt* vbi contrarijs *reſpondet* Bermon. *de public. concub. in glo. & alios non publicos concubinarios num. 9. ante fin. verſ. alij autem dicunt el prima Foller. in pract. crim. canon. cap. 33 num. 31. Menoch. de arbitrar. quaſt. lib. 2. caſ. 289. in addit. num. 15. Farinac. in tit. de delict. carn. qu. 137. num 21.*

10 Et licet Clericus pro ſimplici fornicatione ſuſpēdi debeat, data tamen incorrigibilitate, vt ſi poſt monitionem ſuperioris noluit deſiſtere, deponi poteſt ab officio, & beneficio *Io. de Syluo in tract. de benef. p. 3. qu. 3. num. 16. in fi. Bero. in cap. at ſi Clerici num. 166. verſ. præterea cogitabam extra de indic. ibique Abb. num. 35. verſ. ſed aduerte Hoſtien. in ſumm. de cohabit. Cleric. & mulier. §. qualiter imponatur Farinac. in tit. de delict. carnis qu. 137. nu. 24.*
11 *& 25.* vbi refert contrariam ſententiam, quod etiā data incorrigibilitate in Clerico pro ſimplici fornicatione non poſſit deponi, ſed tantum beneficijs priuari per textum in *cap. ſi autem de cohabit. Cleric. & Mulier. prout induxit Abb. in cap. at ſi Clerici num. 35. ante fin. de indic.*

12 Sed ſi Clericus non ſit in ſacris conſtitutus, licet de rigore pro ſimplici fornicatione deponendus eſſet, per textum *in cap. presbyter 82. diſtin.* attamen de æquitate non deponitur *Anton. de Butr. in cap. at ſi Clerici num. 13. in fi. extra de indic. Aretin. in cap. cum non ab homine num. 44. verſ. ſi autem non ſit in ſacris, & num. 46. eod tit. de indic. Bermon. de publ. concub. in glo. & alios non publicos concubinarios num 9. in fi. verſ. alij autem dicunt Farinac. in tit. de delict. carn. qu. 137. num. 40.*

13 Laici verò pro ſimplici fornicatione de iure canonico etiam Iudicis arbitrio puniri poſſunt, cum omnis coitus præter vxorium ſit reprobatus *cap. meretrices 32. qu. 4.* ita tenet *Ghirlan. in tract. de pœn. omnifar. coit. qu. 9. num. 3. verſ. laicus vero ex Abb. in cap. vt Clericorum de cohabit. Cleric. & mulier. Clar. in §. fornicatio num. 3. verſ. ſed quæro quæ ſit pœna in prin. Menoch. de arbitrar. quaſt. caſ. 289. n 2.*

14 Sed quod hoc procedat reſpectu peccati, & in foro poli, non autem reſpectu pœnæ in foro fori imponendæ, quia etiam in *terris in temporalibus* Eccleſiæ ſuppoſitis impunibilis ſit concubitus cum publicis meretricibus, vnde pro ſimplici fornicatione, nec in foro ſęculari, nec in foro eccleſiaſtico exteriori vidiſſe aliquem laicum punitum, niſi concurrente qualitate concubinatus, ſtupri, & grauioris, teſtatur *Farinac. in tit de delict. carnis q. 137. num. 37. Cabal. reſol. crim. caſ. 200. num. 85. verſ. non obſtat Vincen. de Franc. dec. 240. num. 17. verſ. & pro hac opinione.*

15 De iure enim ciuili ſimplex fornificatio nec prohibita, nec punibilis eſt ad vitandum maius malum, quo circa tolerantur Meretrices *Bart. in l. fi. num. 4 ff. de his quibus vt indig.* Clar. *in §. fornicatio nu. 1. in prin. vbi de communi Ghirl. de pœn. omnifar. coit. num. 3. verſ. de iure vero ciuili Menoch. de arbit. quaſt. lib. 2. caſ 289. num. 1. & ibidem in addit. num. 18. & ſeq.* Farinac. *in tit de delict. carn. qu. 137. num. 41.*

16 Fornicatio verò eo ipſo probata videtur vbi cōſtat aliquem habere ſecum mulierem ſuſpectam, & ſi publicè eam detineat eo ipſo conuinctus eſt, ita *glo. in cap. tua nos in verbo non ex euidentia de cohabitat.* Cleric. *& mulier quam ibidem ſequitur Petrus de Ancharan. num. 7. &* Card. *num. 2.* vbi inquit,
17 quod notorius fornicator dicatur ille, qui domi retinet mulierem ſuſpectam, & hoc dicitur notorium factum facit *glo. in cap. de manifeſta in verbo ſciebant 2. qu. 1. Chartar. dec. crim. 49. nu. 20. & 21*

vbi.

Digitized by Google

vbi quod ex hac cohabitatione *Menoch.* ſuſpicio-
nem deducat aduerſus Clericos, & Sacerdores, qui
18 cum mulieribus habitant, vnde præſumuntur in
dolo, dum ſcienter faciunt rem precipuè à Sacro
Concilio Tridentino expreſſe prohibitam, *Crauet.
in conſ. 193. num. 2. Surd. conſ. 173. nu. 15. lib. 1.*
19 Copulæ enim carnalis, & ſtupri crimen cum ve-
rè, directè, & concludenter probari minimè poſſit,
vt tradunt ſcribentes *in cap. prætereo extra de teſtib.
in cap. ex literis, & in cap. ſeq extra de præſumpt.
& in cap. nec aliqua 27. qu. 1.* Et ſit difficilis pro-
20 bationis, cum clandeſtinè, & latenter perpetretur
& ad copulam carnalem latebræ quæri ſoleant, vt
inquit *Cardinal. in cap. prætereo, poſt med. verſ. ſo-
lutio regulariter, & in cap. tertio loco propè fi. extra
de præſumpt. latè Soccin. iun. in conſ. 32. num. 13. &
14. lib. 2. pulchrè Marquard. in tract. de fama publi-
ca lib. 1. cap. 9. num. 8. & 9.*
21 Ac proinde præſumptionibus, & coniecturis
probatur copula carnalis, *Hoſtien. in cap. prætereà
num. 3. verſ. vnde extra de teſt. Imol. in cap. ex lite-
ris num. 3. de præſumpt. ibique Ancor. num. 2. San-
chez. in tract. de matrim. diſ. 12. num. 40. Menoch.
de præſumpt. lib. 1. qu. 58. num. 3. & lib. 5. qu. 41.
num. 1. & 2. & de arbit. qu. caſ. 116. num. 11. Ma-
ſcard. de probat. lib. 1. conclu. 57. nu. 7. & ſeq. con-
clu. 312. num. 19. & conclu. 453. a nu. 3. cum plu-
rib. ſeq. vſque ad num. 10. Farinac. in tit. de delict.
carn. qu. 136. num. 2. Rot. dec. 95. num. 14. & ſeq.
p. 2. diuerſ. Chartar. dec. crim. 49. num. 45.*
22 Adeo vt ex pluribus præſumptionibus Iudex
reum condemnare poteſt in delictis difficilis proba-
tionis, in quibus lex eſt contenta ea probatione,
quæ fieri poteſt, eleganter *Caſtr. in conſ. 143. col. 2.
& conſ. 169. col. 3. circa med. lib. 2. Crau. conſ. 73.
num. 19. & conſ. 178. num. 2. Curt. iun. conſ. 344.
num. 53. Ruin. iun. conſ. 463. num. 29 Maſcard. de
probat. lib. 1. conclu. 57. num. 7. & 8. Chartar. dec.
crim. 49. num. 46.*
23 Debent tamen ad hunc effectum præſumptiones,
& coniecturæ eſſe violentæ, & ſufficientes ad mo-
uendum animum Iudicantis ad ſic credendum,
cap. literis de præſumpt. Gig. *conſ. 29. num. 21. Rot.
dec. 95. num 12. & 13. p. 2. diu. & in Romano nul-
litatis matrimonij 28. Iunij 1651. § copula vero coram
Card. Otthob.*
24 Declara vt qoamuis præſumptiones, & conie-
cturæ eſſent probabiles, vehementes, & violentæ
tamen ſi criminaliter agatur ad pænam, ex eis non
poteſt pæna ordinaria irrogari, ſed extra ordinem
arbitrio Iudicis, & quod ex eiuſmodi indicijs in-
dubitatis nunqoam ſecuta fuerit condemnatio in
perſona, ſed impoſita fuerit pæna pecuniaria,
ſcribit *Gaudin. in pract. crim. tit. de præſumpt. &
indit. indubitat. in fi. Surd. in conſ. 132. num. 88.
Nicol. Maron. in tract. de fid. treg. & pac. qu. 187.
num. 1. & 2. Planc. in Epit. delict. cap. 14. num. 3.
Grom. deciſ. 42. num. 1. & plurib. ſeq. & voto 21.
num. 8. & 10. Farinac. in tit. de indit. & tort. qu.
50. num. 39. & in tit. de reo confeſſ. & conuinct. qu.
86. num. 113. Cabal. reſol. crim. caſ. 288. num. 13.
& 15. latè Chartar. dec. crim. 49. à num. 55. vſque
ad 60. & num. 61. & ſeq.* ſubdit Clericum priuari
25 non poſſe beneficijs ex ſolis indicijs, & præſump-
tionibus copulę carnalis, quoniam priuatio bene-
26 ficiorum adnumeratur inter pænas ordinarias à
Sacris Canonibus aduerſus Clericos virgines con-
ſtuprantes conſtituras.
27 Clericus bonę famæ quamuis poſſit domi retine-
re conſanguineas iuuenes alias non ſuſpectas, ta-
men ſi cum conſanguineis retineatur, ancilla, vel
pediſſequa, neque cum prefatis cõſanguineis coha-
bitare debet, cum de pediſſequa dubitari poſſit, licet
nõ ſit ſuſpicio copulę carnalis cum matre, & ſorore
*Petrus de Anchar. in c. 1. nu. 4. extra de cohabit. Cleric.
& mulier & ibi Abb. poſt nu. 2. Butr. num. 4. Card.
poſt num. 1. Chartar. dec. 49. num. 23. 24. & 25. &
expreſsè diſponitur in Concilio Moguntin. relat. in c.
1. de cohabit. Cleric. & mulier.*

ARGVMENTVM.

Clericus an poſſit exercere negotia ſæcularia,
geſtare arma, eiſque à Curia ſæculari ex-
poliari.

Clericis interdictum eſt negotia ſęcularia pe-
ragere, vnde Clericus beneficiatus effe-
ctus miles beneficium amittit, geſtans ve-
ro arma prohibita excommunicari, & alijs
pænis arbitrarijs puniri poteſt, an verò quo
ad hoc ſubijciantur edictis laicalibus, &
armis à laicali familia ſpoliari poſſit, ex-
plicatur.

SVMMARIVM.

1 Clerici peragere non poſſunt negotia ſæcularia.
2 Clericus beneficiatus effectus miles beneficium amittit.
3 Clericis prohibetur arma deferre.
4 Delatio armorum laicis etiam prohibetur.
5 Leue tamen delictum reputatur.
6 Clericorum arma orationes, & lacrimæ eſſe debent, & num. 7. & 8.
9 Claricus arma deferens excommunicari poteſt.
10 Et alijs pænis arbitrarijs puniri.
11 Remota omni appellatione.
12 Appellatio non poteſt ſuſpendere ea, quæ ad morum correctionem pertinent.
13 Pro Clerico qui in bello decedit oratio offerri non poteſt.
14 Deferens Archibuſettos breuioris menſuræ duorum palmorum puniuntur pæna criminis læſæ maieſtatis, & rebellionis, & excommunicationis.
15 Delatio pugionum, & cultellorum breuioris menſuræ trium palmorum punitur eadem pæna pro archebuſettis impoſita.
16 Delatio cultelli ad incidendum panem ſine cuſpide permittitur.
17 Pro retentione archebuſettorum non imponitur pæna mortis. Contrarium num. 18.
19 Pæna delationis archebuſettorum paruulorum ad hoc, vt habeat locum eſt probanda paruitas menſuræ à ſtatuto requiſita.
20 Adeo vt teſtis deponens per verbum in circa non probat.
21 Et neque probaret ſi reddat rationem de ſuo iudicio.
22 Neque probaret ſi ſimpliciter deponat vidiſſe aliquem deferentem tormenticula breuia.
23 Delatio armorum, etiam archebuſettorum non punitur ceſſante dolo, ſed quid attentis conſtitutionibus Principum num. 24.
25 Armorum delatio non punitur niſi quis de ea ſit confeſſus, aut conuinctus.

26 De

26 De armorum prohibitorum delatione conuinctus quis dicitur ex depoſitionibus birruariorum.
27 Declara vt non procedat quando pro delatione armorum imponitur pæna corporalis.
28 Sublim. ſi vltra dictum birruariorum aliæ concorrant coniecturę Iudicis animum mouentes.
29 Et ſaltem facerent indicium ad torturam.
30 Quęlibet iuſta cauſa excuſat ab armorum delatione etiam leuis.
31 Deferens arma ligata non punitur pæna delationis armorum.
32 Dummodo ſint ita ligata, vt facile diſſolui nequeant.
33 Deferens arma prohibita ad effectum ſe defendendi non punitur pæna delationis armorum.
34 Conceſſa defenſione cenſetur etiam conceſſus armorum vſus.
35 Clerici non ligantur edictis Magiſtratus ſæcularis contra deferentes arma.
36 A familia laica Clerici cum armis deprehenſi eiſdem ſpoliari nequeunt, & num. 39. & 44.
37 Clerici deferentes arma puniri poſſunt per Eccleſiaſticum Iudicem conſimili pæna à ſæculari ſtatuta.
38 Curia ſæcularis non poteſt in Eccleſia armis ſpoliare eos, qui ibidem deferunt, & num. 43. & 48. & 49.
40 Clerici cum armis reperti non poſſunt ſine licentia Epiſcopi carcerari & num. 45.
41 Epiſcopus licet poſſit dare licentiam executoribus Curię ſęcularis carceribus Eccleſiaſticis mācipandi Clericos inuentos cum armis, tamen non expedit generalem licentiam dare & num. 46.
42 Conſtitutio laicalis quod non poſſit procedi contra arma deferētes niſi relatio fiat per Baroncellum, ſuffragatur clericis tanquam fauorabilis, ſed Epiſcopus debet facere, & publicare conſimilem conſtitutionem & num. 47.
50 Extractio bonorum, & rerum, etiam alienarum illatarum per confugientes ad Eccleſiam fieri nequit abſq; licentia Sacræ Congregationis.
51 Adeo vt hæc licentia ab Epiſcopis concedi nequeat.
52 Reprobatur **Thom. del Bene** vbi docet quod Epiſcopo recuſante dare licentiam extrahendi res alienas allatas in Eccleſia poſſit Iudex laicus propria auctoritate extrahere & num. 52.
53 Adeo vt nec per modum facti, & naturalis defenſionis poſſit a Iudice laico deueniri ad hanc extractionem.

DECISIO XXXIX.

1 QVoniam nemo militans Deo implicare ſe debet negocijs ſæcularibus, vt ait Apoſtolus, propterea Clericis negocia ſæcularia peragere interdictum eſt, ex *Concilio Mogantino relat. in cap. 1. ne Clerici, vel Monachi, & ex conſtitutionibus Innocentij III. in Concilio generali relat. in cap. Clerici, officia, de vita. & honeſt. Clericor. & Honorij III. relat. in cap. finali tit. eodem late Redoan. in tract. de ſpolio qu. 2. num. 31. 35. verſ. quid dicendum, & latius nu. 52. & ſeq. plenè Barboſ. de iure Eccleſiaſtica lib. 1. cap. 4. à num. 83. vſque ad 131.*

2 Hinc eſt quod Clericus Beneficiatus effectus miles ſæcularis beneficium amittit, quia eo ipſo quod ſæcularem militiam aſſumit videtur clericali militię renunciaſſe, ac proindè non debet gaudere priuilegijs Eccleſiaſticis, & retinere beneficium, quod conſectur clericali militiæ militantibus *glo. in cap. fi. in verbo redierint de cleric. non reſiden. Imol.* qui de communi teſtatur *in cap. fi. num. 0. de vit. & honeſt. Cleric. Barbat. conſ. 11. col. fi. verſ. preterea facit lib. 1. Gigas. de penſion. qu. 55. num. 2. Clar. in §. fi. qu. 73. num. 6. ſub verſ. item Clericus Farinac. p. 1. fragment. crim. in verbo Clericus.*

3 Clericis autem armorum vſus, ſeu arma deferre prohibitum eſt, *Bellet. diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de diſciplina clerical. §. 18. num. 7. & p. 2. tit. de pæn. cleric. §. 31. num. 1. & allegat textum in cap. non pila in cap. Clerici, & in cap. quicunque 23. qu. fi. cap. 2. de vit. & honeſtat. cleric. ibique Abb. num. 1. Clement. 1. ead. tit. cap. 1. §. ſi Clericus de pace tenen.*

4 Quinimò de iure communi omnibus etiam laicis interdicitur arma deferre *l. 2. ff. ad l. Iul. de vi publ. vbi Bart. & Angel. l. 1. C. vt armor. vſus lib. 11. l. armorum ff. de verbor. ſignificat Auth. de armis per totam Corn. conſ. 2. num. 4. vol. 3.* Roman. ſingul. 267. *Bellet. diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de diſciplina clerical. §. 18. num. 8.*

5 Et licet delatio armorum inſpecto iure communi leue delictum reputetur, vt notat *Bart. in l. leuia num. 9. ff. de accuſat. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 4. num. 21.* Farinac. *in tit. de carcerib. & carcerat. q. 28. num.* 66. in clericis tamen graue delictum repu-
6 tatur, cum eorum arma orationes, & lacrymæ eſſe debeant, *cap. fi. 36. diſt. cap. porro 1. 6. qu. 3. cap. conuenior cap. non pila, cap. quicunque cap. reprehen-*
7 *ſibile 23. qu. 3.* Vnde Moyſes non accedebat ad bella, neque pugnabat contra inimicos, ſed orabat, & donec ille orabat vincebat populus eius, ſi vero relaxabat, & manus dimittebat, populus eius victoriam amittebat, & in fugam conuertebatur, vt refert textus in *cap ſi quis vult. 36. diſt. ex Exod.* 17. Hinc Conſtantinus, & Coſtans Imperatores
8 dixerunt Rempublicam magis religionibus, & orationibus, quam officijs, & labore corporis, vel ſudore contineri, vt pariter refert textus in *cap. in qualibet Ciuitate 23. qu. 8.*

9 Propterea Clericus arma deferens etiam excommunicari poteſt *cap. 2. de vita, & honeſtat. cleric. ibique Abb. num. 9. Bald. num. 4. Card. in Clement. 2. §. præfate de ſtat. Monac. Graſ. dec. aur. p. 2. lib. 3. cap. 7. num. 6.* Et arma amittere debet, *Bartol. in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi pub. vbi etiam Alex. Ioſeph. Ludou. dec. Peruſ. 35. Vin. dec. 287. Bellet. diſquiſit. cleric. p. 2. tit. de pæn. cleric. §. 50. ſub num. 1.*

10 Quinimmò procedi poteſt contra clericum arma deferentem pœna arbitraria, habita ratione ad qualitatem perſonæ, ad genus armorum, & ſcandalum datum, & tamquam contemptorem Sacrorum Canonum, & Eccleſiaſticę ſanctitatis prophanatorem, & proprij gradus violatorem, iuxta textum in *cap. quicunque 23. qu. 8. cap. in audientia de ſenten. excom. & ſanciuit.* Concil. *Trid. ſeſſ. 22. cap. 1. de reform.*

11 Adeo vt executio pænarum, quibus clericus hac de cauſa mulctatus fuerit, per appellationem impedirt nequeat, cum ea ſuſpendere non valeat illa,
12 quæ ad morum correctionem pertinent, iuxta diſpoſitionem *Concilij Trid. ſeſſ. 22. de reform. cap. 1. in fi. & dicit Stephan. Vueyms, ad conſtitut. 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouat. conſtit. 8. nu. 12. in fi & probatur in cap. ad noſtram 2. de appellat. Scaccia in tract. de appellat. qu. 17 limit. 26. num. 9.* Barboſ. *in votis deciſiuis canon. lib. 1. voto 4. num. 73. & in* Concil *Trid. ſeſſ. 22. de reform. cap. 1. num. 6.*

13 Vlterius pro clerico qui in bello decedit oratio offerri non poteſt, iuxta textum in *cap. quicunque t. 23. qu. 8.* vt pote quia non licet clericis effundere humanum ſanguinem, eorumque officium reddit inhabiles ad pugnandum, tamquam inſtitutum

ad

Digitized by Google

ad diuinas laudes celebrandas, & potius prò pace,
& concordia orandum *cap. ex multa in fi. de voto, & alijs congeſtis comprobat* Bellet. *diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de diſciplina clerical.* §. 18. *num.* 17.

14 Prò delatione verò, & retentione archibuſetti
breuioris menſuræ duorum palmorum non minus
Clerici, quam laici, omneſque alij cuiuſcunque dignitatis, & præeminentiæ in Vrbe, & ſtatu Eccleſiaſtico puniuntur grauiſſimis pœnis etiam criminis
læſæ maieſtatis, & rebellionis, ac inſuper excommunicationis latæ ſententiæ ex *Bulla Pij IV. in ordine* 65. *p.* 1. *Bullar. & B. Pij V.* 151. *p.* 2. *Bullar. de quibus Guazzin. de confiſcat. conclu.* 13. *ampliat.* 88. *num.* 1. *Farinac. in tit. de var. crimin. qu.* 108.
num. 52. *Bellec. diſquiſit. cleric. p.* 2. *tit. de pæn. cle-*
15 *ric.* §. 50. *num.* 5. vbi quod ſub eiſdem pœnis ex
dicta *conſtitutione B. Pij V.* prohibetur etiam delatio pugionum, & cultellorum, & cuiuſuis alterius
generis armorum breuioris menſuræ trium palmo-
16 rum, exceptis cultellis aptis ad incidendum panem,
qui tamen eſſe non poſſint maioris longitudinis
vnius palmi, & ſine cuſpide, & vt vulgo dicitur
ſpontati.

17 Sed in propoſito *Bullæ Pij IV.* quò ad retentionem archibuſettorum nunquam vidiſſe mortis pœnam impoſitam, quando inde aliud mali ſecutum
non fuerit, ſed vt plurimum pæna pecuniaria, ſeù
ad pecuniariam compoſitionem reum admiſſum
fuiſſe prò veritate teſtatur *Farinac. in tit de var. & diuerſ. crim. qu.* 108. *num.* 44. *in fi.* ſed quod etiam
18 detinens archibuſettos puniatur pœnis expreſſis in
dictis bullis, & quod non poſſint per aliquos vendi, & ita in facto condemnatum fuiſſe in pœnam
vitæ, & confiſcationis bonorum inſignem pictorem,
refert *Guazzin. in tract. de confiſcat. conclu.* 73. *ampliat.* 88. *num.* 10.

19 Sed ad hoc, vt habeat locum pœna delationis
paruorum archibuſettorum neceſſe eſt, quod prò
parte fiſci fuerit concludenter probata paruitas
menſuræ à ſtatuto, ſeù conſtitutionibus requiſita,
quod talia ſcilicet archibuſetta ſint minora duorũ
palmorum intelligendo de canna ipſius archebuſij,
20 adeo vt teſtes ſuper dicta parua menſura deponentes per verbum in circa minime probant *Farinac. d. qu.* 108. *num.* 54. & 55. & *conſ.* 28. *num.* 3. *tom.* 1.
21 vbi quod probatur per teſtem rationem reddentem
de iudicio ſuo, cum agatur de re cadente ſub ſenſu corporeo, & non ſub iudicio intellectus, *Bertaz. conſ.* 461. *num.* 10. *lib.* 10 *vbi num.* 56. ſubdit te-
22 ſtis deponens vidiſſe aliquem deferentem tormentum breue, vel tormenticula breuia, & prohibita
non probat, *Burſat. conſ.* 331. *nu.* 28. *in fi. & ſeq. lib.* 3. *Guazin. de confiſcat. conclu.* 13. *ampliat.* 88. *num.* 15. 16. & 17.

23 Ceſſante verò dolo quod non puniatur delatio
armorum etiam archibuſettorum paruæ menſuræ,
Bertaz. conſ. 64. *num.* 11. & *conſ.* 173. *num.* 3. & 4. *lib.* 1 *conſ.* 308. *num.* 19. *conſ.* 461. *num.* 6. & *conſ.* 319. *num.* 8. & *ſeq. lib.* 2. *Burſat. conſ.* 77. *num* 6. *in fi. & num.* 13. *cum alijs relatis per Farinac. in tit. de var. & diuerſ. crim. qu.* 108. *num.* 144. Sed hæc
24 limitatio difficillimè obtineret attentis præfatis
conſtitutionibus Summorum Pontificum, & aliorum Principum, bandimẽtorum particularium ſimpliciter, & abſque reſtrictione prohibentium delationem præfatorum tormenticulorum manualium.

25 Nemo tamen pro armorum delatione puniri debet niſi de ea aut confeſſus, aut conuinctus fuerit,
prò vt in alijs delictis, & hoc in iure nullam habere difficultatem, dicit *Farinac. in tit. de var. & diu. crim. qu.* 108. *num.* 149.

26 Et quod conuinctus quis dicatur de armorum
delatione ex depoſitionibus birruariorum, tamquam leue delictum, in quibus etiam birruarij admittuntur ad teſtificandum, præcipuè alijs non
exiſtentibus *Decian. tract. crim. lib.* 8. *cap.* 4. *nu.* 2. *Marſil. in pract.* §. *pro complemento num.* 44. Baiard. *ad Clar. qu.* 82. *num.* 60. *cum alijs adductis per Farinac. in tit. de var. & diu. crim. qu.* 108. *num.* 150. 151. & *num.* 153.

27 Limitatur tamen, quod hoc non procedat, quando pro delatione armorum imponeretur aliqua pœna corporalis, nempe cordæ, fuſtigationis præcipue in publico, nam tunc reſpectu grauitatis pœnæ
etiam delictum graue reputatur, & plenam probationem requirit, vt ſolo nuncio denunciatori, ſeù
birruario referenti aliquem inueniſſe cum armis
non creditur, cum huiuſmodi perſonis propter eorum vilitatem nulla fides detur *Boſſ. in tit. de denunciatio num.* 10. *in fi. verſ. tutius tamen eſt Pariſ. de Puteo de ſyndicatu in verbo Nuncius c.* 2. *verſ. & prædicta intelligenda ſore ſo. mihi* 241. *Clar. in pract.* § *fi. qu.* 7. *verſ. habens igitur in fi.* Maſcard. *de probat. lib.* 1. *conclu.* 506. *num.* 15. & *tradunt alij Doctores congeſti per Farinac. dicta qu.* 108. *num.* 154.

28 Sublimitatur verò hæc regula, quando vltra dictum birruariorum aliæ circumſtantiæ concurrerent, quæ Iudicis animum moueant ad ſic credendum, *Clar. in pract.* §. *fi. qu.* 7. *verſ. habes igitur in*
29 *fi.* Et ſaltem hoc caſu birruarijs eſſet credendum
ad faciendum indicium ad torturam, ſi de graui
ageretur pœna, etiam ſi officiales, aut birruarij
eſſent plures, vel vnus, qui deponeret *Bruſat. conſ.* 331. *num.* 44 *Farinac. conſ.* 100. *an.* 8. & *in prax. crim. in tit. de var. & diu. crim. qu.* 108. *num.* 156. *in fi. Vincen. de Franc. dec.* 179. *p.* 2.

30 Quælibet autem iuſta cauſa, etiam leuis excuſat ab armorum delatione Bertaz. *conſ.* 173. *num.* 5. & *conſ.* 308. *ſub num.* 9. & *conſ.* 461. *num.* 5. *Bruſat. conſ.* 77. *num.* 15. *in fi. & ſeq & conſ.* 141. *nu.* 44. Farinac *in prax. tit. de pæn temperan. qu* 90. *num.* 36.

31 Hinc eſt quod deferens arma ligata, ita vt cum
illis neminem offendi poſſit, non punitur pœna
delationis armorum, ſecundum Doctores allegatos
per *Farinac. in tit. de var. & diu. crim. qu.* 108. *nu.* 83. & 84. vbi declarat hoc procedere, quando ar-
32 ma eſſent taliter ligata, vt ad offendendum omnino apta non ſint, aut cum difficultate, ita quod
non poſſint ad libitum deferentis diſſolui, alias huiuſmodi armorum ligatio eſſet in fraudem ad effugiendam pœnam, quam propterea euitare non
poſſet.

33 Vltra quod deferens arma prohibita ad effectum
ſe defendendi ab iniuria, vel inſultu ſibi facto, &
viens in caſu licitæ defenſionis, non tenetur pœna
delationis armorum, etiam ſi talia arma non eſſent
neceſſaria in tali defenſione, cum ſufficiat quod facilius, tutius, & ſecurius cum eiſdem poſſit ſuam
defenſionem facere, latè Cabal. *reſol. crim caſ.* 62. *à nu.* 1. & *per totum & caſ.* 88. *nu.* 8. *Guazin. de confiſcat. conclu.* 13. *ampliat* 88. *nu.* 20.

34 Conceſſa autem defenſione, quæ eſt de iure natu-
ræ, neceſſario ſequitur, quod eodem iure conceſſa
cenſeantur ea, quæ ſunt neceſſaria ad faciendam
defenſionem, vt eſt armorum vſus, adeo vt hoc ca-
ſu ceſſet ſtatutum, ſeu conſtitutio prohibitiua ar-
morum delationem, vt docet *Cabal. & Doctores*
per eum allegati reſol. crim. caſ. 88. *num* 8.

35 Non tamen ligantur clerici, & Eccleſiaſtici edi-
ctis Principis, ſeù Magiſtratus ſæcularis promul-
gatis contra deferentes arma prohibita, nec pœnis
ſiuè afflictiuis, ſiuè pecuniarijs in eiſdem contentis
36 multari, & multo minus à familia laica deprehenſi
cum armis, eiſdem ſpoliari poſſunt, ſed puniri de-
37 bent, per Iudicem Eccleſiaſticum, qui poteſt etiam
conſimili pœna à ſæculari ſtatuto animaduertere, &
multare clericum, vt latè comprobat *Bellet. diſqui-*
ſit. clerical. p. 2. *tit. de pœnis cleric.* §. 50. *num.* 1. *&*
2. *per totum*, vbi reprobatur *Menoc. de arbit. iudic.*
lib. 2. *cent.* 4. *caſ.* 394. *num.* 33. contrarium te-
nens.

In quorum corroborationem emanauit infra-
ſcriptum decretum *Sac. Cong. immunitatis in vna*
Adiacen. 18. *Martij* 1631. in qua propoſita fuerunt
38 infraſcripta dubia, primo *An curia ſæcularis poſſit*
in Eccleſia auferre arma ab illis, qui ibidem deferunt,
etiam ſi ſint arma prohibita abſque licentia Epiſcopi.
2. *An curia ſæcularis poſſit abſque auctoritate Epiſco-*
39 *pi à Clericis arma prohibita deferentibus auferre.*
3. *An huiuſmodi Clerici cum armis prohibitis repertis*
40 *ab eadem curia ſæculari ſine licentia Epiſcopi ad car-*
ceres perduci liceat, vt poſtea conſignentur curiæ Epi-
ſcopali. 4. *An Epiſcopus poſſit licentiam dare abſolu-*
41 *tè executoribus curiæ ſæcularis, vt perſcrutentur an*
clerici arma deferant, & quod carcerent ſi repererint
42 *arma deferre.* 5. *An conſtitutio laicalis quod non poſ-*
ſit contra quoſcunque prò delatione armorum prohibi-
torum procedi, niſi relatio fiat per Baroncellum, &
duos alios famulos ſeruanda ſit etiam quo ad Eccleſia-
ſticos, de qua *Sperel. dec.* 127. *nu.* 26.

Sacra Congregatio ſuper controuerſijs iuriſdi-
43 ctionalibus reſpondit. Ad primum, *Non poſſe.*
44 Ad 2. *itidem non poſſe*. Ad 3. *Non poſſe ſine licen-*
45 *tia Epiſcopi*. Ad 4. *Poſſe Epiſcopum licentiam dare*
46 *ita tamen vt ad carceres Eccleſiaſticas ſtatim condu-*
cantur, ſed non expedire, nec ipſum debere dare ge-
47 *neralem*. Ad 5. *Eccleſiaſticis ſuffragari huiuſmodi*
conſtitutionem tamquam eis fauorabilem, ſed Epiſco-
pum ſuper hoc publicare debere edicta ſimilia ſuæ
curiæ.

48 Et quod ſatellites curiæ ſæcularis non poſſint ar-
mis ſpoliare confugientes ad Eccleſias, & loca
immunia, etiam de iure ciuili, adeſt clara diſpoſi-
tio *Theodoſij, & Valentiniani Imperatorum in l. pa-*
teant §. *hos vero C. de ijs, qui ad Eccleſiam confugiunt*
ibi *hos vero, qui templa cum armis ingredi audent*,
& ita paſſim cenſuiſſe Sacram Congregationem
Immunitatis patet ex declarationibus relatis per
Iacob. Pignatel. conſult. canon. 166. *num.* 4. 5. 6. *&*
7. *tom.* 1. *& per Sperel. dec.* 127. *num.* 26. *lib.* 2. *&*
per Thom. del Bene de immunitat. Eccleſ. cap. 9. *dub.*
6. *ſect.* 3. *num* 9. *& per Ciarlin. controuerſ. iur. cap.*
15. *num.* 87. *lib.* 1. qui ad literam refert epiſtolam
reſponſiuam Sacræ Congregationis Epiſcopo Re-
gien. & per *Aldan. in compend. can. reſol. lib.* 3. *tit.*
8. *num* 16. ſiquidem ex priuilegio Immunitatis Ec-
49 cleſiaſticæ perſona conſeruari debet in eo ſtatu, in
quo erat tempore confugij, *cap. definiuit* 17. *qu.*
4. *& in puncto conſtitutionis Gregorij XIV. tradit*
Peregrin. de immunit. Eccleſ. cap. 13. *num.* 5. *&* 6.
Diana reſol. moral. p. 1. *tract.* 1. *de immunit. Eccleſ.*
reſol. 8.

50 Vnde prohibetur ſpolium, & extractio bono-
rum illatorum à confugientibus ad Eccleſiam, niſi
præcedat ſpecialis facultas Sacræ Congregationis
pro huiuſmodi extractione, tum ex diſpoſitione
textus in *cap. ſicut antiquitus, & in cap. definiuit.* 17.
qu. 4. *tum ex bulla Gregorij XIV. de immun. Eccleſ.*
& ita paſſim cenſuiſſe Sacram Congregationem
Immunitatis deducitur ex reſolutionibus congeſtis
Per Iacob. Pignatel. conſult. canon. 66. *numer.* 6.
tom. 1.

51 Adeò vt huiuſmodi licentia ab Epiſcopo conce-
di nequeat, prò vt generaliter non poteſt Iudici
laico impartiri facultatem exercendi actus iuriſdi-
ctionales in Eccleſia, vt latiſſimè comprobat *Spe-*
rel. dec. 51. *à num.* 9. *cum plurib. ſeq. tom.* 1. *& in*
puncto reprobatu Ciarlino loco citato in num. 77. *tra-*
dit in dec. 127. *num.* 87. *tom.* 2.

52 Attento igitur ſtylo Sacræ Congregationis Im-
munitatis non ſubſiſtunt tradita per *Thom. del Bene*
de immunit. Eccleſ. cap. 16. *dub.* 30. vbi relatis hinc
inde ſententijs, *num.* 8. firmat, quod in ſpoliando
reum confugientem ad Eccleſiam armis, ſeù rebus
alienis in eadem allatis requirenda ſit licentia Præ-
lati Eccleſiaſtici, quam præſtari recuſante quod
poſſit Iudex laicus ad effugienda pericula præfata
bona auferre, inhærendo bullæ Gregorianæ conce-
denti extractionem in caſibus exceptis Epiſcopo
indebite reluctante, quæ ratio licet militet in caſi-
bus exceptis, non tamen extendi poteſt in ſpolio
rerum, quæ non excipiuntur in dicta bulla, alias
Sacra Congregatio ad ſe non auocauiſſet faculta-
53 tem dandi licentiam huiuſmodi bona extrahendi,
in nihilo reſtagante quod huiuſmodi extractio non
procedat per modum exercendæ iuriſdictionis, ſed
per modum facti, & iuris naturalis defenſionis in
qua ratione male ſe fundant *DD. relati per Pigna-*
tel. dicta conſult. 166. *num.* 8. *& per Thom. del Bene*
loco citatu num. 2.

ARGVMENTVM.

Clericus, an poſſit deſeruire laicis, & fungi
officio Procuratoris, Aduocati, & No-
tarij.

Clerico beneficiato interdictum eſt laicis in-
ſeruire, Procuratoris, Aduocati, & Nota-
rij officium exercere ſub pœna priuationis
beneficij, in quibus autem caſibus ſupra-
dicta exercere poſſit, & an valeant inſtru-
menta rogata à Clericis diſceptatur.

SVMMARIVM.

1 Clericus beneficiatus, aut in ſacris conſtitutus non po-
teſt laicis deſeruire.
2 Poteſt eſſe factor pro minoribus, orphanis pauperibus,
& pro rebus eccleſiaſticis.

3 Cle-

Digitized by Google

3 Clericus regulariter non poteſt exercere officium Procuratoris, & Aduocati.

4 Prout nec etiam Epiſcopus.

5 Nec etiam Monachi, & Canonici Regulares niſi pro rebus eorum Monaſterij.

6 Amp. vt regula procedat tam in criminalibus.

7 Ad rei defenſionem controuertitur inter DD. ſed tutius eſt, vt ſe abſtineant.

8 Clerici non poſſunt diſcere leges ciuiles.

9 Lim. 1. vt publicè Clerici non poſſunt dare operam legibus ciuilibus, ſecus priuatim.

10 Lim. 2. ſi ante clericatum legibus ciuilibus operam dederunt, cum poſt poſſunt lauream doctoratus conſequi.

11 Lim. 3. de licentia Summi Pontificis.

12 Clerici in Romana curia Procuratoris, & Aduocati officio funguntur, & leges ciuiles audire poſſunt num. 13.

14 Clericus in cauſa Eccleſiæ poteſt eſſe Aduocatus, & Procurator.

15 Necnô in cauſa propria, & pro miſerabilibus perſonis.

16 Et in cauſa ſuorum conſanguineorum etiam coniunctione ſpirituali num. 17.

18 Et etiam ſi ex charitate, & non cauſa lucri.

19 Etiam ſi aliter ſuis neceſſitatibus conſulere non poſſit.

20 Et etiam coram Iudice Eccleſiaſtico.

21 Clericus in minoribus non habens beneficium Eccleſiaſticum poteſt aduocare, & procurare etiam coram Iudice laico.

22 Clericus abſque periculo irregularitatis poteſt dare conſilium in genere in criminalibus.

23 Amp. etiam ſi ſint conditores legum reis imponentium pœnam mortis.

24 Clericus, & Religioſi non poſſunt eſſe Notarij, etiam ſi eſſent Notarij, ante ſuſceptum ordinem, & ingreſſum in Religionem, ſub pœna priuationis beneficiorum.

25 Si Clericus in minoribus non habeat beneficium ſufficiens ad ſui ſuſtentationem.

26 Secus in ſacris, qui ſi non habeant beneficium in foro Eccleſiaſtico poſſunt eſſe Notarij.

27 In cauſa hęreſis Clericus, & Religioſus poteſt eſſe Notarius.

28 Ad fauorem ſuæ Eccleſiæ Clerico permittitur inſtrumentum conficere.

29 Clericus licet non poſſit eſſe Notarius, inſtrumenta tamen ab eodem confecta tenent. Contrarium num. 30. Declara, vt in num. 31. & 32.

33 Clericus, & Religioſus poteſt publicare ſua inſtrumenta confecta ante Clericatum, & Monacatum de licentia ſuperioris num. 34.

35 Parochus poteſt eſſe Notarius quo ad vltimas voluntates tantum ad pias cauſas.

36 Teſtamentum factum coram Parocho, & duobus teſtibus de iure canonico valet etiam quo ad cauſam profanam.

DECISIO XXXX.

1 AMpliando materiam præcedentis deciſionis, alia traditur concluſio, quod Clericus beneficiatus, aut in ſacris conſtitutus non poteſt deſeruire alicui laico in domo, vel extra pro ſuis negocijs peragendis, & ſic neque miniſter, ſiue factor loicorum Clericus eſſe poteſt eſt textus in *cap. credo 21. qu. 3. cap. peruenit, & per totam dicta 21. qu. 3. cap. ſacerdotibus ne Cleric. vel Monach vbi Abb. & communiter canoniſtæ, eſt etiam textus in § alium autem in Auth. de ſacroſanct. Epiſcop* Montemaran. *in ſua pract. Epiſcopal. cap* 77. num. 18. vbi quod Clericus non poteſt exercere officium maioris domus alicuius Principis late *Diaz in prax. crim. canon. cap. 57. in verbo Miniſtri laicorum ibique Ignatius Lopez. lit.* B. *Farinac. p. 1. fragment. crim. in verbo Clericus num.* 185. *Bellet. diſquiſit. clerical p. 1. tit.*
2 *de diſciplina Clerical. §. 21. num.* 32 vbi in ſi excipit quod pro minoribus, orphanis, aut pauperibus, aut pro rebus eccleſiaſticis Clericus poſſit eſſe factor ex *cap. peruenit 86. diſt. cap. decreuit 88. diſt. cap. peruenit cap. credo 21. qu. 3.*

3 Hinc eſt quod regulariter Clericus non poteſt exercere officium aduocati, aut procuratoris quia opprobrium eſt Clericis forenſium diſceptationum ſe peritos oſtendere *cap. ſacerdotibus ne Cleric. vel Monac. vbi Innocen. & Abb. cap. 1. de poſtulando, ibique glo in verbo ſæcularibus cap ſi. eod. tit ibique communiter omnes canoniſtæ Diaz. in pract. crim. canon. cap. 57. in verbo Miniſtri laicorum num. 1. & ſeq. Farinac. p. 1. fragment. crim. in verbo Clericus num. 186. Nicol. in ſuis floſculis in verbo Clericus num.* 10. vbi quod clerici non poſſunt patrocinari, ſed bene domi ſcribere abſque ſalario ex Sacra Congregatione Concilij, & *in verbo poſtulare nu. 2. Gauant. in Enchiridion. ſeu manuale Epiſcoporum in verbo Clericus num. 58. & ſeq. & ibidem in addition. num. 1. & ſeq.*

4 Quod procedit multo magis in Epiſcopis *cap. te quidem 11. qu. 1. cap. prælatum 88. diſtin. cap. Epiſcopus il primo 14. qu. 5. cap. denique 21. quæſt. 3. & per totam* Redoan. *in tract. de ſpolio qu 2. num. 18.*

5 Pariter etiam ſibi locum vindicat in Canonicis regularibus, Monachis, alijſque religioſis, qui contemptis ſæculi illecebris ſe Altiſſimo manciparunt, niſi fortè procurent, ſeù aduocent in vtilitatem, & ad tuendas res, bona, & iura Monaſterio competentia, præuia tamen pręcedente ſuperioris licentia, cum religioſus non ſit ſui iuris, nec velle, aut nolle habeat ad textum in *cap. 2. & ibi glo & communiter ſcribentes extra de poſtulando glo. in cap. 1. in verbo ſtipendijs verſ. de regularibus eod tit. cap. Monachi 16. quæſt. 1.* Farinac. *p. 1. fragment. crim. in verbo Clerici num.* 190 *egregie Redoan de ſpolio qu.* 2. *num. 22. verſ. Religioſi verò, & num. 27. per tot.* vbi declarat, quando cauſa dicatur ſpectare ad monaſterium.

6 Quæ attendenda ſunt non ſolum in ciuilibus, ſed etiam multo magis in criminalibus per textum in *cap. ſententiam ſanguinis, ne* Clerici, *vel Monaci, & in cap. his à quibus 23. qu. vltima glo in cap. 1. in verbo ſtipendijs verſ. quia in criminalibus extra de poſtulando* ad defenſam verò licet inter DD. con-
7 trouertatur tutius tamen eſt, vt ab huiuſmodi aduocatione, & procuratione ad rei defenſionem ſe abſtineant, vt ex *Redoan. in tract. de ſpolio qu. 2. nu. 26. tradit* Farinac. *dicta p. 1. fragment. crim. nu.* 189.

8 Hinc eſt quod Clerici non poſſunt dare operam, ſeù audire, & diſcere leges ciuiles, aut phyſicam ſub pæna excommunicationis, & alijs ſtatutis per Alexand. *III.* in *Concilio Turonen. relat. in cap. non magnoperè ne Clerici, vel Monac.* qui textus licet loquatur de Religioſis, tamen eius diſpoſitio etiam Ad Clericos beneficium habentes, & ad presbyteros extendi voluit *Honorius III. vt in cap. ſuper ſpecula tit. eod. vbi communiter ſcribentes Diaz. in pract. crim. canon. cap. 59. in verbo ac legem num 1. ibique Ignatius Lopez. in addition. lit. A. Albertus Trot. in tractat. de verò, & perfecto Clerico cap. 35. lib. 2. Petrus à Plane in Epit. delictor. lib. 1. cap. 26. num. 6. verſ. à ſacerdotibus.*

6 Tripliciter tamen limitatur ſupradicta concluſio,

ſio, primo quod Clerici, & Religioſi non poſſint dare operam legibus cæſareis publicè, ſecus priuatim, & intra domeſticos parietes, vt melius canonica decreta percipiant, cum canones magna ex parte iuri ciuili coniuncti ſint, adeò vt non poſſit quis iudiciorum practicam bene cognoſcere niſi in vtroque iure, tum Cæſareo, tum Pontificio verſatus ſit, vt ex *Lopez ad Diaz. loco citato tradit Farinac. in part. 1. fragment. crim. in verbo Clericus num.* 207.

10 Limitatur 2. vt non procedat quando quis ante clericatum iuriſprudentiæ ciuili operam dedit, quia poſt clericatum aſſumptum non interdicitur ad Doctoratus gradum in eodem iure promoueri, ne incaſſum laborauerit, & doctorali lauræ prærogatiua, & ornamento priuetur, vt ex *Calderin. Nauar. & Lopez ad Diaz demoſtrat Farinac. part. 1. fragment. crim. num.* 208.

11 Limitatur 3. de Licentia Summi Pontificis, cuius vigore Cæſareo Iuri Eccleſiaſtici operam dare poſſunt, vt Romę Curię Stylus recepit. *Lopez ad Diaz in pract. crim. canon. cap. 59. lit. A. verſ. ſolus tamen Romanus Pontifex, cum alijs relatis per Farinac. loco citato num.* 206.

12 Ac proinde in Romana Curia ob multiplicitatem cauſarum in cauſis in eadem vertentibus conſuetudine receptum eſt, vt etiam pro alijs, & alieno nomine Clericus litiget, & Procuratoris, & Aduocati officio fungatur. *Barboſ. de Iure Eccleſiaſti-*
13 *co lib. 1. cap. 40. n. 88. Gauant. in Enchyridion, ſeù Manuale Epiſcoporum in verbo Clericus, in addit. n.* 4. vnde non obſtante Conſtitutione *Honorij III. Leo X.* Clericus abſque nullius pœnæ incurſu in ſtudio Vrbis leges audire conceſſit, vt ex eiuſdem *Bulla 4. §. ceterum, quia ex ordine Bullar. Chernb. to.* 1.

14 In multis autem caſibus permittitur Clericis Aduocati, & Procuratoris officium exercere, nempe primo in cauſa Eccleſiæ, vt probat Textus *in cap. 1. & cap. fin. de poſtulando vbi communiter DD. Redoan. de ſpolio quaſt. 2. n. 19. 20. ad fin. & num. 22. verſ. & quia Ignat. Lopez in addit. ad Diaz. in practic. crim. canon. cap. 57. lit. A verſ. ſecundus caſus eſt & verſ. ſequen. Farinac. par. 1. fragment. crim. in verbo Clericus n. 194 Barboſ. de Iure Eccleſiæ lib. 1. cap. 40. n. 86. Gauant. in Encherid. ſeù Manual. Epiſcop. in verbo Clericus in addit. n. 2. Nicol. in ſuis Floſcul. in verbo poſtulare num.* 2.

15 Secundo in cauſa propria, & pro miſerabilibus perſonis, ad textum *in cap. fin. de poſtulando ibique gloſ. in verbo pro ſe ipſo, ibique communiter DD. omnes Redoan. dicta q. 2. n. 19 & 20. verſ. Diaconi verò Ignat. Lopez loco citato in 6. & 9. caſu, Farinac. loco citato n. 196. & 198. Barboſ. vt ſupra relat. ſub n. 86. Gauant. vt ſupra n. 2. Nicol. vt ſupra n.* 2.

16 Tertio in cauſa ſuorum conſanguineorum, & coniunctorum, inſtante tamen neceſſitate, vt ſi aduerſarij ſint nimis potentes, & ipſius clerici coniuncti habere non poſſunt ęque idoneum, bonumque aduocatum. *cap. fin. ibique gloſ. in verbo pro ſe ipſo, & communiter canoniſtæ.* Redoan de ſpolio q. 2. *n. 19. Ingat. Lopez ad Diaz in prax. crim. canon. cap. 57. lit. A. in 7. caſu Farinac. loco citato. n. 199. Barboſ. de iure Eccleſ. lib 1. cap. 40. n. 87. Nicol. in ſuis Floſcul. in verbo poſtulare ſub n. 2. Gauant. In ma-*
17 *nual. in verbo Clericus in addit. nu.* 3. vbi extendit etiam in cauſa coniunctorum coniunctione ſpirituali ex *Barboſ. quem allegat.*

18 Quarto non ſolum quando Clericus non cauſa lucri, ſed ex charitate deſumat motiuum aduocandi, & procurandi, vt ex *Cepol. conſ. ciuil. 4. & ex Ignat. Lopez dicta lit. A. in 9. caſu tradit Farinac. di-*
19 *cta p. 1. fragment. crim. n.* 201. Verum etiam quando Clericus neceſſitate cogente ad conſulendum ſuis neceſſitatibus, cauſidici munus aſſumeret, vt ſubdit ibidem *Farinac. n. 202. Gauan. loco citato ſub n. 7. ex allegatis per Redoan. de ſpol. q. 2. n. 22. in ſin. & n. 23. in fin. & 24. in prin. Barboſ. vt ſupra n. 90. & 91.*

20 Inſuper coram Iudice Eccleſiaſtico non prohibetur Clericus eſſe Procurator, vel Aduocatus ſecundum *Cepol. conſ. ciuil. 21. nu. 5. & ſeq. Redoan. de ſpol. q. 2. n. 20. in fin. verſic. vnde apparet, & n. 21. & 22. Lopez ad Diaz in pract. crim. canon. capit. 57. lit. A. in 5. caſu, Farinac. proximè allegat n.* 197.

21 Clericus verò in minoribus conſtitutus non habens beneficium poteſt eſſe Procurator, & Aduocatus etiam coram Iudice ſæculari, vt probare videtur textus deſumpto argumēto à contrario ſenſu in *cap. 1. de poſtulando ibique gloſ. in verbo ſtipendijs, Redoan. dicta quaſt. 2. n. 24. & 25. Farinac. vbi ſupra num. 193. Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 40. num 90. & 91. Gauan. in Manual. Epiſcop. in verbo Clericus in addition. num.* 7.

22 Poteſt vlterius Clericus etiam abſque periculo irregularitatis dare conſilium in genere in criminibus, puta dicendo furtum perpatrantes hac pœna multantur, adeout conſulentis opera potius fungatur, quam ſuggerentis, propterea neque irregularitas incurritur per Clericos, ſi tamquam conſiliarij interueniant cum Principe in condendis legibus pęnam mortis malefactoribus ſtatuentibus *Couarr. reſol. lib. 2. cap. 20. n. 10. verſ. tertio, Diaz in practic. crim. canon cap. 64. n. 3. Lopez ad eundem in cap. 102. verſ. item tunc, & docent alij relat per Bellet. p. 1. diſquiſit. Cleric. in tit. de diſciplina clerical.*
23 *§. 5. n. 24. & n. 25.* vbi quod neque incurrant conditores legum quamuis ſint clerici habentes iuriſdictionem temporalem, licet à Iudicantibus iuxta dictas leges reis imponatur pęna mortis, & ipſi irregulares efficiantur, tum quia huiuſmodi legum conditores non intendunt homines occidere, ſed eos arcere à malo timure pęnarum, adeout non præbeant proximam, ſed remotam cauſam, *ex Archidiac. Præpoſ. Sylu. D. Anton. & Couar. quos allegat.*

24 Clericus pariter præcipuè Sacerdotibus, aut in ſacris ordinibus conſtitutis, & alijs Religioſis, & Monachis regulariter prohibitum eſt notariatus officium exercere, etiam ſi ante ſuſceptum ordinem, vel ingreſſum in Religionem eſſent notarij, ſub pœna priuationis beneficiorum, vt decreuit *Innocentius III. in cap. ſicut ne cleric. vel Monac. vbi communiter omnes canoniſtæ Diaz. in pract. crim. canon. cap. 58. in verbo Tabellionatus num. 1. in prin. Redoan. de ſpolio qu. 2. num. 34. Farinac. in p. 1. fragment. crim. in verbo Clericus num. 212. vſque ad 17. Barboſ. de iure Eccleſiaſtico lib. 1. cap. 40. num. 92. Gauant. in Manual. Epiſcop. in verbo Clericus in addition. num. 8.* & expreſsè eiſdem prohibetur *in bandimentis Archiuij Eminentiſſ. DD. Card. Camerarij in §. 42. in ſtatu Eccleſiaſtico.*

25 Quod ſi Clericus non habeat beneficium, vel parui redditus non ſufficientis ad eius ſubſtentationem, nec habeat aliunde, vnde ſibi victum quærere valeat, non prohibetur eſſe notarius, dummodo

ſit

ſit in minoribus, ſecus autem in ſacris, ſi vellet Notarij officium exercere in foro ſæculari, & in negocijs ſæcularibus, licet hoc caſu poſſet exercere in foro Eccleſiaſtico, & in cauſis Eccleſiaſticis *Barboſ. de iure Eccleſiaſtico lib. 1. cap. 40. num. 92. 98. & 101. late Couar. pract. qu. cap. 19. nu. 8. in prin. in 1. 2. 3. & 4. conclu. cum alijs per Farinac. in p. 1. fragment. crim. in verbo Clericus num. 221. & 223. Gauant. in manual. Epiſcop. in verbo Clericus in addition. a 8. vſque ad 11.*

26 Clerici verò ſiue in ſacris, ſiuè in minoribus conſtituti beneficium Eccleſiaſticum habentes non poſſunt eſſe notarij etiam in foro Eccleſiaſtico, beneficium non habentes poſſunt etiam ſi ſint Sacerdotes *Conar. pract. qu. cap. 19. num. 8. in prin. verſ. quaſi ea ſit recentior ſententia Hoſtien. in cap. ſicut num. 1. verſ. ſecunda ratio, & verſ. vnde forſan. ne Cleric. vel Monac. ibique Abb. num 7. Diaz. in pract. crim. canon cap. 58. in verbo tabellionatus num. 2. & ibi Lopez. in addition. lit. D. in verbo beneficiati*, & latè diſcuſſa materia referendo hinc inde opiniones tradit *Farinac. à num. 224. vſque ad 234. in citata parte prima fragment. crim. in verbo Clericus*.

27 In cauſa hæreſis Clericus poteſt eſſe Notarius, & etiam Religioſus, qui ante ingreſſum Religionis erat Notarius, vt deducitur ex *conſtitutione Clementis IV. relata in cap. vt officium §. ad conſcribendas de haret. in 6. vbi adnotauit glo. in verbo verum quia verſ. ſed vtrum, & verſ. ita quod Archidiac. n. 9. in verbo teneri, Franc. n. 2. verſ. tertio nota. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 20. n 47. & cap. 24. n. 25. & cap. 34. n. 8. Farinace. p. 1. Fragment. crim. in verbo Clericus n. 228. Franciſcus Marchus deciſ. 194. n. 3. p. 2. Barboſ. de iure Eccleſia lib. 1. cap. 40. n. 94. & 97. Gauan. in Manual. Epiſcopor. in verbo Clericus in addit. num. 2.*

28 Prout etiam ad fauorem ſuæ Eccleſiæ Clerico permittitur inſtrumentum conficere, vt ex *Io. Andr. Anton de Butr. Iaſ. tradit Rom. ſingular. 351. verſ. ta ſcis, & n. 2. ibique Adden. Matheſil. ſingular. 87. incip. nota ſingulare dictum, & ibidem in addition. Farinac. part. 1. fragmen. crim. in verbo Clericus numer. 236.*

29 Declaratur principalis concluſio, vt licet Clerico ſit interdictum Tabellionis officium exercere; inſtrumenta tamen ab eo confecta tenent, vt de communi teſtatur *Couar. pract. quaſt. cap. 19. nu. 8. verſ. quod ſi Sacerdos Diaz. reg. 657. ſub verſ. limita nouem modis, Federic. de Sen. conſ. 293. col. fin. verſ. Item poſſet forſan, Dec. conſ. 17. num. 2. & tradit Bartol. in*
30 *l. vniuerſos C. de Decurion. lib. 10.* licèt contrarium doceat *Anton. de Butr. in cap. ſicut num. 2. de fide inſtrum. Dec. conſ. 494. num. 11. & 13. verſ. ſecundo non obſtat, & ſeq.*

31 Pro concordia diſtinguendum eſt, vt prima opinio procedat antequam Clerico iinterdictum fuerit exercere officium tabellionis. Secunda verò poſtquam clerico prohibitum fuit ne amplius officium Tabellionatus exerceat, & ſecundùm aliquos dummodo dicta prohibitio ad populi notitiã deueniat, nempè, ſi fuerit publicata, aliàs populi ignorantia cum præſumatur probabilis, huiuſmodi prohibitio alijs nocere non debet ad effectum inualidandi dicta inſtrumenta, vt tradunt Doctores plenè relati per *Farinac par. 1. fragment. crim. in verbo Clericus*
32 *num. 240. & 241. cum duobus ſequen.* in quibus recenſet aliorum Doctorum ſententiam firmantem; quod ad inualidanda inſtrumenta à Clerico rogata, vltra interdictionem, ſeu poſt interdictum requiratur, vt Clericus fuerit etiam excommunicatus.

33 Poteſt tamen Clericus inſtrumenta rogata ante clericatum publicare, ſicuti poteſt etiam Monachus, ad euitandum maximum præiudicium, quod partibus redundaret, ſi ob inualiditatem præfatorum inſtrumentorum, eorum credita, & conuentiones aliter probare non poſſent. *Diaz. in prax crim canon. cap. 58. in verbo Tabellionatus num 3.* vbi tamen quod requiratur licentia Superioris, ibique *Ignatius Lopez in addition. lit. E. in verbo poterunt complere, Montemaran. in pract. Epiſcopal. cap. 77. nu. 16. Couar. pract quaſtion. cap. 19. num. 8. verſ. tamen ſi cum alijs concordantibus adductis per Farinac. loco citato num. 235.*

35 Parochus tamen, & alij poſſunt fungi munere Notarij quoad vltimas voluntates tantum ad pias cauſas in ſtatu Eccleſiaſtico, vt expreſsè diſponunt *Baudimenta Archiuij Eminentiſſimi D. Cardinalis Camerarij emanat. de anno 1668. de menſe Nouembris die 20. in §. 42. verſ. Si ricorda a' Preti.* Et de iure
36 canonico teſtamentum factum coram Parocho, & duobus teſtibus valet tam ad pias cauſas, quàm ad prophanas cauſas, *iuxta Textum in cap cum eſſes, & in cap. relatum de teſtam Caualerius deciſ. 497. nu. 3. Rot. deciſ. 556. num. 6. part. 4. tom. 3. & deciſ. 126. num. 2. par. 6. in recent.* de qua materia latiùs alibi dixi.

Clericus exercens ſordidas artes, quando, & qua pœna puniatur.

ARGVMENTVM.

Clericus exercens ſordidas artes arbitraria pœna multatur; exercens verò Macellum, vel Tabernam deponitur, & gaudere non debet priuilegio Fori, poſtquam legitimè monitus fuerit, Venatio, & Piſcatio, an eiſdem permittatur, materia explicatur.

SVMMARIVM.

1 Clericis non prohibetur aliquod artificium facere ad ſui, & ſuorum ſubſtentationem, & num. 2.

3 Ampl. vt liceat Clericis ex artificio lucrari, etiam ſine neceſſitate.

4 Declara procedere, dummodo Clericus ſine auaritiæ nota, & ſine ſcandalo artificium faciat.

5 Clericus exercens Macellum, & Tabernam, non gaudet priuilegio Fori, & deponitur.

6 Ampl. procedere etiam, ſi prædicta exerceret, non ob propriam vtilitatem, ſed Domini.

7 Ampl. etiam, ſi Clericus non continuè, ſed interpolatè talia exerceret.

8 Clericus exercens non Macellum, & Tabernam, ſed alias ſordidas artes, pœna arbitraria plectendus eſt.

9 Clericus Ioculator, Iſtrio, & Scurra, ſi per annum has artes exercuerit, ipſo iure caret omni priuilegio Clericali, ſi breuiori tempore, tertio monitus, eandem pœnam incurrit.

10 Declara, vt annus ad hunc effectum debet eſſe continuus.

11 Et hanc pœnam habere locum etiam aduerſus Clericos in Sacris conſtitutos.

12 Clericus non amittit priuilegium Clericale propter exercitium Macelli, vel Tabernæ, niſi prius monitus.

13 Et monitio debet eſſe ſpecialis, & perſonaliter executa, ſi poteſt, alias ſufficit domi dimiſſa copia, vel etiam per affiſſionem. num. 17.
14 Sed quod etiam ſufficiat monitio generalis, præcipuè facta in Synodo, & num. 15.
16 Monitio tamen regulariter debet eſſe trina, vel vnica concepta cum tribus interuallis.
18 Clericus exercens Macellum, vel Tabernam per ſe ipſum incurrit pœnam, ſecùs ſi per interpoſitam perſonam.
19 Quo caſu alia pœna arbitraria puniri debet, ſecùs ſi faciat neceſſitate ductus. num. 20.
21 Clericus in Sacris, & in Minoribus Beneficiatus, non poteſt exercere Chirugiæ officium.
22 Et exercens incurrit irregularitatem.
23 Amplia etiam non ſecuta morte, aut membri mutilatione.
24 Acquiſita per Clericum ex medicina dicuntur illegitimè acquiſita.
25 Medicinæ ſtudium eſt Clericis interdictum.
26 Venatio clamoſa in ſyluis prohibita eſt Clericis.
27 Epiſcopus, & Clerici in Sacris, & in Minoribus venatores, quomodo puniantur, & num. 28.
29 Venatio quando Clericis eſt permiſſa.
30 Venatio regulariter non eſt prohibita.
31 Piſcatio omnino Clericis permittitur.
32 Piſcatio in aliquibus ſolemnitatibus Clericis prohibetur.

DECISIO XXXXI.

QVoad ſecundam partem dubij in præcedenti deciſione propoſiti, ſcilicet quando, & qua
1 pœna puniatur Clericus exercens ſordidas artes, alia tradirur iuris regula, quod licet Clerico non prohibeatur aliquod artificium, facere etiam manibus proprijs operando, prout viliſſimæ perſonæ operare ſolent, vt ſe ſuoſque alat, ſi aliter commodè prouidere nequeat, dummodò honeſtè ſine mendacio, & periurio, moderato pretio huiuſmodi faciat, & nihil ſordidum in hoc committat *cap. 1. nè Cleric. vel Monach. cap. nunquam de conſecrat. diſt. 5. cap. clericus il primo, & il ſeconda 91. diſtinct. cap. 1. 21. q. 1. Alex. de Neuo conſ. 60. n. 5. in fin. Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcop. cap. 13. §. 18. n. 1. verſ. ex ipſo tamen, & n. 2. Federic. de Sen. conſ. 207. Zabarell. in cap. fin. de vit. & honeſtate cleric. Gennen. in prax. Archiepiſcopal. Neapolit. cap. 63. n. 2. & 3.* vbi quod etiam abſque neceſſitate lucrari ex honeſto artificio. *Farinac. p. 1. fragment. crim. in verbo Clericus n. 164. late Redoan. de ſpol. Eccleſiaſtic.*
2 *q. 2. n. 2. & ſeq.* vbi comprobat Clericis artificia non ſolum non eſſe prohibita, ſed etiam eſſe de præcepto, vt ſic manibus proprijs operando abſque otio omnium malorum cauſa tempus terant, & ad hoc adducit etiam Theologorum, & Sanctorum Patrum plures concordantes ſententias, & ſequitur *n. 16. poſt. num. 23. 36. & n. 42. verſ. ex artificio.*
3 *Montemaran. in pract. Epiſcopal. cap. 77. n. 2. & n. 3.* ampliat, quod liceat clericis ex artificio lucrari, etiam ſine neceſſitate, *& n. 10. & 11. vbi de magis*
4 *communi,* dummodo tamen Clericus artificium non faciat cum ardenti auaritiæ nota, & ſcandalo, & dummodo tamen à diuinis non retrahatur, vt animaduertit idem *Redoan. dicta q. 2. n. 5. 8. & n. 36.*
5 Non tamen exercere poteſt ſordidas artes, vnde Clericus exercens macellum, vel tabernam, aliaſque ſimiles indecentes artes gaudere non debet priuilegio fori, habetur in *Clement. 1. de vita, & honeſt. Cleric.* vbi quod clericale priuilegium amittit, vt etiam dicit *Diaz. in pract. crim. canon. cap. 69. Foller. ead. pract. crimin. canon. cap. 33. n. 28.* vbi quod deponitur, per textum quem allegat *in cap. nulli 44. diſt. Montemaran. in ſua prax. epiſcopal. cap. 77 n. 15 verſ. item clericis, Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 412. n. 1. & ſeq. Farinac. p. 1. fragment. crim.*
6 *in verbo Clericus n. 127. & n. 128.* ampliat hoc procedere etiam ſi clericus ſupradicta exerceret non pro vtilitate propria, ſed domini, cum non habeatur reſpectus ad eum, cuius intereſt, ſed ad ſorditatem
7 officij, & *n. 129.* ſubdit ſupradictam pœnam locum ſibi vindicare etiam ſi clericus non continuè, ſed per lucida interualla talia officia exerceret ex *Diaz in pract. crim. canon. cap. 69. n. 1. in fin.*
8 Clericus verò non exercens macellum, vel taber-
nam, ſed alias ſordidas artes, vt ſi eſſet cuſtos bal-
neorum, mundator cloacharum, arbitraria pœna
plectendus eſt, attenta qualitate perſonæ, & ſordi-
dæ artis, & temporis diuturnitate, qua in vili arte
verſatus fuit. *Diaz. in pract. crim. canon. cap. 69.
n. 5. ibique Ignat. Lopez. in addit. lit. C. Menoc de
arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 412. n. 15. & de veriori
teſtatur Farinac. p. 1. fragment. crim. n. 131.* quid
quid dicat *Foller. Cer. in pract. crim canon. cap. 33.
n. 28. in princip.* vbi quo ad pœnam æquiparat alias
inhoneſtas artes, & ſordida exercitia, ipſius Ma-
celli, & Tabernæ exercitio.
9 Prout etiam Clericus ioculator, hiſtrio, & ſcur-
ra ſi per annum has ignominioſas artes exercuerit
ipſo iure careat omni priuilegio clericali, ſi autem
breuiori tempore, tunc ſi tertio monitus non reſi-
puerit eandem pœnam incurrit, iuxta textum *in
cap. 1. de vita, & honeſt. cleric. in 6. Diaz. in pract.
crim. canon. cap. 68. num. 3. verſ. & vide, Corrad. in
pract. in tit. de inquiſit. num. 8. in 6. Fallen. Boſſ de
foro competen num. 139. & num. 140. Anſer. in Cle-
ment. 1. de offic. ordinar. in 1. regul. in 12. fallen. De-
cian. tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 86. Farinac. in tit.
de inquiſit. quæſt. 8. num. 97. & in par. 1. fragment. cri-
min. num. 132.*
10 Tempus autem vnius anni à lege præfixum in-
telligitur debere eſſe continuum, adeò vt ſi in di-
uerſis menſibus diuerſorum annorum, qui ſimul
coacerbati integrum annum conſtituant Clericus
prædictas artes exercuerit, non haberet locum hu-
iuſmodi pœna amiſſionis priuilegij fori, ſecundum
*Ioann. Monachum, Archidiac. Ioann. Andr. Ancar. in
cap. 1. de vita, & honeſt. clericor. in 6. quos ſequitur
Diaz. in pract. crim. canon. cap. 66. n. 2. verſ. annus
autem, ibique Ignat. Lopez. in addit. lit. A.*
11 Hanc autem pœnam habere locum etiam aduerſus clericos in ſacris conſtitutis, de magis communi opinione docet, *Diaz. in pract. crim canon. cap. 68. n. 3.* reprobando contrarium tenentes, *Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 9. n. 86. Farinac. in tit. de inquiſit. q. 8. n. 97. in fine & in p. 1. fragment. crim. in verbo Clericus n. 135.*
12 Priuilegium tamen Clericale propter exercitium Tabernæ, vel Macelli Clericus non amittit, niſi prius monitus ad deſiſtendum à tali exercitio, & ſpreta monitione deſiſtere noluerit, vt deducitur *Clement. 1. de vita, & honeſt.* Clericor. *vbi notant communiter ſcribentes.*
13 Huiuſmodi tamen monitio, ad hoc, vt afficiat, debet eſſe ſpecialis, & perſonaliter executa aduerſus Clericum præfatas artes exercentem, cum tiuſ-

dem

Digitized by Google

dem nominis expreſſione, vt exigitur, vbi agitur
de pœna inferenda, probat Gloſ. in Clement. 1. de
vit. & honeſt. cleric. in verba nominatim, ibique
etiam Anrbaran. Boniſac. Imol. & alij quas refert
Diaz. in pract. crim. canon. capit. 69. n. 2. in princ.
Ignat. Lopez ibidem in addition. lit. B.
14 Sed quod etiam monitio generalis contra omnes
clericos promulgata habeat vim ſpecialis nomina-
tionis, & ſufficiat præcipuè facta in Sinodo, vt de
communi teſtatur, Alex. de Neuo conſ. 60. n. 14.
Faller in pract. crim. canon. cap. 33. n. 28. in fin.
verſ. & monentur omnes; monitio enim facta ab Epi-
15 ſcopo in Synodo, etiam ſi ſit vnica, & generalis,
dummodo expreſsè contineat pœnam priuationis
priuilegij clericalis exuberat, ſecundum Hoſtien. in
ſum. ne Cleric. vel Monach. §. quæ ſunt permiſſa in
fin. verſ. ego intelligo, idem Hoſtien. Io. Andrea An-
charan. Cardinalis in capit. 2. ne Cleric. vel Monac.
Alex. de Neuo conſ. 60. nu. 14. vbi reprobat. Abb.
cōtrarium tenentē Ignat. Lopez in addition. ad Diaz
in pract. crim. canon. cap. 69. lit. B. Farinac. fra-
gment. crim. p. 1. n. 145.
16 Regulariter tamen, & extra Synodum monitio
debet eſſe trina, vt vnica non ſufficiat, niſi fuerit
concepta cum tribus interuallis, cum tunc habeat
vim, ſeu æquiparatur trinæ monitioni. Diaz. in
pract. crim canon. cap. 69. ſub num. 2. cum alijs allega-
tis per eumdem, & per Farinac. p. 1. fragment. crimin.
in verbo Clericus num.. 143. & 144.
17 Quando autem monitio perſonaliter exequi non
poteſt, vt ſi perſona Clerici commodè reperiri
nequeat, tunc ſufficit ſi exequatur, aut domi ſo-
litæ habitationis, aut ad valuas Eccleſiæ, vel in
alijs locis publicis per Presbyterum, vel præconem,
Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 69. numer. 2. & 3.
vbi latè de materia, & ſi in termino monitionis cle-
ricus deſiſtat, & poſtea exercitium Macellarij, vel
Tabellarij reaſſumat, numquid ſit iterum monen-
dus.
18 Limita principalem regulam, vt tunc demum
Clericus exercens Macellum, ſeu Tabernam ſupra-
dicta pœna multatur, ſi præfatas artes per ſe perſo-
naliter exerceat, ſecùs, ſi per interpoſitam perſo-
nam, vt tenet gloſ. in Clement. 1. de vita, & honeſt.
cleric. in verbo publicè, & in verbo perſonaliter, ibi-
que Boniſac. Anchar. Imol. & Cardinalis Zabarella,
Foller. in pract. crimin. can. cap. 33. numer. 28. verſ.
intellige tamen, Montemaran. in pract. Epiſcopal cap.
77. num. 6. vbi de communi Menoch. de arbitrar. quæ-
ſtion. lib. 2. caſ 412. num. 0. Diaz. in pract. crim. canon.
cap. 69. num. 1. ante fin. ibique Ignat. Lopez in addit.
lit. A. verſ. prima, & ſeq. & in cap. 55. lit. A. verſ.
ſed vtrum Farinac. part. 1. fragment. crimin. num. 136.
Redoan. de Spolio Eccleſiaſtico quæſt. 2. num. 47.
19 Verò, licèt hoc caſu Clericus non priuetur priui-
legio clericali iuxta diſpoſitionem textus in Clem-
tin. 1. de vita, & honeſt. Cleric. tamen non obſtan-
te, quod Clericus huiuſmodi ſordidas artes per
alium exerceat, delinquere dicitur, & in culpa
conſtituitur, vt alia pœna arbitraria plectendus ve-
20 niat, ſecùs, ſi non auiditate lucri, ſed pro honeſta
ſui ipſius, & ſuorum ſubſtentatione Macellum, vel
Tabernam per alium exerceret. Montemaran. in
pract. Epiſc. cap. 77. num. 6. per tot. cum alijs per Fa-
rinac. part. 1. fragment. crim. num. 137. & 138.
21 Interdictum etiam cenſetur Clericis in ſacris Or-
dinibus conſtitutis, & in Minoribus, ſi ſufficiens
poſsideant beneficium Chirurgiæ officium, quod
inciſionem, & aduſtionem requirit, iuxta diſpoſi-
tionem textus in cap. ſententiam ne Cleric. vel Monac.
& in cap. tua nos de homicid. vt bene declarat Abbas
in d. cap. ſententiam, dicta iura procedere etiam
22 in Clericis in Minoribus beneficiatis. Farinac. in
part. 1. fragment. crimin. num. 411. Propterea Cleri-
cum Chirugiam exercentem irregularitatem incur-
rere, docet Redoan. de ſpolijs Eccleſiaſt. quæſt. 2. num.
93. verſ. item ſciendum eſt, Planc. in Epitam. delictor.
23 lib. 1. cap. 26. num. 5. vbi ampliat etiam, ſi non eſſet
ſecuta aliqua mors, vel membri abſciſſio, & etiam,
quod Clericus in nulla fuerit culpa.
24 Quinimò acquiſita per Clericum ex Medicina
dicuntur illicitè acquiſita, cùm Clericis prohibi-
25 tum ſit ſtudium, & Medicinæ exercitium, ſi habeāt
Beneficium ad eorum ſubſtentationem ſufficiens,
niſi gratis, & pro miſerabilibus perſonis, aut pro
conſanguineis, dummodo nullum immineat pericu-
lum. Planca in epit. delictor. lib. 1. cap. 26. numer. 6.
verſ. à Sacerdotibus, Redoan. in tract. de ſpolia quæſt.
2. num. 93. verſ. item ſciendum eſt. Farinacc. part. 1.
fragment. crimin. 210.
26 Venatio quoque, quæ fit in ſyluis, & ſaltibus
prohibita eſt Clericis, cùm ſit plena clamoris, & ob
id immoderata, Clericorum honeſtati minimè con-
ueniens, vnde canes, accipitres, falcones eiſdem
ad hunc effectum retinere non licet, ac proinde Epi-
27 ſcopus venator tribus menſibus, Presbyteri duo-
bus menſibus ab officio ſuſpenduntur, Diaconi ve-
rò, & Subdiaconi ab omni officio hanc ſuſpenſio-
nem incurrunt, vt ſtatuit Concilium Aurelianen. re-
lat. in cap. 1. & 2. de Clerico venatore, cap. 1. 34. diſt.
Hoſtien. Henric. & Baic. in dicto cap. 1. de Cleric.
venator. Menoch. de arbitr. quæſt. caſ. 416. num. 9. la-
tè Modern. Pignatel. conſult. canon. 58. num. 1. & per
tot. tom. 3. fol. 210.
28 Clerici verò in Minoribus, Iudicis arbitrio, pu-
niuntur, etiam contra eos non ſit ſtatuta certa pœna,
non tamen tenentur capta reſtituere, ſecundùm
Menoc. de arbitrar. quæſt. caſ 413. numer. 18. & 19. &
caſ. 416. num. 9. ex Didaca in cap. peccatum in 2. par.
§. 8. numer. 3. de regul. iur. in 6. vbi latè de materia
Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 61. num. 6. & 7. vbi
de materia.
29 Recreationis verò gratia, & tempore congruo,
& non frequenter etiam Clericis conceditur vena-
tio. Diaz. dicto cap 61 num. 13. ſiquidem regulari-
30 ter venatio, quæ etiam fit in ſyluis, & ſaltibus occi-
dendo feras, & aues de ſui natura eſt permiſſa.
D. Thom. 2. 2. q. 64. art. 1. Sylueſtrin. ſumm. in ver-
bo Caſſaneus in Catalogo gloria mundi par. 11. conſide-
rat. 50. verſ. ex quo primo.
31 Piſcatio tamen Clericis omninò permiſſa eſt, cū
in ea ceſſent rationes, quibus venatio prohibetur,
quam etiam Apoſtoli exercebant, & eiſdem Salua-
32 tor noſter retia tendi iuſsit: Luc. cap. 10. & cap vl-
tim eſt tamen interdicta in maioribus ſolemnitati-
bus; in Dominicis verò, vel inferioribus diebus ſo-
lum vrgenti de cauſa permiſſa cum licentia Superio-
ris, & pauperibus portione facta, vt ſtatuit Alexan-
der III. in cap. licet de ferijs. Menoch. de arbitrar.
quæſt. caſ. 413. num. 20. verſ. piſcatio autem.

ARGV-

Simoniaci, & dantes, & recipientes pro obtinenda Gratia, & Iuſtitia quando, & quomodo puniantur.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summarijs.

SVMMARIVM.

1 Simonia quomodo committatur, & quomodo conuentionalis. n. 2. & 3.
4 Simoniacus notorius in ordine eſt ipſo iure ſuſpenſus ab Officio.
5 Clericus propter Simoniam Beneficijs ipſo iure priuatur. Declara vt n. 6.
7 Simoniaci quas pœnas incurrunt ſecundum *Diaz*.
8 Et quas pœnas incurrant ſecundum Conſtitutionem B. Pij V.
9 Dantes, & recipientes pro obtinenda, vel Iuſtitia in Curia Romana incurrunt excommunicationem, & recepta reſtituere teneotur, & gratia remanet nulla, & quas alias pœnas incurrant, & num. 10.
11 Ampl. vt procedat etiam extra Curiam Romanam ex Bulla *Clementis VIII.*
12 Conſtitutiones Bonifacij, & Gregorij de datis, & promiſſis comprehendunt Eccleſiaſticos ſæculares, & Regulares, & Laicos.
13 Et conatus in hoc etiam punitur.
14 Et ſola promiſſio dandi facit incurrere pœnas, dummodo promiſſio inducat peccatum mortale 15. & ex alia parte fuerit acceptata, vt illum afficiat. num. 16.
17 Ampl. etiam ſi recipiatur quid paruum aptum ad remouendum à recto, & ſit aptum ad peccatum mortale numer. 19.
18 Declara, vt hoc relinquendum ſit arbitrio prudentis viri.
20 Sciens culpabiles huius criminis intra tres dies reuelare tenetur alias incurrit pœnas.
21 An, & quando quis reuelare teneatur, & n. 22. 23. & 24.
25 Particeps huius criminis reuelans complices gaudet impunitate.
26 Supradictæ Conſtitutiones de datis, & promiſſis non procedunt in Xenijs.
27 Nec procedunt in datis poſt obtentam gratiam, & n. 28. Declara dummodo ſint moderata n. 29.
30 Nec procedunt ſi aliquid detur, & recipiatur ſine dolo, & num. 31.
32 Nec procedunt in datis pro obtinenda gratia pro aliquo temporali vendibile, ſecus in non iure vendibilibus.
33 Nec procedunt ſi aliquid detur, vt quis recipiatur in famulatu, & obſequio temporali, & num. 34.

DECISIO XXXXII.

1 Simoniæ crimen committit quicunque dat, aut recipit pro ſpirituali, aut illi connexo aliquod temporale, *cap. quæſitum de rerum permutat. & ibi gloſa in verbo Simonia, Abb. in 2. notabil. Dec. in cap. veniens n. 3. de teſt. & conſ. 118. n. 1. Menoc. conſ. 67. n. 9. lib. 1. Roc. de iurepatronat. in verbo, & vtile n. 9. Anton. Auguſt deciſ. 692. lib. 3. Rot. deciſ. 709. n. 1. p. 1. diuerſor. cum alijs per Chartar.*
2 *deciſ. crim. 16. num. 13. & deciſ. 91. n. 2.* vbi quod committitur etiam Simonia confidentialis puta ex pactione inita inter patronum, & clericum præſentatum de reſignando beneficia ad fauorem alterius cum is ad legitimam ætatem peruenerit, vt ſtatutum eſt *in Conſtitutione Pij IV. ex ordine 85. & Beati Pij V. ex ord. 5 Bullar. Cherubin. p. 2. & docent Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1306. n. 23. 24. Maiol. in tractat. de irregularitat. lib. 5. cap. 45. poſt n. 5. verſ. ſi quis beneficium, & verſ. ſequent. Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. capit. 91. lit. D. verſ. vel ſi quis beneficium Franc. Marc. deciſ. 475. n. 5. p. 1.*
3 Committitur Simonia in beneficio, & in ordine tum actiuè, tum paſſiuè, & ſiue ſit realis conuentionalis, ſiue etiam mentalis redditur deteſtabilis, & punibilis. *Rodoan. in tract. de Simonia part. 4. capit. 8. cap. 9. & 10. & cap. 11. 12. & cap. 13.* in quibus referuntur pœnæ in ijs caſibus contra Simoniacos irrogandæ *Clar. in §. Simonia n. 8. verſ. ſed*
4 *quæro* vbi quod notorius Simoniacus in ordine eſt ipſo iure ſuſpenſus ab officio.
5 Et quod Clericus propter Simoniam ipſo iure Beneficijs priuetur, tenent *DD. relati per Diaz. in pract. crim. canon. in verbo Simoniaci cap. 91. ante fin. & ibidem per Ignat. Lopez. lit C. verſ. quod ſi in beneficio, cum alijs congeſtis per Farinac. p. 1. frag-*
6 *ment. crim. in verbo clericus num. 299.* vbi prope fin. addit, quod ad hunc effectum ſit neceſſaria declaratio, quod Simonia fuerit commiſſa; nam propter conditiones, & pactiones illicitas non continentes veram, & puram Simoniam, etiam quod ſaperent ſpeciem Simoniæ clericus non eſſet priuandus beneficio, ſecundum *Clar. in §. Simonia nu. 9. verſ. item Clericus ex Paris. quem allegat in conſ. 29. n. 16. lib. 4. ita etiam tenet Cardinal. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Simonia concluſ. 254.* late autem plures alias pœnas ponit *Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 87. rub. de pœnis Simoniæ à n. 1. & per tot.* vbi de materia.
7 Sed *Diaz in pract. crim. canon. cap. 61. in verbo Simoniaci per totum* inſinuat, quod in correctione huius criminis non poſſit dari certa doctrina, ſed ſecundum qualitatem Simoniæ modo vna pœna, modo altera irroganda eſt, ſcilicet aliquando pœna excommunicationis, aliquando detruſionis in monaſterium, aliquando ſpoliationis omnium bonorum, aliquando depoſitionis, aliquando pecuniaria, & infamiæ, aliquando pœna quadrupli.
8 Hodie verò ex *Conſtitutione Beati Pij V. ex ordine 5. Bullar. Cherubin. p. 2. fol. mihi 136. in §. & vt Simoniacæ prauitatis* apertè diſponitur, quod qui deteſtabili crimine Simoniacæ prauitatis conuinctus fuerit in conſequendis ordinibus, eo ipſo ſit ab eorum executione per decennium ſine ſpe diſpenſationis ſuſpenſus, & per annum in carceribus mancipandus.

Qui verò dignitates eccleſiaſticas Simoniacè acquiſiuerit illis ſit ipſo iure priuatus, & in futurum remaneat inhabilis ad eas, & quaſcunque alias obtinendas. Si verò beneficium, aut officium Eccleſiaſticum adeptus fuerit, illi ſimiliter ſit ipſo iure priuatus, & ad fructuum omnium, quos percepit reſtitutionem tenetur, & remanet inhabilis ad alia obtinenda.

Quinimò qui tale crimen plures commiſiſſe conuinctus fuerit, præter ſupradictas pœnas etiam corporaliter puniendus venit, & ab ordinibus eccleſiaſticis degradatus etiam à fidelium communione eijciendus eſt, prout etiam qui beneficia, & ordines Simoniacè contulerit pœnis à iure ſtatutis puniendum eſſe ſubdit eadem *Conſtitutio Beati Pij V.* ad cuius interpretationem multa tradit *Ignat. Lopez. in addi-*

*in addition. ad Diaz. in prax. crim. canon cap. 61. in
verbo Simoniaci Bellett. diſquiſit. Clerical. par. 2. de
pæn. Clericor. §. 36. n. 1. & 2. & per tot.* vbi de
materia alias pœnas antiquo iure ſtatutas contra
Simoniacos refert, & materiam diſcutit *Bonaccin. in
tit. de Simonia tom. 1.*

9 Non minus quam Simoniaci deteſtantur etiam
dantes aliquid, vel recipientes, vel promittentes,
ſiue ſub verbis generalibus, ſiue ſpecialibus, & aper-
tè expreſſis, vel promiſſionem acceptantes pro gra-
tia, vel iuſtitia obtinenda in Curia Romana, qui
autem huiuſmodi flagitium perpetrauerint, & præ-
bentes conſilium, auxilium, vel fauorem, ac etiam
ſcientes, & non reuelantes eos, qui ex pacto tacito,
vel expreſſo etiam cum tertio inito, dant vel reci-
piunt aliquod pro aliqua gratia, vel iuſtitia incur-
runt excommunicationem reſeruatam Summo Pon-
tifici, & receptum, & datum reſtituere tenentur
pauperibus erogandum, vlterius priuantur omni-
bus beneficijs Eccleſiaſticis ipſo iure, & officijs ſæ-
cularibus obtentis licet temporalibus, & perpetuò
infames remanent, & inhabiles ad obtinenda bene-
ficia, & etiam puniendi ſunt aliqua aliâ pœna ex-
traordinaria arbitrio Iudicis, & gratia vel iuſtitia
ſic obtenta remanet ipſo iure nulla iuxta *Conſtitu-
tionem Bonifacij VIII. relat. in capit. 1. de Sentent.
Excommunicat. inter extrauagant. commun lib. 6. con-
firmata à Gregorio XIII. ex ordine in Bullar. Cheru-
bin. 24 tom. 2. fol. .... & curſus à Clemente VIII.
eodem Bullar. Conſtit. in ordine* 10. *de quibus latè Na-
uar. tom. 3. in cõment. ad dictam Bullam Gregor. XIII.
de datis, & promiſſis, pag. mihi* 299. *Boccac. de pa-
ct. p. 2. à n. 1. & ſeq. Bellet. diſquiſit. Clerical p. 2.
tit. de pæn. Cleric. §. 37. n. 1. & ſeq. & n. 8.* vbi nu-
merat pœnas huius criminis. *Bonaccin. de cenſur. in
particular. tit. de excommunicat. in particular. extra
Bullam Cœnę diſ. 2. q. 3. punct. 31. tom. 3. Farinacc.
in tit. de var. & diuerſ. crim. q. 111. artic. 13. n. 291.*
10 *cum ſeq. & per tot. & n.* 304. vbi quod ſi quis
poſt incurſam dictam excommunicationem celebra-
uerit, vel in diuinis ſe ingeſſerit efficiatur irregu-
laris.

11 Quæ Conſtitutiones *Bonifatij VIII. & Gregorij
XIII.* etiam extenduntur ad promiſſa data, & re-
cepta pro obtinenda gratia, nedum apud Sedem
Apoſtolicam, ſed in quocũque tribunali, aut iudicio
etiam ſęculari, & tam in Curia Romana, quam
extra in quacunque Prouincia Ciuitate, aut Loco
Status Eccleſiaſtici *ex Bulla Clementis VIII. de bo-
no regimine ex ordine* 10. *Bullar. Cherubin. tom. 5.
de qua Farinacc. in tit. de var. & diuerſ. crim. q. 111.
n. 343. Bonaccin. de cenſur. in particular. tit. de ex-
communicat. in partic. extra Bullam Cœnæ diſ. 2. q. 3.
punct. 32. n. 1. & per tot.*

12 Quæ Conſtitutiones non ſolum afficiunt laicos,
ſiue maſculos, ſiue fœminas, ſed etiam Eccleſia-
ſticos tam ſæculares, quam regulares, Epiſcopos,
Cardinales, familiares, & omnes alios *Bonaccin.
loco citato punct. 31. n. 16. Farinacc. dicta q. 111. à
n. 305. vſq. ad* 308. vbi quod extendantur etiam ad
mediatores, & proxenetas. *Virg. Boccac. in tract.
de pact. part. 1. n. 45. & 79. & p. 3. n. 94. in fin.
Nauar. tom. 3. in comment. ad Bullam Gregorij XIII.
de datis & promiſſ. in 20. notab. n. 30. verſ. tertiode-
cimo, & verſ. ex quo infertur. Bellett. Diſquiſit.
Clerical. p. 2. de pæn. cleric. §. 37. n. 1.*

13 Et non ſolum pœnæ prædictæ ſibi vindicant lo-
cum etiam ſi non obtineatur gratia, ſeu iuſtitia,
pro qua fuit aliquid datum, & receptum, cum *Bul-
la Gregorij XIII.* etiam conatum punire videatur.
*Nauar. ad dictam Bullam in 8. notab. n. 13. verſ. ter-
tio quod Boccac. in tract. de pact. p. 3. n. 31. Farinacc.*
14 *de var. & diuerſ. crimin. q. 111. n. 316.* Verum
etiam ſola promiſſio dandi tam reſpectu promitten-
tis, quam acceptantis facit incurrere pœnam dictæ
15 *Extrauag. 1. de ſenten. excommunicat.* dummodo
promiſſio ſit talis, quæ inducat peccatum mortale,
vt declarat *dicta q. 111. n. 313. & 314. & n. 315.*
16 ſubdit quod debet eſſe acceptata, alias non incur-
rit ille, ad cuius fauorem promittitur, *ex Nauarr.
& Boccac. quos allegat.*

17 Quinimò etiam ſi recipiatur quid paruum, ta-
men ſi ſit tanta qualitas, quæ probabiliter præſu-
menda ſit apta ad remouendum à recto recipientem,
tam tradens, quam recipiens ſubijciuntur ſtatutis
pœnis, vt habetur in dicta *extrauag. 1. de ſentent.
excommunic. in 6. ibi, ſeu aliquid paruum. Nauar.
in coment. ad Bullam Gregorij XIII. de datis, & re-
cept. in* 10. *notab. n. 20. tom. 3. Boccac. de pact. p. 1.
n. 31. Farinacc. q. 111. n. 323. Bonaccin. de cenſur. in
particular. extra Bullam Cœna diſ. 2. q. 3. punct. 31.*
18 *n. 12. & 13.* vbi concludit quod hoc relinquendum
ſit arbitrio prudentis viri, ſpectata qualitate dantis,
& recipientis gratiæ, aut iuſtitiæ obtinendæ, & res
19 ſit talis qualitatis, vt allicere, & peruertere poſſit
accipientem, ipſe tamen in verſ. ego verò probabi-
lius arbitratur ad pœnas huius *extrauagantis* incur-
rendas ſufficere, quæ mortale peccatum furti con-
ſtituunt.

20 Inſuper ſciens culpabilis huius criminis, & non
reuelans intra tres dies incurrit pœnas *extrauagan.
1. de ſentent. excommunicat. in 6. §. illos quoque,* &
ibi *Ioann. Monac. in verbo, & hanc. ſententiam,* vbi
21 declarat quando quis dicatur ſcire, & quod qui
ab alio audiuit non teneatur reuelare, ſed qui po-
teſt probare, vt in *cap. plerique 2. q. 1. Nauar. in
comment. ad Bullam Gregor. XIII. in notabil. 22. n.
37. Boccac. de pact. p. 1. n. 50. & 51.* vbi quod ad
22 effugiendam excommunicationem teneatur quis
reuelare etiam ſi delictum ſit occultum, & probari
24 non poſſit, *& n. 52. & 53.* dicit currere triduum
etiam abſque fraterna correctione contra *Nauarr.
Farinacc. dicta q. 111. n. 331. & 332. & n. 334.*
25 ſubdit, vt huius criminis particeps ſi reuelauerit
alios complices gaudeat impunitate, vt in dicta
conſtitutione *Gregorij XIII.* ibi *illis tamen, qui rem
adhuc incognitam.*


26 Limitantur tamen ſupradictæ conſtitutiones, pri-
mo, vt non procedant in Xenijs ſeù exculentis, &
poculentis, quæ paucis diebus conſumi poſſunt in
ſignum gratitudinis, & ex mera liberalitate datis
non autem ad Iudicem corrumpendum, & dummo-
do non ſint tam grandia, vt inducant probabile
periculum flectendi animum Iudicis à recto, con-
ſuetudo enim dandi huiuſmodi munera, quod va-
leat tamquam non contrariam iuri naturali, & Di-
uino, affirmat, *Farinacc. dicta q. 111. n. 337. ex
Nauarr. ad Conſtit. Gregorij XIII. de dat. & pro-
miſſ. notab. 21. n. 35. & 36. Vergil. Boccac. de pact.
p. 1. n. 33. & p. 2. n. 101. Bellet. dicto §. 37. n. 5.*

27 Limit. 2. vt non procedant dictæ Extrauagantes
ſi quid detur, aut recipiatur poſt obtentam gratiam,
vel

Digitized by Google

vel iuſtitiam, quia loquuntur prçfatç Conſtitutiones
de datis, & receptis pro obtinenda gratia, ſeu iu-
ſtitia, nam poſtquam prædicta obtenta fuerunt ceſ-
ſat ratio dictarum Conſtitutionum ſcilicet animum
à recto auertendi. *Io. Monac. in Extrauag. 1. de
ſenten. excommunicat. Farinacc. in tit. de var. & di-
uerſ. crim. q. 111. n. 348. Nauar. ad Bullam Grego-
rij XIII. in notab. 21. n. 31. verſ. dico, & n. ſeq.*
28 vbi ampliat tam in dante, quam in recipiente, &
contrarijs reſpondet, *Boccac. in tract. de pact p. 3.*
29 *n. 68.* vbi declarat dummodo ea, quæ traduntur
poſt obtentam gratiam, ſeu iuſtitiam ſint modera-
ta, alias ſecus. *Belles. dicto §. 37. num. 6.*
30 Lim. 3. vt dictæ pœnæ non incurrantur, quando
aliquid detur, vel recipiatur ſine dolo, & malo ani-
mo, vt colligitur in Conſtitutione *Gregorij XIII.*
in verbo *Audentes* appoſito, quod de ſui natura
dolum ſignificat, & ceſſante dolo ceſſat delictum,
& excommunicatio non incurritur, cum lata culpa
ad hunc effectum non ſufficiat, vt comprobat *Na-
uar. ad dictam Bullam in notabil. 23. poſt n. 38. Boc-
cac. in tract. de pactis p. 2. n. 19. & 20. Farinac. di-
cta q. 111. n. 357. Nauarr. conſ. 30. n. 2. p. 2. in tit.*
31 *de ſenten. excommunicat.*
32 Lim. 4. quando quis recipit pecuniam ad procu-
randum gratias pro aliquo temporali, quod vendi-
bile, & æſtimabile, & locabile ſit, nam hoc caſu li-
citum eſt pecunias recipere, ſecus autem ſi quis re-
ciperet pecuniam pro aliqua gratia in temporali-
bus non tamen iure vendibilibus, prout ſunt officia,
iuriſdictiones, magiſtratus, & ijs ſimilia, vt plu-
ribus contendit, & affirmat. *Nauar. ad dictam
Conſtitut. Gregor. XIII. notab. 32. n. 45. & pluri-
bus ſequen.* in quibus etiam diſtinguendo, agit de
dantibus pecuniam pro obtinenda aliqua gratia
circa ſpiritualia, vt ſupra de committentibus Si-
moniam demonſtrauimus, quem refert, & ſequi-
tur *Farinacc. in tit. de var. & diuerſ. crim. q. 111.
num. 346 & 347.*
33 Hinc eſt quod pœnas dictarum extrauagantium
non incurreret, qui aliquid traderet Magiſtro Do-
mus Summi Pontificis, vt admittatur, & recipia-
tur in famulatum, & obſequium temporale inſtar
aliorum famulorum, qui alijs Principibus inſer-
uiunt, cum hoc propriè loquendo non videtur ve-
nire nomine gratiæ, vel iuſtitiæ, ſecus ſi intenderet
obtinere munus, vel officium cum iuriſdictione,
nam tunc eius conſecutio ad gratiæ nomen reuoca-
tur ita *Bonaccin. in tit. de cenſur. in particular. extra
Bullam Cœnæ diſ. 2. q. 3. punct. 31. n. 5. ſub verſ.
ſecundo colligitur*, & ſub verſ. *tertio eum* addit quod
neque ligatur ſupradictis pœnis, qui pecunia ſibi
comparat Officium puta Auditoris, vel conſimile
munus in Curia alicuius Cardinalis.

FINIS PRIMI TOMI.



R O M Æ,
SVMPTIBVS IOSEPHI CORVI BIBLIOPOLÆ.

Ex Typographia Pauli Monetæ, MDCLXXXIV. SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

[illegible] by Google